PRAXIS CRIMINALIS REGVLARIVM, SECVLARIVMQVE OMNIVM ABSOLVTISSIMA

EX ANTIQVIORIBVS PARITER ET RECENTIORIBVS Auctoribus, qui de hac materia scripserunt, in vnum collecta, & quoad eius fieri potuit, in Titulos iuxta Decretalium ordinem digesta

A PATRE F. PAVLINO BERTI LVCENSE ORD. EREMIT. S. Augustini Congreg. Lombardiæ, Sacræ Theologiæ Lectore, & Sancti Iacobi Florentiæ Priore.

NVNCVPATA

QVAESTIONVM REGVLARIVM TOMVS QVARTVS,

In quo selectissima Methodus non solum Visitandi, Formandiq; Processus; sed etiam Iudicandi in quolibet Criminum genere cum suis Formulis proponitur.

CVM TRIPLICI INDICE, PRIMO TITVLORVM, ET CAPITVM; SECVNDO Rerum notabilium locupletissimo, Tertio Auctorum tum priscorum, tum recentiorum, qui in hoc volumine non semel recensentur.

SVPERIORVM PERMISSV, ET CVM PRIVILEGIIS.





VENETIIS. MDCXVI.

Apud Baretium Baretium.

Digitized by Google

Digitized by Google



ADMODVM REVERENDÆ
CONGREGATIONI MAGNAE
ORDINIS EREMITARVM
Sancti Augustini Obseruantiæ Lombardiæ

FRATER PAVLINVS BERTI LVCENSIS
Prior S. Iacobi Florentiæ eiusdem Obseruantiæ S. P. D.



RAXIM Criminalem Regularium potissimùm à me ex grauissimis Auctoribus collectam,& tribus voluminibus Quæstionum Emanuelis Roderiquez adiectam, vobis omnibus, sicut illa singulis Prælatis, inscribi oportere iampridem decreueram, quippe qui vniuersos de me semper optimè fuisse meritos perspicuè cognoscebam; ceterum primum in intentione factum est vltimum, & consultò quidem, in exequutione; propterea quia pro Apibus tanti Aluearij nondum apparuerant flores in hortulo meo: At postquam tandem, quæ cœli fuit clementia, has qualescunque erumpere sensi in ipso gemmas, vix conspectas, ceù primitias veris quousq; maturescant Autumni poma,volui oblatas,maximè illis, qui Congregationem nostram non secus, ac sydera cœlum tum natalibus nobilissimis tùm virtutibus præclarissimis mirificè collustrant: vtinam essent mihi lumina,corda,brachia,oraque centum;ò quam libenter omnes,& singulos illis contemplarer,venerarer, amplexarer. Est mare sapientiæ mater nostra;vos autē sapientissimi estis ipsius margaritæ; Non tot ex equo Troiano Proceres Argiui prodiere,quot ex illa Concionatores Lectores Rectores Pastores;Insignes Bibliothecæ Monasteria peillustria nostrorum Maiorum sapientiam,atq; prudentiam,quanta fuerit,satis prædicant;vos verò quales sitis, fueritisve,celebriores Italię Vrbes,quas doctrina, & exemplo iuuare studuistis,apertissimè testantur: Quid plura? singularis (vt ita dicam)beneuolentia Apostolicę Sedis,à qua plurima recepimus priuilegia, beneficia, exemptiones, & immunitates, recipimusque in dies, faciunt Sodalitatem nostram præ ceteris conspicuam, atque liberam; æquum igitur visum mihi fuit tantæ Matri, & talibus Patribus, ac Fratribus hoc opus hanc Praxim hunc meum laborem dicatum relinquēdum esse tanquam perpetuum obseruantiæ, & beneuolentiæ monumentum posteritati commendatum. Bene valete. Venetijs Cal. Septemb. M D C X V.

Digitized by Google



F. PAVLINVS BERRTI LVCENSIS
PIO LECTORI S.

INTER visitandum nostram Lombardiæ Congregationem superioribus annis experimento didici, multa ignorare Regulares ad visitationem, formationem processus, & sententiæ pre-necessaria; & propterea de illis succurrendo diutius cogitaui: At verò perdifficilis inuentu apparebat modus meo desiderio, & ipsorum indigentiæ satisfaciendi; multos enim multa scripsisse, neminem tamen ad sufficientiam videbam: tandem rumpendas moras, ex grauissimis quibuscunque Praxim Criminalem colligendam, & contexendam duxi, vt breui methodo, & distinctissima ratione possent non secus, ac in speculo sibi in supradictis obseruanda intueri, & veluti lumine ad veritatem perquirendam incedere collustrati: non peperci labori, non diligentię; selegi, antequam collegerim; selegi authores doctrina celeberrimos, experientia conspicuos; collegi Praxim, in qua selectissima methodus non solum visitandi, formandique processus; sed etiam iudicandi in quolibet criminum genere cum suis formulis proponitur, collectam (quoad eius fieri potuit) in titulos iuxta Decretalium ordinem digessi; digestam ornaui, & ornatam locupletaui summarijs, indicibus, & adnotationibus, quibus omnibus, ceù luce colores, citati authores redduntur illustriores. Quòd demùm reliquum ad ipsius perfectionem videbatur, illam tribus Quæstionum R. P. F. Emanuelis Roderiquez voluminibus adnumeraui; & Quartum Tomum nuncupaui, quò mutuò, vicissimque sibi opem ferant. Tu meo labore interim fruere, & maiora ad eosdem Regulares pertinentia quamprimum expecta. Benè vale.



Digitized by Google



PRAXIS CRIMINALIS REGVLARIVM SECVLARIVMQVE OMNIVM ABSOLVTISSIMA.

Ex antiquioribus pariter, & recentioribus Auctoribus, qui de hac materia scripserunt, in vnum collecta, ac compilata

PER F. PAVLINVM BERTVM LVCENSEM
Ord.Eremit.Sancti August.Congreg.Lombardiæ Sacræ Theologiæ Lectorem, & S.Iacobi Florentiæ Priorem.

DE REGVLARIBVS.

Titulus Primus.

De Regula. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Regula vnde dicta.*
2 *Regulares vnde dicti.*
3 *Regula quot modis capiatur.*
4 *Definitio quid sit?*
5 *Regule definitio qua.*
6 *Contrariorum effectus qualis.*
7 *Qua in definitione requirantur.*
8 *Regula precepta.*
9 *Regularum institutores.*
10 *Regula nisi à summo Pontifice confirmata uel approbata fuerit, seruari non debet.*

1 REGVLA, quę à regendo dicta est, vt rectè regat, & ducat, neminemq; aliorsum trahat, vt Petrus Loriot, in tra-
2 ctatu suo, de regu.iur. Axiom.
1.in initio, à qua postea Regulares dicti & denominati sūt, glo.in rubr.de reg.iur.in 6. in initio: Io.And.in rubr.de regul.nu.3.Ant.de Bur. ibid.nu.3. Host.in summa sua eiusdem tit.nu.4. non autem à rectitudine viuendi, dicat Abbas quicquid vult in rubr. de regular.in initio, mul-
3 tis in iure capitur modis. Primò.n.modo pro traditione plurium rerum compendiosa narratione facta Azo in summa in rubr.ff.de diuers.reg. iur. in initio num.1. Quandoque dicitur illa, quę rē aliquam breuiter enarrat, Io.And. in rub.de reg. nu.3.Dyn.in rubr.de reg.iur. in 6.nu.1. Goffred. ibidem nu.1. Capitur etiam pro collectione multorum similium, Archid.in c.regula distinct.3.nume.1. Idem dicitur definitio compēdiosa rerum vniuersitatem complectens, Archid.in d.c.regula distin.3.num.1. Aliquando pro iure sumitur, adeo vt si quęratur, quid sit iuris regula, responderi possit quòd sit ius, non quod ius à regula descendat, sed vt regula à iure proueniat, Archid. in d.c.reg.dist.3. Goffred.in rubr.de reg.iur. nume.1. Io.And.ibid.num.3.& Io.monach.eod. in loco num.5.vt ista est iuris regula ergo regula iuridica, Quintò dicitur regula coniunctio rationis vt Archid.pluries in citat. c.regula num.2.& latius de diuisione & multiplici regulę acceptione tradit Petrus à Loriot, in l.1.& l.omnis definitio.ff.eod.tit.per totum. Vltimo dicitur regula norma viuēdi Archid.Io.And.Goffred. & Dyn. locis citatis, & ideo de hac tantum specie (ommissis alijs) breuiter dicendum erit. At quia omnis institutio de re aliqua, quę à ratione suscipi-

 tur

Digitized by Google

tur debet à definitione proficisci vt intelligatur
quid sit id, de quo disputatur Marcus Tullius
primo officiorum, & inter Iurisconsultos notat
Vlpianus in l.1. ff.si certum petatur Angel.cons.
110.nu.1.incipien.sanctissima &c.quod etiam col
ligitur ex l.1. ff.de instit. & iur. quia definitio &
substantia rei demonstratæ Abb.in rubr.de sen-
4 tent.excomm.nu.3.Bal.in l.cum quis nu.5.in fi.
C.de iur. & fact.ignorant. quibus omnibus in
locis Doctores rectè procedendo à definitioni-
bus exordium desumpserunt, ergo per defini-
tionem videndum erit quid sit regula.
5 Regula igitur est norma vel institutio bene vi-
uendi, & iuxta illius præcepta inseruiendi Deo
propter vitam æternam, quæ regulę definitio
quatenus vera erit, cæterę ab aliis traditę non si-
miles, vtique erunt falsæ, quia posito vno cōtra-
6 riorum in esse, remouetur reliquū l. inter me &
te, ff.de excep.rei iud. l Pomponius. §. sed & is
ff.de procurat. in fi.& pulchre text.in l.hęc ver-
ba ille aut ille. ff.de verborum signific.In illis ver
bis aut dies aut nox est.Omnis bona definitio se-
7 cundum iurisconsultorum mentem debet cum
suo deffinito conuerti l. j.§. dolum ff. de dolo.
Bart.ibi in initio,& Bal.ibid.nu.3.& l.1.ff.de ac-
quiren.poss.§. vbi Bal.nu.2.& Alex.num.9.Abb.
in rubr.de sent.excomm.nu.3.Socin.in rub.ff.de
condit.& demonst.nu.3.glos.in rubric. de sum-
ma Trinit.& fid.Catholic.circa medium.Secun-
dò debet definitio ponere substantiam definiti
Rochus de Curte in rubric. de consuetud. vers.
primo quæritur, & nonnullas alias circunstātias
tradunt Iurisconsulti quas ego referre non labo-
ro prout Dec.in rubr.de probat.nu.15.& Iaso.in
l.si is qui pro emptore, ff.de vsucap.nu.168.ver.
circa primam,sed veniendo ad ea, quæ necessa-
rio in definitione requiruntur, dicitur quod vna
quæq; vera definitio debet ex genere & differen-
tiis suis cōstare ut tradit Arist.in loco definit.in 2.
post.sed non recedendo a iurisconsultorum prę-
ceptis id tenuit Bart.in l.j.ff.de acq. possess.nu.6.
Bald.in c.contingit de dolo & contum. nu.38.
quia debet talis definitio cōtinere genus sub quo
res est definita, & eius differentias Bart. in l.j.
ff.de testam.nu.2.Roman.in l.j ff.de acqui. pos-
sess.nu.8. vt appareat quomodo differat ab aliis
speciebus cōtentis sub illo genere Decius in rub.
de prob.nu.15.quæ quotiescunq; fuerit talis, erit
semper conuertibilis cum suo definito, & alias
suprascriptas circunstātias habebit. Regula hęc
supradicta quam Sancti Beatiq; Patres ordina-
runt tria potissimum substantialia præcepta ip-
sam profitētes vel professos iubet obseruari, obe-
8 dientiam, Castitatem, & Paupertatem, Abba.in
c.dilecta de maiorit. & obed.nu.4. & in rubr.de
regular.numero 1. Felin.in cap.Ecclesia Sanctæ
Mariæ de constit.numer.1.& nouissimè ex de-
cret.sacr.Concil.Trid.c.1.sess.25. de reg. & mo-
nial.
9 Regularium institutores, si Paulo Morigiæ cre
dimus quatuor à sancta Romana Ecclesia ap-
probati reperiuntur, Primus siquidem fuit il-
le magnus Basilius, sub cuius regula in parti-
bus orientalib.9000.monachi militabāt,sed po-
stea quàm loca illa à Saracenis & infidelib. fue-
runt occupata ad nihilū quasi reducta videtur.
In Italia verò alia non reperitur religio sub hac
regula militans, nisi Carmelitarum vnica in his
partibus fęnix, qua licet floruerint Predicatores,
Theologi & Prelati quamplurimi, tēporibus ta-
men istis viuit diuq; viuet magister Laurentius
Lauretus sacrarum litterarum Doctor, aliàs Con
cionator insignis, & ad Sanctam Tridentinam
Synodum pro sua religione vti Theologus mis-
sus, ad maiores dignitates & gradus semper fuit
erectus, publicè in vrbe Romæ legit, denique a
Gregorio XIIII.Pont.max fel.rec.Ecclesiæ Ca-
thedralis & totius Adrien.diœcesis in Antistitem
cooptatus, ad maiora quoq; ob ingenij Diuinita-
tem, animiq; sui innocentissimi præstantiam ab
vniuerso orbe, q perueniat, rationabili vaticinio
speratur. Secūdus fuit Sanctus Benedictus, Ter-
tius Sanctus Augustinus, Quartus verò Sanctus
Franciscus, quorum regulæ a summis Pontifici-
bus fuerunt approbatæ & confirmatæ pręsertim
Regula Sancti Basilii, quæ cœpit anno 1171.mē-
sis Ianuarii & confirmata fuit ab Innoc.IIII.an-
no 1248.calen.Septēbris Lugduni, & Sācti Fran-
cisci, approbata ab Innocentio & Honorio Papa
& vnaquæq; illarum penes quas videre licet, a-
lias minime obseruādę essent, vt Goffred.in sum.
de regul.nu.1.& Bonif.de Vital.in clement.j.de
regular.nu.2.

De Regularibus. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Regulares qui dicantur.*
2 *Professio quid sit.*
3 *Profitentis et recipientis liber consensus requiritur & num. 5.*
4 *Consensus Parentum profitentis non attendendus.*
6 *Aetas profitentis quæ.*
7 *Annus probandi regulam qualis.*
8 *Professio tacita quæ & nu.9. & 10.*
11 *Monachus quando quis dicatur.*
12 *Professus illicite se ordinare potest ad ordines.*
13 *Professus à patria potestate liberatur.*
14 *Non potest fieri Decanus.*
15 *Nec ad aliam religionem se transferre.*
16 *Omnia profitentis bona incorporantur monast.*
17 *Monachus quicquid acquirit, monasterio acquirit.*
18 *Nec in iudicio stare potest, nisi se defendendo numero 19.*
20 *Non potest esse arbiter nec arbitrator.*
21 *Nec quicquam agere vel facere potest, sine licentia Abbatis.*
22 *Ex superuenienti priuilegio quando quis liberatur & nu.24. & sequen.*
23 *In delictis tempus delicti, non sententiæ proferendæ attenditur.*
25 *Ignorantia Regulæ quando excuset.*

1 REgulares hi omnes dicuntur, qui ad regu-
lariter viuendum sese astringunt, & regu-
lam ipsam, quam experti sunt, profiten-
2 tur. Professio itaq; est quidam contractus recipro
cus, vltro citroq; obligatorius, quo profitens se
obligat monasterio & religioni, vel ordini, ad ei
inseruiendum iuxtà constitutiones eius regulæ,
& è contra, monasterium & religio ad alendum
& tractandum eum secundum regulam profes-
sam prout Nauarr de regul.cons.5.nu.1.& ante
ipsum id voluit Abb. in c. porrectum de regula.
nu.x. Ex hac igitur professionis definitione no-
3 tandum est. Primò quod profitens sit volens, nō
autem coactus, aliàs professio non tenet tex. est
in c.j.de regul. vbi Ant.de Butr.num.2.Hostien.
nu.4.Ioan.de Ana.nu.j.Abb.nu.j.& 2.& text.in

c.2.

Digitized by Google

c.2.eo.tit.vbi Innoc.nu.2.Abb.nu.9. nec conſen-
ſus vel diſſenſus parentum aliquod affert impe-
dimentum Hoſtien.in c.a.de regular.nu.1.Ant.
de Butr.in c.cum ſimus eod.titu.nu.1.& pulchrè
Io.de Anan.in d.c.a. nu.fi. ſed taotum voluntas
libera profitentis vt patet nouiſſimè ex decreto
Concil.Trid.loquendo de mulieribus in cap.18.
ſeſſ.25.& de viris in c.19.ſeſſ.25. Vnde verſus
„*Ampla Corona quidẽ,nigra veſtis,vota rotonda*
„*Non faciũt monachũ ſed mens à crimine mũda.*
5 Secundo requiritur conſenſus recipientis.1. Ab-
batis,Prioris,Guardiaoi vel Correctoris,& totius
capituli ſimul Abb. in allegat.cap. porrectum de
regul. num.5. & text.in cap.fin.de regul.in 6.vbi
glo.in verbo pertineat, & ibi Io.Monachus nu.1.
Archid.in inioo Ioã.And.nu.1.Gemin.in initio;
Abbas tamen vel Prior nomine ſuo,& totius con
uentus ac religionis,ipſos in monachos & fratres
reſpectiue recipit Nauarr.conſ.1.num.12.vt lite
pendent.nec poteſt aliquis monachus actũ hunc
recipiendi exercere,quia ſi denegatur Abbati for
tius & monacho Cardinalis Zabarella in clemẽ.
6 eos de regul.nom.4. Tertio requiritur ætas pro-
fitentis annorum ſexdecim complectorum, ex
decreto Concil.Trid.c.15. ſeſſi.25. de regular.&
monial. Quarto vt per totum annum 15. ætatis
ſuæ ſteterit io probaoone regulæ,aliàs antea pro
bata non tenet cap.15.Conc.Trid.allegat.ſeſſio.
25. de regular. Quis tamen poteſt tacitè profite-
ri, vtpote ſi in ætate legitima exiſtens, ſe ſpon-
tè ingeſſerit in attinentibus, & ſpectantibus ad
profeſſos, tali caſu cenſebitur profeſſus, adeo ꝙ
non audiatur reclamans Anto.de Butrio in c.Vi-
dua nu.1.3.& 11.de regul.& ibi Abb.nu. 1. & in
d.c.ad noſtram nu.1.& 5.eod.tit.vel poſt dictum
9 annũ conſtiterit vitam mutare voluiſſe tunc vt
profeſſus habebitur Abb.in ca.ſtatuimus num.2.
10 & in c.conſulti de regular.num.1. Vltimo etiam
nulliter facta ex defectu minus liberi conſenſus,
ex ſuperueniend conſenſo etiam ſaltem tacitò
cõualidatur tex.in c.ad noſtram de reg.vbi DD.
Facta igitur profeſſione ſeruatis ſeruandis modo
& forma ſupradictis,illicò cępit eſſe monachum
11 vel regularem Abb.in c.porrectum de regular.
nu.4.ibi Ioan.de Anan.nu.1. quia hæc profeſſio
facit quem tantum eſſe monachum per iura mo
do allegata, & ideo immediate ſe ordinare pote-
rit ad ſacros ordines, quatenus in ætate legitima
extiterit,non obſtaote eo, quod voluit Sanc. Sy-
nod.concil. Tridẽt.c.2.cum non deceat ſeſſio.21.
vt ad titulum beneficij quiſq; ordinetur, in vim
conſtitutionis Papæ Pij V.ſub num.74.incipien.
Rom.Pontifex ſub dat. Romæ pridie idus octo-
13 bris 1568.Itẽ à patria poteſtate liberatur Abb.in
c.ſi quis autem de regul.nu.2.& Decanos vel ca-
14 nonicus minime fieri poteſt propter votũ emiſ-
ſum Archid.in c. hoc oequaquam 7.quæſt.1.nu
me.2.Nec poteſt ad aliam religionem ſe transfer
15 re etiam ſi ſtrictiorem ſine licentia ſuperioris re-
gularis Ant.de Butr.io c.Ioan. nom.1.& 5.de re-
16 gul.Archid.in c.quam ſit 18.q.2.nu.5.& 6.Item
omoia bona ſua tempore ingreſſus vna cum per
ſona incorporantur monaſterio c.2. Conc. Trid.
ſeſſi.25.de regul.& monial.& quicquid acquirit
17 monachus,acquirit monaſterio Abb. in c.ne re-
18 ligioſi de regul. nom.3. Item nec in iudicio age-
re poteſt niſi de licentia Abbatis Federic.de ſenis
conſil.287.per totum Abb.in c.ex parte nume.6.
19 & in c.olim .num.fin. de accuſat.licet Abbatem
ſuum accoſate, vt in cap.de accuſatione demon-
ſtrabitur,ſed ſe defendendo poteſt audiri Abba.
20 in c.2.nume.9.de vita & honeſt.cleric. Item non
poteſt eſſe arbiter vel arbitrator Abb.in c.quin-
tauallis de iureiur.nu.13.Item non poteſt iurare
nec teſtificari Abb.in c. cum contingit de foro
compet.nu.23.& in c.cũ nuntius de teſtam.nu.
21 4.& ſine licentia Abbatis nihil habere, poſſide-
re,dare,vel accipere poteſt,Nauarr.conſil.20.de
regul.num.12.& 6.& conſ.70.nu.8.& 75.num.
46.quia ęquiparatur ſeruo Abb. in c. quanto de
offic.ord.nu.2.

Caueant tamen ſuperiores Regulares in reci-
piendo & ad profeſſionem admittendo homi-
nes maioris ætatis Annorum 16. ne propter de-
bita,vel delicta religionem ingrediantur, vt exin
de poſtea ſecurè in ciuitate contracti debiti, vel
commiſſi delicti viuant, quia licet quis efficiatur
clericus vel regularis poſt delictũ commiſſum,
de quo à iudice ſeculari fuit incoactus proceſſus,
vel lata ſententia, propterea non eximitur à iuriſ
22 dictione ſeculari l.ſi quis poſtea ff.de iud.vbi gl.
exponit de clerico l. cum puella, ff.de iuriſdict.
omn. iud. Abb. in c. veniens de eo qui furtiuè
ord. &c. num.3. quia in delictis quò ad pœnam
23 imponendam ſemper attenditur tempus com-
miſſi delicti,non autem tempus proferendæ ſen-
tentiæ l.1.ff de pœnis vbi DD. & l. iniuriarum
æſtimatio.ff.de iniur.l.doli §.fi.ff.de ſeruo corru.
l.ſi quis verſ. fin. C.ad l. Cornel. de falſ. quam-
24 uis ſi proceſſus non fuiſſet incoactus,vel lata ſen
tentia, tempore ingreſſus, magis videatur com-
munis doctor. opinio vt ex tali ſuperuenienti pri
uilegio eximeretur,a iudicio ſeculari Io.de Imol.
conſi.118.& 119. quæ tamen minimè procedit
opinio in atrocioribus delictis, quorum pœna
mors eſt naturalis, ſecus verò in non atrociori-
bus,quorũ pœna non eſt mors. Nihilominus cũ
Principes ſeculares vltra iura ſupra allegata ha-
beant ex priuilegio apoſtolico authoritatem pu-
niendi ẽt regulares & Sacerdotes, tempore per-
petrati delicti atrocioris, multo magis poterint
de delictis commiſſis ante ingreſſum monaſterii
cognoſcere & punire. In ciuilibus verò ſi quis
debitor ſit, & ad eccleſiam confugiat, non po-
teſt capi l.præſenti Cod.de his qui ad eccleſ.con-
fug. & de facto captus reſtituitur, fortius vide-
tur credendum quòd in religione eſſet magis tu-
tus a familia curiæ ſecularis Oldr.conſ.4. quaſi
in fin. ſed ſi negotia publica geſſit,tenetur ratio-
nẽ reddere ante ingreſſum,nec ingreſſus libera-
tur,quin ipſe & monaſterium teneantur c.1. de
obligat. ad ratiocinia Abb.in c.cum 1 & 2.de ſen-
tentia & re Iud.nu.27.Caueant pariter ſuperio-
rès in non permittendo, vt quis profeſſionem
regularem emittat, niſi prius regulam pluries
non perlegerit vel legi ab aliis non audiuerit,
nam aliquando aliquis Abbas noo ita io omni-
bus & per omnia facit ipſam regulam obſerua-
ri,præſertim in anno, in quo quis permanſit in
probatione illius regulæ; namq; emiſſa profeſ-
ſione, mutatoq; Abbate,cum ad ſtrictiorem re-
gulæ obſeruantiam deuenit Abbas ſucceſſor,pro
feſſus de recenti, qui ipſam non legit, nec minus
ab alio intellexit, & laxiorem probauit, recuſat
ad illius obſeroantiam cogendum eſſe, & qui-
dem rectè, quia de tali ſuperuenienti auſteritate
prætendit ignorantiam ut Nauarr. conſil.9. de
regular. num.2.quamuis tandem non audiatur,
25 ſed cogatur ad illius obſeruantiam, quòd ſecus
dicendum eſt de muliere Innoc. in c.ſuper eo de
regul.num.1.& Abb.ibi num.4.& ſeq. & in c.ad
noſtram de appellat.num.4 cui malo ſancta Tri
dentina Synodus obuiare curauit,mandans mo-
niales profitendas diligenter primitus interro-

gari & diu admoneri an sponte &c. & quid iubeat regula &c. in qua quidem parte non mediocri laude dignus fuit Ioannes Triuisanus V. I. Doc. Patriarcha Venet. Dalmatięq; Primas Gentilis meus, cuius Anima in Domino requiescat, quæ moniales profitendæ antea super contentis in regula diu & pluries ab eo interrogatæ erant iuxta text. in c. 27. sess. 25. Conc. Trident. de regul. & monial.

QVI SINT REGVLARES. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Nouitii nunquid regulares verè sint.*
2 *Conuersi an veniant appellatione regularium.*
3 *Oblati similiter.*
4 *Item Heremitæ.*
5 *Hospitalarii itidem.*
6 *Fratres tertii ordinis an sint regulares.*

Vltra regulares professos sunt & alii qui nomine & habitu videntur regulares, sed verè non sunt de quib. diligenter videre superest, ideo Nouitij qui nouiter sunt recepti, & adhuc nullam profes-
1 sionem fecerunt vt voluit Hostien. in c. quid per nouale de verb. signifi. nu. 3. & Ioan. de Anan. in c. statuimus de regul. num. 2. sub hoc nomine regularium non comprehenduntur, quia in anno probationis regulæ sunt testanq; possunt c. 16. Concil. Trident. sess. 25. de regular. & monial. Archid. in c. beneficium de regular. in 6. nu. 1. Philip. Franc. ibidem nu. 2. & 3. Nauarr. consi. 2. de testamen. num. 1. & non testando veniunt proximioresq; succedunt, & non monasterium in quo reperitur, cum hoc casu verè non fuerit regularis in effectu c. religiosis de sententia excom. in 6. licèt nonnulli teneant quòd bona nouitij morientis ante professionem tacitam vel expressam sint applicanda monasterio, ex hac ratione ducti, quia ibi videtur mori, vt monachus Cyn. in authen. ingressi Codice de Sac. Sanct. Eccl. Ant. de Butrio. in c. in præsentia de probat. & Bart. in anthen. si qua mulier in fi. C. de Sac. San. Eccl. Tiraq. de vtroque retract. lib. 1. gloss. 1. nu. 21. cum seq. & nu. 36. alij verò sic distinguūt aut nouitius ingrediens dedit bona sua monasterio expresse, & tunc procedit opinio eorum iuxtà iura allegata, sin autem, minus: Abb. in c. in præsentia de probat. num. 1. 6. 8. & si. veritas tamen est quòd nouitius si est mas, & sui iuris, vtiq; potest, si non sui iuris, vel femina est, nequaquam. c. 15. & 16. Concil. Triden. sess. 25. & Abb. vel Prior monasterii aliam in eum non habet authoritatem, nisi ipsum expellendi è suo monasterio, & religione, sicq; nouitius consimilem habet authoritatem permanendi vel discedendi d. c. 15. & 16. Concil. Trid. ses. 25. de regular. & monial. & ideo in eo probanonis anno portat habitum distinctum ab habitu professorum, vt Hostien. in c. in nonnullis de iudæis num. 3. seu per aliud signum non professus cognoscitur Ioan. de Anan. in c. statuimus, de regular. num. 3. nec ideò intelligitur exemptus à suo primęuo foro seculari, adeo quòd si debitor existat, aut reus sit criminis, non possit ab ipso iudice seculari sententiari atq; puniri, sed si delinquit in monasterio, scilicet, verberando, aut aliquem iniuriis onerando, coram quo iudice accusatus fuerit, coram ipso, causa tractanda erit, iuxta adnot. in per glos. in c. dilecti filij de foro compet. versi. vbi domicilium Abb. in c. cum sit generale eod. tit. num. 2. & Bald. in l. cum clericis eod. de episcopis & cleric. num. 1. & in c. 1. de officio legat. nu. 4. arg. c. cum illorum §. si verò claustralis de sententia excommunicationis, si verò alio modo deliquit vt potè blasphemando, talis cognitio spectabit ad Abbatem vel Priorem suum, sed (re vera) hæc omnia procedunt potius in vim reciproci consensus partium, quam de iure, cum nescio quid æquitatis id suadeat, licet talis nouitius positus in dubio semper iudicabitur de eo, veluti de religioso in fauorem suum, vt sit excommunicatus in eum manus iniiciens c. religioso de sententia excomm. in 6. & Henric. Boich in cap. statuimus de regul. nu. 12. ita & in odium suum si fouet rem prohibitam arg. tex. in c. qui sentit de re-
2 gul. iur. in 6. Conuersi verò quamuis quidem appellatione monachorum nō veniant, ut tradunt Anto. de Butr. in c. non est de regular. nu. 3. Ioa. de Anan. ibi. num. 4 veniunt tamen appellatione regularium, quia & ipsi regulam profitentur, Abb. in d. c. non est de regular. num. 2. & Gemin. in c. per exceptionem in 2. col. de priuileg. in 6. Card. Zabarella in clem. 1. de decim. num. 30. Abb. in c. in nostra de sepult. num. 2. & 3. Felyn. in c. in præsentia de probat. num. 4. & quò ad ordines sunt sæculares, Abb. in c. non est de regular. num. 2. & in cap. illa præpositorum de accusat. num. 2. & ideo sunt astricti monasterio quo professionem fecerunt, vt sine licentia superioris non possint ad alia monasteria conuolare Abb. in d. c. non est de regular. num. 3. ibiq; Anton. de Butr. num. 5. & quamuis non sint de capitulo, possunt tamen testificari pro monasterio Abb. in c. & si Christus de iureiur. num. 4. c. ex eo de elec. in 6. Felyn. in c. cum M. Ferrarien. de constit. versi. in eodem gloss. ibi qui habet, nu. 18. Abb. in c. cum causam de elect. num. 8. & in cap. 1. de procur. num. 9. gaudent tamen priuilegio religiosorum seu regularium Ant. de Butr. in cap. 2. de institut. num. 11. Abb. in c. de monialibus de sententia excom. num. 3. Gaudent etiam priuilegio canonis si quis suadente diabolo Abb. in c. ex tenore de sententia excomm. nu. 2. & in c. nō dubium eod. tit. vbi Ant. de Butr. num. 4. Oblati autem quatenus habitum regularem gestant, licet diuersum & distinctum ab eo professorum, & professionem regularem emittunt, tunc appellatione regularium veniunt, quia se, & bona sua tradiderunt monasterio ita voluit Abb. in consi. 53. nu. 3. part. 1. & notat. in c. non est de regul. nu. 2. & 3. Ant. de But. in c. cum dilectus de successione ab intestato nu. 3. tunc retinent priuilegium religiosorum & regularium Ant. de Butr. in c. vt priuilegia de priuileg. nu. 6. nec possunt transire ad strictiorem religionem authoritate propria & tali casu oblatorum bona acquiruntur monasterio vt Butr. in c. in præsentia. de probat. num. 66. si autem habitum regularem non suscipiunt, & bona sua retinent nec in monasterio vel clausura viuunt tunc non veniunt appellatione regularium Nauarr. cons. 81. de regul. nu. 16. & seq. Ant. de Butr. in c. cum & plantare de priuileg. nu. 11. & si. & in c. tuarum eod. tit. num.
4 10. Heremitæ qui nullam habent regulam regulares non dicuntur, nec sub hoc nomine comprehenduntur immo retinent proprium quod est contra mentem regularium notat Felyn. in c. 2. de testo. semper.

compet.nu.5.& Soc. sunt tamen de foro Ecclesiæ largo modo vt idem Felyn. loco citat. & per ipsum allegat. tex. in c. indemnitatibus, §. supradicta. de elect. in 6. & vti tales non coram superiori regulari cum non habeant sed coram episcopo loci conueniuntur, tenet Felyn. in d. cap. 2. de foro compet. & DD. omnes. Nec Hospitalarij
5 sub hoc nomine comprehenduntur vt Felyn. loco modo citato, & minus Fratres tertij ordinis,
6 quemadmodum voluit, & consuluit Calder. con sil. 7. tit. de foro compet. & Felyn. loco modo citat, numer. 9. propterea de his qui sine regula viuunt, & regulares non sunt, minimè dicendum erit.

DE IVDICIBVS REGVLARIVM, ATQVE SECVLARIVM.

Titulus II.

Iudices quoad clericos regulares, & seculares in quotuplici sint differentia. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Iudices in sua prima diuisione in quotuplici sint differentia.*
2 *Iudices ordinarij in quotuplici sint differentia.*
3 *Iudices ordinarij regularium, dicti ordinarij per se, qui sint; & quare ita sint appellandi.*
4 *Iudices ordinarij per accidens, qui sint dicendi.*
5 *Ratione contractus quis sortitur subditum, qui alias non esset sibi subditus, & in hac materia quæ veniant appellatione contractus.*
6 *Criminis ratione quis sortitur subditum, aliàs non suum.*
7 *Ratione rei, de qua agitur, quis sortitur subditum, alias non suum.*
8 *Respectu identitatis rationis, vt puta, in mutua reconuentione quis sortitur subditum, aliàs non suum.*
9 *Appellatione mediante quis efficietur iudex ordinarius alicuius, sibi aliàs non subditi.*
10 *Recusationis proprij iudicis causa, is, qui aliàs non fuerat iudex ordinarius recusantis, erit effectus ordinarius iudex.*
11 *Iudex Compromissarius stante partium consensu efficietur iudex ordinarius ambarum partium compromittentium, qui aliàs non fuisset.*
12 *Delegatos iudices, seu Commissarios quis creare possit.*
13 *Delegati iudices qui sint dicendi: & an fines mandati sint diligenter custodiendi.*
14 *Delegati iudices in quotuplici sint differentia.*
15 *Visitatores monasteriorum delegati à Capitulis generalibus dicentur delegati generaliter; & quod sit eorum proprium munus.*
16 *Delegati specialiter qui sint dicendi.*
17 *Visitatores regularium an possint iure proprio subdelegare alicui munus visitandi aliquod speciale monasterium sine speciali facultate subdelegandi sibi indulta à Capitulo generali: & quid sit dicendum de iudicibus specialiter delegatis, qui aliàs dicuntur Commissarij.*

ACturi de forma & modo legitimè procedendi contra personas regulares, & clericos seculares sibi subditos in foro fori, in eorundem delictis puniendis: nonnulla notatu dignissima fore præmittenda ad maiorem dilucidationem & intelligentiam producendorum, iam in hac prima præsentis praxis parte,
1 quàm fecunda, operæ pretium duximus. Quapropter. Primò sciendum nobis erit, quod Iudices in sui prima diuisione dicendi erunt, esse in duplici differentia. Nam alij dicuntur iudices ordinarij, alij delegati: & rursus. Hi iudices ordinarij sunt in duplici differentia. Nam alij dicen-
2 di erunt iudices ordinarij per se, alij iudices ordinarij per accidens. Iudices ergo ordinatij per se
3 personarum regularium erunt dicendi. Præsidentes capitulis generalibus (ad quos spectat, quæ communiter seruanda sint in qualibet religione: & vt de nostra Congregatione Cassinensi exemplificemus) sunt Reuerendus Præsidens, & Reuerendi diffinitores ab Abbatibus, vel aliis prælatis (ad quos talis electio spectat) canonicè electi: necnon infra annum, vel annos, in quibus huiusmodi generales regimen totius ordinis, vel congregationis retinent. Hi ergo dicentur habere ordinariam iurisdictionem in temporalibus, & spiritualibus, & super personas regulares cuiuslibet monasterij suæ congregationis, vel ordinis iuxta formam, & tenorem priuilegiorum indultorum cuilibet religioni, seu congregationi à Summis Pontificibus. Iudices quoque ordinarij erunt dicendi omnes prælati singulorum monasteriorum suæ curæ, & administrationi (per capitula generalia, vel prouincialia, siue dietas) commissorũ. Et hi omnes iudices ordinarij (personarum regularium) per se erunt dicendi: quoniam eo ipso, quod fuerint electi generales, seu præsidentes, vel prælati alicuius specialis monasterij ordinario iure poterunt, & tenebuntur procedere cõtra sibi subditos delinquentes. *a* quod si non fecerint væ ipsis: cùm contra eos fermo diuinus, & sacri canones acerrimè intuchant: vt latius dicemus infra. *b* Nec alicui debebit hoc ipsum mirum videri: quoniam sicut summus Pontifex dicitur, (& re vera est) iudex ordinarius quorumcumque iudicũ ordinariorum in foro ecclesiastico: & Episcopi ipsi atque Archiepiscopi iudices ordinarij diœcesum singularium sibi assignatarum, & clericorum ibi degentium: sic ergo arguendo ab identitate rationis, Generales (qui aliàs assolent appellari præsidentes cuiusque religionis,) & hi dicendi erunt iudices ordinatij cuiuslibet monasterij suæ religionis, nec non & regularium personarum ibi degentium: idipsum dicimus de inferioribus prælatis à præsidentibus (supra recensitis) capitulo ipsi generali, vel prouinciali, siue dietis creatis, & destinatis ad singula monasteria regendã nã & ipsi merito dicendi erunt iudices ordinarij singularum personarum regularium ibi degentium iuxta priuilegia Sedis Apostolicæ vnicuique religioni indulta. Et vt loquamur de iurisdictione generalis nostræ Cõgregationis Cassinensis, (qui aliàs præses communiter appellatur) fatendũ erit ipsum habere omnimodam iurisdictionem supra omnibus monasteriis, & monachis nostræ congregationis, vt apud nos est clarissimũ. *c* Idipsum asseueramus de singulis prælatis eiusdem nostræ Congregationis, super ipsa monasteria sibi peculiariter deputata, & personas regulares ibi degentes. *d* Iudices vero ordinarij per accidens hic di-
4 cendi erunt, qui (iure communi sic disponente, & merito) acquirunt iurisdictionẽ super alias personas clericorum regulariũ, & secularium, sibi aliàs de iure nõ subditas, aliqua de causa accidẽtali, & sic per accidens. Nã in dictis casibus (statim hic subdendis) proprius iudex ordinarius talium regula-

a per omnes canones sub tit. de effic. ordin. consentes, & ibi per Doct.
b infra in c. 5.
c In Declaratorio Regulæ S. Benedicti part. 2. c. 1. per totũ.
d Vbi supra in 1. part. c. 64. de ord. Abbate, & in c. 53. de hospitib suscipi in ea tit. 2. nu. 12. §. fratres autẽ nostri. & in n. 16 §. hospites suscepti, in fin. vbi eadem auctoritas datur super hospitibus monachis.

gularium, aliàs dictus iudex ordinarius per se
non poterit de proprij subditi crimine iudicialiter cognoscere, ac per consequens nec ipsum de
iure aliqua pœna punire, aut ab aliquo ipsorum
criminum obiecto absoluere: cum inde (quoad ipsos casus statim enumerandos) euanuerit
eius iurisdictio.

5 Et horum casuum primus est ratione contractus: *a* Attamen memoriæ erit commendandū,
quod contractus hic sumatur largissimè: siue sit
verus contractus, siue quasi cōtractus, vel aliud
vnde obligatio oriatur: *b* Nam hoc ipsum erit
intelligendum, siue reperiatur huiusmodi reus;
siue non, debet enim illuc remitti: sicut in criminibus dicetur, cùm in hoc partiacentur. *c* Item
& vbi quis soluere promisit poterit legitimè cōueniri. *d*

Idem prorsus dicendum erit de personis exēptis contrahentibus in loco non exempto. *e*

Secundus casus est ratione criminis ab aliquo
quomodolibet perpetrato, vt communiter tenetur. *f* Etsi non negemus huiusmodi iudicem effectum ordinarium ratione criminis perpetrati
in territorio subiecto suæ iurisdictioni posse dictum criminosum remittere puniendum à proprio illius ordinario: quamuis ad hoc ipsum faciendum nullo iure compellatur; licet ipsum remittere non debeat, nisi ex causa. *g* Nā legimus
in Sacrosancto Euangelio. Pilatum remisisse dominum nostrum Iesum Christum ad Herodē,
postquam audierat ipsum esse de iurisdictione,
seu potestate Herodis tanquam Galilæum, cum
ille præesset regimini Galileæ. *h* Et quod ratione
criminis quis sortiatur iurisdictionem in alienū,
alias sibi minime consultissimè statuētes declarauerūt Reuerēdi Patres regiminis cōgregationis
nostræ Cassinensis. *i* Sciendum tamen, quod
ordinarius loci, in quo quis deliquit: licèt de iure
possit punire (vti diximus) delinquentes alias
non sibi subditos pro dicta causa: non tamē propria tamen priuabit eos suis bonis confiscandis
ipso iure, si illa fuissent in alia diœcesi, vel
territorio alieno, sed solum per sententiam cuius vero executio spectabit ad iudicem ordinarium loci, in quo dicta bona sic confiscata existunt. *K*

7 Tertius casus est, cùm quis pro Reo accusatur,
nam actor regulariter tenebitur sequi forum
Rei. *l*

8 Quartus casus est. Nam ratione rei, de qua agitur iudex alias non ordinarius alicuius personæ propter rem ipsam, propter quam quis conuenitur in iudicio, efficietur iudex legitimus &
ordinarius ipsius. *m*

9 Quintus casus est. Quoniam respectu rationis
similis, vt in mutua reconuentione. Nam tunc
actor efficietur subiectus iurisdictionis iudicis
ordinarij Rei conuenti, ante quem actor comparuit: si a Reo reconueniatur: cum in casu reconuentionis non solum iudex ordinarius Rei, verum etiam delegatus compellet actorem (qui
aliàs de iure esset alteri iudici subiectus) ad respondendum Reo in causa reconuentionis: &
vtrumque causam ordine successiuo simul audiet, & vnica sententia omnia terminabit. *n*

10 Sextus casus est. Nam ratione appellationis
Iudex, ad quem dirigitur appellatio, efficietur
iudex ordinarius appellantis, & eius contra quē
fuit facta appellatio: etsi huiusmodi de iure nō
fuissent alias subditi ipsius iudicis appellantis. *o*

11 Septimus casus est: quoniam recusationis iudicis ordinarij ratione, ille, qui deputabitur ad
causam ipsam decidendam esse debebit neutri
parti suspectus. *p* etsi in causis regularium hæc
non habebunt locum regulariter: cum agatur in
eis ad imponendas pœnitentias secundum regularia instituta: quoniam nec ipsis concedetur facultas ab ipsis appellandi: quod tamen non negabimus, in causis ipsorum regularium arduis,
in quibus veniret infligenda pęna mortis, vel
carceris perpetui, vel alterius grauissimæ pœnæ.
Nam tunc & ipsis regularibus fas erit vtique &
appellare, & allegare in iudicio suspectionem legitimam Commissariorum, vel Visitatorum: &
essent vtique audiendi: & tunc cum eis esset procedendum, prout docebimus infra. *q*

12 Octauus casus est, Quando actor, & Reus
consentiunt in aliquem, ei compromittēdo proprias controuersias, uel prætensiones. *r*

13 Supra nominatis ergo iudicibus adest potestas delegandi huiusmodi ad se deuolutam iurisdictionem, & tales dicendi erunt iudices delegati: qui in causis & negotijs sibi cōmissis fungentur vicibus & potestate ordinariorum; & executioni mandabunt ea, quæ expedienda fuerant sibi commissa ad vnguem iuxta pręcisam
formam sibi traditam à delegantibus, in mandatis, seu commissionalibus literis, sibi indultis
14 expressam: scientes, quòd fines mandati egredi
non poterunt intantum, quòd aliàs attentata
contra formam mandati essent omnino irrita &
nulla ipso iure: cum mandati forma sit accuratissimè obseruanda à mandatario. *s*

15 Iudices ergo huiusmodi delegati, & ipsi sunt
etiam in duplici differentia. Nam aliqui ipsorū
sunt generaliter delegati: alij verò specialiter
16 delegati. Visitatores enim creati, & deputati, ac
directi à Capitulis generalibus ad visitanda omnia monasteria alicuius prouincię, cum generaliter mittantur (vt latissimè infra probabitur *t*)
ad corrigendos, & reformandos mores monachorum, & pręlatorum, & ad prouidendum, vt
monasteria tam in spiritualibus, quam in temporalibus iuxta legem diuinam, pontificias, & speciales ordinationes, & statuta cuiusque religionis regantur, atque gubernentur: meritò dicētur
17 Iudices delegati generaliter à Principe. Delegati verò iudices specialiter directi ad vnam, vel
plures causas motas, vel lites dirimendas, aut de
specialibus criminibus perpetratis ad aures regiminis, seu præsidentis, vel generalis alicuius
congregationis, vel ordinis deductis ad processū
conficiendum: meritò ergo erunt dicendi iudices specialiter delegati, seu commissarij.

Memoriæ insuper tenacissimè commendandum erit, quòd cum Visitatores (quos iudices generaliter appellauimus) eo ipso, quod fuerunt
delegati à capitulo generali habente vices & vo
18 ces Reipublicæ, seu Principis, ex priuilegiis sibi
indultis (quo ad subdelegandi potestatem) cōparandi meritò erunt ceteris delegatis à Principe, quibus à iure *u* reperitur potestas subdelegandi vices & voces suas alijs. Idipsum expressū
reperitur de potestate huiusmodi subdelegandi
indulta Reuerendis Visitatoribus nostræ Congregationis Cassinensis. *x* Reliqui verò iudices
delegati à non principibus, vel à non Republica
gerente vices Principis, non possent propria auctoritate, & voluntate vices suas delegare, non
obstante consensu delegantis; nisi solùm si adfuerit consensus ambarum partium, qui a iudice ordinario delegato fuerat, & partes procurauerāt
ei causam communem committi; etiam fuisset
iussum, vt personaliter negotium exequeretur;
cum

a c. dilecti filij, & c. fin. extra de for. comp. l. Hæres absēs. ff. de iudi. & ibi per Doctores.

b dicta l. hæres. §. 1. l. omnē obligationē. l. Inter dum. §. vltimo. ff. de iudic. & ibi per Doctor.

c Auth. Vt nulli Iudic. §. si vero quis comprehensorum, & § seq. col. 9. & ibi per Doctor.

d c. P. & G. extra de offic. delega. & ibi in gl. in ver. iurisdictioni praeesse; citans ad hoc l. 1. et 2. ff. de iudic. l. si conuenerit. ff. de iurisd. omnium iudi. c. dilecti filij. extra de foro compet. & c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. & ibi communiter per Doctores.

e c. 1. de Priuilegiis, in sexto.

f ca. 1. 3. q. 6. ad verbum. & in l. fin. ff. de accusat. & ibi per Doctores.

g l. non dubiū, ff. de custod. & e. c. ibi. reorū, & ibi per Doctores.

h Luc. c. 23.

i In Declaratorio Regulæ supra c. 53. nu. 12 ver. Fratres autem nostri & rursus ibidem, nu. 16. ver. hospites suscepti.

K c. Postulasti, & c. fin. extra de for. compet. & c. 1. de priuileg. in 6. & ibi per Doctor.

l ca. Nemini, & c. Puliatus, 3. q. 6. ca. Cum sit generale. & c. si clericus laicum extr. de for. cōpet. & c. experientiæ, & c. seq. 11. q. 1 & in l. fi. C. ubi in rem actio. l. Quia etiam. ff. de alien iudic. mut. cau. fac. Authen. Vt cler. apud proprium episcopum resp. col. 6. & ibi cōmuniter per Doctores.

m c. Sanè, & c. fin. extra de foro comp. & c. 1. de for. comp. in 6. & ibi cōiter per Doct. & per gl. in c. 1. uer. extra prouinciam 3. q. 6.

n ca. 1. extra de mutu. petit. & ibid. per Glos. in ver. Respōdere, & alios Docto. communiter.

o Per oēs canones, & leges clausas in utroque iure, sub titulo de Appell. & ibi per Doct.

p c. Si quis contra clericū, ext. de for. comp. ca. cum speciali, §. statuimus, & c. ad hæc extra de appel. & ibi cōiter per Doctor.

q Infr. in c. 15. nu. 9. partis 2.

r l. Est receptū, ff. de iuris. om. n. iudic.

s c. Cū dilecta, extra de rescri. c. cum olim. & c. ex literis, §. si vero, & c. cum venerabilis, extr. de off. dele. & in l. si procurator. C. de procurat. et ibi cōiter per Doct. & gl. sing. in c. cum olim, in ver. ad talia, extra de præb. & ibi per Doct. & infra in c. 4. nu 5.

t Infra in c. 4.

u c. si extr. de offic. deleg. & ibi per Doct.

x In secūda parte Constit. Congregationis Cassinensis cap. 2 nu. 1. in fine.

Digitized by Google

a c. fin. §. is autē cui. extra de officio deleg. & ibi per Doct.
b c. t. fanè, el 2. & c. cum olim, extra de officio deleg. & ibi per Doctores.

cum inde nulli generetur præiudicium in iure,
alias sibi acquisito. *a* Iudices ergo specialiter de-
legari sunt, qui iure optimo aliàs erunt dicendi
Commissarij: cum eorum iurisdictio non emana
uerit ex proprio suo fonte, ac officio sed alieno. *b*

Superiores Regularium qui. Cap. II.

VIsum hucusque fuit, qui rectè sint Regu-
lares, & hoc iure merito Regularium no-
men retineant, superest hoc loco videre,
qui sint eorum Iudices in quacunque instantia,
ideo sciendum est, quod ex regularibus supradi-
ctis singulo quoque tertio anno fit capitulum
generale, ex constit. S.D.N. Greg. Papæ XIII.
Sanctæ mem. 58. in ordine, incipien. dilectis fi-
lijs. sub datum Romę die 16. mensis Decembris
1579. in quo pro singulo monasterio creantur
tres Iudices superiores, diuersorum nominum
1 & authoritatum, primus est illius duntaxat mo-
nasterij, & dicitur Abbas, Prior, Guardianus, vel
Corrector localis, & licet differant nomine, effe-
ctu tamen, officio & iurisdictione non differunt,
vt Franc. in c. 1. §. vetum de stat. regul. in 6. nu.
3. & vnusquisq; in suo monasterio habet omni-
modam authoritatem neduni in eos, qui degunt
in suo monasterio & sub illius obedientia sicuti
notat Archid. in c. de Capellis 16. q. 2. nu. 3. In-
noc. in c. vt famæ. de sententia excomm. num. 3.
Abb. in c. Ioannes. de regular. nu. 4. 6. & 7. & in
c. non est eod. tit. num. 4. 5. & 6. & in c. fi. eod. tit.
num. 1. 2. & 3. Thom. fastol. in dec. vel dubio 8.
nu. 1. & habetur ex regula Sancti Benedicti. c. 1.
& c. 24. Sanctique Basilij cap. 8. ex regula Sancti
August. c. feriæ. 5. ex regula Sancti Francisci, &
constitutionib. suis à Iulio Papa III. approbatis
c. 7. vbi Guardianus Minister habet etiam autho
2 ritatem absoluendi ab excom. Inn. in c. quãto de
offic. ord. num. 2. Sed etiam contra eos qui extra
monasteriũ viuunt, etiamsi sint sedis Apostolicæ
Capellani per constitutionem Greg XI. 2. in or-
dine, quæ incipit per Romani Pontificis sub dat.
Auinioni quinto idus Nouembris Pontificatus
sui anno 3. nec non contra Apostatas prout sta-
tuit Clemens Papa VII. const. 3. incipiens sedis
Apostolicæ anno 1537. 16. mensis Iulij anno
Pontificatus sui 10. Quam postea confirmauit
Paulo III. constit. 28. incip. cupientes, sub dat.
Romæ anno 1557. 29. Aprilis Pontificatus sui
2. & eiusdem const. 29. quæ incipit postquã an-
3 no 1558. & in quocunque delicto etiam Hęre-
sis, si ab Inquisitore non fuerit præuentus, vt Pij
Papæ IV. constit. 67. quæ incipit pastoris &c. 1.
Apr. 1562. anno sui 3. audit atq; cognoscit, quod
tamen nunquã in hac ciuitate occurrisse cogno-
ui ob accuratam diligentiam R. Patris Magist.
Stephani de Cinto primo, modo Io. Gabrielis
de Salutio inquisitorum, & fratris Vincentij de
Brixia commissarij, & in hac parte diligentissimi
& indefessi hæresiæ oppugnatoris, quos honoris
gratia commemoro, ex quibus quidem Abbati-
bus, Prioribus, Guardianis, & Correctoribus, ma
xime comendandi sunt Gabriel flamma Vene-
tus Abb. S. Mariæ charitatis ordinis Canonico-
rum Regularium Lateran. qui postquam mona
steria multa, & pluries, summo studio, & incre-
dibili prouidentia gubernasset, gubernium &
curam ciuitatis & diocesis Clodiæ Greg. XIII.
commisit, in antistite describendo, qui dum lau-
dabiliter diocesem illam regeret, & vitas sancto-
rum describeret, morte extinctus corpore, ani-
ma in cęlum innocentissima migrauit, vestigia
cuius sequẽdo Max. Bianinus in episcopatu suc-
cessor totidem nomen fama intonat, & Franc.
Flamma nepos canonicus & Vic. Gen. Iur. Vtriſ.
consul. dum pulpitum ascendit, se verum nepo-
tem, & hęredem benedicendo, & melius persua-
dendo declarat. Prior verò Io. Maria Petro Belli
Venetus Prior S. Ant. Venet. Canon. Regularũ
ordinis S. Saluat. congregationis, ob cuius exi-
miam virtutem, post prioratum prædictum com
muni Patrum Voto, Visitator Generalis Reli-
gionis creatus exstitit. Guardianus Frater Nico-
laus Mazza Venetus S. Franc. à Vinea minorum
de obseruantia, qui innocentissimus licet & lau-
dabiliter semper vixerit, & eius exemplo alios be
ne viuendi docuerit, superiores præsertim Pro-
rector religionis Illustriss. & Reuerendiss. Card.
Matth. non dedignatus est, nec dedignatur no-
mine suo in arduis peragendis pro religione mo
do, in Dalmatiam per Italiam, & aliquando in
Hispaniam delegare, & Frater Nicolaus Chri-
stianus Calaber Corrector S. Bartholomæi ordi-
nis S. Fraocisci de Paula, cuius opere, studio, &
diligentia, constructa stat Ecclesia in ciuitate Ve-
net. ad instar aliarum singularium, & monast. in
die magis construitur & edificatur, isti enim exẽ
plo, Prædicando, & bene viuendo, subditos edi-
ficabant, adeo vt si tempore suo vixisset Card.
Zabar. vtique non deplorasset dicendo in clem.
ne in agro de stat. monach. nu. 8. hoc modo.

,, *Ordo cuculatus tunc poterit esse Beatus,*
,, *Si bibat flumen, si discat amare legumen;*
,, *Sed sapè spernit fabas pro piscibus Abbas,*
,, *Consimiles mores cupiunt retinere minores.*

4 Secundus iudex, qui competit eidem mona-
sterio sed non soli, nec omnibus suæ religionis
est Prouincialis, Visitator seu Minister, cuius of-
ficium est, prouinciam sibi commissam Visitare
corrigere superiores locales, & emendare, & ap-
pellationes ipsorum localium audire & definire
vt ex regula S. Bened. c. 3. & ex regula S. Franci-
sci cap. 10. Leo. 10. const. 20. incip. ite, & nos sub
dat. Romæ 4 Kalen. Iunij 1517. Pontificatus sui
anno 5. Tertius est Abbas Priorue Generalis, qui
5 habet iurisdictionem illius monasterij & quo-
rumcunque omnium suæ religionis vt ex regula
Sancti Francisci c. 8. & Pij V. const. 171. sub dat.
vlt. Maij 1571. Item & const. 103. incip. pro no-
6 stri & constit. 63. cuius facultas & iurisdictio est
amplissima etiam creandi & remouendi Inqui-
sitores vt Innocen. IV. in constit. sua incip. licet
ex omnibus &c. sub datum Assisij 4. Kalend. Iunij
Pontificatus sui 11. & clem. 4. const. 2. incip. licet
ex omnibus &c. sub datum Perusij tertio kalen.
Octob. anno 1. & est vltimus iudex vt ex regula
S. Benedicti c. 3. & clem. 7. cõst. 41. incip. in supre
ma &c. sub datum Romæ 16. kalend. De-
cemb. 1532. anno 9. Loquendo tamen
de iudicibus regularibus regula-
rium ordinariorum tantùm,
non autem de iis, qui
à Summo Ponti-
fice delegan-
tur vel
deputantur de quibus
præsens non est
sermo.

De

De Iudicis scopo, & Iudicis definitione, & integritate. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Magistratuum finis qualis esse debeat.*
2 *Iudicij definitio, eiusque partes.*
3 *Actor, & reus quare sic nuncupentur: Item & iudex, num. seq.*
5 *Patronorum partes quæ.*

OMnibus rectè constitutis magistratibus,
ac ijs, qui legitimi sunt scelerũ vindices,
1 is est finis propositus, vt iniuria, † auda-
ciaque supplicijs repressa, tuta sit hominum vi-
ta, l. 1. & ibi Doct. ff. de iurisd. omn. iudic. Quod
quidem ab illis commodè, ac rectè fieri minimè
potest, nisi rectum de criminibus instituatur iu-
dicium, capit. iudicantem oportet, 30. quæst. 5.
Itaque à iudicij definitione tradenda exordiri
oportet. Est autem iudicium actus legitimus iu-
2 dicis, † condemnationem rei, vel absolutionem
aliquo deferente decernens. Iam verò, vt hæc
definitio facilè intelligatur, eius forma, & quasi
facies spectanda est; ac quomodo quinque per-
sonis connectatur; Iudice videlicet, Actore, Reo,
Teste, Aduocato, hoc est Patrono, quorum vnũ
si desit, rectum nuncupari iudicium vix potest.
Nec miretur quisquam, quod plerisque in causis
Patronus necessarius non videatur; nempe cum
reus sese defendit, ac tuetur; tunc enim vice fun-
gitur duarum personarum, Rei, dum accusatur,
& causam dicit Patroni, dum sui defensionem
curat. His ita constitutis, rationem quoque cur
ita sit, afferamus. Cum in omni cõtrouersiarum
genere duæ personæ necessariò requirantur, A-
ctor, ac Reus, quorum alter controuersiam in-
3 fert, ideoque actor † nuncupatur, alter verò su-
stinet, & ob id reus appellatur, cap. forus, de ver-
borum significat. in fine, cap. non est, 3. quæst. 11.
cap. vlt. 13. q. 3. Ne dubitandum quidem, con-
trouersiam eiusmodi componi, ac terminari non
posse, nisi tertius accedat, qui vtriusque accuratè
rationum momenta considerans, ac discutiens,
merita, aut supplicia, aut præmia vnicuique red-
4 dat, quique nõ † iniuria iudicis nomen sibi ven-
dicat, vt in præfato cap. forus. At quoniam res
plerumque in controuersia afferuntur obscuræ,
vel ambiguæ, quibus iudicij veritas obscuratur,
aut celatur. Quoniam cũ ex seipsis minimè sint
perspectæ, non magis reo neganti, quàm actori
asserenti fidem adhibere iudex debet; siquidem
vtriusque res cum agatur, fieri potest, vt veritate
neglecta, suis quisque commodis dicendo con-
sulat, non veritati, sicque nullus esset aditus ad
iudicium rectum: pro sua etenim factione vter-
que definiet, & quę sibi commodum afferunt, ea
constituet. Quare Testis accedat oportet, ex quo
nudam, solidamque veritatem iudex comparet.
Postremò nullum luere pœnas decet, causa indi-
cta, & quid pro se habeat, nisi prius exposuerit.
5 Quæ Patronorum partes esse † omnibus est cõ-
pertum, ex text. in l. 1. §. aduocatos, ff. de var. &
extraord. cognit. Colligitur itaque ijs quinque
personarum generibus iudicij omnem integri-
tatem contineri, à qua Monachis, Diuineq; cul-
tui mancipatis, sese alienos præstare, minimè cõ-
uenit. Id enim iure, tum naturali, tũ diuino san-
citum est, atque etiam cauetur sacrorum Ponti-
ficum Decretis, vt animaduertit Panorm. in cap,
si quis contra clericum, extra de foro compet. &
Hostien. in cap. qualiter & quando, el secundo,
de accusat. consentaneum est quoque institutis
nostris, cap. 25. de culpis grauioribus. Quibus de
omnibus latius loquemur in sequentibus. Mo-
dò sic ad ea, quæ ad iudicium pertinent genera-
tim esto dictum, reliqua prosequamur.

De Iudice, ac eius facultate. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis munere vt quis fungatur, bina requiri-
tur authoritas, vel ordinaria, vel delegata,
num. 3.*
2 *Ordinaria est authoritas Episcopi in Clericos.
Item Abbatis, & Præsidentis in monachos.*
4 *Visitatorum authoritas delegata. At Prioris
qualis ordinaria, vel delegata per exempla
demonstratur.*
5 *Delegata authoritas Prælati qualiter man-
detur.*

CVm iudex iustitiam administrare debeat,
cap. forus, §. iudex, de verborum signific.
cap. 1. 23. q. 2. quæ quidem ad alterũ sese
1 habet, fit, † vt iudicis munus sit, sua cuique ex
iudicij ratione tribuere. Quod sanè effici nulla
ratione potest, nisi facultate sit prǣditus ea, cui
obtemperare subiecti debeant, quam coactiuam
authoritatem iuris periti appellarunt, vt notat
Bart. in l. Imperium, ff. de iurisdictione omnium
iudicum. Hæc autem ipsa bipartito diuiditur, al-
tera namque ipso iuris ordine obtinetur, quam
2 ob id ordinariam † iuris prudentes nominare so-
lent, vt est Episcopi in suos clericos, cap. 1. de of-
ficio ordin. atque Abbatis in suos monachos, ca-
pit. ea quæ, de statu monacho. & ibi Panormit.
& etiam in cap. si quis contra clericum, de foro
competenti. Quinimò, & Præsidentes, ac ordi-
num Principes, talem potestatem habent, tex. &
Abb in cap. ne religiosi, de regul. & transeunt.
3 Specul. tit. de officio ordin. §. 1. Altera verò † de-
legata idcirco dicitur, quoniam ex superioris fa-
cultate alicui indulta, nascitur, atq; ex eius man-
dato dependet, cap. sanè, el secondo, de offic. iu-
dic. deleg. & cap. cum olim, eodem tit. sicut cum
vnus Episcopus ad alterius Episcopi clericos vi-
sitandos deligitur à Pontifice Maximo, vel à Co-
4 mitijs generalibus cœnobiorum nostrorum Vi-
sitatores † ad totam familiam destinantur. Vt
cautum est in cap. in singulis, & cap. ea quæ, de
statu monacho. explicatur autem in nostræ fami
liæ institutis, cap. 20. parte prima. De ijs autem
accuratissimus habetur sermo, extrà, de offic. de-
leg. ferè per totum. An verò Cœnobiorum Præ-
positi (qui vulgo Priores claustrales nuncupan-
tur) authoritatem ordinariam habeant, sunt qui
dubitant: ego verò id nulla indigere declaratio-
ne existimo, latius autem de re tali loqui, nõ iu-
dico vtilitate vacare. Primum igitur scire opor-
tet, quæ Præpositus, aut Prior, aut quilibet pro-
ximè ad superiorem Prælatum accedens (Vica-
rium nonnulli vocant) exequitur, bipartita sunt.
Nam quædam proprio munere agit, quædam
vero vt Prælati successor proximus. Agamus cũ
nostris exemplis. Aiunt Patres nostri: Declara-
mus ad officium Prioris claustralis, & Decano-
rũ pertinere esse solicitos, quod regularis obser-
uantia teneatur in Monasterio, audiant fratrum
confes-

Digitized by Google

confessiones, visitent officinas monasterij horis competentibus, corrigant excessus fratrum, nisi notabiles fuerint, reseruandiq; Prælato, habeant rationem, vt cærimoniæ congregationis, & ordinata per Capitulum, seu Prælatum, obseruentur, &c. Ex quibus planè colligitur, ea omnia & iure quodam, & ex familiæ nostræ legibus ad priorem claustralem pertinere; quocirca in ijs habere priorem auctoritatem ordinariam, rectè dixeris. Cetera verò vt fratrum grauiores errores corrigere, à reseruatis absoluere, ac demum ea omnia, quæ ad contentiosum forū (vt aiunt) spectant, vt excommunicatio, ab eadem absolutio, & id genus, de quibus cum Abbas, aut Prælatus absit, controuersia est, ita decerno; Cum Prælatus à cœnobio abest, vt commodè munus suum per seipsum præstare non possit, tam contentiosi fori, quàm secreti, illicò auctoritas Præposito comparatur. Doctores enim putant hac in re plurimum tribuendum esse consuetudini. Speculator in titulo, de officio ordinarij, §. constituit, per textum in cap. duo, extra eodem. Abbas in tractatu de forma procedendi, per textum in cap. irrefragabili, eodem tit. & in cap. cū contingat, de foro competenti. Atqui, is mos est inter nos, vt simul ac Prælatus cœnobio demigrauerit, Prior claustralis, nisi quicquā aliud iubeatur, perfectam in omnibus suscipiat authoritatē; meritò, absente Prælato, ex consuetudine ordinarius erit iudex. Quod quidem grauiter, & dilucidè astruitur à Petro Follerio in sua practica criminali, parte vltima. Eò pertinet, quod vt ipsius Episcopi, ac sui Vicarij, cum idem sit tribunal, non diuersa facultas à Doctoribus censetur, vt Speculator in tit. de officio ordinarij, §. 1. nu. 2. argumento text. in cap. Romana, in principio, de appellationibus, lib. 6. & textus in l. cum prætor, §. 1. ff. de iudic. declarat. quibus ratione quadam similes sint Abbas, & Prior, Syluester verbo, Vicarius, num. 4. ambo enim ea, quę ad regulam spectant, curare student; tametsi primas in ijs partes Prælatus meritò exercet, proximas autem Prior, & ceteri deinceps ordine suo. Adde etiam, quod fas non est cœnobium Abbatis absentia proprio moderatore destitui, cum multi possint occurrere euentus repentini, vt Abbatis præsentiam expectare, magno incōmodo esset. Quibus hoc ordine digestis, tota ambiguitatis ratio cessat, eorum, qui arbitrabantur Prælato absente, quamquam à reseruatis Prior claustralis sua authoritate monachos absoluere per sese queat, minimè tamen alijs eandem impertiri valeat, cum peruulgatum sit illud: Delegatus non potest alium delegare, cap. super quęstionem, de offic. deleg. Nam vt si Prælatus è viuis excedat, aut ad comitia generalia pergat, ex institutis nostris, c. 65. intelligitur authoritatem ordinariam Priorem obtinere, quod indulio Apostolico Alexandri VI. in anno 1501. eo institutio rata sunt, & vim habent, ac si essent sanctiones Pontificiæ, vt capit. si Apostolicæ, de præbend. in 6. itaque cum vices suas alteri committit, rectè fit, vt notatur per Io. And. Butrium, & Abbatem in cap. fin. de offic. ordin. quamuis pari modo, quod ex consuetudine, authoritas Prioris, Abbate absente, ordinaria censetur, poterit vices suas alteri demandare, si quid est de ijs, quæ ad regulam spectant, vt eruditè animaduertit Innoc. in cap. quanto, de offic. ord. Delegata † verò authoritas Prælati mandatur, aut viua voce, aut literis alicui imposito comparatur. Quæ, hac forma, aut simili potius describi debet: ex Speculatore tit. de iudi. delegat. §. 5. & Abb. in tract. de ord. iud.

5

De Persona Iudicis. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet iurisdictionem immediatam in sua Diœcesi.*
2 *Archiepiscopus non potest iurisdictionem exercere in Diœcesi sui suffraganei.*
3 *Causæ quædam immediatè in Roman. Curia iudicantur.*
4 *Iudex ex quibus causis recusari possit.*
5 *Vicarius Episcopi non aliam habet potestatem nisi quantum in literis Vicariatus fuerit ipsi concessum.*
6 *Vicariatus laice committi non potest.*
7 *Iudex delegatus quæ possit.*
8 *Canonicatus veniunt appellatione dignitatis.*
9 *Iudici quæ aduertenda sint in iudicando.*
10 *Sententia definitiua reuocari non potest.*
11 *Notarius quis creari possit.*
12 *Notarius quæ requisita habere debet.*

1 IVdex fori Ecclesiastici proprius est Episcopus in sua Diœcesi, c. conquerente, de offic. ord. c. de persona, 2. q. 1. & quolibet loco Diœcesis suæ non exempto pro tribunali sedere potest, c. cum episcopus, de off. ord. in 6. ita quod nemo alius ipso inscio subditos ipsius iudicare possit, nec quidem Archiepiscopus nisi causā ad eū per
2 viam appellationis deuoluta, cap. duo simul. loc. cit. de offic. ordin. c. Romana, de for. comp. in 6. Nec quidem de consensu partium, clerici enim non possunt consentire in iurisdictionem nō sui prælati sine assensu proprij Episcopi, cap. significasti, de foro comp. Gemin. in cap. 1. cit. eod. tit. in 6. Sicut & è contra episcopus non potest subijcere clericum alteri tanquam ordinario ipso inuito, licet causam ipsius alteri delegare possit. Host. in sum. de for. comp. num. 14. §. Item episcopus. Causa autem ad Archiepiscopum deuoluta, acquiritur Archiepiscopo iurisdictio quoad personas appellantes tantum, non quoad alios, neque aliquem alium etiam ad ferendum testimonium in causa citare potest, neque causam subdelegare episcopi suffraganei subdito inuito, cap. 1. de foro compet. in 6. Quinimmo & Sancta Sedes Apostolica licet immediate quascunque causas ecclesiasticas iudicare possit, cap. cun cta. cap. nunc verò. 9. q. 3. ipsius tamen curiæ stylus seruat, vt omnes causas in prima instantia coram Ordinario loci remittat decidendas, hocque idem ordinauit Concil Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20. quod excipit causas quæ iuxta
3 Canonicas Sanctiones apud S. Sedem sunt indicādæ, vel quas Summus Pontif. arbitrio suo supplicatione manu propria signata exprese ad se aduocauerit. similiter & causæ possessionis beneficiorum reseruatorum Sedi Apostolicæ possunt immediate ab Auditore Cameræ seu alio delegato Apost. cognosci, quod praxi quotidiana Signaturæ seruatur, & declarauit Gregor. XIII. super executione literarum in forma breuis ad capiendā possessionē, cuius bullæ tenor sequitur.

Ad Romani Pontificis prouidentiam circumspectam pertinere dignoscitur, dubia super Sacrorum Conciliorum Decretis pro tempore insurgentia sic suæ declarationis oraculo dilucidare, & interpretari vt exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoueri.

Acce-

Accepimus sane nuper quod licet multoties Roman. Pont. vt prouisiones & gratiæ per eum de beneficijs pro tempore vacantibus ac suæ, & Sedis Apostolicę dispositioni, & Ordinationi reseruatis in fauorem diuersarum personarum sibi gratarum, & acceptarum factę, executioni debitæ demandentur, & ne (dum literæ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebite occupētur, aut aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta sustineant, nõnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum, & illis annexorum, iuriumque, & pertinentiarum quomodocunque, Sedis, & Camerę Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoscunque fructus redditus, & prouentus beneficiorum, & annexorũ eorundem percipi, exigi, eosque integros personis prædictis postquam ipsæ literas sub plumbo expeditas haberent, vna cum dicta possessione consignari, quandoque vero dum literæ sub plumbo huiusmodi expeditæ existunt, vt ius suum vnicuique illorum conseruetur, & temerariorum audacia debita castigatione compescatur, ac ipsæ literæ Apostolicæ facilius debitæ executioni, vt par est, demandentur, prouisos de beneficijs in corporalem, realem, & actualem possessionem beneficiorum, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum induci, & inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliaque fieri, & exequi per diuersas suas in forma Breuis, & sub annulo Piscatoris confectas literas mandet, & præcipiat, certis inibi forma, & modo tunc præscriptis, dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori seu alijs executoribus desuper deputatis quibus omnino parendum esset. Nihilominus nonnulli beneficijs prædictis inhiantes, ac gratias prædictas eludere, eorumq; intrusiones, & detentiones improbè tueri satagentes, executionem literarum in forma breuis huiusmodi, & facultatem per eas ipsis executoribus attributam diuersis dubijs, & cauillationibus remorentur, & processus per eosdem executores desuper habitos, & formatos ac inde sequuta quæcunque, nulla, & inualida nullinsq; roboris, vel momenti esse, neque attendi debere cõtendunt, sub prætextu, quod in Decreto Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. dispositum fuerit, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinarijs locorũ duntaxat cognoscantur, exceptis his quæ iuxta Canonicas sanctiones apud sedem prædictam sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit summus Pont. Rom. per speciale rescriptũ signaturæ suæ eius manu propria subscribendum, committere aut auocare. Verum cum decretum huiusmodi Concilij concessionem prædictarum literarum in forma breuis, & illarum executionem nihil afficiat, neque per illos causa seu instantia introducatur, sed mere executiuè procedi mandetur, literæ quoq; in forma Breuis annulo Piscatoris munitæ non minoris sint efficaciæ, & auctoritatis, quam rescripta signaturæ Roman. Pont. eius manu propria subscripta: Nos in his nostræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouisorum prædictorum ius aduersus dubia, & cauillationes huiusmodi, æquitate, & iustitia suadentibus preseruare volentes, necnon prędictarum, & quarumcunq; literarum in forma Breuis super capienda possessione nomine Camerę huiusmodi aut in fauorem literarum sub plumbo expeditarum tam à prædecessoribus nostris, quã nobis, & dicta sede hactenus concessarum tenores ac litis, & causę si quę desuper existant, statum, & merita nominaque, & cognomina iudicum, executorum, & colliganitium præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu proprio nõ ad ipsorum prouisorum aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia ac de mera nostra deliberatione decernimus, & declaramus, per concessionem literarum in forma breuis & sub annulo Piscatoris, super capienda possessione quorumcunq; beneficiorum dispositioni Apostolicę reseruatorum seu affectorum, sedis & Camerę Apostolicarum nominibus apprehendenda, & eiusdem possessionis in fauorem prouisorum ab ipsa sede de eisdem beneficijs postquam literas sub plumbo super prouisionib. huiusmodi habuerint expeditas relaxatione necnon assistentia ipsis prouisis literas desuper sub plumbo expeditas habẽtibus pręstanda, & aliorum inibi expressorum executione facienda, quę mãdata executiua sunt & summariam duntaxat causarũ, propter quas illę emanarunt, cognitionem requirunt, Decretis huiusmodi Concilij non contrauenire, nihilque pręiudicij illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, neque id dici aut censeri vel executionem literarum earundem propterea in aliquo suspendi siue remorari aut facultatem literarum executoribus concessam impediri, sed executores ipsos, & ab eis deputatos subexecutores facultate sibi per easdem literas, vt pręfertur, cõcessa, vti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incursus pęnarum, & censurarum in eisdem literis in forma Breuis contentarum ac inuocationem Brachij secularis procedere, ac alia omnia & singula in eisdem literis contenta (illarum tamen forma seruata) facere, & exequi liberè & licitè potuisse, & posse, necnon processus desup habitos & formatos habẽdosq; & formandos ac inde sequuta, & sequenda quęcunque forma valida, & efficacia fuisse, & esse & fore suosque integros, & plenarios effectus sortiri debere in omnibus, & per omnia, pręsentes quoque literas de subreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ, vel quopiã alio defectu notari, impugnari, vel inualidari nullatenus posse, sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices, &c. Non obstantibus &c. Dat. Romę, die 10. Iulij, ann. 1574.

Licet autem vt diximus Episcopus sit iudex proprius suorum Dięcesanorum; aliquando tamen cessat ipsius huiusmodi iurisdictio, ita quod iudicare non possit. Vt primo si fuerit excommunicatus, vel hæreticus declaratus, c. ad probandum, de re iud. c. excommunicatus, de hęret. Item si fuerit surdus, mutus, furiosus, cap. 1. 3. quęst. 7. Item dum fuerit in aliena Diœcesi, dum enim est extra suam Diœcesim, omnia illa, quę requirunt causę cognitionem, exercere non potest, nisi de licentia illius, in cuius Diœcesi moratur, cap. non inuitati, 9. quęst. 2. Abb. in cap. nouit. de off. leg. & tum ita demum si consentiant subditi, alioquin inuiti non possunt trahi ad alienam Diœcesim, nec tenentur comparere citati, c. vt litigantes, de offic. ord. in 6. gl. in Clem. vn. de foro comp. ver. indulgemus, & esse communem opin. testatur Abb. loc. cit. secus illa, quę expediuntur sine causę cognitione, illa enim sine aliqua licentia vbicunque fuerit, exercere potest,

vnde

Digitized by Google

vnde poteſt dum eſt extra Diœceſim delegare
cauſam iudicandam in ſua Diœceſi, poteſt & ad
beneficia inſtituere, & omnia alia facere, quæ
ſunt voluntariæ iuriſdictionis, cap.nouit.iun.gl.
ver.terminos, de off.leg. Couar.lib.3. Variar.re-
ſolut.cap.20.

Non poſſet item iudicare in caſibus in quibus
4 ab alterutra partium legitimè recuſaretur, vt ſi
vellet iudicare cauſam propriam: & cauſa dici-
tur propria eius ad quem ex ea emolumentum,
vel damnum pertinet. Hoſt. in Sum.de ſent.nu.
4. vel ſi eſſet cauſa ſuæ eccleſiæ, ſeu bonorum
menſæ ipſius, nam licet poſſit eſſe iudex in cauſa
Eccleſiæ ſuæ, c.ſi quis erga, 2.q.7. recuſari tamen
poteſt vt ſuſpectus, Sicul. in cap. inſinuante, de
off.deleg. Capy.deciſ.137. num.1. Item recuſari
poſſet ſi ſit pater, vel filius, ſeu affinis, intimus
amicus vnius ex collitigantibus cap. ad hæc. de
reſcriptis, cap.accuſatores, vlt.3.q.5. & de his vi-
dendus eſt Aufr qui 93.caſus recuſationis ſuſpe-
cti iudicis ſatis accuratè collegit. In caſu tamen
recuſationis quocunque, recuſans cauſam recu-
ſationis allegare tenetur, & ipſam coram arbitris
per ipſum, & per ordinarium communiter eli-
gendis probare, & niſi cauſam probauerit, Or-
dinarius ſua iuriſdictione vti poteſt, c.2. cap.cum
ſpeciali, de appell.ibique Innoc.

Non ſolum autem per ſe ipſum iudicat Epi-
ſcopus, ſed & per delegatos. Vnde poteſt ſibi cõ-
ſtituere vnum ſeu plures Vicarios, cap. quoniã,
de off.ord. Anch. in Clem.2. de reſcript. Cuius
Vicarij poteſtas in tantum extendetur, in quan-
tum ipſi per expreſſum fuerit conceſſum, cap.2.
5 & vlt.de off. Vic.in 6. Hoſt. in Sum.tit.eo.nu.1.
Diaz. in pract. crim. cap.3. Vnde & morte Epi-
ſcopi concedentis expirat iuriſdictio ipſius, cum
concedatur ſemper ad beneplacitum conceden-
tis arg.text.cap. ſi gratioſè. de reſcript. in 6. Co-
uar.lib.2.var.reſol. cap.5.à nu 8. Rebuff.de for.
Vic.num.216.& 224. Et non ſolum morte natu
rali, ſed ciuili, vnde excommunicato Epiſcopo,
Vicarius ipſius iuriſdictionem exercere non po-
teſt, cap.1. de offic. Vic. in 6.glo.in Clem.vlt.de
procura.verb. conteſtata. Epiſcopo etiam vt ſu-
ſpecto recuſato ex eadem cauſa Vicarius ipſius
recuſari poteſt, cap.inſinuante, de offic. deleg.
Abb.ib.num.2. non tamen è contra, cap.ſi con-
tra vnum, eo.tit.in 6.

Ex facto etiam Vicarij ſui tenetur Epiſcopus,
& ſibi imputare debet ſi malum elegerit Vica-
rium, c.ad hæc, de offic. Archid. Rebuff.loc.cit.
num.188.

Conſtitui autem ſolet Vicarius, vel Genera-
lis, vel particularis ſeu foraneus. Et licet vterque
in eo conueniat, quod non amplius poſſit niſi in
quantum illi fuerit conceſſum, differunt tamen
in eo, quod generali cauſarum vniuerſitas com-
mittitur, vnde & cenſetur vnum tribunal ſeu
conſiſtorium cũ Epiſcopo, & ab eo non ad Epi-
ſcopum, ſed ad Archiepiſcopum ſeu ſuperiorem
appellatur, c.2. de conſuet.in 6.Hoſt.in ſum.cit.
de off. Vic. nu.2. Foraneo autem non niſi certus
locus Diœceſis, & certæ cauſæ demandantur, &
ab ipſo ad Epiſcopum ſeu ad Vicarium Genera-
lem appellari poteſt, ſicut, & à quolibet alio de
legato, glo.loc.cit.de conſuet.ver.officialis.

Laicus autem Vicarius dari non poteſt, c.de-
cernimus, de iudic.ibique Fel.nu.6. Dec.nu.15.
6 Rip.nu.34.& omnes communiter. Immo neque
vna cauſa ſpiritualis laico committi, neque in
ipſum compromitti poteſt, c.contingit, iun.glo.
de arbitr. cauſa tamen pecuniaria inter clericos
committi, & compromitti poſſet laico, c.expoſi-
ta, ib. iun.glo. ver. compromiſit. ſimiliter, & pro
aſſeſſore in iudicijs ſpiritualibus laicus licitè ad-
hibetur, niſi quod de honeſtate potius ſit adhi-
bendus clericus, ſi reperiatur idoneus. Fel.Dec.
loc. cit. Item ſi Epiſcopus habet iuriſdictionem
temporalem, ad eam exercendam Vicarium lai-
cum inſtituere poteſt, Doct.loc.cit.

Locare autẽ Vicariatum, vel facultatem nomi
nandi Vicarium diſtrictè prohibet, Conc.Trid.
ſeſſ.25.c.11.de refor.

De Vicario multa collegit Sbroz. edito ſuper
hoc particulari tractatu, ille conſuli poteſt. hic
plura de eo congerere videtur ſuperfluum, cum
ſatis ſit dicere omnia eum poſſe, quæ poteſt Epi-
ſcopus ſi ipſi ſpecialiter committantur, præter
ea tamen, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis illa enim
ipſi committi non poſſunt niſi ſit Epiſcopus, c.
quorundam, 23.diſt.c.quanto, de conſuet Hoſt.
loc. cit. de offic. deleg. num.6. Rebuff. loc. cit.
num.168.

Iudicat item Epiſcopus nõ ſolum iuriſdictio-
ne ordinaria, ſed etiam delegata, quam ipſi iura
7 aliquando concedunt, & nouiſſimè Conc.Trid.
circa correctionem, & viſitationem exemptorũ
in multis illam conceſſit, vt ſuis locis dictum
fuit.

Vel ſi ſuperior aliquam cauſam particularem
illi delegat. Hoſt. cit.de off.deleg.nu.1. Aut ſuo
anteceſſori, tranſit enim delegatio in ſucceſſorẽ
ſi dignitati fuerit delegatum, c. quoniam Abb.
loc.cit.de offic.deleg.Fel.in c.eam te.de reſcript.
num.17. ſi vero certæ perſonæ nomine expreſſo
fuerit delegatum, non tranſit in ſucceſſorem, gl.
in cit.c. quoniam, ibique Abb.nu.3.& 4.

Similiter & cauſa delegata Vicario tranſit in
ſucceſſorem, ſi dignitati fuerit delegatum, Achil.
de graſ.deciſ.3.de off. Vicar. Gamb. de off.leg à
lat.lib. 8.num.97.& Rota diuerſ.par.1.deciſ.12.
communis autem opinio, quæ facit in contrariũ
praxi contraria quotidiana ſublata eſt, vt teſta-
tur Genuen.in prax.c.85.

Cauſam autem delegatam Epiſcopo non po-
teſt iudicare Vicarius ipſius, etiamſi habuerit
mandatum ad cauſas generale. Card.in Clem.2.
de reſcr.q.9. Etiamſi haberet mandatum ad cau-
ſas ordinarias, & delegatas, hoc enim mandatũ
nõ poſſet extendi ad cauſas quæ in futurum de-
legarentur, Fel.loc.cit.de off.deleg.in c.vlt.nu.8
limit.4.

Neque è contra Epiſcopus cauſam Vicario
ſuo delegatam licet ille ab officio fuerit amotus
iudicare poteſt. Card.loc.cit. Nat.de off.deleg.
conſ.5. Et etiamſi eſſet cõmiſſa alternatiue Epi-
ſcopo ſiue Vicario, poſtquam fuerit vni eorum
præſentata, alter ſeſe intromittere in ea non po-
teſt, cap.cum plures, de offic.deleg.in 6. Franch
Imol.ib.& omnes communiter.

Subdelegari etiã poteſt cauſa delegata, c.vlt
de off.deleg. ſed non extra Diœceſim niſi de par
tium conſenſu, & perſonis in dignitate conſtitu-
tis c.ſtatutum. §.in nullo, de reſcript.in 6. & di-
gnitatibus æquiparantur canonici Cathedralis
Eccleſiæ quoad delegationes, licet non poſſint
8 dici propriè habere dignitatem. ibid. immo lar-
ge ſumpto vocabulo veniunt appellatione di-
gnitatis, dicuntur enim coadiutores, conſiliarij
ſenatus, membra Epiſcopi. Fel.in c.paſtoralis,
nu.12.de offic.delega.Paleot.in Archiep. Bono-
nien.p.7.fol.513.

Vbi autem delegatur nudum miniſterium,
amplius ſubdelegari non poteſt, vt ſi delegatur
abſolutio,

Digitized by Google

absolutio, dispensatio, inductio in possessionem, c. vlt. cit. Et si per literas in forma dignum committitur institutio, eadem non potest subdelegari, nisi quod tunc posset committi actus aliquis causæ absque iurisdictione, vt capienda informatio de vita, & moribus, vel post delatum testibus iuramentum, & admissum, eorundem testium examinatio. Fel. in eo. c. vlt. cit. nu. 8. Abb. in cap. cum Bertoldus, de re iud.

Similiter non potest subdelegari vbi delegans elegerit industriam personæ, c. is cui. loc. cit. in 6. vt si dicatur; præcipimus, mandamus, vel secundum tuam conscientiam decidas, vbi autem diceretur, conscientiam tuam oneramus, non intelligitur electa industria personę. Nau. de off. deleg. cons. 6. Fel. loc. cit.

Causa semel subdelegata, amplius reuocari non potest, nisi re integra, vel si subdelegans reuocandi sibi reseruauerit potestatem, c. si delegatus, de off. deleg. in 6. cit.

Subdelegatus etiam à delegato, vel delegatus Episcopi, amplius subdelegare non potest, posset tamen committere aliquem actum causæ absque iurisdictione vt supra diximus, vltra allegatos facit ad hoc Franch. in cap. cum causam, de appell.

Delegati, Iurisdictio expirat morte delegantis re integra. c. relatum, c. licet vndique. de off. deleg. si autem fuerit perpetua iurisdictio, non expirat, & perpetuatur sola citatione, in qua inseri debet tenor delegationis, alioquin esset inualida. Abb. in c. cit. relatum. Inn. in c. præterea, de dilat. Bar. in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. Expirat, & postquam delegatus fuerit functus officio, Host. loc. cit. de off. deleg. nu. 11.

9 Iudicare autem debet Iudex secundum leges, & secundum allegata partium, non autē secundum quod ipse particulari sua scientia cognoscit, c. iudicet. 3. q. 7. c. 1. de off. Ord. iun. gl. quam quæstionem latissimè etiam tractat Couar. lib. 1. var. resol. c. 1. & tandem concludit affirmatiue, dicitque hanc opinionem esse magis communē tam apud canonistas quam apud Theologos, vt eam tenet. S. Tho. 2. 2. q. 67. art. 2. Caiet. ibidem, & Sot. de Iust. & iure. q. 4. art. 2.

In notorio tamen, quod constat ex actis etiam parte non opponente, iudex supplere potest, vt si viderit inhabilem testē, repellere ipsum potest. Abb. in c. intimauit, de testib. & Fel. ibid. Et si ex actis constaret actori non competere actionem, reijcere ipsum potest iudex etiam parte non opponente. Dec. in cap. ex insinuatione, de appell. Maran. de ord. iud. p. 6. decis. iud. actu. 1. nu. 68. Item & substantialia iudicij, & quibus non seruatis sequeretur nullitas sententiæ, iudex ex se ipso supplere potest: vt repellere potest procuratorem non habentem mandatum etiam parte non petente. c. causam. de iudic. & glo. in cap. 1. verb. absentia, de elect. in 6. Dec. in c. cit. causam, nu. 2. Et de hac quæstione satis controuersa, cessat iam omnis dubitatio, stante praxi vulgatissima, omnimodè iudicium reddi nullum ob defectum mandati; ita quod neque refectis expensis redintegrari, neque Principis auctoritate talis defectus sanari possit, vt testatur Gomez in cōp. vtr. sig. §. & quod dictum est.

Ad iudicis item instructionem pertinet vt in dubio iudicet secundum loci consuetudinem, c. cum dilectus, de consuet. Et si hæc non adsit, verborum proprietas est attendenda, l. non aliter. ff. de leg. 2. Item in dubio benignior, & fauorabilior intellectus est tenendus, vel ad similia recurrendum, arg. tex. in cap. translato. de constitutio. In dubio item in causis grauioribus ad Principē est recurrendum, c. inter alia. de sent. excomm. l. Dinus. ff. de off. præsid.

Ad extremum in iudicando communior Doctorum sententia est sequenda, c. de iudicijs, iun. glo. verb. plurimi. 3. q. 3. c. in canonicis. 19. dist. Fel. in c. ad aures, de rescript. nu. 3. Et plures modos gradatim in dubijs procedendi recēset Dec. in rub. de const. à num. 22. ad 30. & Abb. ibid.

Iudicis officij quoque est inducere partes ad amicabiliter componendum, cap. 1. de mut. pet. iun. gl. verb. concordia. & alia gl. in c. venerabilē verb. fauere. de elect. Quinimmo, & cogere potest iudex partes ad faciendam concordiam, vel arbitros eligendum, si lis fuerit diuturna, & intricata, & immineat armorum periculum seu timeātur graues inimicitiæ. Fel. in rub. de Treug. & pace, nu. 5. Lanfr. de arb. q. 45.

Pręterea Iudicis est occurrere litigatorum artibus, quibus causas prolongare conantur. Conc. Trid. sess. 25. c. 10. de ref. Præcipue autem laborare debet ne veritas opprimatur. Dec. in cap. quoniam de probat. nu. 5.

Iudex potest interrogare partes circa merita causæ etiam post conclusionem in causa, dummodo interroget circa ea quæ fuerunt acta ante conclusionem. Abb. in c. cum Ioannes, de fide instr. ibique Felin. nu. 11. Testes quoque etiam post publicationem interrogare potest ex officio suo, licet id facere non teneatur ad instantiam partis, gl. in c. per tuas, de testibus. verb. audiendum. Fel. ibid. nu. 5.

Potest & interlocutoriam suam quandocunque ante definitiuæ sententiæ prolationem reuocare, maxime si ab illa fuerit appellatum, iuxta communem Doctorum opinionem, de qua testatur Fel. in c. qualiter & quando, nu. 6. de accus. Franch. in 6. cum cessante, de appell. Nisi detulerit appellationi ab illa interpositæ, ea enim concessa cum iurisdictio transferatur in superiorem, non potest amplius se intromittere in causa vt notat Fel. loco cit. nu. 14. qui dicit hoc casu ne quidem de consensu partiū redire posse causam ad primum iudicem, nisi illam superior remittat propter translatam iurisdictionem. Similiter non posset reuocare interlocutoriam quę fuit mandata executioni, vel qua pronunciauit se esse iudicem competentem. Dec. in cit. c. cum cessante, nu. 14. Grauat. super cap. 1. lib. 7. Vestr. num 33.

10 Sententiam autem definitiuam reuocare regulariter non potest. Fel. loc. cit. à num. 23. nisi id continenti antequam habeatur pro absoluta. facit gl. in c. prædicator. verb. immo vero. 16. q. 1. Vel per modum declarationis, declarare enim potest, & interpretari suam sententiam, gl. in c. loci nostri, verb. errorem. 25. q. 9. Item & per viā restitutionis in integrum reuocari posset sententia. Fel. à nu. 23. cit. vbi plures casus, in quibus iudex reuocare possit sententiam definitiuam colligit. Cauti autē iudices reseruare sibi solent moderationem, diminutionemvè pœnæ appositæ seu declarationem sententiæ ne postea dubitare sit necesse de facienda declaratione, quod & facere possunt vt notat Couar. lib. pract. quæst. c. 34. præsertim vero in causis criminalib. Aufrer. de potest. Eccles. in laic. casu. 12.

Iudex item moderari debet salaria Notariorū ne exactionibus grauent partes, & ipse de illorū lucro participare non potest, cap. statutum. §. notarium, de rescript. in 6.

Similiter

Digitized by Google

Similiter & munera quæuis etiam sponte oblata, præter comestibilia paucorum dierū vel expensas moderatas in itinere furte propter causam suscepio, recipere non potest. §. insuper, ibi. Vsu tamen introductum est, vt iudices plerisq. locis propinam, siue sportulas pro ferenda sententia exigant, & hæc consuetudo toleratur. Zerol. p. 2. fuæ pr. x. ver. Episcopus. nu. 16. Pœna autem pecuniaria si quando de iure veniret imponenda, licet sanctius, si fieret in vsus pios expede retur, eam tamen ap, l. care sibi posse iudicem probat Cou. lib. 2. Var. res. c 9. nu. 9.

Et quoniam mentio facta est Notariorum, non incongruè plura hic sub persona Iudicis de ijs referri possunt. Notarius enim est minister Iudicis, & est persona publica, l. orphanotrophos. C. de episc. & cler. Et dicitur Iudex chartularius. Maran. p. 4. d. 18. nu. 2. Et iudex ipsum mutat vel eligit pro libito; recusari tamen potest à partibus tanquam suspectus si causa subsit. Dec. in c. quoniam, de probat. à nu. 10.

11 Creatur autem a Papa Imperatore Rege vel Principe non recognoscente superiorem. Innoc. in c. cum P. de fide instrum. Hostiens. tamen tenet, quod possit creari etiam ab episcopo in sua Diœcesi. in Summ. ne cler. vel mon. nume. 5. seu a quolibet alio habente iurisdictionē in suo territorio. idem tit. de fide. instru. num. 3. Immo acta per quemcunque deputatum à iudice confecta faciūt fidem, textus expresse, c. quoniam, cit. de probat. & Doctores ibidem. Magistro quoq; generali, & Prouinciali Ord. Prædicatorum, vt possit creare Fratres sui ordinis in notarios ad effectum publicandi, & exequendi mandata Apostolica pro ipsorum publica seu priuata vtilitate Pius V. indulsit de anno 1571. die 21. Mart. cuius priuilegium refert Collect. in suo compē. fol. 220.

Quoad exercitium autem notariatus officij in foro spirituali requiritur. vt notarius sit creatus non à Principe seculari, sed Ecclesiastico. Host. loc. cit. ne cler. vel monac. Potest tamen ipse esse laicus vt communiter tenent Doctores, in cap. decernimus, de iud. cit. licet magis conueniat, vt sit clericus, arg. tex cap. vt iuxta. de off. Ordin. & licet clericis prohibitum sit exercitium tabellionatus, c. sicut te, ne cler. vel Mon. hoc tamen intelligitur de exercitio in Iudicijs Laicorum, non autem in iudicio Iudicis Ecclesiastici. glo. & Hostien. loc. cit.

Notarius non debet esse persona vilis neque illegitimus. Arm. verb. tabellio. nu. 5. debet iurare in ingressu officij sui, quod fideliter exercebit

12 officium, & requisitus super auditis conficiet instrumentum sine diminutione veritatis, & sine admixtione falsitatis Syl. verb. tabellio. q. 6.

Omnia pertinentia ad artem suam scire tenetur. Aob. in c. 1. de fide instrum. & debet intelligere clausulas, quæ in instrumento ponuntur, quod si interrogatus explicare sui instrumenti clausulas nesciuerit, inualidum esset instrumentum. A. bene. in l. fi. §. penult. ff. ad Velleianum, plura de notariorū qualitate, peritia, videri possunt in libello de erroribus notariorum ab Anton. Taslata curiosè satis collecto. Quoad sufficientiam autem doctrinæ notariorum ecclesiasticorum, cuius defectu plurimi sæpe litigantes damnificantur, Conc. Trid. quoque caute prouidit. sess. 22. c. 10. de ref. ordinans vt Notarij Ecclesiasticorum iudiciorum nulla exemptione obstante ab Ordinarijs locorum etiam tanquam sedis Apostolicæ delegatis super doctrinæ sufficientia examinari possint, & repelli siue suspendi ab exercitio officij, si reperti fuerint inhabiles.

Scribere etiam debet notarius manu propria instrumenta, & habere prothocollum eorū quæ scribit. arg. tex. c. cum P. iunct. glo. fin. de fide instrum. Et debet nomina præsentium testium qui actum intellexerunt adnotare in instrumento, scribendo enim præsentes qui actum non intellexerunt, induceretur nullitas instrumenti, ob testium defectum, cum præsentes dici nō possint, qui rem ad quam tanquam præsentes adhibentur, ignorant. Ioan. And. in c. pastoralis. de offic. deleg. Circa iudicialia tamen crederetur ipsius scripturæ, etiamsi in ea non adhiberentur testes, gl. in c. quoniam, cit. de probat.

Vniuersa acta iudicij scribere debet, ca. quoniam, cit. nisi tamen causa parua sit. Abb. ibid. in talibus enim non requiritur scriptura, sed sufficit simplex informatio iudicis, cum in causis breuioribus sine scripturis iudex cognoscere possit. Dec. loc. cit. in c. quoniam. nu. 7.

Acta iudicialia edere non debet sine iudicis mandato. Vestr. lib. 7. c. 1. n. 20. in annot. ad quod allegat Bal. in l. is apud quem C. de eden.

Processum iudicialem appellantibus ad minus intra mensem post quam fuerit monitus edere tenetur, aliuquin si fuerit in mora suspendi deberet ab Ordinario, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit condemnari. Quinimmo & ipse Iudex si causam moræ dederit ad eandem dupli pœnam tenetur. Conc. Trid. cit. sess. 24. de refor. cap. 20.

De Iudicis Nomine, Officio, Ratione, & Conditionibus. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis nomen quid significet, tum latine, tum græce.*
2 *Iudicis officium quod sit.*
3 *Iudicis munus immediatum.*
4 *Personas accipere contra ius diuinum, & humanum est.*
5 *Areopagitæ noctu, ac in tenebris iudicabant, & quare.*
6 *Areopagitæ Rhetoricæ partem commouentem damnarunt.*
7 *Iudicis definitio.*
8 *Iudicis conditiones quæ sint.*
9 *Iudicis conditiones ex sacris literis, ex sacris canonibus, & ex ipsamet ratione deducuntur.*
10 *Potestas.*
11 *Veritas.*
12 *Forma iuris.*
13 *Scientia.*
14 *Vitæ puritas.*
15 *Iudicis conditiones adducta in quadam Salomo. sententia vniuersa contentæ.*
16 *Eliciuntur & ex nomine iudex.*
17 *Iudex fortis, & constans esse debet.*
18 *Mansuetus, & patiens.*
19 *Misericors quoq.*
20 *Ciceronis sententia maxime a iudicibus adnotanda.*

Digitized by Google

DE Iudice verba facturus a nominis illius
etymologia exordium mihi sumendum es-
1 se videtur. Itaque † Iudex a iudicando, siue a
iusdicendo nuncupatur, quasi ius dicens, siue ab
eo, quod iure discepiet, iure autem disceptare
iuste iudicare est, ita docemur 23.q.2.c.1.& c.fo
rus §. iudex.de verb.sign.D.Tho.2.2.q.60.ar.1.
quare iudicis erit nūcupatione minime dignus,
quo cum nō erit iustitia.cap.1.23.quæst.2.& ca-
pitul. forus. citat. Græce philosopho teste lib. 5.
Ethic.capitul.4. Iudex δικαστὴς appellatur, quasi
διχαστὴς, idest bipartitor, seu mediator; homines
enim cum altercantur inter se se, ad iudicem;
tanquam ad legem, & iustitiam animatam con-
fugiunt, ipsumque velut mediatorem ad æqua-
litatem inter se constituendam quærunt. Ex
2 quo † iudicis habetur officium; sua nempe
cuique ex iudicij ratione tribuere, Dei similitu-
dine, cuius & nomine gaudet, quemadmodum
in præfatione dictum est; vicemque tenet in ter-
ris. Deuteron.1.Sap.6. & Roman.13. D.Thom.
loc.cit.art.2.ad secundum. Qui Deus iustissimus
iudex vnicuique tribuit secundum opera sua.
3 Psalm.61. Quare † immediatum iudicis munus
erit, ac proprium, non vnius tantum: sed partis
vtriusque bonum indifferenter intueri; aliter
namque agens iniustus esset, ac personarum ac-
4 ceptator † contra præcepta legis, tum diuinæ.
Deut.1.& 16.& Eccl. 42. Non accipietis cuius-
quam personam, & Prouer.24. Cognoscere per-
sonam in iudicio non est bonum: tum humanæ.
cap.in iudicijs.de reg.iur.in 6. In iudicijs non est
acceptatio personarum habenda. Cuius vitij
grauitatem & quoq. antiqui damnarunt sapien
5 tes. de † Areopagitis enim iudicibus narrat Lu-
cianus noctu eos, ac in tenebris iudicare solitos
fuisse, ne dicentes viderent: sed illa tantum, quæ
dicerentur attentius considerarent, illa non ra-
tione fortassis; ne aliquo sinistro affectu, vel per
aspectum partium excitati, a iustitiæ rectitudi-
6 ne deflectere possent. Quare † illam quoque
Rhetoricæ partem, quæ ad affectus commo-
uendos valere videtur, & consequenter ad hu-
iusmodi personarum acceptionis crimen impel-
lere potest, Aristotele teste, commendanteque
pœnitus eiecerunt. Iudicis officium sapiens il-
lis verbis elegantissime declarauit. Sap. 9. Con-
stituisti hominem, vt disponat orbem terrarum
in æquitate, & iustitia; & in directione cordis iu
dicium iudicet. Ex dictis Iudicis elici definitio
7 potest. † Iudex humana persona est sibi quoquo
modo subiectis iniustitiam administrans. Ve-
rumenimuero, vt recte iudex, & absque peccato
8 caussas cognoscere, ac diiudicare possit; † quin-
que debet esse conditionibus, velut militibus il-
lum custodientibus constipatus. Potestate nē-
pe, veritate, forma iuris, scientia ad faciendum
iudicium, & animæ puritate, quarum tres prio-
res adeo cuique iudici necessariæ sunt; vt sine
ipsis iudicium ab eo factum inualidum omni-
no fit. D. Thom. 2.2.quæst.60. artic. 2. quarta
quoque iudici necessaria est per seipsum, vel sal-
tem per assessorem, vel consultorem; quinta sine
iudicium quidem consistit; verum iudicans pec-
catum committit. Suo quæque loco huiuscemo
9 di conditiones examinabuntur. † Illæ autem eli
ciuntur vniuersæ tum ex sacris literis; tum ex sa
crorum canonum ordinationibus; tum ex ipsa-
met ratione.
10 † Potestas. Rom.14. Tu quis es, qui iudicas alie
num seruum? 6.q.3.c.1.& est D.Greg.l.12.epist.
epi.9. Scriptum est in lege. Per alienam messem
transiens falcem mittere non debet. falcem er-
go iudicij mittere non potes in eam segetē, quæ
alteri videtur esse commissa. idem capit. 2. & 3.
ead.q.& 25.q.2.c.in Galliarum. Et quidem opti
ma ratione, etenim agens quemadmodum pas-
sum nequaquam vincere potest, nisi intra suæ
actiuitatis spheram contineatur; (neque enim
ignis lignum, nisi intra sui actiuitatem sit, com-
burere potest) ita iudex in quemuis, qui sibi sub
iectus minime sit iudicandi munus exercere
non valebit.
11 † Veritas. Deut.17. Si difficile, & ambiguum
apud te iudicium esse perspexeris, venies ad sa-
cerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fue
rit illo tempore: quæresque ab eis, qui indicabūt
tibi iudicij veritatem. Prouerb.9. Rex, qui iudi-
cat in veritate pauperes: thronus eius in æter-
num firmabitur, & de ipso Deo omnium iustis-
simo iudice habetur Psalm.88. Misericordia, &
veritas præcedent faciem tuam. & Ps.110. Ope-
ra manuum eius veritas, & iudicium. 3.q.7.cap.
iudicet. §.fin.& est D. Ambr.serm.20.super psal.
118. In iudicando magis cordi sit veritatis cu-
stodia, quam obedientia voluntatis. Et quidem,
rectamne sententiam proferet ipse iudex: ni-
si veritatem illius, de quo cōtrouersia est, perfe-
ctè cognouerit: illamq; fuerit in iudicando se-
quutus?
12 † Forma iuris. Deut.6. Hæc sunt præcepta, &
cęrimoniæ, atq. iudicia, quę mandauit Dominus
Deus vester, vt docerem vos: & faciatis ea in ter-
ra, ad quam transgredimini possidendam, & ca.
16 Iuste, quod iustum est prosequeris. i. secun-
dum formam legis tibi præscriptam 1. Timo.5.
Aduersus presbyterum accusationem noli reci-
pere, nisi sub duob. aut tribus testib. 3 q.7.c.iu-
dicet.cit.& est D. Amb.loc.cit. Bonus iudex nihil
ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito volū
tatis: sed iuxta leges, & iura pronunciat, & statu-
tis iuris obtemperat.& c.qualiter, & qn. el 2. de
accus. forma quędā iuris præscribitur, iudicibusq.
seruāda cōmittitur. Illud aūt efficacissima ratio-
ne fulcitur, foret namque plenum confusione
iudicium, nulla iuris forma seruata, nullo habi-
to procedendi modo, quare nec ipsa veritas iudi-
canda cognosci, discernivè posset, id cuique ocu-
lo purgato rem ipsam cōsideranti fit manifestū.
13 † Scientia. Ps.2. Erudimini, qui iudicatis terrā:
apprehendite disciplinam, ne qñ irascatur dñs,
& pereatis de via iusta. & Eccl. 18. Ante iudiciū
para iustitiam tibi: & antequam loquaris disce.
c.1.de consang.& affin. Ceterum tuam pruden-
tiam volumus non latere, quod non sint caussę
matrimonij tractandæ per quoslibet: sed per iu-
dices discretos, qui potestatem habeant iudican
di, & statuta canonū non ignorent. c.1. de pęnit.
dist.6. Iudiciaria potestas hoc expostulat, vt, qđ
debet iudicare, discernat. c.nē.1.d.18. Ignorantia
mater cūctorū errorū maxime in sacerdotib. Dei
vitanda est. idē dist.36. c.quoq. r.& alibi sæpius.
At vero quomodo iuste, quod iustum est poterit
iudicare, qui iudicandi laborat inscitia?
14 † Vitę puritas. Eccl. 18. cit. Ante iudiciū para
iustitiā tibi. & inf. eod. c. Ante iudiciū interroga
te ipsum: & in conspectu Dei inuenies propitia-
tionē. Ro.2 Propter quod inexcusabilis es o ho-
mo omnis, qui iudicas: in quo. n. iudicas alterū;
te ipsum condēnas. eadem. n. agis, quæ iudicas:
& Io.8. Qui sine peccato est vestrū; primus in il-
lam lapidē mittat. 3.q.7.cit.c.4. & est D. Ambr.
loc.cit. Iudicet ille de alterius errore, qui non ha
bet, quod in seipso condēnet. hoc eadem caussa

sæpius

Digitized by Google

sæpius repetitur. Vide D. Thom. secunda secundæ, quæstio. 60. articul. secundo citat. Indignus profectò est alios iudicare, atque purgare non vult, ac diuino est iudicio condemnandus, qui proximum peccatis inuolutus iudicare præsumit.

15 † Conditiones istæ omnes in illis verbis continetur Sapient. 6. *Cum essetis ministri regni illius*; ecce potestatem. *non rectè iudicastis*, ecce veritatem, *nec custodistis legem iustitiæ*, ecce formam iuris, *neque secundum voluntatem Dei ambulastis*, ecce vitæ puritatem, *ad vos ergo hi sermones mei, vt discatis sapientiam rectè iudicandi, & non excidatis*. ecce scientiam ad faciendum iudicium. Illis verò, qui eas minime possident, quid euenturum sit, eodem capite subditur. *Horrende, & cito apparebit vobis quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet*. nec ideo sine metu sint, quia subitæ punitionis gladium minime sentiunt, sequitur enim. *Exiguo quidem conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur*.

16 † Eliciuntur quoque prædictæ conditiones vniuersæ ex ipsomet nomine IVDEX, quinque literis constante, quarum I. iuris formam signat. V. veritatem. D. disciplinam iudicandi. E. eminentiam potestatis. X. vitæ puritatem. X. enim denarij nota est numeri omnium numerorum perfectissimi, quippe qui, & illorum differentias vniuersas, & proprietates, atque rerum omnium genera, decem videlicet prædicamenta contineat. idcirco mirum cuique non erit, si vitæ puritatem, quæ maxime in decem præceptorum obseruatione consistit, litera X. præsertim in iudice notet.

17 † Fortis quoque, & Constans esse index in iudicando debet. Ecclesiast. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.

18 † Mansuetus, & patiens. Ecclesiast. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas, & cum sapientia proferas responsum vero19 rum. atque † Misericors. Iacob. 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam. Matth. 7. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur & vobis, & Ezech. 7. Secundum iudicia eorum iudicabo illos vide D. Augustin, epistol. 54. ad Macedon. tom. 2. At verò istæ, similesq. conditiones ad vitæ puritatem reduci queunt, illam etenim in quarumcunque virtutum possessione consistere, nemo non cognoscit.

20 † Ciceronis aurea verba nostro huic proposito deseruientia addere visum est; quæ maxime præ oculis quisque iudex habere debet. Is namque in oratione pro Cluentio. Est sapientis iudicis (inquit) meminisse se hominem: cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit, & creditum: & non solum sibi soli potestatem esse datam: verum, & fidem habitam esse, meminisse posse, quem oderit, absoluere; quem non oderit, condemnare, & semper non quæ vult ipse: sed quid lex, & religio cogat, cogitare, animaduertere quæ res in quæstione versetur. Cum hæc sint videnda: tamen illud est hominis magni, iudicis, atque sapientis, habere in consilio legem, fidem, religionem, æquitatem, libidinem autem, & inuidiam, metum, cupiditates omnes ammouere. maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quam a Dijs immortalibus accipimus, quæ a nobis diuelli non potest.

De Iudicis Potestate; siue Iurisdictione. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Potestas, & iurisdictio in Iudice necessaria est.*
2 *Iudex naturæ iure absque iurisdictione ius dicere nequit.*
3 *Iudicium quid sit.*
4 *Legem quis condere possit.*
5 *Iudex, qui suæ iurisdictionis fundamentum ignorat, processum formare nequit.*
6 *Et quæ iudex de sua iurisdictione dubitans.*
7 *Iudicium a iudice incompetente factum, vsurpatum, ac temerarium dicitur.*
8 *Potestas quadruplex. Ordinaria, delegata, arbitraria, accessoria.*
9 *Ordinaria potestas quæ sit.*
10 *Papa est omnium iudex ordinarius.*
11 *Episcopus quare dicatur ordinarius.*
12 *Delegata potestas quæ sit.*
13 *Arbitraria potestas quæ sit.*
14 *Arbitri quare ita nuncupentur.*
15 *Arbitrorum potestas publica est.*
16 *Arbitri ligandi vim habent, non autem exequendi.*
17 *Accessoria potestas quæ sit.*
18 *Potestas quadruplex in sacris literis.*
19 *Iudex nulla potestate præditus iudicare præsumens lethaliter peccat.*
20 *Iudex a quadruplici potestate, quadruplex nomen sortitur.*

Conditio prima, quam in iudice quouis fore necessariam dixi, Potestas iudicandi,
1 uel (vt aiunt) iurisdictio est. † quam in iudice adeo necessariam esse doctores affirmant; vt sine ipsa iudicium corruat, & processus, sententiaque nulla ipso iure fit. argument. Deuteronom. 16. Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis; vt iudicent populum iusto iudicio, & Roman. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? distinctio. 96. per totum. 3. quæstio. 6. 6. quæstio. 3. t t. quæstio. t. 2 t. quæstio. quinta, atque titul. de foro competenti similiter per totum. l. vltima. ff. de iurisdictio. omnium iudic. D. Thom. secunda secundæ quæstio. 60. articu. secundo ac sexto, & quæstio. 67. articul. primo, Caietan. ceterique Thomistæ ibidem Dominic. Soto libro tertio, de iustit. & iur. quæstio. quarta, articul. secundo, & sexto, & libro quinto, quæstio. item quarta, Gregorius de Valent. tomo terzo commentar. Theologo. disputat. quinta, quæstio. vndecima puncto primo, Abbas, & doctor. in capitul. sententia, & sicut. de sentent. & re iudicat. ac in titul. de foro competenti. Siluest. verbo iudicium. numer. 6.

Prosper Farinac.quæst.7.nom. 1.in pract.crim.
& est omniũ communis nemine contradicente.
2 †immo iuris naturalis per se non esse aliquem
iuste sine iurisdictione ius dicere minime posse
docet Mart. Nauar. cons. 1. de foro competen.
numer. 2. tom. 1. ex l. vltima. ff. de iurisdictio.
omnium iudic. cit. Cuius veritatis illa ratio as-
3 signari posse videtur. etenim † Iudicium nihil
aliud est, quam legis ad personas applica-
4 tio cum vi coactiua; quemadmodum igitur † le-
gem vim coactiuam habentem condere nemo
potest, nisi qui ad illud præstandum habet au-
ctoritatem: ita neque huiusmodi legem per-
sonis particularibus applicare quis poterit, nisi
tali sit præditus potestate. Adeoque necessa-
ria est ad iudicandum ista potestas, siue iurisdi-
ctio; quod Panormit. in cap. ad nostram de iu-
5 reiurand. affirmauerit. † Iudicem, qui suæ iu-
risdictionis fundamentum ignorat, (licet il-
lam habeat) processum formare minime posse.
quod si formauerit, inualidum fore censen-
dum; asserit idem, ac probat Felin. de foro
competen. capit. si quando de rescript. caussa
15. nullitat. numer. 1. tom. 3. atque Iacobus Me-
nochius lib. 1. de arbitrar. iudic. quæstion. quæst.
6 75. nume. 5. qui † dictum istud ad iudicem quo-
que de propria iurisdictione dubitantem exten-
dit, tam ordinarium numer. citat. quam delega-
7 † tum numer. 11. Iudicium verò a iudice incom-
petente factum, hoc est sine iurisdictione per-
petratum, iudicium vsurpatum & dicitur, &
prohibetur. 6 quæst. 3. capit. primo. D. Thom.
2. 2. quæst. 60. citat. artic. 6. Dom. Sot. li. 3. de iu-
stit. & iu. q. 4. artic. item 6.

De Iudicis itaque Potestate sermonem insti-
tuentes illam cum Gabr. in 4. sentent. distin-
ctio. 15. quæst. 6 artic. 1. Sot. loc. cita. lib. 5. quęst.
4. artic. 1. conclusio 2. Valen. tom. 3. disputat. 5.
quæst. 11. puncto primo; Toleto lib. 5. instructio.
sacerd. capit. 56. numer. 5. alijsque communiter.
8 † Quadruplicem esse dicimus, videlicet ordi-
nariam, delegatam, arbitrariam, & accesso-
9 riam. † ordinaria potestas illa dicitur, quæ ali-
cui aut ex dignitate, aut ex officio iurisdictio-
nem annexam habente conuenire dignoscitur.
10 Ita † Pontifex maximus ex dignitate, qua gerit
Christi vices in terris, ordinariam super omnes
fideles in spiritualibus potestatem habet; atque
etiam in temporalibus spiritualium illis anne-
xorum ratione. Ita Papa, Imperator, Reges,
Principes, ac Respublicæ in seculares suæ iu-
risdictioni subiectos ordinariam in temporali-
bus possident potestatem. Episcopus in pro-
11 pria diœcesi, loquendo in spiritualibus; † qua-
re & ordinarius nuncupatur. Generales ordi-
num in sua quisque congregatione. Prouin-
ciales in sua quisque prouincia. Abbates,
Priores, Præpositi, Custodes, ac Prælati in
suo quisque monasterio, seu conuentu ordina-
riam potestatem in sibi subiectos habent. Iu-
lius Clarus libro quinto, recept. senten. §. final.
quæstio. 35. versic. quæro quis sit iudex Mona-
chorum.

De hac Potestate in lib. 1. tum decretalium,
tum sexti, tum clementinarum, tum extraua-
gantium communium sub titulo. De officio iu-
dicis ordinarii, & a Canonistis eisdem in locis
pertractatur. Gratianus 2. quęstio. 6. capit. a iu-
dicibus.

12 † Delegata potestas illa nominatur, quæ ex
iudicis superioris ordinarij commissione compe-
tit alicui: siue generaliter ad omnes caussas, siue
specialiter ad quasdam solummodo cognoscen-
das deputetur. Hac potestate præditi sunt com-
missarij, auditores, Prætores, ceterique a Iu-
dicibus ordinarijs ad caussas in locis eorum iu-
risdictioni subiectis cognoscendas electi. Regu-
lares inter Visitatores, alijque quocunque no-
mine honestentur a Generali, siue prouinciali ad
aliquam religiosorum sibi subditorum caussam
cognoscendam destinati, iudices erunt delega-
ti. De huiusmodi agitur potestate lib. 1. Decre-
talium, & Sexti, & Extrauagantium commu-
nium sub titulo De officio, & potestate iudi-
cis delegati. quibus etiam in locis de illa canoni
stæ loquuntur.

13 † Arbitraria potestas ea dicitur, quæ ex liti-
gantium partium electione oritur alicui. Par-
tes etenim litigantes, vel ad expensas fugien-
das; vel ad procuratorum, aduocatorumque
cauillationes, ac versutias euitandas, vel aliqui-
bus alijs de caussis inter se se aliquando conue-
niunt; vnumque, vel duos, aut etiam plures
viros probos, & bonos concordi eligunt volun-
tate: vel vna pars vnum, altera pars alterum;
qui litem inter ipsos ortam, prout eis iustum
fuerit visum, vel arbitrio, vel iure dirimant, atq.
14 definiant. † Ita electi iudices arbitrarij, siue
compromissarij nuncupantur; arbitrariamq. ad
litem eiusmodi terminandam possident potesta
tem.

15 † Quæ potestas, licet priuata esse videatur;
publica tamen quodammodo est. Cum etenim
vnusquisque alteri fidem seruare teneatur, iure
16 gentium cautum est; † vt qui arbitrij ab ali-
quibus fuerint constituti, ligandi vim per suam
sententiam habeant. at vero sententiæ ipsius
executio ad principem, illiusve ministros, qui
vim habent coactiuam, spectare videtur. De
hac potestate in lib. 1. Decretalium, & Sexti sub
titulo De arbitris, ibique a doctoribus per-
tractatur. Gratian. 2. quæst. 6. capit. à iudicibus
ci. cap. peruenit. & cap. si sacerdos 11. q. 1. l. 1. ff.
de arbitris.

17 † Accessoria vero potestas illa nominatur,
quæ ratione alicuius facti, vel caussæ contingen-
tis oritur alicui. Hac potestate Bononiensis
Papæ subiectus delictum Florentię si commit-
tat, a magno Etrurię Duce puniri potest, acce-
dente illi super Bononiensem huiusmodi pote-
state ratione delicti in eius iurisdictione com-
missi. tribuit namque iurisdictionem delictum.
6. quæst. 3. capit. placuit capit. 1. de rapto. l. alte-
rius. ff. de accusatio. capit. fin. de foro competen.
gloss. capit. postulasti eod. titul ac 3. quæst. 6. in
principio. D. Thom. secunda secundæ. quæst.
67. artic. 1. ad 3. Farinac. loc. citat. Eandem ac-
cessoriam potestatem tribuit domicilium, &
possessio. capitu. fane. de foro competen. gloss.
loc. cit. 3. quæst. 6. Cęsar de Grassis auunculus
meus decis. 61. numer. 11. Farinac. vbi supra.
Hac potestate poterit quoque alicuius Mona-
sterij prǽlatus alterius conuentus Regularem
in suo delinquentem punire.

18 † Quadruplex ista potestas in sacris etiam
literis reperitur. Ordinaria quidem, quam Moy
ses, Iosue, Iudices, Reges, ac Duces habuere. De-
legata, qua & seniores a Moyse constituti po-
pulum iudicabant. Exod. 18. & Daniel ab ipso
Deo electus, senes, qui contra Susannam falsum
tulerant testimonium, condemnauit, vt elicitur
Dan. 13. D. Tho. 2. 2. quęst. 67. art. 1. ad primum.

Digitized by Google

Arbitraria, qua mulieris prægnantis occisorem moriter, illusque viri arbitrii iudicare debebant. Deuteron 21. Accessoria vero, qua Dauid eos, qui sibi tributam Siceleg ciuitatem succenderat, licet sibi subiecti minime essent, & morti adiudicauit, & interfecit. 1. Reg. cap. item. 20.

Harum potestatum altera ita est ad iudicandum
19 necessaria; quod † iudex, qui nulla earum præditus, iudicare præsumpserit, mortiferum peccatum committet. Nauar. in Manual. capit. 25. num. 13. Sot. lib. 3. de iustit. & iur. quæst. 4. artic. 2. Tolet. lib. 5. instr. sacerd. cap. 56. num. 5. Syluest. verbo Iudicium. num. item 5. præterquam quod iudicium inualidum redditur, vt initio capitis huius dictum est.

20 † Ab ista quadruplici potestate Iudex quadrupliciter appellatur, videlicet, aut Ordinarius, aut Delegatus, aut Arbiter, siue Compromissarius, aut delicti, siue Domicilij.

De Veritate in Iudice necessaria. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Veritatem in iudicando seruare debet Iudex.*
2 *Aaron quare in pectore portabat rationale iudicij.*
3 *Veritas duplex, rei, & conscientia.*
4 *Veritas rei quæ sit.*
5 *Veritas conscientia quæ sit.*
6 *Veritas conscientia triplex.*
7 *Rei veritas non semper seruanda est in iudicando.*
8 *Conscientiæ veritas in iudicando non semper seruanda est.*
9 *Quam veritatem iudex sequi teneatur in iudicando.*
10 *Iudex persona publica est, & communitatis vices gerit.*
11 *Iudex omnia, quæ non nouit vt iudex, ignorat.*
12 *Iudex priuata scientia innocentem, ex actis vero nocentem cognoscens, quid facere possit, ac debeat.*
13 *Tuta conscientia talem condemnare potest.*
14 *Si conscientia scrupulis agitetur, quid faciet.*
15 *Conscientiam contra operari peccatum est.*
16 *Iudex in conferendis officijs, ac dignitatibus propriam scientiam sequi potest.*
17 *Reus in actis non probatus talis, condemnari nequit.*
18 *Forum exterius ad occulta delicta non extenditur.*
19 *Delicta occulta quæ censeantur.*
20 *Iudex, & superior delicta subditorum cognoscens extra iudicium, an illa punire queat.*

Altera conditio in iudice necessario requi-
1 sita Veritas ipsa est. † Iudex etenim veritatem seruare in iudicando debet, iuxta illud Zacha. 7. Hæc dicit Dominus: iudicium verum iudicate. Iudicia quoque Dei, cuius gerit vices ipse iudex, vera sunt, ac iustificata in semetipsa. Psalm. 18. & Deuteronom. 13. habetur. Si audieris in vna vrbium tuarum, quas dominus Deos tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerunt. eamus, & seruiamus Dijs alienis, quos ignoratis, quære sollicite, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties, &c.

2 Quare † in pectore Aaron summi Sacerdotis omnium difficillimum (quemadmodum Deuteronom. 17. ordinatur) iudicis, quando sacerdotalibus ornabatur vestimentis, rationale iudicij, in quo erant veritas, & iudicium, ponebatur. Exod. 28. nempe vt ostenderetur in iudice, & veritatem, & doctrinam ad faciendum iudicium esse necessariam. Verumenimuero vt, quæ veritas in iudice requiratur, pateseat, principio de ipsa distinguendum est veritate. Itaque
3 † Veritas (quod ad præsens negotium attinet) duplex est. vna rei, conscientiæ altera.
4 † Veritas rei dicitur illa, quæ cum ipsa re conuenit, adeo vt, quod asseritur, ita re ipsa sit.
5 † Veritas verò conscientiæ illa nuncupatur, quę aut cum re ipsa conueniat, aut non conueniat; eiusmodi tamen esse existimatur, quare non prout est; verum prout existimatur, asseritur.
6 † Hæc veritas conscientiæ triplex esse potest; vna cum quis aliquid nouit veluti Dei minister in sacramentali confessione, altera cum quis aliquid nouit veluti persona priuata, tertia cum quis aliquid nouit veluti persona publica; videlicet per legitimas testificationes, seu indicia sufficientia, siue (vt aiunt) per acta, & probata in iudiciali rite fabricato processu.
7 † Rei veritatem semper iudex minime seruare tenetur; quia multoties Deo soli nota est, ac inuestigari nequit.
8 Similiter † neq. conscientiæ veritatem, quam vel in sacramentali confessione cognouit: illam etenim extra conscientiæ forum quomodolibet reuelare non potest. capitu. si sacerdos. de offic. iud. ordin. & capit. omnis vtriusque sexus. de pęnit. & remi s. vel nouit vt persona priuata. gloss. in capit. non prohibeat. de consecr. distin. 2. cum etenim iudex communitatis vice fungatur, iuxta veritatem communitati quoque notam iudicare debet: non autem iuxta illam, quæ sibi soli nota est, alioquin vt priuatus nullam possidet iudicandi potestatem.
9 † Veritatem igitur illam sequi tenetur, ac debet ipse iudex, quæ sibi tanquam iudici, & personæ publicæ communitatis Vicegerenti nota est; quæ quidem illa esse videtur, quæ in actis legitimis constat, licet contrarium ipse tanquam priuatus esse cognoscat, atque certo sciat. 3. quæst. 7. capit. iudicet. 11 quæst. 3. capit. summopere. capit. pastoralis de offic. delegat. l. illicitas. ff de offic. præsidis. Gratian. 30. quæstio. 5. post capit. si quis gloss. capit. iudicet. 3. quæst. 7. cit. verbo audit; vbi multa circa hoc. capit. primo. de offic. iud. deleg. cit. & capit. item primo. de offic. iud. ordin. D. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 3. ad 3. & quæst. 67. artic. 2. Caieta. Bannes. Salon. & Arragon. ibidem. Alexand. de Ales. 3. p. quæst. 20. memb. 6. artic. 2. Domin. Soto lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 4. artic. 2. Couar. lib. 1. variar. resolut. capit. 1. Henric. de Ganda. quodlib. 3. quæstio. 25. Ioan. Maior. in 3. distinctio. 33. quęstio. 4. Nauar. in Manua. capitul. 25. nume. 9. & 10. & in capit. si quis. de pęnit. distinct. 7. nume. 129. Abulensis in capit. 23. Exodi. quæst. 6. Tolet. instruct. sacerd. capitu. 56. nume. 8. & omnes pene moderni, alijque citati a Couarr. & Sot. vbi supra Bart. quoque in l. illicitas cit. Io. Andr. in Spe-

Digitized by Google

in Specul. tit. de allegat. & probat. §. satis. num.
13. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. diligen-
ter. num. 25. Turrecremat. & Archidiac. in cap. si
sacerdos. de offic. ordin. Menoch. lib. 1. de ar-
bitrar. iudic. quæst. q. 24. num. 3. quam opinio-
nem, & veriorem, & communiorem tam
in ciuilibus, quam in criminalibus esse affir-
mant Couarr. & Tolet. loc. citat. illam quoque
Rotam Romanam sequi docet Cæsar de Gras-
sis auunculus meus vir doctissimus in decisio-
nibus proprijs decis. 147. num. 9. Cuius doctri-
næ illa potissima ratio potest afferri. Iudex per-
sona publica est, in iudicandoque communita-
tis vices profecto gerit. ergo cum iudicandi mu-
nus exercet, illud, quod communitas opera-
retur, facere debet. communitas vero nequa-
quam iuxta vnius priuatam scientiam; sed iuxta
illam, quæ testificatione publica in actis legi-
time fabricatis consistente, siue iuxta legitime
acta, & probata constat, vtique iudicaret. igitur
Iudex quoque non secundum priuatam no-
titiam, aut conscientiam, aut veritatem sibi
priuatim notam, cum ipse minima sit (vt
priuatus) communitatis pars; quare & facilli-
me falli queat: verum secundum publicam scien
tiam, quæ ex testium legitimorum depositioni-
bus toti constat communitati, iudicet, est ne-
11 cesse. † Iudex etenim quæcunque vt iudex non
cognoscit, ignorat. Nauar. consil. vni. de offic.
iudicis. num. 5.
12 † Potest vero iudex, qui priuata scientia ali-
quem certo innocentem nouit; qui attamen
in processu nocens esse probatur, facere quæ-
cunque fieri sine scandalo queunt, vt senten-
tia contra huiusmodi non feratur, nec lata exe-
quatur, vel commodum ei, vt e carceribus fu-
giat, tribuendo, vel testes examinando de loco,
tempore, die, alijsque circunstantijs exquisita
diligentia; quo illorum inconstantiam, aut va-
rietatem, aut mendacium, aut conspirationem,
aut subornationem, aut falsitatem inueniat, de-
tegatque, vel accusatorem, siue partem pla-
cando, quo in aliqua lege (si iudex superiorem
non cognoscens sit) dispensare queat, vel (si
aliqua spes foret) ad superiorem iudicem per
appellationem Rei caussam remittendo, coram
quo superiori iudice postmodum iudex inferior
pro ipso reo testificaretur, vel aliud quid iuxta
sui prudentiam operando pro innocentis libe-
ratione. Quod si nullum satis remedium es-
13 set; † tuta conscientia illum poterit condem-
nare. Neque contra conscientiam, siue con-
tra ius operabitur; tum quia illum nequaquam
vti priuata persona, quæ illius innocentiam no-
uit, condemnat: sed vti iudex quare publica
persona, cui per acta, & probata de illius nocen-
tia constat; tum quia non est ipse iudex, qui
eiusmodi damnat innocentem: verum ipsamet
lex per dicta. 23. q. 5. cap. homicidas. & cap. cum
homo. & per gloss. distinct. 1. in principio. At
14 vero † si iudicem aliquem reperire sit, qui con-
scientiam deponere nequeat; sed peccatum esse
in processu conuictum reum, sibi autem cogni-
tum innocentem condemnare pro certo habeat,
vel probabiliter dubitet; huiusmodi iudex ta-
lem absque peccato condemnare minime pote-
15 rit: quia contra conscientiam operaretur. † con
tra quam operantes peccare nemo nõ affirmat,
ex D. Pa. Rom. 14. & c. literas. de restit. spoliat.
Illud autem incidẽter addere visum est; quod
licet in publicis ferendis sententijs iudex iuxta
publicas testium probationes procedere debeat;
16 † in dignitatibus attamen, ac officijs conferen-
dis, atq; in alijs etiam, quæ illius committuntur
arbitrio; non testium dicta, neque aliorum scien
tiam sequi tenetur; sed illam, quã ipse de cuius-
que meritis habet notitiam, sequi potest. ita l. 1.
& 2. ff. de iurisd. omn. iudic. Siluest. verbo iudex
2. quæst. 5. in principio. Michael Salon. 2. 2. q. 67.
artic. 2. Saytus in Claui regia. lib. 12. cap. 8. nu-
mero 18.
Ex ijs, quæ superius habita sunt, infertur,
17 quod † licet iudex eum, quem in vinculis tenet,
reum euidenter esse cognoscat; cum attamen id
vel non legitime probatur; vel ille testimonijs
legitimis purgatur, eum condemnare minime
potest. Sot. lib. 5. de iust. & iu. quæst. 4. art. 2. qui-
nimmo illum tenetur absoluere Specul. 3. part.
tit. de accusat. §. 1. num. 28. Nauar. cons. 4. de iu-
18 dicijs. num. 8. tom. 1. etenim † forum exterius ad
occulta delicta nequaquam extenditur. at vero
19 illa occulta esse censentur; quæ legitime iuxta
regulas iuris probata esse minime constat. iudi-
cis autem scientia testimonium sufficiens ne-
20 quaquam reputatur. Quare † iudex siue præ-
latus si a suis admissa crimina, vel quia ipse vi-
dit, vel quia a fide dignis audiuit extra iudiciũ,
cognouit, eisdem pœnam vt iudex nequibit in-
ferre: (de grauioribus loquendo) at vero admo-
nitione paterna, vel etiam emendatione aliqua,
siue extraordinaria pœnitentia illum cum talib.
vti, nihil prohibere videtur. Sot. loc. cit. Clar. li.
5. §. fi. q. 8. vers. sed pone. & q. 66. vers. scias autẽ.
Victorinus Auersa. lib. de mod. proced. in c. reg.
e. 3. num. 4.

De forma iuris a iudice in iudicando seruanda. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Forma iuris aliqua seruanda in iudicijs est.*
2 *Iudicium sine aliqua forma iuridica factum te-merarium, & inualidum est.*
3 *Forma iuris in iudicando seruanda in quatuor consistit, & quæ illa sint.*
4 *Modi in iudicio seruandi quattuor sunt, & qui.*
5 *Accusationis, Denunciationis, Inquisitionis, & exceptionis via quomodo seruanda.*
6 *Delictum contra exceptum probatum an puniri queat.*
7 *An de eodem possit separato processu inquirere iudex.*
8 *Processum incipere nequit iudex modo aliquo procedendi non seruato.*
9 *Accusatio, et denunciatio contra superiores a subditis facta non sunt de facili admittenda.*
10 *Preparatoria iuris a iudice in iudicando seruanda quæ sint.*
11 *Iudex in præparatorijs deficiens recusari potest.*
12 *Sententia quomodo a iudice ferenda sit.*
13 *Pœna quomodo infligenda a iudice sit.*

TErtia conditio in iudice necessaria forma
1 iuris est, † quæ adeo seruari debet, quod
sine aliqua iuris forma iudicium factum nul-
lum pœnitus existimetur. & sit. arg. Gen. 18. Cla
mor Sodomorum, & Gomorreorum multiplica
tus est, & peccatum eorum aggrauatũ est nimis;
descen-

descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, aut non est ita, vt sciam. Luc. 16. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius, et vocauit eum, & ait illi, quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Deut. 16. Iuste quod iustum est prosequeris, ex his nanque locis colligitur in iudicijs aliquam formam seruandam fore, vt subsistentia sint, legitimaq; Et certe Ios. 7. Achan sorte extrahitur, vocatur, ore conuincitur proprio, res furatæ quæruntur, & inueniuntur, & producuntur, antequam contra illum condemnationis sententia proferatur cap. eorum. 11. q. 3. & c. qualiter, & quando el 2. de accusatio. forma quædam saltem processum incipiendi præscribitur, sparsim verò eod. tit. alijsque cetera ad illum prosequendum ac terminandum edocentur necessaria. Idem quoq; affirmant. D. Th. 2. 2. quæst. 60. art. 2. Sot. lib. 3. de iust. & iur. quæst. 4. art. 2. Valen. tom. 3. disp. 5. quæst. 4. pun. 2. Tole. lib. 5. instr. sacer. cap. 56. num. 9. Gregor. Sayrus. libr. 12. clauis regiæ. cap. 9. cuius necessitatis illa potest assignari ratio. Iudex de re sibi minime nota iudicare nequit, iustum ve de re deducta proferre iudicium, nisi eam, eiusq; veritatem legitime norit. At verò iudex neq; rem nosse iudicandã sine accusatore, aut illius gerente vices; neq; et varitatem legitime scire, absq; illius per testium, ac Rei examen inuestigationem; neq; sententiam proferre, nisi veritate perspecta potest: hæc autem nihil aliud sunt, quam forma iuris. Igitur sine iuris forma iudicium ipse Iudex exercere non poterit, † iudiciumq; ab ipso sine aliqua iuris forma factum temerarium, ac inualidum profecto censendum erit. arg. c. quæ contra. de reg. iur. in 6. Quæ contra ius fiunt, debent vtiq; pro infectis haberi.

3 † Forma verò iuris in iudice necessaria in quatuor potissimum videtur consistere. videlicet. In modo procedendi; In præparatorijs; Inferenda sententia; & In pęna imponenda. ex Tol. & Sayro. loco citato.

4 † Modi quibus in iudicio iure procedi potest, quatuor sunt, per accusationem, per Denunciationem, per inquisitionem, & per Exceptionem. c. super his. de accusa. iunctis ca. inquisitionis. & ca. qualiter, & quando el secondo eod. tit. gloss. in cap. qualiter, & quando. ci. & omnes communiter.

5 † Per viam Accusationis nequit procedere iudex absq; accusatore legitimo accusationem in scriptis, aut verbotenus porrigente. Per viam Denunciationis, nisi præcesserit denunciantis charitatiua monitio. Per viam Inquisitionis, nisi præcesserit infamia a pluribus, non prauis, & maleuolis: at probis, & beneuolis orta ante iudicium. cap. qualiter. cit. iuncta glo. Nauar. consil. 3. de accusat. nu. 4. to. 2. Achilles de Grassis auunculus maius. decis. 321. nu. 3. & est omnium communis. Per viam, exceptionis, nisi excipiens legitime obijciat, accusatorem, vel testem ab accusatione, vel testimonio repellendo; siue promouendum ad ordines, aut dignitates inhabilem ostendendo. arg. cap. super his. de accusa. cit. & c. pa-
6 storalis. de excep. Clar. lib 5. §. fi. quæst. 19. † Quo casu, licet contra exceptum delictum probetur, iudex attamen contra illũ criminaliter procedere nequit, siue pro tali delicto eum pœna vel ordinaria, vel extraordinaria mulctare: at solummodo ab accusatione, siue testificatione, siue ordinatione, siue dignitate, vel officio illum velut illegit mum, siue inhabilem repellere potest; nisi fortassis excipiens testem de falsitate, petat illi tanquam falso nullam fidem adhiberi, & præterea illum de falso puniri. tunc enim de falsitate (si probetur) a iudice ordinaria pœna falsi puniri potest. eo nanq; casu excipiens ipsius accusatoris partes videtur assumere, docet, ac probat Clar. loc. cit. quod idem asserendum est quoque de accusatore exceptoreq. si crimen illis obijceretur, & obijciens illos nedum repellere, sed & puniri vellet, ac postularet.

7 † Poterit verò iudex de delicto simili exceptione probato iudicio inquirere separato contra delinquentes, contraq; illos criminaliter per modum inquisitionis procedere, si ei placuerit. Cla. vbi supra.

8 † Hi procedendi modi adeo necessarij sunt; quod iudex nedum iudicare, sed neq; processum incipere potest sine legitimo accusatore, aut Denunciatore, aut exceptore, aut Infamia præcedente eo, quo dictum est modo probat Nauar. cons. 4. de accusa. num. 3. to. 2. ac Tol. lib. 5. instr. sacer. c. 56. num. 10.

9 † Accusationem autem, siue denunciationem contra superiores subditus porrectas non ita facile iudex admittere debet. arg. c. qualiter, & quando ci. de accusa. quo loci habentur huiuscemodi verba. Diligentius tamẽ obseruandum est in prælatis, qui quasi signum positi sunt ad sagittam; et qui non possunt omnibus complacere: cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare: quinimmo interdum suspendere, nonnunquam vero ligare, frequenter multorum odium incurrunt, & insidias patiuntur. &c. quare illa obseruare poterit ipse iudex, quæ habentur secunda quęstione 7. capitulo si qui sunt. & capitulo quærendum. de qua re inferius proprio loco pertractabimus. c. 16 num. 47.

10 † Præparatoria sunt Citationes, Delatio Iuramenti, Termini, Dilationes, Exceptiones, Appellationes, Tortura, Defensiones, & reliqua in fabricando processu, tam pro veritate delictorum habenda, quam pro ipsius Rei defensione contingentia: quæ omnia iudex peragere, deferre, concedere, recipere, acceptare, inferre, procurare, tribuere, & exequi iuxta leges, aut statuta, aut constitutiones, debet. Tole. loc. cit. numero 9. & reliqui omnes.

11 † Huiusmodi præparatoria adeo iuribus conformia sunt, adeoque a iudice obseruanda; vt Iudex in eorum aliquibus deficiens, (licet de crimine violatę religionis ageretur) meritò recusari queat, ab eoque per appellationem declinare. Dir. inquisit. 3. par. de recusatione, quæ fit ab Inquisitore, & ibidem Fr. Pegna com. 30. & 31.

12 † Sententia vero non ex proprio iudicio, siue (vt aiunt) ex proprio capite a iudice proferenda est: verum quæ iuris, aut statutorum, aut constitutionum dispositioni sit conformis. cap. 1. de sent. & re iud. in sexto. neque præcipitanda est: sed maturo ponderanda iudicio antequam proferatur. argu. sap. 12. Cum tranquillitate iudica. Psal. 21. Illic sederunt sedes in iudicio. & 2. q. 1. cap. Deus omnipotens. ac 11. q. 3. cap. sumopere. neque ferenda est contra non confessum, aut legitima conuictum. 2. q. 1. cap. 1. & 2. neque ante veram, & iustam probationem. capitulo Deus omnipotens. cit. Quod si iudex ipse iuris dispositionem ignoret, aut qualiter sit ferenda sententia nesciat, assessorem conuocare tenetur Tolet. loc. cit. num. 9.

13 † Pęna delicto debet esse conformis. Deut. 25.

Pro

Digitized by Google

Pro mensura delicti erit & plagarum modus; argumen. capitul. pro qualitate. 26. quæst. 7. Neque debet, aut potest iudex supra pęnam a iure statutam quamuis punire. Tol. loc. cit. Pœnarum etenim extensio nimia vitanda est. probat Achil. de Graf. decis. 161. numero 6. Pœnam autem a iure statutam in delictis atrocibus ad vnguem infligere poterit; ne delinquendi (si mitius ageret,) præbeatur occasio, at vero in leuioribus rigorem iuris cum misericordia temperare debet.

Iudicium etenim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam, vtiq; fiet. Iaco. 2. & ca. alligant. 26. q. 7. dictum. & est D. Io. Cryso. homil. 43. in Matt. oper. imperf. Melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem.

De Scientia Iudici necessaria. Cap. X.

S V M M A R I V M.

1 *Scientia iudici necessaria est, vt iudicare queat.*
2 *Iudicio iudicabuntur durissimo iudices male iudicantes.*
3 *Expositio paraphrastica ps. 81.*
4 *Legibus firmantur Imperia, & Principatus.*
5 *Imperia iniquis iudicijs subuertuntur.*
6 *Iudices quare Dij appellantur.*
7 *Iudices iniqui Diaboli iudicio iudicabuntur a Deo.*
8 *Iudex illiteratus an iudicare possit.*
9 *Iudex ecclesiasticus peritiam saltem mediocrem iudicandi habere debet.*
10 *Iudicem ecclesiasticum peritissimum esse non est necesse.*
11 *Iudex ignarus assessorem expensis partium adhibere potest.*
12 *Quisque illa scire tenetur, sine quorum cognitione operari nequit.*
13 *Quisque tenetur ea nosse, quæ ad suumet statum, ac officium pertinent.*
14 *Assumens officium absque peritia, necessaria, ve peccat.*
15 *Etiam nullo damno inde sequuto.*
16 *Iudex imperitus male iudicans ad restitutionem læsæ partis tenetur.*

QVarta conditio in iudice requisita ipsa scientia ad iudicandum necessaria est,
1 † quæ in ipso adeo ex necessitate requiri videtur; quod sine illa actitatum iudicium temerarium sit, & ipse iudicans mortifere peccet. Psal. 2. Erudimini, qui iudicatis terram, apprehendite disciplinam, ne irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Sap. 6. Melior est sapientia, quam vires, & vir prudens quam fortis. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ; quoniam data est potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur; quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem
2 Dei ambulastis. † horrende, & cito apparebit vobis; quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet; & infra. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris o Reges populi, diligite sapientiam; vt in perpetuum regnetis: diligite lumen sapientiæ, qui præestis populis. & c. 10. Rex insipiens perdet populum suum. Psal. 81. qui de iudicibus est.
3 † *Nescierunt. s. iudices, neque intellexerunt; in tenebris ambulant.* quare iniquis ac temerarijs illorum iudicijs *mouebuntur omnia fundamenta*
4 *terræ*, iura scilicet, atque † leges, quibus Imperia,
5 Pontificatusque firmantur. Vel † Imperia ipsa, & principatus, quæ iniquis subuerti iudicijs nemo non cognoscit, funditus euertentur. Attamen ò Iudices *ego dixi Dij estis, & filij excelsi*
6 *omnes*, † vos appellatione mea præ cunctis mortalium, propter muneris, quo fungimini dignitatem, vt Dij quidam terreni habeamini, sum dignatus; & rectè iudicium facere minime didicistis? Idcirco *vos sicut homines moriemini* nulla vestræ dignitatis habita ratione, velut abiectissimi, & vilissimi quinque homines morte secunda peribitis; *& sicut vnus de principibus cadetis.*
7 † quemadmodum scilicet tenebrarum principes acerbissimis, exquisitissimisque supplicijs cruciabimini. Sathanæ ipsius grauissimo addicti iudicio: de quo ait Apostolus 1. Tim. 3. Ne forte incidat in iudicium Diaboli.

Scientiam quoque in iudicibus fore necessariam docemur. 2. quæst. 2. ca. vltimo de pęn. dist. 6. c. 1. c. ex litteris. de consang. & affin. in authen. de iudicijs in principio. gloss. in c. sciscitatus. de rescrip.
8 † Quod si iudex illiteratus existat; peritiam tamen habeat iudicandi, caussa illi commissa poterit vtique iudicanda. l. certi iuris. C. de iudicijs. gl. c. sciscitatus. cit. argum. l. parabolani. C. de episc. & cler.
9 At vero Iudex Ecclesiasticus mediocriter saltem in iure debet esse peritus. arg. Osee 4. Quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi & Baruch. 3. Quia non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. cap. cum nobis olim. de elect. ad hoc facit quoque cap. cum in cunctis. & cap. dudum. eod. tit. cap. si forte. eod. titu. in 6. & clem. 1. de ætate et qual. ord. iuncta gl. Sylu. verbo iudex primo. q. 4. num. 10. Armilla ver. eod. num. 24.
10 † Illum vero peritissimum esse minime necessarium est: verum sufficit competentem habere scientiam. argum. cap. cum nobis. cit. de elect.
11 eoque magis cum † ex defectu scientiæ assessorem sibi partium expensis assumere posse concedatur. cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. D. Anton. 3. par. tit. 9. Syl. loc. cit. D. August. lib. 19. de ciuit. Dei. ca. 6. Ignorantia iudicis plerunque est calamitas innocentis. Firmissima quoque ratione Iudici necessariam esse iudican-
12 di peritiam confirmari potest. etenim † si vnusquisque illa scire tenetur, sine quorum cognitione actum sibi debitum recte nequit exercere;
13 † singulique illa, quæ ad eorum statum, ac officium spectant nosse necessario debent, vt docet D. Thom. 1. 2. quæst. 76. artic. 2. id erit in iudice forte negandum? hanc eandem affirmant sententiam D. Anton. loc. cit. ca. 2. in principio. Nauar. in Man. cap. 25. num. 12. & in ca. si quando. de rescript. excep. 7. nu. 3. de iure naturali. & except. 12. & seq. Sumistæ verbo Iudex, & iudicis peccata. omnesq; doctores communiter. immo D. Anton. par. 2. tit. 3. c. 6. §. 4. circa medium. eiusmodi regulam ponere non veretur.
14 Qui officia publica assumunt exercenda cum ea ignorantia, vt verisimile sit per eorum exercitium notabile damnũ in alterius persona, vel rebus euenturum, letbaliter peccant. argu. c. fin. de iniur. & dam. dato. Addit Nauar. in commen.
15 cap. inter verba, 11. quæst. 3. concl. 18. † id, quod proxime dictum est nedum fore verissimum

quando

quãdo ex huiusmodi administratione damnum sequatur: verum etiam cum nullo damno inde sequuto officia huiusmodi appetit quis, vel assumit, adeo quod absolui absque eo, quod illis vel renuntiet, vel saltem propositum habeat renunciandi, minime queat; propter damnificandi periculum, cui seipsum exponit. argum. cap. non. est. 1. q. 1. §. quisquis. & catem Non est de reg. iu. in 6. at melius per dictum Sapientis Eccl. 3. Qui amat periculum in illo peribit.

16 Addo ego quod † ille, qui ex imperitia perperam iudicare præsumit, nedum peccatum committit: sed quoque læsæ parti, & ad litis expensas, & ad omne interesse tenetur. instit. de obligat. quæ ex deli. nasc. & per dictum gl. ff. in cap. sicut. de testam. Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. argum. cap. eod. cap. pasce. 86. dist. & distin. 87. cap. si expositus. ff. ad le. cor. de sicarijs. nihil interest. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. pra sid. gl. & Panor. in c. quoniam contra. de prob. ii. in ver. negligentia. Armil. ver. iudex num. 14. Syluest. ver. eod. quæst. 12. num. 17. Tabie. eo. num. 19.

De Vita puritate in Iudice requisita.
Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Vitæ puritas in iudice requiritur, ne iudicando peccet.*
2 *Mosis abbatis exemplum pro iudicibus.*
3 *Vitæ puritas duplex est.*
4 *Vitæ puritas interior duplex.*
5 *Iudex a peccato immunis esse debet, quando iudicandi potestatem exercet.*
6 *Doctores affirmantes iudicem lethaliter peccare, si in peccato iudicet manifesto.*
7 *Potestates ordinis, & iurisdictionis ambæ a Deo sunt.*
8 *Iudex in delicto existens publice, et iudicans propter scandalum peccat.*
9 *Iudex mortifero innodatus peccato iudicandi potestatem non amittit.*
10 *Peccatum mortale neque iurisdictionem tollit, neque iudicij rectitudinem.*
11 *Iudex nulla passione motus iudicare debet.*
12 *Quattuor modis iudicium humanum peruertitur, & quibus.*
13 *Iudex quauis passione motus iudicans non reddit sententiam nullam.*
14 *Sententia ex sole defectu iustitia inualida redditur.*
15 *Iudex passione aliqua motus iniustam sententiam preferens lethaliter peccat.*
16 *Vitæ puritas exterior in iudice requisita in quibus consistat.*
17 *Mansuetudo in Iudice necessaria est.*
18 *Munera iudex acceptare non debet.*
19 *Munera prudentes quoq. excæcant, subuertuntq. iudicia.*

1 POstrema in iudice requisita conditio, vt recte, idest absque peccato iudicare possit, † Vitæ puritas est, quæ illi adeo inesse debet, vt illa sine iudicans peccati labe interficiatur. Rom. 2. Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas, huc referri potest auctorit. s illa Ier. 2. Iudicate mane iudicium. i. sobrij a vino, & a vitijs. Qua de re motus propheta regius misericordiam domino canens atque iudicium, in proprij cordis ambulans innocentia, propriosque ante oculos rem iniustam nequaquam proponens, in matutino aiebat se interficere peccatores. Psal. 100. contra illos etenim tunc sententiam proferebat; quando ad orationem nocte surrexerat intempesta, lacrymisque proprium stratum de commissis delictis pœnitentiam agendo rigauerat. 3. quæst. 7. ca. iudicet. & ex D. Ambro. ser 20. super Psal. 118. dicitur. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit esse punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. & ca. seq. & est D. Greg. in præfat. li. Iob In grauibus peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit.

2 † Mosis abbatis exemplum, de quo in vitis patrum libro 3. cap. 52. legitur, huic proposito accommodari potest. Hic a sanctis patribus ad fratrem, qui forte deliquerat iudicandum aduocatus, profectionem consulto distulit, ab eremi præpositio sacerdote compulsus tandem accessit, sportam arena plenam secum deferens, illum fratres eidem obuiam facti cum vidissent, quid sibi allata illa sporta vellet, interrogarunt, quibus respondit Moses, propter illa esse peccata, quę cum nequaquam cognosceret: ad aliorum peccata venerat iudicanda, quo audito illi patres compuncti delinquentem iudicare ausi minime fuerunt.

3 Verum enimuero † Vitæ puritas in iudice duplex requiri videtur. Interior vna, exterior altera.

4 † Interiorem quoque duplicem possidere debet, alteram quòd absque peccato sit, alteram verò quod amore solo iustitiæ ad iudicandum moueatur: non autem odio, vel amore, vel timore, vel cupiditate, vel alia quauis passione, adeo quod interiores duæ, vna verò exterior in iudi-

5 ce puritas esse debet. † Prima vitæ puritas interior in eo sita est; vt a peccato, quando iudiciariam exercet potestatem, sit immunis. Io. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. cap. postulatus. 3. q. 7. cit. & est Beda in cap. 8. Ioan. Cum quemlibet proximorum errata conspicimus, non hęc ante reprehendenda iudicemus, quam ad conscientiam nostram reuersi, digito eam discretionis solerter exculpemus. argum. 33. distin. cap. habuisse. & cap. fin. e tempor. ordinat. quibus in locis eum, qui mortali obstrictus peccato est, coram Deo, & se ipso fore suspensum affirmari videtur.

6 † Et quidem lethaliter peccare iudicem in manifesto existentem peccato iudicium exercentem docuere. Alex. de Ales. 3. par. quęst. 40. memb. 3. D. Thom. 4. senten. distin. 19. quęst. 2. art. 2. quæstiuncula. 2. Pal. a. distin. quęst. 3. art. 3. Syl. ver. correctio. quęst. 16. num. 15. quorum placito fauere videtur D. Pa. Rom. 2. cit. & dictum Leuit. 19. Sancti estis quoniam ego sanctus sum. Iudices nanque Dei vices in terris, velut ipsius ministri gerunt. Deuteron. 1. Sap. 6. & Rom. 13. quare dum iudicandi potestatem exercent a peccatis liberi esse deberent; quod idem ratio quoque ipsa naturalis videtur innuere. Qui quanque de coloribus iudicat visus, ab omni alienus debet esse colore. 2. de anima. quare non ita iudex cum de alterius crimine iudicium proferre voluerit, a

7 quocunque crimine esse debet immunis? † At verò licet quidam de ordinis, ac iurisdictionis potestate distinguentes affirment Ecclesiasticum peccare tunc solum, quando ordinis potestatem

statem exercet; non autem cum iurisdictionis,
cuiusmodi est iudicare, de quo in præsenti ser-
monem habemus, vtitur potestate, illis attamen
responderi facillime potest; earum potestatum
vtramque a Deo esse. Rom. 13. Non est pote-
stas nisi a Deo, quare in vtraque sorte Dei mi-
nistros, vt habetur Sap. 6. idcirco illi quoque in
vtraque & in sanctitate, & in puritate similes es-
se debere. Quod si alicui fortasse grauior appa-
reat ista sententia; saltem affirmare quisque co-
getur, venialiter peccare iudicem, qui peccato
irretitus, vel occulto, proximum iudicare præ-
sumit. Etenim cum ille, qui alium iudicat, se
a crimine mundum actu eodem profiteatur, &
mundus minime sit; quodammodo hypocrita
est, ideoque a Saluatore Matth. 7. reprehenditur
illis verbis. Quid vides festucam in oculo fra-
tris tui, trabem vero in occulo tuo non vides?
Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo:
& tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris
tui, aliumque iudicando, se vtique dignum, qui
sententia simili condemnetur, ostendit, iuxta il-
lud. Luc. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam.
& Rom. 2. cit. In quo alterum iudicas, te ipsum
condemnas.
8 † Quod si crimine publico maculatus iudex
ipse sit; grauius quidem propter scandalum po-
puli dicendum est illum peccare. Scandalum
enim patitur ipse populus, qui non eandem vim
habere iustitiam in iudice videt, quam ille in
subiectos exercere non veretur, adeoque graue
scandalum esse posset, quod peccaret mortife-
re, ita sentire videtur. D. Thom. 2. 2. quæst. 60. ar-
tic. 2. ad tertium ac 3. par. quæst. 64. art. 6. Caiet.
2. 2. quæst. 60 artic. 2. cit. Sot. lib. 3. de iust. & iur.
quæst 4. artic. 2. Nauar. in rubr. de iudicijs. num.
42. Valen. tom. 3. disput. 5. q. 4. punct. 2. qui hanc
esse communem affirmat. Illud vero ex prædi-
9 ctis authoribus notandum est, † Iudicem lætha-
li maculatum peccato iudicandi potestatem ne-
quaquam amittere. 15. quæst. vltima gl. 3. quæst.
7. in principio, quinimmo contraria huic senten
tia hæresis Vuiclefi est in Constantiensi damna
ta concilio. Quare licet iudex mortali peccato
irretitus existat, in eoque iudicandi actum exer-
cens aut læthaliter, aut venialiter saltem peccet:
si alioqui iustam seruato iuris ordine sententiam
proferat, firma, validaque illa profecto erit.
10 † Mortiferum enim peccatum, & multo minus
veniale, neque iurisdictionis auctoritati, neque
rectitudini ad iudicium requisitæ per se contra-
riatur. Quare poterit iudex peccato innoda-
tus mortifero iuste, quod iustum est iudicare; iu-
ris ordinem, ac rectitudinem obseruare; ex actis-
que ac probatis iustam, & validam proferre sen-
tentiam.
11 † Altera Vitæ puritas interior in iudice requi
sita in eo consistit; vt Iudex neque amore, neque
odio, neque cupiditate neque timore, neque alia
quauis passione motus iudicare præsumat: ve-
rum solo affectu iustitiæ, quam præ oculis habe-
re perpetuo debet, quod suum est æqualiter vni-
cuique absque vlla personarum acceptatione tri
buendo. argu. Deuter. 1. Non accipietis cuiusquã
personam, & Psal. 81. Vsquequo facies peccato-
rum sumitis? Eccl. 7. Noli quærere fieri iudex,
nisi valeas irrumpere iniquitates, ne forte exti-
mescas faciem potentis, & ponas scandalum
in agilitate tua. & Mich. 3. vbi Iudices princi-
pes, qui in muneribus iudicabant, reprehendun-
tur. 3. quæst. 7. cap. iudicet. & est D. Ambro. Ser.
20. super Psalm. 118. Iudicet ille, qui ad pronun-
ciandum nullo odio, nulla offensione, nulla leui-
tate ducatur. & 11. quæst. 3. cap. quattuor. habe-
12 tur † Quattuor modis peruertitur humanum
iudicium, timore, cupiditate, odio, & amore.
13 Itaque si † iudex rectam quidem ex iuridice de-
ductis ferat sententiam; sed amore, alia ve pas-
sione ad illud operandum moueatur; sententia
profecto, & iusta erit, & valida: verum ipse pec-
catum eiusdem generis, cuius passio est, qua fuit
motus, committet. ex. gr. si motus inuidia fuit,
peccatum committet inuidiæ; si cupiditate; aua-
ritiæ delictum perpetrabit; & ita de reliquis, ve-
rumtamen quia minime contra iustitiam; sed a-
lias contra virtutes fuit operatus, ab eo prolata
sententia valida erit. arg. Matt. 23. Super cathe-
dram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei; om-
nia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, &
14 facite. † Sententia nanque ex alio inualida
reddi minime potest, quam ex defectu iusti-
tiæ.
15 † At vero si alicuius dictatum passionum im-
pulsu; vel iniuste iustum, vel iustum iniuste
iudicarit, a mortali reatu nequaquam poterit ex
cusari; & quoque nulla iudicanda erit ipsa sen-
tentia, his nanque casibus nedum alias contra
virtutes; verum & contra ipsammet iustitiam
fuit operatus. ex D. Thom. & alijs supracitatis
auctoribus.
16 † Exterior autem Vitæ puritas in iudice requi
site in duobus potissimum videtur consistere;
nempe in Mansuetudine, & a muneribus absti-
nentia.
17 † Mansuetudo iudici necessaria est: neque e-
nim aut verbis contumeliosis, aut verberibus per
se vti debet; neque vltra terminos a iure, consue-
tudine ve statutos, ac debitos, & cuiusque vires
quenquam torquere; neque vllis acerbitatibus
aliquem contra charitatis virtutem, ac iuris dispo
sitionem, personarum, & delictorum habita ra-
tione, afficere. Sed cum mansuetudine audiat
opus est, maxime ipsum Reum, illiusque aduo-
catos, & procuratores, eorum memor, quod
a Deus ipse fortis, & patiens, *b* qui suscipit a *Psal. 7.*
mansuetos, *c* illisque dat gratiam; *d* Iudices b *Psal. 142.*
quoque mansuetos in iudicio dirigit, viasque c *Prouer. 3.*
suas docet, ac *e* illis præcipit vt ad verbum au- d *Psal. 24.*
diendum sint mansueti: *f* ipsum imitantes qui e *Eccl. 5.*
mitis, & corde humilis est, ac tandem *g* in sa- *2. Tim. 2.*
18 lutem mansuetos exaltat. † Abstinentia quoque f *Matth. 11.*
a muneribus iudici necessaria est: neque enim g *Psal. 149.*
absque peccato iudex aut pro iudicio faciendo,
aut pro ferenda sententia munus aliquod acci-
pere debet. argum. Exod. 23 Nec accipies mune-
19 ra, † quæ etiam excæcant prudentes, & subuer-
tunt verba iustorum. idem Deuter. 16. & Eccl.
20. Psal. quoque 14. illum in Dei ipsius taberna-
culo habitaturum, firmumque tempore mansu-
rum æterno docemur, qui munera super innο-
centem nequaquam accepit, quod idem Isa. 33.
confirmatur. & Prouerb. 15. habetur. Contur-
bat domum suam, qui sectatur auaritiam, qui au
tem odit munera, viuet. Idem cap. non licet.
11. quæst. 3. cap. non sane. 14. quæst. 5. cap. cum ab
omni. de vit. & honest. & clericor. & capit. statu-
tum. de rescript. in 6. Plura videre qui vult, po-
test apud Summistas verbo Iudex & Iudicis pec-
cata.

Quis

Digitized by Google

Quis possit esse, vel non esse Iudex. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis conditiones quædam affirmatiuæ, quædam negatiuæ.*
2 *Homines quique subijci, & iudicari sunt apti; non omnes præesse, & iudicare.*
3 *Iudex quilibet esse potest, qui legibus minime prohibetur.*
4 *Infamis nequit esse iudex.*
5 *Si toleratus sit potest ac illius tenet sententia.*
6 *Si electo iudici obijciatur infamia, remouetur.*
7 *Si pendente iudicio iudex efficiatur infamis, recusari potest.*
8 *Criminosus qui esse, vel non esse iudex possit.*
9 *Surdus, & mutus nequit esse iudex.*
10 *Perpetuo furiosus.*
11 *Impubes.*
12 *Ammotus ab officio.*
13 *Femina.*
14 *Si a principe scienter mulieri committatur iudicium, potest illa iudicare.*
15 *Vbi consuetudo viget, & vbi iurisdictionem habent mulieres iudicare queunt.*
16 *Seruus nequit esse iudex.*
17 *Seruo tali ignorato si caussa committatur, ipse iudicare potest.*
18 *Excommunicatus nequit esse iudex.*
19 *Quod intelligitur, si denunciatus sit.*
20 *Toleratus excommunicatus qui dicatur.*
21 *Dominus aduersarij nequit esse iudex.*
22 *Consanguineus, & affinis aduersarij non potest esse iudex.*
23 *Suspectus nequit esse iudex.*
24 *Illiteratus iudex esse non potest.*
25 *Inimicus nequit esse iudex.*
26 *Siue sit capitalis, siue non.*
27 *Etiam in criminibus exceptis.*
28 *Quæ intelligi debent tam de iudicibus ordinarijs, quam de alijs.*

DE conditionibus, quas habere quisque debet; vt rectè, ac sine peccato iudiciariam potestatem exercere queat, hactenus verba fecimus. Nunc de illis, quibus carere quamuis personam, vt iudicandi munus assequi possit, neces-
1 se est, habendus est sermo. † Illæ affirmatiuæ con
ditiones, istæ negatiuæ iudicis respectu nuncupa
ri queunt, illæ nanque iudici inesse; hæc non inesse debent, illæ iudicem bonum, legitimumque constituunt; eundem istæ a iudicandi potestate repellunt, quisque iudex illas omnes possidere debet; istarum nullam iudicem habere nefas est.
Principio itaque illud est animaduersione di-
2 gnum † vniuersos quidem homines aptos fore,
vt subijciantur, & iudicentur: at vero non omnes aptos esse, vt præsint, ac iudicent. argum. Deuter.
16. Iudices, & magistros constitues in omnib. portis tuis; vt iudicent populum iusto iudicio. Ecce quòd meliores, & aptiores eligi ad alios iudicandum præcipitur Moysi, reliquis vt iudicentur di-
3 missis. † Igitur iudex esse quicunque potest, qui
legib. minime prohibetur. argu. cap. consuluisti. 2. quæst. 5. cap. apud. de sponsal. cap. nuper. de sent. excomm. ff. qui. ca. ma. l. nec non. & l. mutus. ff. de procura. gl. c. inter corporalia. de transl. episcopi.
† Prohibentur verò legibus ipsis, qui sequun-
4 tur. Primo † Infamis, & Criminosus. 3. q. 7. cap.
5 primo. & cap. sciscitatus de rescriptis. † attamen
si infamis laborans toleratur, esse iudex vtique potest, illiusque sententia tenet. argum. cap. non-
6 ne. 8. q. 4. gloss. cap. 1. 3. q. 7. cit. † Quod si alicui
in iudicem electo obijciatur infamia, huiusmodi tunc a iudicio remouetur, licet fuerit illucusque toleratus. cap. sciscitatus cit. cap. inter dilectos. de excess. prælato. ff. ad legem Iuliam de vi
7 priuata. l. 1. gloss. 3. quæst. 7. loc. cit. si verò † pen-
dente iudicio efficiatur infamis, repelli vtique potest. cap. insinuante. de off. deleg. glo. c. sciscitatus cit. versi. infamem.
8 † Criminosus autẽ ex officio iudicare potest,
licet non ex merito vitæ. argum. 15. q. vl. cap. fin. attamen iudicando peccat; vt in præcedenti ca-
9 pite probatum est. Secundo † Surdus, & Mutus.
Gratia. 3 quæst. 7. §. tria sunt. Tabie. & Arm. versic. iudex in principio. Sylu. verb. iudex primo. q.
10 2. nu. 2. † Tertio Perpetuo furiosus. ijdem locis
cit. secus si ad tempus tantummodo furiosus esset gloss. 3. quæst. 7. ci. cap. 1. ver. & qui perpetuo.
11 Quarto † Impubes ex defectu iudicij. ijdem lo-
12 cis citatis. Quinto † Ammotus ab officio Gra-
tia. loc. cit. Vel cuius electio propter aliquod vitium cassata fuit. gloss. ibid. verb. ammotus. Sex-
13 to † femina. tum quia contra consuetudinem
est; tum quia contra iura. 33. q. 5. cap. mulierem. ff. de regu. iur. feminæ. Tabien. Syl. & Armil. loc.
14 cit. Nisi forte princeps alicui mulieri caussam
scienter delegaret; eo nanque casu illa iudicare vtique posset. argum. Iud. c. 4. de prophetissa Delbora, quæ populum Israeliticum iudicauit. 2. q. 5 cap. Menam. 12. q. 2. cap. cum deuotissimam.
15 & 23. q. 4 cap si quos. † atque etiam si in aliqui-
bus locis eiusmodi consuetudo vigeret, quod feminæ in sibi subiectos iurisdictionem exercẽtẽt. ibi nanque ipsæ mulieres iudicandi potestate vti profecto valerent. cap. dilecti de arbitris. Septi-
16 mo † Seruus. cap. sciscitatus. ci. de rescrip. Grat.
loc. cit. 3. q. 7. Tab. Syl. & Arm. loc. cit. quod & consuetudine fuit vbique receptum, ne seruus
17 possit esse iudex. † At vero si alicui seruo, qui
putatur esse liber, caussam aliquam committi cõtigerit; illius vtique valida sententia erit Grana. loc. cit. §. veritatem. glo. ibid. verbo tria sunt. in
18 fine. Octauo † excommunicatus. cap. decernimus. de senten. excomm. in 6. Soc. in cap. sacris eod. tit. num. 241. Tab. Sylu. & Armil. vbi supra priuatur enim quis iurisdictione, quandiu in excommunicatione perseuerat. c. penult. & vlt. 15. q. 6. argu. cap. intelleximus de iudicijs. & cap. 1. de sup. neg. prælat. lib. 6. Nauar. in Man. cap. 27. num. 21. ver. decimo. D. Anton. 3. par. tit. 23. cap. 76. versic. decimo. Henriquez. de excom. lib. 13.
19 cap. 7. §. 2. & alij communiter. † Illud verò intel
ligendum est, si denunciatus existat, etenim si est occultus, ac toleratus; licet iudicando peccet, neque iurisdictionem exercere debeat; si tamen iudicat, actumve iurisdictionis exercet; gesta per ipsum valent. Extrau. ad euitanda. Rich. in 4. senten. dist. 18 art. 11. quæst. 2. artic. 4. Alm. in 2. par. lib. 7. in. 4. quæst. 10. in summa. D. Anton. loc. cit. Tabien. ver. excommunicatio primo. vers. vndecimo. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 7. qui citat Panorm. Innocen. & Fel. in ca. si vere. de senten. excom. num. 6 Couar. in cap. alma mater. prima par. §. 11. num. 4. & alij ab eo cit. & est omnium communis.
20 † Toleratus verò ab ecclesia ille reputatur,
qui non est clerici percussor notorius, aut non est iuridice excommunicatus. extra. ci. ad euitanda. doctores in cap. ad probandum. de senten. &

re

re iudic.& in capit.scifcitatus. de refcript. Nono
21 † Dominus aduerfarij.ca.caufsam.de officio de-
leg.gloff.c.accufatores el. 3. 3.quæft. 5.Decimo
22 † Confanguineus,& affinis adu rfarij, cap.acce
dens el 2.vt lit.non conte.gl.ibi. & cap.caufsam.
23 de offi.de leg.ci. Vndecimo † Sufpectus alias.ca.
quod fufpecti.3.quæft.5.Specul. receptus.ut.de
recufat.§.cauffa.Nauar.in cap.fi quando. de re-
24 fcrip.cau.10.nullit.nu.2. Duodecimo † Illitera-
tus.cap.ex litteris.de confang. & affin.gloff.cap.
fcifcitatus cit. De hoc vide fuperius cap.5. De
25 fcientia iudici neceffaria. Tertiodecimo † Ini-
micus.cap. quod fufpecti cit.3. quæft.5.cap. fci-
fcitatus fimiliter cit.cap.fufpicionis.de offic.del.
l.apertiffimi.C. de iudicijs.Tabie.& Armil. ver.
iudex.in principio.Sylu.ver. iudex primo quæft.
2.num.2. Couar.lib.pract.quæft.cap.26.in prin-
26 cipio.Nauar.vbi fupra. † Siue capitalis inimicus
fit,fiue non.gloff.r 1.quæft.3. cap. quicunque au
27 tem . † Etiam in criminibus exceptus , vel in
crimine violatæ religionis . Direct. inquifito. 3.
par.de recufa. inquifitoris. & ibi Franc.Pegna
comm.30.

Laicus etiam clericos iudicare nequit. 11. q.
1.per totum cap.cum non ab homine. at fi cleri-
ci.clerici.& qualiter.de iudic.cap. fignificafti.de
foro compet. Etiam pro quocunque enormiffi-
mo delicto,& atrociffimo,probat Farinac quæft.
8.num.28.& feq. Vbi autem citatio non requiri-
tur nec tangitur perfona, aut modica cauffæ co-
gnitio eft, vtique poteft. Achil.de Graf.decif 338.
num. 7. & cum res non agitur in figura iudicij.
idem loc. cit. num.10.vide Farina. ead.quæft.8.
Alij quoque varijs de cauffis a iudicando repel-
luntur,& a partibus recufantur,de qua re viden-
dum inferius eft in capit.... quo loco de Iudicis
recufatione tractabitur. Quod vero de iudicibus
dictum eft,intelligi debet tam de ordinarijs, quā
de delegatis.cap.ad hæc.el primo de appell.&
cap.fi quis.el fecondo de for.compet.glo.in cap.
quod fufpecti.3.quæft.5.cit.ver. iudicabat.Fr.Pe
gna.loc.cit.ver. tametfi vero. Quis autem ini-
micus dicatur, inferius edocebo. capit. 14. nu-
mer.22.

De infamia, qua Iudex carere debet. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Infamia nomen quid fibi velit.*
2 *Contrariorum vno cognito, cognofcitur & reliquum.*
3 *Fama duplex eft, bona, & mala.*
4 *Fama quid fit.*
5 *Infamia quid fit.*
6 *Infamis quis dicatur.*
7 *Infamia duplex eft, facti, & iuris.*
8 *Infamia iuris duplex eft, Iuris ciuilis, & Iuris canonici.*
9 *Infamia facti quæ fit.*
10 *Infamis infamia facti qui dicatur.*
11 *Boni viri, & graues qui dicantur.*
12 *Benemeritus qui dicatur.*
13 *Infamia facti per quod incurratur.*
14 *Infamia facti repellit à dignitatibus.*
15 *A teftimonio ferendo.*
16 *Ab accufatione porrigenda.*
17 *A promotione ad ordines.*
18 *Infamia facti quomodo tollatur.*
19 *Infamia iuris quæ fit.*
20 *Infamia iuris ciuilis per quod incurratur. & 21.*
22 *Infamis ipfo iure ciuili qui fit.*
23 *Regulares in quibus cafibus incurrant infamiam.*
24 *Infamia iuris ordinum executionem tollit.*
25 *Collatio infami facta eft ipfo iure nulla.*
26 *Infamiam iuris tollit folus princeps.*
27 *Regularium infamiam quis tollat.*
28 *Infamis abfque difpenfatione electus non intelligitur ab infamia difpenfatus.*
29 *Quod intelligitur de electionibus ab inferioribus factis.*
30 *Papa infamem fciens, & volens cum elegit, cum eo intelligitur difpenfare.*
31 *Quod fi infamiam ignoret, illam non tollit.*
32 *Infamis creatus Tabellio non eft legitimus Tabellio; neque illius inftrumentis eft adhibenda fides*
33 *Religiofus confirmationem a Papa impetrans, fi taceat fe efse religiofum, non eft confirmatus.*
34 *Infamia Canonica per quid incurratur.*
35 *Incurritur in omnibus cafibus, in quibus incurritur de iure ciuili.*
36 *Infamis fecundum leges ciuiles eft quoq. infamis iure canonico.*
37 *Infamia iuris canonici quomodo tollatur.*
38 *Infames qui fint.*

INter negatiuas conditiones, quas perfonam quamlibet a iudicandi poteftate repellere diximus, præcipua effe videtur Infamia, quę cum, & ab accufatione,& a teftimonio quoque ferendo repellat, quemadmodum hoc eodem capite auctoritatibus confirmabitur; nō abs onam rem, neque a noftro alienam inftituto me operam fum arbitratus, fi hoc loco, vbi primum infamiæ facta mentio eft, de infamia ipfa tractationem inftituerem quid, & quotuplex illa fit, ceteraque ad illius cognitionem neceffaria edocendo.

1 † Infamia itaque, fi nomen ipfum attendas, negatiuum eft ipfius famæ, illiufque in bonam partem acceptæ contrarium, idcirco Infamia quafi non fama, vel fine fama fonat. At vero
2 cum † vno contrariorum cognito reliquum,& facilius, & citius cognofcatur, ex Arift.in prædicam.v., quid infamia fit cognofcamus, prius quid fama fit, videamus.
3 Cum autem † fama, vt notat Panorm. in cap. veftra.de cohabit.cleric.& muli.fit duplex, bona, & mala, dicitur enim a mala fama latro famofus. leg.capitalium.§.famofos C.de pœna argu. capitulo ex parte.de teftam. famam, quę bona eft, intelligimus tantummodo definite, prout op ponitur infamię.
4 † Fama itaque illęfę dignitatis, vel maieftatis eft ftatus legibus, & moribus comprobatus, ac in nullo diminutus.leg. cognitionum. ff. de var.& extraord.cogn. §. æftimatio.C.ex qui cau. inf.irrog.l.1.gloff.in cap.veftra ci. Quare a con-
5 trario fenfu † Infamia lęfę dignitatis, aut maieftatis qualitas erit lege, ac moribus reprobata:
6 † Infamifque ille dicetur, ac erit, cuius ftatus lege, moribufque reprobatus eft.ff.de in ius voc.l. fed fi hac lege.§.prętor.in glo.& ff.de obfeq.a libe.l.honori.& l.licet.
7 † Duplex autem infamia eft, facti videli-
8 cet, atque Iuris; † & hęc quoque duplex eft: Iuris nempe ciuilis, & Iuris canonici, qua de re Panorm.in capit.teftimonium, de teft.quem alij funt fequuti, Triplicem diftinxit Infa-
miam

famiam facti videlicet, iuris ciuilis,& iuris canonici.
9 Infamia facti dicitur illa, quæ propter aliqđ turpe factum incurritur, siue per homicidium, siue per adulterium, siue per lenocinium,& eiusmodi.
10 Tunc vero propterea infamis aliquis appellatur, cum bonos viros apud, grauesque de talibus delictis infamatus est.l.licet.ff. de obse.a libe.cit.& 6.q. 1.cap.sunt plurimi. Dynus c.infamibus.de reg.iu.lib.6.
11 Boni autem, grauesque viri nuncupantur, qui neque mali sunt, neque leues, vt notat glo. cap. licet ex quadam, de test. qui videlicet bonæ famæ, opinionisque sunt; quemadmodum bene-
12 meritus dicitur, qui nondum demeruit.ff.de le. l.2.cum pater.§.rogo.l.cum quidam,& ca.vni-
13 co de seruis. Huiusmodi quoque infamia facti nedum crimina propter incurritur, quemadmodum dictum est: verum etiam quandoque propterea quod iustè quis ad pœnam carceratus est, vel a testimonio ferendo repulsus. cap. testimonium.de test.alijsq.modis,& casibus, de quibus vide apud Summistas verbo Infamia.
14 Infamia ista facti a dignitatibus quemcunq. illa notatum repellit.ca.inter dilectos. de exces. prælato.& cap. infamibus. de reg.iur.in 6.a testimonio quoque ferendo cap.nullit.3. q.4.cap. constituimus.3.q.5.cap.qui crimen.6.q. 1. & c. testimonium.cit.de test.& ibi.Io.Andr.& Pano. & in cap.inquisitionis.§.penul.de accusa.& ab
16 accusando.l.qui accusare ff.eod. & a postulan-
17 do.l.1.ff.eod.a promotione quoque ad ordines. c.tantis Daniel.81.d.& c.omnipotens. de accus. Vide Sil.ver.Infamia.nu.6.Tabie.eo.num.4.& Ang.eod.num.3.
18 Tollitur hæc infamia facti per contrarium factum.Panor.in cap.diligenti.de simo.Ioan.Andr.6.q.1.Sil.loc.cit.nume.7.vel per emendationem vitæ.Armil.num.10.Nauar.consi.3.de rapto.num.2.tom. 2.vel per ipsiusmet principis, alteriusue superioris ad illud iurisdictionem habentis dispensationem Pan.in c.cum te.de sent. & re.iud.
19 Infamia vero iuris ea vocatur, quæ a iure introducta est.cum autem duplex reperiatur, ius ciuile nempe, atque canonicum, duplex quoque Infamia iuris est, ciuilis videlicet, atque canonici.
20 Infamia iuris ciuilis, siue a iure introducta ciuilis, incurritur primo per sententiā definiuā (nō attamē p interlocutoriā, vel arbitri) iudicis propter crimen publicum vel priuatum, vt furti, homicidij, stupri, falsi,& aliorum quorumcumque criminum, siue delictorum. cap. infames.3. q.7.§.porro.cap.cum te .de re iudi.l.quid ergo. §.ex compromisso.& seq.ff.de ijs, qui not.infa. Inno.in cap.qualiter el secondo de accus.Sil.vbi
21 supra.num.8.Tab.& Arm.num.1. Secundo incurritur ipso facto in casibus, in quibus iure ta-
22 le quid operanti irrogatur infamia. Quare infamis iure ipso erit, qui pugnat in arena.tex.& gl. cap.infames.3.q.7.§.porro.cit.miles, cui Imperator aufert insignia, vel in exilium mittitur. l. quod ait.§.ignominiosa.ff.de his, qui not. infamia. vsurarius improbum fœnus exercens cap. vsurarum.3.quæst.7.in adulterio deprehensus. l.palam.§.quæ in adulterio.ff.de rit.nup.qui cū duabus viuentibus nupsit.l.quid igitur.ff.de his qui not.infa.cap.nuper a nobis de bigamis.qui lenocinium exercet.l.athletas.§.ait prætor.ff.eo. alij quoque, de quibus in d l.athletas.& in d.§. porro.3.q.7.cap. infames. Conuictus etiam de furto.gl.in d.cap. & §. porro.Tab.& Armil.nu. 1.ver.infamia.
23 Regulares inter incurritur infamia in omnibus casibus supradictis, ex sententia videlicet, aut facto ipso iure infamia notato.& quoque ex publica pœnitentia, ex deiectione a gradu professionis, ex priuatione actiuæ, ac passiuæ vocis, ex priuatione officij,& dignitatis, ex mancipatione alicuius carceribus; atque etiam illam incurrunt, qui vt maledici,& detractores condemnati sunt. Victorinus Auersa.in modo proced.in caussis regular. capit. 23. numero 13. ex Hostiensi in summa titulo de maledicis.
24 Hæc iuris infamia ordinum executionem tollit,& cuiusque dignitatis exercitium; honorem quoque vel quæsitum, vel quærendum. tex.in l.infamia.C.de decur.Panor.in cap.querelam.de iureiur.
25 Et collatio infami facta est ipso iure nulla. cap.quæ contra.de reg.iur.in 6.iuncto cap. infamibus.eod.titu.l.2.C.de dignit. facit quoque c. inter dilectos.de exces.præla.Tab.ver. infamia. nu.4.in fi.Sil.nu.15.q.10.
26 Iuris infamiam tollit solus princeps cum sibi subiectis. Papa cum omnibus clericis, ac religiosis.cap.cum te.de sent.& re iud.l.1. ff.de postul. gloss.& Panor.in d.cap.cum te Sil.loc.cit.num. 16.quæst.11.Tabie.nume.6.Armil.eod. Nauar. consil.3.de rapto.num.2.tom. 2.Sfor.Oddus.p. 2.ar.4.& seq.in trac.de rest.in integ. Farinac.q. 6.numer.45.immo eam tollere nequit Rex, aut Princeps superiorem recognoscens. iuxta Inno. cit. & Siluest.vbi supra.num. 18. quæst.13.ac Tabie.nu.7.
27 At vero infamiam, quam Regulares incurrunt propter superius dicta in §. Regulares inter.num.23.quę iure communi nequaquam incurritur, tollere, ac dispensare valet Capitulum generale, siue etiam Generalis cum definitorib. capituli generalis.ex Victor.loc.cit.n.4. & Pan. in c.cum te cit.
28 Verum enimuero Infamis absque præuia dispensatione, aut sine verbis dispensatorijs ad aliquam dignitatem electus, non propterea intelligitur ab ea dispensatus.Inn.in c. veniens.de fil.presbyt.& c.diuersis fallacijs.de cler. coniuga.Nauar.consil.1.qui filij sint legit.num.4.to. 2.in Man.cap.25.nu.74.& in cap.si quando.de
29 rescrip.excep.10.num.3.to.3.quod attamen de electionibus ab inferioribus factis intelligendū est, hi nanque sine caussa dispensare minimo
30 queunt. At vero si Pontifex maximus eligat eū, quem infamem, aut alias inhabilem nouit; cum eo intelligitur dispensare, licet huiusmodi non exprimat dispensationem, sine caussa nanq. Papa quemlibet dispensare vtique potest. Nauar. loc.cit.
31 Quod si talem infamiam, aut inhabilitatem ignoret; eum, qui vel infamis, vel alias inhabilis est eligendo; illa minime tollit, neque super illis intelligitur dispensare. Inno.in ca.sciscitatus. de rescrip.quem sequitur Fel.ibi.num.4.ac Hostien.c.1.de transact.& in cap.Cœnomanensem 56.d.& ita electus non est verus, nec legitimus Prælatus per supradicta eo.ca.§. Hęc iuris infamia.n.24.etenim huiusmodi electio fuit ipso iure nulla.confirmatur per ea, quę habet Cou.li.
32 pract.q.c.19.sub n.4.quo loci Infamem a rege Tabellionem creatum non esse verum, ac legitimum tabellionem docet, neque illius instrumētis vllam fidem adhibēdam fore nisi Rex prin-

Digitized by Google

cipis potestate huiusmodi tollat infamiam, & quoque per ea, quæ docet Abb. in c. ad nostram
33 audientiam de confir. vti. vel inuti. nempe Religioso, qui a Papa confirmationem impetrauit super temporali administratione, vel primatu; si tacuit se esse regularem, confirmationem huiusmodi nequaquam valere.

34 Infamia autem Canonica, siue canonico introducta iure incurritur primo propter quodcumque læthale crimen. cap. infames. 6 q. 1. iuncta glo. duratq. donec sublatum fuerit ipsum crimen. Tabie. ver. infamia. num. 9. Sil. eod. nu. 11. Armilla eo. num. 8. quare peracta huiusmodi scelerum pœnitentia, cessat. Quod si detur in peccato perseuerantia; & ab accusando, & a testificando repellit. ca. testimonium. cit. de testib. ijdem locis citatis.

35 Incurritur secundo in omnibus casibus, quibus incurritur de iure ciuili, adeo quod qui est
36 secundum leges ciuiles infamis, & quoque secundum canones infamis est. cap. omnes vero. 6. q. 1. Innoc. in cap. qualiter & quando, el secondo. de accusa. Sil. loc. cit. num. 11. Armil. & Tab. eod. num. 1. & hæc eadem, quæ ciuilis iuris infamia facit, & irrogat, operatur, & ipsa, eodemque pacto & tollitur, & dispensatur; etenim ipsa quoque iuris infamia est. Plura de infamia qui volet, apud Summistas quærat.

38 Qui autem dicantur, & sint infames, videre est 6. q. 1. cap. infames videlicet. Apostatæ. Heretici. Schismatici. Fures. Sacrilegi. Capitalib. criminibus irretiti. Sepulcrorum violatores. Læsæ maiestatis rei. Conspiratores in proprios superiores. Incestuosi. Homicidæ. Periuri. Raptores. Malefici. Venefici. Adulteri. De bellis fugientes. Indigna officia petentes. Dilapidatores bonorum ecclesiasticorum. Calumniatores. Excommunicati. Delatores. Ab ecclesia pro suis pulsi sceleribus. & Omnes, quos iuxta tum ciuilia, tum canonica infames vocant. Alchimistæ. extrau. spondent. de crimine falsi. Dilapidatores bonorum Ecclesiæ. Archid. in cap. nobis, & in c. Vulteranæ. 12. q. 2. Abb. in cap. venerabili. de offi. deleg. Detenti in carceribus Sanctissimæ Inquisitionis ex causis concernentibus ipsum tribunal. Cæsar de Grassis auunculus meus in decis. Rotæ. ntu. de accusa. decis. 2. num. 4. Crimen quoque notorium reddit infamem. Tabie. ver. infamia. num. 11. Armilla eod. num. 9. Spurij etiam sunt infames Gab. Paleot. lib. de Nothis, & spur. cap 55. num. 4. Farinac. q. 56. nu. 399.

Quis iudex Regularium sit.
Caput XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Regulares quare Iudices, ac Rei sint: iudiciisque indigeant.*
2 *Supremus Regularium iudex Summus Pontifex est.*
3 *Papa totius mundi caput est.*
4 *Papa modo peculiari ecclesiasticorum est Iudex.*
5 *Modo magis peculiari ipsorum est Regularium iudex.*
6 *Regulares Papæ sunt immediate subiecti.*
7 *Generales, Prouinciales, & Monasteriorum Prælati ordinarii Regularium iudices existunt.*
8 *Iudices appellationis Regularium qui sint.*
9 *Legati, Vicelegati, Nuntii, Locorum ordinarii, aliique iudices, an Regulares iudicare queant.*
10 *Iudices omnium Regularium, violatæ religionis respectu, soli sunt Inquisitores.*
11 *Episcopi quibus in casibus Regulares iudicare possint.*

Quid sit Iudex, quod illius officium, quævè requisitæ tum affirmatiuæ, tum negatiuæ conditiones, vt rectus, legitimusq. iudex constituatur, sint; superioribus explicatum capitibus est: ad Regularium iudices in quorum gratiam hūc laborem suscepi, modo sermonem conuerto, inde sumens exordium.

1 Si Regularium prælati veri pastoris super a Deo sibi commissas oues, in sortemq. ipsius electas munere fungerentur; illasque *a* vt in Dei diuitijs ipsi pascerentur, *b* in proprij cordis innocentia scientia, doctrinaq. pascerent, *c* iuxta tabernacula pastorum, secundum videlicet patrū suorum, qui veri, boniq. fuere pastores, documēta; *d* non vt dominantes in cleris; sed velut forma facti gregis ex animo. equidem solo pastoris amabili nomine cohonestarentur, nequaquam iudicis appellatione timorem iudicandis incutiente, nuncuparētur. Et quoq. Si regulares ipsi subiectæ electæ oues pascuæ Dei, ouium mansuetudinem imitarentur, ac *e* deponentes omnem malitiam, dolum, simulationes, inuidias, detractiones; *f* induerent sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, *g* & donantes sibimetipsis, si quis aduersus aliquem habet quærelam: *h* essentq. vnanimes, idipsum sentientes, vinculum perfectionis habentes ipsam charitatem, *i* quæ patiens ē, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit, quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, omnia suffert, omnia sustinet, ouis vtiq. placidissima nuncupatione gauderent: accusatoris autem vel rei, eorum indignis nominibus nequaquam appellarentur. Verum enim vero quia Prælati *l* quandoq. dormitant, & non est qui congregēt; *m* quandoq. preuaricantur, *n* quandoq. stulte egunt: *o* quandoq. disperdunt gregem pascuæ Dei; *p* quando q. non oues, at semetipsos pascūt, & cum austeritate imperant, potentiaq;. Subditi vero *q* errantes aliquando velut ouis, quæ perijt, *r* a Deo ipso elongantur ambulantq. post vanitates; *s* aliquando seipsos amantes sunt, ideoq. cupidi, elati, superbi, blasphemi, inobedietes, ingrati, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, tumidi, & voluptatum, plus quam Dei amatores existūt aliquando *t* vaniloqui, seductores, & qui domos subuertunt; aliquando *u* insipientes, desiderijs, ac voluptatib varijs feruentes, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odiētes inuicem, multaque mala perpetrantes. Idcirco *x* eos redarguere necesse est, *y* contra faciem illorum statuere; *z* eosq. vexare, vt illis detur itellectus; *a* redeatq. ad cor; *b* ipsosq. in corpore punire, vt spiritus eorū saluos fiat. Quare iudice quoq. ad eiusmodi circa dictas regulares personas exercendas opus esse, nemo non videt.

a Psa. 36.
b Psa. 77.
Ier. 3.
c Cant. 1.
d 1. Pet. 5
e 4. Pet. 2.
f Colo. 3.
g Phili. 2.
h Colo. 3.
i 1. Cor. 13.
l Nahum. 3.
m Ier. 2.
n Ier. 10.
o Ier. 13.
p Ezech. 34.
q Ps. 118.
r Ier. 2.
s 2. Ti. 3.
t Tit. 1.
u Tit. 3.
x Tit. 1.
y Psa. 49.
z Isa. 28.
a Isa. 46.
b 1. Cor. 5.

2 Eorum itaq. supremus iudex summus Pōtifex
3 est. Qui licet orbis totius caput sit. c. vnam sanctam.

Etam.de maiorit.& obed. omniumq. hominum
iudex ordinarius.cap.cuncta.9.q.3. quippe qui
Iesu Christi gerit vices in terris Matt.18. & Io.
4 21. modo attamen peculiari ecclesiasticarum
personarum quarumcumque tam secularium,
quam regularium, quæ a Deo esse in sortẽ ipsius
5 electæ noscuntur, caput existit, ac iudex.immo
magis peculiariter ipsorum regularium; isti nã-
que ab ordinarijs, alijsq. iudicibus exempti (q̃
secularibus clericis minime concessum est) in
ius,& proprietatem Beati Petri, & apostolicę se
6 dis,sub illius protectione sunt speciali,& imme
diata recepti. Quare immediate sedi Apostolicę
ac Romano Pontifici subiacere priuilegio gau-
dent speciali.cap.auctoritate.de priuil. §.1.li.6.
glo.cap.1.de reb.eccle.non alien.eo.lib.6.verbo
proprij,Compend.priuil.verbo exemptio.n.10.
7 11.& 15. Alij autem regularium iudices ordina
rij sunt Generales in sua quisq. congregatione.
Prouinciales in sua quisq. prouincia. Pręlati Mo
nasteriorum quocumq. vocabulo nuncupentur
in suo quisq.conuentu.c.ea quę.de sta.monach.
Pan.ibid.Nauar.com.2.de regular.num. 63.to.
1.& consi.6.de foro compet.num.1.& 2.to.simi
liter.j.etiam nouitiorum.Naua.ci.d. consi.6. &
consi.5.eo.ti.tex.& Abb.c.ne religiosi. de regul.
Specu.ti.de off.ord.§.1.pro qua re videndus est
Emanuel Rodericus.to.1.q.reg.q.21.art.11.ac
8 to.2.q.2.art.10. Eorum autem iudices appella-
tionis extra Congregationes Illustriss. Cardina
les Protectores, ac Illustriss. item Cardi. sacræ
Congregationis super negotijs Episcoporum,
ac regularium ex apostolica concessione sunt;
per decretũm sacræ congregationis prædictæ
anno 1587.publicatum. de quo videndum est
Compend.priuil.Cordubæ verbo appellatio. in
annotationibus Capucini.
9 Legati vero, Vicelegati, Nuntij Apostolici, Lo
corum ordinarij quocumq. vocabulo nuncupẽ-
tur, ceteriq.iudices, ac præfecti, tam seculares,
quam ecclesiastici, regulares ipsos minime iudi
care queũnt. Compen.priui.ci.verbo exemptio.
nisi ex apostolicæ sedis commissione speciali ad
eorum caussas cognoscendas fuerint deputati,
10 At vero de quibuscumq. caussis ad sanctę In-
quisitionis officium pertinentibus licet olim a-
liquorum regularium superiores cognoscere,
quò ad sibi subiectos, possent: nequeũt amplius
tamen de illis cognoscere; verum (quò ad eius-
modi violatæ religionis caussas) omnium, &
quorumcumq. regularium iudices ipsimet In-
quisitores, siue locorum ordinarij, quibus Inqui
sitionis est cõmissum officium, sunt; ex constitu-
tione Santissimi D.N.Pauli Papæ V.quę incipit
Romanus Pontifex anno 1606.emanata,
11 Illud autem est animaduersione dignum, q̃
Episcopi poterũt illos regulares punire, qui in-
tra claustra degentes, extra illa ita notoriè deli-
querint, vt populo scandalo sint, si facta per eos
instantia, vt a suo superiore puniantur, intra tem
pus ab episcopis præfigendum puniti minime
fuerint. ex Conc. Trid. sess.25.ti. de regularib.c.
14.& consti. Clementis octaui, quæ incipit Su-
scepti muneris. Eos quoq. regulares punire va-
lebunt episcopi, qui absq. superioris mandato
in scriptis obtento a conuentibus recedentes re
perti fuerint. ex eo.concil.loc.ci.c.4. Io. Baptista
Confectius in summario priuil.ti.de foro comp.
reg.c.2. Emanuel Roder.to.2.q.regula.q.63.ar.
11. apud quem videre est, in quibus casib.regula
res ipsi subdant episcopis.

DE RECVSATIONIBVS

Titulus III.

De Iudicis Recusatione. Caput vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio iudicis incompetentis, & iniqui de iure naturali est.*
2 *Maxime in caussis criminalibus.*
3 *Declinatio iudicis dupliciter fit, ipsius recusatione, & ab eodem appellatione.*
4 *Iudicum suspectorum iudicium declinare naturale cuique est.*
5 *Iudicis recusatio ad legitimas pertinet defensiones.*
6 *Iudex facilius, quam testis recusatur.*
7 *Reo quomodo, & quando licitum sit iudicem recusare.*
8 *Etiam post caussa ipsius initium.*
9 *Et in quacumq; litis parte.*
10 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
11 *Recusari potest iudex delegatus, & ordinarius.*
12 *Et Inquisitor in crimine violatæ religionis.*
13 *Legatus de latere recusari potest.*
14 *Concilium quoque prouinciale.*
15 *Senatus quoque recusari potest, & Collegium doctorum.*
16 *In manifestis, notorijsue criminibus iudex recusari vt possit.*
17 *Recusatur iudex suspectus, & inimicus.*
18 *Lites absq. suspicione procedere debent.*
19 *Modica caussa iudicem repellit.*
20 *Inimicitia capitalis, & grauis caussa potissima iudicem recusandi est, etiam in caussa fidei, ipsũ inquisitorem.*
21 *In alijs criminibus inimicitiæ quoq. non capitales, aut graues.*
22 *Inimicus qui dicatur, vt recusari queat.*
23 *Inimicitia a iudicando accusando, ac testimoniũ ferendo repellunt.*
24 *Etiam post reconciliationem.*
25 *Etiam in criminibus exceptis.*
26 *Crimina excepta quæ sint.*
27 *Recusatur iudex infamis, & criminosus.*
28 *Qui iudex esse nequit, omnis recusari potest.*
29 *Recusatur iudex, qui ordinem iuris non seruat.*
30 *Alteri parti nimium fauens.*
31 *Parti nimis familiaris, & amicus.*
32 *Qui non habet iudicandi peritiam.*
33 *Qui modum excedit in exequendo.*
34 *Qui in alia caussa fuit recusatus, vel a quo alias fuit appellatum.*
35 *Nisi crimen sit manifestum.*
36 *Recusatur item iudex, Qui similem habet caussam.*
37 *Qui commensalem habet aduersæ partis aduocatum.*
38 *Qui aduersarii suffraganeus est, vel de terra ipsius.*
39 *Si accusator, vel testis de illius domo producitur.*
40 *Qui est officialis alicuius, qui aduersario sit familiaris.*
41 *Regulares sibi suspectum iudicem recusare queunt.*
42 *Regularium recusatio, & appellatio a correctione quare non admittatur.*
43 *Si in correctione excedatur, recusare, & appellare possunt ipsi regulares.*

Digitized by Google

44 *Et in caussis grauibus, atque in criminibus occultis.*
45 *Iudex quomodo recusetur de iure canonico.*
46 *Quomodo recusetur de iure ciuili.*
47 *Si caussa recusationis dubia sit, quid agendum.*
48 *Si probata fuerit, quid faciendum sit.*
49 *Non probata recusationis caussa captum iudiciũ prosequitur iudex.*
50 *Reo dandus est iudex de illius consensu.*
51 *Rei fauorabiliores sunt, quam actores.*
52 *Iudex recusatus in caussa procedere nequit.*
53 *Iudex post iustam appellationem procedere amplius in caussa non potest.*

IVdices, atque magistros præcipit Deus fore constituendos, qui iusto iudicio debeant iudicare, nec in alteram partem eis declinare fas sit. Deu. 16. quod si personas accipientes aliave caussa moti ad dexteram siue, siue ad sinistram in iudicijs declinare præsumpserint, præterquam quod peccatum operabuntur a lege redargui, quasi transgressores illius Iaco. 2.

1 † Ab eorum quoq. iniquis iodicijs declinare ipsamet natura, iusq. docet. cap. quod susp: ecti, 3. q. 5. cap. secundo requiris, de appell. l. apertissimi, C. de iudicijs Couar. lib. pract. quæst. cap. 26. in principio.

2 † Quod maxime in criminalibus fieri posse docet gl. in cap. qualitar, & quando el secondo de accusa. ver. ad inquirendum, non longe post initium, quam affirmat esse communem Card. Alex. in cap. de accusa. col. 41. ver. venio ad septimum, 2. q. 8. Maria. in d. cap. qualiter. nume. 78. Iul. Cla. lib. 5. §. no. q. 43. Menoc. lib. 2 de arbi. iud Centur. 2. casu 152.

3 † Huiusmodi autem declinatio duobus modis fieri potest, aut iudicem recusando, aut ad superiorem ab ipso appellatione mediante prouocando.

At vero cum in regularium etiam caussis euenire possit, vt eorum iudices a debita iustitia deflectant, illa maxime, quæ superioribus tradita capitibus sunt, minime obseruando. idcirco, vt perfecta de iudice regulariũ habeatur notitia, de iudicis quoque recusatione, ac de appellatione ab ipsò facienda instituendus est sermo. hæc materia in modo processum continuandi tractanda fuisset: eam attamen hoc loco tractare visum est; vt simul ea, quæ ad iudicem ipsum spectare videntur, pertractarentur; ex eo nanq. iustior efficitur ipse iudex; si norit, propter non recte ab eo administratam iustitiam ab illius iudicio declinari posse. primo autem de iudicis recusatione verba faciam, cum & ante iudicium (si iusta sit caussa) iudex recusari queat. postea de appellatione, quæ non nisi propter grauamen in caussa iam cæpta factom intermitti, aut post caussæ conclusionem admitti debet, aut potest.

4 Itaque † naturale profecto est suspectorum iudicum insidias declinare, eorumque iudicium semper velle refugere, cap cum inter de excep. 5 § 1. & † ad legitimas defensiones iodicis recusatio spectat. cap. eod. quæ legitimæ defensiones cuique iure competunt naturali: vt superius ca. 12. num. 9. habitum est.

6 Idcirco † Iudicem facilios recusari posse, quã testem docet glo. in cap. quicumq. el 3. 11. q. 3. c. accusatores. similiter el 3. 3. q. 5. cap. insinuante. de offi. deleg. verbo familiarem, & cap. cum R. eod. ti. Menoch. vbi supra. nu 6.

7 Quare † licitum erit Reo, qui suspectum iudicem habet, antequam ipsa lis inchoetur illum recusare. ca. quod suspecti cit. §. & re vera. quod verum est, si caussa suspicionis, ideoque recusationis præcessit iudicium, ac nota sit recusanti. probat Villagut. l. 1. prac. crimi. cano. ti. de accus. concl. 16.

8 At vero † si post caussæ initium, ante illius attamen conclusionem fuerit orta; poterit quoq. Reus tunc iudicem recusare. cap. insinuante cit. de offi. deleg. gl. in c. sciscitatus. de rescrip. verbo infamem.

9 † Vel etiamsi ante caussæ initium orta quidẽ fuerit, sed postea ad recusantis notitiam peruenerit, in quacumque litis parte proponi poterit recusatio: probat Couar. loc. cit. cap. 26. nume. 1.

10 Etenim. † quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. ff. de inter. actio. leg. de ætate. §. ex caussa.

11 Et nedum † recusari potest iudex delegatus. c. postremo de appell. verum & ordinarius. c. placuit. 2. quæst 6. c. si quis el secondo de foro compe. & cap. ad hæc de appell. l. nemo. C de iurisd. om. iud. gloss. in cap. quod suspecti cit. 3. q. 5. Hostien. titu. de recusa. §. quis recusetur. Fra. Pegna in Dir. inquisito. 3. par. comm. 30. versic. tametsi vero.

12 Etiam † in crimine violatæ religionis ipse inquisitor. Directo. inqui. 3. par. de recusatione inquisitoris, & Pegna loc. ci. ver. ceterum. ex Beroar. Locato, ac Tabie.

13 Recusari quoq. potest legatus de latere, si caussa iusta illum adsit recusandi.

14 Immo † & Concilium Prouinciale. probat Nauarrus multis auctoritatibus consil. 3. de appell. modeste attamen, ac reuerenter. idem & Menoch lib. 2. cit. centur. 5. casu 458. qui nume. 16. ibid. extendit, quando caput solommodo concilij prouincialis suspectum est, multisque probat.

15 † Et quoque Senatus poterit recusari. Menoch. loc. ci. num. 11. atque etiam collegium doctorum. idem eodem loco. num. 12. quæ verissima sunt, quando constat de iusta recusationis caussa.

16 † Nihilq. officiunt crimina, licet notoria sint, quando suspectus est iudex, ne recusari queat, & quin ammotus in integrum restituatur. cap. quod suspecti cita. iuncta gloss. quæ iudicem in notorijs quoque recusari posse tenet. cap. fin. 3. q. 5 ver. & si manifesta Caussæ vero, ex quibus iudex recusari potest, plurimæ sunt, de quibus tractant Specula. titu. de recusar. Lanfranc. in c. quoniam contra. de probat. versi. recusationes. Præposi. io cap. postremo de appel. Io. Ferrarius in tract. de recusar. Hostien. in summa eo. titu. §. quæ sunt iustæ caussæ. Io. Andr. & Panor. in ca. cum speciali. de appellat. multas quoq. adducit Nauar. in cap. si quando de rescrip. cau. 10. nullit. & alij multi.

17 Primo itaque Recusatur iudex suspectus, & inimicus. cap. quod suspecti. cit. 3. q. 5. cap. sciscitatus. de rescrip. cap. suspicionis. de off. deleg. ca. cum speciali. de appell. cap cum oporteat. de accusa. iuncta glo. ibi verbo inimicus. l. apertissimi C. de iudicijs. cit. Couar. li. pract. quæst. cap. 26. in principio. Specul. loc. cit. §. caussa. Nauar. vbi supra num. 2.

18 Lites enim sine suspicione procedere debent. cap. quod suspecti. & l. apertissimi citatis.

19 Ideoq; modica caussa iudicem ipsum repellit. cap. accedens el primo vt lit. non contes. §. cũ igitur. c caussam. de off. deleg. glo. in c. accedens

ei

Digitized by Google

el secundo vt lit. non conte.cit.ver. nimis fauẽs, & capite cum R.cit.de offi.deleg. ver. cum fint eius socij.

20 †At, vero Cum inimicitia capitalis est, vel saltem grauis; Inquisitor quoq.in fidei caussa recusari potest: probat Pegna loc.cit. versi. iam non quęuis inimicitia, ex Specul.Ioan.Andrea Abb. & Felin.

21 † In alijs caussis, & criminibus etiam propter inimicitiam non capitalem, aut non ita grauem recusari iudex ipse potest, gloss.cap.quicumque il terzo 11.q.3.ca. cum oporteat cit.ver.eod. & cap.accedens el secundo citat. vt lit non conte. ver.eod.

Quid enim gratius, & amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad iudicandum, & puniendum, quem lædere cupit, seipsum commiserit? Inimicus autem ex Franc. Pegna cit. com.116.in 3.par.Dir.inquisi. & Farina.quæst. 49.numero 1.& sequentibus, dicitur Primo; qui occidit consanguineum alicuius. Secundo qui conatus est occidere aliquem. Tertio Qui minatus est occidere aliquem. Quarto. Qui alicui parauit insidias. Quinto Qui aliquem accusauit in caussa capitali. Sexto Qui deposuit contra aliquem, aut deponere voluit in caussa capitali. Septimo Qui detinuit aliquem in vinculis. Octauo. Qui iniurias graues in aliquem protulit. Nono. Qui adulterium cum alicuius vxore commisit, viro ipso reclamante, idem dicas de sorore, matre, filia q. Decimo. Qui mouit quęstionem de statu, vel bonis, vel magna pecuniariũ quantitate, idem de illo, qui aliquem talibus spoliauit. Vndecimo. Qui offendit aliquem in persona, vel rebus. Duodecimo Qui vulnerauit aliquem, maxime in facie. Tertiodecimo. Descendentes ab inimico capitali. Quartodecimo. Qui commoratur, & admodum familiariter conuersatur cum inimicis. Quintodecimo. Qui contraxit amicitiam cum inimicis. Sextodecimo. Guelfi cum Gibellinis, consideratis loco, tempore, personis, & alijs considerandis. Ex hisce adductis, alia tam graues, quam minus graues elici queunt. Decimoseptimo Iudex post sententiam contra latam.

23 †Hæc autem inimicitiæ graues, & capitales nedum a iudicando: verum, & ab accusando, & a testimonio ferendo quemquam repellunt; etsi illius contractæ sint culpa, qui iudicatur, vel accusatur, vel contra quem testimonium perhibetur.

24 Etiam † Si reconciliati sint; siue Iudex, accusator, vel testis affirment se fuisse reconciliatos. Pegna, & Farinac.loc.cit. Villag.l.1.vbi supra cap.2.concl.2.

25 Et † nedum repellunt in criminibus ordinarijs, sed quoque in criminibus exceptis, qualia

26 sunt † Hæresis, Læsæ maiestatis, Perduellionis, Sacrilegij, Simoniæ, Fraudatæ pecuniæ publicę; vel annonæ, Dilapidationis bonorum ecclesiæ, Sodomiæ, & huiusmodi; de quibus glo. in rub. 6.q.1.& Villag.loc.cit. Direct.inquisi.3.p.q.67. Fr.Pegna, & Farinac.vbi supra.

27 Secundo † recusatur iudex Infamis, Criminosus, perpetuo Furiosus, Impubes, Ammotus ab officio, Femina, Seruus, Excommunicatus, Dominus aduersarij, illiusq.consanguineus vel affinis. Armilla.ver. iudex n.1.& nos superius cap. 7.fere per totum.

28 † Qui etenim iudex esse minime potest; illum quoq. recusari posse omnibus in confesso est.

29 Tertio † recusatur iudex, qui ordinem iuris nequaquam seruando Reum ipsum grauare vetitus non est, aut iuris defensiones illi negando, aut exceptiones non admittendo, aut aliquid il li necessarium minime concedendo, & quoque in crimine violatæ religionis. Direct.inquisi.vbi supra de recusatione inquisitoris, & ibi Pegna. com.30.ver.postremo arg.c.consequente.de restitutio.spoliat.

30 Quarto recusatur iudex † alteri parti nimiũ fauens capite accedens. el secondo vt lit. non conte. Nauar.in cap. si quando de rescrip.cita. caussa 10.nullita.numero 5. Etenim contra ius diuinum operatur. Deute. 1. Non accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est, & Iacob.2.ac humanum cap.in iudicijs de reg.iu. lib.6.

31 Quinto † Patri, siue aduersario nimium familiaris, & amicus, cap.ad hæc.de rescrip. & ca. cum R.de off.delega.arg.cap.accusatores el terzo 3.q.5 Nauar.loc.ci.num.3.ex Ioan. Andr.& Domi. Perus.ante, vel post litis contestationem, ante caussæ conclusionem. cap. insinuante, de off.deleg.

32 Sexto † Qui non habet iuris peritiam. argu. cap.ex literis de consangui. & affinita.cap.1.de pœni.dist.6.ver.iud.ciaria potestas.gloss.cap.sciscitatus de rescrip. ver.impedimento.l. ad probandam.ff.de offi.præto.& de re iud.Specul.ti. de iud.dele.§.excipi potest. Tabie. ver.iudex in principio. Sil.ver.eod. quæs.2.numero 1. Victo. cap.3.nume.6 & cap.26.numero 4. quod in ecclesiasticis maxime caussis obseruandum fore aduertit glo.in cap.cum nobis de elect.& nos superius capite 5.per totum.

33 Septimo † Qui modum excedit in exequendo.capite super quæstionum.§.2. de offi. de leg. Stephanus in lib.de recusa.nu.73. Nauar.loco cit.num 6.

34 † Octauo recusatur iudex, a quo in alia caussa fuit appellatum, vel qui fuit alias recusatus, ab eo, qui appellauit, aut recusauit, cap. ad hæc el primo, & cap.proposuit de appell.glo.cap.accusatores el terzo 3.q.5.ci. Nauar. vbi supra numero 7.arg. capit. consequente, de restitu.spol.

35 iuncta gloss.ver.volueris. † nisi crimen fuerit manifestum, in quo excusatio conueniens afferri nequeat, aut suspicionis iusta caussa; propter quam iudex recusari queat.ca.proposuit, de appella.Pegna in Dir.inqui. 3.p.com.31.ver.sit autem inquisitor.

36 Nono † similem caussam habens; capite caussam, el secundo de iudicijs, iuncta glo. parti etenim nimium fauorabilis esset.

37 Decimo † Qui commensalem habet aduersę partis aduocatum.ca. ex insinuatione. de appel. gl.c.accusatores el terzo 3.q.5.cit.

38 Vndecimo † Qui aduersarij suffraganeus ẽ, vel de terra ipsius, cum partes extra patriam, vel altera saltem sit, capite accedens.el secondo vt lit.non conte.iuncta glos.ibi. & cap.accusatores proxime cit. Nauar.in cap.si quando cau. 10.nulli.cit.num.4.

39 Duodecimo si accusator, vel testis de illius domo producitur, cap.contra fitum.4.q. 4.ca.caussam.de offi.dele.l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdi. omnium iudic.

40 Tertiodecimo † Qui est officialis alicuius, qui aduersario familiaris existat.cap. insinuante, de offic.del.immo tota familia propter dominum recusatur.C.si quacumque præd. pote.l. vnica

glo. cap. insinuante ci. & c. cum R. eod. ti. de off. del. ega.

Si iudex propalauerit votum suum ad fauorem partis aduersæ, vel minatus fuerit recusantem Cæsar de Graf. decis. 93. num. 5. & 9. Iustæ quoq; erunt caussæ, quando propositæ su. rint, ac illis non examinatis iudex ad vlteriora proce dei. Idem ibidem num. 7. & acta ipsa nulla redduntur. ibi. num. 9. etiam quod caussa esset commissa appellatione remota. ibi. nu. 11.

41 † Regulares quoque iudicem sibi suspectum cum hoc de iure sit naturali, & ad legitimas pertineat defensiones, quemadmodum initio capitis illius dictum est, recusare possunt docet id Victori. vbi supra. c. 26. nu. 4.

Neq. obstat cap. cum speciali §. porrò. in fine, de appell. quo loci regulares a iudicis recusatione arceri videntur, & cap. ad nostram; & reprehensibilis. §. vlt. eod. ti. quibus in locis regulares ipsi ab appellatione reijciuntur, quæ recusationis iudicis affinis esse videtur, illi nanq. textus intelligendi sunt, quando regulares à suis superioribus iuxta regularia instituta corriguntur, vt ex verbis cap. ad nostram, & cum speciali citatis habetur expressè, iuncta glo. in d.c. ad nostram, verbo minus, & nos superius documus c. 10. n. 9. 10. 11. & 12. cum duobus seq.

42 Etenim † ideo non admittitur appellatio, aut recusatio à correctione; quia sit ad pœnitentiam, & extra forum iudicij. gloss. in d. cap. ad nostram, ex cap. cum beatus. 45. dist. & ca. si homo 27. q. 1. At vero quando modum in huiusmodi correctione, prælatus excedit, vtique recusari potest, ab eoque appellari cap. de priore, iuncta gl. de appell. c. licet, de off. iud. ordin. ca. super quæstionum de offic. del. §. nos autem. Abb. in ca. ad nostram cit.

44 † Eoque magis in caussis grauibus, & in criminibus occultis, quando iuxta iudicij formam proceditur contra dictos regulares, ipsi vtique poterunt iudices recusare, ab eisque appellare sicut ceteri hominum, si iusta id operandi caussa illis tribuatur, vt ex dictis a nobis ca. 10. cit. & seq. cuiq. patescere potest.

45 † Qui vero iudicem recusare voluerit, coram eodem suspicionis caussam probabilem, atq. rationabilem in scriptis proponere debet, cap. inter monasterium de re iud. cap. cum speciali, & secundo requiris, de appell. l. apertissimi. C. de iudicijs, iuncta glo. verbo libellum. Hostien. Panor. & omnes alij in c. quoniam contra. de probation. quod de iure canonico intelligendum est.

46 † De iure namque ciuili dicere sufficit, se iudicem habere suspectum, gloss. in d. l. apertissimi, & l. quia poterat. ff. ad Trebell. & in l. item si suspectus. ff. de procurato. glos. in verbo coram. cap. secundo requiris ci. de appell. dummodo se calumniæ caussa illum non recusare iuret. iuxta gloss. receptam, in d. l. apertissimi, vbi post alios tradit hoc Iason. num. 26. Couar. lib. prac. quæst. cap. 26. sub numero 2. Specula. de recusa. §. qualiter. ver. proposita. Nauar. in d. ca. si quando de rescrip. causa 10. nullita. num. 1.

47 † Quod si dubia caussa recusationis huiusmodi sit, recusatus iudex de illa cognoscere minime poterit. Sed eo casu aduersarius, aut iudex ipse vnum, recusans vero alterum viros probos, atq. peritos eligere debent, qui arbitri sic electi de huiuscemodi caussa, probabilis necne sit, ideoque vel admittenda, vel reijcienda, diiudicabūt, & si discordes illos inter se esse contigerit, tertium eligant ipsimet, & quod ex ipsis duo iudicauerint, robur obtineat firmitatis. cap. suspicionis iuncta glo. de off. iud. del. eg. & cap. cum speciali de appell. cit. iudex autem eiusmodi arbitros ad suspicionis caussam decidēdam compellere potest.

48 Quæ si p obata fuerit, de recusantis consensu idoneæ personæ caussam recusatus committat; vel ad superiorem ipsum recusantem transmittat.

49 † Non probata vero sua iudex vtatur iurisdictione, caussamque inceptam prosequatur. d. c. cum speciali iuncta glo. & c. suspicionis cit. ver. ad quos omnia, vbi notandum est.

50 † Recusantem fore de illius consensu tribuē dum, quod habetur quoque. 11. q. 1. cap. iudicet.

51 cum gl. ibid. ea ratione fortassis, quia † Rei fauorabiliores, quam actores ipsi sunt. l. fauorabiliores. ff. de reg. iu. illud vero intelligendum cen seo in simili fore suspicionis casu.

52 † Cum autem iudex recusatur, in caussa procedere minime debet; nisi friuola recusatio sit, quod si fuerit procedere ausus, acta quæuis post recusationem huiusmodi, & quoq. de iure canonico sunt ipso iure nulla. probat Nauar. in d. c. si quando, causa 10. nullitat. cita. numero 10. ex gloss. 2. q. 6. cap. quoties, & cap. quod suspecti, 3. q. 5.

53 † Quod idem intelligendum esse, asserendūque post iustam appellationem docet, ac probat idem Na. loc. cit. in fine, atque Achilles de Graffis. decis. 205. num. 1.

DE VISITATIONE,
Titulus IV.

TRACTATVS
VISITATIONVM

Reuerendissimi patris domini Iohannis Francisci de Pauinis Pauini Iuris vtriusque, & sacræ Theologiæ Doctoris, & caussarum Sacri Palatij Apostolici Auditoris.

Cui BACVLVS PASTORALIS nomen est.



Proemium Baculi Pastoralis.

SVMMARIVM.

1 *Natura humana est ad malum prona.*
2 *Visitatores sunt necessarii.*
3 *Decreta non habentes, & habentes, sed non seruātes arguendi sunt.*
4 *Visitationum tractatus quas vtilitates continet.*
5 *Cecus cecum ducit in foueam.*
6 *Iesu nomen in nostris operibus humiliter inuocare debemus.*
7 *Tractatus visitationum non est temere arguendus.*

Quo-

Cap. I. Quid sit Visitatio, & quid visitare.

QVoniam Iohannes XXII. Romanus
Pontifex scientia atque industria ma
gnus ac mundus, simoniam fugans:
& in cultu iustitię magnanimus, ple-
1 nus quoque Spiritu sancto: attendens † naturã
humanam deseruire sensualitati: & ab adolescē
tia proclivem ad malum semper declinare: &
morum subuertionem frequenter in clero & po
2 pulo continue pullulare: necessariãq. fore † visi
tantium superiorum auctoritatem & suffragiũ:
vt per eos tanquam per cultoris prouidi sarcu-
los, extirpentur vitia, virtutes inserantur, corri-
gantur excessus: moresq. reformentur. Per apo-
stolica scripta mandauit sacri Vienen. Concilij
canones sub Clemente Quinto eius prædecesso
re celebrati, vniuersaliter suscipi, & alacri stu-
dio cognitos etiam in iudicijs obseruari. Quo-
niam etiam idem sacrum iussit Cōcilium omni-
bus ad quos spectat vt ad cuncta, quę ad diuino
rum celebrationem diuinumque cultum, & mo
rum reformationem pertinent: ecclesiarum ve
& cimiteriorum respiciunt honestatem: & ad sa
crorum statuta canonum scienda, & irrefragabi
liter obseruanda diligens adhibeant studium: vt
ex prohemię Clementinarum, & clementinæ, j.
3 de cele. missa. patet. Quoniam etiam qui † decre
ta non habent Romanorum Pontificum de ne-
glectu atque incuria sunt arguendi, qui vero ha
bent, & non obseruant de temeritate corripien-
di, & increpandi sunt. c. si decreta. 20. di. Verum
etiam quia vt no. Io. An. in dicta cle. mis. non est
facile iura omnia etiam quæ ad solum Visita-
tionis officium pertinent, colligere atque scire
Idcirco expediens mihi visum est opusculum
4 hoc † ad omnium visitantium doctrinam, & vi
sitandorum profectum salutarem componere:
vt sit lucerna quędam pedibus eorum, baculus
consolationis, lumen in tenebris lucens, & colũ-
na ignis peregrinantibus, quod baculum pasto-
ralem præcipue appellandum duxi visitantium
quasi seniorum baculus pastorum, id est superio
rum dominorum, vt no. in ca. 1. de censi: & non
mercenariorum dimittentium oues vt lupus co-
5 medat illas, ac vt cecis suffragetur, nec † cecis a-
lijs ducatum pręstantes simul, cadant in foueã,
in c. cum sit ars. de eta. & qua. Et vt operetur ef
fectus quæ in his versibus concluduntur. *Colli-
ge per primum*, scilicet oues errantes, ac ex cen-
tum vnam tantum deperditam recuperes. *Me-
dio rege* Cognoscens vultum pecoris tui: & vt
vocem tuam audiant. *Punge per imum*. Vt qui
aliquando fuerunt oues errantes, sint lux in do-
mino. *Attrahe*, non vt lupus rapax. *Sustenta*,
non manduces aut deuores. *Stimula*. Etiam
percutiens vbi oportet. *Vaga*. reducas ad iter
rectum: ne pereant *Morbida*. Cures ne totum
corrumpatur ouile. *Lenta*. Adiuua, vt gra-
datim assuefiant ad aspera toleranda, vt no. in c.
1. in fi. de sa. vn. (vel sic exponatur versus vltimus
Attrahe vaga, sustenta, morbida, stimula, lenta.)
Et vt cum hoc baculo *Petri* nauicula prospere
6 nauiget. Inuocato † prius nomine Iesu Christi:
qui nos gratia suæ visitationis illustret. c. omnis
Christianus, de con. di. 1. cum reuerentia, & ge-
nuflexione humili, c. decet, de immu. eccl. lib. 6.
Quæso suppliciter vos omnes visitantes, & visi-
tandi: vt si sermo meus inuenerit in cordibus ve
stris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei: ad
illam augendam studete, exufflate, & nutrite in
vobis: vt cum creuerit & flammam dignissimã
fecerit: omnium cupiditatum ligna consumat. c.
si sermo. de poni. di. 2. Et hunc lambentes libel-
lum melioribus corroborate rationibus; repre-
hendentibus vero & detrahentibus non resiste,
Paratus ab amiculo doceri. 24. q. 3. cap. 1. Sedis
Apostolicę tamen correctioni omnino me subij
cio: profiteorque me tenere quod approbat, &
non tenere quod reprobat 24. q. 1. hæc est fides,
de sum. tri. cap. damnamus in fi. Demum quæso
7 pariter † vt antequam contra libelli huius notu
las commoneamini perlegatis iura in eo allega
ta; studeatisque in eis diligenter, & antequam iu
dicetis consideretis mentem iurium vos qui si-
milam & mella fastiditis, quoniam subcineri-
cium hunc panem gustasse placebit ex granis
textuum, & magistralium præcipuarum glossa-
rum arte non modica etiam ad memoriam or-
dinandam positiue confectum, vt ait Hosti. in
sum. de offi. archi. ad finem.

Finis Prohemij.

ANtequam ad principalē tractatus præsen
tis materiam accedat dominus Iohan-
nes Franciscus præsentis author libelli: vtile cē-
suit operis sui diuisionem pręmittere: vt facilius
quæ in hoc opere tractata sunt, intelligantur.
Opusculum ipsum non immerito bipartitum
fecit: vt duplex represente testamentum vetus,
& nouum, quod debent obseruare vitam ducen
tes, & actiuam, & contemplatiuam. Et hoc in-
stinctu (me iudice) motus in priore huiusce libel
li parte, ea quæ theoricam, & speculatiuam visi
tationem tangunt, præmisit, ad vitam contem-
platiuam respectum habendo. In altera autem
practicam ipsam circa Visitationes edocet, vitæ
actiuæ speciem imitatus. Et quoniam in vtraq;
vita decem decalogi præcepta seruari debent:
Ideo vtrinque partem tractatus sui in decem se
cuit quæstiones, quas ingeniose cum multiplici
iuris vtriusque, & Pontifici, & Cęsarei allegatio
ne pertractat.

Diuisio, & subdiuisio Baculi Pastoralis.

DIuiditur tractatus iste in duas partes prin-
cipales. In prima principaliter agitur de
concernentibus theoricam officij omnium visi-
tantium. In secũda vero principaliter agitur de
concernentibus practicam. Quælibet autem di-
ctarum partium subdiuiditur in decem cap. se-
cundum quod quælibet earum continet decem
quæstiones principales, quæ ex ordine patebũt.

Decem quæstiones primæ partis huius tractatus.

PRima quid sit visitatio aut visitare proprie sumendo.
Secunda qui debeãt aut possint de iure visitare.
Tertia qui debeant aut possint de iure visitari
Quarta quoties possit aut debeat fieri visitatio.
Quinta de præparatorijs visitationis faciendæ.
Sexta vbi visitatio fieri debeat.
Septima quis ordo & modus in visitando seruari debeat.
Octaua de omnimoda potestate visitantium.
Nona de procuratione visitantium.
Decima de excessibus visitantium, & eorum pęnis,

Digitized by Google

penis,& tandem de commendatione baculi pastoralis.

Decem quæstiones secundæ partis eiusdem.

PRima, quæ cærimoniæ in visitationibus requirantur.

Secunda, circa quæ principaliter oporteat proponi verbum Dei.

Tertia de notarijs ministris visitantium.

Quarta quomodo debeant & possint visitantes se exercere circa ea quæ concernunt forum pænitentiale.

Quinta quomodo debeant & possint se exercere circa ea quæ concernunt forum contentiosum.

Sexta quomodo debeant se exercere circa ordinandos,& beneficiatos.

Septima de examine in visitatione faciendo.

Octaua super quibus obseruandis populus a visitatoribus necessario sit monendus.

Nona quæ sint præcipua salutaria consilia ad quæ debent animaduertere visitantes.

Decima de salubettimo effectu, & fructibus salutaribus visitationum.

Diuisionem libelli præsentis non ab re positam esse autumabis. Partitio enim tria operatur vtilia. Animum legentis incitat; Mentem intelligentis præparat. Memoriam artificiose reformat. vt notat Accursius in procemio institutionum. §. igitur in verbo easdem institutiones.

Quid sit visitatio, & quid sit visitare. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Visitare primo quid est.*
2 *Visitatores quid facere debent.*
3 *Visitatio quid est.*
4 *Prælatus omnibus complacere non potest.*
5 *Pater filium corripere debet.*
6 *Iurisdictio est duplex.*
7 *Animarum cura est ars artium.*
8 *Anima est pretiosior corpore.*
9 *Visitare secundo quid est.*
10 *Excessus subditorum sunt corrigendi.*
11 *Villicationis ratio reddenda erit.*
12 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
13 *Zelus est & bonus, & malus.*
14 *Confessus sponte minus puniatur quam conuictus.*
15 *Visitatorum salutaris instructio.*
16 *Aetas omnis ad malum est procliuis.*
17 *Monasteria tam marium quam fœminarum sunt visitanda.*
18 *Visitare tertio quid est.*
19 *Christianitas in sacramentis fundatur.*
20 *Virtutes vnde d c ntur.*
21 *Anima cibo spirituali nutritur.*
22 *Indulgentiæ possunt a prælatis dari.*
23 *Visitatio est pastoralis officii executio.*
24 *Diffinitio in iure est periculosa.*
25 *Visitator & visitare vario modo sumuntur.*
26 *Visitandi sunt infirmi, & viduæ, & pupilli.*
27 *Visitare multis actus comprehendit.*
28 *Procuratio non semper debetur episcopo visitanti.*
29 *Veniæ facilitas incitat ad peccandum.*
30 *Beneficia, & officia ecclesiastica sunt magis idoneis conferenda.*
31 *Correctio sit moderata.*
32 *Iustum nimis esse, non est bonum.*
33 *Familiaritas nimia contemptum parit.*
34 *Munus sapientis animum inuertit.*
35 *Via media est eligenda.*
36 *Via certior in dubio eligatur.*
37 *Prælati clericos tractent vt filios.*
38 *Luxuria fere omnes fedat.*

1 PRimo quæro. † Quid est visitatio seu visitare proprie sumendo? Respondeo est curare, vt pacata, & quieta sit prouincia aut diocesis vel alia loca subiecta Prælatis. quod non difficulter † obtinetur; sic sollicite agatur, vt malis hominibus prouincia careat: per eosque conquirantur. Nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, & fures conquirere debent. & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere, receptatoresque eorum coercere: sine quibus latro vel hæreticus &c. diutius latere non potest. lege obseruare in principio. ff. de officio præsid. Quies enim populorum, & disciplina spectaculorum ad ipsos spectat. ff. de off. præfec. vr. l. 1. §. quies. Habent interdum etiam non solum curare hoc circa subiectos, sed etiam circa extraneos homines, si quid malum commiserint. Nam & in mandatis principum est vt curet is qui prouinciæ præest, malis hominibus prouinciam purgare. nec distinguitur vnde sint. l. 3. in fi. & ibi no. ff. eo. licet hæc conditio vix possit adimpleri. vt no. in d. l. obseruare & de offi. le. c. 2. li. 6. concor. canon. 6. q. 3. placuit. & habetur do offic. ord. c. 1. in glo. 2. de simon. in c. licet heli. in glo. quomodo Prælatus debet facere. & de sent. exc. c. a nobis. 3. & c. excõmunicamus 1. de hære.

2

3 Ex hac descriptione infero quod visitatio † est quædam licita generalis inquisitio de vita & moribus subditorum facit l. 1. §. si publico de adult. & l. 2. C de adul. & c. qualiter, & quando de accu. in qua iuris forma quæ in subditis obseruari debet: diligentius est in prælatis obseruanda, quia quasi signum sunt positi ad sagittã, & quia

4 non possunt omnibus † complacere: cum ex officio suo teneantur non solum arguere sed etiam increpare, etiam interdum suspendere nonnunquam vero ligare, vnde sequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur, c. qualiter, & quando de accus. 1. & eius studium inter alias sollicitudines esse debet in capiendo vulpeculas, c. inter de purga. c. cum & pater † filium

5 quem diligit corripere debeat. c. cum in iuuentute. c. 1. v. q. 8. non osculatur, & 24. quæst. 5. non putes.

6 Infero secundo, quod visitatio est † quoddam iurisdictionis exercitium tam voluntarie quando in volentes: quam contenriose quando in inuitos. Est enim de lege iurisdictionis vt plene habetur in c. conquerente, & c. dilectus, de offic. ord. ibi visitationem quoque annuam &c.

7 Infero etiam quod visitare est curam † animarum exercere quæ est ars artium, cap. cum sit ars de ætat. & qualit. pertinet namque visitatio ad curam animarum no. glo. in c. mandamus. do offic. archid. probatur in c. dudum. 2. de elect. & c. cum satis, & c. fin. eo. titu. de offic. archid. facit

8 c. inter cetera. de offic. ordin. Et † quia anima est multum pretiosior corpore, c. cum infirmitas, de pæn. & rem. i 2. q. 1. præcipimus. 24. q. 3. si tales, C. de sac. san. ecc. l. sancimus in fi. Ideo ponus, & prius consulendum est animæ quam corpori, quia vbi maius periculũ &c. 42. di. quiescamus, 2. q. 2. c. fin. ff. ad carbo. l. 1. §. 2. & not. in d. c. cum infirmitas. 43. di. nosse. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Incum-

Digitized by Google

Incumbit ergo visitatori omnimoda sollicitu-
do cleri,& populi diligenter visitandi.arg.32.di.
quoniam Dominus,12.q.2.caritatem. No.Io.
mona de supp.ne.præla.c.ecclesiæ.li.6. Et archi.
in c.si Episcopus.de off.or.c.li.
9 Respondeo.secundo quod visitare † est quæ-
rere quæ Iesu Christi sunt,non quæ sua. hoc est
prædicationi verbi Dei,& exhortationi, & corre
ctioni,& reformationi status ecclesiarum,perso-
narum,ac rerum ecclesiasticarum, necnon mo-
rum laicorum vacare; vt fructus referatur,qui
non petit.c procurationes, & c.cum Apostolus,
& no.in c.fi.de censibus. Alias concordantes al-
legat glo.in d.c.procurationes.Et quid importēt
hi termini,vide no.in c.quærenti,de verb.signif.
Et fit hæc visitatio ex debito officij,vt dicit tex.in
c.cum ex officij in princ.de præscript.
10 Ad corrigēdos itaque subditorum † excessus
tanto diligentius debet prælatus assurgere;quan
to damnabilius eorum offensas desereret incor-
rectas. Nam in Genesi Dominus ait; descēdam,
idest per angelos, & videbo,vtrum clamorē qui
venit ad me opere compleuerint.s.Sodomæ, &
11 Gomorrę,&c.Et legitur in euangelio quod † vil
licus ille qui diffamatus erat apud Dominum
suum quasi dissipasset bona illius:audiuit ab illo
quid hoc audio de te? redde rationem villicatio-
nis tuæ, iam non poteris villicare,d.c.qualiter &
quando.2.Idem in c licet heli.de simo.2. quæst.
1.Deus omnipotens. Mandat etiam concilium
generale,vt ecclesiarum pręlati ad corrigendum
subditorum excessus maxime clericorum: & re-
formandos mores prudenter,ac diligenter inten
dant:ne sanguis eorum de suis manibus requi-
ratur,c.irrefragabili,de offic.ord. Tenetur ergo
facere vt possit dicere cum Paulo. Mundæ sunt
manus meę a sanguine omnium vestrum.43.di.
Ephesius similia allegat gloss.in d c.irrefragabili
super verbo sanguis.
Ex hac descriptione infero quod visitatio est
reformatio,& correctio omnium quæ pręlati no
uerint in Ecclesijs seu clero, & populo tam in ca
pite quam in membris reformanda, & corrigen
da,exceptis occultis, vt c.qualiter & quādo.j.de
accusat. quia licet apud districtum iudicem qui
scrutator est cordium,& cognitor secretorū,cul-
pabiles existant.c.tua.in fi.de simo.cum concor.
12 allegatis ibi.ecclesia tamen non † iudicat de oc-
cultis.c.sicut in fi.eo.tit.cum alijs concor.ibi alle
gatis in glo.& in c.in ciuitate de vsuris. Et licet
leues esse dicantur qui mala credunt quæ pro-
bari non possunt.11.q.3.quæ cunctis, tamen vbi
subesset infamia,esset saltem purgationi arbitra-
riæ subijciendus infamatus:ne contra Apostolū
infirmorum corda mala alicuius fama percu-
tiat:& ne vituperetur ministeriū nostrum: neq;
securiores clerici existentes in peccatum licētius
prolabantur,c.significasti.de adul.c.de eo.de tē-
13 poribus ordin. Comedat ergo eos zelus domus
Dei nostri.cap.2.de custod euchar. & non zelus
malus.i.odium vel inuidia, c.fin. de offi.custo.et
l.1.§.non fuit.ff.de dolo.Sed & in omnibus dili-
gens adhibeatur cautela,ne forte per leue com-
pendium &c. c.qualiter & quando.2.v.ad corri
gendos, & agant mitius cum sponte confesso
14 quam cum conuicto.c.ex literis de furtis.Ita ta-
men quod sub spe veniæ non confidant &c.c.il-
15 lud de cle.excomm.minist. Tales autem esse de-
bemus erga subditos nostros: quales nos,si sub-
diti essemus,nostros vellemus esse præpositos, c.
quorundam.84.di.nec semper vult Papa exage-
rare quod gestū est, ne cogatur vindicare quod
iniustum est.e.di.c vbi ista.Incumbit etiam ipsis
non solum a malo,sed ab omni specie mali præ-
cauere,secundum Apostolum, c.audiuimus. de
simo. quia dictum facile sequitur multitudo, cū
16 omnis ætas pronior sit ad malū &c.12.q.2.om-
nis ætas.& facile ad delictum prolabitur huma-
na natura,in authent.de mona. § triennij col 1.
& in proæm.6.no.in c.cum in iuuentute de pur.
c.maxime vbi viciniæ populus testis est,c.cum di
lectus,eo.ti. quemcunque tamen virtutibus stu-
dere cum modestia continentiæ, auditioni sapiē
tum,obseruantię mandatorum Dei maxime sim
plicitati,& humilitati viderint: illius merita, &
recta opera intelligere debent,capit.ex studijs. de
præsump.a fructibus enim eorum &c.& per ex-
teriora &c.vt ibi no.l.di si quis diaconus.32.q.5.
quid viderit.
17 Circa vero visitationes monasteriorum tam
marium quam feminarum ad officium visita-
tionis exequendum de statu monachorum, &
obseruantijs regularibus debent intendere visi-
tantes, & tam in spiritualibus quam in tempo-
ralibus corrigere:& reformare quæ viderint cor-
rigenda,corrigentes, & reformantes quæ corre-
ctionis officio,& reformationis viderint indige-
re,c.in singulis & c.ea quæ.de stat mon.
18 Tertio respondeo quod visitare proprie, &
stricte est seminare spiritualia clero, & populo
subiectis:quandoque per pręlatos constitutos su
per eos personaliter per se, quandoque per alios
ex causa,iuxta Apostolum,cap.cum ex officij,de
19 præscrip.vt. s.sacramenta ecclesiastica in quibus
fundatur, & consistit omnis Christiana religio
sollicite ministrentur, & celebrentur: ac deuote
exerceantur,& suscipiantur. Item vt cultus diui
nus nedum conseruetur,sed augeatur,& in lau-
dem Dei,& cum gratiarum actione omnia con-
uertantur,& finiantur:& ad vitæ, & gloriæ æter
næ meritum,& veræ beatitudinis fruitionem fi-
nalem. Hic est ergo verus visitationis effectus.
hinc est quod dicitur quod visitatoris officiū est
vt euellat vitia,& dissipet malos mores: & ędifi-
20 cet virtutes sic dictas quasi nos a vitijs exuētes,
& præseruantes no.glo.in cle.ad nostrum de hę
re.& plantet bonos mores,vt in constit.Clemen
tis Papę Quarti, de offi.leg ex parte,de qua fuit
sumpta decretalis,2.eo.tit.lib.6.vt ibi no.in t.gl.
& de maio.& obed.solitæ.circa medium no.Spe.
in t.dele.in §.superest,in princip. Et inter cetera
debet seminare verbum Dei, quod ad salutem
spectat populi Christiani tāquam pabulum per-
maxime necessarium,quia sicut corpus materia-
21 li,sic anima spirituali cibo nutritur, eo quod nō
in solo pane viuit homo s.d in omni verbo qđ
procedit de ore Dei. Et sic ædificare verbo p ti-
ter,& exemplo potenter in opere,& sermone,&
audire confessiones,& pænitentias iniungere, &
cetera facere quę ad salutem pertinent animarū:
& ad fruitionis,& beatitudinis cælestis gloriam
assequendam c.inter cetera.de offic.ord.c.fin.de
censibus, consideratis illis quæ leguntur de pæ.
22 di.5.c.consideret. Et propterea literas indulgen
tiarum cum causa dare, c.cum ex eo.de pænit.&
rem. Non excedendo tamen statutum generalis
concilij videlicet numerum dictum 4. vt in d.c.
cum ex eo.in fi.eo.tit.
23 Ex hac diffinitione infero quod visitatio est
pastoralis officij necessaria,& saluberrima execu
tio.per quam via paratur ad ęternam salutem:&
redemptionis nostrę fructum assequendum. Ex
pręmissis ergo studiosus excellens eliciat sibi v-
nam formalem,& breuem diffinitionē,quę con-

gruas

Digitized by Google

24 gruat suo diffinito, quod non erit sine difficul-
tate, & periculo per l. omnis diffinitio cum ibi no
tatis. ff. de reg. iuris.
25 Visitator autē quandoque dicitur qui datur
per Papam Ecclesiæ cathedrali vacanti, vt patet
in c. obitum cum se. 41. di. qui alias dicitur admi-
nistrator. c. si de sup. ne. præ. & c. is cui. de electi.
libr. 6. cuius officium est principaliter prouidere
vt eligatur non ipse tamen, sed alius nouus epi-
scopus vt ibi adde 85. di. Florentinum. alias archi
diaconum. Et dicuntur visitatores qui circueūt.
vt in c. non debere. 80. di. Et quis dicatur visita-
tor, & quis intercessor, & quid ad eorum spectet
officium. vide io Spe. de l. §. 1. v. quis autem &
per quem dabitur Ecclesiæ vacanti. vide in ti. de
procurat. §. 1. v. vtrum, & quod episcopus est a
iure vacantium ecclesiarum sibi subiectarum vi-
sitator vide per eum in t. ne se. va. Visitare etiam
tenetur quilibet episcopus anois singulis limina
Apostolorum iuxta formam iuramēti quod præ
stat in sui promotione de quo in c. ego. N. de iu-
reiur. Aliter etiam sumitur verbum visitare, in c.
vt priuilegia in fi. de priuilegijs, c. 2. & c. licet, de
voto. Dicitur etiam Deus nos visitare per varia
flagella, de quibus in c. reuertimini, & c. decimæ.
16. q. 1. 13. q. 2. vnaquæque. Et de non facta visi-
26 tatione infirmorum condemnabit nos Deus in
generali iudicio dicens, infirmus eram & non vi
sitastis me. Matth. 27. de quo in vltima quæstio-
ne latius infra patebit. Itē Iacobi. 1. e. religio mun
da, & immaculata hæc est visitare pupillos, & vi
duas in tribulationibus suis, quod intellige largo
sumpto vocabulo, proprie autem importat visi-
tatio quod supra descripsi. Et quia de his omni-
bus infra erit latius differendum; sufficiant præ-
missa quo ad primam quæstionem.
27 Et attende quod etiam si Prælatus vadit ad lo
ca visitanda gratia consignādi, & crismaodi pue
ros tantum vel consecrandi ecclesiam, vt in c. 1.
de reli. domi. vel pro clericis ordinandis vel simi
libus: siue pro quocunque alio communi nego-
cio, vel quia multos tangit: intelligitur visitare,
10. q. 3. relatum, & 10. q. 1. placuit secundum In-
noc. Item secundum Hosti. & Io. moo. quicquid
fit pro salute animarū: aut pro cultu diuino am-
pliando: vel pro statu Ecclesiæ in melius refor-
mando d. c. placuit. 10. q. 1. & idem refert Archid.
Hugu. tenere in c. nullus primas. 9. q. 2. & allegat
iura allegata per glo. in d. c. si Episcopus, qui tex-
tus facit pro hac opinione secundum Dominicū.
secus tamen secundum Innoc. si vadit pro causis
expediendis prout potest per totam dioc. iuxta, c.
cum episcopus, de offi. or. li. 6. dicit tamen Arch.
28 quod pro reconciliatione Ecclesiæ non debetur
Episcopo procuratio secundum Vincen. de quo
per Io. An. in c. proposuisti, de con se. ecclesiæ vel
alta. allegat etiam quod notat Lauren. Vincent.
& Goff. in c. cum ab omni. de vita, & ho. cler. Pro
uideant tamen diligenter ecclesiarum prælati ne
hoc salutare statutum ad quæstum pecuniæ vel
grauamen aliud conuertant: sed illud studiose
ac fideliter exequantur: si canonicam velint effu
gere vltionem, quoniam super his Apostolica se-
des auctore Domino attentissime vigilabit, se-
cundum quod admonet salubriter concilium ge
nerale in c. irrefragabili in fi. de offi. or. Sed & at-
tendant accurate vt præsertim clericorum mo-
29 res, & actus reformentur: ne facilitas veniæ in-
centiuum præbeat delinquendi, vt quos diuinus
timor a malo non reuocat: temporalis saltē pœ-
na cohærceat a peccato. Neque præsumant tales
in suis iniquitatibus sustinere maxime obtentu
pecuniæ vel alterius commodi temporalis: alias
punientur, vt in c. vt clericorum de vi. & ho. cler.
Et attendant præcipue circa fugam carnalitatis
animi, quod non ex affectu carnali sed discreto
iudicio corrigant, & reforment; & præsertim vt
30 ecclesiastica officia, & beneficia in personas ma-
gis idoneas dispensent ne incurrant simoniam.
c. vno. vers. circa & ibi notatur vt eccle. benefi. Et
meminerint difficile esse vt bono peragantur exi
tu: quæ malo sunt inchoata principio. 1. q. 1. cap.
principatus. facit cle. frequens de excess. prælat.
Discant etiam multa per patientiam tolerare: ni-
si deducantur in iudicium. c. cum iam dudum. de
præben. in fi. cum etsi aliqui forte sunt etiam pro
graui crimine puniendi: sunt tamen pro tempo-
31 re quandoque vtiliter tolerandi, quia sanguinē
elicit qui nimis emungit 4. dis. Denique & c. nisi
cum pridem. §. propter malitiam. de renunc. Et
32 alibi noli esse nimis iustus, quia iustus quandoq;
cum iustitia sua petit. 2. q. 7. §. de his. de pœnit. di.
1. serpens. Cauere tamen tenentur a oimia fami-
33 liaritate subditorum, quæ parere solet contem-
ptum. l. obseruandum, ff. de offi. præsi. l. nec quic-
quam, §. circa. ff. de offic. proconsu. 80. dis. quan-
doque, & no. in c. etsi Iudæos, de Iudæ. Tenētur
etiam semper præmuniti existere contra latran-
tis morsus, c. ex diligenti, de simon. nec moueao-
tur modica suspicione quę sapientis animum im
mutare non debet cap. ex conscientia de crimine
falsi, nec hæsitent vbi non est hæsitandum. Me-
minerint esse beatum qui excutit manus suas ab
34 omni munere: quod sapientis animum allicere
vel inuertere solet, c. & si quęstiones de simo. Et
in omnibus conentur tenere mediam viā, & om
nia cum discretione agere quę noscitur omnium
virtutum esse mater. Vnde versus, Cum media
35 semper gaudebam ludere forma. Maior enim
medijs gratia rebus inest, & illud; Inter vtrunq;
vola, medio tutissimus ibis, & medium tenuere
beati. virtus enim consistit in medio. cap. 1. & ibi
no. de offi. custo. vbi vide concordantes. maxime
vbi est multitudo, & antiqua consuetudo. c. saoe
36 de temp. or. In dubio tamen semper in meliorē
partem debet pręsumere, c. 1. de scrutinio. c. si. de
præsump. plene in c. estote, de regu. iur. l. merito.
ff. pro socio tanquam in securiorem partem, c. ad
audientiam, & c. significasti, de homic. c. illud, de
cle. excom. mi. c. iuuenis, de sponsa. sicut & in du
bijs absoluitur reus quia illud est benignius. cap.
inter dilectos, in fi. de fid. instrum. ca. ex literis de
probat. nisi in casibus ibi notatis. Tractent ergo
37 clericos vt filios, & fratres benigne ac fraterna
caritate foueant eos, c. 1. de excess. pręlat. Et pro-
pterea licet in ecclesia, & in publico super indu-
mentis lineis hoc est rochetis vti debeant. c. cle-
rici in fin. de vi. & hon. cler. intra domum tamen
non, sed collegas presbyterorum se esse cognoo-
scant: nec coram se stare presbyterum patiantur
sed sedere faciant, c. Episcopus cum se. 98. di. se-
cundum modernos, adde no. in c. humilis de ma
ior. & obed. honor suus tamen vnicuique seruan
dus est. 46. dist. mos antiquus, sed nihilominus.
Quod ratione caret est exurpare necesse, c. licet.
8. di. Non habebitur etiam superior vt princeps
ab eis quos noluerit vt Senatores habere. ca. esto
subiectus. 96. dist. studeat ergo potius velare cri-
men &c. c. inscriptur. 96. distin. maxime in pec-
38 cato caruis sine quo pauci reperiuntur, ca. tua. l.
di. non tantum seruetur humilitas, quod regendi
frangatur auctoritas, cap. quando. 86. di. nec fiat
pro impietate pietas. c. illud. de maio. & obed. ubi
concor. habentur, potest etiam paliare, &c. c. nisi
de vsu

Digitized by Google

de vsu pallij. Non est tamen aperienda via his, qui prauitatem suam satagunt palliare. c. 1. in fi. vt eccl. benefi. Et hoc est quod intendit text. in c. Romana. §. sane de censi. lib. 6. dum dicit ad ipsorum emendationem per salubria monita nunc leuia, nunc aspera, iuxta datam sibi a Deo prudentiam diligenter intendens. facit. 43. distin. sit rector. 45. di. disciplina, C. de pœnis. omnes. ad hoc solum tamen agatur vt vita hominem corrigatur, 23. q. 6. prodest secundum Hosti. Archid. & Io. And.

Qui possunt visitare. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Papa tenetur visitare.*
2 *Papa habet arbitrium cæleste.*
3 *Visitatio vera est in concilio generali fundata.*
4 *Clementinæ sunt condimentum iuris canonici.*
5 *Vicarius Papæ potest visitare.*
6 *Patriarchæ possunt visitare.*
7 *Primas, & patriarcha idem sunt.*
8 *Legati nati possunt visitare.*
9 *Cardinales an visitare possint.*
10 *Episcopi olim non fiebant Cardinales.*
11 *Bonifacius a Ioan. Andr. quodammodo reprehenditur.*
12 *Cardinales etiam non episcopi dant indulgentias centum dierum.*
13 *Cardinalium cœtus an succedat in iurisdictione Papæ.*
14 *Camerarius Papæ durat mortuo Papa.*
15 *Procurator datus Ecclesiæ cathedrali uacanti uisitare potest.*
16 *Archidiaconus an visitare possit.*
17 *Consuetudo dat iurisdictionem.*
18 *Decanus ruralis an visitare possit.*
19 *Visitatores a Concilio deputati possunt uisitare.*
20 *Abbates & priores an visitare possint.*
21 *Abbatissa an possint visitare.*
22 *Vicarij prælatorum an possint visitare.*
23 *Visitatio est duplex.*
24 *Visitatio potest quandoque per alium a prælato fieri.*
25 *Vicarij excessus obligat prælatum.*
26 *Visitator Papæ potest a beneficijs remouere.*

1 SEcundo quæro, qui debeant aut possint de iure visitare? Respondeo, quod omnes prælati habentes subiectos vt infra. Et primo Papa tenetur, & potest visitare vniuersum clerum, & populum Christianum in vim potestatis clauium, & mandati de pascendis ouibus, alias diceretur mercenarius, & nō pastor nec Christum diligens. Apud eum est nanque supremæ potestas quam a Deo suscepit: & reliqui omnes omnem potestatem ab eo recipiunt, quia vicem Dei gerit in terris, & non puri hominis,
2 vnde dicitur cæleste habere arbitriū. C. de sum. Trin. l. 1. in fin. sufficiat allegare. cap. quanto de transla. prælat. c. omnis oppressus. 2. q. 6. c. principale, & c. præcedenti, & fe. & c. cuncta per mundum, & c. maiores, de bapt. Hoc deducitur specialiter quia sibi iniungitur conuocare conciliū
3 generale Christianorum: in quo concilio fundatur vera visitatio, & omnis illius effectus 17. di. c. 1. 2. & 3. 2. q. 6. idem no. in c. quod translationē, de offi. le. c. sicut vnire. de excess. præla. plene per Host. in sum. de offi. le. §. quod pertinet. ver. concilium & per Spec. in ti. de le. §. nunc ostendendum. vers. 40. Et Sanctè facerent Rom. Pontifices, si illud conuocarent saltem semel in vita cuiuslibet pro necessaria reformatione Ecclesiæ Dei; imitantes vestigia Alexandri III. & Innocentij Tertij conuocantium concilium generalem ac Lateranens. Ex quibus habemus omnes optimos canones, similiter & Ioā. 22. & cle. 5. in concilio Viennen. qui fecit librum clementinarum qui est iuris canonici condimentum, vt non desolaretur status Ecclesiæ. Potest etiam Papa
4 ad hoc destinare speales delegatos, legatos, & nūcios, vt patet in c. procurationes de censib. Et licet non videatur arctari de necessitate ad concilium conuocandum maxime in arduis, negari tamen non potest quin ita consueuerint Romani Pontifices facere de honestate saltem: vt patet in c. ad Apostolicæ de re iudic. libr. 6. facit quod no. Innoc. in c. ex parte de verbor. sign. & Ant. de But. in c. cum venerabilis de censi. & in c. graue, de præbend.

Quæro etiam, quid de Vicario Papæ in Vrbe?
5 Respondeo idem, quia talis Vicarius omnia potest quæ pertinent ad iurisdictionem illius cuius vices gerit. C. de offi. eius qui vices al. ge. l. 1. arg. 93. dist. c. vlt. exceptis illis quæ specialiter Papæ reseruantur, probatur in c. tuam, de offi. vi. Et iā in vrbe quam infra centesimum miliare quando Papa non est in vrbe ad instar præfecti vrbis, l. 1. §. in initio. ff. de offi. procons. l. si in aliam §. fi. Et vidi vicarium modernum sinodum facientem in Minerua.

Quæro etiam quid de Patriarchis? & Respon
6 deo quod idem, obtinent enim post Papam in subditos eorum super omnes alios ordinarios principatum, c. antiqua, de priuileg. text. est in c. exigit, & in c. felicis de censi. lib. 6. vbi specialiter præ omnibus habentibus visitare nominantur: quia sunt primi post Papā in Ecclesia Dei, c. omnes siue. 22. di. præsertim illi quattuor, de quibus in d. c. antiqua. Ex quo infero idem in Patriarcha Aquilegien. & Venetiarum olim Braden. cum & ipsi inter prelatos Italiæ obtineant principatū. Infero etiam idem in omnibus alijs primatibus. Sunt enim ad instar Patriarcharū vt d. c. oēs siue 22. di. vt sunt Magdeburgen. in Alemania; & Bi-
7 turicen. in Francia. Et scias quod Primates, & Patriarchæ licet diuersa nomina sint: tamen vnam formam tenent, & idem sunt. 99. di. c. 1. no. gl. in c. vno, de statu regu. circa finem, lib. 6. Adde etiā quod Patriarchę, & primates idem sunt, 99. dist. prouincię, quorum quatuor sunt principales; Alij vero proprie dicuntur Primates, vt Aquileg. Venetiarum subrogatus in locum Granden. per N. quintum, & Toletan. & Bituricen. 9. q 3. nullus primas, & fere per totum, & ca. conquestus. 63. di. cum longe, de off. or. duo simul vbi glo. Et improprie vocantur Patriarchę hi duo secūdum Spe. in ti. de dispen. §. sunt quoque, vbi etiam dicit quod Archiepiscopus cū Metropolitano idē sunt in ver & no. 92. di. §. 1. & c. 1.

Quæro etiam quid de legatis natis? Respōdeo
8 idem, quia iurisdictionem, & curam subditorum noscuntur habere ampliorem alijs vt est Cantuarien. in Anglia. ca. 1. de offi. le. Et Bituricen. in Francia, c. penult. de fil. presbyt. Et Eboracen. in Angliae. c. 1. de appell. & c. humilis, de maior. & obed. Et quicunque alij legati nati cum possint adiri etiam per querelam simpliciem quod non est in Archiepiscopis Metropolitanis, c. 1. de offi. le. Et plene no. in c. 1. de offi. or. lib. 6. & in c. pastoralis, de off. or. in antiquis.

Quæro

Quæro etiam quid de Cardinalibus? Videtur
9 idem quia sunt pars corporis Papæ,&c. per text. in c.cum Apostolus de censi. vbi circa hoc taxatur euectionum Cardinalium visitantium numerus, hoc indubitanter teneo si sunt episcopi Cardinales prout Hosti. Portuen. Tuscul. Penestrinus, Sabinen.& Albanē. in suis dioces.vt possint plene visitare subiectos eorum, saluis tamen in hoc priuilegijs subditorum, de quibus infra dicetur. Idem teneo in alijs Cardinalibus, vt possint plene visitare subiectos eorum ratione titulorum suorum etiam in vrbe maxime quādo habent multitudinem subiectorum,& amplas parrochias vt patet in Cardinali Sancti Laurentij in Damaso,& Cardinali Sancti Marci,&c. vt probatur in c.his quæ de ma.& obed.iuxta determinationem illius capituli. Idem teneo si Cardinalis habet Patriarchatum, Archiepiscopatū, vel Episcopatum vel alias dignitates in titulum vel incommendam ex plenitudine potestatis Papę, vel quia antequam esset Cardinalis, erat Patriarcha, Archiepiscopus vel alias Episcopus,&c. quia etiā tunc tenetur,& potest visitare sibi subiectos tanquam talis prælatus vt videtur velle Io.Andr. in nouella,in d.c.cum Apostolus, dū apostillat super verbo Cardinalis: scilicet non episcopi, quasi dicat quod si essent episcopi vel Archiepiscopi, &c. tunc possent vti numero euectionum maiori de quo ibi. sed hoc fuit tacitum in illo concilio quia vsque ad tempus Io.And.& Clemen.5.non
10 fuerat obseruatum quod episcopi,&c. fierēt Cardinales, præsertim cum episcopatus sit ordo secundum Canonistas de quo in proœmio sexti libri quia poterat aliqualiter notari excessus desiē sus. Dicit etiam constare multos tempore Bonifacij Octaui,& prædecessorum prętermissos Cardinalari quia erant episcopi,& Cardinalium episcopatus vt puta Hostien.&c. non vacabant: de quibus tamen summe fuisset prouisum Ecclesię, tamen bene dicit commendabilem esse consuetudinem in tantum dilatatam quod quandoque de solis episcopis fit vna ordinatio vel promotio
11 Cardinalium. Erubescat ergo Bonifacius auctor sexti libri qui adinuenit reuocatorias gratiarum & alia multa,& hoc inuenire nesciuit. Ita dicit idem Io.in c.cum aliquibus,de rescr.lib.6.in nouella circa principium. Et propterea quæ dixi de dignitatibus obtentis per Cardinales in cōmendam vel in titulum, puta si sit archidiaconus vel decanus &c. teneo quod idem in diacono Cardinali,& presbytero quolibet cardinali, quia & isti possunt & debent subiectos visitare, sed cum quo numero euectionum dicam infra, maxime propter eorum eminentiam hodiernam, qua & tales (vt seruat curia) dant literas indulgentia-
12 rum dierum centum: iuxta numerum taxatum a Concilio de quo in e.cum ex eo.de pæn.& rem. quod (vt credo) facit scientia,& tolerantia Papæ: qui in hoc potest tales priuilegiare secūdum Host. Et dicit hoc patere in Cardinalibus presbyteris qui licet supra sacerdotalem ordinem nullā habeant benedictionem, vtuntur tamen episcopalibus insignijs,& minores ordines conferunt: & solenniter benedicunt, vt refert Io.And. in c.1. de supp.neg. prælat.in nouella in vers.quod non habet. Et quia Cardinales multis alijs magnis gaudent prærogatiuis de quibus per Specu.in ti. de offi.le.§.sequitur videre, ver.sed & fine legatione,& plenissime per modernos videlicet Martinum de Laude, & Andream Barbatiam in eorū tractatibus de Cardinalibus. Idē ego,& fortius infero si sunt legati, qui de latere appellantur: quasi ex corpore Papæ transmittantur, cū tales à iure habeat pleniorem potestatem in prouincijs suæ legationi subiectis, quam omnes alij prælati, vt patet in c.studuisti,& c.excōicatis,& per totum titulum de offi.leg.in antiq.& c.1.e.tit.in 6.

Idem dico in alijs legatis Apostolicis non de latere, si mittantur cum plena potestate: nisi specialiter mittantur ad certos actus limitatos, & iō in hoc casu est diligēter videnda eorum facultas per l.1.C.de man.princ.& plene per Host.in tit. de leg.3.§.nunc &c. & multas pulchras dubitationes circa officium generale visitatoris Apostolicæ sedis vide per Feder.Consilio.145.

Possunt etiam isti omnes concilium prouinciale,& diocesanum congregare secundum Hostien. licet aliqui contra vt ipse plene disputat in summa de offi.lega. §.quid pertinet in vltima columna:& statuta facere duratura perpetuo vt in c.fi.de offi.le.vbi plene. Idem credo de cœtu Car
13 dinalium sede Apostolica vacāte: quia funguntur tunc iurisdictione Papæ, de quo no.per Hug.Io.& alios.79.di.c.nullus.2.& plenius per Hosti.de pæn.& remis. c.cum ex eo in fin. qui tenet quod cœtus Cardinalium succedit in iurisdictione,& exercitio: saltem in his quæ de grandi necessitate euidenti,& imminenti expediri debent. tū quia alia collegia hoc habent, de ma.& obed.c.1.li.6. tum quia sic vtuntur &c. & quia delinquentes tunc anathematizant.79.di.si quis peccuniā,& facit c.in nomine Domini 23.di.& quia tunc ēt legatus Apostolicæ sedis fungitur iurisdictione, de offi.leg.c.2. quod placet saltem in grandi,& imminenti periculo quicquid dixerit Io.An.in c. 1.de schismatic.li.6.in glo.in verbo sede vacante.
14 Idem credo de Camerario Papæ, cuius officiū durat sede vacante, clem.ne Romani. ver.eo tamen,& forte eius Auditore cum habeat iurisdictionem ordinariam de iure cōi. Et etiam summo Pænitentiario,& alijs de quibus ibi no.in gl. in verbo expirare: quæ allegat Spe.in hoc defendentem Guilhel.eo.ti.in 3.§.de quo me remitto ad ea quæ ibi notantur. Idem teneo in admini-
15 stratore, vel procuratore vel visitatore quocunque nomine appelletur, cum plena,& libera in temporalibus,& spiritualibus administratione dato per Papam alicui Ecclesiæ cathedrali vacāti: cum possit omnia facere quæ iurisdictionis episcopalis existunt:& quæ potest electus confirmatus exequi, p tex.in c.is cui, de elec.lib.6.quod ibidem senount Archid.& Io.An.allegant.c.cōquerente, de offic.ord. Idem dico de coadiutore maxime quando datus est dementi,&c. quia pōt omnia quæ poterat ille, cui datus est; maxime ea quæ habentur in c.fin.de cle.ęgro.secundum Archid.& Io.An.allegant.12.q.2.vobis.7.q.2.scripsit.& c.fin.de accusat.& de elect. cū nobis olim in fi.nisi habeat facultatem a superiore specialiter limitatam, potestas enim eius debet ponderari ex forma faciunt quæ habentur in cap.1. de cle.ægro.lib.6.

Quæro etiam quid de Archidiacono? Respon
16 deo quod potest visitare regulariter maxime episcopo impedito aut negligente: & consequenter procurationes a subditis,& obseqoia debita recipere, d.c.cum Apostolus, probatur in cap.1. de offic.Archidiac. vbi dicitur illum gerere vices episcopi,& in c.mandamus,& in c.fi.eo.tit.c.dudum,2.§.tandem, de electio.de exces.prælat.ad hæc, cum similibus.

Cum exerceat curam animarum de elec. cum in cunctis,§.inferiora, facit c.ad hæc,& cap.non satis,eod.tit.de offic.Archidiac.facit quia perpetua

Digitized by Google

tua vicaria ordinariam iurisdictionem inducit, C.de offic. eius qui vices alterius gerit.l.1. Nam & sibi hoc ius tribuit.de rescrip.postulasti.de offic.vicar.adhæc,& ca.ex parte,de fide instrum.c. perpetuus. Sed propter nonnulla iura quæ videntur contrarium innuere videlicet propter dictum,c.non satis,& c.Archidiaconus, de offi.Archid.& cap.nullus.16.q.7.cum similibus concludunt communiter glo. & Doctores quod in hoc sint attendendæ consuetudines diuersarum Ecclesiarum:& ad eas recurrendum: & secundum eas iudicandum,quia iurisdictionem dant.l.1. & fi.C.de emancip.libero.9.q.3.conquestus,etiam priuatæ personæ,de for.compet.cum contingat. Item attendenda sunt priuilegia ex quibus specialiter hoc facere possint, vt ibi & in c.nouit.primo responso de iudi.& dictum, c.adhæc & c.accedentibus,de excess.prælat.c.1.de eo qui furtiuè ordines suscepit. Aduerte tamen quia non prodesset consuetudo nisi foret præscripta, & sic intelligitur, ca.cum sane de offic.Archid.& hæc opinio est communior, & hanc videntur fouere iura prius allegata. Sed si non apparet de consuetudine, dic quod si de nouo instituatur vel non sunt completi 40.anni,& non apparet de forma institutionis,ad vicinarum ecclesiarum consuetudinem recurrendum erit. ar.in c.cum olim.de cōsuet.& in c.Ecclesijs,ex parte, & super eo.de censib.vel Metropolitanæ Ecclesiæ,c.1.de postu.pręla.de spon.du.c.fi.12.di.de his. Vbi autem Archidiaconatui certa forma canonica imposita fuit in eius institutione siue de honore siue de onere agatur:ei standum erit,nec vltra peti potest.arg. ff.de pact.l.traditionibus,de præben.significatū, de iure patron.præterea.1.de quo plene per Hostien.in sum.de offic. Arch.in §.quod sit eius officium in princ.

Quæro etiam quid de Decano siue archipresbytero rurali qui idem sunt? Respondeo idem
18 per omnia quod in Archidiacono dictum est, c. cum Apostolus. Est enim archipresbyter Vicarius Episcopi quoad quædam spiritualia, habet enim prouidere de vita omnium presbyterorum &c.de conse.di.5.c.nunquam de frig.& malef.c. literæ,in §.fi.facit,c.quanto circa prin.de offi.ordin.& c.ministerium in §.prouideat,de offic.archipresbyteri, & hoc intelligo siue sit archipresbyter in Ecclesia Cathedrali, & sic Ciuitatensis,siue sit archipresbyter plebanus siue ruralis. 70.dist.c.2.80.dist.episcopi,probatur in c.fin. de offic. archipresbyteri. Et huiusmodi archipresbyteri siue Decani, & Archidiaconi possunt in hoc alijs committere vices suas, ca.ministerium, in fi.de offic.archipresbyteri,& 25.dist.perlectis, ver.archipresbyter vero, quod tenet Hostiens.in summa de offic.archipresbyteri, in §.quæ pertinēt ad eius officium,ver.hæc quæ supra diximus & ver.fi.

Quæro etiam quid si prouinciale concilium vel sinodale deputet visitatore? Respōdeo quod
19 possunt visitare eo modo de quo in c.sicut olim, de accus.scilicet non ad effectum reformandi vel corrigendi sed denunciandi tantum. Et an isti tales debeant habere procurationes, & quomodo dicam infra.

Quæro quid de Abbatibus,& prioribus, & alijs prælatis regularibus an & qualiter debeant,
20 & possint visitare? Respondeo quod debent, & possunt visitare monasteria, & loca eis subiecta per se vel per visitatores in eorum capitulis deputandos. Et idem de canonicis regularibus modo, & forma de quibus,in c.in singulis, & in cap. ea quæ de stat.monach. & de quibus in specialibus constitutionibus eorum quas obseruare tenētur, vt ibi not. Aquarum constitutionum forma recedere nequeunt ; tenentur enim irrefragabiliter obseruare quæ earum fuerint deliberatione promissa d.c.in singulis,& infra latius dicetur.

Quæro etiā quid de Abbatissis,& Priotissis,& alijs prælatissis regularibus. Respondeo quod tā
21 suum monasterium quam inferiora sibi subiecta visitare possunt, & debent, si tamen clausurā exire non possunt tanquam iuste impeditæ debēt & possunt per alium etiam masculum omni exceptione maiorem visitare no.glo.in clem.attendentes de statu regul.quæ allegat Archid. sic tenere,per c.episcopum,10.q.1. & de offi.Archid. inter.& c.si episcopus.eod.tit.lib.6.de hoc latius infra dicetur.

Quæro quid de Vicarijs Prælatorum quorū-
22 cunque? Respondeo quod possint,ca.si episcopus,de offi.ord.lib.6.secundum Innoc.Hosti.Io. mo.Io.An.& Dominicum ibidem vide.19.q.1.c. nullus Primas. Delegati autem alij non visitant per alios vt plene habetur in ca.cum 1.& 2. de iud. Vicarij tamen inferiorum ab episcopis visitare non possunt: nisi super hoc fuerint priuilegiati secundum Io.And.in ca.si episcopus in nouella.Nec capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacan.per se,vel per alium,vt not. Io.mo.de sup plen.negli.præla.Ecclesiæ. Sed Archidiac. videtur tenere contrarium in d.c.si episcopus de offi. ord.lib.6.dic vt de hoc plene habetur per glos.in clem.1. de hereticis super verbo capituli quæ dicit,quod hoc indigeret declaratione licet opinio.
23 Ioā.mo. possit saluari in generali visitatione : & contraria in speciali visitatione , & inquisitione contra certas personas , & loca . Sed etiam dicit quod illam quotidianam visitationē quæ fit quotidie ex multis causis emergentibus non potest Episcopus alteri quam Archidiacono demandare,sed hoc vsus non approbat secundum Io.An. ibi in nouella.nec videtur a iure probari, ipse tamen allegat quod notat Hug. in d.c.Episcopum & in d.c.perlectis,& intelligit,ca.si episcopus in visitatione annua quam potest Episcopus committere cui vult.Sed primum tenet idem Io. An. in d.c.inter.de off.Archid.& Dominicus in d.c.si Episcopus,quia d.c.episcopum loquitur simpliciter non astringendo ad vnam visitationem [illegible] rum.Et addo quod diffusa prouincia,& lata dio-
24 cesis est iusta causa vt prælatus possit per alium visitare vt not.glo.2.in c.procurationes de cen si. Adde etiam,quod vice alterius visitans aut debet esse presbyter probabilis.10.q.1.episcopum. aut alias vir idoneus,c.inter cetera de offic.[illegible]
25 & quomodo pro eius excessu teneatur prçlatus, dicam infra. Et adde quod si vicarius exc. [illegible] in visitando:prælatus,cuius est Vicarius,tenetur pro tali excessu.ar.ff.de exercito.l.1. in princ.ff.de offi.procōsulis.l.obseruare. §.[illegible] rit Archid.ad notata per Azo. in sum. de exercito.in §.tenetur,& ad Innoc.in c.quod quibusdā, de fideiuss.& ad.c.si episcopus,de præbend.li.6. quod tenet Rota decisio.326.quæ incipit vtrum Episcopus secundum Dominicū. Et adde quod
26 visitator datus a Papa potest beneficijs ammouere vt no.de rescr.dilectus filius Abb.6.t. di.obitum,& de elec.c.sicut.lib.6.& quod visitator nō potest eligi in episcopū,7.q.1.constitutus in princip.& in d.ca.obitum, & quod Deus dicitur nos visitare pluribus modis qui notantur.13.quęst.2. vnaquæque.

Qui possint Visitari. Cap. III.

SUMMARIUM.

1 *Corrigere volens alias prima seipsum corrigat.*
2 *Gregorij notabile dictum in moralibus.*
3 *Abbatissa esse non debet, qua corrupta est.*
4 *Papa qua loca visitare debet generaliter.*
5 *Papa quos specialiter visitar. debet.*
6 *Cardinales a sola Papa deponi possunt.*
7 *Imperator Imperia priuari potest a Papa.*
8 *Reges omnes a Papa visitari possunt.*
9 *Duces, Marchiones, &c. omnes a Papa visitari possunt.*
10 *Iudai, & Sarraceni a Papa possunt visitari.*
11 *Forum alienum quis sortitur ratione delicti.*
12 *Manasteria possunt visitari.*
13 *Archiepiscopus visitare potest etiam episcopo non negligente, & loca etiam minuta.*
14 *Debeo est verbum necessitatis.*
15 *Moniales in quibus sunt per visitatores reformanda.*

TErtio quæro principalitet qui debeant, & possint de iure visitari passiue? Respon-
1 deo quod quilibet visitator prius debet visitare, & emendare seipsum, & familiam suã: de sta.mo.§.eaque.§.si vero. Primo enim debet eijcere trabem de oculo suo quam festucam de oculo fratris sui.3.q.8.§.porro in fi. & c.iudicet, & 1.q.1.multi, & a quo debet alios prohibere, multo fortius seipsum.ff.si seruitus vendicetur.l. altius, c.iudum.2.de elect.de na.ex libe. ven.c.i. ff.de condit.indeb. l.frater a fratre, & quod quis exigere debet ab alijs, multo fortius a seipso.ff. de neg.gest.l.si pupilli.§.videamus.ff.de fide iuf. l.tutor datus. Nec potest esse hortator viduitatis qui coniugia frequentauerit.26.dis. vna tantum facit.ff.de admin.tut.l quoues,§.2.42.dis.§.1.in prin.47.di.§.necesse.ff.de pact.cum in eo. & qũo potest alios corrigere cum tacitus respondeat sibi eadem quæ corrigit commisisse.25.distin.primum, quia cum de alio iudicat, in se fert sententiam, d.c.iudicet.no.glo.in c.Romana, de censi. in sexto.

2 Addo verba Gregor. VII. moralium nũquam pure maculam in membro considerat oculus quem puluis grauat, & superiectas sordes tergere non valent manus quæ lutum tenent: vbi vide sequentia. Item in eo.li.moralium.29.qui veraciter proximis miseriam facere student: sibi ip si prius debent iuste viuendo misereri. vnde scriptum est diliges proximum tuum sicut teipsum. Ideo pater miserendo prius non est: qui adhuc iniuste viuendo sit sibimet impius, vnde ecclesiastici.14. dicitur, qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? qui itaque indigenti proximo exteriorem substantiam præbet, sed vitam suam a nequitia non custodit: rem suam Deo tribuit, & se peccato: quod minus est offerens auctori, & quod maius seruans iniquitati. hinc est, quod
3 corrupta non potest eligi in Abbatissam.22. quæstio.1.iuuenculas, nec electa potest benedici. facit.1.quæst.7.cap.2.ver.nouimus, & no.27.quæsti 1.virginibus.

Non enim posset corrupta virginitatem hortari.27.dist.cap.penultim.in fin. ergo non potest præesse virginibus vt nor. gloss. in dict. clement. attendentes. Item Ciprianus in ca. si quis inquit, 1.quæst.1. nec cuiquam Dominus per eius preces, & orationes prosit, qui Deum ipse violauit, & infra quomodo enim perficere quæ aguntur aut impetrate aliquid illicitis conatibus a Deo possunt: qui contra Deum quod eis non licet moliuntur? vide omnino, cap. multi.40.ditt. vbi dicitur si bene docueris, & male vixeris: tui solius condemnator eris: & infra, bene autem dicendo, & male viuendo eum instruis quomodo te dẽat condemnare, & in c.sit rector.43.distin. sacerdos qui prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Adde quod doctrina malorum nulla est.1.q.3.conuenientibus, & imperitus Matheseos risui patebit.33.distinc. qui de mensa. & qui alios docet, ab alijs tunc edoceri non debet. in Authent. de sanc episcopis, §.demus. notatur in capitulo primo, de magistris.

Respondeo secundo, quod debent, & possunt visitari vniuersi Prælati, & Ecclesiastici superiores, quam inferiores cuiuscunque status, & gradus, præeminentiæ, ordinis, & qualitatis existat: necnon vniuersi Principes seculares populi, & gentes tam superiores, quam inferiores a maximo vsque ad minimum: nullo regulariter excepto vt de singulis omnibus subijciam. Visitabit
4 ergo primo Papa omnia regna, Prouincias, terras, & gentes: ex superioritate quam ad omnes non est dubium illum habere, & ex illius plenitudine potestatis, qua Christus rex Regum, & Dominus dominantium illi in persona beati Petri concessit per text. in clement. pastoralis, in princ. & in fi. de re iudic. pastoralis enim cura sollicitudinis illi diuinitus super cũctas Christiani populi nationes iniuncta, illum vigilare remedijs subditorum eorumque periculis obuiare, & scandala remouere compellit, sibi enim mandauit Dominus in Euangelio. Ioann. 10. & cur pasceret oues eius: quas etiam deperditas tenetur recuperare, de quo late in cap. significasti, de electio. in c. solitæ, de maio. & obed. & facit extrauagans Bonifacij vnam sanctam, facit excellens proœmium.6.lib. ad idem textus. in ca. officij. de off. leg. lib.6. vbi Papa officij sui debitũ exequens remedijs inuigilat subditorum, quia dum eorũ excutit onera, dum scandala remouet: ipse in eorum quiete quiescit, & souetur in pace, ad idem, cap. frequent. de restit. spolia. cum multis similibus, quod perfectius facere non potest quam sæpe congregando concilia generalia: & faciendo congregari concilia prouincialia, & diocesana: in quibus potissima pars visitationis existit ut ex inferioribus patebit. Et tunc plene exequitur s. cto, quod verbo profitetur, vt in c. pro humani in principio, de homicidio, lib.6. cum ibi notatis iuncto, c. cum & plantare in princ. de priu.86. distin fratrum, de regu. non solum.12.q.1. præcipimus. a Deo est enim omnis eius potestas.11.q.3. qui resistit. cum similibus.

5 In specie igitur visitabit omnes Patriarchas per se vel alios, & primates, Archiepiscopos, & Episcopos, Abbates, Priores, cæterosque omnes in quacunque Ecclesiastica dignitate: ac omnes denique ecclesiasticos in quibuscunque gradibus, & ordinibus ac officijs constitutos, de quibus in c. perlectis.25. dist. & in titul. de offi. ordi. Archidiaconi, Archipresbyteri, custodis, primicerij, & sacristæ, vt plene per Hosti. in summa de offic. ord. & de offi. Archid.

Visi-

6 Visitat etiam, corrigit, & deponit Cardinales
etiam absque consilio fratrum, vt plene not. in c.
ad succidendos de scisma. li. 6. Credo tamē quod
si legem condendo hoc faceret, requireretur fra
trum consilium, & ita intelligo Doct. ibi. in c. fun
damenta de elect. libr. 6. not. in c. ex gestis, de cle.
non residen.
7 Visitabit etiam Imperatorem, & Imperatri-
cem, cum illum ex causa priuare possit, & Impe-
rium de vna gente ad aliam transferre, illumque
habet coronare, & inungere, & approbare, & re-
probare, & electis in discordia gratificare, ab eo
iuramenta recipere fidelitatis, nam ab eo electo-
res eiusdem eligendi potestatem fuerunt cōsecu
ti, secūdum quod patet in c. venerabilem. §. 2, de
elect. c. nouit de iud. c. solitæ. de ma. & obe. & ca.
ad Apostolicæ, de re iud. li. 6. vbi patet quod Bo-
nifacius VIII. deposuit Federicum II. & c. funda
menta circa mediū de elect. & plene in cle. Ro-
mani. de iureiur. & in c. Valentin. & c. tibi Domi
8 no. 63. di. Visitabit ēt reges quoscunque quantū-
cunque se prætendant exemptos: cum nemo ta-
men de iure exemptus sit c. in apib. 7. q. 1. & not.
in d. ca. venerabilem, de elect. quia ad Papā regis
amotio de iure pertinere dignoscitur; quādo am-
moueri meretur per tex. in c. alius. 15. q. 6. vbi Za
charias Papa regem Francorum nō tam pro suis
iniquitatibus quam pro eo quod tantæ potestati
erat inutilis a regno deposuit: & Pipinum Caroli
Imperatoris patrem in eius loco substituit, oēsq;
Francigenas a iure fidelitatis absoluit, habent. n.
Principes seculares gladij potestatem ab Aposto
lico, probat tex. in c. oēs. 22. di. probat hoc text. in
c. licet de voto, in fi. qui loquitur de Rege Vnga
riæ. Regibus etiam ex causa dat coadiutores, vt
patet in c. grandi. de supplen. negli. præ. lib. 6. qui
loquitur de Rege Portugalliæ. no. in ca. vergētis.
de hæreticis. facit c. ad abolendam, §. statuimus,
eod. tit.
Similiter visitabit omnes alios Principes, Du-
9 ces, Marchiones, & Comites, Barones, Iudices, ce
terosque magistratus, vt probatur in c. grauem,
& in c. nouerint, de sen. exc. in c. non minus, & c.
aduersus, de immun. eccl. & alijs pluribus simi-
libus, c. omnes principes, de maio. & obe. c. soli-
tę, cum si. & adde omnino quod no. Bar. in l. 1. ff.
de requi. reis, vbi condemnat dantem, &c. Et con
sequenter omnes officiales, populos, cōgregatio-
nes, collegia, confraternitates siue societates tam
ecclesiasticas quam seculares: sicut & omnes ec-
clesias tam cathedrales quam collegiatas, & ea-
rum capitula, & conuentus, & tā in ciuitate quā
in opidis, & villis ratione iurisdictionis vel curæ
quoqūo sibi subiectis, quia omnes sub verbo cle-
ri, & populi concluduntur: etiamsi sint monaste
ria religiosorum vel religiosarum: vel hospitalia,
aut alia pia loca secundum quod tam ex supra q̃
ex infra dicendis plenissime patebit. Ex quibus
10 infero, quod etiam infideles Iudæos scilicet, &
Sarracenos debebit, & poterit visitare, vt proba-
tur de Sarracenis in cle. 1. de Iudæis, & Sarrac. &
cælicolis. Et idem de cælicolis in casibus in quib.
quoqūo subsunt Romano Pontifici, vel Impera
tori, vel alijs principibus Christianis, & per cen-
suras, & pœnas de quibus per totum titulū. C. de
Iudæis, & cælicolis, & per totū tit. C. de paganis,
& extra de Iudæis per totum, & plene per Docto
res post Inno. in c. quod super his. de voto. plene
etiam in c. prius miserabilem de vsuris, & c. quā-
to, eo. ti. c. sæpe in fi. 28. q. 1. in quibus dicitur Iu-
dæos per Ecclesiam corporali pęna non esse du-
bium posse puniri: ac etiam per Principes secu-
lares, vt ibi. qui per Ecclesias ad hoc sunt cōpel-
lendi; dummodo non ad vindictam sanguinis, c.
in archiepiscopatu de rap. In quantum. n. Deum
offendunt, & si directa coerctione compelli non
possunt: debent indirecta compelli, vt in c. de ter
ris de deci. & d. c. post miserabilem, & c. ita quo-
11 rundam, de Iudæis. & quia propter delictum ef-
ficiuntur de foro nostro ar. in ca. nouit. de iudi. 6.
q. 3. placuit, de raptoribus, c. 1. cum similibus. Et
licet glo. in cle. pastoralis in prin. de re iudi. dicat
quod regulariter iudex non compescit, tamen in
contrarium videtur tex. in cle. cum Iudæi quidā,
& Sarraceni, de testi. vbi glo. tenet quod licet Iu-
dæi, & Sarraceni per principes seculares sub qui
bus degunt sint corrigendi: vt probat text. in c. 2.
& in c. postulasti, & in c. nōnullis in fi. de Iudęis,
tamen in pluribus casibus eos iudicat. qui notan
tur in d. c. Iudæi, quibus additur casus in d. cle. 1.
de testib. & subdu quod licet principes seculares
cōsueuerunt propter magnum lucrum quod de
Iudęis in terris suis consequuntur eis fauere, eos-
que priuilegiare: vt ibi patet, & in cap. quanto de
vsuris: circa illa tamen quę sunt opprobriosa fi-
dei illos nec debent nec possunt priuilegiare.
Visitabunt Patriarchæ, & primates Archiepi-
scopi Metropolit. episcopi diocesani, & alij om-
nes de quibus supra in præcedenti quęstione si-
militer omnem populum, & clerum sibi subie-
ctum, hoc est Patriarchæ, & primates, Archiepis-
copi Metropolitani prouincias, & dioceses suas
seruato ordine de quo c. in Romana. de censi. in
sexto, adde c. omnes principes, de mai. & ob. ad-
de, c. clericis laicos, de immu. eccle. li. 6. vbi Impe
ratores, Reges, &c. Episcopi aūt suas dioceses so-
lum, eodem ordine seruato incipiendo ab eccle-
sijs cathedralibus eorum, & capitulis ecclesiarū
ipsarum cathedralium: & Prælatis inferioribus,
12 & officialibus earundem: deinde monasteria re-
ligiosorum: seruatis his de quibus in ca. in singu-
lis, & c. ea quæ de sta. mon. Item monasteria reli
giosorum etiam exemptorum, & in certis casibus
auctoritate Apostolica, in alijs vero propria ordi
naria iuxta determinationem cle. attendentes, de
statu regul. Item hospitalia, & alia pia loca iuxta
determinationem cle. quia contingit de relig. do
mib. Exceptis tantum grangijs de quibus in c. fi.
de censi. Exceptis hospitalibus militantium om-
nium ordinum aut religiosorum aliorum qui so
lum per superiores eorum cogi possunt, d. clem.
quia contingit in §. pręmisso. Ac exceptis locis a
visitationibus alicuius eorum specialiter exēptis
per priuilegium Apostolicū. c. cū instantia de cē
si. ibi nisi forte per speciale priuilegiū sedis Apo-
stolicæ (quod nō credimus) sit exempta, quæ pri
uilegia Romana ecclesia non solet concedere cō
tra se, vt ibi no. & no. in l. iubemus. C. de sacros.
eccles.
Et attende quod siue episcopus negligat pro-
13 priam diocesim visitare siue non: potest archie-
piscopus, & superior visitare secundū formam ca
pituli Romana. c. fi. de censi. li. 6. secundū Docto
res reprobantes glo. & Vin. in c. cū nuper de cen
si. & ibi. Host. reprobat quosdam dicentes archi-
episcopum visitare posse loca opulenta tantū nō
parochias minutas: nisi aliud audiat sinistrum, &
graue: cum non possint eum recipere cū tot equi
taturis, d. c. cum Apostolus, quia quicquid isti di
cant, standū est iuribus prædictis quia principa-
liter visitare pōt ēt quamlibet parochiam minu-
tam, etsi soluere nō possit procurationē: habetur
remediū in d. c. cū Apostolus. Et oino attēdendū
q inter cetera est expressum mandatū omnibus

ad quos spectat officium visitandi, quod accedere debeant ad visitanda hospitalia Zenodochia &c. vt probat textus in cle. quia contingit in verbo iniungimus de religios. domib. propter quod verbum ad id tenentur ex præcepto vt ibi not. in glo. Similiter etiam quod debeant visitare mona
14 steria monialium propter verbum dēant quod est in clem. 2. de sta. reg. quæ dicit quod male faciunt prælati qui has visitationes omittunt, cum illud verbum sit præcepti, & necessitatem inducat, vt in c. oblatæ, de ap. & in c. vt famæ de sent. exc. Debent itaque singula monialium monasteria per ordinarios exempta videlicet quæ Sedi Apostolicę, ita quod nulli alij subiecta noscūtur, Apostolica, non exempta vero auctoritate ordinaria: ac exēpta alia per alios quibus subsunt annis singulis visitari. Visitatores autem huiusmodi sollicitudinis studium debent diligenter impē
15 dere, vt moniales ipse pannis sericeis variorū soderaturis sandalicijs, cometis, & cornutis crinibus, scacatis, & virgatis capuciolis non vtantur: non coreas, non festa secularium sequantur, non die, noctu ve per vicos, & plateas incedant: aut voluptuosam aliàs vitam ducant, easque solertius retrahere ab insolentijs quibuslibet, & mundi huius illecebris, & inducere easdem ad impendendum in monasterijs suis deuotum, & debitū virtutum Domino famulatum: non obstantibus exemptionibus, & priuilegijs quibuscunque, & in his compelli remedijs opportunis, & electas Abbatiss. s inducere ad suscipiendam benedictio nem infra annum a tempore confirmationis cōputandum, nisi subsit causa rationabilis: alias cadant a iure suo, vt plenius no. in d. clem. 2. & in c. si. in fi. de sta. mo. Debet etiam talis visitator attēdere ad omnia quæ habentur in c. 1. de stat. reg. li. 6. videlicet circa clausuram monialiū: & quod vitra facultates monasteriorum non mendicantium nulla recipiatur, & quomodo fieri debeat homagium, & fidelitas dominis temporalibus, & secularibus, & quid agendum quando in ecclesiastico vel seculari foro causas habent, & qd ordinarij sunt executores clausuræ fiendæ, etiam quo ad exempta, salua tamē exemptione in alijs, & c. vt Deus omnipotens det visitatoribus gratiā vt in his possint proficere. Adde c. monastēria de vi. & hon. cle. Adde c. moniales de pat. ca.

Quoties possit fieri visitatio. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio quoties, & quando fieri debet.*
2 *Visitatio iteratur, si necessitas vrgeat. fallit num. 3. & 4.*
5 *Archiepiscopus bis in eodem anno prouinciam visitare potest.*
6 *Ecclesia rector a multis visitandus quid faciet.*
7 *Incendia ne accidant quis curare debet.*
8 *Visitatores plures si concurrunt per concursum se non impediunt*
9 *Episcopus est alijs visitatoribus inferioribus praeferendus.*
10 *Inquisitio plena praeiudicat semiplena.*
11 *Praescriptio non habet locum contra procurationē.*
12 *Visitatores punire possunt contumaces.*

Q Varto quæro principaliter quoties possit aut debeat fieri huiusmodi visitatio? Re-
1 spondeo quod singulis annis semel tantū secundum quod videtur determinare omnia iura tam antiqua quam moderna, sufficiat allegare, c. conquerente. de offi. ord. ibi visitationē quoque annuam, & c. episcopum, & c. placuit. 10. q. 1. & quando dicitur in c. regenda ea. q. et cā. & c. non semel. 28. q. 2. & in c. cum venerabilis, de cē sib. & in c. excōicamus, in §. dicimus de hære. vbi videtur quod bis in anno debet fieri. A nōnullis intelligitur duobus medijs diebus quia vno sero visitabitur clericus: & mane sequenti visitabuntur laici, quod alijs non placet. Et ideo dicunt ꝙ prima iura intelliguntur de visitatione ordinaria quæ tantum semel in anno fieri potest. Cōtraria
2 vero loquuntur quando emergit aliqua necessitas, quia emergente necessitate pluries pōt fieri visitatio, & ita debet intelligi, c. mandamus, de offic. Arch. & d. c. regenda, & c. non semel, quia necessitas legem non habet, c. sicut. de conse. dist. 1. Et quia sibi debent imputare clerici, & laici qui se tales reddunt vt toties debeant visitari, vt no. in d. c. conquerente, facit text. in c. visitandi 17. q. 2. & quod no. in d. c. mandamus, de offi. Arch.
3 Fallit primo nisi visitator dimittat hoc excausæne propter eius accessum grauentur ecclesiæ, vel quia episcopus ire non potest, vt no. in c. 1. de offi. Archid. quia tunc sufficeret visitare de tertio in tertium annum vniuersas parochias, suam tamen tenetur per se vel alium singulis annis visitare, & quod dicitur in c. cum venerabilis de censi. quod bis in anno possit visitare, a nōnullis intelligitur dum tamen non capiat nisi vnam procurationem vt ibi not. & probat. l. obseruare. de off. procons. sā in sola enim prima visitatione solenniter procurabitur, in alia vero non procurabitur, nisi tanquam hospes vt probatur in cap. de monachis de præb. vel nisi in fundatione ecclesiarum fuisset hæc seruitus imposita: licet hoc sapiat diminationem vt no. in d. c. cum venerabil.
4 Fallit etiam in visitatione monasteriorū regularium in quibus videtur, quod tantū de triēnio in triennium sit facienda visitatio. vt probatur in c. in singulis in §. prouiso, de sta. mo. quia de triēnio in triennium tantum congregant sinodes commun. Circa quod concludunt doctores, obseruandas esse consuetudines, & constitutiones, ac etiā priuilegia Apostolica suorum ordinum. & locorum per tex. in c. Romana in fi. de censibus sexto. Vidi namq; aliquas diocceses priuilegiatas vt tantum de triennio in triennium possint visitari.
5 Fallit etiam in Archiepiscopo qui videtur posse eodem anno visitationem iterare duobus concurrentibus, postquam omnes diocceses suæ prouinciæ visitauit, primo quod requirat consilium super hoc suorum suffraganeorum: licet consensus eorum non interueniat, & hoc in cōcilio prouinciali quod annuatim facere debet. Secundo quod coram eis diffiniatur in scriptis visitationē prouinciæ suæ reiterandam per eum, a qua diffinitione appellari non potest, cum sit super executione officij sui, d. c. Romana in §. postquā aūtem, & ibi no. facit c. irrefragabili, de offic. ordinar. Prima enim visitatio quam facit archiepiscopus est libera. Secunda vero non, sed est necesse, quod concurrant prædicta duo, & hæc difficultas diffinitionis ingeritur secundum Hostiens. ad hoc vt Archiepiscopus non sit negligens ad prouinciale concilium conuocandum: cū aliter suffraganeorum consilium, & præsentiā de facili habere nequeat: nec sine hac diffinitione visitare possit. Secundo quia per hoc præcluditur via Archiepo, q. vix uel nūquam secundā visitationem faciat nisi concilium celebret prouinciale. In hac aūt secūda visitatione prius visitabit illas Ecclesias

& eos

&c eos cleros, & populos, qui non fuerunt ab eo
in prima visitati: nisi magis sit alijs visitatoris of
ficium opportunum, præsumuntur enim magis
indigere visitatione illi qui prius non fuerunt vi
sitati: vt ibi not. & super tali opportunitate statur
dicto Archiepiscopi: nec super hoc quæstio eidē
referri potest secundum Inno. Host. Ioan. mo. &
Io. And. ibidem.

Ex præmissis ergo patet subditos non esse nisi
semel in anno visitandos: ne nimium grauentur
vt prædictum est, quod est intelligendū ab vno
visitatore solum. Sed quid faciet miser rector
6 Ecclesiç, nam cum archipresbyter, Arch. visita-
tores regulares, episcopus, archiepiscopus, Car-
dinalis, & omnes de quibus supra, possint illum
eodem anno visitare: certe si omnes hi adeant Ec
clesiam semel in anno, declinabit cito, & ad exi-
nanitionem extremæ virtutis, & facultatis deuo
niet ecclesia: quod est contra iura. 10. q. 11. inter-
cetera, & extra de censi. cū Apostolus. Putat Ho-
stien. in sum. de offi. Arch. in §. quod sit eius offi-
cium. vers. sed dices non debere ius calumniari,
nec verba captari: sed qua mente quid constitui-
tur animaduertere, ff. de exhi. l. pen. putat igitur
quod ad hoc vt Ecclesia Dei sanctius regatur:
crimina purgentur, & virtutes inserantur: plures
visitatores sunt eodem anno admittendi reiectis
aliorum doctorum diuersis opinionibus, ar. ff. de
no. op. nunc. l. nam Reipublicæ, & l. præcedenti,
§. fi. Sicut ergo septem cohortes constitutæ sunt
præpositis eis tribunis, & super omnes spectabili
viro qui præfectus vigilum appellatur, vt vrbes
7 ab incendijs defendantur, ff. de offi. præfec. vigil.
l. 3. sic multo fortius cauendum est Ecclesiæ Dei
ab incendijs spiritualibus, vnde ad hæc incendia
euitanda sunt constituti inferiores: & ei sunt præ
positi episcopi, & Archiepiscopi, & super omnes
summus Pontifex vt debeant visitare saltem per
alios cum personaliter venire non possunt. Et i-
stos omnes dicit recipiendos, vbi tamen Ecclesia
non grauatur, alias sufficit maioribus prælatis, ꝙ
Ecclesiæ quæ Episcopum procurare non possūt
per inferiores visitentur, alioquin ipsæmet sibi
prouideant. 10. q. 3. cauendum, & c. placuit, ar. de
loca. propter sterilitatem, & sic potest intelligi, c.
inter cetera de offi. ord. maxime de expensis quę
fiunt circa æquitaturas emendas, & vestimenta,
& similia: ad quæ visitati non tenentur, & ideo si
casus accidat qui non potest per alium expediri;
exemplum in c. aqua de conse. eccle. vel alia. dēt
ire proprijs expensis vel saltem de suo dare quā-
tū Ecclesia grauatur, hoc enim dicit esse de men
te iuris, quod in nullo casu grauetur Ecclesia. ca.
cūm Apostolus in prin. & c. sopite in fi. de censi.
quod videtur communiter placere omnibus scri
bentibus. Et ita iudicio suo plures visitatores ad-
mittuntur in anno vt cautius curentur animæ: a-
deo quod etiam hodie religiosi visitatores quo
ad religiosos institui mandantur, qui etiam de vi
sitatione episcoporum inquirunt vt apparet de
stat. monach. in singulis, §. porro. Et tamen corri
gere non possunt, cum inferiores sint, sed superio
ri denunciant. d. c. in singulis, in §. ordinentur, &
c. ea quæ. §. quod si Abbas, eo. tit. & ca. nullus de
iure patron. similiter de off. leg. studuisti, & de ap
pell. constitutus in §. 1.

Episcopi vero de visitatione religiosorū, & in-
feriorum possunt inquirere, & punire, ca. quanto
de off. ord. ad fin. ergo sequens visitator vestigia
prioris diligenter perquirat. Et secundum hoc
occurritur ecclesiarum grauaminibus, iura ser-
uantur: & crimina puniuntur, & inter eos non
debet esse inuidia: neque zelus id est odium sine
simulatio. ar. in c. 2. §. fin. de offi. custo. & de iure
patr. c. 1.

Sed quæro si contingat istos inuicem cōcurre-
8 re in visitando eodem tempore an se impediant
per concursum? Respondeo secundū Inn. Abb.
Host. Io. mo. Arch. Io. An. & alios quod nō se im
pediunt per concursum: sed omnes simul admit
tentur cum non sit iure prohibitum.

Sed quid si discordarent in sententia? Respon
deo secundum eos, quod teneret sentētia pro reo
nisi in causa fauorabili, cap ex literis, de prob. &
no. in c. fi. de re iud. vbi tamen ecclesia non suffi-
cit vtrique videtur quod debeat admitti primo
veniens. ar. in l. qui prior. ff. de iudi. & in c. propo
suisti, de for. comp. cum concor. Sed quid si tali-
ter concurrant quod nō appareт, quis primo? vi-
9 detur episcopum tanquam immediatum ordina
rium præferendū, cui specialius inest cura subie-
ctorum. 10. q. 1. regenda cum similib. Placet Ar-
chid. episcopum præferēdum. 11. q. 3. qui resistit,
& c. seq. & no. Io. An. in c. cum ex officij de præ-
scr. super gl. pen. quasi casus superiorum sit spe-
cialis perimens regulam in l. 1. ff. de reg. iur. & fa
cit de pręb. c. si a sede. li. 6. Si vero concurrat epi-
scopus cū prælato sibi subiecto puta Archidiac.
vel Decano, dicit Archid. quod episcopus debet
pręferri, nisi obstet consuetudo, allegat quod no.
Inno. in c. in Lateranensi, de præb. Tamē si con-
currerent episcopus, & visitatores religiosorū in
visitatione monasteriorum, dicitur, quod visita-
tores pręponerentur episcopo; quia pręsumitur
quod episcopus hoc faceret malitiose causa im-
pediendi eos, qui melius sciunt quę veniāt refor
manda in eorū religionibus q̄ epūs: & maiorem
notitiam hēnt de constitutionibus eorū, & non
obstante visitatione episcoporū, tenētur omnino
exercere officiū suū, vt ī d. c. in singulis, §. porro.
licet eo casu epūs fungatur auctoritate Aposto-
lica, vt no. gl. in d. c. in singulis. §. ordinētur super
verbo vice nostra ad fi. Quærit ēt Ioānes quid si
Archidiaconus volebat in aliqua villa inquire-
re, & visitare, inquisitores aūt de quib. in ca. sicut
olim de accusat. ēt venerint illuc, an vtriq; pos-
sint inquirere? Et dicit in iudicibus planū quod
pro eodē negocio coram diuersis quis trahi non
dēt; de rescriptis. ex tenore. licet hoc casū aliud vi
deatur, quia vna inquisitio alteri nō pręiudicat:
dicitur tamen quod isti non poterunt inquirere
sine licentia Archid. 8n. di. non debere, quia ple-
10 na inquisitio pręiudicat semiplene. Idem Vinc.
vt refert Io. And. in c. sicut olim in fi.

Quęro in casibus pręmissis Archiepiscopo siue
visitanti, siue reiteranti visitationē, & procuratio
nē petēti an possit per suffraganeos vel alios eo-
rū subditos obijci, vel ꝙ ipsi suffraganei non sint
negligentes: vel aliqua alia contraria cōsuetudo?
Respondeo quod non, per c. fi. de censi. lib. 6. no.
Host. eod. tit. super eo. Et dicit Archidiaconus se
vidisse quandam extrauagantem ipsius Inn. quę
incipiebat venerabilibus, & suspicatur Io. An. ꝙ
fuerit illius pe. quæ quo ad articulū iterādę visi-
tationis, & dānandæ consuetudinis dicebat fere
idem quod dictū. c. fi. super qua dicebat ipsū In-
noc. talē glo. posuisse. Nota quod consuetudo, &
pactum archiepiscopi, & suffraganeorū non pōt
impedire nō solū visitationē; sed nec iterationē,
& hoc iō quia ius quod est de visitatione iterāda
est publicū auctore, & vtilitate de fo. cōp. si dili-
genti, sed si esset priuatū vtilitate; puta ꝙ modicā
procurationē daret hoc & pacto, & cōsuetudine
11 posset induci. 10. q. 3. relatū, sed ꝙ nō detur pro.

Digitized by Google

curatio nō posset pscribi, de prescr.c.cū ex officij
huius quod aliqua procuratio detur est publi-
cum vtilitate: quia si nulla daretur, negligeretur
visitatio, & consuetudo quæ est contra ius publi
cum vtilitate qnandoque valet ex causa, sed tūc
quoniam quando expresso consensu Papæ vel ta
cito ex certa causa inducitur. 12. di. nos consuetu
dinem Inno. dicit procurationem non præscribi,
probatur in d.c.fi. dum dicitur præmissis cōtra-
ria &c. cum sua glo. Ad id quod dicitur de quota
procurationis facit eo. tit. felicis, & c. olim, & qd
no. 16.q.7. quicunque, & plene in d.c. cum ex of-
ficij de præscriptio. & c. sopite. de censib. Dubitat
tamen Io. An. quod ratio negligendi quā reddit
de tota locū habeat etiam in parte: scilicet quod
videns visitator quod de suo oportet eū impēde-
re in se procurando, abstinebit a visitādo de quo
plenius dicam infra. q.8. Et poterunt visitatores
contumaces punire, c. Romana, de pœnis. libr. 6.
12 possunt enim cogere omnes venire, & in his quę
officium respiciunt obedire secundum Bern. In-
noc. & Host. Io. mo. Archid. & Io. An. alias enim
elusoria esset potestas, & iurisdictio visitandi si
nullam coercionem haberent, de offic. deleg. ex
literis, quia cui cōmittitur principale, & accesso-
rium, de off. deleg. de causis, & c. prudentiam ad
fi. In casu tamen incurrunt excommunicationē
ipso iure: de quo in clemen. attendentes. de stat.
regu. possunt ergo eos compellere ad soluēdam
procurationem, c. cum nuper de censi. & excom-
municare rebelles absque metu canonis sacro.
vt not. Io. An. in d.c. sacro, de sent. excō. in verbo
præsumpserit, & Inno. in c. venerabili de censib.
nisi excederet numerum personarū, & euectio-
num, c. cum ad quorundam, & c. fine, de excess.
prælat. latius dicam in q.8. Et attende quod rei-
terans visitationem debet semper adhibere pro-
uidentiam vt in posterioribus visitationibus illas
Ecclesias eosque cleros, & populos prius visitet:
qui non fuerunt ab eo visitati in prioribus: nisi
magis sit alijs visitationis officium opportunum
d.c. Romana, §. postquam in fi. de censi. Et circa
reiterationem visitationis vide omnino Calder.
in consil. 8. in tit. de censib. & vide omnino circa
materiam visitationis eundem, in consil. 9. 10. &
11. & ad idem vide consilium S. Pe. de Anchara-
no, & non omittas.

De Præparatorijs visitationis. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Preparatoria sunt facienda a Visitatoribus.*
3 *Infamia subditorum non debet delectare prælatum.*
3 *Sinodus siue concilium est triplex.*
4 *Testes sinodales vbi statuuntur.*
5 *Cathedraticum a quibus exigitur, & cui debetur.*
6 *Sinodaticum vnde dicitur.*
7 *Precium nullum detur pro crismate, & oleo.*
8 *Furtum, & symonia committuntur in eo.*
9 *Concilium ad prouinciale qui tenentur venire.*
10 *Testes sinodales quales debent esse.*
11 *Sinodus quoties in anno celebrari debet.*
12 *Clerici ad quid compelluntur in sinodo.*
13 *Excommunicandus est qui ad sinodum venire contemnit.*
14 *Visitator libros visitationum examinare debet.*
15 *Liber pontificalis est visitatoribus vtilis.*
16 *Libri multi sunt visitatoribus necessarij.*
17 *Missalia debent esse correcta.*
18 *Ornamenta sua portet prælatus visitaturus.*
19 *Visitator quas personas secum debet habere.*
20 *Visitationum libellus est visitatoribus per necessarius.*
21 *Coqui ebriosi non debent a visitatoribus duci.*

Qvinto quæro principaliter de præparato-
rijs visitationis faciendæ? Respondeo
quod plura sunt præparatoria facienda,
& primo quod quilibet visitator per suas literas
1 significet aduentum suum subiectum quos intē-
dit visitare. Et non inuadat eos ex improuiso, exē
plo Christi qui perituri mundi mala denūciauit:
vt eo minus perturbent veniētia quo fuerint præ
scita, & vt minus feriant iacula, quæ præuiden-
tur, & tolerabilius mundi mala suscipiantur cum
clipeo prouidentię secundum Augus. in sermone
de martyribus. Nam præuisa solent lædere tela
minus per textum in l. obseruare. ff. de offic. pro-
consu. & hic specialiter no. Vinç. & Io. And. in c.
cum sit Romana, de simon. quapropter redar-
guendi sunt prælati, qui contrarium faciunt secū
dum Spec. in tit. de inqui. §. quando aūt versic. si
vero aliquid, qui dicitur quod cū prælati aliquid
sinistri audiunt de aliquo ecclesiastico: prius de-
bent eos monere, & instruere: nec debent re inco
gnita se accendere contra eos. vt 86. di. si quid ve
ro in c. licet heli. de simon. quia facilis est qui de
2 facili credi. 11.q.3. in cunctis. Non. n. debet dele
ctare infamia subditorum, extra de accusat. licet.
96. dist. in scripturis sicut quidam faciunt dicen
tes populo publice dum visitant si aliquis sciat
de rectore vel clericis dicat mihi: & ego sic, & sic
faciam, & puniam. Nam sunt laici clericis sēper
infesti. 2.q.7. laicos, c. clericis laicos, de immu. ec-
clesiar. li 6. immo eorum diffamatio vel accusa-
tio audiri non debet vt ibi & c. sicut, & c. seq. e.q.
Vnde secrete cum aliquibus de parochia fide di-
gnis inquirere debet, nec debet passim recipere
cartulas: quas frequenter rustici cōtra suos recto
res clanculo offerūt, vt in c. sacerdotib. 11.q.1. de
quo plene per Spec. vbi supra qui videtur tenere
quod non liceat recipere nisi contra publice infa
matum, & in eo. ti. de inquisitis, in §. nunc tracto
mus, ver. hac igitur, probat. c. si peccauerit. 2.q.1.
faciunt quę habentur in c. inquisitionis de accu-
sationibus.
Secundo quod dēt prius conuocare sinodū ge
3 neralem si est Papa: vel prouincialē si est primas
vel Metropolitanus, vel diocesanam, si est episco
pus, vel Abbatum, & priorum regularium si sūt
regulares per tex. in c. sicut olim de accusat. & in
Auth. de san. episcopis, §. vt aūt omnis ecclesiasti
cus status, & in c. cum sit nimis de Iudæis, & in
d.c. in singulis, & hoc singulis annis, vt ibi & in c.
quoniam quidem. 28. dist. Abbates vero vel prio
res de triennio in triennium, vt in d.c. in singu-
lis. In quibus quidem sinodis de corrigendis ex-
cessibus, & moribus reformandis præsertim in
clero diligentem habere debent cum Dei timo-
re tractatum: canonicas regulas, & præsertim cō
stitutiones legatorum Metropolitanorum, &
diocesanorum, necnon ea quæ de iure communi
statuta sunt in Concilio Lateranensi spiritualiter
relegentes, vt eas faciant obseruari, debitam pœ
nam transgressoribus infligendo: non tamen pe-
cuniariam ad questum in vsus proprios conuer-
tendum sed in vsus pauperum, per c. suam de pœ
nis & infra latius dicam. Et in eadem sinodo ad
facilius exequendum eorum officium per singu
4 las diocesis statuant psonas idoneas, & prouidas,
& honestas; q̄ p totū annū simpliciter, & de pla-
no abs-

Digitized by Google

no absque vlla iurisdictione sollicite inuestigẽt
singula, quæ correctione & reformatione sunt
digna, illaque fideliter referant ad metropolita-
num,& suffraganeos & alios in concilio subse-
quenti, vt super his & alijs prouideant prouida
deliberatione: prout vtilitati & honestati con-
gruit succidendo. Et quæ statuerint faciant ob-
seruari, publicaturi ea in episcopalibus sinodis
annuatim p singulas diœceses celebrãdis. Quod
si quis hoc salubre statutum neglexerit adim-
plere, a sui executione officij suspendatur, &
dicuntur isti quasi testes sinodales. Simile in
cap. præterea. de testi. cogen. & cap. episcopus in
sinodo. 35. quæst. 6. & debent esse de eorum epi
scopatu honesti & discreti: quia tales melius pos
sunt inuestigare veritatem quam extranei. ar. in
cap. veniens. 2. de testi. in fi. 35. q. 6. cap. 1. & 2. &
in c. videtur qui ma. ac. pos. Et appellantur visi-
tatores quia circuire habent totam parochiam
de villa in villam. 86. di. non debetur, vnde fuit
sumptum d. c. sicut olim de accu. Et in hac sino
do videtur conuenienter posse & debere exigi
5 cathedraticum quod episcopis ab inferioribus
debetur, quod quidem cathedraticum alio mo-
do dicitur sinodaticum: pro quo soluendi sunt
duo solidi tantum. vt in cap. conquerente, de
off. ord. ibi sinodum & sinodatici siue cathedra-
tici nomine duos solidos præterquam a mona-
sterijs. 10. q. 3. cap. inter cetera. Et appellatur ca-
thedraticum, quia pro honore cathedrę datur.
6 10. q. 3. placuit. Et sinodaticum quia in sinodo
datur. cap. olim. de censi. qui duo solidi dabun-
tur secũdũ æstimationẽ illius monetę q̃ antiqui
tus ab initio solui cõsueuit; nisi circa solutionem
minoris monetę q̃ mõ est in vsu sit p̃scriptũ, vt
in d. cap. olim. Caueat tamen prælatus ne etiam
vigore alicuius consuetudinis in valore dictorũ
solidorum, & in tempore exactionis se taliter ha
beat quod incurrat simoniam. Et permaxime
caueat ne huiusmodi cathedraticum exigatur in
Paschali tempore quo datur crisma nouum pa-
rochianis: quasi prætextu consuetudinis credat
7 excusari a reatu simoniæ. Nam pro crismatis, &
olei perceptione nulla cuiusquam precij exactio
est attentanda, etiam sub obtentu cuiusquam
consuetudinis: quę non tuetur reatum, cum diu
turnitas temporis non minuat peccatum sed au
get, cap. non satis in fi. de simo. Quicquid enim
pro crismate ab ecclesijs extorquetur: siue cathe
draticum appelletur, siue Paschalis pręstatio
aut episcopalis consuetudo: facit incurrere simo
niam. cap. ea quæ eo. tit. In tantum quod etiamsi
anticipetur recipiendo in media quadragesima
quod recipere consueuerunt post Pascha: licet
denariorum nomen varient, in consuetudinem
medię quadragesimæ nuncupantes: quos prius
denarios crismales; secundo Paschales dicebãt:
etiam incurrunt simoniam, vt in cap. in tantum
eo. ti. de simonia. Nec placet quod etiam recipiã
tur oua ab inuitis seu exigantur: cum etiam in
8 ouo committatur simonia sicut & furtũ, vt not.
gloss. institutis de rerum diui. in §. gallinarum,
nec alia aliqua cibaria eadem ratione.

Attende quod d. cap. sicut olim loquitur de
concilio prouinciali metropolitanorum: ad q̃
9 tenentur venire non solum episcopi suffraganei
sed etiam ceteri quorum principaliter interest,
vt no. Io. And. post Inno. ibidem, & in c. fi. de his
quæ fi a præla. & de præben. ca. graue, licet Pe-
trus, & Abbas videãtur tenuisse contrarium. Di-
xit tamen Petrus quod subditi suffraganei de
quibus quis deponit querelam in concilio cita-
ri possint per Archiepiscopum: de quo ibi per
Ioan. And. quia certum est de Concilio Prouin-
ciali quod punit delicta, d. ca. graue. de præben.
18. di. cap. quasi per totum. In sinodo autem dio
cesana non solum duo sed plures vsque ad 7. ad
arbitrium cuiuslibet suffraganeorum possunt te
stes sinodales statui per singulos episcopos. 25.
q. 6. episcopus in sinodo. nam secundum Host.
alij sunt hi de quibus in ca. sicut olim, & alij de
quibus in dic. c. episcopus in sinodo. Et tam pri
mi quam secundi statui debent, & requiritur q̃
sint prouidi vt procul videat: & de notorijs &
manifestis inuestigent de plano interrogando se
niores, & honestiores, requiritur etiã quod sint
honesti: ne leuiter aliquem infament, in c. nemo
de simo. & melius est illos esse de illa diocesi q̃
de extranea. ar. in c. quia propter de elect. ibi tres
de collegio, & quia alieni regni archana scrutari
non conuenit. C. de commercijs & mercator. l.
4. post prin. & quia præsumitur quod citius per
quirant veritatem. ar. de præsump. quosdam, &
c. quanto, de testi. veniens. 2. ad fi. ergo alijs præ-
ferantur qui mat. acc. pos. videtur, quę personæ
censentur durare per totum annum, quia vltra
non durat officium, & ideo sequenti anno sunt
alij eligendi, vt euitetur suspicio secundum Ho
sti. quem refert Io. An. in d. c. sicut olim. Et licet
11 aliqua iura videantur dicere quod sinodus bis
ĩ anno debeat celebrari, primo scilicet ante qua-
dragesimam, secundo vero circa tempus autum
ni, vt in c. habeatur. 18. di. & alibi. 11. kalen. No-
uembris. c. placuit de consec. dist. 3. Tamen dico
hoc esse arbitrariũ iuxta opportunitates locorũ,
& necessitates, tamen conuenienter dico fieri in
media hebdomada inter Pascha Resurrectionis
& Pentechostem propter particulares Visita-
tiones subsequentes, vel in Kalendis Octobris.
12. die eiusdem. Super quo sunt præmonendi
omnes habentes venire ad sinodum de necessi-
tate: videlicet presbiteri, diaconi, & omnes quot
quot se læsos existimant: vt sinodaticam expe-
ctent sententiam per tex. in c. propter ecclesiasti
ca. 18. d. Compelluntur autem clerici in sinodo
12 rationem reddere quomodo officium susceptũ
celebrent & baptizent, 58. d. c. quando adde no.
in c. quod super his, de ma. & obe. Et an legatus
possit congregare Cõcilium prouinciale, & sino
dale: dic quod sic vt plene per Hosti. in sum. de
offi. le. siquid pertinet in fi. De pęna non veniẽ-
tis ad sinodum. 18. d. peruenit, & habetur in ca.
quod super his de ma. & obe. De materia conci-
liorum vide in consilio Lugde. 382. 390. 391. &
in quæstionibus Ab. quarum incipit vna episco
pus, & quidem rector. alia vero plenior. & per
doc. post Inn. in c. graue. de præben. & per Mar.
de Lau. & An. de Ros. in suis tractatib. concilio-
13 rũ. Et attẽde excõmunicari debere eum qui Ca
nonicæ vocatus ad sinodum venire contemnit
Item si postquam illuc venit; sinodalib. respuit
obedire preceptus, aut si ante finitum examen
causæ abire præsumit: vt in c. certum 11. q. 3. In
stus tamen metus excusare prælatum vocatum
non euntem ad concilium, puta si haberet incur
rere scandalum cum principe suo seculari &c.
no. Inno. in c. quod super his de ma. & obe. &
adde Io. in c. consuluit de off. delegati. Et qui nõ
vocatur, non tenetur ire secundum Butri. in ca.
ego. n. de iure iurand. qui ita dicit tenere Vincẽ.
in c. quoniam de priuilegijs.

Tertium præparatoriũ est, quod debet prius
14 examinare libros visitationum præteritarum
tam per se factarum quam per prædecessores
suos

ſuos: vt ex illis valeat informari, ſi quid notatū
eſt quod indigeat emendatione, & ſuppletione,
ar. in c. in ſingulis in §. porro. de ſta. mona. & ca.
fi. ver. ſequentes, & vt amplius valeant informa
ri videant viſitationes aliorum conſuffraganeo-
rum ac ſui metropolitani: & tenētur ſe eiſdē cō-
formare, per te. in c. ſuper eo. de cenſi. c. eccleſijs
& c. ſopite. e. ti. & c. 2. de capel. mona. ca. cū olim
de conſue. & c cum eccleſia vulterana de elect.
& c. ſuper eo. de cogna. ſpiri. cum ſimilibus ad
hoc optime facit tex. in ſimili de inquiſitore, in
c. vt commiſſi circa medium de hære. li. 6. *Præ-*
paret etiam ſecum habere duos expertos in hu
iuſmodi viſitationibus faciendis vt probat text.
in c. in ſingulis in prin. de ſta mo.

Eſt & aliud præparatorium neceſſarium e-
piſcopis, & alijs ſuperioribus viſitantibus vt ſci-
licet ſemper ſecum portent librum qui appella
15 tur Pontificalis, vt ex eo inſtruantur in omnib.
cærimonijs Eccleſiaſticis ſeruandis: & præſer-
tim in faciendo ſinodum, in conſecrando, vel
reconciliando Eccleſias: in conſignando criſmā-
dos, & in benedicendis vtenſilijs Eccleſiæ, &
veſtimentis, & alijs ornamentis, & campanis, &
omnibus alijs: de quibus in dicto libro; & vt pro
prerea inſtruantur in his quę debent non ſolum
obſeruare ſed etiam cauere, nam vt dicit Ioan.
And. poſt Hoſt. in c. conſuluit de ſer. non ord. li-
cet Papa non vtatur ſcrutinio in ordinatione e-
piſcopi vt in c. 1. de ſcrutinio: vtitur tamen forte
his, & ſimilibus inſtructionibus, de quibus pa-
ter in pontificali ſiue ordinario epiſcopali, & vt
ibi patet ſabbato in veſperis dum metropolita-
nus ſcrutatur conſecrandum inter alia dicit bi-
gamos aut curiales aut de ſeruili conditione ad
ſacrum ordinem non promoueas, quorum ver-
borum mens ponitur in d. c. conſuluit. Et ibi no.
duo. primo quod liber ponnificalis ſit authēticus
ex quo ita allegatur ſicut de arbore conſangui-
nitatis ſolet probari, per cano. 35. q. 6. ad ſedē ad
idem. 15. di. canon. & c. ſancta. 38. d. quæ epiſco-
pis; vbi dictus liber videtur vocari officialis de-
ber etiam habere dictum librum presbyter, vt
ſciat exhibere ſacramenta in partibus cōcernēti
bus eum, & ſimiliter epiſcopus & quilibet viſi-
tator in his quæ ſpectant ad ipſos nec epiſcopus
quoquomodo hoc libro debet carere, cū decli-
nat ad parochiā, ſi tamen haberet mentem ver
borum ex multa. ſ. practica ſufficeret, etiamſi nō
haberet librum vt ibi per eum per c. marchion.
1. q. 1. de quo in cle. Romani. §. quia, de iure iu-
ran. Tutius credo eſſe quod portetur liber: &
non ſolum liber pontificalis, ſed liber baptizan
16 dorum, & infirmorum inungendorum, & com
mendationis animæ, & exequiarum defunctorū
& etiam ſummula confeſſorum, & liber compu
ti Eccleſiæ: & miſſale bene correctum, quia ſepe
17 ſolent in parochijs tales libri reperiri corrupti,
& defectiui. Similiter tutum, & conſultum eſſe
dico quod viſitator ſecum portet vaſculum cū
Criſmate Oleo Cathecuminorum, & infirmorū
vt ſi ibi inueniat antiquū remoueatur & pona-
tur nouum, & ſic hoſtias tam magnas quam par
uas, vt ſi corpus Chriſti videatur renouandum
renouari faciat. ſimiliter et iſopum ſal et perfe-
ctiora pro honeſtate cęrimoniarum Eccleſiaſti-
carum, & libellum pro apparando prælatum: et
18 omnia prælatorum ornamenta ſcilicet mitram
& baculum paſtoralem: caſulam, dalmaticam,
& ſtrictam camiſiam, & amictū, cingulum, chi-
rothecas, et annulum, gremiale, bacile, bronzi-
num, manutergium, naſitergium. ſandalia, cali
gas, faldiſtorium. l. ſedem, crucē, candelas, thus,
et thurribulum, ne quid ibi contingat deficere
quod ad eius officium ēt pro honeſtate & reue-
rentia ſit neceſſario prouidendum. Habeat ca-
19 pellanos ſibi conſormes in officio. tapetum vbi
honeſte genuflectere poſſit: ne vileſcat eius di-
gnitas, aut diuinus cultus, habeat ſecum prædi
catorem vbi ipſe prædicare non nouit. notarium
practicum: nuncium fidelem, & alia de quibus
infra patebit. Inſuper habeat confeſſorem tam
pro ſe quam pro alijs viſitandis præſertim pro-
pter caſus reſeruatos, habeat ſigillum; habeat ēt
20 formas iuramentorum: & potiſſime libellum
iſtum, qui erit Baculus ſuæ ſenectutis, & iuuen-
tutis, memoriale, directorium, ſpeculum: et quic
quid voluerit et optauerit; et in eo facile compe
riet iura nedum probantia ſupra omnia, ſed et
auctoriates approbatas: ex quibus illuminabi-
tur in omnibus agendis. Præparet equos bene
ferripedatos: frena, et ſellas: et alia neceſſaria nō
indigētia reparatione, ſimiliter et mulos et ſal-
marios coopertoria et cuncta ſimilia: ne propter
illorum defectum alliciantur ad grauādos ſub-
ditos indebite: nec ſecum ducant æqnos infir-
21 mos vt ibi moriantur; nec coquos ębrioſos ſicut
buzardam nec laicos præſertim iuuenes ſolis la
ſciuijs vacantes. Et conentur in omnibus bonū
exemplum præbere ne dicantur magis vacare
venti quam animarū ſaluti, alias quæ ſeminaue
rint, hæc et metent.

Addo poſtremo conſultum eſſe vt viſitatores
ſibi prouideant propter multa occurrentia de
obtinendo literas apoſtolicas per qnas apoſtoli-
ca auctoritas accumuletur ordinarie, præſertim
propter caſus reſeruatos curiæ Romanæ, cum
qua auctoritate vbi ſubeſſet multitudo erran-
tium, ant paupertas, vel debilitas, vel alia neceſ-
ſitas: poſſint ſaluti animarum et reformationi
morum opportune conſulere: et prouidere ma-
xime in locis vbi viſitationes ordinarie iam du-
dum fuerunt neglectę, quia per vnam auctori-
tatem non præiudicatur alteri ſecundum Spe. t.
de inquiſi. §. t. ver. item quod eſt ibi, ad quod fa
cit extrauagans Benedicti. vas electionis inquā
tum de apoſtolico priuilegio facit mentionem.

Vbi viſitatio fieri debeat. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio in quibus locis fieri debet.*
2 *Oculus eſt certior aure.*
3 *Saluus conductus non eſt multum tutus.*
4 *Locus viſitationis non eſt de ſubſtantia ipſius.*
5 *Eccleſiæ etiam pauperes ſunt viſitandæ.*
6 *Eccleſiæ duæ vnitæ vnam tantum procurationem debent habere.*
7 *Viſitatio collegiorum an fiat in communi vel ſigillatim.*
8 *Prælatorum ſtatus vbi eſt inquirendus.*
9 *Clerus primo, deinde populus eſt viſitandus.*
10 *Monaſteria viſitantes an debeant in carnibus procurari.*
11 *Neceſſitas excuſat peccato.*
12 *Moniales debent eſſe incluſæ.*
13 *Feminæ non ſunt cum maſculis incarcerandæ.*
14 *Carcer ad quid eſt deputatus.*
15 *Captura clericorum non fiat ſine magna cauſa.*
16 *Carcerum pœnis nemo perimatur.*
17 *Quæſtio, & tortura eſt prælatis permiſſa.*

Fla-

18 Flagella sunt cum moderamine infligenda.
19 Caracter quandoque clericis ob maleficia imprimi potest.
20 Degradantur quandoque clerici.
21 Pœnitentia & Eucharistia non debent condemnatis denegari.
22 Prælatus iudicem secularem ad pietatem incitet pro degradatis.
23 Carceres hæreticales debent esse prælatis, & inquisitoribus hæresis communes.
24 Carcerum hæreticalium custodes multa iurare tenentur.
25 Legatorum dispensatio quandoque spectat ad prælatos.
26 Monachi singulis mensibus debent confiteri.
27 Religiosi mendicantes in multis excedunt.
28 Religiosi militares quos vulgo commendaturs vocant, an subsint ordinariis.

SExto Quæro vbi visitatio fieri debeat vel possit? Respondeo, quod in locis visitan-
1 dorum videlicet in Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, et alijs locis visitandis, quoniam ad ea loca visitator quilibet debet personaliter accedere; et illic se personaliter præsentare, et conferre, si tamen hoc commode potest et absque difficultate. c. Romana, de censib. l. 6. in prin. Et si ad vnamquamq. commode et absque difficultate accedere non poterit, de plurib. locis ad vnum congruum Clericos, & Laicos studeat conuocare, ne in illis visitatio postponatur vt ibi facit. 22. q. 2. faciat, & de elect. quia propter in prin. c. conquerente de off. ord. ibi cum ad eos visitandos accesserit facit c. cum I. & 2. de re iudi. ibi vt ad Ecclesiam personaliter accedentes
2 in fi. quia res oculis subijcienda est, quoniam certior aure arbiter est oculus l. si irruptione. ff. fini. regun. l. si quis. C. eo. c. quia indicante de præsc. multum enim operatur præsentia, de offi. de leg. c. vl. & in arbore consanguinitatis post prin. Vbi autem commode & absq. difficultate facere nõ posset, tunc ad vnum locum congruum de pluribus locis tam clericos quam laicos poterit cõuocare & alias sufficeret ad suam Ecclesiam cõuocare, & intelligo locum securum iam visitanti quam visitando non obstante saluo conductu c. accedens, vt lite non contestat. cum quo saluo
3 conductu quis non debet se credere capitalib. inimicis, vt ibi no. ad quod facit. c. de cetero, & c. quamuis de sen. excom. Et vbi alias non põt sufficiens cautio præstari. ar. de rest. spo. literas in fi. propter fragilitatem cautionis. ff. ad Trebe. quia in §. 1. Adde etiã locum honestum vt vota de offi. deleg. statuimus 2. l. 6. Poterit ergo hoc casu eos conuocare ad cameram vel ad villam; dum tamen vt prædixi sit locus honestus & cõis, put erit possibile. de fide instru. accepimus. de priuil. cum personæ. secundum Arch. & Io. An. in d. c. Romana. Et adde vel aulam aut aliam Ecclesiã ciuitatis, vt in directorio l. 3. tit. 23. ad arbitrium tamen boni visitatoris secundum eum. Et aduertendum quod locus debet esse sufficiens ad oẽs
4 recipiendos alias .n. locus visitationis non est de substantia, sicut nec locus electionis. arg. in c. bonę. 1. de elect. & quod habetur in c. statuimus 2. de offi. deleg. secundum Franc. & Io. An. Difficultas aũt poterit causari pp niues, et glacies vel aquarum inundationem vel aliud simile. arg. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. & in ca. 2. de eccle. edifi. & c. statuimus de off. dele. li. 6. & no. in d. c. Romana. Sed paupertas Ecclesię nõ esset iusta causa huius conuocationis, sed Hos. contra & adde quod no. Io. 10. q. 3. illud in fi. & c. inter Dicit Arc. quod oẽs contribuent tunc in procuratione per. c. cum instantia, & cap. procurationes de censi. facit 1. q. 2. placuit. 10. q. 3. cauendum de rescriptis statuimus, in §. prouisus li. 6. tenebitur ergo ad locũ accedere pauperũ qui per hoc nõ dicitur incongruus: & suis stipendijs visitabit quia ad hoc sunt sibi redditus ẽpales deputati, de vi. & ho. cle. cum ab oi. sicut et no. Ber. e. ti. cũ Apostolus in gl. 2. concordat quod not. Io. Goff. Vin. & Hosti e. ti. c. cum instantia, & c. procurationes vide Io. An. ibidem super ver. p seipsum quãdo de paupertate disputatur. Intelligit tamẽ Arc. c. placuit de penitus impotente quẽ euidẽs paupertas excusat a contribuendo. Capitulum aũt conquerente de off. or. loquitur de ecclesia quæ contribuere põt, licet non in totum procurare, habere tamen semper debet rõne ne ministri Ecclesiæ egeant. ff. de reg. iu. l. in condẽnatione. Et ne fraudentur alimentis ff. de cessi. bo. l. qui bonis. Dicit ẽt quod c. cũ instantia, & c. procurationes non loquuntur de prælatis visitantib. sed de legatis, & nuncijs, dicit Io. An. quod c. procurationes prætermissis epis de quibus præmiserat contributionem, permittit solis legatis, & nũcijs ar. 25. d. qualis. Dicit etiam arch. si duæ Ecclesię
6 propter paupertatem sunt vnitę vna tantũ debet procurationem, & idem si nõ sunt vnitę sed per epm in procuratione coniunctę tenetur eps vtranq. visitare, si commode põt ad hoc, vt procuratio sibi debeatur, alias ad locũ idoneũ cõuocet clerum & populum vtriusq. d. c. Romana. et c. si. vbi per Io. An. Sed an hanc conuocationem possit archiepiscopus facere in diœcesi suorum suffraganeorum quando illam visitat? Respondeo sic, cum eadem sit rõ de consti. translato. de excep. cum inter priorem secundum Inn. Host. Io. Mo. Io. An. & alios in d. c. Romana vbi quo ad officium visitationis tota prouincia fungitur seu dicitur esse vna diœcesis secundos eos.

Sed an visitabit capitula, & collegia in cõi vel singulatim? Respondeo põt visitare in cõi. i. oẽs
7 simul, aut singulatim, prout viderit expedire, sit tamen inquisitio melius quando procedit singulatim de accus. c. inquisitionis in §. tertiæ de test. c. cũ clamor, quod est seruandum secundum Ioan. Mo. si negocij qualitas hoc exposcit, alias in genere & in communi fiet inquisitio. d. capit. romana. §. sane putat tamen Inn. quod ex cã vnum collegium possit in plurib. locis visitari licet sit honestius quod in vno solo loco visitet. d. c. Romana in verbo de similib. per quod patet quod non de oibus ad vnum secũdũ Io. An. ibi.
8 Sed an de stato episcopi, & metropolitani inquirendum sit in capitulo vel in cõi? Respõdeo quod vtrumq. põt fieri sed decentius est qd fiat seorsum; & seorsum corrigatur, si quid foret corrigendum cum epus sit alijs in exẽplũ, & tanq̃ signum ad sagittam. 11. q. 3. præc se. de voto magnæ de elec. cum inunctis in §. 1 de accus qualiter in 1. & bene põt corrigi sine mẽbris & correctio mẽbrorũ differri de re io. cũ. I. & 2. in §. 1. secundum doc. in d. ca. Romana. Et iõ visitator
9 visitabit separatim clerũ: deinde populũ, & nõ simul, cum talium iura sint separata 12. q. 1. duo nec. n. promiscuis actib. officia sunt turbanda C. de test. l. consulta. Sed attendendum qd epis ad monasteria venientib. & procurationes visitãdo ibidem recipientib. sibi debitas de iure cõi, consuetudine, priuilegio, vel alio iure speciali, in do
10 mib. ipsorum monasteriorum, extra tamẽ septa ipsorũ existentib. si quę fuerint ad hoc apte alioquin

Digitized by Google

quin infra septa dum tamen non infra portã q̃
regularẽ appellant, carniũ ꝓcongruẽtia tpis si
voluerint (priuilegio non obstante quocũq.) ci-
baria debẽt ministrari. Sed si extra portã illã non
est locus aptus: ẽtsi ibidẽ essẽt ꝓximę domus pri
uatorũ vel aliarũ Ecclesiarũ ad id aptę: nisi alie-
nas visitantes ibidẽ consentirent ꝓcurari: dicit
Io. An. ꝙ videtur ꝑꝑ necessitatẽ q sic arctat: pos
11 sint tunc iuxta portã illam, vt sicut ꝑꝑ necessita
tẽ tpe prohibito licet carnes comedere: sic liceat
ex eadẽ cã, ẽt in loco prohibito atq. in c. consiliũ
de obserua. ieiuni. in fi. de reg. iu. quod non ẽ, &
facit de custo. Eucharistia. ca. 2. Subdit tamẽ qđ
posset dici ꝙ cũ priuilegiũ monasteriorũ nõ tol-
latur intra portam qđ tunc ẽps vel alius visita-
tor secundum formam priuilegij cibis regulari-
bus debet contentari, vbi tamen haberẽt priuile
giũ, sit locus ei ꝙ prius dixi. Et addit ꝙ honeste
facerent visitatores declinare ibidẽ sexta feria,
vel sabbato, vel die quo cibaria regularia come-
duntur, per hoc tamen non sequitur ꝙ inuitus
hoc facere debet. 41. d. non cogantur, facit q, no.
in c. cũ instantia, de censi. de quib. plene p doc. ĩ
cle. ad nostrã de cẽsi. Tunc tamen credo ꝙ hone
ste faceret declinãdo ad alias domos vicinas ma
xime cũ visitantur monasteria monialiũ, vel ho
12 spitalia: quoniam tales sub perpetua in suis mo
nasterijs clausura teneri debẽt, cũ sunt expresse
vel tacite professę, nisi ꝑꝑ morbũ aliqua nõ pos-
set cum alijs absq. graui periculo seu scandalo
commorari, & nulli maxime inhoneste personę
(nisi rõnabilis & manifesta cã existat) absq. illius
ad quem pertinuerit speciali licentia ingressus
vel accessus ad eas patere debet: vt sint a publi-
cis, & mundanis aspectib. sepatę, & oĩno Deo
seruire valeant liberius, & lasciuiendi opportu-
nitate sublata, eidem corda sua & corpora in om
ni sanctimonia diligentius custodire. Iniungitur
aũt ẽpis, & alijs ꝑlatis superiorib. & inferioribus
Patriarchis, primatib. & archiẽpis, & reliquis ꝑ-
latis vniuersis a iure quatenus eorũ quilibet in
ciuitate, & diocesi propria in huiusmodi mona-
sterijs monialium sibi ordinario iure subiectis
sua, in his vero quæ ad Ro. Pontificem imme-
diate spectant, auctoritate Sedis Apostolicæ. Ab
batib. vero alijs tam exemptis q̃ non exemptis
prælatis monasteriorum ecclesiarum, & ordinũ
quorumcunq. in monasterijs hmõi sibi subiectis
de clausura conuenienti vbi non est: ipsorũ mo-
nasteriorum expensis, & fidelium eleemosinis
quas ad hoc procurent diligentius facienda: &
de ipsius monialib. includendis q̃ primũ cõmo-
de poterunt prouidere procurent, contradicto-
res atq. rebelles per censuram Ecclesiasticã (ap-
pellatione postposita) cõpescendo, inuocato ad
hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis, vt
plenius habetur in c. vno de sta. reg. li. 6. per l. 3.
C. de cust. reo. nã periculosa est talis commixtio.
c. 1. de reg. l. 6. ar. 18. q. 2. diffinimus. Ex premis-
sis infero ꝙ debebit accedere ad loca carcerum
tam Ecclesiasticorum q̃ inquisitorum hæreticæ
prauitatis q̃ ẽt laicorum, & ibi prouidere ne co-
13 habitent masculi cum feminis, tã pro custodia q̃
pro pœna, no. in c. q̃uis, de pęnis l. 6. Itẽ ꝙ capti
qui ad carceres ducuntur qn quiete se permittũt
duci per ducentes eos, sic non renitentes calce-
ant pugno nõ percutiant, vt dicit Io. An. se iã vi-
disse de facto, quia tales sũt excõicati, vt tpe no.
in c. si clericos, de sen. ex. l. 6. Quãuis. n. carcer ad
14 reorũ custodiã, & non ad pœnam deputatus es-
se noscatur, tamẽ ẽt nõnullis ꝓuida deliberatio
ne pẽsatis in perpetuũ vel ad tẽpus (prout visũ
fuerit expedire quibusdã ordinarijs) possunt rei
carcerib. mancipari ad pniam peragendam. d. c.
q̃uis de pęnis li. 6. Prouidebit ẽt ꝙ in carceribus
inclusi aut cõuicti veloci pęna subducantur: aut
liberandi custodia diuturna non commacerẽtur
vt ibi. no. in l. j. & vltima. C. de custo. reo. & in l.
aut dãnũ in §. solẽt. ff. de pęnis. facit. C. de his q
ad eccle. confu. l. ꝑsenti in fi. & de v. si. nouimus
facit c. cum ẽps de off. ord. l. 6. & hoc siue clerici
sint in sacris, siue non licet, alias inter eos in mõ
capiendi, & detinendi debeat haberi distinctio:
de qua. 45. d. cum beatus, quod intellige de car-
cerib. honestis, & non nimis crudelib. & idẽ de
compedib. & similib. vt infra patebit, & adde ꝙ
no. Inn. in c. qualiter, & quando de accu. Cane-
15 te tamen debent ꝑlati ꝙ nimis prompti nõ sint
ad capturam clericorum: ne se & alios illaqueẽt
vt no. Io. An. in d. c. si clericos in nouella. vbi cõ-
cludit quod non nisi pro grauibus excessibus, &
notorijs est facienda captura, non autem pro
debito, etiãsi se ad id obligassent, no. de iureiurã
do ex rescripto cum si. vbi etiam addit quod cle
rici non tenentur cauere de parendo voluntati
prælati, vel arbitratui, & non appellare, iux. not.
de appel. ad hæc, & ff. qui satisda. co. l. fi. Et ideo
dicit bene debere sibi cauere prælatos nostri
temporis: qui etiam constitutos in sacris, & in di
gnitatibus detinent inuitos, donec sic caueant,
quibus sic facientibus esset imponenda freni tẽ-
peries. ar. C. de custo. reo. l. 2. in fine. Magis tamẽ
in hoc debent sibi cauere Abbates: & alij regu
lares, & inferiores prælati secundum Io. Mo. in
d. c. cum episcopus allegat c. vniuersitatis de sen.
excom. Prouidebit etiam quod alatur is qui ad
instantiam alterius in carcere detinetur, de quo
per Spec. in ti. qui filij sint legitimi. ver. quid de
adoptiuo, adde quod no. in ti. de treueg. et pace.
16 ver. sed pone, ne quis pœnis carcerum perima-
tur, quod etiam innocentibus miserum: noxijs
verbo non satis seuum esse dignoscitur, vt in d. l.
2. in fi. de custo. reorum.

Prouidebit etiam habere ministros expertos,
& aptos ad religandos reos funi ad quæstionẽ
17 habendam: ne forte alias debilitentur eorũ ma
nus: quem etiam funem tenebit et teneri faciet
in loco secreto, quod qualiter possit, & debeat
facere: plene habetur in c. grauis de deposito. Et
de materia huiusmodi quæstionis, & torturę ple
ne vide per Ant. de Bu. & alios in ca. cum in cõ-
templatione de reg. iur. vbi dicitur ab initio cãæ
non esse a quæstionibus inchoandum, facit l. 1.
ff. de quæstionibus, & l. militis. C. eo. ti. 2. q. 6. nõ
solent ver. ante sententiam, nulla scilicet præsũ
ptione præcedente. 5. q. 5. illi qui.

18 Prouidebit etiam vt cum aliquis condemna-
tur vt flagellis publice vel occulte fustigetur:
fiat moderatione adhibita, quod flagella in vin
dictã sanguinis transire minime videãtur, & ita
qđ fagella ad sanguinẽ nõ procedãt: vt plene ha
betur in c. in archiepiscopatu de raptorib. & 23.
q. ul. his a quib. & c. se. & ut habetur i alijs iurib.
allegatis per gl. in d. c. grauis, & ĩ archiepiscopa-
19 tu. sic & in impressione caracteris, quod in si-
gnum maleficij imprimitur in casu. c. ad audiẽ-
tiam de falsi. quod solum debet taliter infigi qđ
sola cutis superficies deformetur citra effusionẽ
sanguinis, ut ibi not. quia facies ad instar celestis
pulchritudinis facta fędari non debet l. si quis
in metallum. C. de pœnis facit ca. sententiam, ne
cle uel mona.

20 Prouidebit etiam quod degradandus degra-
detur iuxta formam, de qua in cap. degradatio
de

Digitized by Google

de pęnis. lib.6. & quod traditi curię seculari si
postmodum peniteant, & pęnitentiæ signa in
eis appareant manifesta: nequaquam si it humi
21 liter petita sacramenta pęnitentiæ ac Eucharistiæ deneganda, sicut nec quibuslibet alijs vltimo supplicio damnatis, si ea petierint ad quę petenda per eorum curatum debent induci: qui sepius ad eos visitandos est compellendus, & admonendus: vt eos ad patientiam exhortetur, & quod desperationem fugiant, nec seipsos occidant, de quo plene in cle. 1. de pęnis, & in l. archigerontes. C. de epi. audi.

Prouidebit etiam, quod cum quis degradatur in præsentia iudicis secularis, vt eius curiæ tradatur, intercedat Ecclesia efficaciter pro eo apud eundem iudicem, quod citra mortis periculum circa eum sententiam moderet, per tex. in c. nouimus. de ver. sign. quod tamen non facile est faciendum: nisi quando damnatus esset omnino incorrigibilis, vel pro criminibus maximis, per tex. in c. at si clerici in fi. & c. cum non ab homine. de iudi. c. ad abolendam de hęreticis, & c. ad falsariorum de crimine falsi.

Prouidebit etiam vt qui damnantur ad pœnam caueæ seu ergastuli tanquam perpetuum carcerem ad agendam pęnitentiam vt saltē pane doloris, & aqua angustiæ sustententur, vt sic commissa defleant, & flenda vlterius non committant, nec eis deficiant necessaria ita vt statim ibi non habeant mori. similiter nec in æculeo, vt probatur in d. c. nouimus arg. in l. pręsenti. C. de his qui ad Eccle. confugi. & 14. q. 4. reum. Sic er
22 go prælatus secundum Abbatem debet monere iudicem secularem ad pietatem, dicendo quo modo condemnatus est imago dei, rememorando etiam de Petro, & de Magdalena, & de alijs, & debet omnino cauere ne consentire videatur morti rei: per ea quæ habentur in c. sententiam, & c. clerici, ne clerici vel Mo. nec alias proderit ei qualiscunq. color secundum Hosti. per c. ex literis de exces. præla. Vnde dicebat etiam Abbas non esse dicendum iudici, vt reum in suum forū recipiat, satis enim hoc intelligere potest iudex, cum ad degradationem vocatur vt refert Ioan. An. in d. c. nouimus, allegat tex in ca. ad audientiam, de crimine falsi, & hoc notat contra multos prælatos qui contra faciunt.
23 Similiter prouidebit circa custodiam carcerū hæreticalium qui muri in quibusdam partibus vulgo appellantur: ad tollendas multas fraudes aliquoties perpetratas, vt quilibet talis carcer vel murus sit tam prælato quam inquisitori cōmunis, & habeant duos custodes principales discretos, industrios, & fideles, vnum quem volet prę̨latus, alium quem volet inquisitor, & quilibet prouidebit suo de expensis, & quilibet prædictorum custodum sub se alium bonum, & fidelem poterit habere ministrum. In quolibet etiam conclaui eiusdem carceris siue muri erūt duę claues diuersę: quarum vnus vnam & alius aliam tenebit prædictorum custodum, & eam cum officio ministrandi quę incarceratis fuerint ministranda: suo poterit committere vel subdelegare ministro, qui custodes antequam suum
24 officium incipiant, debent iurare corporaliter ad sacra Dei Euangelia tacta coram prælato, & inquisitore, quod in custodia muratorū, & aliorum propter crimen supradictum in sua custodia ponendorum: omnem diligentiam, & sollicitudinem, quam poterint, fideliter adhibebunt, & quod alicui incarcerato nihil vnus in secreto loquetur, quin hoc audiat alter custos, & quod prouisionem quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, & illud quod a parentibus & amicis & alijs personis fidelibus offertur eisdem (nisi prælati vel inquisitoris vel suorum commissariorum ordinatio refragetur) ipsis fideliter, & absque diminutione aliqua ministrabūt nec in his fraudem aliquam adhibebunt, & idē iuramentum etiam coram eisdem personis ministri custodum priusquam suum officium exerceant adhibebunt, & idem seruetur cum prælatus habet carceres proprios non communes inquisitoribus, vt plene traditur in clem. 1. in §. sane. de hæreticis.
25 Prouidebit etiam vt si qua sunt legata in pios vsus distribuenda, vel hæreditates, vel aliæ eleemosinę de publico vel aliter faciendę: quod pauperes incarcerati non prætermittantur, similiter in malæ ablatis incertis, & multo fortius in commissarijs ad illud opus specialiter deputatis, & deputabit pro eis fidelem quæstorem cum indulgentia de qua in cap. cum ex eo. in fi. de pęni. & remis. Similiter compellet minorem partē creditorum ad consentiendum maiori parti partem debiti remittenti iuxta l. maiorem ff. de pac. & quod etiam minor pars creditorum compellatur dare incarcerato dilationem quinquennalē, vel quod admittatur cessio bonorum iuxta. l. fin. C. qui bonis cedere pos. & ca. Odoardus de solutionibus, et omnia alia sibi possibilia faciet in eorum auditorium, alias in extremo iudicio sibi dicetur. In carcere eram, & non visitasti me, & maledictus condemnabitur ad ignem æternum qui paratus est diabolo, & Angelis eius.

Prouidebit etiam circa monasteria monachorum Sancti Benedicti nigrorum, & alborum accedendo ad illa, & præcipue vltra ea de quibus in cap. cum ad monasterium, de sta. mon. circa exquisitum ornatum, & notabilem excessum in vestibus, cibis, & potibus, æquitaturis, & lectisternijs, & alijs vestibus habitui proximis: almucijs, capucijs, zonis, vestibus quotidianis, cultellis, calcaribus, sellis, & frenis suorum equorum & circa habitum superiorem. Item circa eorum
26 menstruam confessionem, communem expositionem regulæ, & institutionem nouiciorum. Item circa venationes, aucupationes ipsorum, vt puniantur transgressores iuxta disciplinam regulæ. Item circa professos ad curias principum euntes, vel alias vagantes, vel intra septa monasterii arma tenentes, & alias eorum solitudinis, & circa priorum ætatem, & sacerdotium, & professionem, & habitationem, & monachorum ordinationem, & ipsorum doctrinam in omnibus, iuxta sanctam determinationē cle. ne in agro. de sta. mon. Item circa quoscumque alios religiosos, etiam exemptos qui eorum priuilegiis non obstantibus incurrunt excommunicationem: cuius absolutio est Papæ reseruata, & tales per ordinarios locorum præcipiuntur denunciari, Item circa alias 7. culpas eorum a quibus pręcipiūtur abstinere sub pęnis tam per ipsos quam prælatos eorum incurrendis salua moderatione de qua in cle. religiosi de priuil. & exces. priui.

De reliquis concernentibus religiosos sparsim infra dicetur.
27 De excessibus autem mendicantium nihil curo dicere: quia iam reuocata quasi est cle. dudū de sepultu. et iam cum pecunia omnes indifferēter, vt exeant dispensantur. Alii autem vel literas familiaritatis Cardinalium quærunt, facien

tes

tes alchimiam, vel nigromanciam, & aliis prohibitis artibus operam dantes: secularium principum protectionem habent, vel titulares Episcopi, & Abbates fiunt, vel alias descendunt in profundum malorum, & etiam in Capellanos, & confessores monialium instituuntur.

28 Circa tamen Capellas, & loca curata religiosorum militarium dico etiam prouidendum quando recognoscuni prout de iure debent curam animarum ab ordinariis per not. Hostien. in cap. cum depuiati de iudicat. super quibus nichilominus consulo diligenter attendenda esse ipsorum priuilegiorum verba singulorum. De monasteriis vero monialium dictum est satis.

Quis ordo in visitando seruari debeat. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Pralatus, & capitulum faciunt vnum corpus.*
2 *Delegatus ad visitandum subdelegare non potest.*
3 *Religiosorum visitatio est expedienda de plano.*
4 *Religiosi sunt misericorditer corrigendi.*
5 *Visitatio dicitur plena quando nulla parochia remanet non visitata.*
6 *Oculis res est subiicienda.*
7 *Archiepiscopus non potest peruertere ordinem in visitationibus, & nu. seq.*
9 *Ecclesia est duplex, & vtraque visitanda.*
10 *Missa potest quandoque sub dio celebrari.*
11 *Ecclesia quandoque reconsecratur: quandoque reconciliatur.*
12 *Ecclesia sine episcopo adificari non potest.*
13 *Missa in locis non sacratis celebrari non debet.*
14 *Altaria sine sanctorum reliquijs erigi non debent.*
15 *Celebranti si passio interueniat, alius suppleat.*
16 *Cemeterium an sit pollutum polluta Ecclesia, et e contra.*
17 *Polluitur Ecclesia per mortem etiam sine sanguinis effusione prouenientem.*
18 *Polluitur ecclesia per mortem sancti.*
19 *Ecclesia etiam non consecrata gaudet immunitate.*
20 *Deo semel dicatum ad vsum humanum redire non debet.*
21 *Ecclesia est domus orationis.*
22 *Eccclesia immunitas quibusdam denegatur.*
23 *Pœna sapientes facit.*
24 *Mansus quid signat.*
25 *Pedagia non sunt a clericis soluenda.*
26 *Excommunicationem incurrunt qui iurisdictionem Ecclesiasticam impediunt.*
27 *Repræsalia contra clericos non sunt concedenda.*
28 *Clericus coniugatus an gaudeat priuilegio Clericali.*
29 *Clerici non debent esse carnifices nec tabernarii.*
30 *Vestes aliqua sunt clericis prohibita.*
31 *Clerici non sint armati nec vsuris intenti.*
32 *Tonsura est communis clericis, & monialibus.*
33 *Aduocatus non debet pacisci super quota litis.*
34 *Sportula non debentur a pauperibus.*
35 *Consilium vendi potest.*
36 *Ludi quidam clericis interdicuntur.*
37 *Iesu nomen ab omnibus attolli debet.*
38 *Contractus in Ecclesia factus tenet.*
39 *Taberna sunt a clericis euitanda.*
40 *Annuli non sunt a clericis portandi, nisi dignitas permittat.*
41 *Clericus a iudice captus an sit statim remittendus.*
42 *Medicina pracepta sunt diuina conditioni contraria.*
43 *Clericus non potest esse principis secularis iusticiarius.*
44 *Monachi firmas tenere non debent.*
45 *Tabellionatus officium est clericis interdictum.*
46 *Iurisdictio tẽporalis si competat clericis per quos puniunt malefactores.*
47 *Canes, & accipitres clericis habere non licet.*
48 *Negocia secularia sunt clericis interdicta.*

Septimo quæro principaliter quis ordo, & modus in visitando seruari debeat? Respondeo quod ordo, & modus est vt prius seipsum visitet, de quo supra. q. 3. principali in princ. secundo si est prælatus maior debet visitare capellam Ecclesiæ suæ, eum quo facit v-
1 num corpus. c. nouit. de his quæ fiunt a prælato. c. cũ non deceat de elec. lib. 6. ergo merito prius visitandum est secundum Io. An. per d. c. Romana de censi. li. 6. deinde clerum, & Ecclesias ciuitatis suæ diocesi, deinde prouinciam si sit metropolitanus vel primas, & si sit legatus natus vel alias totam patriam suæ legationi subiectam. d. c. Romana, quod verum intelligit Host. si subsit facultas, & commoditas, alias non est necessarium, quem sequuntur Io. Mo. & Io. An. ibidem Idem etiam Host. in summa de censi. in fi. & §. qualiter. uer. sed nunquid legatus vult quod legati eandem formam in visitando etiam monasteria, & hospitalia teneantur seruare quam archiepiscopi de qua in d. c. Romana. Dicũt tamẽ doctores quod delegatus ad visitandum tenetur seruare formam mandati si aliqua formalis specialis in mandato continetur per c. cum dilecta de rescriptis, & c. pisanis de restitu. spo. cum similibus, etiamsi sit datus ab alio quam a Papa,
2 ita tamen quod delegans non committat id q̃d non potest de iure patronatus. c. quod aũt, triplici ratione. Prima quia vices Papæ gerit. 93. d. ca. si. Secunda quia maior est episcopo, de offi. dele. c. sane. 2. qui non includitur sub clausula generali de sen. exc. quam periculosum, & de offi. dele. c. quia pontificali. l. 6. Tertia quia Romana Ecclesia contra se vel suos non consueuit rescribere; de censi. cum instantia. Dicunt etiam quod forma de qua in d. c. Romana, non est seruanda in religiosis vt ibi patet in fi. & in c. i. singulis, de sta. mo. Dicunt etiam quod regulariter denunciatio idest proclamatio quæ fit in capitulo non requirit glossas, quia non secundũ iuris subtilitates sed secundũ obseruantias regolares, &
3 diuersas religiosorum institutiones de pleno, & simpliciter expeditur eorum visitatio, in qua nõ est appellatio admittenda. cap. ad nostram, de appel. & cap. reprehensibilis, & ca. cum speciali, in fi. & de accu. qualiter & quando 2. ad fin. Dicunt tamen quod si prælatus quamuis religiosus in peccato mortali constitutus vel infirmatus incorrigibilis sit: & propter hoc a suo subdito appelletur: debet prælatus vel appellationi deferre vel pro tanto excessu satisfacere compelletur, de ap. de priore, quia nec ad talem pertinet indi
4 cialis correctio. 3. q. 6. iudicet. Dicũt etiam quod reli-

religiosi sunt misericorditer corrigendi, & non more latronum in grauem carcerem detrudendi, secundum morem praue consuetudinis quæ quasi pro lege in quibusdam ecclesiis etiam inoleuerat. de stat. regul. ea quæstio. 1. responso, & nimis grauis correctio prælati de consilio capituli sui est temperanda. dict. capitul. reprehensibilis. §. final. de his quæ fiunt a prælato. capitul. nouit. & capitul. ea noscitur.

Requiritur etiam quòd consuetudines, vel institutiones per quas fiunt visitationes, & correctiones religiosorum, sint approbatæ, & rationabiles. dict. capitul. Romana in fin.

Deinde incidenter quæro quando dicatur
5 Archiepiscopus plene † visitasse suam Ecclesiam, & clerum ciuitatis, vel diœces. Respondeo, quando nulla parochia remanet non visitata, dummodo commode visitari possit, & secure. capit. Romana, ibi secure, nam ad impossibile non tenetur. de regul. iur. non potest, & visitationis causa subsit. Et sunt hæc redigenda ad bonum arbitrium secundum Innoc. vnde dicit Hostiens. quod non dicetur non plena visitatio, quia due, vel tres pauce remaneant visitande, allegatio. de consecrat. distinct. 2. re vera coniunctim cum capit. 56. distinctio. ieiunium, & capitul. bone. 2. de postul. præ. de quo vide in prohemio Gregoriano in vltim. glo. allegat Archidiac. 7. quæst. 1. denique in princ. ibi omni semini Israel.

Subdit Hostiens. quod in his inspiciendus est modus regionis. ff. de vendit. inspir. leg. 1. §. personaliter, pro his facit, quod not. in arbore consanguinitatis secundum Ioan. Andr. Et dicentur visitata etiam loca quæ ex causa etiam conuocauerit ad visitationem suam. per notata in dict. capit. Romana. in gloss. in verbo visitatus, & non sufficeret conuocasse Synodum annuam, de qua in capitul. cum olim. de accusatio. quia in tam breui tempore non potuisset inquisitio fieri singulorum, & quia ibi non veniunt omnes clerici qui sunt visitandi, sed ad prouinciale, & quia subijcienda
6 da † est res oculis, & præsentia visus operatur. not. gloss. in ver. plene. in dict. capit. Romana.

Et idem Innocen. Hostiens. Ioann. Monac. & alij ibi, & licet tale concilium examinet, & corrigat de vita non solum suffraganeorum sed subditorum suorum, vt ibi patet, & de præbend. graue. 18. distinct. per totum, non superflue facit; nam quæ non perpendet Archiepiscopus in transeundo, videbit forte prouinciale Concilium.

Item quamuis Archiepiscopus possit visitare singulis annis, non tamen sequitur, quòd visitet, vt docet experientia, quia vt plurimum abstinent, quare vtilis fuit vtraque prouisio de concilio, scilicet, & visitatione secundum Ioann. Andr. in capitul. fin. de censi.

7 Quæro etiam an ex quo Archiepiscopus aliquem de diœcesi suffraganeorum visitare cæpit antequam postea, siue totum, siue partem eius visitauerit reuerti possit causa visitationis ad illam, priusquam omnes reliquæ ipsius prouinciæ diœceses in toto, vel in parte quas statim visitare poterit, fuerint visitate? Respondeo non dict. cap. Roman. ver. ex quo. Et est duplex ratio, prima ne illa diœcesi grauetur, secunda ne aliorum visitatione negligatur, quæ tamen sunt cæpta sunt complenda C. de emenda. insti. co. l. cordi. ad Syllan. l. vlt m. § fin. facit de rescriptis super literis; per hoc videtur quòd sufficiat si reliquas diœces. suffraganeorum etiam in aliqua parte visitauerit licet non in toto, ad hoc vt possit iterare visitationem, etiam eodem anno, quod credo concurrentibus his de quibus in §. postquam, hoc intelligo quod non potest reuerti eodem anno, sequenti vero sic, per capit. fin. de censib. in sexto, & sentiunt gloss. in ver. recipit, & in vers. sua. in dict. capit. Romana, ibi vel in illa visitatione, &c. & ibi & secundum modum superius dictum secundam visitationem incipiat. & probat text. ibi priusquam &c. & gloss. in verb. requisitus ibi cum per exitum renunciauerit visitationi illius anni &c. & facit de re iudi. quod ad consultationem.

8 Quæro an si Archiepiscopus non compleuit visitationem omnium diœcesim suffraganeorum suorum, possit redire ad visitandum partem alicuius diœcesi intermissam?

Respondeo non, nisi forte illa pars intermissa indiguerit plus alijs visitari aliquo casu superueniente, vel ex antiquo, secundum Ioan. Monac. quia tunc altero de tribus concurrentibus poterit redire.

Primo si a loci diœcesano fuerit requisitus.

Secundo si de omnium aut maioris partis eiusdem prouinciæ processerit consilio & assensu, ad quod ipse se debet exhibere pronum, ne animarum profectus aliquatenus negligatur, quem totis viribus procurare debet officium pastorale. cap. cum Apostolus. §. cum vero.

Tertio si malitiose se reddant difficiles suffraganei in præstando assensum: & ipse Archiepiscopus super hoc licentiam a sede Apostolica postulauerit: quam postulare debet confidenter, quia de facili hoc conceder, nec requiret probationem. Hostiens. in dict. cap. Romana. §. quòd si forte. nec tunc similiter præiudicat ad redeundam ad finiendam visitationem reliquarum quia hoc facit de iuris licentia secundum Hostiens. ibi in ver. intermissa.

Verum quoniam difficile esset formalem ordinem per omnia seruare, sicut in alijs processibus seruari oportet, de quo plene in capitul. cum dilecta. de rescript. 43. distinctio. sit rector in fin. tertia quæstio. quarta, in grauibus, secunda quæstio. prima, in primis. de consecrat. distinctio. secunda in Christo pater. l. quoties. ff. de vsufruct. l. hæredes in fin. ad Tre. cum multis similibus, tamen circa duo dico esse aliqualem ordinem in procedendo seruandum per visitatores.

9 Primo scilicet circa Ecclesiam materialem.

Secundo circa misticam, materialis est structura, & ornatus templi, mistica vero parochianorum &c.

Circa primam ergo debet visitans ante omnia oculis proprijs velle conspicere structuram Ecclesiæ.

Et vbi Ecclesiæ destructæ sunt, aut plures quam necesse sit, aut maioris magnitudinis quam, vt ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint: eius prouidentia modus inueniatur qualiter consistere possint. c. omnes. de conse. dist. 1. In destructis autem, & combustis

Digitized by Google

ecclesijs in capella si qua est cum tabula con-
10 secrata † potest celebrari: donec ipse ecclesiæ
restaurentur: sic & in itinere vbi ecclesia fue-
rit sub dio, & in tentorijs si tabula altaris
consecrata, cæteraque sacra mysteria ad offi-
cium pertinentia ibi adsint: potest missa cele-
brari. capitu. concedimus. ead. dist. super mo-
numenta verò in campum non licet celebra-
re. capit. non opem. ead. distinct. Et quomo-
11 do ecclesia † instaurata iterum consecrari pos-
sit, vide in. capit. de fabrica. ead distinct. quia
si motum fuerit altare, denuo est ecclesia con-
secranda, si autem soli parietes moti sunt: tunc
est tantum reconcilianda: si autem homicidio
vel adulterio est violata, diligentissime expur-
getur &cæter. ecclesijs enim semel Deo sacra-
tis non debet iterum consecratio adhiberi vel
reconciliatio: nisi ab igne exustę, aut sangui-
nis effusione aut cuiusque semine fuerint pol-
lutę: vel fuerint ecclesiæ Arrianorum, capit. si
motum cum sequentibus. eod. distinct. Vbi au-
tem dubitatur de consecratione ecclesiæ vel al-
taris, debet consecrari, & altaria superflua
abijci. capit. ecclesiæ. ead. distinct. Et aduerte
12 quod nemo ecclesiam † ædificare debet, an-
tequam episcopus ciuitatis veniat ibidem,
& crucem figat, & publice atrium designet,
& ante præfiniat qui vult ædificare quæ ad lu-
minaria & custodiam, stipendia custodum
sunt necessaria: prout in. capit. nemo. ead. di-
stinct. & auctoritate Apostolica est consecran-
da ecclesia. capit. de locorum cum pluribus se-
quen. ead. distinct. dum tamen non pro quæ-
stu. capit. si quis. & singulis annis dedicationes
ecclesiarum ibidem sunt solemniter celebran-
dę. capit. solemnitas cum sequen. ead. distinct.
13 Non potest etiam alibi † celebrari quam in al-
tari consecrato, & in locis sacratis, vt in capit.
sicut. cum sequen. ead. distinct. alias punitur ce-
lebrans. capit. nullus, sicut etiam punitur eri-
gens in ecclesia consecrata aliud altare quod ab
episcopo loci non fuerat sanctificatum vel per-
missum: vt sit discretio inter sacrum & non sa-
crum, similiter & benedicens. capit. nullus, nec
est consecranda ecclesia in qua infidelium ca-
dauera sunt sepulta. capit. ecclesiam. cum se-
14 quen. ead. distinct. Sunt etiam euertenda † al-
taria quæ sine Sanctorum reliquijs eriguntur:
capit. placuit. ead. distinct. & adde quòd etiam
altaria sunt crismatis vnctione consecranda:
dum tamen sint lapidea & aliter non. capit. al-
taria, cum sequen. ead. distinct. nec in priuatis
oratorijs sine consensu episcopi licitum est ce-
lebrare: licet sit licitum orare. cap. vnicuique
cum seq. ead. dist.

Adde etiam quòd non in serico sed in panno
lineo est consecrandum. capit. consulto. Et quòd
non licet celebrare nisi a ieiunis, & quòd post-
quam celebratum est in die Cœnæ Domini: si
aliquorum pomeridiano tempore defuncto-
rum siue episcoporum siue cæterorum commen-
datio facienda est: fiat solis orationibus. capit.
sacramentum. ead. distinct. Et si passio aliqua
15 † celebranti interuenerint: per alium supplean
tur missarum solemnia, & quæ vinum ponit
suppleat vsque ad finem. capit. nullus. ead. di-
stinct. Et non minus quam coram duobus est
celebrandum vt verificetur, dominus vobiscum
&cet. capit. episcopus. ead. distin. cum sequen. &
quòd in omnibus missis debet fieri oratio pro
defunctis: non tamen eorum sunt nomina reci-
tanda ante consecrationem. capit. visum cum
sequen. ead. distinct.
16 Et attendendum circa † cęmeteria quòd pol
luta ecclesia sanguinis vel seminis humani ef-
fusione non occulta: cęmeterium contiguum
censetur esse pollutum, vnde antequam per e-
piscopum fuerit reconciliatum, non debet in
eo aliquis sepeliri: secus si fuerit remotum ab
ecclesia: Econtra autem polluto cęmeterio non
censetur polluta ecclesia, quamuis sit conti-
gua: ne minus dignum maius, aut accessorium
principale ad se trahere videatur: ex pluribus
tamen cęmeterijs vno etiam contiguo (medio
tamen pariete separato) violato: alter non cen-
setur violatum: licet de vno ad alterum per
portam inter mediam habeatur accessus. capit.
1. de consecr. eccles. vel alta. libr. 6. si ergo pol-
lutio fuerit occulta: vel non fuerit seminis ef-
fusio, aut sanguinis humani iniuriosa: non
sunt ecclesia vel cęmeterium reconcilianda.
17 Si tamē ibi † suffocaretur quis cum tersorio ad
collum propter criminis horrorem esset recon-
cilianda secundum Hug. in capit. ecclesijs. de
consecrat. distinct. 1. & probatur in capit. pro-
posuisti, vbi dicitur propter homicidium &
vulnera reconciliandam ecclesiam, nulla fa-
cta mentione sanguinis. Et si vulneratus ex-
tra ecclesiam, fugiat ad illam, & ibi sangui-
nem spargit: non reconciliatur ecclesia, licet
econtra sic, vel cum sanguinem colligit in scu-
tella. Si autem supra tectum pone cum sagit-
ta homo interficiatur, dicit ibidem Hug. non
esse ecclesiam reconciliandam: quia extra ec-
clesiam videtur factum. Et idem si ibi sanctus
18 homo † occidatur: quia actio displicuit, licet
passio grata fuerit, locus tamen sanguinis non
lauabitur. Et idem si vir cognoscat vxorem
ibidem. vt not. in dict. capit. in ecclesijs. &
in dict. capit. 1. libr. 6. nam alias licita, ex lo-
co fiunt non licita. 2. quæstio. 7. accusatio. de
immunit. eccles. capit. 1. Idem si ibi fuit ali-
quis excommunicatus sepultus. capitul. con-
suluisti. eod. tit. Adde quòd semper cęmete-
rium eodem priuilegio gaudet cum ecclesia.
17. quæstio. 4. quisquis. & capit. id consti-
tuimus. not. in capit. cum ecclesia. de immun.
eccles.

Attendendum est etiam circa immunitatem
19 ecclesiarum quòd † ecclesia in quæ diuina
mysteria celebrantur, licet adhuc non conse-
crata, gaudent immunitate, quia ea quæ sunt
obsequijs diuinis dedicata, nullis sunt temera-
rijs ausibus prophananda. capit. ecclesiæ. de
immunit. eccles. sequitur ergo quòd si non-
dum essent ibi diuina officia celebrata, quòd
tunc sanguine vel semine polluta non debe-
ret reconciliari. capit. fin. de consecrat. eccles.
vel alta. de consecrat. distinct. 1. ecclesiam.
& confugientes ad ipsam priuilegium immu-
nitatis non haberent. capit. inter alia. de im-
munit. eccles. & not. in dict. capit. ecclesiæ, &
non committeretur ibi sacrilegium. Semel e-
20 nim Deo † dicatum Sanctum Sanctorum
erit Domino. 12. quæstio. 2. nulli. vnde ad
vsus prophanos redire non debet. de rerum
permutat. mancipia. de religiosis domibus.
ad hæc, & in regula semel Deo. cum si. Et
ideo in domibus ecclesiarum neque missus
executor vel officialis, neque comes vel iu-
dex publicus, vel minister quasi pro consuetu-
dine placitum vel hospitium possunt sibi ven-
dicare,

Digitized by Google

dicare: sed in publicis locis debet domus con-
stitui: vbi placitum teneatur & hospitium. ca.
21 pit. 1. de immunit. eccle. cum ecclesia † Dei do-
mus orationis esse debeat, & non spelunca la-
tronum, vel sanguinis forum, & absurdum est
& crudele ibi iudicium sanguinis exercere vbi
est tutelæ refugium. capit. cum ecclesia. eod.
tit. Quoniam secundum leges & canones fu-
giens homo ad ecclesiam, quantumcunque gra-
uia crimina perpetrauerit: non est violenter ab
ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad
mortem, vel ad pœnam aliquam: sed rectores
ecclesiarum sibi obtinere debent membra &
22 vitam: licet sit alius ex arbitrio puniendus† nisi
publicus latro vel nocturnus populator agro-
rum, qui a pluribus extra cogitant quam alij. vt
in. ca. inter alia. de immunit. eccle. & 17. quæst.
4. diminuit cum multis alijs ibidem, quia tales
possunt impune occidi, & sine peccato. 23. q.
5. cum homo. C. quando licet sine. indic. vni. se
vin. l. 1. & idem de raptoribus virginum. 36.
q. 1. t. de raptoribus. Idem credo de faciente
aliquem occidi per assassinos: cap. pro humani
de homicidio, & in hæretico & scismatico.
cap. 1. de scismati. lib. 6 & in occidente Cardi-
nalem. capit felicis. de pœnis. eod. libr. & in oc-
cidente episcopum cler. 1. de pœnis & cæter. Si
vero seruus fuerit fugiens ad ecclesiam, post-
quam de impunitate sua dominus eius clericis
iuramentum præstiterit: redire compellitur, vt
in. d. cap. inter. & C. de his qui ad eccle. confu-
giunt. l. præsenti. Qui autem impunitatem suo-
rum excessuum per defensionem ecclesiæ habe-
re sperant: homicidia & mutilationes membro-
rum in ipsis ecclesijs vel earum cœmeterijs com-
mittere non verentur: cum in eo, in quo delique-
runt, sint puniendi: & frustra legis auxilium
implorat, qui committit in legem: non debent
gaudere priuilegio immunitatis quo faciunt se
indignos. capit. fin. eod. tit. quia sub spe veniæ ne-
mo debet delinquere. capit. illud. de cleric. ex-
communic. minist. de consecr. distinct. 4. quan-
doquis, ne facilitas veniæ præbeat incentiuum
delinquendi. 33. quæstio. 4. est iniusta, & quia
non iure ad supplicandum debet admitti: vbi
quis committere sacrilegium non expauit. 17.
23 quæstio. 4. corpus & se. & vt: qui fuerunt stul-
ti in culpa sint sapientes in pœna 38. distinct.
qui ea.

Attendendum quoque est circa immunita-
tem bonorum & rerum ecclesiasticarum quòd
24 vnicuiq; ecclesiæ † vnus mansus integer terræ,
quantitas, scilicet quæ sufficit duobus bobus in
anno ad laborandum: & absque vllo seruitio tri-
buatur: & quòd de decimis aut oblationibus,
nec dominus, areis, nec hortis iuxta ecclesiam po
sitis, neque de dicto manso aliquod seruitium
faciat nisi ecclesiasticum. capit. 1. de censi. capit.
nouum genus. d. decr. 23. quæst. vlt. §. tertium.
Item quod nemo etiam consul vel rector ciuita-
tis ecclesias, vel ecclesiasticos viros, & bona eo-
rum & pauperum vsibus deputata talijs, colle-
ctis, exactionibus, angarijs, & alijs aggrauent
sub anathematis districtione prohibeant: &
quòd iurisdictionem & auctoritatem prælato-
rum non euacuent: si prius consulto Ro. Pon.
nisi vbi laicorum non suppetunt facultates, ad
releuandas vtilitates & necessitates communes
aliquando episcopus cum clero duxerit aliquid
conferendum laicis cum gratiarum actione, &
sine violentia suscipientibus, alias etiam conse-
quentium successores ligantur, & annullantur senten-
tiæ & statuta ipsorum. capit. non minus. & cap.
aduersus. de immunit. eccle. sicut etiam. in capit.
grauem. de senten. excommunic. & in ca. cansa
carpensis. de verbor. signific. vbi dicuntur tales es-
se raptores & sacrilegos. Item quòd si vniuer-
sitas aut singularis persona ecclesias vel ecclesia-
sticas personas suo vel alieno nomine compulle-
25 rit soluere † pedagia vel guidagia vel exactio-
nes pro rebus suis: quas causa negotiationis non
deferunt, alias personæ singulares sunt excom-
municatæ: & vniuersitas interdicta, reiecta con-
traria consuetudine. capit. quamquam. de censi.
lib. 6. Et addit cle. præsenti, eod. tit. quòd diœce-
sani quibus constat aliquos incidisse in has sen-
tentias, publicare eos debent, & ipsas senten-
tias facere obseruari: etiam si soluens non con-
queratur, propter fauorem publicum & anima-
rum periculum: maxime vbi factum est mani-
festum, parte tamen vocata, vt ibi not. Et quid
sit pedagium & cæt. vide in ca. super quibusdam
de verbor. signifi. Et adde quòd bona clericorum
eorum gaudent priuilegio, quo bona ecclesia-
rum. 16. quæst. 1. similiter. vbi notatur ratio & c.
ex literis. de pignori. & di. ca. quamquam. & 16.
q. 4. c. 1.

Seculares ergo potestates ab ecclesijs vel ec-
clesiasticis personis tallias vel exactiones pro re-
bus vel possessionibus etiam acquirendis exige-
re non possunt: nec illos compellere ad ipsas di-
strahẽdum: vel extra manum suam ponendum.
capit. 1. de censi. lib. 6. nisi prius fuissent tribu-
tariæ, vt ibi not. & capit. 1. de censib. Præcipit
etiam hodie vienen. Concilium obseruari de-
bere Concilium lateranen. sub Alexandro. 3. &
generale sub Innocen. 3. de quibus in dict. ca-
pit. non minus. & capit. aduersus de immunit.
eccle. in clemen. 1. eod. titu. de immunit. eccle-
siarum.

26 Sunt etiam excommunicati † qui impediunt
super causis quæ ad forum ecclesiasticum de iu-
re vel consuetudine pertinet literas a sede Apo-
stolica impetrari: vel super ipsis coram ordina-
rijs vel delegatis ecclesiasticis litigari. capit. quo-
niam de immun. eccle. li. 6.

Sunt etiam eo ipso excommunicati habentes
dominium, & suis subditis interdicentes ne per-
sonis ecclesiasticis aliquid vendant: aut ab eis e-
mant: neque ipsis bladum molant: panem co-
quant, aut alia obsequia exhibeant: quæ in dero-
gationem libertatis ecclesiasticæ cedunt. ca. si. de
27 censi. libr. 6. Et adde † quòd represaliæ, quia æ-
quitati & ciuili iuri sunt contrariæ, contra perso-
nas ecclesiasticas concedi, nec extendi debent, &
contra facientes (nisi reuocent infra mensem)
sunt excommunicati, & vniuersitates interdictæ.
cap. 1. de iniur. lib. 6. ne alter alterius odio graue-
tur, & ne quis locupletetur cum iactura aliena,
quod est verum etiam in hospitalarijs, templa-
rijs, conuersis, & Deo deuotis, vt ibi not. etiam si
Dominus temporalis noller iustitiam facere, de
quo. q. 2. Dominus.

Attendendum est insuper circa vitam & ho-
28 nestatem clericorum quòd si † clericus coniu-
gatus ferat habitum & tonsuram, gaudet priui-
legio clericali, & alias non. capit. 1. de cler. con-
iuga. lib. 6. Et quòd clericus ioculator anno vel
tertio monitus non desistens, ipso iure perdit pri
uilegium clericale, quod est dignitas, vt in c. 1. de
uit. & hon. cle. lib. 6. In occulto ramẽ vel in infirmi-
tate aut alterius honestę rei causa aliquid ioci fa-

cere non reprobatur. vt not. Ioann. de citatistis, & iis quæ varijs vtuntur instrumentis. 86. distinct. donatc. in 1. gloss. & in d. capit. 1.

Nec non etiam puniendos esse clericos con-
30 iugatos & alios personaliter † & publice carnificum & tabernariorum officium exercentes, qui nominatim per diœcesanos tertio moniti illud officium non dimittunt: vel dimissum reassumunt. Similiter debent diœcesani agere contra alios clericos, qui seculares actus exercent. vt in clemen. 1. de vit. & honest. cleric.

Puniendi sunt etiam clerici beneficiati vtentes in publico virgata vel partita veste. Item subdiaconi & diaconi non beneficiati & omnes clerici tonsuram publice cum tali veste portantes. Item & omnes dignitatem personatum & beneficium curatum habentes, & sacerdotes, & religiosi publice portantes talem vestem infutam seu pileum lineum in capite: & vtentes tabarde notabiliter breui integre foderato, etiam vtentes caligis scacatis rubeis aut viridibus, vt in clemen. 2. eod. tit. sunt enim tales colores inhibiti clericis. capit. penult. eod. tit. Quia qui abiectis vestibus proprio congruentibus ordini, alias in publico portare præsumit, ordinis illius prærogatiua se reddit indignum. vt ibi. facit de senten. excommunic. capit. in audientia. &. capit. si iudex laicus. eod. tit. lib. 6. Debent etiam laici circa vestium congruentiam moderari vt ibi not. 41. distinct. §. 1. & capit. patrimoniam. &. 30. distinct. si quis virorum. & capit. si qua mulier. Conforment ergo se clerici consuetudini regionis in habitu, ne videantur hypocritæ. 30. distinct. capit. si quis virorum, & ne vilescat dignitas clericalis. 80. distinct. episcopi. de quo 21. quæst. 4. in summa. non tamen habitus monachalis necessitatis timore susceptus præiudicat. capit. perlatum quod metus causa.

31 Attendant etiam puniendos † esse clericos arma portantes & vsurarios. capit. clerici. de vita & honest. clericor. &. 23. quæst. vlt. clerici. & capit. quicunque. nisi ex iusta causa, puta si per loca periculosa habeant transire propter terrorem latronum, licet percutere non debeant. argum. 23. quæst. 3. Maximianus, alias perdant priuilegium canonis. capit. si quis suadente de senten. excommunic. capit. contingit. Item puniendos esse clericos comam relaxantes, quis clericus neque comam nutrire debet neque barbam, & clerici qui comam nutriunt, etiam inuiti ab Archidiaconis sunt tondendi. capit. si quis. cum sequen. &. capit. clerici. eod. tit. Et de
32 tonsura † clericorum vide plene per gloss. in clemen. 2. eod. tit. super verbo tonsuram, & de tonsura monialium plene in clemen. attendentes de statu. regu. super verbo cornutis. debet ergo clericus tonso capite & patentibus auribus incedere. 23. distinct. non liceat. quinimmo etiam clericus coniugatus debet portare coronam. 20. quæst. 3. eos qui. &. capit. proclitus, de quo per Ioan. Andr. plene in capit. Ioannes. de clericis coniugatis, nisi ex causa, propter quod nota quendam reprehensum respondisse Papæ.

Turpis vt peterem laici sub imagine Romam,
Fas fuit vt finerem luxuriare comam.

vt no. in. d. ceosque. & de vit. & honest. cleric. si quis ex clericis.

Attendant etiam quòd cum ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere, & quia ad hoc clerici sunt ecclesiastici reddituus deputati, vt ex ipsis honeste viuere debeant, quòd iudices vigorem iudiciorum gratis studeant litigantibus impertiri, cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat: etiam sub nomine assessorum, & venales sententiæ etiam a legibus secularibus reprobentur. capit. cum ab omni de vita & honest. cleric. ac etiam quòd
33 † aduocatus super certa parte litis cum cliendulo non pacifcatur. l. si quis aduocatorum. C. de postulan. sic nec fideiussor iudicatum solui. ff. mandati. l. si remunerandi. §. marchus. Encenia etiam non licite capiuntur. ff. de offic. proconsul. l. senatus. §. fin. Est ergo adhibenda moderatio, ne litigatoribus enorme damnum infligatur. argu. 10. quæst. 3. ca-
34 pit. illud. vbi pauperes sunt litigantes, † debent etiam iudices a sumptibus abstinere, quia nec tunc ordinarij habent sportulas, in authentico de mandatis princip. §. sit tibi quoque collat. 3. Iurisconsultus tamen bene potest vendere iustum consilium. 11. quæst. 3. capit. non licet. 14. quæst. 5. non sane. nam spe præmiorum inuitandus est assessor. C. de assesso. l. 1. &
35 ideo potest petere † mercedem pro labore suo proprio, quia suis sumptibus ad hoc non cogitur. 24. quæst. 1. iam nunc. & nemo de suo beneficium facere cogitur. 10. quæst. 2. præcaria. de præscrip. cum ex officij. 12. quæst. 2. charitatem.

Attendant etiam ad extirpandas consuetu-
36 dines & † corruptelas ludorum theatralium, & ludibriorum, spectaculorum, & laruarum, quæ in ecclesijs fiunt in certis festiuitatibus, & ne in sacris constitutis exerceant, ne per huiusmodi turpitudinem ecclesiarum decor & honestas inquinetur. c. pi. cum decorem. eod. titu. Non tamen prohibetur repræsentatio præsepis Domini, H[illegible] odis, Magorum, & quomodo Rachel plorauit filios suos & cæter. quæ tangunt festiuitates illas, de quibus ibi fit mentio, cum tales potius mentem vulgus ad compunctionem quam ad voluptatem, sicut in pascha sepulchrum & alia repræsentantur ad deuotionem excitandam. artic. 8. de consecr. distinct. 4. semel. & distinct. 3. quætis in fin. est namque festum signum & repræsentatio præteritarum rerum. 76. distinct. quod die dominico.

Et quoniam domum domini decet sanctitudo, & vt cuius in pace factus est locus eius cultus sit cum debita veneratione pacificus, humilis, & deuotus, ad ecclesias debet esse ingressus, & in eis deuota conuersatio & Deo grata inspicientibus placida, quæ considerantes non solum instruat, sed etiam reficiat conuenientes ibidem, nomen illud quod est super omne nomen, a quo aliud sub cælo non est datum hominibus, in quo saluos fieri cre-
37 deutes oportet, videlicet † Iesu Christi qui saluum fecit populum suum a peccatis eorum, speciali reuerentia omnes attollant, & quod generaliter scribitur vt in nomine Iesu omne genu flectatur & cet. singuli singulariter in seipsis implentes, præcipue dum aguntur missarum solemnia, gloriosum quandocunque illud nomen recolitur, flectant genua cordis, quod ex capitis inclinatione testentur. Et attendantur in locis eisdem sacra solemnia intentis præcordijs: & deuo-

& deuotis orationibus insistatur, & nullus in
locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota
conuenit celebrari seditionem debet excitare:
conclamationem mouere: impetum ve committere, cessare debent in illis vniuersitatum, &
societatum quarumlibet consilia, conciones, &
publica parlamenta: vana, fœda aut prophana colloquia, consabulationes quælibet: &
quæcunque alia, quæ diuinum solent turbare officium, aut oculos diuinæ maiestatis offendere: & ne vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut peccata
deprehendantur committi, cessare etiam debent
in eis, in cemiterijsque negotiationes, & præcipue nundinarum ac fori cuiusque tumultus, &
omnis secularium iudiciorum strepitus, nec vlla ibi causa per laicos præsertim criminalis terminari, & ordinarij locorum hoc debent facere
obseruari: & suadenda suadere, & prohibita
compescere, alias tales processus & sententiæ
fiont nullæ &cet. prout in. cap. decet. de immun.
eccle. libr. 6. Et licet contractus extraiudiciales
38 † in ecclesijs fieri non debeant & facientes peccent, facti tamen tenent vt ibi no. in glo.

Attente etiam prouideant quòd clerici officia
vel commercia secularia non exerceant maxime
inhonesta, mimis, ioculatoribus, & histrionibus
39 non intendant: & † tabernas prorsus euitent,
nisi forte causa necessitatis in itinere constituti,
& quòd ad aleas & taxillos non ludant: nec huiusmodi ludis intersint in quibus blasphematur
Deus cum sanctis suis. C. de aleatoribus. l. 1.
quæ inc pit; alearum vsus antiqua res est. &cet.
alias si quid vicerint, restituere compellãtur. Et
quòd coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officijs ecclesiasticis & alijs bonis
studijs exerceant diligenter: & quòd clausa deferant desuper indumenta nimia breuitate vel
longitudine non notanda: & quòd paonis rubeis
aut viridibus, nec non manicis aut sotularibus
consuticijs, frenis, sellis, pectoralibus, calcaribus
deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus
non vtantur, & quòd cappas manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam non gerant, sed
nec alibi qui sunt in sacerdotio & personatibus
constituti: nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari, & quòd fibulas omnino non
ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatas,
40 sed nec annulos nisi quibus competat ex officio
dignitatis. Pontifices autem in publico & in ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur:
nisi monachi fuerint, qui debent ferre habitum
monachalem, & quòd palijs diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum vel ante
pectus hinc inde connexis. cap. clerici. eod. tit. Et
quod tertio moniti si prætermissis diuinis officijs negotiationibus secularibus institerint non
debent vt clerici defendi, cum facto abijciant
priuilegium clericale. cap. fin. eod. tit. Alias ergo
si iudex laicus malefactorem captum tenet di-
41 centem se † esse clericum cum huius rei cognitio ad ecclesiasticum iudicem spectet, si notorie
vel publica fama, vel communi estimatione
habetur pro clerico: statim debet illum remittere. Idem si prius se gerebat pro clerico: & modo captus fuit in habitu clericali, sed si prius se
non gerebat pro clerico, licet in clericali habitu deprehensus fuit: non fiet remissio, donec fuerit de clericatu probatum, interim tamen iudex
contra eum in nullo procedet. capit. si iudex laicus. de senten. excommunic. lib. 6. & in cap. vt famæ. eod. tit. Et quoniam indignum est clericis ab
ecclesia subueniri: per quos constat in ecclesia
scandalum generari: denunciandum est omnibus clericis ne ministri laicorum fiant: nec in rebus procuratores existant, alias istis in fraude deprehensis per ecclesiam non debet subueniri. ca.
2. ne clerici vel monachi.

Occasione etiam scientiæ spiritualis ecclesiastici viri mundanis rursus actionibus non debent inuolui sub obtentu languentium fratrum
consulendi corporibus, & quod per eos etiam
ecclesiastica negotia fideliter pertractentur, quos
diabolus decipit sub angeli lucis specie se transfigurans, & ideo regulares propterea non sunt
ad legendas leges & confectiones physicales
ponderandas de claustris suis educendi. capit.
non magnopere. eod. titu. Et adde quod contra-
42 ria † diuinæ conditioni sunt medicinę præcepta: a ieiunio reuocant, lugubrare non sinunt,
ab omni intentione meditationis abducunt ita
quòd qui se medicis dederit seipsum sibi abnegat. capit. contraria de consecrat. distinct. 5. Sed
43 nec † procurationes villarum aut iurisdictiones
etiam seculares sub aliquibus principibus secularibus vt iustitiarius eorum fiat clericus quisquam potest exercere. cap. sed nec. eod. ti. alias &
ipse & alij clerici causa lucri negotiantes
sunt excommunicandi. Prohibentur etiam mo-
44 nachi ne † a clericis vel laicis firmas habeant
suo nomine: neque laici ecclesias ad firmam
teneant. cap. secundum. eod. tit. alias monachis se
non corrigentibus loco eorum alij iusti debent
subrogari, vt labores impiorum edant, & illi tandem confusi robore ad sui ordinis obseruantiam
reuertantur. cap. relatum. Clericis etiam in sacris
45 ordinibus constitutis † per suorum beneficiorum subtractionem etiam tabellionatus officium
est interdicendum: maxime si competentia beneficia habent etiam in causa ecclesiastica & spirituali & coram ecclesiastico. ca. sicut. eod. tit. &
ibi not. Et adde quòd c. si. quod interpretatur. c.
non magnopere. eod. tit. quod etiam clericis interdicit audire leges vel physicam, non comprehendit obtinentes parochiales ecclesias: nisi fuerint plebani ecclesiarum sub se capellas habentium: in quibus instituantur clerici perpetui nequeuntes ab ipsis absque rationabili causa amoueri. c. 1. eod. tit. lib. 6.

Excommunicandus etiam est religiosus qui
habitu dimisso ad studia literarum accedit absque licentia sui prælati, atque maioris partis conuentus, similiter & doctores, qui tales in scholis suis legum & physicę admittunt. c. 2. eod. tit.
46 libr. 6. Possunt tamen clerici † temporalem iurisdictionem obtinentes iniungere suo officiali
vt de maleficijs inquirat, & iustitiam faciat
absque metu irregularitatis: licet exinde sequatur pœna mortis vel sanguinis. cap. fin. eod. titu.
libr. 6. Similiter etiam possunt de suis conqueri
malefactoribus coram iudice seculari, etiam de
criminibus de quibus debetur pœna sanguinis
expresse protestando quòd ad pœnam sanguinis
non intendunt. cap. prælatis de homicidio. eod.
lib. alias vero non licet clericis iudicium sanguinis agitare: nec officium vice comitis, aut præpositi secularis exercere; nec sententiam sanguinis dictare, aut sanguinis vindictam exercere:
nec literas scribere pro vindicta sanguinis destinandas: nec sibi in cuiusque principum licitum
est hanc curarum sollicitudinem subire: nec ruptarijs, balistarijs, aut viris sanguinis præesse:
nec vllam cirurgię artem exercere quæ adustionem vel incisionem inducit: nec super purgatio-

Digitized by Google

nem aquę feruentis aut frigidę: seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis impendere, aut consecrationis. vt. cap. clericis. & cap. sententiam. eod. tit. Quinimmo nec † canes aut accipitres ad venandum eis licitum est habere, alias enim sunt puniendi, vt in capit. 1. de clerico venatore, omnibus enim seruis Dei venationes & siluaticę vagationes cum canibus, accipitribus, aut falconibus sunt interdictę: vt in capit. fin. eod. tit. Nemo ergo militans Deo † potest se negocijs secularibus implicare: quæ multa sunt, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia: quicquid enim plus iusto homo appetit, turpe lucrum est, scilicet munera iniusta accipere, vel dare pro aliquo seculari quæstu: aliquem precio inducere ad malum: contentiones lites vel rixas amare: in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum; conductores rerum secularium esse, aut procuratores, turpis verbi vel facti ioculatorem vel iocum seculare diligere, aleas amare: ornamentum suo proposito inconueniens quærere: in delicijs viuere velle, gulam & ebrietatem sequi: pondera iniusta vel mensuras habere. Iustum tamen negocium non interdicitur propter diuersas necessitates, sed quibuslibet causis superfluis interesse: canes & aues sequi ad venandum, & his similia, vt plenius habetur in capit. 1. ne clerici. vel mo. Sufficiant autem hæc quo ad ordinem quendam generalem magis publicum circa ecclesias & clericos per visitatores seruandum gratia breuitatis, cetera sparsim in inferioribus quæstionibus supplebuntur.

47 (margin) 48 (margin)

De potestate Visitantium. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici sunt ad continuam residentiam compellendi.*
2 *Clerici multi a residentia sunt excusati.*
3 *Curati omnino tenentur residere.*
4 *Ordines suscipere compelluntur clerici quandoque.*
5 *Ecclesia parochialis non perditur per non premotionem nisi integre sit lapsus annus.*
6 *Eligere nemo potest, nisi saltem sit subdiaconus.*
7 *Horę cum deuotione & integra prolatione sunt dicendæ.*
8 *Officium nocturnum & diurnum est studiose & deuote celebrandum.*
9 *Diuinis nolle interesse graue crimen est.*
10 *Cessatio a diuinis non fiat nisi multis concurrentibus.*
11 *Interdictum violans est irregularis.*
12 *Archidiaconus est episcopi vicarius.*
13 *Archidiaconus est oculus episcopi.*
14 *Archipresbyter quod officium habet.*
15 *Corpus Christi semper sit in sacrario.*
16 *Archipresbyteri rurales quid facere debent.*
17 *Primicerij officium.*
18 *Sacrista seu thesaurarij officium.*
19 *Custodis officium.*
20 *Discretio est mater virtutum.*
21 *Eucharistia & crisma diligenter custodiatur.*
22 *Hostiam sacram humiliter debemus adorare.*
23 *Diaconus Christi corpus potest ad infirmos ferre.*
24 *Festi Corporis Christi institutio.*
25 *Vasa & reliqua ecclesiastica munde conseruentur.*
26 *Canonizat sanctos solus papa.*
27 *Festa xij. apostolorum & quatuor doctorum sũt festa duplicia.*
28 *Dies dominici cum multis alijs sunt feriandi.*
29 *Ieiunia præcepta sunt denuncianda.*
30 *Carnes die mercurij non edentes laudandi sunt.*
31 *Imagines sanctorum sunt honorandæ.*
32 *Dulia non est in latriam conuertenda.*
33 *Crux Christi est honoranda.*
34 *Pax quare datur in fine missæ.*
35 *Monachi sunt mundo mortui.*
36 *Visitatorum officium est latissimum.*
37 *Beneficia sunt personis idoneis conferenda.*
38 *Iurisdictio voluntaria vbique potest expediri.*
39 *Lis quando dicitur pendere.*
40 *Vicarius episcopi an possit beneficia conferre.*
41 *Motus proprius non ampliat gratiam.*
42 *Vicarij plures ab eodem constitui possunt.*

OCtauo quæro principaliter de omnimoda potestate visitantium? Et quoniam in hac quæstione habet relucere visitantibus cunctis columna ignis, & lucerna ardens, & illuminans omnes tenebras: ideo pro responsione conabor sumere ordinem necessariũ per quem recte dirigantur. Respondeo ergo primo, q; eorum potestatem primo debent exercere in capitulo
1 suæ cathedralis Ecclesiæ, compellendo † omnes prælatos ad continuam residentiam faciendam, siue sit Cardinalis vt in cap. ex gestis. de cle non resid. siue sint archiepiscopi vt in cap. qualiter. eod. tit. siue episcopi, vel alij prælati. c. ex tuæ. eo. tit. siue sit Ecclesiæ etiam maior decanus vel archipresbyter. c. ex parte. eo. tit. siue sint canonici aut alij assisij, vel mãsionarij. ca. pen. eod. tit. siue alij quicunq. assecuti beneficia, quæ residentiam exigunt. cap. fin. eod. tit. alias debent eos priuare seruatis his de quibus in dictis iuribus: maxime vbi est constitutio Ecclesiæ de faciendo residentiam, & præsertim iuratam: vt ibi. Exceptis primo.
2 † his, quæ in Apostolicæ sedis seruitio detinentur: vel quos infirmitas excusaret. capit. ad audientiam. eod. tit. & capit. cum dilectus, ex quo vniuersaliter se exhibent obsequiales, & negotia ecclesiæ promouent: vt ibi. Item exceptis his qui suorum beneficiorum iura fideliter prosequuntur ca. ex parte. eod. tit. Item exceptis his vno vel duobus qui in seruitio episcopi, & prælati existant. c. de cetero, & d. ca. ad audientiam. eod. tit. Item exceptis his, quibus indulgetur: vt gratia studiorum excusentur dummodo non in fraudem. cap. tuæ. eod. tit. vel ex alia honesta, & iusta causa. cap. inter quatuor. eo. tit. nisi quando ecclesia ex hoc fere esset destituta ministris. cap. pen. eod. tit. dum tamen in præmissis casibus pec alium congruę deseruiatur Ecclesiæ. d. cap. pen. saluis tamen distributionibus quotidianis quæ alias manualia beneficia, seu victualia nuncupatur: & tantum interessentibus tribuuntur in præmissis casibus vel alijs priuilegiatis: qui consequuntur in absentia fructus beneficiorum suorum: nec ad residentiam compelli possunt, aut ex non residentia priuari d. ca. de cetero, & cap. vno, de cler. non residen. lib. 6. vbi tollitur contraria consuetudo: nisi tenor priuilegij aliter se haberet, vt ibi no. vel nisi infirmitas, vel alia iusta

sta & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusaret: & alias receptorum dominium non acquirunt, nec sua fiunt, sed ad restitutionem tenentur, & idem de distributionibus, quæ dantur pro anniuersariis defun-
3 ctorum vt ibi. Et aduertendum quod omnes † promoti ad parochiales ecclesias omnino tenentur in eisdem personaliter residere: vt regimen, & curam gregis sibi traditi diligentius regere possint. cap. licet canon, verbis etiam de elect. lib. 6. præterquam in casu c. extirpandę. §. qui vero. de præben. vbi p t vicarium residere possunt, quando, scilicet dignitati, vel præbendæ parochialis ecclesia est annexa, quo casu conceditur vt qui habet talem præbendam vel dignitatem cum oporteat eum in maiori Ecclesia deseruire, possit in ipsa parochiali Ecclesia idoneum & perpetuū habere vicarium canonice institutum, qui congruentem habeat de ipsius Ecclesiæ obuentionibus distributionem. Item in casu quo ordinarius super residentia faciendam gratiam dispensationis ad tempus facit. d. ca. licet canon in fin. ex causa tamen legitima puta studiorum & non vltra septennium, vt in cap. cum ex eo. eod. tit. quia nec Papa super non residentia dat perpetuas indulgentias, & datas per prædecessores reuocabit, vt in cap. vlt. de rescrip. lib. 6.

Secundo debent omnes prælatos, & alios beneficiatos ad beneficia certos ordines requiren-
4 tia compellere † ad suscipiendos ordines eisdem dignitatibus, & beneficijs annexos. cap. quæris, de ætat. & qualit. Et habentes dignitates, & parochiales ecclesias etiam ex caussa studiorum compellere ad ordinem subdiaconatus suscipiē dum infra annum a tempore suæ promotionis: ne (sicut a multis de Christi patrimonijs sublimatis olim factum esse dignoscitur) a statu clericali valeant retrocedere. Interim tamen debent prouidere quod per bonos, & sufficientes vicarios ab eis in huiusmodi ecclesijs deputados animarum cura diligenter exerceatur: & deseruiatur laudabiliter in diuinis. Illisque de ipsarum ecclesiarum prouentibus necessaria congrue ministrentur. Et nisi tempore dispensationis elapso, ad requisitos ordines infra annum se faciāt promoueri: ipsis beneficijs ipso iure sunt priuati: possuntque dicta beneficia, & debent alijs conferri. c. cum ex eo. de elect. lib 6. nam si archidiaconus in diaconum, & decanus & reliqui nō fuerint ad ordines beneficiis annexos ordinati: etiā appellatione reiecta, & absque admonitione elapso anno ipso facto cadunt a iure suo: & debent talia beneficia conferri alijs qui velint, & possint suum officium diligenter implere. d. cap. licet canon, per quod in pluribus supplentur. c. cum in cunctis de elect. & alii canones ibidem in glo. allegati. & cap. 1. cum seq. de temp. ordin.

5 In parochialibus autem expectandus † est lapsus integri anni, qui currit a tempore quo promotus possessionem pacificam est adeptus: vel cum per eum stetit quo minus haberet eandem, iusto impedimēto cessante, puta infirmitatis, &c. vel nisi secum sit dispensatum vt in cap. commissa. eod. tit. de elect. lib. 6. Nec lapso anno poterit eidem de nouo fieri collatio: ne v tbis, & non rebus videatur lex imposita: & fiat ludibrio. Et si ad parochialem promouetur: & fructus primi anni tantum consequatur: tenebitur ad restitutionem eorum: cum illos receperit fraudulenter, & conferens incurret pœnas, de quibus in d. cap. commissa. §. porro vsque ad fin. Et vt hi qui di-
6 uinis in † cathedralibus vel collegiatis secularibus vel regularibus ecclesijs sunt mancipati: ad suscipiendos sacros ordines propensius inducantur prohibetur vt nullus vocem habeat in capitulo, etiam si hoc sibi ab alijs libere concedatur: nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus, & illi qui dignitates, personatus, officia, vel præbendas, qui bus certi ordines sunt annexi, pacifice obtinent; nisi iusto impedimento cessante ad huiusmodi ordines se fecerint promoueri infra annum: ex tunc donec ad eos promoti fuerint, similiter nullo modo vocem in capitulo habere debent, ipsisque distributionum quæ dantur his qui certis horis intersunt: pars dimidia subtrahitur, non obstantibus quibuslibet contrarijs consuetudinibus vel statutis, vt in cle. vt hi qui, de ętat. & quali. Regulares autem qui ad prioratus promouentur: etiam compelli debent vt ad sacerdotium promoueantur: & in illis personaliter resideant: quod si cessante probabili causa non fecerint, eo ipso nulla etiam monitione præmissa, prædictis prioratibus sunt priuati quibus etiam iterato ea vice nullatenus conferri possunt. cle. t. in §. ceterum. de stat. monac quinimmo ad ampliationem cultus diuini ad monitionem abbatis quilibet monachi ad omnes sacros ordines debent promoueri cessante excusatione legitima. d. cle. in §. ad ampliationem.

Tertio debent compellere omnes prelatos canonicos & reliquos Ecclesię ministros vt modestiam ordinis clericalis non abijciant: sed offerant Deo sacrificium laudis fructum labiorum
7 suorum, in puritate conscientiæ, † & cum deuotione: & horas canonicas dicere seu psallere: non transcurrendo, vel syncopando, vel extranea (vt plerunque sit) aut verba prophana & inhonesta intermiscendo colloquia, nec tarde ad chorum conuenire, nec ecclesiam ipsam absque rationabili causa ante finem officij exire, nec aues ad ecclesiam portare, aut portari facere, nec canes secum ducere venaticos, nec quasi nihil prætendentes de clericali militia in corona vestibus & tonsura excedere, nec in diuinorum celebratione nimis indeuote interesse: nec in certis eorum festiuitatibus, dum in ecclesijs debent insistere diuinis, in ipsis, earumque cemiterijs, choreas facere dissolutas: nec canere cantilenas: aut alias insolentias perpetrare, ex quibus ecclesiarum & cęmeteriorum violationes, inhonesta variaque delicta quandoque sequuntur, & ecclesiasticum quandoque perturbatur officium in diuinæ maiestatis offensam, & astantium scandalum populorum, nec in ecclesijs cum vasis, vestimentis & ceteris ornamentis ad cultum diuinum necessarijs indecentibus deseruire, vtque pensatis ecclesiarum facultatibus, semper cum omni diligentia & omni negligentia & in cultu penitus relegata debent prouidere vt in cathedralibus regularibus & collegiatis ecclesijs horis debitis deuote psallatur, in alijs vero conuenienter & debite celebretur diuinum diurnum & nocturnum officium; & in alijs quæ ad diuinum cultum & morum reformationem pertinent: ac ecclesiarum & cęmeteriorum respiciunt honestatem, canonum statuta facere irrefragabiliter obseruari. clem. 1 de celebr. miss. Similiter compellant ne-
8 dum prælatos sed quosque clericos, vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose pariter & deuote celebrent, nec expendant fere medietatem noctis circa commessationes superfluas, & confabulationes illicitas & alia tacenda: & somno residuum relinquētes vix ad diurnum officium ad concen-

concentum auium excitentur: transcurrendo vndiq. continua sincopa matutinum, aut missarũ solemnia vix quater in anno celebrantes, & (ꝙ
9 deterius est) interesse contemnentes, † etsi quã do dum hæc celebrantur choro intersint: silentium fugientes, intendunt exterius collocutionibus laicorum, & auditum ad indebitos sermones effundentes, aures intentas non porrigunt ad diuina, vt hæc & similia fugiant: alias puniantur prout in c. dolentes. de celeb. Mis. vel vt saltem seorsum dicant, aut legant simul omnes septem horas canonicas, consulant propter superuenientes occupationes, & prout traditur in ca. 1. eod. tit. de celebra. mis.

Districtius etiam inhibeat ne a seculari vel a regulari capitulo collegio seu conuentu Eccle-
10 siæ † cuiuscunque cessationes a diuinis non vocaris omnibus prout sunt pro electionis negocio vocandi, & deliberatione habita diligenti, & episcopo, alio-ue quocunque clerico, siue laico, cuiusque dignitatis, præeminentiæ, conditionis aut status existat, propter cuius iniuriam vel offensam eadem videtur cessatio facienda, post prædictas vocationem & deliberationem de cessando habitam requisito, ꝙ irrogatam iniuriam vel offensam emendet, aliquatenus attentent, neque tunc etiam si emendam inde habuerint, vel per eos steterit quo minus habeant competentem, alias infra vnius mensis spacium pars vtraque videlicet qui cessant, & propter quorũ factum a diuinis cessatur (nisi superueniente cõcordia inter eos cessatio illa cesset.) iter arripiant ad Apostolicam sedem saltem per procuratores idoneos cum munimentis, & actis necessarijs: & continuatis diebus quam cito poterint commode se Papę repræsentent: alias puniuntur prout in cap. præsenti. de off. ordin. lib. 6. saluis nihilominus pęnis, & alijs circa hoc statutis in cap. si canonici. eod. tit. & lib. & in cap. irrefragabili ad fi. eod. tit. in antiquis. in §. ceterum, & de appel. dilectis. secus tamen est in generali cessatione in loco de qua in c. non est. de sponsa. & de verb. signif. cum in partibus: quando scilicet habet effectum interdicti, quia indicta ab eo qui
11 potest. vnde † violans illam esset irregularis: sicut violans interdictum, vt probatur in clem. 1. de senten. excomm. not. Ioan. And. in nouella in gloss. 4. post Innoc. in d. c. si canonici. adde. cap. quæsiuit de his quę fiunt a maio par. capit.

Quarto debet compellere prælatos Ecclesiæ ad eorum officium debite exequendum. Et primo archidiaconum qui debet esse præordinator
12 in cunctis, vt sciat se esse † vicarium episcopi in omnibus: & omnem curam in clero, tam in vrbe quam extra, ad se pertinere: tam circa eorum conuersationem quam circa onus & restaurationem ecclesiarum, & doctrinam ecclesiasticorum, & ceterarum rerum studium, & ꝙ etiam delinquẽtium rationem coram Deo redditurus est, & sic circuendo parochiam vniuersam, cuncta quæ reparatione indiget ad vicem sui episcopi corrigat & emendet. capitul. primo, de offic. archidiac. Et vt Euangelium legat, vel alicui de diaconis legendum præcipiat. Et vt quando episcopus missam canit, ad iussionem illius induant se leuitę vestimentis sacris: & ordinet qualiter cum Pontifice ad missam procedant: omne Ecclesiasticum officium prouidendo: & lectiones, & responsoria in matrice Ecclesia dare debet & auscultare: ita vt nullus Euangelium, aut Epistolam, responsoria, vel quamlibet in ecclesia lectionem legat, & cantet: donec auscultetur ab ipso, & ordinet quis accolytorum candelabra: & quis thuribulum deferat: quisve minorum in ecclesia aliqua officia agere debeat. ca. officium. eod. tit. Et vt proprie ecclesiæ vel ea quæ de diuersis ecclesijs sunt collecta cimilia, idest omnia vasa ecclesiæ sub omni sollicitudine & fide seruentur. cap. ea quæ. eod. tit. Et vt
13 tanquam oculus † episcopi examinet clericos cum fuerint ad sacros ordines promouendi, vel eis fuerint beneficia conferenda vt in c. ad hæc. eod. tit. Et installet Abbates & Abbatissas. ca. vt nostrum. eod. tit. Prohibeat vero Archidiaconis ne sine licentia & mandato episcopi pręsumant alicui committere curam animarum, etiam sub obtentu alicuius consuetudinis. c. cum satis. eo. tit. Item ꝙ in aliquos sententias non promulgẽt nisi de consensu episcoporum. capit. archidiaconis. eod. tit. & non pluries quam semel in anno visitent. cap. mandamus. eod. tit. nec concedant literas commendaticias, vel ad ordines. ca. significasti. eo tit. nec in monasterijs aliam iurisdictionem sibi vendicent quam ipsos archid. vel prædecessores suos in eisdem monasterijs dudum habuisse constiterit. cap fin. eo. tit.

14 Secundo † archipresbyterum siue decanum: qui debet subesse archidiacono, & eius pręceptia sicut episcopi obedire, & super omnes presbyteros in ordine positos curam agere, & assidue in ecclesia stare, & in episcopi sua absentia eius loco missarum solennia celebrare: seu collectam: aut alij celebrandam iniungere. cap. 1. de offic. archipresbyteri. Item vt diligenti cura prouideat ministerium sacerdotum Cardinalium, qui solemne debent agere officium in communicatione corporis, & sanguinis Christi a sacrosancto die Dominico incipiendo per omnes horas canonicas indeclinabiliter perseuerent, & vt opus Dei digne, & sancte perficiatur ab eo cui committitur. Et prouideat vitam Sacerdotum Cardinalium præceptis obtemperando episcopi: ne aliquando cedant, aut scurrilitate torpeãt. & absente episcopo exceptis prohibitis prouideat cuncta quæ in sacerdotum ministerio perfici debent: fontes benedicendo: infirmos oleo perungendo, pęnitentes reconciliando, consulto episcopo pęnitentias cunctis alijs sacerdotib. iniungendo, & in præcipuis solemnitatibus celebrando solemniter missam: aut alii iniungendo celebrandam, cap. 2. eod. tit. Et vt archipresbyteri de vrbe benedictiones presbyterales in ecclesia tradant. & quãdo ipse missam celebrat, præcipiat sacerdotibus vt induant se sacris sacerdotalibus vestimentis: & ꝙ ad missam proce-
15 dant. Et vt præcipiat custodibus ecclesiæ, vt in sacrario Eucharistiæ corpus Christi propter infirmos non desit, & vt præcipiat sacerdotibus, & prouideat ne forte sine confessione, vel confirmatione, aut sacramento Christi Corporis, & sanguinis moriantur, & vt confessiones a foris venientibus recipiat, cum omnibus sacerdotibus: & alia de quibus in c. officium. eo. tit. Et
16 vt † archipresbyteri rurales constituantur in singulis plebibus propter assiduam erga populum Dei curam qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant: inimo etiam presbyterorum qui per minores titulos habitant vitam vigili circũspectione custodiant. Et quanta vnusquisq; industria opus domini exerceat, vt episcopo suo renunciet: quia etsi etiam valde idoneus sit Episcopus: decens est vt cum alijs sua onera partiatur, vt in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo, dummodo contra decretum episcopi aliquid ordinare

dinare

Digitized by Google

dinare non præsumat.cap.fin.eod.titul.
17 Tertio † primicerium: vt sciat se subiectum es
se archidiacono,& præsit in docendis diaconis,
& reliquis ecclesiasticis in ordine positis:& disci-
plinę,& custodię insistat, redditurus pro anima
bus eorum rationem, & vt ipse diaconibus do-
net lectiones ad nocturna officia,de singulis stu-
dium habens. Et in quibuscunque rebus capa-
cem sensum habeat, absq. vlla negligentia, vel
vt alios indicat instruendos.ca.vno.de offic.pri-
micerij.
18 Quarto † sacristam, vt sciat se subiectum ar-
chidiacono,& vt curam & custodiam habeat sa-
crorum vasorum,vestimentorum, & totius the-
sauri ecclesiastici,& eorũ,quæ ad luminaria per
tinent,scilicet cerę,& incensi,vt in capit.vno, de
offic.sacristæ.
19 Item custodem † cui omnia quæ ecclesię cõ-
petunt, custodienda committuntur, vt obediat
archidiacono. Et in horis canonicis signa tin-
tinnabulorum pulset, vel eo iubente ab alio pul
sentur,pallam vel linteamina altaris & vtensi-
lia cuncta ecclesiæ munda indesinenter custo-
diat,& peruigil existat in accendendo, & extin-
guendo lampades,& lucernas,ne supra modum
lucendo oleum depereat: aut minus lucẽdo ob-
20 scura sit ecclesia, hæc omnia † cum discretione
agantur quæ noscitur omnium virtutũ esse ma-
ter, quod si repertus fuerit esse minus aptus,consti-
tuatur alias,vt omnia in laudem Dei fiant. ca.1.
de offic.custodis. Debet ergo custos esse sollici-
tus de omni ornamento ecclesiæ, & luminarijs
siue incenso. Et panem & vinum omni tempo-
re præparatum ad missam habere, & per singu-
las horas canonicas signum ex consensu archi-
diaconi sonare,& omnes oblationes & eleemosi
nas ac decimas cum eiusdem consensu absente
episcopo inter fratres diuidere. Et ad præmis-
sa officia compellat tales ordinari, quales me-
liores, & sanctiores esse viderint: vt nulla ne
gligentia in sancta ecclesia videatur,& inter hos
tres, archidiaconum,archipresbyterum & cu-
stodem non sit inuidia neque zelus: sed si-
mul iuncti vno animo cuncta prouide agant, &
perfectè. cap.fin.eo.tit.Et in his & alijs compel-
lat omnes ad obseruandas laudabiles ecclesiæ
consuetudines.
Statuit etiam generale Concilium, vt in cun-
21 ctis ecclesijs † Crisma & Eucharistia sub fideli
custodia clauibus adhibitis conseruentur:ne pos
sit ad illa temeraria manus extẽdi ad aliqua hor
ribilia vel nephatia exercenda, alias incautus cu
stos ponatur.vt in c.1.de custo.eucha.
Item debet presbyter semper habere Eucha-
ristiam paratam,vt quando quis infirmatur,sta-
tim eum communicet,ne sine communione mo
riatur.cap.presbyter de conse.dist.2.Et qui bene
non custodierit sacrificium: & canis vel aliud
animal illud comederit, vel perdiderit in eccle-
sia, & pars eius si ceciderit inuenta non fuerit,
habet penitere;vt in c.qui bene.ea. dist.
Statuit etiam Honorius III. quod a sacerdotibus
Eucharistia in loco singulari mundo & signato
semper honorifice collocata deuote ac fideliter
conseruetur. Et quod sacerdos quilibet fre-
quenter doceat plebem, vt cum in celebratione
22 † missarum eleuatur hostia salutaris,se reueren-
ter inclinet hoc est flexis genibus. Idem faciãt
cum eam portat presbyter ad infirmum: quam
in decenti habitu supposito mundo velamine fe
rat, & referat manifeste ac honorifice ante pe-
ctus,cum omni reuerentia & timore, & semper
lumine præcedente:cum sit candor lucis eternæ,
& ex hoc apud omnes fides, & deuotio augea-
tur:& transgressores puniãtur prout in c.sane de
celeb.miss.vbi glosa ponit orationem per omnes
dicendam tempore eleuationis sacrificij. Non
enim debet per laicos ad infirmos deferri, sed
presbyter hoc debet facere.cap.peruenit.de con
23 sec.dist. 2. vel † diaconus si necesse est. 93. dist.
præsente.& c.diaconus.vt no.gl.in d.c.1. de cu-
sto. eucha.reiecta hæresi Beguinarum de qua in
cle.ad nostrum.vers.4 de hær.
24 Statuit etiam † Concilium Viennen. quod feria
quinta post Dominicam de Trinitate hoc est o-
ctaua Penthecostes,solennissimum officium fie-
ri vniuersaliter debeat per octo dies continuos
in honorem tam salutaris, & preciosissimi Sacra
menti cum spiritualibus indulgentijs in clem. si
dominum, de reliquijs,& vene. sanctorum.
25 Debent etiam prouidere prælati † vt omnes
ecclesiæ mundæ conseruentur, & vt vasa mini-
sterij.& vestimenta ministrorum, ac pallę alta-
ris,& corporalia munda custodiantur:ne aliqui-
bus sint horrori. Et ne suppellectilia tam sacer-
dotis quã aliena in ecclesijs admittãtur: nisi pro-
pter hostiles incursus, aut incendia repentina,
vel alias vrgentes necessitates ad ecclesias opor-
teat habere recursum: sic tamen, vt necessitate
cessante eędem res in loca pristina reportentur.
Nimis enim videtur absurdum vt oratoria,vasa,
corporalia & vestimenta prædict: munda & ni-
tida non conseruentur, sed sordes in eis negli-
gantur: quæ dedecent in prophanis. Debent e-
nim vestimenta ecclesiæ honesta esse, & hone-
ste teneri.cap.fin.de custo. eucha. & c.vestimẽta
de consec.dist.1.licet in ecclesijs iudicium eccle-
siasticum valeat exerceri,vt not. in d. cap. fin.&
c.præceptum.2. quęst.2.sed nõ iudicia secularia,
vt in cap.1.de immun.eccl.non in cap. decet.eo.
tit.lib.6.
Debent etiã publice inhibere ne aliquod cor-
pus tanquam sanctum veneretur absque aucto-
ritate Romanæ ecclesiæ.cap.1.de reliq. & vene.
26 sanct. Cum ad solum Romanum Pontificem
pertineat sanctos canonizare: & venerari man-
dare,vt ple.no.glo.in c.gloriosus. de reliq.& ve-
ne.san.lib.6.quæ docet canonizandi formam.
Prouideant insuper ne antiquę reliquię am-
modo extra capsam vllatenus ostendantur: nec
venales exponantur. Et quod reliquias de nouo
inuentas nemo publice præsumat venerari: nisi
prius auctoritate Rom.Pont. similiter approba-
te, & quod prælati non permittant eos qui ad eo-
rum ecclesias causa venerationis accedunt, fig-
mentis aut falsis documentis decipi,sicut in plu-
ribus locis occasione quæstus fieri consueuit. ca.
fin.de reliq.& vene.sanct.non obstantibus qui-
buscunque miraculis, quoniam etiam miracula
quandoque fiunt per malos vt ibi not.& in c.te-
neamus 1.q.1.
Prouideat etiam quod festa sanctorũ duodecim
27 Apostolorum † nec non quatuor Euangelista-
rum videlicet, Petri, Ioannis, Iacob Zebedei,
Andreæ,Philippi, Thomæ, Bartholomęi, Mat-
thęi,Iacobi Alphei,Simonis, Iudæ & Matthiæ,
Marci,& Lucæ,nec non quatuor doctorum ec-
clesiæ videlicet Gregorij, Augustini, Ambrosij,
& Hieronymi, singulis annis in eorum festiuita
tibus in vniuersali ecclesia sub officio duplici,
per omnes orbis ecclesias in perpetuum solem-
niter celebrentur.d.c gloriosus. Similiter & om-
nes solemnitates aliorum sanctorum quas singu
li episcopi in suis diœc. cum clero & populo col-
lauda-

Digitized by Google

laudauerint, quæ vicinis tantum circumotantib.
indicanda sunt non generaliter omnibus. Indu-
28 cant etiam † ac feriandum singulis annis om-
nes dies Dominicos a primis vesperis vsque ad
secundas vesperas, necnon festum Natalis Do-
mini, S. Stephani, S. Io. Euangelistæ, sanctorum
Innocentium, Sancti Syluestri, Octauæ Domi-
ni, idest Circuncisionis, Epiphaniæ Purificatio-
nis Sanctæ Mariæ, Sanctum Pascha cum tota
hebdomada. Rogationes cum tribus diebus, A-
scensio Domini, dies Pentecostes, Sancti Ioan-
nis Baptistæ, duodecim Apostolorum: & maxi-
me Petri, & Pauli qui mundum sua prædica-
tione illuminauerunt, Sancti Laurentij, As-
sumptio Sanctæ Mariæ, Natiuitas Sanctæ Ma-
riæ Virginis, Dedicatio Basilicę Sancti Michae-
lis Archangeli, & Dedicatio omnium Sancto-
29 rum & Sancti Martini. Et † ieiunia quæ sunt de
præcepto quando fuerit denunciandum, denun
ciari, vt ab omnibus obseruentur, vt de his om-
nibus patet in c. pronunciandum. de consec. d. 3.

Prouideant ēt, q̄ ab oib. obseruentur cęrimo-
niæ ab Ecclesia per consuetudinē introductę lau
dabilem, ad deuotionem augendam: de quib.
in Missali, & in Pontificali, scilicet benedictio cā
delarum in die Purificationis Mariæ: & Palma-
rum, in quinta Dominica Quadragesimæ, &
Letania maior in festo Sancti Marci cum pro-
cessionibus, & baptismus Crucis in nocte Epi-
phaniæ, & benedictio Agni, & Ouorum in Pa-
schate: & Panis, & aliarum frugum in alijs so-
lemnitatibus sicut facit Papa de benedictione
Agnus Dei in Sabbato in Albis primo anno As-
sumptionis suæ. Et quòd tollerentur Mediola-
nen. omittentes primos quatuor dies Quadra-
gesimæ, laudentur ieiunantes semel in quali-
bet hebdomada iuxta cursum dierum Annun-
30 ciationis Virginis, & non † edentium carnes
die Mercurij, & aliæ omnes similes laudabiles
deuotiones & consuetudines: iuxta no. in ca. 1. de
purg. post partum, & quarta distinctione deni-
que, & capit. fin. de baptismo, & capit. 1. de ce-
lebrat. Miss. Et licet nimia religionum diuersi-
tas a iure reprobetur. capit. fin. de reg. & capit. 1.
eod. titul. lib. 1. vbi not. quòd omne nimium est
malum, & quid agendum sit circa profitentes re
ligiones non approbatas ibidem prouide stato-
tum est: tamen si qui vel si quæ sint fideles, qui
vel quæ promissa vel non promissa continentia
honeste in suis conuersantes hospitijs pęniten-
tiam agere voluerint, & virtutum domino in
humilitatis spiritu seruire, hoc eisdem licet, pro-
ut ipsis Deus inspirat. vt in clem. cum de qui-
busdam in fin. de relig. dom. dum tamen fiant
sine pręiudicio parochialium Ecclesiarum iuxta
plene no. in cle. dudum. de sepulturis.

Prouideant quoque districtius prohibentes
31 † detestabilem & horrendam indeuotionē om-
nium, qui Crucis, Beatæ Virginis, Omnium
Sanctorum imagines, seu statuas irreuerenti au-
su tractantes in contemptum prosternunt in ter
ris, vrticis, spinisque supponunt, & contra ta-
les procedant ad pęnas de quibus in capit. si ca-
nonici in fin. de offic. ordin. lib. 6. nam imagines
adorare debemus propter reuerentiam illorum
quos figurat imago, quod enim facit scriptura
legentibus, hoc pictura cernentibus idiotis, de
32 consecrat. distinct. 3. perlatum, ita † tamen
quod duliam in latriam non conuertamus de
consecrat distinct. 3. venerabil. & ideo prohibent
ciuiles leges ne signum Saluatoris in solo, vel si-
lice, aut marmoribus humi positis sculpatur, vel
pingatur. C. nemini licere signum salua. l. vna,
facit. l. 1. in fin. C. de his qui ad statuas confu-
giunt.

Mandent etiam festum Inuentionis Sanctæ
Crucis celebrari. de consecrat. distinct. 3. Crucis
33 quam videmus in singulis particularibus † Ec-
clesijs depictam in altum erigi, quia cum prius
esset supplicium latronum, transiuit ad frontes
Imperatorum secundum August. & si tantum
honorem Deus contulit supplicio, quantū con-
fert seruo suo? Et quadruplicem causam quare
Christus Crucis mortem elegit, ponit gloss. in
verbo Cruci. in clem. 1. de Summa Trinitate,
subdens etiam Crucem quatuor lignorum ge-
nera habuisse, scilicet cedrum in stipite, palmam
in pallo per longum. cipressum in ligno ex trans
uerso, oliua vero in tabula super Crucem loco
quarti brachij, & datur versus.

Ligna Crucis palma, cedrus, cypressus, oliua.
Adde quod festum Inuentionis Sanctę Crucis
quarto nonas mense Maij celebrari mandatur,
vt in c. Crucis, de consecr. distin. 3. Et quod post
34 omnia mysteria missæ confecta † pax populo im
partiri & inter se sacerdotibus tradi, est neces-
sario indicenda, per quam constet populum ad
omnia quæ in mysterijs aguntur in Ecclesia, prę
buisse assensum, ac finita esse pacis concludentis
signaculo demonstrentur. cap. pacem. de con-
secr. distinct. 2. quia per osculum consentit quis
alij vt no. 63. distin. cum Adrianus, non tamen
datur pax in Missa defunctorum, quia iam sunt
extra huius seculi perturbationes, & quiescunt
35 in domino, nec inter monachos † quia mortui
sunt mundo. 2. quæstio. 7. placuit. 16. quæstio. 1.
placuit.

Et pro huius quæstionis absolutione conclu-
36 do potestatem & † officium visitatorum velut
ordinariorum esse latissimū, & quod ad eos spe-
ctat cuncta diligenter inquirere, & rerum ordi-
nem plena inquisitione discutere, 30. quæst. 5.
indicantem. Item tutum locum partibus assi-
gnare. 2. q. 2. cap. vlt. de appel. ex parte, timorem
a testibus, & partibus remouere. 3. quęst. 9. hor-
tamur. de sponsa. cum locum, dilationes prout
viderit expedire, moderari de appellat. cap. cum
sit Romana. ff. de re iudicat. l. 2. ff. de iudic.
l. nonnunquam. 5. quęst. 3. si ægrotans. Item in-
cidentes, vel emergentes quæstiones per suam
interlocutoriam terminare, & interlocutorias cū
expedire viderit, reuocare. de ord. cog. ca. 1. ff. de
re iudi. l. quod, iussit de re iudi. c. ad Apostolicæ.
lib. 6. Item negocia sententialiter diffinire iuxta
ordinem. cap. fi. de re iudic. lib. 6. Et suas senten-
tias, ac suorum delegatorum: ac etiam delega-to
rum principis si eis iniunctum fuerit, executioni
debitę demandare. de offic deleg. c. quærenti. pa
storal. & c. si quando, & omni reiecta nullitatis
exceptione, præterquam ex iurisdictionis defe-
ctu. vt no. in cle. vt calumniis. de re iud. Ac etiam
lata prima sententia in Rom. Curia sequestrum
super beneficio & fructibus apponere, dummo-
do possessor contra quem solum apponi debet
triennio non possederit, quod sequestrū violans
cadit a iure suo, & alias pęnas incurrit, de quib.
in cle. ad compescendas, de sequest. poss. & fru-
ctuum. Item curam omnimodam subditorum
habere debet. 8. q. 1. qui Episcopatum. Item sin-
gulos iuuare & cunctis velle prodesse. 8. q. 1. cle-
mens. Item alienam necessitatem suam existima
re. 86. dist. fratrem. Item ius vnicuique tribuere.
12. q. 2. cum deuotissimam. C. de app. eos qui, &
sine delectu personarum. de iudic. nouit. de stat.
mon.

Digitized by Google

mon.c.fin. Item delinquentes cannonice punire. de off.ord.c.1.& c.irrefragabili,& scelera inquirere in quolibet loco suæ diœc. non exempto. ca. cum Episcopus.de offic.ord.lib.6. Item gratis,& sine expensis ius reddere, de vit.& hon.cler.cum ab omni. Item in correctionibus, & pœnis misericordiam adhibere. 48.dist.omnis. & ca.licet de pur.c.inter sollicitudines. Item omnia benefi-
37 cia † ad suam collationem spectantia conferre: dum tamen non conferat personis minus idoneis scientia, moribus, vel ætate, ne Ecclesię grauia propter hoc (vt docet experientia) perferat in spiritualibus, & temporalib. detrimenta. cle. 1.de ætat.& qualit.cum concor.etiam si ipse extra diœcesexistat, cum collatio beneficiorum sit
38 † voluntariæ iurisdictionis: quæ vbique potest expediri.no.gl.in cap.nouit.de offic.leg.per cap. post electionem,in parte decisa,de concess. præben.etiam si fit in Ro.curia absq; eo quod exeat muros vrbis prout plures faciunt per no. per Io. And.in cap.si Apostolicæ.de præben.lib.6.in nouella,dum tamen nō vacauerit in curia propter decretum irritans,de quo in c. licet. de præben. in 6.quod decretum ligat etiam ignorantes, vt plene no.in c.quia cunctis,de concess.præb.eo.li. Et dicitur vacare in curia si ibi resignatur, etiam si alibi fuerit datum mandatum ad renunciandum in curia, vt ibi habetur in nouella: licet infra mensem Papa non contulerit, cum hodie reuocatum sit.capit.statutum.eod.tit.de præben. lib.6. dum tamen super beneficio non pendeat lis in curia.cap.1.& 2. vt lite pen. lib.6.& in cle.
39 1.eod.tit.Et † dicitur lis pendere statim facta citationis executione.cle. 2.eod. tit. si tamen lis sit super titulo beneficii: & non super priuatione. vt no.in d.c.2.vt lite pen.lib. 6. nisi tamen causa priuationis etiam concerneret nullitatem tituli, vt videtur no.Io. And.in c.licet. de offic. vicarij. lib.6.Et huiusmodi facultatem conferendi bene
40 ficia † non censetur prælatus dedisse,per quodcunque generale mādatum: nisi illud exprimat, sicut nec facultatem admittendi resignationes, nec auctorizandi permutationes, nec corrigendi,vel deponendi,aut priuandi.c.licet.& c. fi.de offi.vica.lib.6.& cle.1.de rerum permut.dum tamen mandatum non detur ad vnicū beneficium conferendum antequam vacet, prout plene habetur in c.fi.de concess.præb.quia nec datū mandatū a patrono similiter teneret,nisi prout plene habetur in c.fi.de institutionibus, & quod dictū est de beneficio litigioso intelligitur iuxta text. in cle.1.vt lite pen.

Debet etiam ac potest intendere circa assignationem partis prouentuum Ecclesiarum facienda prælatis vel vicarijs ipsarum per patronos ecclesiarum,siue soleant siue non soleant ipsarum onera supportare, vt in cle.1.de iure patr.& quādo instituit præsentatum debet proponere edictum:salua tamen contraria consuetudine, sicut quando confirmat electum.c.fi.de elect.lib.6.

Potest etiam prouidere de beneficijs nouiter creatis post datas gratiarum, licet in dubio præsumantur ante datam creata, ut plene habetur in cle.fi.de rescriptis, & hospitalibus,ad quæ nō
41 se extendunt gratiæ † etiam motu proprio, qui non ampliat gratiam, licet tollat subreptiones. c.si motu proprio,de præb.lib.6.& quæ in dubio pmuntur hospitalia,vt plene in cle.per literas de præb.Quid autem alias sit præsumendū circa statum beneficiorum plene habetur in c.ne se .vac. & in c.super eo.& in c.cum de beneficio.de præben.in 6.& c.si capitulo.de concess.præb.eo.lib.

Potest et prouidere absenti, & ignoranti adeo q ante consensū prorsus vel dissensum,nihil pōt in contrarium attentari,secundū Io.Mo.in ca.si tibi absenti de præb.lib.6. facit quod habetur in c.statutum.eo.tit. Pōt etiam prouidere instituendo præsentatos per patronos seculares non obstante reseruatione,de qua in c.licet de præb.eo.
42 lib. Pōt constituere plures † vicarios principales & et foraneos. cle. & si principalis de rescriptis, qui censentur cum eodē tribunal, vt c.rō putamus.de consuet.lib.6. & vbi non appatet quis in dubio sit principalis, omnes similiter officiū debent exercere,vt ibi no.& iō hodie propter hanc incertitudinē pœnitentiaria in literis quas dirigit ad vicarios ordinariorum super dispensationib. incipit,cōplectio vel ijs & prius vicarium in prima linea,possit concedere et plures vicarios. Et adde q vicarij circa collationē beneficiorum cēsentur habere iurisdictionem delegatā. vt not.in c.fi.de offi.vica.lib.6.

Potest etiam & debet in causis beneficialib. dare pupillis curatores ad litē.c.si annum.de iudi.lib.6 ad effectum procedendi summarie,& in alijs quibusdam casibus prout in cle.dispendiosam.de iudi.& in cle.sæpe.de verb.si.Et q possit per alium legere sententiam &c.vide in ca.fi.de re iudi.lib.6.& de app.ab eius collatione. in ca.a collatione.de appel.eo.lib.

Potest denium ac debet intendere circa alia multa quæ ex his quæ in præcedentibus quæstionibus dicta sunt,& in inferioribus dicentur patebunt studiose discurrenti.

De procuratione visitantium. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Visitatus visitantem procurare tenetur.*
2 *Equorum numerus visitatoribus permissus.*
3 *Equites prælatum visitantem comitantes an debeant habere pedites.*
4 *Euectionum & personarum numerus sit equalis.*
5 *Ecclesiæ ciuitatenses procurabunt episcopum visitantem.*
6 *Populus visitatus visitantem procurare non tenetur.*
7 *Hospitalitas nemini negetur.*
8 *An procurationis nomine possint exigi damna in itinere contracta.*
9 *Expensas viarum non recuperat visitator a visitatis.*
10 *Victualium nomine quid continetur.*
11 *Episcopus cornutus vocatur.*
12 *Diœcesis non visitata visitatorem transeuntem procurare non tenetur.*
13 *Solutio præsumitur facta in causam duriorem.*
14 *Pecunia a visitatorib. vt a philosophis contemni debet.*
15 *Clementinæ quo tempore fuerunt factę.*
16 *Equorum ferraturæ an possint a visitatis exigi.*
17 *Coqui visitatoris nihil recipiant.*
18 *Procuratio vnica debetur,licet plura loca visitentur.*
19 *Pecuniæ appellatione omnis res comprehenditur.*
20 *Auaritia multa mala facit.*
21 *Diuites non coguntur vt pauperes viuere.*
22 *Pauperum substantia non est imbursanda.*

NOno quæro principaliter de procuratione visitantium (& quoniam hinc oēs lacrymę, & omnis dolor.) Respondeo non sine hęsitatione

ne quòd cum procuratio sit annexa visitationi.
1 c. cum venerabilis. de censib. ꝙ omnis † visitatus
tenetur procurare visitantem. c. cum instantia.
de censib. & quia secundum Apostolum quę spi
ritualia seminat non est magnum si metat carna
lia: & quia nemo cogitur suis stipendijs milita-
re. c. cum ex officij. de præscript. & c. cum secun-
dum. de præben. Et quoniam cauendum est ne
visitantes in procurationibus graues existant: ne
subditi ecclesiastica ornamenta exponere cōpel-
lantur, & longi temporis victum breuis hora cō-
sumat, vsq; ad extenuationem extreme virtutis.
c. cauendum. 10. q. 3. 1. q. 2. placuit. & c. inter ce-
tera. statuit Lateranen. Concilium ꝙ in illis locis
in quibus ampliores sunt redditus, & ecclesiasti-
2 cæ facultates, ꝙ Archiepiscopi parrochias ; visi-
tantes pro diuersitate prouinciarum & faculta-
tibus ecclesiarum. 60. vel. l. euectionum nume-
rum. Episcopi autem. 40. vel 50. Cardinales vero
25. nusquam excedant, Archidiaconi autem. 5.
aut. 7. & Decani, cōstituti sub ipsis duobus ęquis
contenti existant, nec cum canibus venatorijs,
aut auibus proficiscantur: nec quæratur sum-
ptuosas epulas, sed cum gratiarum actione reci-
piatur quod honeste ac competenter illis fuerit
ministratum, videtur nanque multum longe a
paterna pietate si præpositus subditis suis graues
existant quos in cunctis necessitatibus pastoris
debent more souere. Mandatur vero in paupe-
ribus locis cautam teneri mensuram, vt ex acces
su maiorum, minores non debeant grauari: ac
sub tali indulgentia illi quæ paucioribus æquis
vti solebant, propterea nō credant sibi plurium
potestatem indultam. c. cum Apostolus. de cen-
sib. qui se & suos proprijs manibus decreuit ex-
hibendos, vt locum prædicandi aufferret pseudo
Apostolis, & illis quibus prædicabat non existe-
ret onerosus. facit. c. principes. 37. dist. & 4 dist.
denique gloss. tamen in d. c. cum Apostolus, di-
cit quòd episcopi in contrarium faciunt, nam
vix cautela diuersorum cocorum eos potest sa-
ciare, vnde dicit lex quòd ex nimia ingurgitatio
ne olet os. ff. de ędil. ędict. quæ clauum. §. is cui.
alias si quis, habeant ergo pauperem cibum, 46.
dist. c. vlt. 35. dist. ecclesiæ principes. 12. q. 2. gene
ralia episcopi. laureo. quod enim prouisum est
ad leuamen non debet extendi ad grauamen.
42. dist. licet cum concor. Quòd si plures euectio
nes ducant potest denegari procuratio in super-
fluis, vt not. glo. in d. c. cum Apostolus, per iura
ibidem allegata, & sic remanet correctum. c. in-
ter cetera. 10. q. 3. & si propterea visitati excom-
municarentur non teneret sententia: nisi vt in-
fra subdam ad intellectum. ca. cum ad quorun-
dam, de exces. pręla. Patet ego ex pręmissis quòd
iuxta facultates ecclesiæ est facienda procuratio.
facit. c. sopite. in fi. & c. cum nuper. eod. tit. & se-
cundum ꝙ crescunt vel decrescunt. cap. quanto.
eod. tit. in fi. alias grauantes puniuntur in restitu
tione dupli. vt in c. procurationes in fi. eo. tit. si vl
tra debitum grauant visitatos.

Et attende ꝙ licet gl. in d. c. cum ad quorun-
dam in fi. quam sequitur Alanus videatur velle
ꝙ excommunicari possint & valeat excommuni
catio. & ꝙ ille tex. fundetur in priuilegio. Gofr.
tamen ibi. & in sum. de sen. excomm. ad fi. & ibi
Philip & de off. dele. cum contingant, tenent cō
trarium, & ita dicit ibi Bonagui. tenere curiam,
& hoc credit Io. And. verum ne illa decretalis sit
superflua, allegat simile quod dixit. de senten. ex
comm. peruenit, & eo. tit. præsenti. lib. 6. licet Vin
cen. & Hostien. hoc intelligant quando exprimi
tur error in sententia, vt si dicat excommunico
te, quia me ad procuratorem non recipis. cum l.
æquitaturis, quod non placet Io. And. ibidem.
Et attende ꝙ ex eo, ꝙ c. cum Apostolus, nil vide-
tur dicere de personis: ideo dixerint quidam ꝙ
quantus ibi exprimitur numerus euectionum,
tantus intelligitur præter sessores numerus per-
3 sonarum, vt sic quælibet † euectio habet suum
peditem custodem, absurdum. n. esset ꝙ sessores
& maxime socij prælatorum sternerent æquos
suos, & hunc intellectum videtur approbare sti-
lus curiæ: quæ sæpe scribit pro nuncio suo reci-
piendo cum quattuor ęquitaturis, & 8 personis.
Alij vero dixerit ad numerum euectionum ad-
dendam quartam partem personarum vt si. 30.
sint æqui, sint. 40. personæ, & pro hoc facit. de
sta. mo. in, singulis in princ. & sic pro tribus duce
ret vnum custodem, vel melius probat illa decre
talis ꝙ pro duobus vnum, vt ibi dixit Io. An. Di
cebat tamen Host. quòd prima opinio nimis e-
rat laxa, secunda vero nimis arta, vnde dicit hoc
boni viri arbitrio dirimendum, etiam considera
tis consuetudinibus regionum & qualitate perso
narum, habent. n. quædam regiones de consue-
tudine ꝙ quilibet æquus habeat seruientem, alię
vero habent, (& hoc est quasi cōe secundū Hos.)
ꝙ duo æqui habent vnum seruientem, his consi-
deratis arbitrabitur de pluribus aut paucioribus
sed nec omnia seruari possunt ad vnguem, si ple
runq; vnus vel duo ducantur vltra boni viri arbi
trium non est vis facienda. ar. no. in prooemio de
cretaliū in fi. quod ego dicitur in tex. cōstitutū in
telligendū est expresse quo ad euectiones, quoad
personas tacite, facit de decimis. c. int. & per hoc
videtur ꝙ id quod ibi dicitur de sentētiæ nullita
te sit restringendum ad numerum euectionum
& non personarum, qui cum sit arbitrarius, non
ita reddere potest patentem snię nullitatem, nisi
multum excederet numerus, quod pateret euidē
ter ootorium grauamen. ar. ff. qui satisd. co. si ve-
ro. §. qui pro rei qualitate. & de fi. pre. quoniā. Di
cit tamen Host. ꝙ salua interpretatione Papæ, di
ci posset ꝙ pro duob. æquis vnum pedestrem ad
plus, pro trib. vero vnum ad minus, & inter hoc
mediū quot voluerit ducere poterit, ita ꝙ in illo
numero teneret snia lata contra non procuran-
tem, vltra illū vero numerū locus esset arbitrio,
ita ꝙ snia ligaret. Superior tameo recepta cautio
ne de parcodo suo arbitrio relaxaret illā vel rela
xari faceret sine difficultate, & postea procedet
in arbitrio. ar. de sen. excom. sacro. & c. solet. li. 6.
non ego prohibetur pro illis numerū excedere:
dummodo pro illis procurationem non exigat,
vt refert Io. And. nihil tamen firmans in hoc. An
autem visitator possit procedere contra non cita
tum extra locum visitandum, vide Frede. in con
silio. 79. Et an plebanus possit excōicare sibi sub-
iectos non soluentes procurationem &c. vide per
Lapum allegatione. 28. Et si dum episcopus visi-
tat superueniunt hospites: dicit Host. ꝙ si sufficit
ecclesia tenetur ad hospitalitatem de epis. & vē.
c. 1. de sup. ne pręla. c. 2. alias sic debet eps proui-
dere ꝙ vltra vires non grauetur ecclesia. d. ca. cū
Apostolus ad fi. & remittit ad summā de off. Ar-
chid. §. qd sit eius officium ver. quęro. & de censi.
4 §. qualiter p totū. Mihi aūt † cū venia non placet
ꝙ numerus personarū excedat numerū euectio-
nū, vt probat tex. in d. c. cū ad quorundā ibi eue-
ctionum personarum, nā sternentes ęquitāt suos
ęquos proprios, de quo me remitto iudicio cuius
quę prudentis alias facile fuisset hoc in dictis iu-
ribus exprimere. Et adde ꝙ Bonifac. 8. reprobata
omni

Digitized by Google

omni consuetudine etiam, cuius in contrarium memoria non existeret, ne Episcopus Dulmen. visitans esset capitulo suo onerosus, in quædam sua extrauaganti, quæ incipit debent, &c. suorũ prædecessorum vestigijs inhærens statuit, vt cũ ad visitationem huiusmodi faciendam Episcopus descenderet, in visitationis actu duas, vel tres honestas personas clericali charactere insignitas, quarum vna ad minus esset religiosa ordinis supradicti, & vnum notarium clericum secum haberet, & non plures, reiecta etiam quæcunque compositione inter ipsos facta in contrarium, quæ extrauagans multum conformis est capitulo, vt iuxta de off. ord. quem text. etiam Ioann. Mo. dicit limitari per dictam extrauagantem in glo. super ea, vbi etiam dicit, quod excepto casu illo præscriptio, & consuetudo super numero assistentium visitanti, ita valeret, sicut præscriptio quantitatis procurationis p not. de præscript. cap. cum ex officij de censibus cum venerabilis, & Ar. ff. de vsur. qui semisses, t. responso, & quemadmodum vsusfruct. admittatur, l. is qui. Et si bene attenditur capitulum in singulis probat contrarium, ex eo, quod si Lateranen. Concilium voluisset aliter intelligere de personis, quã de euectionibus, dixisset expresse sicut ibi, & in vers. adnocent ibi, qui absque contradictione duos sibi associent.

5 Sed quęro an Ecclesiæ ciuitatis procurabunt Episcopum proprium illas visitante? Respondent Doct. quod sic per cap. venerabili, de censi. licet ita sint propinquę Episcopatui, quod ipse Episcopus proprijs sumptibus talia expedire posset, Ar. de elec. c. vt præteritæ, quod non habet obstare, sicut nec, cap. charitatem, quia non loquitur in Episcopo visitante, sed in clericis procurãtibus negocia Ecclesię secundum Ioan. Andr ibidem.

6 Quæro insuper an populus visitatus procurabit visitantẽ? Respondet Ioan. quod non, 10. quæst. 1. placuit, & sic se habet consuetudo, vt not. glo. in d. cap. Ròmana. Idem Host. & Ioan. Mo. sed Archid. contra allegans, quæ not. Host. & Innoc. de offi. ordin. inter cetera, allegat etiã, 10. quęst. 3. cauendum, & quod ibi tenet Hug. q dicit, quod vna die erit cum clericis, & alia cum laici, & eorum sumptibus, & idem not. 10. q. 1. placuit, nec est magnum si vbi seminat spiritualia, metat carnalia, 13. quæst. 1. §. 2. prout refert Ioan. Andr. in nouella in d. cap. Romana. Ioa. de Im. dicit, quod forte ista opinio est verior, de iure tamen credit, quod in practica non seruaretur propter auctoritatem glos. secundum eum, & de iure optimè probat tex. in d. cap. cauendũ, & hoc tenuit Pau. de Leazat. in quodam suo cõsilio, quod incipit, quædã monasteria, & dicit casum esse in d. cap. cauendum, contraria autem opinio procedit ex consuetudine, & ita videntur loqui glos. secundum Dominum Dominicum.

Sed quęro an Archiepiscopus ad vnam Diœc. suffragan. causa visitandi accedens si transit per aliam Diœc. sit ab illa procurandus. Respondeo non iure visitationis, quia non visitat, sed iure
7 hospitalitatis nemine deneganda hospitalitas ẽ, ca. 1. de empt. & ven. 13. dist. §. 1. cap. de Monachis, de præben. & secundum hoc idem est de Ecclesia propriè Diœc. per quam transit.

8 Secundum quid si perdit ęquum, vel soluit vecturas æquorum, vel his similia, nunquid hoc exigere poterit procurationis nomine? Respondet Innoc. quod non, quod patet secundum Archid. in §. procurationes, in d. cap. Romana, ibi. in victualibus tantum, scilicet nec omnia debet exigere cum nimio grauamine subditorum, 10. q. 3. cauendum, & cap. fin. & d. cap. cum Apostolis, §. 1. & vlt. de censi. vnde dicit Innoc. quod
9 multominus posset petere expensas, quas fecit in via eundo pro visitatione facienda, tum quia hoc nullo iure cauetur, tum quia propter id habet bona dignitatis, vt quæ ad dignitatis officiũ spectant exerceat, & talis procuratio hoc respectu potius datur in signum subiectionis, & propter hospitalitatem, quam de necessitate iuris naturalis, cum suos redditus habeat, & ideo de illis viuere debet cum pauperes visitat secundũ Doctores.

Et attende, quod quando Archidiaconi propter beati Petri visitationem denariorum collectam per Archidiaconatus suos faciunt, Ecclesias, vel Parochias in aliquo grauare non debẽt, quod si hoc fecerint, etiam hoc quod videntur habere auferetur ab eis, cap. ea quæ de censibus, & ibi not.

Et idem dico de alijs collectoribus, & subcollectoribus cameræ Apostolicæ, eadem ratione, quia sub spem tributorum non debẽt illicitè exactiones fieri, ff. de offi. præsidis illicitas, §. illicitas.

10 Et attende quod licet victualium nomine cõtineãtur esus, potus, vestis, & stramẽta, & omnia huiusmodi nominantia ad viuendum, ff. de verbo. sig. l. victus, siue hospitium, ff. de alimentis lega. l. legatis, & calciarium, & hæc non videantur remissa, etiam si de alimentis transactum sit, nisi specificentur, ff. de transac, l. cum hi. §. eum, qui transegit hęc tamen non possunt petere visitantes a visitatis, ne vltra facultates grauentur cap. cum Apostolus, & cap. sopite de censibus, vnde
11 clamat Hostien. ad Prælatum cornute, ne similiam, & mella fastidias, qui natus in paupere domo, in tugurio rusticano, &c. 12. quæst. 2. gloria, & quod confusio, & ignominia est Christũ pauperem, & esurientem, &c. 35. dist. Ecclesię principes, caue ne de te dicatur solus Episco. incumbit bonis, &c. 93. Diaconi vltra medium.

12 Et attende, quod Archiepiscopus ad vnam Diœc. causa visitandi accedens, si transit per aliam diœc. non est procurandus iure visitationis quia non visitat, ius tamen hospitalitatis nemini denegandũ ẽ, cap. 1. de emp. & ven. 13. dist. §. 1. c. de Monachis, de pręben. & secundum hoc idem est de Ecclesia propriè Diœcesis, per quam transit.

Dixit tamen Vicen. in d. cap. cum nuper, de censi. per illum tex. quod Archid. absente Episcopo constitutus Vicarius, habet potestatem duas procurationes exigẽdi, vnam scilicet nomine ꝓprio visitãdo, vt Archid. aliam nõe Episc. visitando, vt delegatus, & tanq̃ ordinarius hẽt potestatem duplicis ꝓcurationis exigendę. Et tũc si soluitur vnica tantum procuratio, in dubio videtur soluta procuratio delegationis, cui minus resistit
13 põt, eo quia in duriorẽ cãm in dubio pręsumitur facta solutio, ff. de solu. l. 1. & l. cum ex pluribus, quia tamen facta prima visitatione non hẽt, vt accedat cum desit negligentia, credo ego cõtrariũ videlicet, quod debeat sibi sufficere vna.

Quo autem tempore debeat solui procuratio visitanti singulis annis concludit Vicen. quod cu debeatur de fructibus, soluetur demum collectis fructibus, l. firmo §. 1. ff. quãdo dies lega. ce. & debet hoc pręsignificare, ff. de offic. proconsuli, l. obseruare, quia operæ non debentur, nisi cum fuerint petitæ, l. cum patronus, ff.

de operibus lib. nec solui debet procuratio per partes, ff. de operis libertorum, l. libertus. Dominus Antonius de Butrio dicit, quod procuratio danda est quando Ecclesia visitatur, & non in principio anni. vel alias alleg. it, l. in singulis, de annuis legatis, & l. illam, C. quando dies legat. ce. A pauperibus autem non est exigenda procuratio, nisi congregentur omnes simul, vt fiat exactio ab omnibus pro modo facultatis secundū Ioann. And. & Butrium in cap conquerente, de offi. ord. allegant de censi. cum instantia.

14 Et adde, quod philosophi pecuniam contempserunt, ff. de var. mu. l. in honoribus 12. q. 2. Socrates, fortius visitantes debent contenere, nam vt dicit Host. si ciuilis sapientia precio numerario dehonestari non debet, ff. de va. & extraord. cognitio. l. 1 §. est quidem, multominus canonica deprauanda, quæ multum reprehendit auaritiā clericorum, cap. ex parte, & cap. ea quæ de censibus, de decimis, cap. 1. ad fi. de offi. ord. irrefragabili in fi. quod posuit Garsias, & Ioann. Mo. in capite 2. de censi. lib. 6. & Io. And. in cap. 1. eod. tit. & lib. Et dicit Host. hoc ius nouum indictum est ad remouenda grauamina clericorum, & remittit de simo. cap. & si quæstiones. Et licet Con-

15 cilium Vien. quod fuit celebratum anno millesimotricentesimo secundo die Callen. Octobris, & terminatum fuit anno sequenti die 6. Aprilis, & sic durauit vltra sex menses, de quo in Clem. ad nostrum de cēsi. non reputet inconueniens si fragmenta, quæ de mensis visitantium, ac suorū familiarium colliguntur per ipsorum visitantiū eleemosinarios ibidem pauperibus erogentur, panes tamen integri, vel similia non poterunt erogari inuitis visitatis, prout not. in d. Clem. ad nostrum in fi.

16 Sed an pro ferraturis equorum possint visitatores aliquid exigere, aut vecturis puta salmis mulorum, Glo. in cap. exigit, de censibus lib. 6. in verbo pecuniaria post Ion. Hoft. Garf. & alios videtur tenere, quod sic, scilicet in nouella idem declarat, quod Ion. bene tenuit hæc in cap. te. in cap. procurationes de censi. intendens tantū de ea parte, quæ de legatis, & nuncijs loquitur, & super illa est glos. prædicta, & hoc forsan fecit errare Garsi. vt Innoc. allegantem, vt credidit ipsius glos. ponendo licet quo ad casum nostrum cum de visitatione loquitur teneat Iono. contrarium, vt scripsit Ioan. And. in cap. Romana, §. 1. super versic. visitatis de censi. lib. 6. & Archid. illud tenet, & facit de offi. ord. si Episnisi esset talis indigentia per quam impediretur visitatio, & ita potest intelligi glos. verba de reg. iur. quod non est.

17 Et adde quod neque coci visitatorium possont proinde aliquid extorquere a visitatis, vt probat Clem. 2. de censi. Et quod recipientes muneraspontè oblata incurrunt penas canonum, non solum exportando, sed etiam benefaciunt si abstinent a caponibus, caseis, vel flascis vini, vt no. Ioan. Andr. in d. cap. exigit super glos. 10 verbo consultæ in nouella, & pleoius in d. c. Romana §. caueant super verbo quodcunque, eodem titul.

18 Et attende, quod visitans plura loca vna die, quorum quilibet ad procurationem per se sufficeret, non potest ab omnibus nisi vnam procurationem recipere, vt notat glos. in verbo vna in Clemen. 2. de censibus, etiam vbi procuratio licitè recipi potest in numerata pecunia, vt in capite felicis in fine, de censibus libro sexto, ne sequatur absurdum, quare posset vna die omnes Ecclesias ciuit. visitare, & tot procurationes recipere, quot ibi essent Ecclesiæ, quod non est tolerandum. Numerus ergo procurationum non excedat numerum dierum, iuxta capite procurationes de censibus, & quia procuratio est accessoria visitationi, & accessorium non debet excedere principale secundum Ioan. Mo. vt no. in d. capite felic. vbi etiam putat Ioan. Andr. in nouella, quod successores pascentium, aut obseruantium soluere procurationem in numerata pecunia, ad hoc compelli non possunt, quia pactum, & obseruatio huiusmodi non potest artare successores, vt ibi, posset tamen etiam concordari de certa mensura consistentium in arridis, vel liquidis, vel de boue, pullo, vel re simili danda pro quantitate taxata, vel sine alia taxatione, dummodo seruetur moderamen, de quo in dicto capite felicis, quicquid enim habent ho-

19 mines pecunia est prima quæst. 3. totum, hodie autem per constitutionem Benedicti, quæ incipit. Vas electionis, taxata est quantitas secundum diuersitatem prouinciarum diuersa, quæ soluenda est, siue in victualibus, siue a volentibus in pecunia in qua etiam distinguitur an per se, vel per alios visitent, ibi etiam ad vnam procurationem taxatam cum per alios visitāt exigitur charitatiuum subsidium, & ibi dicit Ioann. Andr. debere videri, quia breuiter recitari non potest secundum eum in d. capite felicis in nouella.

Aduertant igitur iam legati, quam visitatores ne rem publicam agant, vt diuitias proprias augeant, quod damnabile est, & propterea quadam prouidentia militibus stipendia constituta sunt, nedum sumptus quæritur prædo crassetur, 23. quæst. 1. militare, ne per potentiam visitatorum, aut legatorum nomine totum, quod leuitarum est in suos proprios redigant vsus, 93. dis. diaconi, nec cum alienā iactura desiderent locu-

20 pletari, &c. quia ex quo auaritia crescit, perit lex de sacerdote, & visio de propheta, vt in prædicto cap. diaconi, prandia igitur eis esse debent secundum vnuscuiusque loci mediocritatem, 10. quæst. 3. in cap. finali, non enim licet viuere de simbolis, vel confertis, 44. dist. non oportet, 2. cap. non liceat, sed secundum decentiam sui

21 statusita tamen, quod diuites nō cogantur pauperum cibis vesci 41. dist. non cogantur, & secundum consuetudinem aliorum visitantium. ff. de legat. l. 2. §. fin. de censibus, super eo in fine, laous enim procurandi sunt maiores, quam minores prælati, 35. dist. Ecclesiæ. vbi dicitur peccate qui pauperibus nimis delicata, & sumptuosa cibaria ministrat, vt ibidem, §. alias, non ergo multum curent de spaciosis domibus, & lautis conuiuijs, & multo labore epulis conquisitis 35. dist. Ecclesiæ Principes, de consecrat. dis. 5. non tales, non similam, & mella fastidiant, 12. quæs. 2. generalis Episcopi melioribus tamen viantur, quam Ioan. eis præparet in glos. quam ponit in cap. cum instantia, de censibus. Ne super barbas pauperum comessationes, siue cōuiuia extraordinaria frequētent, nam species furti est velle de alieno largiri: ne videantur victimare filium in conspectu patris, 14. quæstione quinta immolans, quod si forte tunc visitator moreretur, pecunias procurationis collecta esset restituenda, & idem si forte visitationem deseret, ff. de legationibus, l. legatus, C. eodem

22 lib. 10. lib. 2. quia illa est substantia pauperum quæ nō est imbursanda, 47. dist. sicuti in fi. maximè hodie i his est cauēdū cū sedes Apost. per ma-

gna

Digitized by Google

gna parte sua priuilegia diuites a præstatione procurationum exemerit, de his omnibus vide per speculat. in tit. de legato, §. superest, versic. illud quoque vbi plene. Et adde, quod de hac procuratione visitantium, & Ecclesias consecrantium non debet detrahi illud, vel compensari, quod haberent expendere existentes in domo, per cap. cum sit de simo. & not. Ioan. An. in c. statutum, §. insuper, de rescript. libro sexto in glos. super verbo moderatas, sicut nec de expensis testium 4. quæst. 3. si testes §. ventur. alias sequeretur, quod nihil haberent cum sæpè tantũdem, & plus expendant in domo propria, licet in contrarium faciat, §. illud tamen, in authen. de manda. princip. Et propterea credo, quod emanauerit constitutio vas electionis, quam integram de industria imprimendam curaui, & cui addidi certas glossellas declaratorias nõ inutiles: vt eius notitia fiat communior tam visitãtibus, quam visitatis, quibus supplico, vt orent aliquando pro me (hanc constitutionem habes inter extrauagantes communes sub titu. de censibus.) Adde, quòd si duę Ecclesiæ, quæ regebantur per vnum rectorem diuidantur, & postea per duos regantur, si Episcopus visitat eas diuersis diebus, poterit a qualibet earum recipere procurationem, vt vult decisio 90. in antiquis. An autem capellani collegiatarum Ecclesiarum debeant huiusmodi procurationem soluere, & an posset præscribi, quod vnus soluat pro alio, vide plenè per Lapum allega. 30. Et an monasterium pro membris, & possessionibus suis in alijs diœcesibus teneatur soluere in sua diœcesi, vel vbi; vide per Frede. in consilio 151. Et an legatus, qui ante finem temporis reuocatur teneatur restituere procurationem, quam exegit pro rata temporis, vel non exactum possit exigere pro toto tempore, & de expiratione suæ potestatis absoluendi clericos non soluentes procurationem, vide per eundem in consilio 111.

De excessibus visitantium & eorum pœnis. Cap. X.

S V M M A R I V M.

1 *Negligentia Prȩlati est mortalis.*
2 *Prælati latratu lupos arcere debent.*
3 *Subditi superioris excessus referent non obstantibus eorum censuris.*
4 *Religiosi populo carentes ad synodum ire non tenentur.*
5 *Priuilegium eximit a synodo.*
6 *Archidiaconorum redditus per superiores diminui non debent.*
7 *Alij excessus in procurationibus recensentur, & num. seqq.*
8 *Religiosi a Prælatis plerumque grauantur.*
12 *Simonia committitur si per consecrationem Episcopi aliquid detur.*
13 *Carnes a Religiosis visitatis exigendę non sunt.*
14 *Canes venatici, & falcones tũt visitatorib. inhibiti*
15 *Abbas quem Episcopus renuit benedicere, potest officium Abbat. exercere.*
16 *Charitas ordinata incipit a se.*
17 *Papæ multa reseruantur.*
18 *Papæ potestas est mirabilis.*
19 *Dispensat Papa contra Apostolum, & vetus testamentum.*
20 *Papæ potestatem periculosum est nimis dilatare & nimis restringere.*
21 *Dispensationem in mult. Papa sibi reseruat.*
22 *Matrimoniũ consummatum an præferatur non consumato prius contracto.*
23 *Papa impænitens grauius alijs torquebitur.*
24 *Legati de Latere in quatuor excedunt Legatos natos.*
25 *Cardinalis maior est Patriarcha.*
26 *Cardinalium insignia.*
27 *Cardinales in multis sunt priuilegiati.*
28 *Legatus generalis qualiter mitti debat.*
29 *Archiepiscopus in subditos suffraganeorum iurisdictionem non habet nisi in certis casibus.*
30 *Episcopus in subditos Prælatorum inferiorum iurisdictionem non habet.*
31 *Iurisdictio datur ab vniuersitate.*
32 *Excommunicare potest, qui curam habet.*
33 *Episcopi in quibus casibus possunt dispensare.*
34 *Canones pænitentiales mitigari possunt.*
35 *Dispensatio quibus committitur.*
36 *Abbates in quibus excedunt.*
37 *Monachi, & moniales simul esse non possunt.*
38 *Abbas in 32. casibus dispensare potest.*
39 *Capitulum in quo excedere potest.*
40 *Capitulum, & Senatus æquiparantur.*
41 *Sacerdos potest dispensare contra Canones pœnitentiales.*
42 *Leges non cogunt benefacere.*
Pęnæ Canonum varia sunt. ibid.
43 *Irregularitas est pœna.*
44 *Infantia quid est.*
45 *Interdictum est pœna.*
46 *Excommunicatio est duplex.*
47 *Pœna corporalis quandoque ab Ecclesia infligitur.*
48 *Carceris pœnam habet Ecclesia.*
49 *Tortura inter pęnas numeratur.*
50 *Curia seculari traditio est pœna.*
51 *Exilium, & relegatio sunt pęnæ.*
52 *Vxor an possit a viro verberari.*
53 *Pęna pecuniaria.*
54 *Pœna dupli, & quadrupli.*
55 *Pęna minuitur ratione ætat. & confessionis spontanea.*
56 *Deus, & ęquitas habeantur semper ante oculos.*
57 *Aequitas quid est.*
58 *Christi actio est nostra instructio.*
59 *Misericordia est præferrenda seueritati.*
60 *Iudex Patris officium impleat.*
61 *Petrus quare cecidit.*
62 *Iudex neque seueritatem, neque clementiam affectet.*
63 *Prælati quando dicuntur excedere.*
64 *Iudex sit beniuolus, iustus, & misericors.*
65 *Incorrigibiles qualiter compescuntur.*
66 *Baculum Pastoralem gerere debent Prȩlati ad pellendam luporum rabiem.*
67 *Baculi Pastoralis qualitates.*
68 *Virga Pastoralis qualis debet esse.*
69 *Baculi Pastoralis benedictio.*
70 *Medicus imperitus oculis omnibus vno collirio medetur.*
71 *Baculi peregrinorum benedictio.*

DEcimo quæro principaliter de excessibus visitantiũ, & eorum pœna. Et quoniam excessus eorum sunt pæne infiniti: ideo solum discu tram illos, qui mihi magis videntur necessario reformandi, & ideo respondeo, quod primus est excessus negli-
1 gentiæ, est enim negligentia Prȩlati peccatum mortale, 81. dist. dictum de regul. iur. cap. pen. notat glossa in capite ea, quæ de offic. Archi. & in capite officium, de officio Archipres. quare

non potest esse excusatio pastoris : si lupus oues
comedit & pastor nescit. vt dicto c.pen.& quod
ibi plene no.per gl. et nō caret scrupulo societa-
tis occultę : qui manifesto facinori desinit ob-
uiare.cap. si condignum. de homi.86.di.facien-
tis,alias culpam.sic et qui potuit hominem libe-
rare a morte & non liberauit eum occidit.vt ibi.
& de hæreticis.capitulo 2. Et qui alios cum po-
test ab errore non reuocat: seipsum errare de-
monstrat.facit cap.negligere. 2.quęsti.8. Adde
cap.excommunicamus in fin.de hæreticis. Et in
tantum tenetur de negligentia quod si dicatur
quod ouis dolo eius perijt, & ipse neget : ipsi in-
cumbit onus probandi:cum ipse ratione officij
debeat custodiam.cap.ea quæ.de offi.archidiac.
no.gloss.in cap.pen.de regulis iuris. facit c.signi-
ficasti de elec.quæ non pro qualibet culpa debet
pastor deserere gregem.ne mercenario compa-
retur : qui videt lupum,idest,diabolum venien-
tem & fugit dimittens oues. cap.nisi cum pri-
dem.ver.non tamen de renunc.sed baculo pasto
a rali & latratu, verbi,scilicet & exēpli,arcere de-
bet luporum rabiem.ca.sit rector.43.di & ouem
morbidam debet resecare, ne corrumpat totum
ouile.23.quæst.3.resecandę.& 45.di.sed illud.ha
betur in capitulo ea quę.de statu monacho-
rum .

3 Secundus excessus est quia plerique prælati
non sine multę temeritatis audacia,suis subditis
aliquando interdicunt, ne ipsorum superiori-
bus,aut Apostolicis legatis vel inquisitoribus ad
inquirendum,corrigendum , reformandum , in
eorum ecclesijs monasterijs siue locis a sede A-
postolica deputatis vel alijs quibuscunque per-
sonis: per quas ad prædictorum valeat notitiam
peruenire statum ecclesiarum ,monasteriorum
seu locorum suorum : personarum & rerum ip-
sorum insinuent vel exponant sub censuris &
aliis penis, & astringunt vinculo iuramenti . &
ideo districtius prohibentur similia attentari , &
attentata nullius penitus existere firmitatis de-
cernuntur & præsumptores tales a superiori-
bus & legatis & inquisitoribus animaduersio-
ne condigna præcipiuntur castigari. capit.quia
plerique.de offic.ordi.lib.6.quod si prælati non
faciunt,peccant. quia quod præcipitur,impera-
tur.&c.14.quæst.1.quod precipitur.de verb.si-
gnificat.in his.& sunt in culpa.28.di.quia sunt,
& non glos.finalis in dicto capitulo quia pleri-
que .

4 Tertius excessus est quia plerique prælati &
alii religiosos prædicatores & minores in altis-
sima paupertate Christo pauperi famulantes ,
regulam habentes approbatam , cogunt ad si-
nodos suas accedere : & suis constitutionibus
subiacere:& alios quamplures in eos & eorum
loca excessus committunt: quæ omnia graua-
mina inferre prohibentur ipsis. ac subditos eo-
rum ab eisdem grauaminibus arcere debent vt
in cap.nimis praua.de exces.præla.non enim te-
nentur religiosi qui populum non habent , ad
sinodum venire.18.di.episcopus . palea.18.q.2.
§.vltimo.& plene in cap.dilectus . de offic.ordi.
Et idem vbi super hoc alias essent per speciale
5 priuilegium exempti:quia tunc nec possunt eos
compellere sinodare.c.quoniam.eo.tit.de priui-
leg.alias vero secus.cap.ex ore.in fin.eo.tit.salua
tamen prærogatiua sessionis vt ibi.

6 Alius excessus est,quando grauant archidiaco
nos super consuetudinibus suis & sic diminuunt
eorundem redditus; prohibentur enim prælati
hoc facere & nisi se corrigant ,sunt corrigendi
ab archiepiscopis , & superioribus. cap.ad hæc
de exces.prælat.non enim debent prælati tallias
& exactiones indebitas exercere,nec ita nonabi-
liter grauare:vel inhoneste tractare subditos.ca.
1.eo.tit.sed debent seruare manus suas innoxias
Deo legi & principi : nullumque peringere lu-
crum in autenth.de man.princip §.1.C.de super
indictis.l.10.ff.de damno infecto ex damni.1.re-
sponso.& in auten.de collato.§.hoc quod coll.
11.nisi ex magna & graui cau.16.quæstio.1.§.
nouellatum et capit. cum Apostolus de censi-
bus .

7 Alius excessus est quia plerique prælati vt pro
curationem , aut seruitium aliquod impendant
legatis vel alijs:plus extorquent a subditis quam
soluant et in eorum damnum lucra sectantes
quærunt prædicta potius quam subsidium in
subiectis nam sic extorta non solum tenentur
restituere, sed etiam tantundem de suo cogi de-
bent pauperibus elargiri,ad quod per superio-
rem sunt cogendi ad querelam grauatorum :
alias puniendi sunt etiam superiores negligen-
tes et cet.capitu. quia plerique de immunit.ec-
cle.

Sunt et alii quamplurimi excessus ordina-
riorum in religiosis , quos enumerat clem.fre-
8 quens.de exces.prælatorum vbi mandatur præ-
latis quod ab huiusmodi grauaminibus cessa-
re debeant : et subditos suos similiter cessare fa-
cere : et religiosos tam exemptos quam non e-
xemptos etiam mēdicantes charitatiue fouere,
et tractare , et sua iura et priuilegia inuiolabi-
liter eis seruare: necnon Abbates et Priores et
Religiosos quoslibet ad sua generalia et pro-
uincialia capitula quoquomodo accedere non
impedire : nec eos compellere vt suis consan-
guineis et nepotibus suarum ecclesiarum pos-
sessiones concedant in perpetuum vel ad tem-
pus;quę concessiones ibidem annullantur , nec
etiam ad præsentandum sibi ad ecclesias vacan-
tes in quibus obtinent ius patronatus : vel ad
monachandum eosdem suos consanguineos ne-
potes vel familiares , nec alia multa diabolica
de quibus ibi . Similis etiam excessus reproba-
tur in religiosis . capitu. cum clerici de censi-
bus .

9 Alius excessus est, de quo in cap. audiuimus
de simon. videlicet quod decedentibus ecclesia-
rum rectoribus , ipsas interdicto subdunt : nec
patiuntur alios in eisdem institui : donec ipsis
certa summa pecuniæ persoluatur ; et cum
quis religionem ingreditur , vel apud eos eli-
git sepulturam : ingerunt difficultatem , do-
nec munera manus eorum contingant . quo-
niam puniuntur ad duplum restituendum
vt ibi.

10 Alius est de quo in cap.nullus de iure pa-
tron. vbi episcopi improbitatis auaritiæ causa
consentire nolunt quod laici decimas ecclesiis
aut aliquid ecclesiastici iuris monasteriis offe-
rant sine iusta causa:quia tunc recurrendum est
ad Papam .

11 Alius excessus est, quando prælati pro instal-
latione Abbatum pecunias extorquere volunt:
nec sunt ea forma professionis contenti quæ
ab origine ordinis noscitur instituta ;quę habe-
tur in c.ne Dei ecclesiam.de simo.

Alius quando aliqui pręsumunt aliquid acci-
12 pere vel dare pro consecrationib.eporum,bene-
dictionibus Abbatum , ordinationibus clerico-
rum,iuxta certam taxam etiam vigore cōsuetu-
dinis longeuę etc.sicut per certo.de sim. Et quo
modo

Digitized by Google

modo excedunt Archi.patet in cap.licet, de pe-
nis,& alij presbyteri de simo. cap.nemo de alijs multis excessibus vide infra in quæstione de interrogationibus,&c.

Magnus etiam numerus excessuum narratur in Clem.ad nostrum,de censi.videlicet quando
13 visitatores accedentes ad monasteria præsertim exempta,& Cistercien. ordinis,licet charitatiuè suscipiantur, & eis caritatiuè necessaria, & curialiter ministrentur, cibis tamen regularibus contenti contra priuilegia ordinum carnes petunt,& si eis non ministrentur,auferunt violenter. Et licet in locis eisdem fiant eleemosinæ competenter,tamen Religiosis inuitis alias eleemosinas faciunt,etiam in locis, in quibus procurationem non habent de consuetudine, vel de iure, pro æquitaturis ferrandis, licet ferris non egeant, & coqui eorū sui officij ratione pecuniā exigunt, & extorquent, nec compositiones super procurationibus inter Prælatos ipsos, & eos initas eis seruant,ipsis etiam in recipiendis procurationibus ita graues existunt, quod ipsis in eorum monasterijs, & Ecclesiis procurationes recipientibus longi temporis victum breuis hora consumit, & dum procurationes recipiūt,
14 canes venaticos, falcones, & accipitres secum habent,& nisi satisfiat eorum voluntati,valuę monasteriorum,& ecclesiarum per violentiam sæpè franguntur, & ornamenta Ecclesiæ exportantur,pluresque procurationes recipiunt vna die,sedis Apostolicæ priuilegio non suffulti,interdum in pecunia numerata, visitationis etiam officio non impenso, & occasione dictarū procurationum, idem Prælati ab eis frequenter exigunt, quæ illis soluere non tenentur,ac etiam procurationes Nunciorum Apostolicæ sedis, aliaque extraordinaria onera Religiosis etiam exēptis pro maiori parte imponunt,vt se,ac presbyteros liberent seculares,Religiosos ad ordinādum huiusmodi oneris distributionem non assumentes. In multis etiam aliis Ecclesias ipsis monasteriis, etiam exemptis subiectas grauant, sicut in procurationibus recipiendis oneribus insolitis imponendis, idcirco tales puniri mandantur,vt ibi,& in capite exigit,& capite felicis, de censibus.

15 Est & alius excessus cum Episcopus, tertio cū humilitate,& deuotione sicut conuenit requisitus, Abbates electos, & confirmatos renuit benedicere. Nam hæc & alia,quæ ad huiusmodi officium pertinent exercere, puta conferre lectoratum, si sunt Presbyteri, ipsis Abbatibus licebit, donec ipsi duritiam suam recogitent, cap.r.de suple.negl.Prælat.

Similiter, quia Papa non vult videri ius suū negligere, qui alios in sua iustitia confouet,non possunt ordinarii collatores conferre beneficia ad sedem Apostolicam deuoluta, capite licet,e.
16 titul.delegati vero Papæ sic, vt in Clemen.cum de beneficio de præben. quia ordinata charitas incipit a se ipso, vt ibi notat,& de pe. dist.3. sane et. 33. quæst. 5. non licet, & l. præses. C.de seruitu. & aqua,& cap.nisi specialis de aucto. & vsu pal.

Excedunt etiam Legati, & quicunque aliī apponentes manus ad ea,quæ Papa sibi in signum priuilegii singularis,tantummodo reseruauit,vt in capite nisi,& cap. post translationem cum se. de offi.ord.& cap. sicut venire, de ex.Prælat.
17 Reseruantur autem Papæ. Primo causæ fidei 24.q.1.quoties.& cap.maiores,de baptismo.
Item translationes Episcoporum sedium mu-
tationes,7.q.1. mutationes de translatione Prælatorum cap.1.

Item depositiones Episcoporum,& cessiones eorundem,& translationes electorum, de transflatione Prælat.inter corporalia.

Item congregatio generalis Concilij 17. distinct.cap.1.

Item depositio,& restitutio Episcoporum,& summa negocia Ecclesiarum 2.q.6.ideo.

Item exemptio Episcoporum 16. quæstione prima Episc.

Item vota maiora solus Papa commutat, de voto,cap.ex multa.

Item solus Papa in maioribus criminibus, & cum filiis Presbyterorum, & cum ceteris illegitimæ natis dispensat, vt promoueantur ad dignitatem, de iudi. at si clerici,de filiis Presbyterorum cap.fin.

Item ad ipsum solum omissis mediis appellatur 2.q.6. cap. 3. & 2.q.7. metropolitanum, & de app.dilecti 3.

Et solus Papa potest ordinare Subdiaconum diebus Dominicis,de tempore ord.cap.1. & cade eo,qui casus enumerantur in cap.quod translationem de officio Legati,& in cap.sicut vnire de exces.Prælator. vbi glo. notabilis, & exponit istos versus, videlicet, Restituit Papa solus, deponit, & ipse diuidit,ac vnit,eximit,atque probat; Articulos soluit, sinodumque facit generalem. Transfert,& mutat appellat nullus ab ipso, vide 17.dist.huic soli sedi. Solus ergo Papa restituit depositos Episcopos,2. q 6. ideo, & deponit eosdem, 3.q.6.accusatus quamuis,& c. dudum. Diuidit Episcopatum in duos,16.q.1. præcipimus,& §.sicut. Vnit duos in vnum,ca. sicut vnire,de exces. Prælat.16.q. 1.& temporis qualitas. Eximit Episcopos,& Abbates, 16. q. 1.frater noster. Probat scripta aliorum,& Concilia,de summa Trinit.cap.2.in fin.15 dist.Sancta Romana,17.dist.regula. Articulos fidei soluit,24.q.1.quoties,& cap.quoniam vetus. Etiā cum dubitatur de aliquo articulo,cap.cū Christus, de hęre. Synodum facit generalem, 17.d. cap.1.2. & 3. Transfert sedem Episcopalem de loco ad locum,7.q.1.temporis. Mutat Episcopos,7.q.1.mutationes,de translat.Prælat.per totum. Appellat nullus ab ipso,9.q.3.cuncta.Et dicitur cęleste habere arbitrium,C.de summa
18 Trinit. l.1. in fi. Et ideo etiam na turam rerum immutat, substantialia vnius rei applicando alij, C.communia de leg.l.2 De nullo potest aliquid facere,C.de rei vxo.actu.l.1.in princ.& de conse. distinctione secunda re vera, & sententiam, quę nulla est, facit aliquam, tertia quæst. sexta hoc quippe,quia in his,quę vult esse ei pro ratione voluntas est, instit. de iure naturali, §. sed quod princip. nec est, qui ei dicat cur ita facis, de pænit. distinctione tertia, §. ex persona, ipse enim potest supra ius dispensare, de con. cess. præben. proposuit, & de iustitia potest facere in iustitia corrigendo iura, & mutando, de appel. vt debitus, & de consang.& affi.non debet.plenitudinem obtinet potestatis, secunda q.6. decreto. quæ intellige iuxta plenè notata in
19 cap.quanto de translatione præla. Potest etiam Papa quandoque contra Apostolum dispensare 24.dist.lector.& contra canones Apostoli 82. ci. presbyter. Item contra vetus testamentū in decimis non dandis,de decimis, cap. ex parte cum seq.Item in voto,de voto, capite primo.Item in iuramento decimaquinta quæstione sexta,capite secundo, & de rescriptis, capite constitutus, & not.

Digitized by Google

& not. de iureiuran. quanto. Contra tamen vniuersale statum Ecclesię non, 24. q. 1. memor sum nec vt Monacus habeat proprium, de sta. mo. c. 2. & cap. cum ad monasterium in fi. nec contra quatuor Euangelia, 15. dist. sicut. Nec contra præcepta Apostoli, 25. q. 1. sunt quidam, vbi de hoc, quod intelligit glos. in d. c propofuit, in his quæ pertinent ad articulos fidei. Item secundũ quosdam non dispensat in secundo gradu consanguinitatis, de restitu. spolia. literas, quod intelligunt quidam de collaterali in ęquali linea, per cap. Deus qui, de diuor. & an cum bigamis possit dispensari plene habetur in cap. super eo, de biga. de his plenè in d. cap. cum ad monasterium in fi. de sta. monach. & in Mercuriali actus legitimi, de regulis iuris. Quia deliberaui in hac materia superficialiter pertransire: nolens ponere os in cęlum, nam non multum pertinet hæc discussio ad propositum opusculum positioum, & solum visitantium, & visitandorum instructiuũ:
20 solum hoc dicam, quod audiui a sanctissimis pßlatis, nimis dilatare Papę potestatem plusquam periculosum esse, vt docet verũ magistra experiẽtia, nimis etiam restringere similiter, sed mediã viam tenendam, & decet Papam velle non posse facere, quæ boni Pontifices facere non cõsueuerunt, adde de aposta. cap. fi. 25. q. 1. sunt quidã, & cap. quæ ad perpetuam, 15. q. 1. authoritate, &
21 1. q. 1. omnis cuiuslibet. Adde, quod Papa sibi reseruat dispensationem cum monacho recipiente ordines in Apostasia, ca. fi. de aposta. & cum hæreticis, vt in cap. excommunicamus, §. sanè, de hęre. & cum filio presbyteri. cap. pen. & fi. de fili presby. Item si iterata vnctione fuerit maculatus, 1. quęst. vltima, saluberrimum, in fi. Item cum his, qui rebaptizati sunt, de consecra. dist. 4. quibus, & cap. eos. Item si quis in subuersionem fidei, ordinationem recipit ab hęreticis, 1. q. 7. conuenientibus in fi. & in his casibus solus Papa potest dispensare, vt not. d. c. fi. de aposta.
22 Itẽ in matrimonio nondũ copula carnali consũmato, c. ex publico, de conuersi. coniuga. Itẽ secundum quosdam. quod secundum matrimonium consummatum præferatur non consummato, capite fina. de sponsa. duorum. Item quod clericus in sacris constitutus, & monachus possit contrahere ex magna causa, vt in capite primo, qui clerici, vel vo. & in capite cum olim de cleri. coniug. & quæ scribit Ioannes Andreę in regula semel Deo, & in regula actus legitimi, de regulis iuris libro sexto, & in cap. post translationem de renunc. & cap. super eo & cap. nuper de bigamis, vbi non potest dispensari, quod quis duas vxores habeat simul. & in alijs multis casibus, de quibus plenè per Speculatorem in titul. de dispensat. §. nunc breuiter in prima parte, & in §. nunc ostendendum versic. 46. vbi inuenies omnes casus, in quibus ei soli liceat dispensare. Veruntamen vnum non omitto, quod quamuis Papa sine causa dispensare possit de plenitudine potestatis, pro eo, quod non habet superiorem in hoc mundo: nec est qui eum
23 corrigat, vel emendet. Attamen cum hoc sit peccatum; & peccare possit, vt nota. in capitu. si Papa, 40. dist. & ideo sibi habet eligere confessorem, vt notat in cap. sane, de offic. delega. propter peccatum, dominorum domino, atque Pontifice, si sine pœnitentia decesserit: punietur, & ideo nouerit sibi terribilius iudiciũ, quã alijs inferioribus imminere, 9. quęst. 3. aliorum cum sequen. argum. op. C. de iudicijs, Item non nouam circa medium, Ita not. Hostien. in summa de filijs presbyterorum. §. fin. in fi. Et adde, quod licet Raymundus in summa de casibus enumeret 28. casus Papæ reseruatos ipse tamen Hostien. in summa de officio legati in §. quid pertinet, enumerat 60. quos in 27. versibus concludit, quorum versuum expositionem vide ibi plene per eum.

Excedunt etiam Cardinales Legati de latere
24 apponentes manus ad indispẽsabilia etiam per Papam: & ad ea, quę sunt Papæ specialiter reseruata, de quibus supra, excedunt tamen ipsi in quatuor legatum natum. Primo in absolutione excommunicatorum extra prouinciam, cap. excommunicatos, de officio Legati. Secundo, quia illo præsente, alius tanquam minor insignijs non vtitur, nec officium legationis exercet eodem titulo volentes, de priuileg. antiqua. 21. distinct. denique. Tertio in beneficiorum collationibus capite primo de officio Legati lib. 6. Quarto in procurationibus, vt pater de censi. procurationes, Excedunt pariter legatum missum alias nuncium in primo, & tertio. Et adde
25 quod pręsente Legato de latere insignijs vtente Patriarchę cessant portare crucem ante se, vt dicto capite antiqua de priuileg. vbi plene per Ioann. Andreæ, qui etiam dicit, quod Lega-
26 ti de latere transeuntes mare, vtuntur vestibus rubeis, palafredo albo, freno, & calcaribus deauratis, & quod sine literis creditur ei asserenti se legatum, ex quo Cardinalis est, licet quidam in hoc contra. Quædam alia vide circa hoc in capite si Abbatem, de elect. libro sexto. Et addit, quod etiam sine legatione priuilegiati sunt in non residendo in titulis, siue beneficijs suis. Item eis creditur de actis coram se, licet non appareat scriptura, de quo per Ioann. Andreę in capite constitutus, de appellat. circa quod vide dictum Clemen. 4. in spe. in tit. de teste. §. primo, versicul quid si aduocatus, habet etiam priuilegium, capite felicis, de pœnis libro sexto, & capite quia periculosum de sentent. excommunicationis libro sexto, & alia sex priuilegia episcoporum, de quibus in capite finali de priuilegijs libro sexto, & circa decretalem execrabilis, vt ibi patet, de quibus omnibus plene in spe. dicto titulo de officio delegati, §. sequitur videre ad fi. Quid autem ad Legati officium pertineat, vide plene in §. super est videre, immediate ibid. seq. Et adde, quod non excusatur, qui tenetur limina Apostolorum visitare, visitando legatum: qui nec contra ipsius iuramentum sibi potest ad hoc terminum prorogare, vide plene per speculatorem in titu. de officio legati. §. nunc ostendendũ in fi. Debent tamen Romani Pontifices cauere ne quos volunt tantum sibi in negocijs familiares efficiant quòd omnino alios a sua familiaritate excludant: contra Gregorium dicentem is qui cunctis præest, omnibus distribuat, nec quicquam vni personæ honorabilius exhibeat, vnde alij scrupuloso corde moueantur, quia inhonestum est vt alij satis habeant: alij vero detrimentum patiantur, 16. q. 7. c. 1. Et an cętus Cardinalium Sede Apostolica vacante possit reuocare legatum, vide in c. 2. de officio lega. lib. 6. Et ad-
28 de quòd Legatus † generalis de consilio Cardinalium est mittendus: & aliter non, probatur in l. fi. C. de legationibus, lib. 10. vt tenet Spe. in tit. de officio legati. §. qualiter autem in fi. Itẽ quod debet talis legatus mitti qui in semetipso habeat spiritum Dei, & præcepta eius in conspectu suo sint: & qui Moysi, i. Papę valde notus & familiaris sit, in quo sit claritas, & legum scientia, Deum timens,

Digitized by Google

rimens, & qui odiat munera, vt audiant eũ filij Israel. 8. q. 1. si ergo. Item quòd ei qui semel fuit legatus, semper reuerentia debetur in memoriã pristinæ dignitatis vt in l. 1. C. de comitibus. qui prouincias regunt, cum suis concor. lib. 12. & io c. ex parte de for. compe. & de Episcopo qui renunciauit episcopatui, c. 1. & de translatione præla. c. inter. Et defuncto vel reuocato legato, tenetur Papa & successor remunerare seruitores primi & beneficiare socios legati; quos ille non remunerauit, arg. in l. diem functo. ff. de officio assess. & not. Spec. in tit. de officio legat. §. finitur in fi.

Excedunt etiam Patriarchæ, primates & Ar-
29 chiepiscopi † metropolitani apponentes manus in subditos suffraganeorum: aut ad eorum causas, vel aliorum subditorum inferiorum prælatorum, exceptis casibus qui notantur in c. pastoralis, de officio ordinarij; licet enim sint ordinarij totius prouinciæ: quia eius gerunt sollicitudinẽ: tamen nõ ideo sequitur quod cuiuslibet de prouincia. 10. quæst. 3. cap. 2. est enim eorum iurisdictio super quemlibet impedita, & ligata, arg. de rescript. c. pastoralis in fi. & de clericis peregrinãç. Solum ergo sunt iudices ordinarij in casibus notatis per glo. in d. c. pastoralis, de off. ord. Primus cum deuiant in diuinis officijs a consuetudine metropolitanæ ecclesiæ. 12. dist. de his. Itẽ si causa deferatur ad eos per appellationẽ, de off. legati. cap. 1. de off. ord. ca. duo. 1. q. 1. peruenit. Item cum absolutus ab Archiepiscopo non vult parere Episcopo. de offic. ord. ad reprimendam. Item in casu cap. irrefragabili eo. tit. licet ibi dicatur quod tanquam delegatus a Papa. Itẽ quando Episcopus est negligens in eo quod ipse facere debet 9. q. 3. cum simus. de senten. excom. per tuas. de ap. c. qua fronte. Item mortuo Episcopo, quando ecclesia idoneos clericos non habet. 12. q. 2. non liceat. Item cum euidens est sententiam Episcopi esse iniustam, de appellat. sollicitudinẽ. Item cum visitat prouinciam de rescript. c. cum ex officij, & de censib. sopite. & c. cũ nuper. Item si deliquit in eius diœcesi. 6. q. 3. placuit. Item si habet prædium in diœcesi sua: adde vel si contrahat. de for. compe. cap. fi. & c. sane, quia in his casibus efficitur quis de iurisdictione cuiuslibet. vt ibi. non obstante priuilegio generalis exemptionis, c. 1. de priuilegijs lib. 6. Hostiensis in tit. de off. ord. §. sont autem, enumerat & declarat. 18. casus qui his versibus continentur.

Officium varium, forus, appellatio, crimen,
Peccans, non parens, res, consultatio, deses,
Præsul, canonici, tumidi, sententia nequam,
Visitat, indulget, custos, quia Papa dat vsus,
Permutant, socijs suspectus, cum que remittit
Casibus his primas subiectos præsulis arcet.

Excedunt similiter & Episcopi apponentes
30 † manus ad subditos aliorum prælatorum inferiorum suæ diœcesis, vt plene habetur per glo. in d. c. pastoralis, & per Hostien. in summa de officio ord. in §. præallegato ad fi. arg. in c. cum ab ecclesiarum, eo. tit. & de exces. prælat. c. 2. 18. q. 2. cap. cognouimus, vbi scilicet illi inferiores prælati per electionem creantur, arg. 24. dist. cap. 2. 92. dist. legimus de immunit. eccles. non minus,
31 quia † vniuersitas dat iurisdictionem, vt probant dictæ concord. verum quia in multis ecclesiis super hoc & diuersis diuersæ sunt consuetudines: ideo dicit Hostiens. ibidem consuetudinẽ cuiuslibet obseruandam, vbi autem non apparet de consuetudine, semper Episcopus de iure com muni fundatam intentionem habet. de off. ord. c. 1. 11. q. 1. de persona, & q. 3. qui resistit. de for. compet. cum contingat, & c. se. saluis exemptionibus, & cap. ex parte de priuilegijs, & intra contraria procedant de consuetudine tantum. Ad-
32 dit tamen † quòd quicunque habet curam potest excommunicare: nisi consuetudo vel inhibitio superioris hoc impediat. arg. de elect. dudũ. 2. §. tandem, & de sentent. excom. si quem.

33 Excedunt † consimiliter Episcopi dispensantes in casibus sibi non permissis sed prohibitis; quoniam communis opinio habet quòd in omnibus non prohibitis possit dispensare, arg. a contrario sensu in c. at si clerici in fi. de iudi. quia in multis grauioribus criminibus adulterio permissa est dispensatio Episcopis, puta in hæresi. 50. d. presbyteros. Item in sacrilegio. 50. d. si quis presbyter, & de capitalibus criminib. occultis. 50. d. de his vero. Item cum simoniaco quandoque in beneficio, quandoque in ordine. 3. q. 5. c. 1. & vlt. & de elect. cap. si alicuius. Item cũ scismatico. 50. dist. vt constitueretur. Et generaliter vbicunque non prohibetur dispensatio, intelligitur esse permissa, arg. de sentent. excom. nuper. & c. nobis, & no. in d. c. at si clerici. de iudi. & in d. cap. si quis presbyter. 50. d. per Hug. & 50. d. miror. vbi notantur casus, in quibus est prohibita dispensatio.
34 Potest etiam † Episcopus & quilibet sacerdos mitigare canones pœnitentiales, de pœnit. dist. 1. mensuram. 50. d. de his 26. quæst. 7. tempora. plenitudinis. Sed canones illos qui inducunt pœnam depositionis & suspensionis in enormibus criminibus mitigare & dispensare non possunt. d. c. miror. 12. q. 2. de viro. & de accusa. c. inquisitionis. 1. responso, & per Ioan. An. in c. pro humani. de homicidio. lib. 6. licet glo. in multis locis varie reperiantur, plenissime autem hoc examinat Spec. in prima parte in tractatu disp. §. nunc de Episcoporum &c. vbi enumerat omnes casus in quibus Episcopi possunt dispensare in corpore iuris clausos, & excedunt numerum 163. Deinde declarando quam magna sit Episcoporum potestas discurrit multa: quæ possunt & debent facere Episcopi, vt ibi Ioan. An. Addit de altari viatico. de quo in c. fi. de priuilegijs in 6. & ibi plura alia enumerantur. Item quòd religiosi eorum familiares se possunt illis in officio coaptare. in cle. dignum de celebra. Missa, & aliud priuilegium in cle. 2. de priuilegijs, & aliud in cle. quamuis, de for. compe. & aliud in cle. 1. de sup. neg. præ. & quod ibi no. super glo. in verbo Apostolica. Securitati etiam ipsorum multum prouidit cle. si quis suadente, de pœnis, de quibus omnibus plene in d. §. nunc de Episcoporum verbo
35 generaliter. Et adde quòd de stilo curiæ † dispensationes non committuntur nisi diœcesanis vel vicarijs eorum, vt in d. §. nunc de Episcoporum in fi. & quòd cui mandat quòd dispenset cum monachis, potest etiam cum Abbate dispensare. c. fi. de simo. & quod dispensatio semel facta, nõ est amplius reuocanda, c. ex tua. de filijs presb. & quod petens secundam dispensationem, debet facere mentionem de prima. cap. fi. de filijs presbyt. lib. 6. quia dispensationes etiam cum motu proprio sunt stricti iuris, vt plene habetur in c. non potest de præben. lib. 6.
36 Excedunt † quoque prælati & Abbates regulares, applicantes mẽsis suis prioratus, ecclesias, administrationes, aut beneficia ad eorum dispositionem spectantia, seu pensiones nouas eis imponẽtes: aut veteres augentes: & ideo in exẽptis Apostolica, alias auctoritate ordinaria diœcesani eorum etiam negligentiam supplentes, possunt illa

illa personis idoneis conferre, vt in cle. quia regulares, de sup. ne. præ.

Excedunt etiam tales cum dispensant in ca-
37 sibus sibi prohibitis, puta quòd in eodem monasterio sint monschi ac moniales, quod etiam non potest Episcopus, 18. q. 2. diffinimus. & c. in nullo, cap. monasteria, & cap. periculosam. Item quòd monachus mortaliter peccet: immo tunc illi monachus obedire nõ tenetur, 11. q. 3. si quis Episcopus, 2. Item si ex defectu sumptus monialis seruiat clericis, 81. dist. ad reatum. Potest tamen monachos verberare, si se propter verba nõ corrigant, 45. dist. cum beatus. §. Salomon. 23. q. 3. cap. fin. de sentent. excom. vniuersitatis. Potest
38 etiam dispensare in casibus 32. enumeratis & examinatis in Spe. de dispensa. §. sunt quoq; verbo Abbas quoque vbi plene videas.

39 Excedit etiam capitulum dispensando in casibus sibi non permissis, quia Archidiaconus, vel alius prælatus sub Episcopo vel etiam capitulũ dispensare non possunt, minores enim prælati ardua ad Episcopum debent deferre, de officio
40 Archid. ad hæc. In casu tamen quandoque dispensare potest. cap. ex insinuatione, de simon. de præben. cum non ignores, 16. q. 1. alia, quia æquiparatur senatui. ea. q. ecclesia, sed senatus restituit aliquem famæ. ff. de postulan. l. 1. §. de qua secundum Hostien. Innoc. & Ioan. An. in c. 2. de eo. qui furtiuè ordines suscepit, & in c. fi. de postul. prælat. nam capitulum eligẽdo aliquem indignum intelligitur dispensare cum illo: nisi sit talis casus in quo prohibita sit ei dispensatio, de quo per Spe. in præallegato, §. sunt quoque. verbo capitulum etiam &c. Et adde quod conciliũ dispensat contra Apostolum, not. 82. dist. presby-
41 ter. Et sacerdos dispensat contra canones pęnitentiales, 50. dist. de his cum concor. etiam in casibus vbi sunt per canones pęnitentiæ expresse ex causa, vt probatur in c. Deus qui de pe. & re.

Excedit etiam capitulum statuendo super nõ residentia in diminutionẽ cultus diuini. & quod admittantur ad vocem in capitulo non promoti ad sacros ordines, arg. in c. fi. de rescriptis, lib. 6. & in clem. vt hi qui. de æta. & quali. & statuendo contra Sedem Apostolicam, cap. constitutionem in fi. de verb. sign. lib. 6. & alias prout infra patebit in quæstione de interrog. Et an gerendo actu commutabili scienter in casu quo quis habet potestatem dispẽsandi videatur dispensasse: vide in antiquis decis. 34. Et an Episcopus possit dispensare vt quis teneat duos personatus in eadem ecclesia: vide ibidẽ decis. 43. Et an si dispensatur cum illegitimo vt possit promoueri ad beneficia curata & dignitates: comprehendantur canonicatus ecclesiæ cathedralis; vide ibidem decis. 59. Et quod Episcopus dispenset contra concilium ex magna causa: vide in nouis decis. 252. Quid de Legato de latere: vide ibidem decis. 282. quæ incipit. Item si Legatus de latere. Et quod attentata per ordinarium loci visitantem subditos, nõ sunt reuocãda, nisi appellans prius doceat de priuilegio, exemptione, vel præscriptione: vide decis. 129. in nouis quæ incipit item si rector.

Circa secundam partem quæstionis videlicet circa pęnas visitantium & visitandorum est attendendum, quòd certe pęnæ sunt in canonibus statutæ ad reprimendam maliciam peruersorũ, c. ad reprimendam in principio, de off. ord. facit c. factæ sunt, 4. dist. adde de elect. nihil. de censi. grauis, & per Innoc. de appel. ad hoc, & in c. 2.
42 de accu. nam per leges nemo directe benefacere cogitur: sed malefacere prohibetur, 32. q. 5. ad fidem, vt boni inter malos quiete viuant, 32. q. 5. non frustra. Variæ autem sunt pœnæ in canonibus constitutæ. Quædam inducunt degradationem, & curiæ seculari traditionem, vt in c. ad falsariorum de crimine falsi. Quædam degradationem, & detrusionem in monasterio, 50. d. si Episcopus. Quædam depositionem tantummodo, 50. dist. si quis viduam. Quædam suspensionem solummodo, 1. q. 5. si malefacta, 32. dist. nullus, præter. Quædam excommunicationem, 17. q. 4. si quis suadente. Quędam priuationem officij & beneficij perpetuo, 85. dist. si quis. Quædam priuationem officij tantum ad tempus, 82. dist. presbyter, 21. q. 2. placuit, 28. dist. presbyterũ. Quædam priuationem beneficij tantum. 7. q. 1. si quis de ordine, & c. cum in cunctis de elec. Quædam priuationem communionis tantum, 35. dist. ante omnia, 55. dist. nullus. Alias pęnas habes, 73. d. sicut, 18. dist. placuit, & 2. q. 6. qui se scit. & not. in d. c. ad reprimendam, & plenius per Host. in summa de pęnis. §. quot species. Inter quas est pęna suspensionis de qua plene per Ioan. And. in clem. cupientes de pęnis, super. verbo suspẽsi: vbi enumerat omnes species suspensionum, quæ in iure reperiuntur. Demum subdit tres opiniones ad decisionem quæstionis. An suspensus ab officio eo ipso censeatur suspensus a beneficio: quas dicit coniungendas & sequendas: nisi aliud pro vel contra in sententia iuris vel hominis exprimatur. Adde quòd si suspensus interim pendente primo tempore iterum suspendatur ad idem tempus: currit secũda suspensio etiam ante tempus finitum primæ, nec duplicatur totũ tempus. ff. ad l. aquil. l. ita vulneratus. senatus ad turpilian. ff. ad carbo. l. carbonianum, & l. se. facit de priuil. cap. 1. ver. si qui vero. plene per Io. An. in clem. cum sit. de magistris, & in cap. cum in cunctis, de elect. & in dicta clemen. examinat, an actus interim per suspensum factus valeat. ibi vide.

43 Inter eas etiam est pęna irregularitatis: de qua quid sit, & vnde dicatur, & quot modis sumatur, siue accipiatur, & quibus modis & in quibus casibus contrahatur, plene traditur per Spec. in tractatu dispensationum in tit. de officio legati. bene per octo cartas cum additionibus Ioann. And. & Bald. & in suo aureo repertorio sub titulo de temporibus ordinan. in rubrica illa, hę sunt irregularitates quæ impediunt promotum, & in alia rubrica ibi sequenti, & sub tit. de pęnis in rubrica, casus totius iuris in quibus promoti deijciuntur & deponuntur, & de his sufficiat remissio ibidem, & ad Io. And. in c. cum æterni de re iudi. lib. 6. in nouella, & in cap. tanta. de exces. prælat.

44 Inter has etiam est pęna infamiæ, quæ est famę priuatio: & fit per capitis diminutionem maiorem & mediam, nõ autem minimam. ff. de varijs & extraor. cog. l. pe. §. æstimatio. & quot modis irrogetur infamis: & quid sit fama habetur, 3. q. 5. §. porro, & in c. vestra de coha. cle. & mulieruin, & a quibus repellantur infames: & de omnibus concernentibus dictam pęnam & materiam vide plene per Spec. in suo tractatu quem fecit de fama v. infamiam. in dicto repertorio aureo in tit. de pęnis sub rubrica de fama & infamia, & per Io. An. in mercuriali super regula infamibus de reg. iur. in 6.

45 Est & pęna interdicti seruandi vt in cap. alma. de sent. excom. lib. 6. & an trahat secum executionem: vide Inno. in c. ad hæc de appel. & sciens inter-

Digitized by Google

Interdictum appositnm, sed nondum denunciatum: illud violans incurrit pęnas iuris, vt plene not. in glo. in clem. grauis de sent. excom. siue ab homine siue a iure &c.

46 Est & sententia excommunicationis communis & notissima pęna, maioris solennis, scilicet anathematis, & minoris, vt in c. si quem. de sententia excom. de qua plene per Host. in summa de sententia excom. & infra aliquid dicam in secunda parte. hanc ex causa, s. ne quis lædat conscientiam spernere potest, c. literas, de resti. spo. hanc pœnam incurrent quicunque impediunt visitatores, ne exerceant suum officium cle. attendentes in fi. de statu regularium. Est & pœna cor-
47 poralis quam quando ecclesia possit infligere. vide de calum. c. 1. de deposito, grauis, de cri. fal. c. 4. de rap. c. in Archiepiscopatu. 63. d. in fi. 14. q. 6. c. 1. de maior. & obe. c. 2.

48 Est & pęna carceris quem habet ecclesia. vide 17. q. 4. accedendum. 25. q 3. relegentes, de iudi. capitulo at si clerici.

49 Est & pęna torturæ: & quando, & qualiter actor, reus, testis, clericus, seruus vel alij sint torquendi vel verberandi. vide 15. q. 6. in summa 5. q. 5. illi qui 4. q. 3. si testes vers. item serui responso. de reg. iur. cum in contemplatione. 12. q. 2. fraternitas, 45. dist. cum beatus, & cap. 1. 5. q. 6. in l. presbyteri ibi canonizata. 14. q. 6. c. 1. de deposito. cap. 1.

50 Est & pęna traditionis seculari curiæ, pro quibus autem criminibus, qualiter & quando quis tradi possit curiæ seculari: vide 11. q. 1. si quis sacerdotum, de verb. signif. nouimus, de hæreti. ad abolendam. 17. d. nec licuit 3. q. 4. clericus.

51 Est & pęna exilij & relegationis, de qua. 45. d. cum beatus, de iudi. cum non ab homine, 3. q. 4. hi qui.

Est etiam pęna confiscationis bonorum &c. de qua plene in capitulo cum secũdum, de hęr. & in cap. 1. de scismaticis, lib. 6.

Et de septem generibus pęnarum legalium & sibi correspondentibus; vide per Inno. in cap. 2. de accus.

Quando autem vir possit vxorem verberare: & in vinculis ponere, vel castigare: vel decaluare: & qualiter ipse ex hoc puniatur: habetur de iureiuran. quemadmodum. 8. q. 1. sicut alteri. 22. quæst. 1. de benedicto. de apostatis. cap. pen. 33. q. 2. placuit.

53 Est & pęna pecuniaria quam clerici vel religiosi an possint exigere vide. 12. q. 2. fraternitas, de pęnis licet, & c. suam. de arbitris dilecti.

54 Et an pęna dupli vel quadrupli a iure vel alio peti possit, & an aliqua pęna excedat quadruplũ. 12. q. 2. cum deuotissimam 14. q. 2. debetur. 17. quæst. 4. quisquis de excess. prælat. cum ad quorundam.

Et an pęna legis si quis in tantam, locum habeat in prælatis ecclesiarum: vel quæ de elect. vt præteritę, de succes. ab intestat. c. fi. 16. quęst. 6. §. quòd autem & c. se.

Et an clerici possint pro criminibus pęna pecuniaria puniri vel punire. 8. d. quoniam quidẽ. 12. q. 2. in antiquis. 16. q. 1. statuimus.

Quando autem peti potest sors & pęna: vel alterum tantum, & an pęna soluta contractus remaneat firmus. 12. q. 2. Episcopus qui. 25. q. 2. si ecclesia.

Et an pęna possit peti: si contractus vel obligatio non teneat, de offic. delegat. significantibus, de preca. cap. 2.

Et an pęna quæ magis timenda sit imponatur. 23. q. 4. ea vindicta. vt lite non contesta. quoniam in fi.

Et quid iuris, si domus cõmunis duorum fratrum est diruenda: vide de pe. dist. 1. sed & continuo.

Et si clericus remouetur ab ecclesia, quando sua reddantur ei. 16. q. 6. de lapsis de cleri. coniug. quid a te.

Et quid iuris de bonis clericorũ interficientiũ se, vel crimina in ecclesia committentium, vel damnatorum, 16. q. 1. in canonibus, 23. q. 4. displicet. 27. q. 1. si quis rapuerit. de conces. pręben. quia diuersitatem.

Et an suspenso vel deposito relinquendum sit vnde viuat, 50. d. studeat. de clericis pugnan. in duello. c. fi. de non or. mi. cap. 2.

Et quòd quis possit se obligare ad pęnam ordinis & beneficij & excommunicationis patet in c. ego Berengarius, de consecr. d. 2. & q. 7. c. quoties, & c. cum dilecti in fi. de crimine falsi. quod facit ad obligationes quas hodie faciunt prælati in forma cameræ, adde quod not. in c. 1. de offic. ord. lib. 6. & quod not. Dominicus in c. quia periculosum, de officio deleg. lib. 6. & Bu. in c. 1. de iudi. Et adde quòd vbi certa pęna non est statuta a iure, iudicis arbitrio remittitur, c. super his de accus. cap. de causis de officio deleg. c. finem de dolo & contu.

Quæ autem sint consideranda in pęnis infli-
55 gendis patet in c. fi. de transactionibus, nam minor ætas facit minui pęnam, c. 2. de delictis pu. Item spontanea confessio, c. de hoc. de simo. & c. innotuit, de elec. 50. d. presbyterum. Et an attendatur nobilitas vel maioritas dignitatis, 24. q. 1. qui contra. de pęnis, c. fi. de sta. mona. ea quæ 41. d. non cogantur de offic. deleg. pastoralis. 50. di. contumaces, de hæreti. excommunicamus, §. credentes & 1. q. 1. quicquid, de clerico venato. c. 2.

De amicitia autem vide de officio legati, nisi 2. q. 4. §. notandum, & 2. q. 6. §. diffinitiua, verbo cum circa.

De cohærentia criminis, 2. q. 1. prohibentur, 23. q. 5. relegentes. Et quando dolus cum dolo compensetur. c. constitutus de pęnis.

Quid de consuetudine vide Innoc. in c. sane de temp. ord.

Quid de bono præcedenti vel sequenti. 56. d. nunquam ne clerici vel monachi. cap. non magnopere. 14. d. quod ait, 1. q. 1. si quasi, & d. c. relegentes, 23. q. 2. si quid verius, & per Inno. de iureiuran. sicut, & de testi. sicut de conces. præben. quia diuersitatem, & de custo. eu. c. 2.

Quid autem de paupertate, de soluti. Odoardus, de dolo & contuma. finem. de fur. c. 2. & d. c. fraternitatis.

Quid de alia afflictione an faciat misereri. de clericis non resi. ad audientiam, de clerico ægro. c. 1. de censi. licet.

Quid de simplicitate vel ignorantia iuris positiui, de rerum permuta. cum vniuersorum, de sentent. excom. cum illorum de locato, cap 1. de constit. nam concupiscentiam.

Item propter naufragium, de accusat. cum dilecti.

Item propter rei restitutionẽ, de elec. quod sicut, de solutio. c. 1. 12. q. 2. fraternitatis, & cap. si quis, & de simo. c. licet.

Item quid de scãdalo: vide de noui oper. nun. c. 2. de renunc. nisi. §. pro grau.

Item an ira furor vel ebrietas, 15. q. 1. in summa, & c. aliquos scimus, & c. inebriauerunt, 2. q. 3. §. notandum, de pęn. dist. 1. diuortium.

Quid

dientibus super eas, vt mereatur audire illas can
tantes canticum Prophetæ, s. virga tua, & bacu-
lus tuus ipsa me consolata sunt. Est namque vir
ga directionis. & virga regni, cum sitis gens san-
cta, genus electum, regale sacerdotium, cap. 1. §.
quia vero de sacra vnctione. Non sit quæso vir-
ga ferrea confringens oues tanquam vas figuli,
sed caput draconis conterat, & sit virga varij co
loris, per quam spiritualiter quisque pastor dita-
bitur vltra modum Genes. 30. cap. Non sit bacu
lus ad ludum noxiũ qui est in culpa, c. contine-
67 batur, de homicidio, sed sit baculus Iacob cum
quo transeatur fluuius Iordanis, i. huius vitæ trã-
seuntis more fluentis aquæ de quo Genes. 32. c.
Non sit virga per quam visitans ipse redarguen
dus sit. 2. Reg. 5. c. sed sit virga de qua scriptum
est Prouerb. 13. qui parcit virgæ, odit filium suũ,
& iterum, si puerum virga percuties, ipsius ani-
mam de inferno liberabis, ibidem, 23. c. Non sit
baculus arundineus & confractus, in quo nõ est
cõfidendum. 4. Reg. 18. Esa. 36. Ezech. 29. & 39.
aut qui faciliter facili quolibet vẽto agitetur &c.
sed sit baculus reiectis armis regijs sternens Go-
liam, spurũ & incircuncisum: de quo 1. Reg. 17.
per quem vere & propriæ caro mundus & dia-
68 bolus figurantur. Sit virga quam quicunque in
manu sumat facturus sit signa & prodigia veri-
tatis, & si projicitur ad terram, conuertatur in
colubrum, & in cõspectu Pharaonis deuoret ser-
pẽtes Magorum eiusdem, i. viciorũ: & resumpta
in virgã gratiæ redeat. Exodi 1. c. Est ergo bacu-
lus datus prælatis in arrabonẽ: vt ceteris iustio-
res probentur: figuratus Gen. 38. & tenendus in
manibus accinctis renib. luxuriæ per vescentes
agnũ cũ agrestibus: figuratus Exod. 12. Est virga
quæ si percutit puluerem terræ Egypti, nascitur
cynifex ad offensionẽ vitiorũ: ibidẽ. c. 8. Si exten-
ditur super terrã. i. terrenos hoies, parit locustas
eradicantes delicta, ibidẽ. 10. c. Si extẽditur supra
mare rubrũ. i. sęculũ diuidit illud in perniciẽ ma-
lorum, salutem vero bonorũ, ibidẽ. 14. c. Si percu-
tit petrã facit abundanter scaturire aquã sitien-
tibus per desertũ abusionũ, ibidẽ, 17. c. Et si mer-
gitur in aquas amaras pęnarũ & pęnitentiæ, pa-
rit dulcedinem salutarẽ, ibidem, 15. cap. Est & ba
culus quo & si percussus quis in lecto iacuerit,
demũ tamen surgit, & ambulat foris super illũ,
reddit innocentẽ eũ qui percussit non ad mortẽ,
iuxta legẽ quæ traditur Exod. 21. & no. in l. 1. C.
de emendatione propinquorũ cum concord. Est
virga Iesse florens, & Ioseph, ac cuiusq; in cuius
manib. germinat qui est, s. a Deo electus: cuius fi-
gura habetur numeri, 17. c. Est & virga cũ quasi
ceditur ordei spica, plures colliguntur mensuræ
Ruth. 2. Et cum qua mel salutis gustatur: figura-
ta 1. Reg. 14. c. Et cũ qua abstrahitur hasta de ma
nu Egypti hostis, 2. Reg. 23. c. & 1. Paralip. c. 11.
Huius virge extẽsio clementiã regiam signat in
animam bonam vt notabili figura patet Hester
4. 5. & 15. c. & aufert pauorẽ a iusto, vt patet Iob
9. c. Est & virga quæ in dorso imprudentium id
operatur quod flagellum ęquo, & chamus asino
Prouerb. 26. Et quia in ore stulti est virga super-
biç vt ibidem 14. c. ideo illa virga atq; correctio
tribuit sapientiã. ibidẽ. 29. c. debet ergo percute-
re dorsum eius qui indiget. ibidẽ, 10. c. cuius etiã
fructus est quòd tam bouis quam ouis & capre
quæ sub pastoris virga transeunt quicquid deci-
mum erit sanctificabitur Domino, Leui. 22. cap.
Non sit quoque claua genus, s. armorum: per
quod quisq; præsumitur animũ habere mactãdi
percutiens, l. 1. §. sed si claua, ff. ad legem corne-
liam de siccarijs, sed sit baculus senectutis non
auferendus nec transmittendus, sed tanquã lu-
men oculorum, & solatium vitæ custodiendus,
Tob. 5. cap. figuratus. Sit baculus ponẽdus super
faciem pueri defuncti, vt resurgat a malis mori-
bus: figuratus 4. Reg. 4. cap. Vt sic dicatur adhuc
habitat senex, & baculus in manu eius, & cũ hoc
baculo excutiatur Gath, & Cyminũ &c. Esaię 28.
Edocet equidem baculus istæ quid faciendũ sit
in die visitationis, ne superueniat baculus indi-
gnationis Domini, & exaltetur baculus, qui li-
gnum est: vt eleuetur & percutiat &c. Esai. 10. c.
Et conterat baculum impiorum, & virgam do-
minantium cedentem populos in indignatione
& plaga insanabili. Esa. 14. cap. Et propterea ca-
ueant visitatores ne tunc eis dicatur. Quomodo
confracta est virga fortis, & baculus gloriosus?
Hier. 48. cap. Caueant pariter ne audiant domi-
num dicentem. Ecce ego conteram baculum pa
nis &c. Ezech. 4. & 5. ad fi. Demum attendãt at-
que considerent baculi huius summitatem cur-
uam. Et per hoc intelligant quòd si non bene
rexerint, eorumque officium canonicæ & mini-
sterium assidue non impleuerint, ab eo qui dedit
baculum recuruabuntur & ipsi secundum Ioan.
And. in d. c. 1. in fi. de sacra vnctione. Alterã er-
go virgam prohibet verbũ veritatis. Matth. 10.
c. & Lucæ 10. alteram vero non. Marc. 6. Et pro-
69 pterea in benedictione baculi pastoralis tempo-
re quo consecratur Episcopus, dicitur hæc ora-
tio. Sustentator imbecillitatis humanæ Deus be-
nedic baculum istum, & quod in eo exterius de-
signatur, interius in moribus huius famuli tui,
tuæ propiciationis clementia operetur, per Chri-
stum Dominum nostrũ. Deinde cum consecra-
tor stans tradit eum cõsecrando coram se genua
flectenti dicit; Accipe baculum pastoralis officij.
Et sis incorrigendis vitijs pie sæuiens, iudicium
sine ira tenens: in fouendis virtutibus auditorum
animos demulcens tranquillitate, seueritatis cen-
suram non deserens, amen. Et hoc est quod inten
dit Bonifacius VIII. in c. Romana, in §. sane, de
censib. lib. 6. vbi statuit quòd visitator ad subdi-
torum emendationem per salubria monita, nec
lęuia, nec aspera iuxta datam sibi a Deo pruden-
tiam, esse debeat diligenter intendens: iuxta La-
teranen. statutũ Concilij, vbi patet quomodo
debeat esse discretus visitans, secundum Host.
Arch. & Io. And. s. vt cautus more periti Medici
superinfundat vinum & oleum vulneribus sau-
ciati diuersis experimentis vtendo ad sanandum
ægrotos: assistens illi tam consilio prudenti quã
remedio opportuno. cap. omnis, ver. sacerdos, de
70 pęnit. & remis. & nõ more imperiti medici vno
collirio credat mederi posse oculis singulorum.
29. dist. necesse, & no. in d. c. omnis. Exerceant er-
go audacter visitantes, viriliterque officium suũ
ad laudem bonorum, vindictam vero malorum,
omnia propter bonũ finem facientes, nihil mali
metuentes futuri, absit enim vt ea quæ propter
bonum finem facimus, nobis imputentur, si pręe-
ter nostram voluntatem etiam quicquam mali
contingat. 23. q. 5. de occidendis, not. in c. postu-
lasti, de homicidio, oportet namque in huius ba-
culi capite exaltare serpentem: vt populus qui
mordetur a serpente sathana, a Christo crucifixo
serpente per intuitum oculorum cordis sanetur,
& in illo qui semper viuit, morte tamen vestito
mors occidatur, sicut frigus in calore, & amari-
tudo in dulcedine, secundum Augustinum in
sermone marti. vt hinc peregrinantes illo duce
ad patriam salui regrediamur &c. Et ideo præ-
missis

Digitized by Google

71 missis adde benedictionem baculi peregrinorũ, de qua in pontificali, videlicet præmisso psalmo, Deus in adiutorium &c. vbi per benedicentem dicitur oratio. Domine Iesu Christe Redemptor mundi, qui per os beati Apostoli tui Pauli innotuisti non habere hic nos ciuitatem permanentem: sed futuram debere hoc inquirere: quique sanctis Apostolis præcepisti, vt euntes ad prædicandum verbum Dei. Virgas tantum sumerent: te suppliciter deprecamur, vt digneris hunc sustentationis baculum benedicere: quatenus eum portantes, in benedictionis signum & sui corporis sustentationem, celestis gratiæ plenitudinem in eo & munimen valeant tuæ benedictionis percipere, & quemadmodum virgam Aaron ad rebellium Iudæorum perfidiam repellendam benedixisti: ita & hunc famulum tuum per hoc insigne, ad honorẽ & reuerentiam tuã, & sanctorum tuorum assumere cupientem de manibus meis, & secum portare: benedicas, & ab omnibus peccans absoluas: vt in die iudicij in parte mereatur dextera collocari, amen. Aspergit demum aquam benedictam dicens. Accipe hunc baculum habitum peregrinationis tuæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, vt per eum merearis recipere in hoc seculo remissionẽ peccatorum: & in futuro consortium beatorum, & quo pergere cupis, feliciter peruenire, & peracto itinere incolumis remeare; cum alijs antiphonum, & orationibus de quibus ibidem.

BACVLI PASTORALIS

SECVNDA PARS

Continens

PRACTICAM VISITANDI.



De cerimonijs in visitationibus requisitis. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Oratio dicenda recepto visitatore.*
2 *Diaconus præsente presbytero non sedeat.*
3 *Seniores sunt honorandi.*
4 *Episcopi ab vrbe Roma redeuntes sunt processionaliter recipiendi.*
5 *Episcopi visitantis ornamenta.*
6 *Visitationes fiunt propter multas causas.*
7 *Confirmatio per solos Episcopos datur.*
8 *Confirmatio detur confessione præcedente.*
9 *Pluuiale vulgariter est vestis sacerdotalis, quam latina in pluuiam dicere possumus.*
10 *Pluuiale est album & nigrum.*
11 *Synodus quo ordine fieri debet.*
12 *Episcopalis allocutio valde notabilis.*
13 *Sermo visitationis quam materiã tractare debet.*
14 *Epũs in synodo qualiter cõgregatos alloqui debeat.*
15 *Synodo interesse debentes sunt nominatim vocãdi.*
16 *Synodus aliquando durat per triduum.*
17 *Episcopi allocutio dum præsidet in synodo.*
18 *Synodi celebrandæ secundus ordo.*
19 *Pluuiale est quoddam sacerdotale ornamentum.*
20 *Sermo subdiaconi hebdomadarij in sinodo.*
21 *Sermo dicendus in secunda die sinodi.*
23 *Sermo dicendus in tertia die sinodi.*
24 *Misericordia est Deo gratissima.*
25 *Benedictio Episcopali in sinodi fine.*
26 *Cathedraticum est Episcopum soluendum.*
27 *Pascha quando est subditis annunciandum.*
28 *Sinodum adire debent omnis ad eam vocati.*

Primo quæro principaliter quæ cærimoniæ spirituales in visitationibus requirantur? Respõdeo secundum ordinem qui in Pontificali continetur, quòd primo prælatus veniens ad visitandum processionaliter est recipiendus, processione enim extra fores ecclesiæ ordinata cũ reliquijs vel cruce maior ecclesiæ paratus pluuiali, iuxta vltimo capite processionis, & accedẽs visitator prælatus genua flectit ibi coram cruce vel reliquijs super tapetũ paratũ, & crucẽ, vel reliquias osculatur, deinde surgit, & tunc maior illius ecclesiæ cum osculo manus offert sibi ysopũ cum aqua benedicta, vt se & circunstantes aspergat, & thus benedicendũ in thuribulo ponendũ, quo facto idẽ maior incensat visitatorẽ solum, & dat illi euangeliũ ad osculandũ, & mox duo ex maiorib. ipsius ecclesię vnus a dextris, & vnus a sinistris deducunt visitatorẽ ecclesiam, & tunc processione ingrediente ecclesiam cantat. *Sacerdos & Põtifex & virtutũ opifex pastor in populo: sic placuisti domino: intercede pro nobis.* vel aliud responsoriũ. *Ecce vir prudens.* vers. *Ecce.* vers. *Gloria patri.* vel responsoriũ. *Ecce sacerdos magnus.* vers. *Benedictionẽ.* Et sic deducitur ad gradus corã altari, vbi prosternitur ad adorandum, responsorio autem finito, eo prostrato manente, maior ecclesię dicit super illũ, vers. *Protector noster aspice.* Responsoriũ. *& respice.* &c. Si autẽ sit Abbas vel Cardinalis non Eps: dicit vers. *Saluum fac.* vers. *Mitte ei auxiliũ.* vers. *Nihil proficiat inimi-*
1 *cus. Domine exaudi. Dominus vobiscũ.* Oremus. *Deus humilium visitator, qui eos paterna visitatione & dilectione consolaris: prætende societati nostra gratiã tuam: vt per eos in quibus habitas tuũ in nobis sentiamus aduentum, per Christum Dominum nostrũ.* Et oratione finita erigitur ab accubitu a præmissis duob. eum deducentibus, qui solenniter benedicit: & indulgentiam concedit: si est talis qui velit, aut cui cõpetat benedicere. Et mox ad hospitium accedat duobus (depositis pluuialibus) associãtibus eum, demum disponit se ad prosequendam visitationem.

Et adde quod non opem presbyteros ante ingressum Epi ingredi & sedere in tribunali &c. c. non opem. 95. d. nec oportet Diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat,
2 sic & Diaconus honorem habeat a sequentib. s. subdiaconis & clericis, c. nõ opem 93. d. oportet
3 etiã seniores. 1. Dominos honorare, not. in c. 1. de censi. & l. semper ff. de iure immunitã. & prior promotus debet priorem locum obtinere, c. 1. de maio. & obe. vbi concor. Et adde quòd venienti-
4 bus Episcopis de vrbe ob reuerentiã Summi Põtificis quem tetigerunt, & osculati sunt: vt in c. cum olim, de priuile. processionaliter obuiatur, vt not. Spe. in tit. de legato. §. sequitur videre. in princ.

Pontifex vero postea visitans parrochias cum primum venit ingreditur cimiteriũ, dicens psalmum. *De profundis,* &c. *Requiem æternam* &c. *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. A porta inferi. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum.* Oremus. *Deus cuius miseratione animę fidelium requiescunt* &c. Idemque facit recedere volens. Deinde intrans ecclesiam prosternit se, & orat ante altare: & mox surgens deosculatur mediam frõtem eius, & dicitur Missa. Qua finita, & benedictione

Digitized by Google

dictione data, accepto superpellicio, amictu,
Stola, Pluuiali, Mitra simplici, & baculo pasto
rali, proponit populo causas aduentus sui, vide-
licet quod sacri canones, & Ecclesiasticus ordo
6 hoc fieri præcipiunt propter multa. Primo ad
absoluendum animas defunctorum. Secundo
vt sciat, & videat qualiter Ecclesia ipsa spiri-
tualiter, & temporaliter gubernetur, quomodo
se habeat in ornamentis, qualiter ibi Ecclesia-
stica sacramenta ministrentur, & diuina officia
peragantur, quale seruitium ibi impendatur,
qualis sit vita ministrorum, & populi, vt ex of-
ficio suæ inquisitionis per eum si qua in præmis
sis corrigenda fuerint, corrigantur & emenden
tur, & præcipiat fieri libros, & alia necessaria
Ecclesiastica ornamenta. Tertio ad adulteria,
fornicationes, sortilegia, diuinationes, & similia
crimina publica in populo punienda, ad quod
interdum non sufficiunt Ecclesiarum rectores,
ostendens populo quam damnabilia, & dete-
standa sunt crimina ipsa. Quarto propter ca-
sus qui de iure vel consuetudine ad Episcopum
dumtaxat pertinere noscuntur, qui in constitu-
tionibus sinodalibus continentur, de quibus
nullus alius se intromittere potest, protestans
plebi quod si quis vel si quæ in aliquo illorum
casuum, vel in quocunque alio consilio eius in-
diguerit, paratus est benigne audire, & consiliũ
ac absolutionem, pendere, ac pœnitentiam mi-
sericorditer iniungere salutarem. Quinto ad ex-
hibendum sacramentum confirmationis, quod
7 nullus alius nisi soli Episcopi ex diuina & apo-
stolica institutione dare potest. Nam dominus
Apostolos confirmauit, & per eos eorumq. suc-
cessores scilicet Episcopos & superiores, popu-
los confirmandos esse decreuit, debet autem in-
sinuare plebi quod nullus confirmatus debet
reconfirmari, vel quod nullus qui non sit con-
firmatus potest esse in confirmatione patrinus,
& quod nullus excommunicatus, vel grauio-
ribus facinoribus alligatus ingerat se ad perci-
piendum hoc Sacramentum, vel ad præsentan-
dum confirmandum, & quod adulti prius de-
8 bent confiteri, & postmodum confirmari, &
quod in hoc sacramento compaternitatis, con-
trahitur impedimentum Matrimonij, & diri-
mit iam contractum, & quod nullus præsentet
nisi vnum vel duos ad plus, & confirmandi de
honestate non de necessitate debent esse ieiuni,
hæc igitur & alia populo pronunciantor, prout
in constitutionibus sinodalibus plenius consue
uit contineri. Sexto inducat populum diligẽter
ad pœnitentiam, & instruat in Ecclesiasticis sa-
cramentis, & in articulis fidei, & qualiter debẽt
declinare a malo & facere bonum, fugere vitia,
& sectari virtutes. Et quod alteri non faciant
quod sibi fieri nolunt, sed alteri faciant quod si-
bi volunt. His expletis indulgentia detur, & fiat
populo confessio & absolutio generalis. Post
9 hæc assumpto pluuiali nigri coloris exeat in ci-
miterium, cruce, aqua Benedicta, & clero præce
dentibus cãtando responsorium. *Qui Lazarum
resuscitasti*, ipse vero deductus a duobus hinc
inde tabaliam ante ipsum tenentibus sequitur,
dicens Psalmum *De profundis*. Et finito præmis
so responsorio, incipitur responsorium, *heu mihi
domine*, quo finito, inchoatur solemniter respõ
sorium *libera me domine*, quo cum suis versibus
finito cantatur. *Kyrie eleison, Christe eleison. ky
rie eleison*. Et mox episcopus mitra deposita reci
piens Isopum cum aqua Benedicta de manu a-
licuius osculãtis manum eius, dicit Pater noster,
aspergens cæmeterium coram se. Et mox tradit
Isopum alicui sacerdoti superpellicium, & sto-
lam habenti, manum eius osculãti, vt aspergat
totũ cimiterium. Ipse aũt prosequitur, dicẽs, *&
ne nos inducas*, ver. *in memoria æterna erit iustus.
v. a porta inferi. v. requẽ æternã. v. Domine exau
di.* ver. *Dominus vobiscum*. Ore. Et iũctis ante pe
ctus manibus dicit orationem. *Deus qui inter
apostolicos sacerdotes*, alia Oratio. *Deus veniæ lar
gitor*, alia Oratio. *Deus cuius miseratione animæ
fidelium*, &c. Quibus dictis dicit, *requiescant in
pace*. Respondetur *Amen*. Et mox eleuata dexte
ra producit signum Crucis ab omni parte supra
cimiterium, & tunc regrediuntur in Ecclesiam
ordine quo primo venerunt, dicendo alta voce
psalmum *Miserere mei Deus*, &c. Ipse dicit il-
lum voce dimissa cum deducentibus illum Psal
mo finito dicitur. ver. *requiem æternam dona eis*,
&c. Episcopus autem stans coram altari deposi-
ta mitra dicat *Pater noster. & ne nos*, vers. *a por-
ta inferi*, ver. *requiescãt in pace*. ver. *domine exau
di. Dominus vobiscum. Oremus* Oratio. *Absolue
quæsumus domine animas famulorum*. &c. His
10 peractis deposito pluuiali nigro, & assumpto
albo confirmet pueros. Expedita itaque confir-
matione, benedictis ornamentis si qua bene-
dicenda sunt, depositisque indumentis Ecclesia
sticis cõfessiones, & deinde querelas, si quæ sũt,
audiat, & de vita & conuersatione cleri, & po-
puli, & qualiter spiritualia & temporalia in
ipsa Ecclesia ministrantur, & de libris, & or-
namentis diligenter & de plano inquirat.

Verum quia præambulum quoddam visita-
tionis est sinodus vt dixi; supra in quæstione de
præparatorijs; Idcirco necessarium videtur adij
cere ordinem ad sinodum faciendam.

Secundum ergo ordinem qui in pontificali
continetur sinodus seu concilium celebratur
hoc modo.

Sacerdotes vero & clerici vniuersi qui ad sino
dum de iure vel consuetudine venire tenentur,
conueniant in ciuitate, aut in alio loco prout Põ
tifex ordinauit. Prima autem die sinodi mane
conueniant in Ecclesia, in qua debet sinodus ce
lebrari. Tũc Pontifex audita missa, cum amictu
Stola, Pluuiali, Baculo pastorali, & Mitra para-
tus accedit coram altari & ibi incipit flexis geni
bus, & mitra deposita schola prosequente. Anti.
*Exaudi nos domine, quoniam benigna est miseri-
cordia tua, secundum multitudinem miserationũ
tuarum respice nos domine*. Psalmus. *Saluum me
fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ*. Gloria pa-
tri. Ant. *Exaudi nos*. Post hęc Pontifex se erigẽs
dicat. *Oremus flectamus genua*. Oratio. *Omnipo-
tens sempiterne Deus qui misericordia tua nos in-
columes in hoc loco specialiter aggregasti, mentes
nostras quæsumus Paraclitus qui a te procedit illu
minet, & inducat in omnem (sicut tuus promisit
filius) veritatem, cunctos quoque in tua fide et cha
ritate corroboret, vt exercitati a temporali sinodo
proficiamus ad æterna felicitatis augmentum per
eundem, in vnitate eiusdem Amen*. Finita col-
lecta dicitur Litania, quam require in Missali,
Pontifice ante Altare super faldistorium cum
mitra in capite accumbente, & omnibus genua
flectentibus, & postquam cantores in Letania di
xerint, *vt obsequium seruitutis*, &c. et idem a cho
ro responsum fuerit, Pontifex se erigens ad cho
rum se vertens dicit. *Vt hanc præsentem sinodum
visitare, & benedicere digneris*, ter producens
signum crucis pariter super omnes.

Quo facto iterum accumbit, cantoribus

resumētib. Letaniam, qua finita se erigens dicit. *Oremus*, et diaconus *Flectamus genua, leuate* oratio. *Da quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus vt spiritu sancto congregata secura tibi deuotione seruire mereatur, per Do. in vnitate eiusdem*, & respondetur ab omnibus, *Amen*. Deinde ad sedem suam accedit: & diaconus Dalmatica indutus, benedictione accepta, legit euangelium ad sinistram partem presbyteri, euangelium est. *Conuocatis Iesus duodecim discip.* require 5. feria post Penthec. uel illud: *Qui vos audit, me audit*. require sub festo sancti Felicis, quo finito Pontifex flexis genibus, & mitra deposita incipit corā altari alta voce hymnū. *Veni creator spiritus*, quo expleto omnes sedeant in silentio, & Pon-
22 tifex si velit eos alloquitur dicens ita. Ecce beatissimi, & venerabiles consacerdotes ac fratres mei, missis ad Deum precibus sanctitatem vestram oportet, vt ea quæ de diuinis officijs vel sacris ordinibus aut etiam de vestris moribus, & necessitatibus ecclesiasticis a nobis conferenda sunt: cum charitate, & benignitate vnusquisque vestrum suscipiat, summaque reuerentia quantū valet, Domino adiuuante perficiat, vel quæ emēdatione digna sunt, cum omni deuotione vnusquisque fideliter studeat emendare, & si cui forte quod dicetur aut agetur displiceat: sine aliquo scrupulo contentionis, palam coram omnibus conferat: quatenus Deo mediante ad optimum statum perueniat: ita vt nec discordans coniectio ad subuersionem iustitiæ locum inueniat: nec iterum in perquirenda veritate vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat. Post allocutionē huiusmodi, vel prius quod est melius, fiat sermo: in
23 que tractetur de disciplina ecclesiastica: de diuinis ministerijs: & de correctione morum in clero: secundum ea quę in constitutionibus sinodalibus inter instructiones clarius demonstratur. Et mox post sermonem querelæ si quæ sunt audiantur. Postremo caritatiue moneantur omnes quod durante ipsa sinodo, & honeste se habeant in domibus, & extra; ita quod eorum honesta cōuersatio ceteris sit merito in exemplum: & data solemni benedictione. f. sit nomen Domini benedictum, licentiantur vt ad hospitia redeant. Secūda quoque die conuenientibus omnibus in ecclesia: Pontifex dicit missam: qua finita paratus, vt supra, procedit coram altari: ibi inchoans schola prosequen. *Propicius esto peccatis nostris Domine. Oremus: flectamus*, oratio: *Mentibus nostris quæsumus Domine Spiritum sanctum benignus infunde: quatenus in nomine tuo collecti: sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitia, vt hic a te in nullo dissentiat, & voluntas nostra, sed semper rationabilia meditātes, quæ tibi sunt placita, et dictis exequamur, & factis, per do. in vnitate eiusdem*. Respondetur *Amen. Oremus*: & diaconus: *flectamus genua. leuate*. oratio. *Deus qui nos iustitiam loqui, & quæ recta sunt precipis iudicare: tribue nobis, ut nec iniquitas in ore, nec prauitas inueniatur in mente, sed puro cordi purior sermo consentiat, ostendatur in ope iustitia: nec appareat dolus in lingua, sed ex corde veritas proferatur*. Respon. *Amen*. Post hęc transit ad sedem: & legitur euangelium. *Designauit Dominus*, require in festo sancti Lucæ: quo finito incipit Pōtifex hymnum. *Veni creator spiritus*: vt sup. Deinde sedentibus omnibus alloquitur Pontifex (si velit) sino-
24 dum his verbis. Reuerendissimi, & sanctissimi nobis Domini, & patres nostri, piam sollicitudinem nostram oportet, vt sicut hesterna die admonuimus benignam mansuetudinem vestram de diuinis officijs, & sacris altaris gradibus, aut etiam de moribus vestris, & necessitatibus Ecclesiasticis: quæcunque emendanda vel reuocanda sunt: charitas omnium vestrum vbicunque nouerit aliqua emendatione condigna, in medium proferre non ambigat, vt per nostræ sanctitatis studium Domino largiente ad optimum perueniant statum, ad laudem nominis Christi Domini nostri. Post huiusmodi allocutionem, vel prius, quod est melius, fit sermo, & post sermonem constitutiones promulgantur, & leguntur. Et si tunc sinodus finiatur, recommendatur religiosi, & Pontifex omnium orationibus
15 se recommendat deuote, & omnes qui adesse debent nominatim vocantur, & contra absentes proceditur prout episcopo visum fuerit expedire. Expeditis igitur quæ expedienda sunt, omnes cum reuerentia surgant de sedibus suis; & Pontifex dicit, *Oremus*, oratio. *Exaudi quæsumus Domine supplicum preces; & confitentium tibi parce peccatis, & si quid offensionis in hac sinodi celebritate contraximus, vt in eo quod soluturi sumus aggregatam sinodum, a cunctis primum absoluamur nostrorum nexibus delictorum; per quod nos a cunctis excessibus Domine quæsumus propiciatus absolue, & quas imperfectum nostrum oculi tui vident: perfectionem deputa misericors, quod perfecte æquitatis fine concludere peroptamus, per Do.* respondetur *Amen*. Deinde diaconus dicitur alta voce. *Humiliate vos ad benedictionem*, & Pontifex dat benedictionem dicens. *Omnipotens Dei filius qui est initium, & finis*, &c. vel aliam, require in benedictionario, & dat indulgētiam, quo facto omnes in pace ad propria reuertantur. Si vero propter aliquas necessitas oportet
16 tribus diebus sinodum celebrari, tunc non in secunda sessione, sed in tertia datur benedictio solemnis. *Omnipotens* Dei *filius*, & in secunda, dicitur illa, *Sit nomen Domini*, & in tertia non in secunda recommendantur religiosi: & Pontifex orationibus omnium se recommendat, & qui adesse debent vocantur, & licentiantur, & dicit oratio. *Exaudi quæsumus Domine*: & indulgentia conceditur vt præmissum est, in ipsa autem tertia sessione per eundem modum proceditur sicut in secunda: nisi quia tunc prima oratio est hæc, *Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, qui sacro verbi tui oraculo promisisti, vbi duo vel tres in nomine tuo congregati essent, te medium fore, adesto cœtui nostro propicius, & cor nostrum illumina misericors: vt a bono misericordiæ tuæ nullatenus oberremus, sed rectum iustitiæ tuæ tramitem in omnibus teneamus, per Do.* In secunda oratio est. *Deus qui populis tuis indulgentia consulis, & amore dominaris, da eis spiritum sapientiæ tuæ quibus dedisti regnum disciplinæ, vt de profectu sanctorū omniū fiant gaudia sempiterna pastorū. Per. in vnitate eiusdē*, euangeliū est. *Designauit*
17 *Dñs*, require, vt sup. Allocutio est. Dilectissimi, & venerabiles patres ac Domini nostri, oportet vt ea quę de ecclesiasticis officijs, & sacerdotalibus gradibus, vel etiam canonicis sanctionibus propter diuersas occupationes, aut (quod negare non possumus) propter nostra aliorumque desideria, non tam pleniter, vt oportet executa sunt: omnium nostrum vnanimi consensu, & voluntate requirantur, & humiliter coram sanctitate vestra recitentur, & quæ condigna sint emēdatione ad meliorē statū auxiliāte Domino perducantur, vnde si cui fortasse aliquid displicet q̄ digestum est: sanctitati vestræ cū benignitate, & modestia intimare non differat: quatenus totum

quod

Digitized by Google

quod nostra sinodali conuentione statutũ fuerit
renouatum, absque omni contrarietate, concor-
dia sanctæ pacis ab omnibus æque custodiatur,
ac teneatur, ad augmentum ęternę beatitudi-
nis omnium nostrum. Expediens tamen mihi vi
18 sum est etiam subijcere alium ordinem celebrã
di sinodum, qui videtur plenior in supplemen-
tum ordinis præcedentis, & qui in multis Italię
Ecclesijs obseruatur. Quoniam scilicet, Primo
conuocandus est clerus totius Episcopatus cum
autem clerus fuerit congregatus, prima die can
tabitur missa in honorẽ Spiritus sancti, vt proba
tur in cap. quod sicut de elec. & c. omnis Chri-
stianus, de conse. distin. 1. facit quod not. Io. An.
in proœmio 6. sicut in similibus not. in cap. te
referente, de cele. Missa & c. inter corporalia, de
transla. præla. qua Missa finita, dominus Episco
pus, & Abbates, & priores cum canonicis maio-
ris Ecclesiæ, & archipresbyteri, & alij clerici om
19 nes in pluuialibus vel superpellicijs bini & bini
accedunt ad chorum, in modum processionis,
siue ad locum vbi est cantanda missa, & tunc
cantor debet incipere Antiphonam. *Exaudi nos
Domine*, qua finita, prælatus debet ascendere
sedem suam cum insignijs Episcopalibus, & Ab
bates reuestiti, atque archidiaconus cum diaco-
nibus a dextris domini Episcopi, & a sinistris
archipresbyteri vel præpositi: si ibi fuerint cum
presbyteris, & subdiaconibus, acoliti vero, & in
feriores maioris Ecclesiæ si fuerint, sedeant ad
pedes domini episcopi, ceteri autem clerici se-
deant in corpore Ecclesię secundum eorum mo
dum consuetum, videlicet priores cum mona-
chis, archipresbiteri cum capellanis eorum, &
ceteri hinc inde prout commodius poterũt; fini
ta vero antiphona supradicta, incipere debet do
minus Episcopus alta voce hymnum. *Veni crea
tor Spiritus*, quo finito, cantor debet incipere le-
tanias, quibus finitis debent dicere, *Pater No-
ster*, deinde Episcopus debet dicere, *& ne nos in
ducas*, &c. & clerus respondere, *sed libera nos a
malo*, deinde, ver. *saluos fac seruos tuos*, & respõs.
Deus meus sperantes in te, & v. *mitte nobis Domi
ne auxilium de sancto, et de Syon tuere nos*, & ver. *ni
hil proficiat inimicus in nobis*, *resp. & filius iniqui
non apponat nocere*, deinde *domine exaudi oratio
nem meam*, responsorium, *& clamor meus. Do-
minus vobiscum, & cum spiritu tuo. Oremus.
Actiones nostras quæsumus Domine aspirando
praueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta no-
stra operatio a te semper incipiat, & per te capta
finiatur, & pacem tuam nostris concede tempo-
ribus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle ne-
quitiam, per Christum dominum*, &c. deinde
alia Oratio. *Ad sit nobis quæsumus Domine virtus
Spiritus sancti, quæ corda nostra clementer ex-
purget, & ab omnibus tueatur aduersis, & omnis
falsitas inimici destruatur per Christum domi-
num nostrum*, &c. His ita gestis subdiaconus,
hebdomadarius reuestitus tunica in corpore Ec
clesię super lectoriũ dicere debet hunc sermonẽ.

Dilectissimi fratres videte vobis a Deo con-
cessum priuilegium dignitatis, videte vobis
iniunctum officium dignitatis, vos enim estis
lux mundi, de sole iustitiæ radiantes, vos sal ter
ræ, tam vos quam alios salæ sapientiæ condien
tes, vos Angeli Domini eius iussa perferentes,
vos reges & principes, Christi populum regen-
tes a vobis exigitur pascere ac gubernare Domi
nicum gregem, verbo, exemplo, & præsidio, ver
bo prædicationis, exemplo conuersationis, præsi
dio defensionis. Ante omnia igitur fidem Ca-
tholicam verbis docete, ipsammet operib. com
probate, fides est sine verbis nulla, sine operibus
mortua est. Et ex fide fit homo iustus ex iustitia
viuit, dicente propheta iustus ex fide viuit, ha-
bentes igitur scutum fidei, arcete lupos a gre-
gibus Christi, fures cauete, mercenarios tolera-
te, greges seruate, vigilijs & orationibus instate,
honestatem diligite, lectioni & exhortationi va-
cate, viduas & orphanos defendite, hospites su
scipite, pauperibus vitę subsidia ministrate, alter
alterius onera portate, merentes consortate, in-
firmos, & in carcere positos visitate, sit in corde
vestro affectus amoris, in lingua sermo ædifica-
tionis, in mano donum largitionis, sitis pie sæ-
uientes, & seuere miserentes, circa corrigibiles
vtimini benignitate, circa incorrigibiles seueri-
tate, subditi obedite prælatis, & subiacete ipsis.
non eis detrahatis, non superbe resistatis, sed
onerosos humiliter supportetis, vos etiam præ-
lati subditos non opprimatis, non immoderate
exasperitis, sed fraterna charitate tractetis, in
dignitate seruanda, non quæratis quæ vestra
sunt, sed quæ Iesu Christi, pacem habete ad
omnes, & Deus pacis, & dilectionis erit vo-
biscum, & pax Dei, quæ exsuperat omnem sen-
sum custodiat corda vestra, & intelligentias ve
stras in Christo Iesu Domino nostro, quo fini-
to diaconus hebdomadarius reuestitus incipere
debet responsorium, venite filij, &c. Quo finito
diaconus hebdomadarius reuestitus dalmatica
in corpore Ecclesiæ super lectorile debet dicere
Euangelium. *Ego sum pastor bonus*. Quo finito
debet dicere dominus Episcopus alta voce, *Be-
nedicite*. Respondet clerus alta voce, Domi-
nus, & tunc sermocinare debet dominus E-
piscopus, & post eum archidiaconus, & post
eum Abbates si sunt, finitis autem sermonibus
debet dicere dominus Episcopus, *sit nomen do-
mini Benedictum*. Et sic debet dimittere cle-
rum ad hospitia sua vsque in crastinum. Secun-
da vero die idem ordo seruari debet Cantata
prius Missa de Trinitate, fieri debet sermo. Cõ-
stantes estote filij Carissimi, certatimque im-
plete opere quod voce profertis, credite Iesum
Christum Dei filium ante secula cum Patre
manentem, Deum ex Deo, inuisibilem de in-
uisibili, omnipotentem de omnipotente, & vt
nos redimeret, assumpsisse carnem ex virgine,
& per tempora ætatibus creuisse, vt verus ho-
mo in diuinitate permanens verus Deus secu-
rusque Dominicæ Passionis gloriam omnibus
audientibus aperuit Sacramentum, annuncíás
illis diem iudicij, atque credentium gloriam
sempiternam Sanctorum dicens, credite huic
Christo filio, Dei qui propter nostram salutem
dignatus est formam serui accipere, quem Ga
briele Archangelo nunciante integerrima Vir-
go Maria concepit, quem principes Iudæorum
per inuidiam sub Pontio Pilato flagellatum
Crucifixerunt, & quo Crucifixo tenebræ fa-
ctæ sunt super vniuersam terram ab hora diei
sexta, vsque ad horam diei nonam.

Quid plura? mortuus est, & sepultus, sed
tertia die surrexit, conuersatusque cum disci-
pulis suis per dies quadraginta, ipsisque aspi-
cientibus atque mirantibus ascendit in cœlum,
promittens in se credentibus discipulis suis
ad suam gloriam accessum, non credentibus
autem æterni flammas supplicij, quæ præpara-
te sunt eis, & patri eorum diabolo. Quoniam
vnusquisq. cuius opera agit, eius filius est. Ego
vero polliceor vobis confidens in domino, quia

si credideritis in filium Dei Iesum Christum: & malis actibus, atque vniuersis idolis renunciaueritis, possidebitis cum sanctis Angelis perpetuam vitam, in qua lux indeficiens erit, & tenebrę nullę neque esuries, nec indigentia tegumentorum, sed Christus ipse vera refectio suorum fidelium, qui dat credentibus in se candidissimas stolas, & quotidianę felicitatis gloriam sempiternam. Euangelium vero debet dici, estote misericordes, sermocinare debet dominus episcopus si voluerit, & alij clerici ciuitatis secundum ordinem suum. Quibus finitis, debet prius dominus episcopus interrogare archipresbiterum, & alios archipresbiteros qui sedent ex parte ipsius, cum omnibus eorum subditis, & debet dicere dominus episcopus *sunt omnia recte apud vos?* & respondentibus *recte*, debet dicere episcopus *Deo gratias*. Si autem responderint *non recte*, debet dicere episcopus. *Veniemus, vel mittemus, & emendari faciemus*, & similiter finiri debet vt supra. Tertia vero die idem ordo seruari debet. Cantata prius missa de sancta Maria

23 sermo debet esse. Carissimi charitatis dei vbique terrarum propagata nos a reatus primi parentis vetustate eripuit, cum pro nobis natus mori voluit, ipse enim charitas veritas est credentium in se, & pietas. De quo ait Ioannes. *Deus Charitas est*. Modo vos in ea firmiter constituite, illamque circumquaque sequi studete, charitas dilectissimi est si quis erroneum, necessitateque afflictum fratrem intuebitur, si misereri et conabitur charitatis diademate coronabitur. Vnde ad hunc Ioannes clamat. Qui viderit fratrem suũ necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Videte vt lorica fidei induti operemini dicta Apostoli. Semper in corde, & opere promissam fidem seruate, & in vobis peccantibus commissa relaxate. Nihil Deo carius habetur quam si quis poscẽtibus misericordiam pręstat. Nunquam tantum sacrificium curat quam si fieri potest alteri aliquis misereatur. Vnde dicit. Oseę propheta, mise

24 ricordiã volo & non sacrificiũ, & Redẽptor beati (ait) misericordes, spectę vestram nolite impedire, sed quod dicitis adimplete, verbi gratia. Quid prodest multa proferre, si definitis quod dicitis laborare? Cur hoc seruatis nisi quod deci pere Christum verbis tentatis? Non enim vestri deus obliuiscitur criminis: nisi pęnitendo idẽ deleueritis. Vnde Christi fideles & sancti appareatis. Quid Dauid dicat audite, Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Audistis sententiam quę non verbis sed sanctos nominauit nos in factis. Vobis committo Dei Ecclesiam cunctis: quam ab hęreticis caute auertatis, inter discordes pacem perficite, ad orandum per noctes sollicite estote, vnũ hoc habete pręcipuum, Deum diligite, & proximum, quoniam vt dicit scriptura, nec vere Deus sine proximo, nec proximus vere diligitur sine Deo, vnde quãdo Deus sic diligitur dicitur plenitudo legis dilectio, hoc ergo si cõstanter egeritis vobiscum Christum mansurum habebitis. Euangelium vero debet esse, *designauit Dominus*, & tunc debet sermocinare Dominus Episcopus si voluerit, & alij prælati Ecclesiarum forinsecarum, finitis autem sermonibus interrogare debet dominus Episcopus Archipresbiterum, & alios archipresbiteros qui sedent ex parte sua. *Sunt ne recte omnia apud vos & subditos vestros?* quibus respondentibus *recte*, debet dicere dominus Episcopus, *Deo gratias*. Si autem dixerint *non recte*: debet dicere dominus Episcopus, *veniemus, vel mittemus, & emendari faciemus*. Et post legentur statuta sinodalia pertinentia ad diuina officia, & ad honestatem personarum, & ad vtilitatem rerum Ecclesiasticarum. Quibus perlectis querimoniae audiantur a domino Episcopo, & committantur audiende, & finiende. Peractis vero cunctis dominus Episcopus debet dicere alta voce. *Te Deum laudamus*, quo finito debet dicere diaconus qui legit Euangelium alta voce, *humiliate vos ad benedictionem*, & clerus debet responde-

25 re alta voce, *Deo gratias*. Et tunc benedictio ab Episcopo debet subsequi. *Omnipotens dei filius qui est initium, & finis, complementum vobis tradat caritatis, Amen. Et qui nos ad expletionem huius fecit peruenire sinodi, absolutos vos faciat ab omni contagione peccati, Amen. Et ab omni reatu liberiores effecti absoluti, etiam per donum Spiritus Sancti felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis illesi*. Amen. *Quod ipse prestare dignetur*, &c. Quibus expletis Archidiaconus vel diaconus hebdomadarius debet dicere alta voce. *Innomine Domini Nostri Iesu Christi recedamus cum pace*. Deinde omnes debent surgere, & ad propria redire, prius tamen a domino Episcopo petita licenna & obtenta. Rurales clerici a ciuitate debent recedere, & prius antequã recedant quælibet parochialis Ecclesia debet

26 soluere cathedraticum siue sinodaticum, scilicet duos solidos ipsi Domino Episcopo, vel ei cui commiserit persoluendum. Et attende quod in Concilio Toletano statuitur quod in loco benedictionis idest sinodo, considentium dominorum Sacerdotum nullus debet indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus alios perturbare, nec fabulis varijs vel risibus agi, & (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere, quia si quis (vt ait Apostolus) putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducẽs cor suum, huiusmodi vana religio est, cultum enim suum perdit iustitia: quando silentia iudicij obstrepẽtium turbo confundit, dicente propheta Es. 32. Erit cultus iustitię silentium, debet ergo quicquid aut consulentium consultationibus agitur aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, vt nec contentiosis vocibus sensus audientium perturbetur, nec iudicij vigorem tumultus emergat, alias iuxta legem diuinam pręcipientem. Eiice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dede core de confessione abstractus a cleri cetu secedat, & trium dierum excommunicationis sentẽtiam ferat. c. in loco. 5. q. 4. cui adde. c. irreligiosa de cons. d. 3.

Attende quod postquam omnia in sinodo fuerint ordinata, illud omnibus modis obserue-

27 tur vt superuenturum anni Pascha quo kalendarum die, vel quota Luna debeat suscipi a metropolitano inuenietur, quod ceteri Episcopi vel reliquus clerus breui sub notantes, vnusquisque i sua Ecclesia aduenientẽ Natali Domini die, post euangelicam lectionem populo annuncien. cap. placuit. 3. de conse. d. 3. vt per orbem vniuersum vno & eodem die Pascha celebretur. ca. de obseruatione. e. di. dum tamen semper in die dominico celebretur, vt in pluribus. ca. ibidem patet. Est ergo per prælatos dies venerabilis Paschæ omnibus intimandus, formatarum literarum tantum subscriptione, vt dies sinodi. 11. Kal. Nouembris seruetur. Scribendum est etiã

ad

ad singularum quarumcumque prouinciarum primates, quod quando apud se concilia congregant, istum diem non impediant. ca. placuit 2. ead. dist. Attende etiam quod vocati ad Synodum non debent contemnere sed venire, vt doceant vel doceantur quę sunt ad Ecclesię ceterorumque correctionem vtilia, & contemnentes, seipsos videntur accusare, quod si forte ire non possunt, excusatorias literas subscribere debent. cap. non oportet, & cap. placuit. 18. di. alias puniuntur vt ibi, & cap. si quis autem, & ca. si Episcopus. e. di. et cap. si quis et cap. peruenit, et cap. quoniam. Hęc habet prelatus superior licentiam ex his quę deferunt inferiores prelati secum, siue iumentum, siue aliquam speciem ex petendi, quod si hoc egisse conuictus fuerit soluet quadruplum, et idem de eulogiis, cap. quoniam cum se. ead. di. Nulli etiam episcopo liceat diœcesanam sinodum celebrare sine metropolitano. cap. propter Ecclesiasticas. ea. di. Quęcunque autem in prouinciali sinodo concluduntur: tenentur diœcesani congregatis subditis suis infra sex mensium spacium eisdem referare, alias puniuntur vt in ca. decernimus. e. di. Adde Vin. in cap. quoniam de priuile. quem refert Bude. in c. ego enim de iureiuran.

De quibus est prædicandum visitando. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Simbolum est quadruplex.*
2 *Simbolum vnde dicitur.*
3 *Simbolum quid est.*
4 *Fides multipliciter sumitur.*
5 *Articuli debent ab omnibus sciri, diuersimode tamen.*
6 *Patrini debent docere in fide filiolos suos.*
7 *Fides est ad salutem necessaria.*
8 *Fides est formata & informis.*
9 *Libri per præsbiteros parochiales legendi.*
10 *Idolatria quid est.*
11 *Idolatria est maximum crimen, & multipliciter incurritur.*
12 *Sors prohibetur.*
13 *Stellarum cursus obseruandi non sunt.*
14 *Christianis non licet gentilium traditiones tenere.*
15 *Peccata mortalia sunt summopere fugienda.*
16 *Peccatorum circunstantia versibus declarantur.*
17 *Pœnitentia conditiones metrice declarantur.*
18 *Peccata mortalia sunt septem.*
19 *Superbia mala.*
20 *Auaricia mala.*
21 *Symonia est fugienda.*
22 *Vsura est fugienda.*
23 *Furta sunt cauenda.*
24 *Rapina sunt fugienda.*
25 *Contractus simulati sunt a iure reprobati.*
26 *Mensura debent esse iuste.*
27 *Iusticia vendi non debet, nec officium.*
28 *Luxuria species.*
29 *Stuprator ad quid tenetur.*
30 *Fornicans qualiter punitur.*
31 *Pollutio nocturna an sit peccatum.*
32 *Ira mala.*
33 *Seditionarii non sunt in Clericos ordinandi.*
34 *Homicidium multipliciter committitur.*
35 *Gula peccatum quandoque modis est mortale.*
36 *Ieiunia quibus diebus sunt obseruanda.*
37 *Inuidia quæ mala producit.*
38 *Scismatici nihil validum efficere possunt.*
39 *Accidia mala.*
40 *Dilectionis probatio est operis exhibitio.*
41 *Inferni pœna.*
42 *Prædicatores nemini detrahant.*

SEcundo; Quæro circa quę principaliter oporteat proponi verbum dei? Respondeo primo, quod super omnibus super quibus doceri ignari clerici debent specialiter, vt sciant docere Simbolum, hoc est Credo in Deũ Patrem, &c. Secũdo super eo, quomodo plebs debeat fugere errores Idolorum, & omnia peccata mortalia, & quod nolunt sibi fieri, alijs ne faciant. Et vt credant resurrectionem omnium, & diem indicij, in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit 10. q. 3. episcopum. Adde quod necessarium est visibile sacramentum aqua ad ablutionem visibilis corporis, sicut necessaria est doctrina inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animæ, & renascitur homo ex aqua visibili Sacramento, & Spiritu inuisibili scilicet intellectu, vt simbolum baptismi visibiliter accipiat, & spiritualem intellectum ipsius Simboli percipiat: vel ex aqua visibili, & Spiritu sancto. c. necessarium, de con. d. 3. Circa primum attendendum, quod quatuor sunt simbola.

1 Primum est apostolorum quod dicitur in officio diuino hora primæ, & completorij, & appellatur, paruum. Secundum est Concilij Niceni: quod dicitur & cantatur in medio missæ, & istud dicitur, magnum. Tertium est Athanasij:
2 quod dicitur, & cantatur post Psalmos horę primæ, & incipit, Quicunq. vult saluus esse. Quartum est concilij generalis quod ponitur in decretali 1. de Sum. Trinita. & fide catho. quæ incipit, firmiter credimus, &c. Et dicitur simbolum a sim quod est simul, & bolus quod est morsellus, quia vnus quisque Apostolorum morsellum hoc est partem suam apposuit. Et est simbo-
3 lum collectio articulorum fidei: quæ collectio dicitur fide Christiana, & Catholica idest vniuersalis, vt patet in d. c. 1. de Sum. Tri. & 24. q. 1. hæc est fides, & in Psalmo Athanasij. Hęc est fides catholica quam nisi quisque, &c. Et licet
4 multis alijs modis sumatur fides de quibus per glo. super rubrica de Sum. Tri. in prin. ac diuersimode diffiniatur, vt ibi, & articuli fidei variomodo numerentur, vt ibi: tamen quia in hoc opusculo intendo positiue pertransire, ac me iuristis conformare, & ea tantum attingere quæ sufficere satis videantur pro officij visitationis implemento. Concludo tot esse articulos quot ex omnibus ipsis simbolis resultare videntur. Cum his qui adduntur in cap. 1. de Sum. Tri. li. 6. & in cle. & in c. cum Christus, & ca. ad abolendam, cum similibus, de hære. Et breuibus concludo quod quicquid sacrosanctam Rom. Eccl. quæ est mater omnium Ecclesiarum, & magistra, prædicat, & obseruat, est vera fides Catholica, cum omnibus articulis suis, c. ad abolendã, de hære. & d. clem. t. &c. & quicumque cõtrarium dixent esse hæreticus, & excommunicatus incontinenti, vt ibi. Et hæc omnia scire tenetur

quilibet Christianus per fidem de consec.dis.4.
ante viginti,& cap.baptizandos,& c.prima. Et
præcipue ad sciendum omnes articulos,de qui-
bus in dictis quatuor simbolis omnes indistin-
cte tenentur tam clerici quam laici. Sed clerici
magis qui legem perscrutabiliter scire tenentur
28.dis.quando episcopus,qui libet ergo tenetur
credere quod catholica tenet Ecclesia, & hoc
sufficit laicis in talibus articulis: dummodo ni-
hil in contrarium sentiant,vt no.glo. in ca.cum
Christus,de hære.facit.11 d.quis nesciat, & idē
dicit glo.super dicta rubrica quod articulos cle-
5 rici tenentur scire explicite,laici vero implicite,
scilicet credere sicut tenet Ecclesia alias non pos
sent excusari a causa,& supina ignorantia, quæ
esset magna negligentia, & culpa latissima leg.
magna negligentia,& latæ.ff.de verbo. sig. Ha-
bent namq.picturas hoc docentes necnon festi-
uitates quę per annum solemnizantur scilicet
Annunciationis,Natalis,Passionis Resurrectio-
nis,Ascensionis,Pentecostes, Trinitatis,Corpo
ris Christi,& similes,habent confessores,& præ
6 dicatores,patrinos etiam ex sacro fonte leuātes:
qui omnes eos super his habeot instruere.c. vos
ante omnia,de con.d.4.& d.3. perlatum. Et ha-
bent denuq. visitantes. . Docebunt ergo prælati
visitātes simbolum 12. articulos continens se-
cundum theologos explicite, & sigillogizando
perscrutabiliter sacerdotibus parochialibus, vt
super eis sciant docere Cathecuminos,& plebes
sibi commissas:per iura superius allegata quia
7 non est credendum eis qui fidem veritatis igno
rant,& monēdi sunt firmiter credere, & nulla-
tenus dubitare,quia dubius in fide infidelis est,
vt in cap.1.de hære.alias saluus esse non poterit,
sed absque dubio in æternum peribit,vt in psal
mo Quicunq. quia sine fide nemo potest place-
re Deo,facit 23.d.quando episcopus, & 24.q 1.
aperte,etiam in tenui articulo, vt C. de hære.l.
fi.in fi.quo scilicet ad articulos fidei, qui conti-
nentur in dictis simbolis,scilicet Credo in Deū,
& ceteris quibus per fidem solam est adhiben-
da credulitas, quia fides est de re nō visa.de pe.
dist.4.in domo.C.de Sum.Tri.leg.fin. quia nec
per signa sed per fidem veritas est colenda, de
cons.d.4.venit sacerdos,& not. gloss. in d.cap.
1.de hæret. quoniam omne quod non est ex fi-
de,peccatum est,cap.fin.de præscrip. quæ sine
operibus mortua est.ca.cum Christus de hęred.
1.q.1.cap.fertur,& ex qua iustus viuit: & quæ
per dilectionem operatur.cap.1.de Sa.Vn.Om-
ni vero homini qui Ecclesiæ Catholicæ non te-
net fidem & vnitatem,neque baptismus neque
eleemosyna quantumlibet copiosa,neque mors
pro nomine Christi suscepta, proficere poterit
ad salutem,sed cum diabolo,& Angelis eius æ-
terni ignis incendio participando damnabitur.
8 capit.firmissime,de hære. quia mali carent fide
formata,quam habēt soli boni, licet habeant in-
formem vt no.glo.super dicta rubrica de Sum.
Trin.sicut & dæmones,& infideles qui carent fi-
de formata charitate. Nam fides per dilectionē
operatur,& est fundamentum omnium virtutū
1.q.1.cum Paulus.de pœni.di.2.§.item sine cha
ritate.Hinc dicit ꝓpheta; iustus ex fide viuit,&
est fides virtus a qua dicuntur fideles quicunq.
baptizantur de conse.di.4. si qui apud.quorum
premium est vita æterna.Quia qui crediderit,&
Baptizatus fuerit,hic saluus erit cap.maiores de
Bap.Et adde quod simbolum ante octo dies do
minicæ Resurrectionis publice in Ecclesia com
pęnitentibus prædicari mandatur ab omnibus
Ecclesiis annuatim.cap.simbolum, de consec.d.
4.adde cap.Baptizandos cum se.dist.4.Consulo
9 omnibus prælatis,& presbyteris parochialibus,
vt habeant & sępe perlegant summulas B. Bo-
nauenturæ, quæ incipit flecto Genua,& Alber-
ti,quæ incipit , veritatis Theo.alias non erunt
excusabiles apud Deum.
Circa secundum est attendendum quod ido
10 latria est quando latria idest honor, & seruitus
qui soli Deo debetur, datur creaturis, vt dicam
infra.ad finem vltimæ quęstionis. Quod crimē
11 est maximum,quia de directo opponitur fidei
Catholicæ. Et multis modis incurritur. Primo
adorando Imagines & picturas aliter quam per
mittitur,in cap.venerabiles,de conse.d.3.Secun
do cum per fortes furta in tabulis aut codicibus
vel aliis instrumentis requiruntur; vel diuina-
tiones aliquas in aliquibus rebus aliquis obser-
uare præsumit,cum tales sint puniendi,cap.1.de
fortil.ne propter assiduitatem labantur in ido-
latriam,vt ibi not.& 26. q 2.hi qui.sicut nec ad
dęmonia consulenda,vt ibi & cap.illud ea.cau-
sa & quæstione.& cap.sortes,& cap.peruenit.c.
causa quæst.5. Tertio quando per inspectionē
astrolabi furtum quæritur recuperari, ex quo
non contrahitur modica macula peccati, ergo
grauissimum est, licet etiam bono zelo, & sim-
pliciter fieret,de quo in cap.2.eod.titu.de forti-
12 le.prohibetur ergo sors ex causa,& licet Mat-
thias Apostolus fuerit electus per sortem, il-
lud factum fuit inspiratione diuina,vt not.eod.
ti.de fortile.cap.fin.facit 26.quæst.1.non exem
plo.Item quando obseruantur ea quæ a diuina-
toribus præcipiuntur.cap.intelligi.ead.q & cau
sa.Item quando seruatur aliqua de superstitio-
nibus de quibus in cap.illud ea. causa,& q.
vel requiritur cura sanitatis magicis artibus, ca.
qui sine.e.cau.& q.vel super idem consuluntur
planetarii,& mathematici.cap.illos ead. cau. &
13 q.vel obseruantur auguria,& stellarum cursus:
cum ex his resultet cultus idolatrię, cap. sed li-
cet.e.causa & q.salua tamen ignorantia: puta
si quis reliquiis de area vel torculari idolatra-
rum vesceretur,cum nesciretur idolis immola-
tum cap.si de area,cum se.ead.cau.& q. Omnia
namque genera diuinationū inducunt idolatriā
de quibus in cap.1. ea. causa.q.2. quod genus a
Persis allatum dicitur vt ibi. Puniuntur autem
multipliciter qui ariolos vel incantatores ob-
seruant vt in cap. si quis cum se. puniuntur etiā
facientes filateria idest breuia,&c.ca.non opor-
tet cum se.ead cau. & q.& cap. si quis clericus,
& cap.auguriis,cum sequentibus,& contra tales
oportet prælatos esse vigiles,cap.contra.ea.cau.
& q.& illos tanquam Christi inimicos in seq.c.
14 pernient,&c.Non ergo licet Christianis tenere
traditiones gentilium, & obseruare vel colere
elementa,aut Lunę,aut Stellarum cursus, aut
inanem signorum fallaciā pro domo facienda,
vel propter segetes,aut arbores plantandas, vel
coniugia locianda. Scriptum est enim omnia
quę facitis aut in verbo,aut in opere,omnia in
Nomine Domini Nostri Iesu Christi facite gra-
tias agentes Deo,nec in collectionibus herbarū
quę sunt medicinales, aliquas obseruationes,
aut incantationes liceat attendere: nisi tantum
cum simbolo diuino aut oratione Domica, vt
tantum Deus creator omnium,& Dominus
honoretur.cap.non licet. ead.cau.quęst.5. Gra-
uius etiam puniendi sunt qui more pemorti
impatientię inimicorum,altare sacris vestibus
exuunt: aut lugubri veste accingunt vel cen-
fueta

fuera luminariorũ obsequia de ecclesia subtrahũt
uel missam pro requie defunctorũ promulgatã
pro viuis celebrant hominibus quorũ omniũ ma
leficia iniquissima Toletanũ Concilium cõdem
nauit,c.quicunque,e.c.& q Et quoniã quæ ma-
gorũ prçstigijs fiunt,non vera sed fantastica sũt.
vt plene patet in c.nec mirũ.e.c.& q.& incanta-
tiones in firmitatibus hominũ nihil remedij prç-
stant,c.admoneant.e.c.q.7.tanquã graue pecca-
tũ puniuntur vt supra, ac prohibentur similiter
& Kalendarum obseruationes ritu paganorũ, &
dies Aegyptiaci.c.nõ licet,cũ se.ca. & c&.q. Dç-
moniaci tamẽ: petris vel herbis sine incãtatione
vti possũt,c.Dçmoniũ,e.c.& q.facit ad pmissa,l.
cretionum.C.de iure deli.l.cçlicolarũ, & per to-
tum.C.de paganis,& l.1.& per totũ.C.de male-
fi.& mathe. Curent etiã prçlati studiose insurge
re contra pessimum genus mulierum quç hero-
dianæ appellantur, de quarũ elusione pleue tra-
ctatur in d.c.nec mirum,&c.

15 Circa tertium vero,s. circa fugam mortalium
peccatorum est attendendum quod omnia pec-
cata mortalia licet habeant facies diuersas: cau-
das tamen habent inuicem colligatas, c.excõmu
nicamus,in prin.de hære. & ideo necesse habet
deflere peccatorum quia offendẽs in vno factus
est omnium reus,cap.defleat,de reg.iur. & illud
non minuit diuturnitas temporis,c non satis,in
fi.de simo.quinimmo tanto grauiora sunt pecca
ta,quanto diutius infelicem animam detinent al
ligatam,c.cum in ecclesiç,eo.ti.sicut,& ex alijs
multis circunstantijs aggrauãtur: de quibus per
Host.in sum.de pœnit. & remi. §.quæ interroga-
tiones, & probatur de pçnitentia dis.5.cap.1.in
prin.& in c.sicut dignum,de homicidio,& de pç
nitent.dist.2.aut facta, quæ his versibus cõtinen
tur. *Hæc sunt seruanda cunctis medicamina dan-
da, Quis,quid, vbi, per quos, quotiens, vbi, quo-
modo,quando. Aetas, forma, locus, ordo, sapien-
tia,tempus. Quæ mora, quisve modus: tentatio
quæue notantur*. Propter quç peccata veniunt
aduersa,cap.cum infirmitas, de pæn.& remiss.
& præsertim propter non solutionem decima-
rum,&c.cap.reuertimini. 16.q.1. Et non remit-
titur,nisi restituatur ablatum. regula peccatum,
de reg.iur.nec peccati venia datur nisi correcto.
regula peccati,eo.ti. vide in c.cum tu.de vsu.nec
est quis correctus nisi subeat pçnitentiam saluta-
rem. Debet autem esse pænitentia prout etiã his
16 versibus continetur. *Sit simplex, humilis, fer-
uens,& pura.fidelis,vera,frequens,nuda, discre-
ta,libens,rubicunda.Integra, secreta, lacrymabi-
lis,accelerata,Fortis,& accusans,et sit punire pa-
rata*. Pro quorum versuum omnium expositio-
ne videatur omnino aureum memoriale sacer-
dotũ: de qua per Spec. in repertorio in ti.de pæ.
& remiss. & non omittatur.

Et quomodo mortale peccatum dicatur du-
pliciter,vide glos.in clem.ad nostrum, ver.septi-
mo.de hæret. & quomodo tribus gradib. ad pec
catum peruenitur,s.suggestione,delectatione,&
consensu,& quomodo peccati tres sunt differen
tiæ.s.in corde,in facto,& in consuetudine &c.&
quomodo committitur infirmitate,ignorantia,
& studio.sicut etiam in virtutibus tres sunt gra-
dus,vide pulchros tex.de pænit.dist.2. §.hinc ẽt.
17 cum seq. Et attende quod septem sunt crimina
mortalia quæ sub hoc termino continetur. *Sali-
gia*, cuius termini quælibet littera notat primam
literam cuiuslibet criminis videlicet. S.notat.su-
perbiam.A.vero auaritiam,L.notat luxuriam,I.
iram,G.gulam,I.inuidiam,A.accidiam. Super-
18 biã inter omnia retinet principatum tanquam
vitiorum omnium Regina. Expulit Angelos de
Paradiso,primum hominem damnauit,omne ge
nus humanum infecit, huic Deus resistit qui dat
humilibus gratiam, sæpius dicens quod qui se
exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exalta-
bitur. Hinc dicitur prouerbium secundum Ho-
stien.quod sputum missum in cælo in oculos re-
uertitur expuentis,vt refert Io.And.in c.cum in
ecclesijs,de maio & obed. hæc semper innititur
maioritati,omnem studet excludere obedientiã:
contra quam dicitur qui non obedierit Principi
morte moriatur.c.2. de ma.& obe. Omnis enim
anima sublimioribus potestatibus subdita esse
debet,vt c.omnis,de censi. Dispersit etiam Deus
superbos mente cordis sui.Et melior est obedien
tia quam victima; & magis quam adipem arie-
tum offerre,c.illud, de maior.& obed.31.dist.si
qui sunt presbyteri.32.dist.§.veris, & 7.quçst.1.
sciendum.

19 Auaritia autem est Idolorum seruitus,& aua-
ro tam deest quod habet quam quod nõ habet,
c.auaritiç de prçbend.28.q.1.Idolatria.Hæc etiã
dicitur radix omnium malorum de pæn.distinc.
2.§ quia radix.& 49.distin.c.1.ver.impetiginem
quoque. Et ita scribit Paulus ad Thim. quia alia
rum virtutum pulchritudo per hanc deprauat-
tur,& quasi totum corpus exasperat,quia per v-
niuersa animum supplantat.47.dist.c.bonorum,
& in Auth.vt iudic.sine quoquo suffra.§.cogita-
tio.col 2.adde quod no.Io.And.in c.auaritiç, de
electio.in 6.in nouella,super glos.2.& de renun-
ciatione.c.nisi cum pridem in prin.& de prçben.
c.auaritiæ,in prin.Ex hac prodeunt simoniç,vsu
rç,furta,rapinç,simulati contractus:deceptiones
circa vel infra dimidiam iusti precij,falsa ponde
ra,& mensuræ:iniuriç,& damna,sacrilegia,ven-
ditiones iustitiç,retentiones decimarum,& latro
cinia,c.inter alia,de immun.eccl.& assassinamen
ta,c.pro humani,de homicidio,libr.6.A simonia
21 etiam multum prçcipitur caueri vt patet in 1.
Can. in decretis,copiosissime,& in tit.de simon.
in decretalibus,quia nihil prodest homini si to-
tum mundum lucretur: animç vero suç detrimẽ
tum patiatur,c.Mathçus,de simon.Similiter ab
22 vsura, vt sicut non licet pro alterius vita menti-
ri:ita multo magis prohibetur quis ne etiam pro
redimenda vita captiui vsurarum crimine inuo-
23 luatur,c.super eo.de vsur.Sic etiam furta vt qui
etiam cum fure partitur occidat animam suam,
& non fur solum: sed ille reus teneatur qui furti
conscius quçrente possessore non indicat, ca.qui
24 cum fure.de fur.Ita & rapinç vt a raptorib. non
liceat eleemosinam accipere, ca.super eo.de rap.
& si quç spoliauerint damnata cupiditate Chri-
stianos naufragium patientes: quibus secundum
regulas fidei auxilio esse tenentur, sunt excom-
municati nisi reddant, c.excommunicationi, de
25 rap.Sic & simulati contractus de quibus in c.il-
lo vos.de pig.& c.ad nostram,de empt. & vend.
vbi plene per Ioã.Andr. Ita & deceptiones vltra
dimidiam iusti precij,c.cum causa, de emptio.&
vend. & ad tempus, c.in ciuitate, & cap.fin.de
26 vsur.Sic & falsa pondera & mensurç de quibus
in c.2.de empt.& vendit.Iniuriç,& damna vt e-
mendentur in casibus de quibus in c.1.& per to-
tum de iniurijs,sed qui causam damni dat dam-
num dedisse videtur,c.fi.eo.ti.& ca.de cetero,de
homi.vbi de hoc.Sic & sacrilegia, & incendia ec
clesiarum de quibus in c.in literis,de rap. & c.su
27 per.eo.ti. Sic & venditiones iustitiç de quibus in
c.cum ab omni, de vit.& hon.cler. vbi sententia

enalvi

Digitized by Google

venalis est nulla, & officiorum. c. 1. cum se. ne præla. vices suas. Ita & retétiones decimarũ quæ sunt tributa egentiũ animarũ. de quo plene in c. tua nobis. de dẽti. 16. q. 1. decime. cum similibus.

28 Luxuria ex qua procedunt adulteria, & stupra, fornicationes, pollutiones nocturne; crimen pessimum cum maribus, quod dicitur contra naturam propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, c. vt clericorum de vi. & ho. cle. & propterea quinque ciuitates igne consumptæ sunt. cap. clerici. de excess. præla. 32. q. 7. cap. flagicia. io auten. vt non luxurientur contra natura, col. 6. C. de adult. l. cum vit. Adulterium propter cuius suspitionem violentam potest maritus vxorem accusare. c. maritis. de adul. & 32. q. 1. di-

29 xit dominus. Stupra propter quæ compellitur stuprator volens stupratam etiam de consensu patris ducere in vxorem, & illam dotare, c. 1. de adul. nolens autem corporaliter castigatur ad arbitrium superioris, & excommunicatus in monasterio ad agendam pœnitentiam detruditur, etcetera, c. peruenit, e. ti. Et raptus virginum vt, l. 1. C. de rap. virginum, l. raptores, de episcopis, & cle. Et inceste & nepharie nuptiæ vt, C. de incest. nup. per totum, etiam cum monialibus, cle. 1. de spo. propter quas etiam nuptias incurritur excommunicatio, vt ibi patet, & adde no. in l. si quis non dicam rapere, de episc. & cle. vbi solum attentare facit incurrere penam capitis attentantem cum opere: licet non sola cogitatio. l. cogi-

30 tationis, ff. de penis. Fornicatio propter quam fornicaria etiam mulier canonicæ est iudicanda, cap. si quisquam de coha. cle. & mulie. & in monasterio intrudenda, 34. di. c. fraternitatis, & excommunicanda de sen. exc. si concubine. Pollu-

31 tio nocturna, de hac plene habetur quando sit peccatum vel non, in c. testamentum, & c. nõ est peccatum, & in palea. sed pensandum. 6. di. Et ad vxorem menstruatam, & non purgatam accessus, cap. ad eius vero concubitum, c. dis. & habetur, in c. 1. de pur. post partum.

32 Ira quæ impedit animum ne possit cernere verum, ex qua procedunt homicidia, seditiones, rixe, contentiones, vulnera, duella, homicidia, scilicet parentum filios occidentiũ, qui puniuntur prout habetur in c. 1. 2. & fi. de his quæ fi. occi. & occidentium fures diurnos, & nocturnos, & alias, & quomodo puniuntur tales sufficiat remittere ad cap. 2. & 3. & totum tit. de homicid.

33 Seditiones vt seditionarij, qui nunquam ordinantur in clericos, c. seditiones. 46. dist. sic & iniuriarum suarum vltores, vt ibi. Rixe, & cootentiones, vt in c. perlatum. 90. dist. & ca. 1. de iniurijs. Duella quæ omnino prohibita sunt. ca. 2. de cler. pug. in duello. Et no. q tam facto, quam præ-

34 cepto siue consilio, quam non defensione committitur homicidium, vt ibi. & ca. sicut dignum, de homic. Et propterea prohibetur ars sagittariorum. c. 1. de sagittarijs, & ars cirugie clericis, cap. tua nos de homic. Est etiam homicida quæ procurat sterilitatem, vel abortum, ca. si aliquis, de homic. l. si mulierem, ff. ad leg. Corn. de siccarijs, & ff. de penis, si aliquid in §. qui abortionẽ. 32. q. 2. Moyses, & occasionaliter, quis sit homicida, 86. dist. pasce fame. & C. de infanti. expositis. l. 6. ff. de libe. agn. necessaria. 55. di. si quis ab sciderit, & plene in d. c. sicut dignum, & facit, c. sicut, ex literis, de homic.

35 Gula hæc quinque modis dicitur vitium, & peccatum mortale, & committitur, & temperat. Primo quando indigentiæ tempora præuenit. Secundo quando cibos lautiores quærit. Tertio quando quæ sumenda sunt procurari acuratius quærit. Quarto in quantitate sumpta vltra necessitatem, & superflue mensuram refectionis excedendo. Quinto quando & si abiectus est, qd desiderat, tamen in ipso esu immense desiderat, & sic grauius peccat. c. quinque modis, de conse. dist. 5. qui in hoc versu continentur.

Præpropè, laute, nimis, ardenter, studiosè.

Et attende, quòd contra vitium gulæ est interdictus esus carnium Feria. 6. & Sabbato, nisi occurrat festum Natalis Domini, vel infirmitas, aut alia necessitas q nõ subiacet legi. c. consiliũ, ad fi. & c. fi. de obser. ieiu. adde c. nullus, de conse. d. 5.

36 Item q omnes dies quadragesimæ sunt ieiunandi, & vigiliæ Natalis Domini, Assumptionis Mariæ, & Apostolorum, exceptis Philippi, & Iacobi, Ioannis Euangelistæ, & si festa hæc cadat in die Lunæ debet ieiunari in Sabbato præcedenti, vt in d. c. consilium, & c. 1. eod. tit. vbi dicitur bonarum mentium esse ibi timere culpã esse vbi non est. Item dies Rogationum ante festum Ascensionis. c. Rogationes, de conse. dist. 5.

37 Inuidia inimica virtutũ, ab hac procedũt scismata, detractiones, & calumniæ, falsæ accusationes hinc est, q Concilium Cartaginense inhibet, q clericus inuidẽs fratrum prouectibus donec in vitio est non debeat promoueri. ca. clericus inuidens, 66. dist. Adde, c. 1. de censibus. li. 6.

38 Scismata: hodie hij grauissime puniuntur. c. x. de scisma. li. 6. Eorum ordinationes, collationes beneficiorum, & alienationes bonorum ecclesiasticorum prorsus irritantur. c. 1. & 2. de scisma. Alias appellatur liuor, & malus zelus qui inter omnes esse prohibetur. ca. fi. de offic. custo. sicut dolus malus. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.

39 Accidia de hac dicitur, q ociositas, et voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. c. nisi cum pridem. §. verum, de renun. & dic. tex. ne in delicijs sis ociosus: facito aliquid operis, vt semper diabolus te occupatũ inueniat. c. nunquam, de cõse. dist. 5. Ex hac procedunt omnes negligentiæ, & cet. Præsertim circa Missam audiendam dieb. Dominicis, ca. missas, de conse. dist. 3. et audiendas illas vsque ad finem, c. omnes, ca. dist. s. vsque ad benedictionẽ sacerdotis, vel episcopi præsentis, ca. cum ad celebrandas, ca. dist. debet etiam sacerdos celebrãs in hoc deferre episcopo præsenti, vt ibi: saluo eo, quod habetur in c. nisi, de vsu palij.

Circa quartum, s. vt quod nolunt sibi fieri: aliis non faciant, de hoc dat glo. versum.

Quod tibi vis fieri mihi fac, quod nõ tibi noli. Sic potes in terris viuere iure poli. in c. 1. de sum. Trin. in vers. dispositione, & Christus in Euangelio, omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis, c. humanum genus, 1. distin. non enim decet aliquem facere quod sibi ab aliis fieri non vult, &c. c. dilecti. de maio. & obe. Et alibi quod quis in suis repudiaturus fuit, in alijs contemnere debuit, c. cum iuramento, & c. sic dignum, de homic. secundum enim regulam fidei, vnusquisque tenetur proximo esse auxilio, c. excommunicationi de rap. quæ regula est, diliges proximum tuum sicut te ipsũ, de pœn. dist. 2. charitas, 5. dist. ponderet, hinc est etiam q aliqui non debent nobis imponere legem, quam ipsi negligunt obseruare, c. pro illorum, de præben. Et in hoc mandato cõsistit per-

40 fecta charitas, & legis plenitudo, quæ est dilectio, cuius probatio est operis exhibitio: alias in qua mensura quis mensus fuerit remecietur ei, ca. qualiter & quando. de accus.

Circa

Digitized by Google

Circa vltimum vero vt credant resurrectionem, & diem iudicij in quo, &c. scilicet vnusquisque recipiet secundum opera sua: hinc dicitur in c. 1. de sum. Trin. q. Dominus noster Iesus Christus venturus est in fine sæculi, iudicaturus viuos, & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua tam reprobis, quam electis, qui omnes cũ suis proprijs resurgent corporibus, vt recipiant secundum opera sua siue bona, siue mala, illi cũ diabolo pœnam perpetuam, isti cum Christo gloriam sempiternam, de quo etiam, 24. q. 1. c. quoniam vetus, & cum hoc concordat Athanasius in Psalmo dicens, ad cuius aduẽtum omnes homines resurrecturi sunt, & reddituri sunt de factis proprijs rationem, & qui bona egerunt, ibũt in vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum. Comminetur demum eis diem iudicij, & q. Deus zelotes est, visitãs peccata parentum in filios, c. nisi cum pridem. §. personæ, de renunc.
41 & q. pro peccatis pœnas inferni assequentur: videlicet calorem ignis supernaturalis, qui nõ extinguetur, & erit instrumentum diuinæ iustitiæ, stridor, frigoris, tenebræ, fumus, lachrymæ interiores, aspectus dæmonum, clamor improperij, ariditas sitis, fetor sulfuris, vermis conscientiæ, vincula, carcerum, inuidia, rancor, carentia visionis Dei, tristitia, ablatio omnis salutis, ipsum etiam esse quod omnis creatura appetit pœna erit eis, quia quærent mortem naturalem, & non veniet eis: & sicut ait Dionysius, proterua fantasia, dæmones, concupiscentia, & furor irascibilis, & quicquid denique opponitur dotibus corporis, & animę beatorum, & plus, & minus prout aliter ignis comburit paleam, & aliter lignum, a quo igne, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, nigri, graues, spissi, passibiles cruciabũtur in æternum, in eisdem vero nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitabit, & q. non minus ardebunt qui cum multis ardebunt, 2. q. 1. multi, no. in ca. x. de temp. or. Et adde q. proponentes
42 verbum Dei cauere debent ne etiam per circũlocutionem alicui detrahant, de quo plene per gl. in ver. detrahant, in cle. s. de priuil. & q. prædicato diuinorũ colloquiorũ fidelis est admodũ opportuna, cle. 1. in prin. de magis. Itẽ adde qđ habetur in c. interrogo vos, 1. q. 1. & quòd hoc prædicationis officium est priuilegiatum, vt in c. quod Dei timorem, de sta. mo.

De notarijs visitantium. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Visitantium notarii, & familiares nullam possunt pecuniam recipere.*
2 *Notarii possunt salarium pro opere suo petere.*
3 *Simonia an habeat locum in curia Romana.*
4 *Via tutior in dubio eligatur.*
5 *Notarius visitatoris sit persona ecclesiastica.*
6 *Monachi an possint esse notarii.*
7 *Notarii visitantium non tenentur specialiter iurare.*
8 *Notarii visitantis officium.*
9 *Inuentarium facere tenentur beneficiati.*
10 *Notarii visitantium libros facere debent.*
11 *Notarii sunt magni exactores.*
12 *Salarium notarii potest per iudicem taxari.*
13 *Notariatus vendi non debet.*
14 *Notarii scriptura creditur etiam sine testibus.*
15 *Negatiua est improbabilis.*
16 *Falsi pœna tenetur qui absentium nomina scribi facit in instrumento.*

Tertio quæro principaliter de notarijs visitantium qualiter se debeant habere in redigendo inscriptis, & in alijs, &c. Re-
1 spondeo, quòd & ipsi, & quilibet de familia visitantium occasione alicuius officij, aut consuetudinis, seu quolibet alio modo eorum nomine nullam pecuniam recipere possunt, sed in victualibus tantum expensas moderatas, ca. Romana, §. procurationes, de censi. lib. 6. siue sit ille scriptor, siue sigillator, siue aliud prætendat officiũ, vt ibi no. glo. Sed an clericus visitatoris faciens literas possit aliquid habere pro labore? Respõde, secũdũ Hos. q. sic, ar. 12. q. 2. charitatem, & c. clericus. Idem Io. An. nisi de publico reciperet salarium, quo casu stipendiis suis debet esse contẽtus, 13. q. 1. militare, nec tex. in d. c. Romana, in verbo officij intendit hoc damnare, vt per eum ibidem in nouella, & probatur in verbo earum nomine, quasi alias secus. In contrarium tamen videtur tex. expressus, in ca. 1. de simo. vbi dicitur q. sicut non debet episcopus manum quam imponit vendere: ita nec minister, vel notarius in ordinatione eius vocem, vel calamum vendere, & pro ordinatione, vel vsu palij, siue cartis atque pastellis is qui ordinatur, omnino aliquid dare prohibetur. Et licet aliqui intelligant illud verũ vbi notarius recipit salarium de publico, quod est diuinare, dixit Lau. q. etiam si notarius nihil recipiat de publico, nihil debet recipere pro tali scriptura, quia simoniam committeret, & est speciale in odium simoniæ, ne per indirectum fraus posset procurari. Ex pacto igitur nihil accipere debet, sed si gratis, & sponte aliquid offeratur, & sine omni intentione ab initio ad hoc accessent, non credit ibi glo. q. peccaret notarius laicus, vt videtur expressum, 1. q. 2. sicut episcopum, & 1. q. 3. si quis obiecerit, nec in fraudem circa hoc aliquid fieri potest, non obstante aliqua consuetudine, 1. q. 1. emendari. Ad quod videtur respondere Inno. q. ibi Papa voluit tollere malam consuetudinem quarundam partium, in quibus legens Euangelium, & scribens cartam ordinationis, & alij ministri ordinationis pro singulis officijs certum quid percipere consueuerunt, & idẽ obtinebat in tradinone palij, hac omnia voluit delere, sic & in c. audiuimus Si autem alius notarius peteret pro opere suo iustum salarium,
2 vel aliquantulum plus iusto propter facti magnitudinem, non videtur hoc prohiberi, sed etiam in talibus locis aliquis sponte offerens non committit simoniam, c. dilectus, 2. el. 11. ad fi. maxime si sit consuetudo de aliquo offerendo, quod pietatem vel deuotionem moueat, ca. ad Apostolicam, eo. ti. Vel secundum eum loquitur de ministris ad quos iuratos intantum hoc spectat officium quòd si alius legerit Euangelium, vel cartam fecerit, non valet, nec dicetur is canonicè ordinatus, vel alias aliquam calumniam recepit, vel non valet instrumentum, quasi dicat secundum Host. licet omnino esset extraneus notarios, non peccaret: imo nec ille notarius peccat si ex post facto siue pacto præcedente, & exactione sequente aliquid oblatum recipiat, & secundum hoc dicit Host. q. esset omnino corrigendum, quia prætextu talium etiam hodie ministri, & officiales Romanæ curiæ etiam violenter exigunt, vt patet de re iud. in cauf. quod etiam videtur fuisse de mente Phi. Vin. & Goff. vt refert Io. An. ibi. De notariis autem Papæ, qui exigunt, dixit Alanus esse ideo, quia nõ habent salarium a Papa dicit autem Gof. q. est ideo, quia simonia
3 non habet locum in curia Romana, similiter nec

lex

Digitized by Google

lex Iulia de ambitu, ff. ad l. Iuliam, de ambitu, l.
vna, facit quod no. 82. dist. presbyter. & 1. q. 6. c.
vlt. Dixit autem idem Host. in cap. 1. quòd in si-
moniacis quia prohibita auctoritas superioris
excusat vitium. Idem in scientia, allegat de offi.
deleg ex parte 1. cum suis concor. Alii contra di-
centes quòd ex quo priuilegiata est constitutio
huiusmodi prohibens, & spiritualis est. Ad quod
respondet Ioan. An. illud verum non ligat pro-
mulgantem, ff. de legibus, l. princeps, sed quam-
uis eo casu non committatur simonia, tamen in-
famia non tollitur, C. de generali abolitione, l. 3.
Item est ibi species mali, & sic vitāda secundum
Apostolicam, de vita & ho. cle. cum ab omni, &
propterea ad aliorum exemplum deberet curia
præ ceteris abstinere, de voto magnę, de re iudi.
in causis. Concludit ergo Host. quòd id quod
prohibetur dari, multo fortius exigi, sed qui ni-
mis emungit, &c. 4. dist. deniq; ideo putat exa-
ctionem reprobādam, gratuitā vero oblationem
pro his spiritualib. expresse factam, non. s. quādo
aliquid gratuitum non ex spiritualibus, sed ex
charitate sine pacto expresso vel tacito datur e-
tiam ordinanti per ordinatum, ca. & si quæstio-
nes, de simo. & non sic simonia dānetur, vt in-
terpretatio nimis amata reprobetur. ff. de dona.
inter vi. & vx. l. si id quod. §. si quis serui operas
fac. qđ no. Io. An. in nouella. in c. Romana, ad fi.
de censi. li. 6. Credo abstineri debere. quia in du-
bijs est tutior via eligenda, c. ad audientiam, &
4 cap. pe. de homi. & quia bonarum mentium es-
se dēt timere culpam etiam vbi non est, ca. con-
silium, §. cum autem, de obseruatione ie. Et quia
illum sacri canones beatum prædicant qui excu
tit manus suas ab omni munere, d. c. & si quæ-
stiones, de simonia, & propter ambiguum dupli
citer potest talibus pœnitentia imponi, 33. q. 5.
excommunicatorum, 34. q. 2. in lectum, facit, 5.
dist. ad eius. Respondeo etiam quòd notarius vi
sitatoris debet esse Ecclesiastica persona, ne lai-
5 cis patefiāt secreta clericorum, ar. in c. vt iux. de
of. or. quia cohętere, & coniungi bene non pos-
sent, quibus studia sunt diuersa. 16. q. 7. in nona,
& opidò infesti sūt clericis, 2. q. 7. per laicos, nec
concordat bene cythara cum psalterio, c. diuer-
sis fallacijs, de clericis coniuga. & maxime in mo
nasterijs, quia sine strepitu, & figura iudicii talia
fieri debent, de accus. olim. & no. in d. c. vt iuxta.
Et vbi non sunt notarii clerici, adhiberi debent
duo alij clerici idonei scribentes in consonantia.
ar. in c. quoniam contra, de proba. & in extraua-
ganti debent, Bonif. 8. dum tamen non sint mo-
6 nachi, quorum vocem funestam facit eorū pro-
fessio, & arcet a iudicijs, & publicis siue ciuilibus
actibus, nec patitur nisi in inquisitione hęreticę
prauitatis tabellionatus officium exercere, de
quo in cap. vt officium, §. ad conscribendas, de
hęre. lib. 6. & maxime quando essent aliqualiter
suspecti, vel creare poterit prælatus vnum nota-
rium clericum ad id, vt no. Host. in d. ca. 1. de si-
mo. per c. sicut te. ne clerici vel monachi vbi per
Io. An. quod in tātum credo verum, quòd etiam
si ante monachatum fuissent in ciuilibus notarij
quòd post monachatum non possent veteres ro-
gationes in publicum releuare, quicquid dicat
Speculator in ti. de sta. mo. vers. 27. & no. Io. An.
in d. §. ad conscribendas, sed potius subrogabit
alium ex officio tanquam in locum mortui; cum
monachus dicatur mortuus mundo, &c. & facit
quod habetur de iudæis, c. iudæi. Et adde quod
7 isti notarii visitantium non habebunt specialiter
iurare, sicut in crimine hæresis, de quo in cle. 1.
notarii, de hære. quia ibi est speciale rōne graui-
tatis criminis, sed sufficit primū iurā in creatio-
ne præstitū, vt ibi, no. de quo in c. ad audiētiam,
de præscr. cuius formā ponit Io. An. in c. sicut te.
ne clerici, vel monachi. Adde qđ notarii, & alii
officiales si secrete nouerunt visitantes agere p-
uet se, & nō quęrere, q̄ sua sunt tñ: tenētur illa pro
palare superiorib. ar. in cle. volētes, in §. notarii,
de hęre. idem de officialib. dico ēt nunciis haben
tib. citare, & executiones facere, vt ibi, quos ēt p
necessitate secum possunt habere visitantes, e-
tiam portantes arma, dum tamen non abutan-
8 tur illis. vt in d. cle. volentes, in fi. Notarii autem
huiusmodi habebunt examinare testes, & eo-
rum depositiones in scriptis redigere, & omnia
quæ ad scriniarii seu tabellionis officium perti-
nent fideliter exequi, vt in d. §. ad conscribēdas.
recognoscere. s. literas collationum, & ordinum,
& dispensationum. Et registrare inuentarium
bonorum Ecclesiæ tam mobilium, quam immo
9 bilium. Tenetur enim prælatus, & quilibet be-
neficiatus facere inuentarium de omnibus bo-
nis, & iuribus Ecclesiæ, & beneficiorum suorum
& ad hoc est per superiorem compellendus, &
tam de his quæ receperit suæ promotionis tem-
pore, quam de postea acquisitis, 28. dist. de sira-
cusanæ, 12. q. 1. sint manifeste, & ibi no. & fiet
ad instar tutoris; nam tutor, & prælatus ęquipa-
rantur in authen. de ec. titu. §. fi. col. 9. 3. q. 2. quia
ea. & no. 5. q. 3. quia Episcopus, & habetur in ca.
1. de testa. per doc. & in Spec. in tit. de instrumen
torum edi. §. dicto ver. prælatus, & collationabit
noua inuētaria cum antiquis, vt videatur si quid
sit alienatum, vel vsurpatum, vel nouiter acqui-
situm, & super eius inuentarii veritate consul-
tum est examinari duos vel tres testes ad perpe-
tuam vel futuram fidem, & memoriam, quæ i-
dē dicunt, vt no. gl. in c. ad Apostolicę, in prin. de
re iud. & in archiuis maioris Ecclesiæ, sumptū
inuentarii, & depositionis testium collocarę: de
quo archiuio habetur in c. 1. de preb. & c. ad au-
dientiam, de præscriptionibus. Ex præmissis in-
10 fero quòd notarii visitantium tenentur facere
libros in quibus conscribant omnia quæ gerun-
tur in visitatione per visitantem, vt finitis visita-
tionibus prælatus illos reuideat, & exequatur
quæ repentine, & in tempore tam paruo visita-
tionis exequi nequiuit. Itē vt in successiuis visi-
tationibus ac etiam successores visitantes va-
leant informari, & facilius intelligere quid agen
dum, & sint in testimonium veritatis super per-
tinentia collationis, & quasi possessionis iuris vi-
sitandi, ac interruptionis præscriptionum, & su-
per aliis quam plurimis effectibus, ar. in c. in sin-
gulis, §. porro, & in cap. fin. vers. sequentes, de
sta. mo. & optime probatur, in cap. vt commissi,
circa medium, de hæreti. lib. 6. & dixi, sup. in
quæstione de præparatoriis. Dico etiam quòd
11 iuxta exigentiam potest visitator non solum v-
num notarium, sed etiam plures secum assume-
re, sed quia (vt plurimum) in exigendo salario
metas rationis excedunt, debet ex officio eos re-
frenare, nec cum ipsis aut etiam vicario suo
lucrum participare quoque modo, alias ad re-
stitutionem tenetur, nec prodest sibi remissio
soluentis, cap. statutum, §. notarium, de rescript.
lib. 6. & incurritur per notarium crimen concus-
sionis ratione officii vltra debitum exigendo, l.
vlt. C. ad leg. Iuliam repetundarum, & no. glo.
in d. §. notarium, quinimmo etiam iudex dele-
gatus potest salaria notariorum moderare, arg.
12 in c. præterea, de offic. de leg. & c. fi. de iud. Adde
gl.

Digitized by Google

gl. in cle. frequens, ver. nonnulli, super ver. conficiant, de exc. ef. prælat. & de sen. excom. c. nouerint. Et prẽm illa verace sūt in scripturis iudicialibus, quia debet partes litigantes a grauaminibus releuare, de pœn. dist. 1. nemo, de officio deleg. cunctę, & cuncta quæ litigantes impediunt emendare, 1. q. 1. emendari, de offic. de leg. c. 1. & tales improbos exactores punire, C. de officio præfecti prætorio. Aphricę, l. in nomine domini, ver sus finem. §. hoc etiam decernimus, iuxta. ſ. qualitates personarum, & causæ, & consuetudines
12 fori, & si sibi videbitur per alios fideles notarios poterit facere hoc taxari. De extraiudicialibus, & vbi de certo salario non est conuentum, vel per constitutiones taxatū similiter inspecta qualitate negocij, & personarum, vel consuetudine loci, superior taxabit, vel taxari faciet per viros expertos vbi aliquis ad hoc nō sit specialiter deputatus, ff. de varijs, & extraord. cog. l. 1. 3. q. 7. §. tria, vers. apud vrbem. no. Spec. in tit. de salariis, §. 2. circa fi. & Io. An. in d. c. statutum, §. notariū, saluo tamen esculento, & poculento moderato, vt ibi. Quid autem si post indebiti exacti restitutionem pars sibi sponte, & liberaliter donaret? vide in glo. super verbo remissione in d. §. notarium. Et adde quòd plures notarios habere non debet nisi subsistente necessitate, quod est relinquendum conscientiæ suæ, ar. in d. c. statutum, §. assessorem. Item quòd huiusmodi officia nota-
13 riatus vendi non debent, alias incurret vendens simoniam, tamquam vendens spiritali annexum, sed concedi debent ad tempus, vel ad vitā notarij, aut concedentis, iuxta consuetudinem loci, aut vicinorum, aut aliorum locorum, quorum consuetudo in aliis est attendenda, secundum quod sentit Hostien. in summa, ne prælati vices suas, versus finem. Item est attendendum, quòd in visitationibus monasteriorum monialiū debent esse cont nti visitatores de duobus notariis ad plus, & aliis duabus personis suæ ecclesiæ, & sic ecclesiasticis, & quatuor aliis viris, honestis, & maturis ætate, quod specialiter institutum est in visitatoribus monasteriorum monialium, quia in visitatoribus virorum monachorum seruari debet, & cap. vt iuxta, de offic. ord. in visitatione vero proprij capituli seruari debet Extrauagans Bonifac. debent, & est hæc taxa intromittendorum in capitulo, non autem numerī de quo in c. cum Apostolus de cen. de quo plene in clem. attēdentes, §. ipsos authen. de sta. mo. alias autem producens tenetur ministrate expensas tabellioni eunti ad examinandos testes præsertim mulieres, ad quas iudex ite debet cum notario, & eo præsente recipere iuramentum, & examen, vt patet in cap. mulieres, & ibi no.
14 de iud. lib. 6. Et adde, quòd scripturæ notarij cre detur sine testibus, ex quo ita scriptum reperietur in actis visitantium, ar. 30. quæst. 1. cap. 1. & C. de fide instru. authen. ad hoc, & in authen. de his qui ingredi. ad app. §. illud etiam, licet tutius esset testes adhiberi, & sicut in actis iudiciorum etiam extraordinariorum contra falsam, & iniqui iudicis assertionem creditur soli notario, vel duobus viris idoneis ad scribendum deputatis, ne falsitas veritati præiudicet, ac iniquitas præualeat ęquitati, & nep improuidos, & iniquos, innocētiū iustitia ledatur, maxime improbanda
15 negatiua, cuius per rerū naturam nulla est directa probatio, quia tabellio æquiualet duobus testibus, quia iuratus in officij principio, vt in cap. quoniam contra falsam, de proba. & cap. ad audientiam, & cap. illud in fi. de præscript. ita & in casu isto, facit quod in simili dicitur de consuetudine regionis per quam creditur instrumentis Principis, cap. cum dilectus, de fide instru. & quòd notarius quandoque æquiualet tribus, 13. quæst. 3. potest, vers. is autem. Circa contractus tamen nō creditur ei sine testibus, vt in authen. de hære. & fal. §. sancimus, & in l. in donationibus, C. de dona. Credo etiam quòd scripturæ solius episcopi in hoc casu crederetur cum sigillo suo, vt in cap. post cessionem, de prob. alias non, vt in cap. cum a nobis de testi. præterquam in præiudicium impetrantis, vel expectantis Apostolici, vt patet in decisionibus no. decis. 25. & decis. 158. Quinimmo credo, quòd etiam si episcopus sigillasset chartam albam, vt alius postea scriberet in ea, faceret fidem, nisi postmodū ea visa reclamaret, l Gaius, de pig. ac. & l. fideiussor, §. 1. ff. de pignoribus, 1. quæst. 7. saluberrimum, & de transact. ex literis, 17. quæst. 1. omnes feminæ, 20. q. 2. vidua. & plene per Legistas in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verborū
16 obligat. Adde tamen quòd qui nomina absentium facit inseri in instrumento, tenetur pena falsi. cap. quanto, de his quæ fi. a præla. & l. qui veluti, C. de falsis, & non valet instrumentum, C. de testamentis, iubemus, & in auth. de instru. cau. & fin. §. 2. colu. 6. non tamen oportet testem scire quæ in testamento continentur, cum sigillum apponit, l. hac consultissima, C. de test. quia non fit ei præiudicium, quin possit contradicere, vt dicta, l. Gaius. Et adde, quòd tenetur pena falsi, qui sigillum capituli surripit, cap. tam literis, de testi. sicut & qui literas iudicis aperit, c. cum olim, de offic. delega. & de rescript. olim. & in l. 3. §. 1. ff. de falsis, de quibus omnibus plene in d. cap. quanto. Casus autem, in quibus scriptura requiritur, enumerat glo. in cap. Romana, de censi. lib. 6. quam vide. Et an magis credatur testibus, quam instrumento, vide per glo. in cap. tertio loco, de proba. & quòd an notarius in tertia persona instrumentum conficiat, vel in prima, dummodo nō mutetur substantia veritatis, nihil interest, c. dudum, de conuersi. coniug.

De his, quæ concernunt forum pœnitentiale. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest audire confessiones subditorum suorum suffraganeorum.*
2 *Casus Episcopo reseruati.*
3 *Confessio, pœnitentia iniunctio, & absolutio.*
4 *Excommunicati ab episcopo possunt absolui.*
5 *Excommunicatus missam audire non potest.*
6 *Excommunicatio incurritur in multis casibus.*
7 *Directorium iuris est magnus liber in quatuor partiales diuisus, quem composuit Frater Petrus Quesnel de Ordine Fratrum Minorum.*
8 *Crucem ferre ad quos pertinet.*
9 *Palium quid denotat.*
10 *Palio licet vti certis diebus tantum.*
11 *Palium sepelitur cum prælato.*
12 *Excommunicatio solennis, quod anathema vocant, qualiter fit.*
13 *Excommunicati absolutio qualiter fit.*
14 *Missæ celebratio a quibus primo fuit indicta.*
15 *Missa qua hora est celebranda.*
16 *Missæ tres in Natali Domini celebrantur.*

17

17 *Cauendum ne sine vino vuæ celebretur.*
18 *Item consecretur in pane fermentato.*
19 *Vase ligneo an liceat uti in missa.*
20
21 *Præfatio Beatæ Virginis.*
22 *Episcopus sit omni … dominico in Ecclesia sua.*
23 *Baptismi sacramentum qualiter, & vbi sit celebrandum.*
24 *Baptizandus debet dare nomen suum.*
25 *Paruuli quare ex sufflantur in baptismo.*
26 *Baptizādi nares, & aures quare tangūtur saliua.*
27 *Baptizatus an debeat semel vel ter mergi in hoc standum est consuetudini.*
28 *Baptizato tradita vestis cādida quid reprę̄sētat.*
29 *Confirmationis Sacramentum.*
30 *Crisma confici, & ordines conferri non possent sine missa.*
31 *Confirmatio suscipiatur à ieiunis.*
32 *Confirmatio, & baptismus non reiterantur.*
33 *Vnctio extrema numeratur inter sacramenta.*
34 *Vnctio vltima pōt dari mortuo in torneamentis.*
35 *Suspēsi nō possēt a furca deponi sine licētia iudicis.*
36 *Sepultura multis denegatur.*
37 *Sepultura negatur tempore generalis interdicti.*
38 *Electio non debet fieri ante sepulturam mortui.*
39 *Sepultura est gratis concedenda.*
40 *Sepultus potest ligari, & solui.*

QVarto quæro principaliter, quomodo
debeant, & possint se exercere cir-
ca ea quę concernunt forum pęniten
tiale? Respōdeo primo, quòd potest
1 archiepiscopus, dum visitat, confessiones subdi-
torum suffraganeorum audire, ac absoluere cō-
fitentes, & ipsis iniungere pęnitentias saluta-
res, c. fin. in fi. de censi. lib. 6. & dic non nimium
austeras, 26. q. 7. alligant, & in eis imponendis
considerare debet quæ leguntur de pœnit. di. 5.
consideret, & de homicidio sicut dignum. Et cre
do quòd tunc poterit dare licentiam vt eligant
confessorem vt in c. si episcopus, de pęnit. & re.
2 li. 6. Credo etiam quod absoluere poterit in casi
bus Episcopo reseruatis qui ibi enumerantur in
glo. sortilegis. Et sunt hi videlicet mutatio voto-
rum, c. 1. de voto. Dispositio male ablatorum in
certorum, vel certorum quando non extant hi
quibus facienda est restitutio. ea. cum sit, de iu-
dęis. Itē pęnitentia matrimoniorum clandestinè
contractorum, vel contra interdictum Ecclesiæ,
quia per episcopos solet imponi, c. cum inhibi-
tio, de clan. despon. & c. fi. de ma. contrac. contra
inter. Ecclesię. Item pęnitentię omniū publicorū
enormium criminū. s. oppressionis filiorū ex pro
posito vel ex casu. Et cuiusque homicidij, falsi
testimonii, vel falsi instrumenti, periurii, ince-
stus, corruptionis monialium, coitus cum brutis
animalib. et his similia, ad hęc, 50. di. miror, & c.
in capite, 32. q. 2. quicunque, cum similibus. Hos
etiam casus enumerat, Io. Mo. super cle. dudum
de sepul. & Host. plene in sum. de pœni. & remis.
§. cui confitendum, in fi. 2. colum. Dicit etiam i-
bidem, Io. Mo. quòd episcopus illos casus in qui-
bus ante dictam cle. dudum, poterant curati ab-
soluere, absolutionem sibi reseruare posset vt re-
fert Io. An. in dicta cle. dudum, super glo. in ver-
bo concessa, & in glo. super verbo audire. Et no.
3 ordinem, vt primo audiatur confessio, secundo
imponatur pęnitentia, tertio fiat absolutio, non
ergo præcedat absolutio, sed præcedat cordis
contritio, oris confessio, & operis satisfactio, sal-
tem affectu. Adde casum de partu supposito. Itē
de his quæ concipiunt filios ex alijs quam ma-
ritis, quando proximi mariti fraudantur succes-
sione, c. officij, de pœni. & re. Item frangentium,
& incendentium Ecclesias, & sacrilegium in
ipsis committentium. Item procurantium abor-
tum, & sterilitatem. Itē veneficorum. Itē blasphē
mantium Deum, & Sanctos. Item intrantiū mo
nasteria monialiū contra constitutiones. Itē co-
medentiū carnes in Quadr. & vendentiū cōtra
prohibitionē dięcesanorum. Item oēs casus qui
requirunt cōtentiosum iudicium, & iudicialem
indagationem. Item excōicatorum in casib. per-
missis ordinarijs. s. pp violentam manuum inie-
ctionem, de quib. in c. mulieres, ea noscitur, & c.
fi. cum si. de sen. excomm. Item eorum qui occu
pant bona, decimas, quartesia, & iura Ecclesiarū
& personarū ecclesiasticarū. Itē eorū qui aliquid
faciunt vel dīit cōtra libertatē Ecclesiæ. Adde et
plures alios casus quos enumerat Spec. in reper
torio suo aureo, in ti. de pęni. & re. sup manipulo
aureo confessorum, &c. Et adde q in generali cō
cessione non veniunt dicti casus, d. c. si episcopus.
4 Credo etiam quòd poterit absoluere excommu-
nicatos etiam qui ipso iure inciderunt in excom
municationem, exceptis tamen casibus Papæ re
seruatis, saluo articulo mortis, qui semper intel-
ligitur exceptus nisi aliud dicatur, vt cle. 1. in fi.
de hære. ad quod vide quod no. in c. pastoralis,
de offi. or. Et aduerte quod nisi taliter absolutus
post q̄ fuerit pristinę sanitati restitutus, quam ci
to commode pōt, conspectui Romani Pontificis
se præsentet, eius mandatum humiliter recepta
rus, prout iustitia suadebit in eandem excōica-
tionis sniam reincidit ipso facto, cle. 1. de pęnis,
nec sufficit spes ratihabitionis, aut venię Papæ,
&c. per c. illud, §. illud, de cle. ex. mi. Adde q iu-
dex ne quis in excōicatione decedat pōt absol-
uere etiam si pars aduersa ne absoluatur appel-
let, ca. qua fronte, de appell. Adde q excōicatio
trahit secū executionem, c. pastoralis, de ap. Ad-
5 de q excōicatus nō potest audire missam etiam
stans ext. ecclesiam. no. in c. quod in te. de pœni.
6 & remis. Et quòd vbi Papa specialiter sibi non
reseruat absolutionem semper potest ordinarius
absoluere, c. nuper, de sen. ex. c. 1. de scisma. & c.
pro humani, de hom. lib. 6. Et attende q Host. in
sum. de sen. ex. §. 3. in princ. colligit. 26. casus ad
propositum iuris veteris. Io. And. vero colligit a-
lios, 32. introductos per canones lib. 6. in c. eos,
de sen. exc. e. lib. 6. in glo. super ver. canonis, & in
cle. e. ti. de sent. exc. in gl. super verbo excōicatio-
nis sententia, colligit alios, 50. casus per 18. cōsti
tutiones clementinarum introductos, quorum
16. sunt reseruati Papæ, quib. quis ipso iure ex-
cōmunicationem incurrit expresse, & per duos
tacite, taciti sunt in cle. 1. de sum. Trin. §. porro,
& in cle. ex graui, in fi. de vsur. Alii omnes casus
in quibus quis incurrit excommunicationem ēt
per Extrauagantes in corpore iuris non clausas
7 enumerantur in directorio iuris, ti. de sent. exc. in
§. 2. & in ver. 44. cum se. lib. 3. Poterit etiam con-
cedere per totam prouinciam literas generales
indulgentiarum, & remissionum, dummodo
numerum dictum statutum in generali Conci-
lio non excedat, c. nostro, de pœni. & re. vbi no.
idem in legato, & no. glo. pen. in c. decensi. lib. 6.
Hæc tamen indulgentiæ non proderunt subdi-
tis aliorum, c. quod autem, de pęni. & remis. Po-
terit etiam Archiepiscopus per quæcunque lo-
ca etiam exempta suæ prouinciæ crucem erectā
ante se libere portari facere, & benedicere sim-
pliciter quoslibet in via, in ecclesiis vero solem-
niter, & officia diuina priuatim vel publicæ ibi-
dem

Digitized by Google

dem audire, & ea etiam in Pontificalibus cele-
brare, & facere in sua præsentia etiam sine Pon
tificalibus celebrari. Similiter & Episcopus pote
rit per omnia loca etiam exempta suę diœc. scili-
cet populo benedicere, audire diuina officia, &
ea etiam celebrare in Pontificalib. & in sua præ-
sentia solemniter celebrari facere, vt plene pa-
ret in cle. Archiepiscopo. de priuileg. non autem
8 Crucem ante se deferri, cum id sit priuilegium
tātum Patriarcharum, & Legatorum de latere,
& Archiepiscoporum, vt in c. antiqua. de priui. &
appellatione Pontificalium Archiepiscopi venit
palium: dieb. tamen permissis, & intra Ecclesiā,
&c. c. ad honorem, & c. quia nos. de autho. & vsu
palij. Et no. in d. clem. Archiepiscopo, vbi etiam
notatur quod Archiepiscopus per totam prouin
ciam poterit etiam in Pontificalibus prædicare,
& prædicari facere coram se, & omnia aliaque
fiunt sine iurisdictionis exercitio. facit. ca. fin. de
priuileg. lib. 6. & quod nota. 6. q. 3. cap. 1. ea vero
quæ sapiunt iurisdictionem vel officium, exerce
re non potest, puta ordinare, degradare, crisma-
re & similia. 9. quæst. 2. per totum. & not. in d.
cle. Archiepiscopo nisi cum consensu & expres-
sa licentia diœcesani. Palio tamen vti non potest
in casibus istis etiam de licentia diœcesani nisi
super hoc esset priuilegiatus. cap. ex tuarum. de
vsu palij. quia strictior est vsus palij quam alio-
rum Pontificalium vt ibi patet, & in cap. 1. 2. &
ad honorem. eod. tit. vtitur ergo Archiepiscopus
palio intra quamlibet Ecclesiam suæ prouinciæ
9 per quod significatur plenitudo Pontificalis of-
ficij, & intra Missarum solemnia tantum. capit.
di. contra morem. extra autem Ecclesiam, in
processione vti non debet, dicto cap. 1. de vsu
palij. quia solus Papa qui in plenitudinem Ec-
clesiasticæ dignitatis est assumptus in missarum
solemnijs palio semper vtitur. cap. ad honorem.
eod. tit. vbi notatur forma sub qua traditur pa-
10 lium, & dies quibus vtendum est eo, qui solent
exprimi in priuilegijs Ecclesiarum singularium
Metropolitanarum. Et sunt hi videlicet fe-
stum Natiuitatis Domini, Sancti Stephani, San
cti Ioannis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ramis
Palmarum, Cęna Domini, Sabbatho Sancto, tri
bus diebus Resurrectionis, & Pentecostes, San-
cti Ioannis Baptistæ, Omnium Apostolorum,
Omnium Sanctorum, in tribus festiuitatib. San
ctę Mariæ quarum maior est festiuitas Assum-
ptionis. not. in cap. Alma de senten. ex. commun.
lib. 6. & Dedicationis Ecclesiarum, vel Altaris,
in anniuersario Dedicationis Ecclesiarum, vel
Altaris, & in Anniuersario Dedicationis earum,
aliqui addunt festum cuiuslibet sancti cuius cor
pus in sua prouincia requiescit: si illuc eum
declinare contingat, & alij dies Dominicos
quod non est in vsu. Item in principalibus fe-
stiuitatibus Ecclesiæ propriæ, in ordinatione cle
ricorum, in consecrationibus Episcoporum, &
in die anniuersarij suæ consecrationis ar. de fe-
rijs. cap. fin. de conse. distinct. 3. pronunciandū.
facit. cap. fin. de vsu palij. Et non potest palium
11 vnius alij commodari, & cum palio suo debet
prælatus sepeliri. cap. 2. eod. tit. Nec debet quis
se appellare Archiepiscopum, nec congregare
Concilium, ante palium susceptum, sicut nec E-
piscopus non consecratus, cap. quod sicut. de e-
lectione. §. præterea, alias potius est confunden-
dus quam lædatur Pontificalis dignitas, nec Cō
cilium conuocare, nec Crisma conficere, cleri-
cos ordinare, Pontifices, aut Ecclesias conse-
crare, nec palio prædecessorum vti, si tamen
aliquis esset super hoc aliter priuilegiatus serue-
tur priuilegium. cap. nisi, & cap. ex tuarum. eod.
tit. & cap. cum sis. Et qui renunciat Archiepi-
scopatui, non potest vlterius vti palio nec trans-
latus potest vti primo palio, de quibus omnibus
latius patet in d. c. si.

Verum quoniam ad necessariam instructio-
nem simplicium necessaria solum scribere sta-
tui subijciam aliqua positiue. Et primo dico fo-
12 re attendendum circa excōicationes solemnes,
& aggrauationes quod alicui sunt inferendæ si
facile est. 12 sacerdotes debēt prælato circunsta-
re, & lucernas ardentes in manibus tenere,
quas in conclusione anathematis, vel excom-
municationis proijcere debent in terram, &
conculcare pedibus, deinde cum literis conti-
nentibus excommunicatorum nomina per pa-
rochias publicare. cap. debent 11. quæst. 3. &
clem. 1. in fin. de pœnis. Cum vero aliquis ana-
thematizatus, vel excommunicatus pœniten-
13 tia ductus veniam postulat, & emendationem
promittit, qui eum excommunicauit ante ia-
nuas Ecclesiæ venire debet, & aliqui presbyte-
ri cum eo, qui eum hinc inde circundent, & il-
lum in terra prostratum, & veniam postulan-
tem, & de futuris cautelam spondentem, ap-
prehensa manu eius dextra in Ecclesiam intro-
ducat & communioni Christianæ reddat, & 7.
Psalmos decantet pęnitentiales, cū lętanijs, pre-
cibus &c. *Kyrie eleison*, Pater noster, &c. Sal-
uum fac seruum tuum, &c. Deinde dicat hanc
orationem. Præsta quæsumus Domine huic
famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt Ec
clesiæ tuæ sanctæ a cuius integritate deuiaue-
rat peccando, admissorum veniam consequen-
do reddatur innoxius per Dominū nostrū, &c.

Insuper circa Missarum solemnia. Primo sciē
dum est quod Iacobus frater Domini secun-
14 dum carnem cui primum credita est Ecclesia
Hierosolomitana, postea Basilius Cesarien. Epi
scopus, cuius claritas per totum orbem reful-
sit in scripturis addiderunt nobis Missæ celebra-
tionem, cap. Iacobus de consecr. distinct. 1. Item
quod nocte sancta Natalis Domini Missas cele-
brare debent presbyteri, & hymnum angelicū
solemniter decantare, quoniam in eadem nocte
ab Angelo pastoribus est nunciatus, reliquis ve-
ro omnibus dieb. ante horam tertiam Missa so-
lemnis non est celebranda, quia illa hora Domi
nus crucifixus est, & non nisi a ieiunis, ca. nocte
sancta. cum seq. c. dist In festo ergo Natalis Do-
16 mini debēt tres Missæ celebrari, prima in nocte,
secunda in aurora tertia in die, iuxta hos versus.

Tres in Natali missæ debent celebrari.
Quarum prima sacra Christi signat genituram.
Altera venturum designat gaudia Christi.
Tertia iam factū quod lex fore sacra figurat.

Alijs vero diebus nisi vnā Missam non debet quis
celebrare scilicet de die, nisi fuerit mortalitas, pu
ta quia aliquis postea moriatur, vel honestas, aut
vtilitas, vt si postea superueniat aliqua maior per
sona quę velit missam dum tamen post primam
Missam non fecerit perfusionem, quam facere
tenetur de vino. c. consuluisti, & c. 1. 2. 3. & cap.
ex parte, & ca. te referente. de celebrat. Miss. vbi
dicitur quod valde felix est qui in die celebrat
Missam vnam, & quoties celebrat debet cor-
pus, & sanguinem Christi sumere, de conse. d. 2.
comperimus, & c. tribus. facit de conse. di. 1. cap.
sufficit, debet etiam semper ponere plus de vino
17 quam de aqua, cap. perniciosus. eod. tit. Cauere
etiam debent, quod sine vero vino vuę, & vera

aqua non celebrent, & q̃ semper plus ponat de
vino in calicem quam de aqua per text. in cap.
cum Marthe. de celeb. Miss. & c. in quadam e. ti.
18 & ibi plene no. Cauere etiã debent in pane fer-
mentato aut scipho ligneo celebrare: nec sine
igne vel aqua. cap. fin. eod. tit. de con. dist. 1. vasa.
& de con. distin 2. in Sacramento, alias non esset
confectum Sacramentum in Ecclesia occiden-
19 tali vt ibi, in vase tamen ligneo esset Sacramen-
tum, quia antiquitus sic fiebat quod postea pro-
pter decus Ecclesię prohibuit Syluester Papa,
qui prohibuit etiam confici in æræ & auricalco
propter vini virtutem inducentem eruginem, &
vomitum prouocantem. Item nec in vitro de
con. dist. 1. cal. x. & not. in d. c. fin. Item quòd in
missis peculiaribus ad honorem, scilicet Sancti
20 Spiritus, Beatę Virginis, & Sanctæ Crucis neque
hymnus Angelicus, neque symbolum decanten
tur: vt inter commemorationem & solemnita-
tem differentia ostendatur: & tunc etiam in ma-
tutinis Te Deum laudamus dimittatur. c. consi-
lium. eo. tit. Debet tamen decantari præfatio pro
pria vt ibi: videlicet de Beata virgine de qua ha-
betur. 70. dist. Sanctorum & aliæ nouem in ca-
thalogo Sanctorum inuentæ, de quibus in c. inue
nimus, de con. dist. 1. scilicet vna in albis Pascha-
libus, altera in festo Ascensionis, tertia in Penthe
coste, quarta in Natali Domini, quinta in appari
tione Domini, sexta de Apostolis, septima de Tri
nitate, octaua de Cruce, nona de ieiunio in qua-
dragesima tantummodo dicenda, vt ibi, & illa
21 de Beata virgine, de qua in dicto. c. Sanctorum,
addita est per Vrbanum in Concilio Placentiæ ce
lebrato; quæ ita se habet, scilicet æquum & salu-
tare, & cet. quę & vnigenitum tuum Sancti Spiri
tus obumbratione concepit, & virginitatis gloria
permanente, lumen æternum mundo effudit, Ie
sum Christum. d. n. Et adde q̃ in altari in quo E-
piscopus missam cantauit: presbyter eo die aliam
celebrare missã non potest. c. in altari. de con. di-
22 stin. 2. Item quòd episcopus si in infirmitate non
fuerit impeditus, Ecclesiæ cui p̃ximus fuerit, die
dominico deesse non debet. c. episcopus de con.
distin. 3. Item quòd non nisi in die Dominico est
Pascha Domini celebrandum: & eius cursus de-
bet per prælatos omnibus subditis intimari. c. no
sce. cum seq. de consecr. dist. 3. Item quòd alle-
luia & Gloria in excelsis Deo, dicuntur hymni
Angelici: quia cãtati sunt per Angelos. c. de hym
nis, cum seq. de consecr. distin. 1. & q̃ ordo diuini
officij seruandus est vt traditur in c. in die. de cõ-
secr. dist. 5.

Superest videre circa baptismi Sacramentum
qualiter se habere debeat: & quomodo habeat
instruere curatos, & ad illud officium deputa-
tos. Circa quod est primo attendendum q̃ om-
23 nis presbyter debet fontem habere lapideum,
quod si habere nequit dẽt habere aliud vas solũ-
modo conueniens ad baptizandi officium, quod
extra ecclesiã non deportetur: & simile ad corpo
rale lauandum & ad pallas altaris propria debet
habere vasa in quibus nihil aliud fiat. ca. omnis.
de consecr. dist. 4. qui quidem fons debet esse Tri
nitatis præsentia consecratus. c. venit. ead. dist. &
cuius sanctificationem non impediunt verba e-
xorcizationis per imperitiam prolata. c. si nõ san-
ctificatur, & eius consecrationis misteria quot &
quare celebrentur docet August. in c. 1. ead. dist.
Deinde qui venit aut portatur ad baptizandum
debet date nomen suum. in c. baptizandi, & quã
do baptizandus paruulus est vel ægrotans debẽt
omnia suppleri per compatres, quoniam illorum
fide, & professione paruuli baptizantur, & Sacra
mentum fidei, non ipsa fides paruulum facit fi-
delem. c. paruuli. & ca. ægrotantes. cum seq. ead.
dist. Et primum debet interrogari si abrenunciat
diabolo, & omnibus pompis eius: & eius operi-
bus atque fallacijs cunctis vt primum respuat er
rorem, & sic appropinquet ad veritatem, possit
quæ, iuxta Apostolum, deponere veterem ho-
minem, & pristinam conuersationem: qui corrũ
pitur secundum desideria erroris abnegans im-
pietatem & secularia desideria. & cet. vt in c. pri-
mum. cum seq. ead. dist. Deinde siue paruuli siue
iuuenes sint qui veniunt ad regenerationis Sacra
mentum, non prius fontem adire debent quam
exorcismis & exsufflationibus clericorum spiri-
tus immundus abigatur. c. siue paruuli. cum seq.
ead. dist. nam postquam se baptizandus per con-
fessionem vere fidei in alterius commendauerit
dominium, & per eius abrenunciationem a prio
ris possessoris alienauerit se seruitio: exsufflatur
ab eo seua potestas, vt per purum sacerdotis mi-
nisterium Spiritui Sancto cedat, fugiant spiritus
25 maligni, exsufflantur ergo paruuli & exorcizan-
tur vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica:
quę decepit hominem vt possideret homines: nõ
ergo creatura in infantibus exorcizatur, aut suf-
flatur, sed ille sub quo sunt qui sub peccato na-
scuntur. c. postquam. cum seq. ead. dist. postea si-
gnatur baptizandus signaculo Sanctę Crucis tã
in fronte quam in corde: vt in c. postea. ead. dist.
postea dicuntur super eum orationes vt fiat ca-
thecuminus: & tunc datur baptizando sal bene-
dictum in os, vt per sal typicum sapientiæ condi-
tus sale, careat fetore iniquitatis, ne a vermibus
peccatorum vltra putrefiat: sed magis illęsus ser-
uetur ad maiorem gratiam percipiendam. Sal
enim cœlestis sapientiæ quo initiantur cathecu-
mini, in cunctis operum nostrorum sacrificijs of
ferre iubemur. cap. ex hinc. cum seq. ead. dist. De
hinc iterum exorcizatur diabolus, vt suam ne-
quitiam cognoscens, & iustum super se Dei iu-
dicium timens, recedat ab homine, nec iam con-
tendat arte sua subuertere, ne baptismum con-
sequatur, sed magis honorem Deo creatori suo
exhibens reddat opus Deo factori suo: Sacerdo-
tes igitur cum per exorcismi gratiam manum
credentibus imponunt, & habitare malignos
spiritus in eorum mentes contradicunt, quid a-
liud faciunt nisi quòd demonia eijciunt? c. de
26 hinc. cum seq. ead. distin. Postea tanguntur ba-
ptizandi nares & aures de saliua, & dicitur ei ver
bum Euangelicum quod Iesus quando mutum
& surdum sanauit tangens cum sputo linguam
eius, & mittens digitos in auriculam eius dixit
effeta, quod est aperire, hoc enim Sacramentum
hic agitur vt per saliuam typicam & sacerdotis
tactum sapientia & virtus diuina salutem eiu-
sdem cathecumini operetur, vt aperiantur ei
nares ad accipiendum odorem Dei notitię, &
vt aperiantur ei aures ad audiendum manda-
tum Dei, & aperiantur illi sensus in intimo cor-
de ad respondendum, propter gloriam etiam
muneris & operis, non os tangit episcopus
sed nares vt bonum odorem accipiat pietatis
capitu. postea tanguntur cum sequen. ead. di-
stinct. Deinde a sacerdote baptizandus iniungi-
tur vt sacrum baptisma cum fide accepta custo-
diatur, vngit illius tunc pectus cum oleo sancti-
ficato cum inuocatione Trinitatis, vt nullę re-
liquiæ latentis inimici in eo resideant, sed in
fide Sanctæ Trinitatis mens eius confortetur,
vngit & inter scapulas de eodem oleo.

vt

Digitized by Google

vt vndique muniatur:& ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur.cap.deinde, & capit. venisti.e. distinct. demum iuxta varias consuetudines trina vel vnica fit immersio vt dicto mo do euitetur scismatis scandalum, & hæretici dogmatis vsus.cap.priusquam.cum seq. iuncto. cap.propter.e. distinct. postquam autem ascen-
27 dit baptizatus de fonte statim signatur in cerebro a baptizante cum sacro Crismate, sequente oratione, vt Christi regni particeps fiat: & a Christo Christianus possit vocari; oratio autem talis est. Pater omnipotens qui te regenerauit ex aqua,& Spiritusancto:cōcessitq. tibi peccatorum tuorum veniam,ipse te vngat in vitam æternam,est enim sapientis sensus in capite eius, superest ergo hoc post fontes, vt perfectio fiat quando ad inuocationem sacerdotis Spiritussanctus infunditur.c.postquam.cum sequenti. e.di.
28 Post baptismum ei traditur vestis candida,quę significat innocentiam, & puritatem christianam, quam post ablutas veteres maculas studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet, ad repræsentandum ante tribunal Christi, cuncti vero renati albis induuntur vestibus ad ministerium surgentis Ecclesiæ. Item vtuntur baptizati albis vestibus vt quorum primæ natiuitatis faciem erroris pannus fuscauerat, habitus sanctæ regenerationis gloriæ proferat indumentum, tegitur namque post sacram vnctionem caput eius mystico velamine, vt intelligat se diademate regis, & sacerdotali dignitate potiri, & vt sit inditium quòd exuit voluntatem peccatorum, & induit innocentiæ casta velamina.cap.post baptismum.cum seq.e.dist.
29 Sequitur videre de sacramēto Crismatis alias. Confirmationis. Circa quod est primo attendendum quòd sicut solemnitas feriæ quintę maioris hebdomadæ quadragesimæ in cęna Domini est singulis annis celebranda, ita vt ipsius sancti Crismatis confectio tunc per singulos annos est agenda, & de anno in annum renouanda,& fidelibus tradenda, quia nouum est sacramentum,& per singulos annos in iam dicta die renouandum, & vetus in sanctis Ecclesijs cremandum, secundum quod ab Apostolis per Romanos Pontifices receptum est. cap.literis. de consecr. distinct. 3. & cap.te referente. de celebrat. miss. vbi etiam not. quod missa est de substantia
30 confectionis Crismatis, sicut etiam collationis ordinum, de quo in capit. inter corporalia. de translat.prælatorum. Item quòd omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, Spiritumsanctum post baptismum accipere debent: vt plene Christiani inueniantur, quia cum Spiritussanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur, capit.omnis de consecrat.distinct.5. Sed & quid conferat Spiritussanctus in baptismo, & quid in confirmatione, vide ibi in cap. Spiritus,& quod manus impositionis sacramentum est dignius quam baptisma.cap.de his.e. distinct. Item quod non ab alijs quam ab Episcopis manus impositionis sacramentum perfici potest.cap.manus.e.distinct. Per Pontifices ergo in fronte signatur baptizatus, vt Spiritussancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ, & virtutis, venire in hominem declaretur.cap.nouis-
31 sime e.distinct. Statuit etiam Concilium Aurelian. vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur confessionem facere prius, vt mundi donum Spiritussancti valeant recipere, & quia nunquam erit Christianus, nisi confirmatione fuerit Episcopali confirmatus.capit.vt ieiuni. ead. distinct. vt voluntas faciat perseuerationem non necessitas. cap. quicquid.ead.distinct. Similiter & Episcopi non nisi ieiuni per impositionem manus Spiritum Sanctum tradere debent, exceptis infirmis, & morte periclitantibus. cap. vt Episcopi. ead. di-
32 stinct. Confirmatio etiam huiusmodi sicut nec Baptismus non debet reiterari, alias sæpius baptizati aut confirmati compelluntur intrare religionem.cap. dictum. ead. distinct. cum seq. & adde quæ notantur per gloss. & Docto. in cap. quanto.de consuetudine.& plenius in ca. 1. vet. ante baptismum. de sacra vnctio. vbi patet quod a Christo dicitur Crisma, non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationē, & a Christo dicuntur Christiani,& tanquam vncti deriuantur ab vncto, vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen est oleum effusum, & tunc Spiritussanctus ad augmentum datur,& robur, vt ibi latius.
33 Restat videre de extrema vnctione, & commendatione animæ, &c. de qua Iacobus Apostolus ait.Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum: vngentes cum oleo in nomine Domini. cap. 1.de sacra vnct.Et attēde quod appellatur viaticum quod etiam tempore interdicti morientibus non negatur, vt in cap. quod in te. de pœnit. & remis. & cap.permittimus, de senten. excommun. pro eo,quia sunt in via recedendi de hac vita, nec est sacramentum necessitatis,vt not.in d.c.quod
34 in te. Et adde quod etiam morienti in torneamentis non negatur vt no. in cap. 1. de torneamentis.26.quæst.6. & si quis de corpore, & 50. distinct.c.pœnitens,& facit.13.q.vlt. c. fin. & de furtis.cap.2. dum tamen petatur. de quo plene per Ioan.And.in cap.sanc.de celebr. mis. & etiā deputatis vltimo supplicio in d.cap.fi. 13. q.vlt. Et iniungitur Ordinarijs vt iusticiarios diligenter moneant,& compellere debeant: vt patiantur dari sacramenta Ecclesiastica talibus, vt in cle. 1.de pœnit.& remis.Et not. Host.in cap. ex par-
35 te 2.de sepult. q. furca suspensus non deponitur sine licentia iudicis, ne bonum iustitię contemnatur quam petita facile concedere debet. ff. de cadauer.punitorum.l.1.a.3.& postea si fuit pœnitens sepelietur.d.c. fi. Et adde q. cui conceditur vnum sacramentum vel negatur, alia etiam intelliguntur concessa vel negata. 5. distinct. ad eius 95.dist.illud, nisi quando ad terrorem aliorum,vt in d.c.2.de rap.no.glo.in c. fi.de sepul.& in l.archigerontes. C. de Episcopali audientia.

Postremo videnda sunt aliqua circa Ecclesiasticam sepulturam. Circa quod est attendendum, quod nulli cui communicamus viuo est deneganda Ecclesiastica sepultura,cum illi communicare debeamus & mortuo.cap.ex parte, & cap.sacris.de sepul.24. q.2. fane. Denegatur tamen Ecclesiastica sepultura in his casib. Primo furibus & latronibus.cap.2.de fur. Item morientibus in torneamentis.c.1.de torneamētis. Item raptoribus. cap. 2. de raptoribus. Item his qui seipsos interficiunt,vel suis sceleribus interficiuntur 24.q.5.placuit.Item his qui constituunt presbyteros in suo testamento tutores 88. dist. neq. apud & 1.q.3.Cyprianus.Item in cuilibet quem constat in mortali peccato decessisse, 13. quæst. 2.non extimemus, & c.pro obeuntib.Itē his qui post mortē conuincuntur de hæresi.24. q.2.fane proferitur,prout de his oībus no. per glo.in d.c. ex parte 2. Adde casum de sentent.excommun.

Digitized by Google

is cui.lib.6.V in.in cap. prohibemus, de decimis notabat per versus aliquos casus in quibus dene gatur sepultura, & hos casus not.scilicet in omni pagano, & Iudeo, & hæretico. de con. distinct. 1 Ecclesiam & cap. seq.in vsurario publico.de vsur. quia in omnibus, in excommunicato etiam minori.24.quæst.2.sane, quòd semper talis enim est a sacramentis Ecclesiæ separatus, de clerico excommun.cap. si celebrat. & per Ioan.Andr.in capit.sacris, de sepult. item in blasphemo impenitente de maledictis cap. 2. item in monacho habente proprium.cap.2.& cap.super.item in excommunicato, & interdicto.dict. cap.sacris. item in casu.dict.capit. prohibemus. de decimis,& cap.innouamus. de censib.& in c. omnis.de peniten. & remis. Clerici non debent etiam priuilegiati hæreticos, & non credentes, &c.sepelire.cap.sicut,& cap.excomunicamos.§. sane. Et com priuilegiari celebrant tempore interdicti, nec debēt tunc sepeliri mortui.de priuilegiis,cum & plantare.§. quod si, & si sepeliunt excommunicatos tenentur illos exhumare.
37 eod.tit.ad hæc, tempore namque generalis interdicti negatur sepultura.de pœnit.quod in te, nisi quod confratres, & qui dicantur, vide in cap.vt priuilegia.de priuil.in lib. 6. sunt casus.7. de pact.cap.1.de religios.dict.cap. 1. §.personis. de consecrat. Ecclesi.vel Altaris.cap. 1 .de hæreti. cap.2.in prin.de vsu.quamquam. de priuil.cap. Episcoporum.de senten.excom.is cui.§.1.In cle. de pœnis. cupientes. §. sane. Item in Extrauaganti Bonifac.quæ incipit. detestandæ. Et adde quod sepulturam concedere est humanum, & pium, non concedere vero impium. 13. quæst.2. in Ecclesiastico. Ideo in vniuerso Christianis est concedenda sepultura. ca. q. qui diuina.in fi.
38 Adde etiam q ante electionem successoris debet prælatus sepeliri.cap bonæ. 2. de elect. Item quòd Archiepiscopus cum palio debet sepeliri. cap.2.de vsu palij. Item quòd fideles a scismaticis sepulti propter hoc non sunt exhumandi, cap. 2. de sacramentis non reiterandis. Item quòd pactum factum per conductorem locatori, vt apud Ecclesiam ipsius sepeliatur, non valet. de pactis, plerique. Item quòd matrici Ecclesiæ competit sepultura.de præscrip. ex transmissa, & tale ius præscribi potest. eod. tit. cum olim. Item quòd cimiteria polluta propter sepulturam excommunicatorum sunt reconciliandi.cap.consuluisti.de consec. Eccles.vel Altaris.
39 Et quòd pro sepultura vel exequiis mortuorum nil exigi debet.cap.non saos cap.suam.cap. cum in Ecclesijs,& cap.audiuimus. de simo. de de quo in cap.si.de sepultura .& quòd sepulti ēt iudei non debent exhumari. capit. sicut de iudęis. Item conceditur sepultura excommunicato qui in morte pęnitēs fuit per presbyterum absolutus.cap.in literis.de rapto. Item q religiosi non coguntur extra sua monasteria sepeliri. c. nimis iniqua.de exces.præla.de quo in ca. fin.de
40 sepult.lib.6. Et quòd etiam sepultus quandoq. ligatur & soluitur. de sentent. excommun.cum a nobis, & not. in dict. cap. fin. de sepult. Item quòd exequiæ debent fieri sine luctu. 13. quæst. 2.quam præposterum.cum seq. Et hæc sufficiant pro absolutione huius quæstionis. Curiosus volēs plura videre recurrat ad Ioan.And.in rubrica de sepul.in nouella,& ad Hostien.in summa. eod.tit.

De concernentibus forum contentiosum. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Notorietas criminum dat Archiepiscopo iurisdictionem.*
2 *Notorium quid dicitur.*
3 *Altare portatile possunt Episcopi et superiores habere.*
4 *Ordinarius visitans quid facere debeat.*
5 *Monasteria non sunt per ordinarios molestanda.*
6 *Funiculus triplex difficile rumpitur.*
7 *Litigantes sunt ad concordiam inducendi si fieri potest.*
8 *Multitudo quandoque peccatorum punitionem impedit.*
9 *Clerici an possint aduocare?*
10 *Monachi non debent litigare. Metu & vi facta an teneant.*
11 *Ecclesia læsa est restituenda.*
12 *Summus repente nemo fit.*
13 *Arbitri non in oībus causis possunt assumi.*
14 *Feminæ sunt a publicis officijs remotæ.*
15 *Laici negocia ecclesię tractare non possunt.*
16 *Iudex non sit personarum acceptator.*
17 *Ius publicum pacto priuatorum tolli non potest.*
18 *Sententia sit conformis libello.*
19 *Litis contestatio per quid fit*
20 *Ordo iudiciarius non semper est seruandus.*
21 *Officium iudicis quiescat pendente dilatione.*
22 *Processus dieb. feriatis factus an teneat.*
23 *Contra partem inauditam nihil definiatur.*
24 *Spoliatus est restituendus.*
25 *Fructus qui potuissent percipi sunt per violentum possessorem restituendi.*
26 *Lites debent esse breues.*
27 *Voluntas sola an reputetur pro facto.*
28 *Testes vtriusque partis si sint eque idonei qui sunt præferendi.*
29 *Probatio dubia non releuat.*
30 *Notorium non est necesse probare.*
31 *Instrumentum non est testibus pręferendum.*
32 *Præsumitur ex prętеritis ad futura.*
33 *Continentiam difficile seruat qui sepe se maculat.*
34 *Iuramentum non semper est seruandum.*
35 *Excipiens non confitetur.*
36 *Iudex non debet esse suspectus.*
37 *Excommunicatus potest appellare.*
38 *Decime per laicos præscribi non possunt*
39 *Sententia ob noua instrumenta retractari non debet.*
40 *Appellatio ad quid fuit inuenta.*
41 *Testes quandoq. possunt lite non contestata examinari.*
42 *Memoriam omnium habere est quasi impossibile.*
43 *Beneficiati tenentur adiuuare in ecclesiarum reparatione.*
44 *Beneficium accipientem obligat danti.*
45 *Testamentorum executores per Episcopum loci coguntur exequi.*
46 *Religiosus an possit executor testamenti.*
47 *Executores testamentorum debent Episcopo rationem reddere.*
48 *Hospitalia per quos sunt reformanda.*
49 *Prælati multi sunt in damnationis periculo ratione iuris non seruati.*

Laici

50 *Laici decimas quas detinent in alios laicos transferre non possunt.*
51 *Alexandria quando, & per quos fuit constructa.*
52 *Feudum Ecclesiæ potest prælatus alij concedere.*
53 *Decimæ sunt de singulis fructibus soluendæ.*
54 *Consuetudo potest in decimis locum habere.*
55 *Pignorari non debent res Ecclesiæ sine vrgente necessitate.*
56 *Precariæ quinto quoque anno sunt renouandæ.*
57 *Nobiles vt plurimum sunt liberales.*
58 *Accipiens dare debet.*
59 *Beneficiati sunt procuratores & non Domini.*
60 *Donationes Episcopi an possint per successorem reuocari.*
61 *Donatio perfecta certis casibus reuocatur.*
62 *Ecclesiasticę res an possint alienari.*
63 *Ecclesiæ prædium alienans qualiter punitur.*
64 *Ecclesiæ res per laicos disponi non debent.*
63 *Alienatio inualida non validatur per sequentem solemnitatem.*
66 *Vnio Ecclesiarum an possit fieri.*
67 *Patronorum iura.*

QVinto quæro principaliter quomodo debeant, & possint se exercere circa ea quæ concernunt forum contentiosum? Respondeò primo quod Archiepiscopus, & superiores in diœc. suffraganeorum, & subditorum
1 super notorijs possunt libere exercere iurisdictionem, & propter ipsorum suffraganeorum, & subditorum manifestam negligentiam. cap. Romana. §. quod si. de censib. lib. 6. ver. notoria, & quæ examinatione non egent libere, scilicet corrigendo, & pœnam pro illis debitam imponendo. Et dicit Innocē. quòd si dubium est iudici, an crimina sint notoria. Primo de hoc inquirat, nec videtur quòd habeat aliud pronunciare, nisi quia suum est punire hæc maleficia, quia sunt notoria, cum solum in hoc videatur cognoscere, an sua sit iurisdictio puniendi.
2 Archidiac. dicit, hoc notorium intelligi cuius testis est populus. allegat. 16. quæstio. 3. sacerdotibus. in fin. 35. quæst. 3. quod scripsi in princ. & dicit illius criminis populum testem esse etiam si crimen sit notum maiori parti tantum. allegat. 2. quæst. 1. de manifesta, de coha. cleric. & muli. vestra. facit. capitul. bonæ 1. de elect. §. contra vero legati, in his enim ordo iudiciarius est ordinem non seruare. de iureiurā. ad nostram. Tertio Host. allegat de fi. presby. quoniam, & de accusa. euidentia, vbi autem reuera crimen non est notorium: sed sola infamia contra aliquos orta est, debet ordinarijs locorum denunciari: vt super his sollicite inquirant prout viderint expedire, quam inquisitionem facere tenentur. 2. quæst. 5. Mēam. & c omnibus, etsi ordinarius nollet inquirere, superior inquiret: qui curam eius habet & ad eius officium pertinet. Notat tamen quòd propter negligentiam Episcopi solam tunc non deuoluitur ad Archiepiscopum hæc cognitio, quia in canonibus non est expressum, ita ponit Innocen. allegat adhoc Archid. 10. quæst. 3 quia cognouimus. 18. dist. hoc tantum. 25. quæst. 2. amputato. facit quod not. Ioan. And. in cap. Romana de sup. neglig. præla. li. 6. sup. gl. no. Non obstat si dicatur quòd propter hoc crimina remanebunt impunita, contra cap. vt fame, de senten, excommun. quia superior coget inferiorem, vt procedat, & puniat prout potest ratione peccati negligentiæ. 33. distinct. quorundam. 12. distinct. de his in fin. & quod not. Innocen. & Hostien. de cler. non resi. ex tuæ. Capitulum autem fin. de censib. lib. 6. non de correctione simpliciter, sed de visitatio-
3 ne loquitur secundum eos. Et adde quod Episcopi, & superiores cum iuste absunt, possunt habere altare portatile, & in eo celebrare, & facere celebrari vbique salua violatione interdicti, quia nulla die debent missam prætermittere. cap. fin. de priuil. lib. 6. Et ibi enumerantur aliquæ Episcoporum indulgentię prima in c. quod nullus. de priuil. secunda. in c. fin. de pęnit. & remis. alia de offic. delegat cap. 2. lib. 6. alia de senten. excommun. quam periculosum. eod. lib. alia de iuramento calumn. cap. fin. alia in clem. sicut dignum. de celebrat. mis. poterit etiam ante diem, &c. vt not. in dict. cap. fin. de priuileg. lib. 6 poterit etiam Episcopus in quolibet loco suæ diœces. non exempto, per se, vel per alium pro tribunali sedere, causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire, personas ecclesiasticas cum earum excessus exegerint capere, ac carceri deputare, necnon, & cetera quæ ad ipsius spectant officium libere exercere, quia in tota sua diœces. iurisdictionem ordinariam noscitur habere. cap. cum Episcopus. de offic. ordin. eod. lib. quibus casibus non exiget procurationem, vt dixi sup. Et idem in legato circa suam legationem. cap. notit. de offic. leg. & idem in Archiepiscopo circa suam propriam diœces. sed non quo ad prouinciam cap. 1. & cap. vt litigantes de offic. ord. lib. 6. dum tamen locus sit honestus maxime quando tractat causas spirituales. cap. qua fronte de appell. Et propterea etiam poterit ordines celebrare; virgines, & Ecclesias consecrare, & his similia, vt not. in dict. cap. cum Episcopus. Dicit tamen Ioann. Andr. in clem. 1. de priuileg. quædam notatu digna in gloss. magna. ibi videas, verum quia circa hanc quæstionem esset necesse nimis amplam discurrere prouinciam, ideo percurram solum aliqua præcipua notabilia ad quandam generalem, & facilem visitantium, & visitandorum instructionem cum ea maiori breuitate qua potero. Debet ergo attendere ordinarius visitans cum sibi opus est, publicum conuocare auxilium, quod faciat nō ad præiudicandum sed potius ad ea quæ sunt Deo placita prosequendum. cap. 1. de offic. ord. Item propter ea quæ non vt iudex, sed vt Deus nouit: neminem remoueat a communione. cap. 2. eo. tit. Item quòd cum ab Ecclesiarum prælatis Ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur, illam studeat facere obseruari vsque ad condignam satisfactionem. c cum ab Ecclesiarum. Item quòd Ecclesiæ vacanti deputet iconomos, qui fructus perceptos in vtilitatem Ecclesiarum expendant, aut futuris successoribus fideliter reseruent. cap. cum vos. Item quòd fraudulenter obtinentes se absolui a censuris per ap. sedem, remittat ad eandem cum literis suis rei veritatem continentibus. capit. ex parte. Item debet prouidere contra malitiam ac desidiam delegatorum Apostolicorum, prout in cap. significauit. Item debet compellere monachos acquirentes aliquid, illud in manib. superioris resignare, &c. vt in cap. quanto. Item ad reprimendam malitiam peruersorum debet penas canonicas a subditis facere obseruari, &c. c. ad reprimendam. Item caueat Metropolitanus ne exerceat iurisdictionem in subditos suffraganeorū. c. duo. nisi in casib. permissis de quibus in ca. pastor. e. ti. tā si propter infirmitatē vel

aliam iustam causam non potest suffraganeum
consecrare potest alij vices suas committere. ca.
quod sedem. Item quòd appellatione reiecta
si quos viderit corrigendos, statuat ad refor-
mationem, quod regulare fuerit, & honestum.
cap. licet, & Deum præoculis habens ipsos, vt
animarum cura requirit per censuram ecclesia-
sticam corrigere non postponat, reformando
prudenter ac diligenter subditorum mores, ne
sanguis eorum de suis manibus requiratur.
cap. irrefragabili, instruens eos verbo pariter, &
exemplo. cap. quoniam, & instrui faciens per a-
lios similiter verbo & exemplo. capit. inter
cetera, quibus cum indiguerint necessaria sub-
ministret congrue: ne pro necessariorum de-
fectu compellantur desistere ab incepto vt ibi.
Item quòd vltra ea quæ sunt legis diœcesanæ
5 aut iurisdictionis non molestet monasteria.
capitul. conquerente, sed conseruet eis pri-
uilegia, & præscriptiones canonicas. capit. di-
lectus. eod. tit. excludere debet seculares a clau-
stris per quos possit dissolutionis materia pro-
uenire, cap. vi iuxta. Demum prouide seipsos
corrigant reuocando censuras male latas. cap. fi.
Et quod vbi intentatur officium iudicis, si lo-
co actionis, faciat litem contestari, alias non.
cap. fin. de offic. iudic. Circa præmissa vero etiam
dico esse præcipue attendendum per visitantes
ne quisquam pro certa pecuniæ quantitate sub
annuo precio statuat aliquos ad perpetuam iu-
risdictionem exercendam, sed committant vi-
ces suas alicui, cui constituant salarium de ca-
mera sua, vt in cap. 1. ne prælati vices suas, &
12. quæst. 2. charitatem. & cap. quicunque, altas
puntuntur vt ibi, & hoc ideo quia illud ad cle-
ricorum grauamen, & iudiciorum subuersio-
nem non est dubium redundare, & non est a-
liud nisi sustinere ecclesiastica iudicia sub dissi-
mulatione peruerti. cap. 2. eod. tit. & consuetu-
do contraria tanquam enormis reijcitur, quia
dum sacerdotium sub huiusmodi mercede ve-
nale disponitur, ad æternæ retributionis præ-
mium consideratio non habetur. cap. quoniam.
eod. tit. licet alij fructus temporales locari pos-
sint. cap. fi. eod. tit. Debet etiam ad solum Deum
& salutem populi habere respectum, omni tre-
pidatione se mota, & ad pacem firmiter tenendã,
neque hoc alicuius amore, vel odio prætermit-
tere. c. 1. de tregua & pace, etiã cõuocato auxilio
6 vicinorũ prælatorũ quia funiculus triplex dif-
ficilius rumpitur vt ibi, nec est rigor iuris exqui-
rendus ex quo sequi possit perplexitas causę. ca.
interposita, de appel. nec nimia subtilitas, vt no.
in cap. capellanus. de ferijs. Debet etiam prin-
7 cipaliter visitator sicut, & iudex interponere
partes suas ad componendos litigantes, prius-
quam ad iudicium veniant si, potest. 5. quæst. 2.
si primates. 9. distinct. studendum. 23. quæst. vlt.
si quis membrorum. 7. quæst. 4. si illis, & de si-
monia, querelam, & in l. quidam existimauerit. ff.
si cert. petat. Et interdum seueritati est detra-
hendum, prout status superiorum, & exceden-
tium multitudini videntur expedire, vt maio-
ribus malis sanandis charitas sincera subueniat.
50. distinct. vt constitueretur, & vbi saluti ali-
quid non detrahebatur humilitati posteriores
doctores aliquid addiderint, vt ibidem dicitur,
& quod a multis peccatur transire solet inul-
tum. 23. quæst. 4. non potest. 1. quæst. 5. quoties,
8 de temp. ord. fane. & cum multitudine pec-
cantium magis docendo quam iubendo agen-
dum est, seueritas autem exercenda est in pec-
cata paucorum. 44. dist. cõmessationes. c. latores.
de cler. excomm. mi. In his etiam super quibus
ius nõ inuenitur expressum, semper inhumanio-
rem partẽ est declinandũ, secundũ quod persona-
rum conditio, loca, & tempora videntur postu-
lare: procedendo de similibus ad similia, vel
iuxta consuetudinem, &c. de quo plene in c. fi.
de transact. sacri. C. de iud. placuit & l. quod si E-
phesi. ff. de eo quod certo loco. cum similibus.
9 Debet etiam tolerare clericos corã seculari iu-
dice aduocare etiam in negotijs secularibus in
propria causa, vel Ecclesiæ suæ, aut pro misera-
bilibus personis: quæ proprias causas admini-
strare non possunt. c. 1. de postulando, debet e-
nim sacerdos nulli velle nocere, omnibus autẽ
velle prodesse, non autem contra Ecclesiam
suam: quoniam tanquam ingratus posset bene-
ficio spoliari. cap. fin. eod. tit. Debet etiam sem-
per visitator promtior esse ad absoluendum,
quam ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de act.
& ob. l. respiciendum. de pœnis. de pœnit. ex li-
teris 33 q. 7. tempora penitudinis, & promptior
ad misericordiam quã ad rigorem, & melius est
pręstare causas ad misericordiã q̃ prætendere in
clementiam, 86. distinct. non satis. Et melius
est pro veritate pati supplicium quam pro adu-
latione beneficium. 11. quæst. 3. nemo, & sen-
tentia quæ misericordiam verat est fugienda.
50. distinct. ponderet & 28. quæst. vlum. alli-
gant, vbi dicitur si dominus sit largus, dispen-
sator eius non debet esse tenax, quæ omnia al-
legat gloss. in dict. cap. fin. de transact. dignus est
etiam misericordia, qui alieno vitio laborauit.
10 C. de naturalib. lib. l. legem Anastasij. 16. quęst.
1. frater noster. Debet etiam visitator studere
a litigijs forensibus monachos submouere, quia
expedit pro paruo incommodo seruos Dei esse
quietos. cap. fin. de procur. Debet etiam reuo-
11 care in irritumque metu, & vi fiunt si cade-
re potuerunt in constantem virum: non obstan-
te iuramento, quia talia debent carere roboris
firmitate: vbi scilicet subest metus mortis, aut
corporis cruciatus, &c. cap. Abbas, & ad audien-
tiam, & cap. fin. de his quæ vi metusve causa
11 fiunt. Debet etiam Ecclesiam læsam in in-
tegrum restituere, cum clericus eius conditio-
nem non possit facere deteriorem, & funga-
tur ecclesia iure minoris, capit. 1. de in integ. re-
stitut. & clem. 1. eod. tit. Nec debet pati quòd ne-
gligentia clerici redundet in Ecclesiæ præiudi-
cium. cap. cum venissent eod. tit. maxime illius
12 qui in modico tempore multum præsumit ad-
discere, cum nemo † repente fiat summus, nec
sufficiat diu in scolis fuisse sed laudabiliter vixis-
se 12. quæst. 2. gloria episcopi. 48. distinct. §. quia
nemo 77. distinct. monachus, & l. 2. C. de his qui
veniam ætatis impetra. Debent etiam atten-
dere quòd nihil faciant in præiudicium alterius
eo non citato, quia merita caussarum partium
assertione panduntur, de quo plene in capit. in
omni. de testibus, & in cap. tum ex literis. de in
13 integr. restitut. Debet etiam inhibere ne caussę
matrimoniales liberales, aut criminales per ar-
bitros terminentur. cap. causa de in integ. restit.
Debet etiam occurrere calliditati, & versutiæ
malorum, & iactura caussæ afficere illos qui si-
bi potentiorum patrocinium fraudulentum
aduocare præsumunt. capit. 2. & fin. de aliena-
tione iudicij. Debet etiam compellere partes
ad obseruationem arbitrij equitate subnexi:
licet alias perperam arbitratum non debeat
incorrectum relinqui. capitul. non fine. de ar-
bitr.

Digitized by Google

bitr. qui tamen iudicare non valent nisi de his tantum super quibus in eos extitit compromissum. capit. cum dilectus. eod. tit. dum tamen
14 non sint feminæ quia a publicis officijs sunt remotæ. ca. dilecti. eod. tit. vel laici soli in causis clericorum. c. contingit. & c. per tuas. eod. tit. vel sit compromissum de incerta persona. ca. innotuit. eod. tit. & cet.
15 Iohibere etiam debent ne laici ecclesiastica negocia tractare præsumant. c. decernimus. de iudicijs, alias confessio facta coram eis, & sententia ab eis lata non valebit. c. at si clerici. eod. tit. alias etiam puniuntur iuxta. c. nullus de fur. cóp. cum etiam decreuerit imperator Iustinianus canones patrum vim legum habere debere. c. 1. de iuram. calum. ne de malicia sua commodum reportent. ca. intelleximus. nam etiam debent ipsi sicut leges eorum sacros canones imitari. c. cleri
16 ci. de ind. & de ope. no. nun. c. 1. Studeat etiam ita magnum iudicare sicut paruum: nec apud eum sit acceptio personarum, & nullam discordiam sub dissimulatione fouere: sed taliter procedat super quolibet peccato, vt peccatorem reuocet a vitio ad virtutem, ne præcipue contra pacem peccet quæ est vinculum charitatis. c. nouit. de iud. Et ita viduas in sua iusticia soueat, vt tamen alijs non faciat iniustitiam. ca. ex tenore. de fo. comp. & ita vt pacto priuatorum iuri publico non derogetur. c. si diligenti. eod. ti.
17 Iudicis tamen ecclesiastici interest, viduas defensare. d. c. ex tenore. & c. ex parte. de fo. comp. Attendat etiam valde iniquum esse qd ea quæ collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus locis, aut alijs iustis modis acquisita: alijs vsibus applicentur. ca. conquestus. eod. tit. Et q quando libellus bene conceptus est iuxta. c. 1. 2.
18 & 3. de libel. oblati. q sententia fiat conformis libello. c. licet heli. de simonia. vbi gl. allegat con cot. alias fatus est iudex. & cet. l. fi. C. de fideicó. li. Et non minus concordia quam iudicio causas studeat terminare: & q actoris & rei vna sit conditio & eadem, & vno eodemque iure circa appellationis remedium debeat vterque censeri, & etiam reconuentionis. cap. 1. & 2. de mu. pe.
19 Et q per petitionem & responsionem & non per positiones fiant litis contestatio. ca. 1. de litis conte. Et q aduocatus detur non habenti & datus expectetur. c. 1. vt lite non contest. Et q ordo
20 iudiciarius in causis seruetur præterquam in matrimonialibus & alijs summarijs: de quibus in cle. dispendiosam. de iud. in quibus seruãdus est ordo de quo in cle. sæpe. de verb. sig. Et q nõ compellat aliquem se credere capitalibus inimicis etiam cum de literis de saluo conductu. c. accedens. 2. vt lite non contest. & cle. pastoralis. de re iud. Et q ne veritas occultetur probationis copia non subtrahatur. c. quoniam frequenter. eo. tit. & q reus etiam tedio afficiatur, vt veniat responsurus actorem mittendo in possessionem bonorum rei contumacis pro mensura debiti ex primo decreto, vt ibi, & q actor recusans iurare de calumnia, cadat a iure suo, reus aũt habeatur pro confesso. c. fi. de iura. calum. & c. cum in positionibus. de iureiu. lib. 6. Et q partibus dentur
21 debite dilationes de quibus & in ca. 1. & per totum de dila. quibus pendentibus officium iudicis debet conquiescere vt ibi, sicut debet conquiescere iudicialis strepitus diebus feriatis & quibusdam alijs temporibus de quibus in ca. fi. & per totum de ferijs. Et an de consensu partium aliud fieri possit distinguitur inter ferias ob reuerentiam Dei & tunc non, aut ob necessitates hominum & tunc sic. vt ibi. Item attendat q quæ prior appellat prior agere debet. c. 2. de ord. cog. maxime in tribus iudicijs, de quibus in l. in tribus. ff. de iudic. de quo plene in c. ex literis. de probar. & in l. 1. C. vti possidetis. Et quod puniantur plus petentes re, loco, & tempore, & causa: prout in c. 1. de plus peti. & iostit. de act. §. plus. Et q contra inauditam partem aliquid non diffiniatur. ca. 1. de caus. poss. & proprie. Et quòd repellantur vacillantes coram iudicibus aduersus fidem proprie attestationis. Et quòd actore non probante reus (etiam si nihil præstiterit absoluatur. ca. cum ecclesia. eod. tit. & in l. manifeste. ff. de iureiur. & l. qui accusare. C. de edendo. c. fi. de iureiur. Et quod de qua re cognouerit iudex, pronunciare debeat. ca. cum super. cod. tit. & quod lites litibus non inculcentur, & nulla via fraudibus aperiatur. c. pastoralis. cod.
24 tit. Et quòd spoliatis res violenter ablata restituatur. c. 1. de restit. spol. non obstante renunciatione quia non est verisimile quòd sponte iuri suo renunciauerit, qui renunciat spoliatus. c. 2. eod. tit. Item quòd prædo etiam secundum iuris rigorem restituatur. cap. in literis. eod. tit. Et meminerint quòd non decet honestatem iudicis clericos suæ iurisdictionis sine manifesta & rationabili causa suis beneficijs spoliare: quibus tenetur paterna prouisione consulere. c. conquerente. eod. tit. Item quod is possidet, cuius nomine possidetur. c. cum venissent. eod. tit. & c. si diligenti. de præscrip. Et quod violentus possessor
25 etiam in fructibus quæ per spoliatum percipi potuissent condemnetur. ca grauis. eod. tit. Et q in huiusmodi vim etiam vi repellere liceat. ca. olim. eod. ti. & c. significasti de homicidio. sed electa via media ne ædificetur ad gehennã. c. literas c. ii. quia omne qd non est ex fide, pctm est, vt ibi. & in c. fi. de præscr. quo casu potest iudicis excõmunicationem humiliter sustinere potius quã parere, præsumitur tamen contra eum, qui spreto iudicio ecclesiæ sua tantum nititur temeritati, vt ibi & in cap. ne innitaris. de constit. Item q papa sunt mandare etiam hospitalarios spoliare & spoliationem ratam habere sicut per se spoliaret. ca. cum ad sedem. eod. tit. Inanis tamen est actio quam debitoris excludit inopia. ca. olim. a.
26 eod. tit. Item q finis litibus est imponendus: ne partes vltra modum grauentur laboribus & expẽsis præsertim cum de beneficijs agitur, quæ sine dispendio diu vacare non possunt. c. finem. eod. tit. Item q contumax non sit melioris conditionis quam obediens. c. contingit. de dolo &
27 con. Item attendere debet q sola voluntas nõ sufficit sine effectu, vbi. s. de necessitate opus est facto quod potest expleri: vt plene habetur in c. 1. de eo qui mit. in poss. & 86. dist. non satis. Itẽ q illud quod illicite factum est, potest licite reuocari. 35. q. 9. quod quis & c. sententiam. est enim sapientis reuocare quod praue fecit. 22. q. 4. magnæ. & errorem suum quilibet emendare tenetur. de accus. qualiter & quando. 1. & ca. facto. de sen. excom. quinimmo & quod bene factum est si incipiat esse occasio mali, destruendum est. 1. 2. q. 2. ego sum, & plene not. in c. 1. vt lite penden. Item non debet sequestrare fructus & cet. lite pendente nisi in casibus qui not. per gl. & Docto. in c. dilectus. de sequestra. poss. & fructu. Item q secundum vtriusque iuris statuta de se confessus, super aliorum conscientijs interrogari non debet, & (excepto læsæ maiestatis crimine) de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est aduersus quemlibet admit-

mittēda c.1.de conf.& c.veniens.de testib. Et ꝙ
28 erronea confessio non nocet.c. fi.eo.tit.Item ꝙ
si ambarum partium testes sint æque idonei pos
sessores testes præferūtur: cum promptiora sint
iura ad absoluendum quam ad condemnandū.
29 ca.ex literis.de probat.& ꝙ dubia probatio non
releuat probantem.&cet.c. in præsentia.eod.tit.
Et ꝙ duo eandem rem & eodem modo posside
re non possunt.c.licet causam.eod.tit.Et ꝙ sæpe
manus fallitur,& oculus obstetricum. cap.cau-
sam.eod.tit.Item ꝙ parte citata testes recipian
tur:alias quod contra legem actum est:non ha-
bet firmitatem.c.2.de testi.& ꝙ vnius testimo-
nium ad condemnationem non sufficit alicu-
ius.c.veniens.& c.licet ex quadam.de testi.quia
in ore duorum vel trium stat omne verbum.c.i.
licet vniuers.eod.tit.& ꝙ ne probationum angu
stetur materia etiam testes de capitulo sunt re-
cipiendi,quia quæ aguntur in capitulo: non fa-
cile possunt nisi per eos probari.c.veniens.2.eo.
tit.& si per consanguineos impediantur testes
deponere, punitur pars:quia verisimile non vi-
detur vt eo inuito talia fierent,& non caret scru
pulo societatis occultæ.&cet.quando scilicet po
tuit prohibere.Et iniquam se ostendit causam
fouere,& experiri debet iudicis auctoritatem
elusam : quæ defensionis copiam subtrahit ad-
uersario.ca.constitutus.eod.tit. & ꝙ testis infa-
mis debet repelli c.testimonium. Et licet quan-
30 do factum est notorium non sit opus probatio
nib.c.super eo.tamen nemo debet aduersario in
strumenta (quorum appellatione testes continne
tur) subtrahere.c.peruenit.1.de testibus cogen-
dæ.Et ꝙ vbi non tenetur principale nec accesso
rium.&cet.& quod alicuius est: ex alia causa e-
ius fieri non potest , & ideo res intelligitur eo
modo quo magis possit valere, tamen cum sunt
iura partium obscura:consueuit contra eum,qui
petitor est iudicari.ca. inter dilectos.de fide in-
31 str.Debet tamen attendere,ꝙ nullum instrumē
tum tanti debet esse momenti,ꝙ duobus,aut tri
bus testibus præferatur.c.cum Ioannes. eod.tit.
quia iudex vsque ad prolationem sententiæ de-
bet cuncta rimari, vt ibi . Item ꝙ præsumitur ꝙ
quis sit adeptus magnam dignitatem ratione
suæ virtutis . Et ꝙ is gradus ceteros antecellat
quem labor prolixior,& stipendia meliora fece-
rint antè ire.c.miramur.61.dist.l.nemo.C.de of
32 ficio magistri officiorum. Præsumit etiam ꝙ ex
quo quis semper honestus fuit etiam infuturum
sit honestus,& magis pro senili ætate quam pro
iuuenili,& iurisperitus ex verbis senum rustico
rum argumentatur.l.si chorus.§.1.ff.de le.3.ni-
si stultitia non sinat quem esse senem.Nam *Quā
noua testa capit inueterata sapit*, vide in c.nisi cū
pridem.de renunc.§.alia vero.Difficile autem
33 est continentiam seruare ei qui se illicito concu
bitu sępius maculare non metuit,quia peccator
cum venerit in profundum malorum, contem-
nit:de quibus omnibus not.in c.pe. de præsum.
prima tamen facie quisquam præsumitur ido-
neus donec contrarium probetur.c. fin.eod.tit.
Item ꝙ quis non infringit propositum qui illud
in melius commutat, & ꝙ frangenti fidem , fi-
des frang: potest eidem.ca. peruenit.de iureiur.
34 & c.sicut.eo.tit. Et ꝙ forma iuramenti Episco-
porum est ad vnguem seruanda.de qua in ca.e-
go.N.eod.tit.Item ꝙ nulli debet auctor esse per
iurij,nec iuramentum est seruandum , quod ser
uatum vergit in interitum salutis ęternę. c.si ve
ro.eod.tit.& ꝙ non merentur penuri Ecclesias
regere.ca.querelam.eod.tit.Item ꝙ veritatis est
amica simplicitas.c. veritatis , & iuramentum
non debet esse iniquitatis vinculum.ca.quanto,
& in eo semper debet intelligi ius superioris ex
ceptum.ca.venientes, & ꝙ onus non remittitur
sed augetur;cum cuiquam improuide soluitur,
quod alij ex debito est præstandum.c.cam te,&
ꝙ *Turpius eijcitur quam non admittitur hospes,
& ꝙ patronatus est turpitudinis,qui celat crimen
vxoris* ,ne pbeatur ei facultas peccandi propter
impunitatem.ca.quemadmodum eod.tit. Et ꝙ
omnis controuersiæ finis est iuramentum,& ꝙ
nemo propheta acceptus sit in patria sua . Et
quia hominum excrescente malitia simplici as-
sertioni,vel negationi alicuius vix creditur:ideo
iuramentum dicitur confirmatio veritatis , vbi
tamen cessat causa debet cessare effectus , quia
vir multum iurans replebitur iniquitate. c.& si
Christus.eod.tit.Non sunt etiam dicenda iura-
menta sed periuria, quæ contra vtilitatem ec-
clesiasticam attemptantur.c.sicut.eo.tit.nec præ
textu aliquo est aperienda via periurijs. ca.cum
contingat.eod.tit.&cet. Debet etiam attendere
35 ꝙ exceptionem obijciens de intentione partis
aduersæ non intelligitur fuisse confessus , & ꝙ
delictum personæ in damnum ecclesiæ non re-
dundet.Et ꝙ falsorum instrumentorum prætex
tu lata sententia vsque ad.20. annos rescindi po
test c.cum venerabilis.de exceptio.& quòd in-
ductum est ad defensionis remedium , non est
ad materiā impugnationis extendendum: & sa-
tis absurdum est,si actore impugnante , reo de-
fensionis copia denegetur Et ꝙ periculosum est
36 coram suspecto iudice litigare.c.cum venerabi
lis de excep.nec suspectis iudicibus,consueuit se
des Apostolica scienter causas committere, nec
grauatis appellationis remedia denegare,vt ibi
37 plenius,etiam excommunicato , cui omnis de-
fensio reseruatur in iudicio legitima.c.significa-
uerunt.eod.tit.ac etiam appellationis prosecu-
tio,quia nihil prodesset excommunicato appel-
lare , si non posset appellationem suam prose-
qui,& super ea literas impetrare.c.si. de except.
Debet etiam attendere ꝙ nihil cum scandalo ,
aut forali strepitu in causis pauperum diffinia-
tur.ca.2.de præscript.Et ꝙ interdum facti quæ-
stio de leui potest partibus præsentibus compro
bari.c.sæpe.de ap.Et ꝙ licet melior sit conditio
possidentis : tamen nulla antiqua dierum pos-
sessio iuuat aliquem malæ fidei possessorem.c.
vigilanti,& cap.ad aures.de præscrip. Nec laici
38 possunt præscribere decimas,quas possidere nō
possunt.c.causam.eo.tit.Nec a capite licet mem
bra recedere,sed quod omnib. imminet ab om-
nibus debet comportari.c.cum non liceat.& ca.
accedentes.eod.tit.Nulla ego absque bona fide
præscriptio valet,tam canonica,quam ciuilis:cū
generaliter sit omni constitutioni atque consue-
tudini derogandum,quæ absq; mortali peccato
non potest obseruari, & ideo oportet ꝙ præscri-
bens in nulla temporis parte conscientiam ha-
beat rei alienæ.c.si.eod.tit.Item ꝙ sententia cō-
tra leges canonicas prolata est nulla.c.1.de re
iud.& ꝙ ęquitati conuenit & rigori iurgantium
controuersias celeri sententia terminari. c. 2.de
re iud.Et ꝙ cum aliquibus est adiudicata posses
sio non sufficit eis dare pignora nisi corporali
possessione lætentur.ca. cum aliquibus.eod.tit.
Et licet consuetudinis minima non sit auctori-
tas,& c.cum causa.non tamen est recedendum
a sententia per iudicium Ecclesię rationabiliter
promulgata.ca.consanguinei,nisi iniquitatem
contineat manifestam , quia nec tunc valet ap-
pella-

Digitized by Google

pellationis remotio.c.inter cetera,quando tamē
transit in rem iudicatam præsumuntur omnia
rite celebrata.c.cum inter de re iudic.& in c.in
præsentia.de renun.quia iudicis animus nō sem
per ad vnam probationis speciem inclinatur.ca.
causam quæ.eod.tit.nec moris est q̧ omnia quę
iudicem mouent in prælatione sententiarum ex
primantur.c.sicut nobis.Ideo propter auctorita
tem iudicis præsumuntur omnia legitime pro-
39 cessisse.vt ibi.Et ne lites de nouo restaurentur:
prætextu nouorum instrumentorum sententia
non debet retractari.c.inter monasterium.Duo
bus autem iudicibus diuersas sententias proferē
tibus ordinarijs,tenet pro reo sententia non pro
actore:nisi in causa fauorabili puta matrimonio
libertate,dote,aut testamento,si autem sunt de
legati,tunc pendet sententia ex arbitrio delegā-
tis,si vero sunt arbitri,est nulla.c.si.eod.ti.Item
40 appellationis remedium non est inuentum vt
alicui in sua nequitia debeat patrocinium exhi-
bere.c.ad nostram.de app. nec ad defensionem
iniquitatis sed ad præsidium innocentiæ.c.cum
speciali,nec ab executoribus appellari potest. c.
nouit.Nec fraus aut dolus alicui patrocinari de
bet.c.ex insinuatione,tamen plus est facto pro-
uocare,quam verbo.c.dilecti. Contraria tamen
petens non est audiendus.c.sollicitudinem.De-
bitus etiam honor iudicibus est deferendus:
quorum iudicium de vultu Dei procedit,& liti-
gatoribus est consulendum etiam super labori-
bus,& expensis.ca.vt debitus, & c.vt nostrum.
Tertio etiam appellari non potest.ca.sua nobis.
eod.tit.Et adde q̧ cum venientes ad Apostoli-
cam sedem debeant esse sub sua protectione se-
curi,quicquid post iter arreptum subtractum
41 est,debet restitui.ca. 1. de peregr.&cet.Item q̧
ne ius ecclesiæ remaneat indefensum: quando
periculum testium formidatur:ne veritas occul
tetur,& probandi copia fortuitis casibus subtra
hatur,etiam lite non contest.testes valitudinarij
& alij de quibus ex aliqua rationabili causa ti-
metur,sunt examinandi,& eadem æquitate in-
strumenta & priuilegia quasi iam nimia vetusta
te consumpta et etiam in papiro conscripta sunt
innouanda.c.cum dilecta.de confir. vul.vel in-
uti.Et demum adde q̧ sua iura vnicuique sunt
seruanda,alias nihil aliud esset quam ordinem
ecclesiasticum confundere.ca. peruenit.11. q.1.
& ideo dicit Papa nec honorem meum deputo
in quo fratres meos honorem suum perdere co-
gnosco.29.dist.ecclesiæ.& in c.fin.de confir.vu.
vel inut.multa alia essent attendenda: sed om-
nium habere memoriam,& in nullo errare:po-
tius est diuinitatis quam humanitatis. l. 2.§.si-
quis autem.C.de veteri iure enuclean.& not.in
c.porrecta.eod.tit.

Quæro etiam quomodo debeant,& possunt
se exercere visitantes circa reparationes ecclesia
rum,& hospitalium:& bonorum temporalium
earundem,& distribuendorum in pios vsus:&
maxime executiones testamentorum &cet.Re-
43 spondeo circa præmissa attendēdum , primo q̧
quicunque ecclesiasticum beneficium habent
omnino adiuuare debēt ad tecta ecclesia restau
randa:vel ipsas ecclesias emendandas c.1.de ec.
ędif.nam vbi est emolumentum ibi debet esse
& onus,& non est ferendus is qui lucrum am-
plectitur,onus autem recusat.C.de cadu.tol.l.1.
§.pro secundo.in fi.& §.ne autem. sicut ad quē
spectat periculum & emolumentum. C.de fur.
l.manifestissimi.§.pen.in fi. nam & fructuarius
tenetur ad sarta tecta.C.de vsufr.l. cum ad quē.
ff.eo.l.vsufructu legato.1.responso, quod intel-
ligit glo. quando quarta ad hoc deputata non
sufficit:alias secus de quo habetur. 10 q.4.vnio.
debent ergo cogi qui habent parochiales eccle
sias ad reparationem,& instructionem earum
cum opus fuerit,de bonis quæ sunt ipsius eccle
siæ:& quę eis supersunt offerre,vt eorum exem
plo ceteri inuitentur.cap.de his. eod.tit.etiam si
partem fabrice non recipiant vt ibi not.arr.12.
q.3.Pontifices,qui nanque alium instruit ad fa-
ciendum in se debet habere quod prædicat. 26.
dist.vna tantum.26.dist.primum.ff.de ne.ge.l.si
pupilli.§. fin. ff.de fideiuss. l.tutor.ff.si seruitus
ven.alius.61.dist.miramur.52.dist.§.1.58.dist.
§.necesse, cum in officijs charitatis primo loco
illis teneamur obnoxij a quibus beneficium nos
44 cognoscimus recepisse,ideo penes ecclesias bo-
na clericorum inde acquisita debent remanere.
c.cum in officijs.cum si.de testa.obligatur enim
ad antidota sicut donatarius l. sed si lege.§.con-
suluit.ff.de petit.hære.8.q.1.illud.& ideo si prę-
latus cum capitulo super hoc duxerit aliquid cō
tribuendum per canonicos vel clericos ecclesiæ
ad fabricam eiusdem:& aliqui duxerint resistē-
dum,obtinebit sententia plurimorum,maioris,
scilicet & sanioris partis capituli vt in c.si. de
his quę si.a ma.par.ca. 16.quęst.1.si monachus,
in subsidium autem parrochiani laici sunt inui-
tandi.ar. in ca.1. de stat.regula.lib.6.& etiam
compellendi iuxta ea quę habentur in dicto. c.
1.de ec.edi.Quid autem faciendum sit quando
ecclesia secularis erigitur in regularem traditur
in ca.ad audientiam.2.eod.tit.& quomodo non
obstante iuramento de rebus ecclesię non alie-
nandis populo indigenti sit salubriter prouiden
dum,traditur in c.si.& in c.ad audientiam.eod.
tit.& idem de hospitali.ca.cum dicat.eod.tit. Et
an ecclesię teneantur contribuere fabrice ple-
bis pauperis,vide per Freder.in consilio.224.Et
adde q̧ de his quę in ornamentis seu fabrica vel
luminarijs ecclesiarum & alijs ob perpetuum
cultum diuinum legantur ecclesię vel reliquis
pijs locis: canonica portio (dummodo in frau-
dem episcopi non fiat vel parochialis ecclesię)
deduci non debet.ca.si.de testa. Secundo est at-
tendendum q̧ si hęredes iussa testatorum non
45 impleuerint, ab Episcopo loci illius omnia res
quę eis relicta est canonice interdicenda est cum
fructibus & ceteris emolumentis : vt voluntas
defuncti impleatur.c.si hæredes de testa. quod
intellige infra annum . C.de fidecom.auth hoc
amplius,pertinet enim ad Episcopum testamen
ti defensio & executio.ff de petit.hęre.l.hæredi-
tas.§. si defuncto , pręcipue in his quę ad pias
causas relinquuntur.c.tua.de testa.per diœcesa-
num namque Episcopum cogi debent executo-
res,testatorum explere voluntatem post manda
tum susceptum,& tam circa satisfactionem cre
ditorum quam circa relicta venerabilibus &
pijs locis vt in c.Ioannes, de testamentis,in om
nibus enim pijs volontatibus est per locorum
Episcopos prouidendum : vt secundum defun-
cti voluntatem vniuersa procedant , & vt exe-
cutores testamentorum tam religiosi quam cle-
rici seculares & laici pecuniam & alia bona quę
per eorum manus ex testamentis decedentium
in vsus pios expendi debent:alijs vsibus non ap
plicent , sed fideliter & plenarie in vsus pręldi-
ctos expendant , monitione pręuia licet etiam a
testatoribus id contingeret interdici.c.tua. de
testa.proinde commonere etiam debet hęredes
quod infra annum monasterium quod iussum

est a

Digitized by Google

est a testatore, debeat hæres ordinare: & cuncta secundum voluntatem defuncti sine alteratione construere: & si iuxta prædictum tempus siue in loco in quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest & alibi placet ordinare: per Episcopum ædificari debet, & omnia ipsi loco sine diminutione qualibet assignari: sic enim secundum piissimas leges dilatas defunctorum pias voluntates episcopali decens est studio adimpleri. c. nos quidem. de testa. & l. nulli. C. de episcopis & cler. & in auth. de eccl. titu. §. si quis ædificatione. collat. 9.

46 Et attende quod si religiosus deputatur executor a testatore: non potest exequi, nisi petita & obtenta a suo superiore licentia: cum non habeat velle, nec nolle: siue etiam sit canonicus regularis siue mendicans. c. si & ibi not. de testa. lib. 6. Minor etiam. 25. annis & mulier possunt deputari executores de consuetudine, & vno ex pluribus deputatis mortuo, vel in remotis agente etiam non citato, alius poterit officium exercere, quia non transit ad hæredem nisi testator aliud expresserit, vt ibi, quia industria & amicitia videtur
47 electa. Exigere etiam rationem debet Ordinarius loci a religiosis etiam exemptis de testamentorum executionibus quas gesserunt, & si circa id delinquisse reperiantur illos puniat vt. clem. 1. de testam. licet secus sit in alijs exemptis non religiosis, etiam si testator eos liberasset ab onere rationis reddendæ: vt ibi not. & in c. Ioannes, præallegato, & de modo rationis reddendæ not. Spec. in titu. de instrum. ædi. §. nunc aliqua ver. sed nunquid, quod si Ordinarius nō petat rationem reddi, illi nihilominus debent offerre, nec sufficit licentia tacita superiorum, & dicta licentia quandoque potest per superiorem reuocari, hodie tamen frater minor inhabilis est ad hoc, vt in clem. exiui. vt not. in dicta clem. 1. de testa. Et de materia executionis plene vide reliqua per Io. And. in dicto. c. Ioannes, & per Spec. in d. §. nunc aliqua, & per Archid. 88. distin. c. episcopus & legistas in d. c. nulli, & Io. And. in addit. in dicto. §. nunc aliqua.

48 Et quoniam hospitalia reformari debent per collatores ipsorum: & cogi debent rectores eorum ad conseruationem locorum & suorum iurium: & ad hospitalitatem tenendam: iniunctum est Ordinarijs locorum vt suppleant defectum & negligentia collatorum, etiam circa exempta. Et prohibetur hospitalia in beneficium concedi, nisi in duobus casibus sublata omni contraria consuetudine, & tenentur hospitalarij iurare, & ad instar tutoris & curatoris conficere inuentaria de bonis hospitalium, & annis singulis reddere rationem, alias eorum deputatio annullatur, exceptis tamen hospitalibus ordinum militarium, saluis etiam antiquis consuetudinibus locorum circa diuina officia & sacramenta, de quo plene in clem. quia contingit. de relig. dom. Heu
49 heu dolens, timeo ne per dictam cle. multitudo damnetur prælatorum, Christum pauperem negligentium. Adde cle. 1. in fi. de priu. & c. de xenodochijs. de relig. dom.

50 Insuper attendendum circa decimarum alienationem quod laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, illas prohibentur in alios laicos aliquo modo transferre, & si quis eas receperit, & ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura priuatur, per Concilium Lateranen. de quo in cap. prohibemus, de decimis, quod Concilium fuit celebratum de anno millesimo centesimo septuagesimonono, vt referunt Doctores post Host. in c. cum Apostolica, de his quæ fiunt a prælat. sub Alexandro. III, qui fuit Senensis. Et
51 refert Cronica Martiniana quod Cremonenses Placentini & Mediolanen. tunc construxerunt Alexandriã contra Papiam, quam ab ipso Alexandro sic vocauerunt: possessas vero ante Concilium retinere possunt: & præsumitur titulus ante Concilium habitus, si allegatur ex possessione immemorabili subsecuta, per ea quæ habentur, in d. c. cum Apostolica, in dotem etiam dari possunt ad tempus, de quo in c. nuper. de donat. inter virum, & in c. cum Bertholdus. de re iudic. Et
52 adde quod si prælatus viderit expedire potest feudum alijs concedere decedente feudatario: non obstante iuramento de non infeudando de nouo inconsulto Rom. Pontifice. Item vasallo alienante feudum potest Dominus feudi de illo inuestire filium consanguineum & consortem Domini alienantis. Item feudum alienatum quod per se facile recuperare non potest: alteri potest concedere, per quem Ecclesia valeat ipsum rehabere. cap. ex parte. de feud. ecclesia autem recuperans feudum fructus suos facit: & feudatarius a seruitio liberatur interim. c. 1. eod.
53 tit. Adde etiam quod de singulis fructibus sunt soluendæ decimæ, videlicet de singulis decem vnus, & non minus. ca. cum homines. de dec. non obstante consuetudine aut præscriptione. c. in aliquibus. eod. tit. & de prouentibus molendinorum, piscariarum, feno, lana, lacte, caseo, animalibus, &cet. c. peruenit. eod. tit. & non deductis expensis quæ fiunt pro recipiendis fructibus. c. pastoralis. eod. tit. Et quomodo debeant portari ad domum habentis eas recipere: vide omnino in Spec. de dec. ad finem: qui allegat. 11. quæst. 1. reuertimini, prope principium. & quæst. 7. c. 1. vbi etiam dicit quod potest interdici domino fundi, ne fructus colligat vel exportet: nisi eo vel eius nuncio præsente, ne forte in decima defraudetur, de quo per Io. And. in c. ex parte. 2. de decimis: per. l. 2. C. quando & quibus quarta pars debetur. lib. 10. ibi sub aspectu curialium. Conclu-
54 dit tamen Spec. attendendam consuetudinem approbatam per Principem. l. si publicanus. in fin. ff. de vectigalibus. & con. nisi vbi consuetudo præstaret occasionem subripiendi per. §. quia vero. in auth. vt nulli iudic. & dat similem solutionem ad quæstionem, qua quæritur si mihi dudū soluisti decimam in domo mea, & volo quod præstes in area secundum vbertum, facit quod habetur in c. in aliquibus. de dec. &cet.

55 Attendere etiam debet visitator & inhibere quod nullus presbyter præsumat calicem, vel patenam, vel vestimentum aliud sacerdotale, aut librum ecclesiasticum, tabernario aut negotiatori aut cuilibet laico vel feminæ in pignus dare, nisi iustissima necessitate vrgente. cap. 1. de pigno. quia ex quo fuerunt in sacro vsu ad manus laicorum peruenire non debent. de con. distin. 1. ligna. &cet. Item quod nullus clericus fideiussionibus inseruiat, alias abijciatur a clero. cap. 1. de fideiuss. & præsertim religiosus. cap. quod quibusdam. eod. titu. Et adde quod fructus decimarum possunt ad tempus locari laicis, non obstante statuto contrario episcopi. c. vestra. de locato. probatur in c. fi. ne prælati vices suas, de quo plenius not. in c. quamuis. de dec.

56 Attendendum est etiam circa precarias quæ de quinquennio in quinquennium secundum consuetudinem &cet. renouantur vt in c. 1. de pre. quod si irrationabiliter a rectoribus ecclesiarum factæ fuerint, se suosque successores pœna

graui

graui obligantibus, ne facta ipsorum possent dissoluere, successor antecessoris pœna non obligatur sed suæ prouidentiæ concessum est: vt si antecessor res ecclesiæ irrationabiliter distribuit: ab eo ad ius eiusdem ecclesiæ reuocentur. c. 2. eod. tit. secus si factæ fuerint rationabiliter quia tunc ante finem temporis non possent reuocari, vt in cap. fin. eod. tit. & soluuntur obitu concedentis, & alienatione: & alias. prout in d. cap. fin. in princip. Et adde quòd quamquam sit scriptum quòd
57 nobilitas hanc sibi quodammodo legem ponit vt debere se quod sponte tribuit existimet: & nisi in beneficijs suis creuerit, nihil se præstitisse putet: vt in cap. 1. de donationibus, vnde dominus dixit, beatius est dare quam accipe. 16. q. 1. prædicator. de celebr. miss. cum marthæ, vnde Martialis cocus reprehendit quendam qui quotidie discurrebat per hospitia aliorum dicens. *Sceuola tu commedis apud omnes: nullus apud te. Alterius siccas pocula, nemo tuum. Aut tu redde vices: aut desine velle vocari. Dedecus est semper sumere: nilque dare.* Tamen cum quilibet præ-
59 latus ecclesiasticarum rerum procurator sit: non dominus, conditionem ecclesiæ meliorare potest: deteriorem vero non debet facere: & ideo
60 donationes factas per episcopum in detrimentum ecclesiæ inconsultis canonicis: potest successor tam a clericis quam a laicis reuocare. cap. 2. de donat. facit. 12. quæst. 1. cap. fin. & quæst. 2. cap. sine exceptione, & 10. quæst. 2. cap. casellas, & de in integr. restitut. cap. 1. modica tamen ex consuetudine potest donare. cap. ceterum, de donatio. sine tamen præiudicio tertij. cap. consultationibus. eod. titu. Et quia ecclesia iniusta donatione sicut nec in alijs suis actibus fraudem debet aliquam adhibere, ideo tenetur donatario reintegrare quod postea diminutum reperitur. cap. per tuas. eod. tit. & clausula in fine donationis apposita, non refertur ad priora diuersa, quia in contractibus plena: in testamentis plenior: in beneficijs vero plenissima est interpretatio adhibenda. cap. cum dilectus. eod. tit. vt tamen donatio sit legitima est consensus sui capituli requirendus. Et donantes patronus & episcopus ecclesias, transferunt omne ius suum præter cathedraticum vt in cap. pastoralis. de donat. semper etiam intelligitur correctionem sibi retinuisse. 16. quæst. 1. visis, & procurationem & visitationem. de censib. cum venerabilis. Nec ad donationem infringendam potest quis suam turpitudinem allegare, quia non deceptoribus, sed deceptis iura subueniunt, quo ad alios tamen secus, quia res inter alios acta alijs non præiudicat. capit. inter dilectos. eod. tit. vbi concor. pluriem. Debet etiam donans aduertere vt temperamenti æquitas obseruetur: quòd cui tribuit competens subsidium conferat, & cui tollit damna grauia non infligat quia per canones incaute largiri volentibus est occursum. De superioris vero auctoritate, potest in magna summa inopiæ alterius prouideri per abundantem. cap. ad Apostolicæ. eod. tit. Et propter eius ingratitu-
61 dinem in quem liberalitas est collata donatoris persona eam de rigore iuris potest reuocare, puta si in donantem impias manus iniecerit: aut atroces iniurias, aut graue rerum suarum damnum, vel vitæ periculum inferre præsumpserit, quod tamen ad donatoris qui hoc tacuit non extenditur successores. cap. fin. eod. titu. Et idem si conditionem appositam non impleuit. l. fin. C. de reuocan. donat. Item propter liberos susceptos post donationem. l. si vnquam. C. de reuocan. donat. simile. 16. quæst. vlt. cap. fin. vbi de iure poli. non fori, &cet. mulier autem donans filijs & transiens ad secunda vota ex tribus tantum causis donationem potest reuocare, vt in authen. hoc quoque. C. de reuocan. donat. & in authen. de nupt. §. mater. alias autem non fit reuocatio vt instit. de donatio. in §. aliæ de quibus omnibus plenius habetur in dicto. cap. fin. de donat. & in l. si totas. C. de inoffic. donat. Adde etiam quòd donatio perfecta neque per pœnitentiam potest reuocari, neque prætextu imperialis rescripti. l. possessionem, & l. si donationem. C. de reuocan. donat. & 22. quæst. 2. non enim, nec recipit postea perfecta donatio conditionem. l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo & reuocatur non solum donatio facta liberto occasione obsequij non præstiti sed etiam res empta ex pecunia donata. C. de reuocan. donat. l. 1. licet libertas non. C. de liberali causa. l. sola. ex alijs vero causis liberatur etiam libertus in seruitutem. 12. quæst. 2. octaua discussio, & in auth. vt liberti de cetero. §. illud de quo in c. nullus. de seruis non ord.

62 Demum est summe aduertendum ad † alienationem rerum & bonorum Ecclesiasticorum. Circa quod attendat præcipue visitator quód possessiones ad mensam prælati vel capituli pertinentes, alienari non debent, sicut nec ecclesiæ in quibus monachi ministrare consueuerunt nõ possunt clericis vel laicis assignari. cap. possessiones. de reb. eccles. non alienan. Alienationis autem verbum continet venditionem, donationem, conductionem, permutationem, emphyteosim perpetuum contractum, nulli ergo licet alienare rem immobilem Ecclesię suæ siue agrum, siue rusticum mancipium: neque etiam specialis hypothecæ, titulo obligare, ca. nulli. eo. tit. Et qui res Ecclesiæ petunt a regibus & horrendæ cupiditatis impulsu, egentium substantiam rapiunt: puniuntur, vt in capit. 2. eod. titu. nam etiam Episcopi qui nihil ex proprio Ecclesiæ Christi conferunt: famulos Ecclesiæ liberare non possunt: quia impium est vt qui res suas Ecclesię non attulerit: damnum inferat ei. capit.
63 Episcopi. eod. tit. Quinimmo si quis clericorum aut defensorum alienat prędium Ecclesiæ: quo iratus Deus animas percutit, gladio anathematis est feriendus, prout in cap. si quis presbyterorum. eod. tit. Clericis vero qui Ecclesiæ sua relinquunt: aut nihil habentes aliqua prędia seu familias Ecclesijs acquirunt: licitum est aliquos de familia eiusdem Ecclesię manumittere: iuxta rei collatę modum: ita vt cum peculio & posteritate sua, sub patrocinio Ecclesię maneant. capit. consensus. eod. tit. licitum est etiam commutare res Ecclesię cum consensu patrum & Episcopi. cap. 1. eod. tit. Item terras quę de siluis sunt extirpatę, & arabiles factę possunt Ecclesiastici sub annuo censu hęreditario iure concedere his a quibus suo vel parentum labore fuerunt extirpatę, nisi forsan tunc possint alijs cum maiori Ecclesię vtilitate & eodem labore & onere conferri. cap. ad aures. eod. tit. & est ratio ne pauperes habeant miserabiliter deplorare labores suos. l. fin. C. de alluuionibus & palud. Et adde quòd in dubio consulti est rem possessam ab Ecclesia pręsumi de mensa & non posse alienari propter iuramentum fidelitatis &cet. cap. vt super. eod. titu. Quod si alienata reuocari de facto non possunt aliter quam restituto precio, alienationum

Digitized by Google

tionum auctores ad susceptam inde pecuniam conductoribus refundere compelluntur. cap. ad audientiam. eod. tit. præsertim quando propter alienationem ecclesiæ incurrunt enorme dispendium: & pecunia in ecclesiæ vtilitatem fuit expensa: cum fructus per conductorem recepti sufficere sibi debeant pro labore. capit. ad nostram.
64 eod. tit. Concludendum est ergo quod laicis quã uis religiosis disponendi de rebus Ecclesiæ nulla est attributa facultas: quos subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, & refrigescente caritate immunitatem Ecclesiasticæ libertatis, quam & Sancti Patres & Principes seculares multis priuilegijs muniuerunt, suis constitutionibus impugnare: & non indemnitatibus consulere Ecclesiarum: & ideo venditiones feudorum Ecclesiasticorum, seu aliorum bonorum, sine Ecclesiarum & personarum sine earum assensu, præsumptæ occasione laicæ potestatis: decernuntur non tenere. capit. fin. eod. tit. facit. capit. quæ in Ecclesiarum, de constitutionibus etiam si solum sint iura spiritualibus annexa. ca-
65 pit. quanto. de iudic. Superioris tamen consensu bona Ecclesiæ vacantis & legitimo defensore carentis, qui a superiore prius deputandus est: tractatum solemni & diligenti qui in perpetuis alienationibus rerum Ecclesiasticarum exigitur non interueniente: alienationem ordinationem, & concessionem: præsertim cum euidens necessitas, quia fieri debuerunt, non adeat non validat alienationem. capit. 1. de reb. eccles. non alienandis. lib. 6. Contractus etiam omnes iuramenti pœnæ vel alterius cuiusuis firmitatis adiectione vallati, qui de talibus alienationibus sine consensu capituli & Apostolicæ sedis licentia celebrati, & quicquid ex eis est subsecutum viribus carentnec ius aliquod tribuunt, nec præscribendi causam, quinimmo puniuntur tam alienantes quam recipientes: ac etiam in casibus permissis laici vltra id quod ex natura ipsorum contractuum permittitur, aliquid vsurpare non possunt: alias etiam pœna loci interdicti punire debent. capit. 2. eod. tit. lib. 6. Et hinc est quòd monasteriorum iura redditus aut possessiones nullus religiosus alicui ad vitam eius, seu aliud certum longum tempus videlicet. 10. annorum, pecunia etiam inde recepta quouis modo concedere potest, nisi necessitas aut vtilitas Ecclesiæ exposcat & consensus capituli accedat, & in defectum auctoritas superioris vt in clem. 1. de reb. eccles. non alienan. Vna etiam Ecclesia alteri seu
66 dignitati vel præbendæ etiam religioso loco vniri non potest non vocato rectore: vel ea vacante, eius defensore, non tamen patrono, quinimmo etiam cum consensu capituli mensa suæ per prælatum non potest vniri clem. si vna. eod. titu. de quo in capit. 1. ne sede vacante. & capit. sicut vnire. de excess. pra lat. etiam per legatum Apostolicæ sedis. capit. fin. de confirm. vtil. vel inutil.
67 Patronis autem Ecclesiæ fundatoribus pro fundatione honor processionis seruatur: & si ad inopiam vergant, ab Ecclesia illis modeste succurrendum est, vt in capit. nobis. in fi. de iure patro. habito. scilicet respectu ad facultates Ecclesiæ & qualitates personæ. 10. quæst. 3. capit. fin. ff. de vsufruct. l. sed & si quid. in §. 1. facit. 16. quæst. 7. quicunque. Et adde quòd laicus potest donare ius patronatus alicui Ecclesiæ etiam sine consensu episcopi, sine tamen episcopi præiudicio, & vbi est commune ius patronatus inter clericum & laicum: habebit vterque tempus semestre ad præsentandum. capit. 1. de iure patronat. libr. 6. & non quadrimestre, quia ecclesiasticum tanquam magis dignum trahit se ad laicale tanquam minus dignum. facit. l. si communem. ff. quemadmodum seruitus amittatur, & capit. pen. de concess. præben. Et quòd plures heredes vnius patroni vnam tantum vocem habent in præsentando: & quòd plures patroni possunt conuenire de alterius vicibus præsentando, & quòd possunt præsentare plures vt vnus ab episcopo eligatur. cle. plures. de iure patronatus.

Circa ordinatos, & ordinandos: & beneficiatos, ac super dispensationibus &c. quid faciendum est. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta an possint per non ordinatos ministrari.*
2 *Diaconus missam celebrans qualiter punitur.*
3 *Clericus furtiue ordinem suscipiens qualiter punitur.*
4 *Anathematis interminatio quid dicitur.*
5 *Ordinandi solemnitas.*
6 *Ordinati ab excommunicato per quos dispensari possunt.*
7 *Dare non potest quis quod non habet.*
8 *Ordo an possit reiterari.*
9 *Cadauera sepulta a scismaticis non sunt exhumanda.*
10 *Clerici peregrini an sint admittendi.*
11 *Indigenæ sunt alienigenis præferendi.*
12 *Ordinari an possint obligati ad ratiocinia.*
13 *Corpore vitiati an possint ordinari.*
14 *Serui ordinari non possunt.*
15 *Partus sequitur ventrem.*
16 *Liberti patronos accusare non possunt.*
17 *Filij presbyterorum non sunt ordinandi.*
18 *Presbyter habeat ministrum.*
19 *Legatus de latere non dispensat cum filijs presbyterorum.*
20 *Bigami non sunt ordinandi.*
21 *Bigamus quare ordinari prohibetur.*
22 *Sacramentum triplex in matrimonio designatur.*
23 *Ordines quo tempore possunt conferri.*
24 *Ordines minores sunt quattuor.*
25 *Regnum Dei acquiritur per charitatem.*
26 *Delictum notorium repellit a promotione.*
27 *Beneficia quibus sunt conferenda.*
28 *Clerici debent esse casti.*
29 *Tonsura est ordo.*
30 *Visitatores debent esse diligentes.*
31 *Episcopi in quibus dispensant.*
32 *Bigamus est omni priuilegio clericali nudatus.*
33 *Ordinare alienum non licet.*
34 *Episcopus triplex dat commendatitias ad ordines.*
35 *Tonsura certis personis est deneganda.*
36 *Commendatur beneficium.*

Digitized by Google

SExto quæro principaliter quomodo debeat & possint se exercere visitantes, circa ordinatos, & ordinandos: & beneficiatos: ac super dispensationibus &c. ac literis & titulis eorum &c. Respondeo primo q̃ si quis baptizauerit aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus: propter temeritatẽ est abijciendus de ecclesia, & nunquam ordinandus, c. 1. de clerico non ordinato mini. quod intellige cum facit ac si esset ordinatus: & ei liceret ex officio secus si in necessitate, quia tunc licitum est cuilibet baptizare, 3. q. 1. ad limina, 23. d. diacones, etiam hereticis, de conse. d. 4. a quodam, dũmodo in forma ecclesiæ, 24. q. 1. si quam forte, & de sum. Trini. c. 1. §. sacramentum. Itẽ si quis

2 diaconus ante ordinem presbyteratus susceptũ, missam celebrauerit: ad sacerdotis officium non poterit promoueri, & suspendetur nisi religionẽ ingrediatur, ad pœnitentiam peragendam: donec secum dispẽsetur, licet possit ei de beneficio prouideri, ne sustentatione priuatus ad seculi negocia reuertatur vt c. ex literis, de cler. non ordi. mi. nec confecisse dicitur sacramentum vt ibi no. Et idem si ante susceptum baptisma fuisset promotus quia est rebaptizandus, vt in c. 1. de presbytero non baptizato, & reordinandus ex integro, vt c. fi. eod. tit. & idẽ si fuisset baptizatus, sed non secundum formam ecclesiæ, vt ibi: quia non intelligitur reiteratum quod ambigitur esse factum, & articulus necessitatis excludit religionis contemptum, vnde nec præsumptio pro certitudine habetur, quando euidentissimis argumentis cõtrarium probatur, & pro tali est in ecclesia orandum quia saluus est asserendus: & celestis patriæ gaudium adeptus quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis cõfessione perseuerauit. Vnde August. de Ciuit. Dei, baptismus inuisibiliter ministratur quem non contemptus religionis sed terminus necessitatis excludit, & Ambrosius ventrem meum doleo: quia quem regeneraturus eram perdidi, ille tamen gratiam quã poposcerat non amisit, c. 3. eo. ti. Idẽ si fuit promotus in presbyterũ prætermisso ordine diaconatus: & sic per saltũ, iustam prætendens ignorantiam: ex quo ita asserebatur ab his inter quos fuerat conuersatus, & q̃ infra annos discretionis inferiores ordines susceperit: cui tamen pro negligentia tali iniungitur pœnitentia, & reiteratur ordo diaconatus, secũq; potest dispensari vt ministret in ordine sacerdotali, vt in c. vno, de clerico per saltũ promoto. Attende tamen q̃ licet presbyter non baptizatus vere non confecerit sacramentum: tamen quo ad se & eos qui credebant eum baptizatum proficit, vt no. in d. c. 2. de presbytero non baptizato. Dispensari etiam potest

3 cum eo qui furtiue ordinem dyaconatus suscepit iniuncta pœnitentia diuersa, maiori, scilicet quando interminatio anathematis tempore ordinationis per ordinantem facta fuit: vt in ca. 1. de eo qui fur. or. susce. & idem si tunc ab aliquo archidiacono interminatio facta fuit. non enim debet quis citra cõscientiam sui Episcopi & sine examinatione promoueri. 54. dist. extra conscientiam. 24. di. quando episcopo. Et dicitur interminatio anathematis excommunicatio sub condi-

4 tione facta. vt no. in d. ca. 1. de eo qui furtiue &c. Et idem in eo qui minores ordines & subdyaconatum temerario ausu suscepit. in ca. 2. eo. tit. Et idem in his qui non a vero suo episcopo clande-

5 stine ordines susceperunt. in ca. fin. eo. tit. Et propterea quando ordinator aliquem in dyaconum vel presbyterum promouet: prior dyaconorum qui ei assistit dicit: postulat sancta mater Ecclesia hunc dyaconum vel subdyaconum ad ordinem diaconatus assumi: vel presbyteratus. & ad interrogationem ordinantis si eum cognouerit esse dignum: idem respondet, quod quantum humana fragilitas nosse sinit: & scit & testificatur illum ad huiusmodi officium esse dignum. nec in hac responsione peccat: dummodo contra conscientiam non loquatur, quia non simpliciter asserit, sed quantum patitur humana fragilitas: & illum quem indignum esse non nouit dignum debet existimare: vbi aliter de indignitate non constat: alias intimetur Metropolitano antequam ad scrutinium veniat. hæc tamen interrogatio non fit in consecratione Pontificis vt in cap. 1. de scrutinio. Et scias quod cum clericis

6 qui ab excommunicato Episcopo ordines susceperunt, per suos Episcopos poterit dispensari. c. fin. de ordi. ab episcopo qui renunciauit episcopatui. Similiter poterit dispensari cum eo qui sacros ordines suscepit ab episcopo, qui renunciauerat prius loco & dignitati episcopali: dum tamen non scienter susceperit: vel in crassa & supina fuerit ignorantia: c. 1. eo. tit. & est ratio quia

7 quod non habet, dare non potest. 1. quæst. 7. daibertum. & pro non dato habetur quod datur ab illo qui dare non potest. cap. quod autem. in fin. de iurepat. & licet excommunicatus possit ordinare: non tamen potest alium excommunicare. 24. quæst. 1. audiuimus. & no. in d. cap. fin. de ordi. ab episcopo. &c. Et quod præsumptio nunquam sumenda est ad periculum animæ. vt no. in d. cap. 1. de scrutinio. & cap. iuuenis. de sponsalibus. & 68. dist. presbyteri. Et adde quod si quis-

8 quam in dyaconum vel presbyterum ordinatus fuerit absque manus consecratoris ordinãtis, & sacerdotum assistentium impositione super caput tangendo: illud iuxta ritum ab Apostolis introductum, debet in tempore statuto ad ordines conferendos caute suppleri: quod fuit per errorem prætermissum. manus vero huiusmodi alleuari debent cum super caput ordinandi effunditur benedictio. cap. fin. de sacramentis non reiterandis. Similiter si in ordinatione subdyaconi fuerit prætermissa manus benedictio: vel si confirmatus fuerit oleo tantum, & non crismate per errorem delinitus. c. 1. eo. ti. interim tamen debet abstineri ab administratione ordinis illius. vt ibi no. & non est reiteranda ordinatio in iniuriam sacramenti. de consecr. dist. 4. ostenditur. & 1. q.

9 1. quod quidam. Circa cadauera vero sepultorum a scismaticis, nec circa indumẽta sacerdotalia, nec altaria in quibus & cum quibus degradari episcopi celebrarunt: non est aliquid supplendum vel iterandum: neque exhumando neque rebenedicendo. vt in cap. 2. eo. tit. Præmissa aũt facto melius intelligũtur, quã verbo. & sic fit sæpe contra. ca. ad Apostolicæ. de don. & l. ratũ. ff. de sol. & no. in d. c. fi. de sacram. non reiterandis.

10 Item est plurimum attendendum ad litteras clericorum peregrinorum, & incognitorum vt adminus quinque Episcoporum sigillis sint munite literæ super ordinatione sua: & nihilominus aliquanto tempore in suspensione ad probationem sunt tenendi. vt plenior de actibus eorũ habeatur instructio. Item & de inferioribus eorũ ordinibus oportet inquiri: quia contingere posset quod fuissent minus rite & per saltu promoti. & si digni tunc inuenti fuerint: cum eis potest dispensari. vt in capitu. 1. de cler. peregrinis. & præsertim si veniunt de transmarinis partibus sine commendatitiis litteris suorum prælato-

rum.

Digitized by Google

rum, nisi saltem per testes fidem faciant de corũ
ordinatione canonica, licet sustineri possint vt
secreto ex deuotione celebrent, c. tuæ, eo. ti. iura-
mentum autem eorum sine alijs idoneis argu-
mentis non sufficeret non solum ad maiores or-
dines eis dandos, sed nec ad tolerandos eos in
minoribus ministrare, vnum tamen sigillũ Epi-
scopi non sufficeret ad fidem litterarum, c. 2. eo.
tit. & ibi no. per glo & doct. post Inno. Est enim
honestati contrarium, & a sanctorum patrum
institutionibus alienum, quòd sine dispensatio-
ne, & cõscientia Episcopi, prælati suæ iurisdictio
nis instituant in ecclesijs suis clericos de aliena
11 Episcopatibus, c. fi. eod. tit. maximæ cum adsint
de gremio Ecclesię, & ciuitatis, & dioc. clerici ido
nei qui sunt extraneis præferendi, vt ibi not. &
in cap. cum inter canonicos, de ele.

Infamatur etiam Ecclesia quando procurato-
res, actores, executores, seu curatores pupillorũ
antequã prius deposita onera, & reddita ratio-
cinia actus eorum non fuerint comprobati: &
ante libertatem negociorum, & officiorum suo-
rum ordinantur, vt in c. 1. de obli. ad ratiocinia.
12 Circa quod distinguitur an teneatur de dolo
vel non: & an miserabili personæ vel non, & an
fuit lis mota vel non, ante ordinem, & si credi-
tor fuerit protestatus, licet non propterea depo-
natur ordinatus: bona tamen eius traderentur
creditoribus in solutum, & si non sufficiant tene-
bitur ordinans pro residuis creditori, & lis mota
prius coram seculari continuabitur: & coram eo
post ordinationem, vt de omnibus his plenius
not. in d. c. vno, & 89. di. fornicare. Debet ergo vi
sitator diligenter scrutari omnes litteras huius-
modi & si reperit Episcopum in his errasse fa-
ciat secundum quod habetur in c. accepimus, de
ætate & qualitate.

13 Attendat etiam circa corpore viciatos, qui aut
in digito vt in c. 1. & fi. de corpo. vici. aut in muti
latione brachij vt in c. pen. eo. tit. aut in oculo, vt
in c. 2. aut in virilibus vt in c. ex per te, cum duo-
bus sequentibus defectum patiuntur: pro quorũ
intelligentia distingue quod, aut sunt corpore vi
ciati sponte: aut casu, si spõte aut nulla iusta cau-
sa interueniente: & tunc ordinandus repellitur,
etiam ordinatus deijcitur 51. d. qui partem, & c.
si quis a medicis, & 32. d. maritum, aut iusta cau
sa interueniente & tunc non prohibetur ab or-
dine, puta timore lepre, vel aliquo consimili ca-
su, c. ex per te, eo. tit. nisi generaret deformita-
tem, quia tunc omni casu repellitur, arg. 55. d.
lator. & c. si euangelica, & c. pen. eo. tit. Si casu in
magnis membris siue corpulẽtia sine dignitate,
repellitur, & deijcitur: si deformitatem generet,
55. d. si euangelica, in paruis verbo membris nõ
impeditur si deformitas parua sit, & sine culpa
sua, vt in ca. fi. eod. tit. si ver. culpa sua in talem
modicam deformitatem incidit: de misericordia
toleratur, eo tit. c. 1. nisi præcisus quis fuisset tem
pore quo iudicium animi non habebat, c. ex per
te. 1. eo. tit. quando, §. ætas nescit quid videat, l. 1.
C. de falsa moneta, & 3. q. 7. §. tria.

Precaueri etiam debet quod infirmari vel vi-
tuperari potest, & ideo fieri clericos non permit-
titur quis, nisi ingenuitatis dignitate potiatur, &
14 si quilibet seruus fugiẽs Dominũ qualibet frau-
de ad gradus ecclesiasticos peruenerit: deponi-
tur: & Domino restituitur, c. 1. & 2. de seruis nõ
ordi. vbi no. quod sunt futura pręcauenda, 24. d.
in nomine Domini, & exempla pręsentia cauere
nos præmonent in futurum. 73. d. plurimos in fi,
& maior tristicia est de talibus cum reuocantur
quam nascatur gratia de acquisitis, & sic ad cau-
telam fit aliquid summariũ, 18. d. de siracusane.
Et præuidere quis debet quod contingenter fie-
ri potest, l. si quis demum. ff. locati licet alias dif-
ficile sit omnes fortuitos casus præuidere, c. ti. de
homicidio. Quinimmo prohibetur Episcopo in
ordinatione sua ne seruos debeat ordinare, c. cõ-
suluit, eo. ti. sicut nec spurios vt ibi. Et licet olim
seruus ignorante domino promotus in subdia-
conum reuocaretur in seruitutẽm: hodie vero se
cus, quia dictus ordo subdiaconatus sacer est, c.
15 miramur, eo. ti. Partus etiam sequitur ventrẽ li-
berũ in c. fi. eo. ti. Manumissi vero & oblati ordi-
ni clericali, ecclesiæ manumittenti dum vixerint
debent impendere famulatum in obsequijs di-
uinorum, & transferendi se ad aliam ecclesiam
est licentia deneganda, si eo tenore sunt manu-
missi, secus si absolute, c. eo libentius, eo. tit. nisi
postea in superbiã elati Domino suo canonicas
horas psallere noluerint, quia tũc accusari apud
Episcopum sunt degradãdi, c. nullus, eo. ti. Eccle
sijs autẽ manumittentibus reseruatur post obi-
tum manumissorũ quicquid illis extiterit debi-
tum: aut quoquo modo collatũ, nec vllo modo
licebit in personas extraneas transmittere: quib.
16 sicut ceteris Ecclesiæ libertis accusandi, vel te-
standi aduersum patronos est proclusus aditus,
alias libertatis & honoris gradu priuandi sunt:
quem non dignitate sed necessitate temporis
meruerunt, c. de famulis, eo. tit.

17 Et sicut nec serui, ita nec filij presbyterorum,
& ceteri ex fornicatione nati ad sacros ordines
sunt promouendi nisi monachi fiant, vel in con-
gregatione canonica regulariter viuẽtes, nec prę
lationẽ habere possunt, c. 1. & c. Michael de filijs
presby. quia ex hoc nimis ecclesiæ deformatur
honestas, c. fi. eo. tit. si is sine dispensatione Sedis
Apostolicæ promoueatur, nec prodest impetra-
tio beneficij tacito hoc defectu, c. 2. eo. tit. Idẽ si
taceatur ꝙ pater eius in eadẽ ecclesia ministra-
uit, vt in c. præsentiũ, & c. cõquerẽte, & c. ex trã-
missa, eo. ti. quia detestabilis est hæreditaria suc-
cessio in beneficijs: nisi vna persona intermedia-
uerit vt ibi. Eps tamen tales promouens illis pro
uidere tenetur, vt in c. veniens eo. tit. & idem si
ordinat tales vt in c. proposuit, quia in ecclesia
ad quas pręsentantur: tenetur illis dimidiam fru
ctuum reseruare, tamen prouiso ꝙ ecclesiæ per
aliũ deseruiatur vt ibi. non enim solus presbyter
18 missas vel alia diuina officia potest sine ministri
suffragio celebrare, ꝙ si per potestatẽ laicalẽ eij-
ceretur, esset restituendus: maxime vbi pater eius
persona vel vicarius in dicta ecclesia non fuisset:
licet in eadẽ noie alterius quãdoq; ministrasset,
c. constitutus, eo. tit. Et vbi defectus natalium est
manifestus nõ est opus tela iudiciaria, c. quoniã,
e. ti. & hoc siue sint geniti in sacerdotio siue nõ,
c. ad extirpandas, nisi sint filij Pontificũ prius ex
legitimo matrimonio procreati, c. ad hæc de vxo
re legitima, vel etiam solũ cõcepti ante sacerdo-
tium, cap. literas, quia filijs paterna incontinen-
tia modis oib. est postponenda, vt ibi. & indeco-
rum est vt in altaris officio filius illegitimus in
publico patri ministret, vt in c. cum decorem. Et
19 illegitimi tales sunt a suis beneficijs suspenden-
di, c. ad abolendam, nec prodest dispensatio Ar-
chiepiscopi in succedendo in beneficio prioris,
c. dilectus, sed sola dispensatio Papæ, vt in cap.
ex per te, eod. tit. & non legati etiam de latere,
vt not. in d. c. dilectus, sicut nec potest dispensa-
re contra Concilium Lateranen. in cap. dilectus
de præben.

Similiter

Digitized by Google

20 Similiter nec bigami nec solemniter peniten
tes, nec repudiatarum mariti sunt ad sacerdotiũ
promouendi, cap. 1. de bigamis, etiam defunctis
vxoribus cum hoc sit a doctrina Apostolica &
ab Ecclesiæ constitutionibus alienum, c. 1. de bi-
gamis, eo. tit. nec debet contra Apostolũ dispen-
sari etiam super susceptis ordinibus, licet dispen-
sari possit super suspensione ordinantis, c. super
eo. Et licet alias veritas sit opinioni præferenda:
tamen cum clericis qui quantum in eis fuit se-
cundas mulieres sibi matrimonialiter coniunxe-
runt, tanquam cum bigamis non licet dispensa-
ri, licet in veritate bigami non existant, non pro-
pter sacramenti defectum, sed propter affectum
intentionis cum opere subsecuto, c. nuper. eo. tit.
propter quod cum Sobdiacono viduam in vxo-
rem ducenti, non licet etiam dispensari, c. si. eo.
ti. dispensari vero alias licet, sicut cum simplici
fornicatore: cum eo qui duas habuit cõcubinas,
cap. quia circa. Et quia propter sacramenti defe-
21 ctum inhibitum est ne bigamus, aut maritus
vidue præsumat ad sacros ordines promoueri,
quia nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnius,
ideo vbi deficit commixtio corporum, non est
signaculum sacramenti, & qui mulierem ab alio
viro ductam, sed non cognitam duxit vxorem:
quia ille, nec ipsa carnem suam diuiserũt pluries
non impeditur, quin possit ad sacerdotium pro-
moueri, quia in matrimonio duo sunt: videlicet
consensus animorum, & communicatio corpo-
rum, quorum alterum significat charitatem quę
consistit in spiritu inter Deum, & iustam animã,
sicut dicit Apostolus. Qui adhæret Deo vnus est
spiritus cum eo: aliud designat conformitatem
inter Christum & Ecclesiam, sicut Euangelista
testatur. Verbum caro factum est, &c. & quo ad
hoc non pertinet coniugium carnali copula nõ
consummatum; ad designandum illud quod in-
ter Christum, & Ecclesiam per incarnationis my
sterium est contractum, ideo Apostolus expo-
nens verba prothoplasti hoc nunc os ex ossibus
22 meis, &c. subdidit hoc magnum, dico, sacramen
tum in Christo & Ecclesia, vt in ca. debitum de
bigamis, vbi not. triplex Sacramentum in ma-
trimonio designari scilicet vnio cuiusque fidelis
animæ ad Deum per virtutem, secundo vnio hu
manæ naturę ad Deum per incarnationem filij,
tertio vnitas Ecclesiæ ex omnibus gentibus col-
lecta vni viro Christo subiecta &c.

23 **Aduertendum** est etiam quòd ad subdiaco-
natum & alios ordines sacros nulli Episcoporũ
præterquam Rom. Pontifici alijs diebus quam
in ieiunio quatuor temporum, aut sabbato san-
cto, & sabbato ante Dominicam de Passione, li-
citum est aliquem ordinare, c. de eo. de temp. or.
reprobata omni contraria consuetudine, c. sane.
eo. tit. licet in omnibus diebus Dominicis & alijs
24 festiuitatibus liceat minores ordines conferre,
hostiarij scilicet & lectoris: exorcistæ, & accoliti,
& Deo dicatas virgines benedicere, alijs vero
diebus etiam in sabbato pentecostes ordinans
debet a suo Archiepiscopo corrigi, & ordinati
tamdiu a susceptis ordinibus reddi debent ex-
pertes, donec ab Apostolica Sede restitutionis
gratiam consequantur, c. 1. & c. cum quidam, eo.
tit. quod intellige iuxta ea quæ habentur in cap.
consultationi, eo. tit. Sola ergo die sabbati debẽt
conferri sacri ordines: adeo quod si in sabbato
conferatur ordo diaconatus, die Dominica se-
quenti non potest ordo sacerdotij conferri, &
quia duo sacri ordines eodem tempore conferri
non possunt: alias punitur conferens, c. litteras,
eo. tit. Soli etiam Papæ vel de eius mandato licet
ordinare subdiaconum Apostolicum, c. cum in
distribuendis, nec possunt religiosos promouere
ad superiores ordines contradicentibus eorum
prælatis, cum tutius sit subiectis debitã obedien-
tiam superioribus impendere deseruiendo in mi
nori ministerio: quam cum scandalo superiorem
gradum appetere, & dignitatem, & quia non in
25 sublimitate graduum sed in amplitudine chari-
tatis acquiritur regnum Dei, cap. ad aures, eo. ti.
Punitur etiam Episcopus tanquam demens vel
ignarus qui constitutum in 13. suæ ætatis anno
in diaconum ordinauit, vt in c. vel non est com-
pos, eo. tit. Punitur etiam qui eodem die simul
tres sacros ordines suscepit, & quia non debuit
superiori contra canones obedire, & quia peie-
rando variauit, cap. dilectus, eod. tit. Super ordi-
nandis vero græcis, debet seruari quod habe-
tur in c. cum secundum, & c. quod translationẽ,
eo. ti. Super consecratione vero Archiepiscopi &
Epi debet attendi ꝙ habetur in c. si Archiepisco-
pus, & c. seq. eo. tit. Super ordinatione autem oc-
culti, vel notorij peccatoris: seruandum est quod
habetur in c. ex tenore, & c. fi. eo. tit. Et in mona-
cho albo qui se transtulit ad nigros: dic vt in cap.
26 ex parte, eo. tit. Et licet delictum notorium re-
pellat quem a promotione, vt in c. fi. occultum
tamen non vt in cap. ex tenore, & cap. fin. de
temp. ord.

27 Et quia indecorum est vt hij debeant eccle-
sias regere qui non nouerunt gubernare seipsos:
cum ad ecclesiarum regimen tales personæ sint
admittendæ, quæ discretione præemineant, &
morum fulgeant honestate: puniuntur omnes
beneficia conferentes non constitutis in ætate
legitima, nec habentibus scientiam requisitam,
c. ex ratione, & c. indecorum, cum seq. de æta. &
qualita. Et maxime ad beneficia curata hoc est
inhibitum. Cum sit ars artium regimen anima-
rum, sanctius est enim maxime in ordinatione
sacerdotum, paucos bonos, quàm multos malos
habere ministros, quia si cæcus ceco ducatum
præstet: ambo in foueam dilabuntur, c. cum sit
ars, eo. tit. Adeo quod etiam electus in Episcopũ
repertus insufficiens in litteratura, a Pontificalis
officij executione, & Ecclesiæ administratione
amouetur, cap. fin. eod. tit. Similiter & suspensi
propter suspensionem irregularitatem incurren
tes, cap. ad aures, eod. tit. & idem in excommu-
28 nicato vt ibi no. Et adde quòd erubescere debẽt
impij, & intelligere iudicio Sancti Spiritus eos
qui in sacris ordinibus presbyteratu diaconatu
subdiaconatu sunt positi: si caste non vixerint:
excludendos ab omni graduum dignitate, & ne
mo ad sacrum ordinẽ accedere permittitur: nisi
aut virgo, aut probatæ castitatis existat, & Epi-
scopus nullum debet præsumere facere subdia-
conum: nisi qui caste se victurũ promiserit, quia
hodie subdiaconatus est sacer ordo vt in cap. a
29 multis, eod. tit. Est etiam tonsura quæ confer-
ri etiam potest ab Abbatibus ordo clericalis, c.
cum contingat, eod. tit. potest ergo subdiaconus
eligi in Episcopũ vt ibi. In ordinibus etiã mino-
ribus constitutus potest ad parochiales ecclesias
promoueri: dum tamen tales sint quod infra bre
ue tempus possint in presbyteros ordinari, vt in
c. præterea, eo. tit. quia paria sunt aliquid factum
in præsenti vel in breui fiendum, vt ibi not. ma-
xime quando speratur esse ecclesiæ valde vti-
les &c. vt in c. quæris, eo. tit.

30 Debẽt ergo ordinarij & visitatores super prę-
missis omnibus indefessam adhibere diligentiã,

Digitized by Google

ne propter negligentiam fiant in aliquo culpabi-
les, proinde statuit Papa quòd habentes plures
dignitates, vel alia beneficia curam animarum
habentia: per ordinarios compellantur ostende-
re infra tempus competens superioris arbitrio
statuendum, dispensationes: quas si non osten-
derint, proinde procedatur ac si nullas haberẽt,
& si ostenderint & sufficientes, non amplius mo
lestentur: prouiso ne in prædictis beneficijs, ani-
marum cura negligatur, vbi autem de viribus
dispensationis dubitatur: ad Sedem Apostolicã
recurratur. Et talibus plura talia beneficia obti-
nentibus aliud non conferatur beneficium: nisi
postea dispensatione sufficienti, & tunc ita de-
mum conferatur, si per dispensationem illud cũ
alijs retinere possunt, vel si prioribus renuncia-
uerint, aliter collatio facta nõ tenet, c. ordinarij,
de offic. ord. lib. 6. Et attende quòd Episcopi cum
31 illegitime natis dispensant in minoribus ordi-
nibus, & in beneficio sine cura: dummodo sit ta-
le in quo alias dispensare possint. In alijs dispen
spensatio Papæ requiritur. Et si dispensatum fue
rit cum aliquo quod non obstante illo defectu
possit ad curatum beneficium promoueri: præ-
textu illius dispensationis non poterit duo bene-
ficia in simul obtinere, c. 1. de filijs presby. lib. 6.
Et si ille cum quo super defectu originis in cura-
to beneficio fuerat dispensatum: a Papa eo taci-
to super pluralitate dispensationem obtineat ab
eodem: non valet secunda dispensatio, c. fi. eo. tit.
Permittitur tamen vt Episcopi cum his qui. 20.
annum compleuerint, quòd dignitates & perso-
natus quibus animarum cura non imminet: va-
leant obtinere, si aliud non obsistat canonicum
libere dispensare, c. 1. de ætate, & qualitate lib. 6.
32 Et adde quod hodie bigamus est nudatus om-
ni priuilegio clericali, & astrictus foro seculari,
nec valet contraria consuetudo, & prohibetur
sub anathemate, ne tonsuram deferat clericalẽ,
nec habitum, cap. 1. de bigamis, lib. 6. Item quòd
33 Episcopus Italiæ vltramontanum nõ debet or-
dinare: nisi de speciali licentia Papæ, vel per pa-
tentes literas Episcopi sui continentes iustã cau-
sam quare nolit, vel non possit illum ordinare,
et si secus factum fuerit, punitur ordinans pęna
cõdigna, & ordinatus manet suspensus, ita quod
etiam pęnitentiarius Papæ sine illius speciali li-
centia, illum non poterit absoluere, c. 1. de temp.
ord. lib. 6. Et qui scienter ordinat clericum alie-
num, per annũ a collatione ordinum est suspen-
sus, & cum suspensio fuerit manifesta, poterunt
subditi sine ipsius licentia, a vicinis Episcopis or-
34 dinari, c. 2. eo. tit. Et Episcopus domicilij, origi-
nis, vel ecclesiastici domicilij & beneficij com-
mendatitias literas ad ordines dare potest, infe-
riores verbo prælati non: nisi ex priuilegio, nec
officiales Episcoporum, sed hij qui habent
administrationem spiritualium, illas bene con-
cedũt, & possunt Episcopi ordinare priores prio-
ratuum non exemptorum, & ipsorum socios
quamdiu moratur in illis, licet inde non fuerint
oriundi, c. cũ nullus, eo. tit. lib. 6. Et nullus ordi-
nans, infantem, nisi forte in religione, seu illiterato:
sed nec absque sui superioris licentia homi-
ni diocesis alienæ, clericalem debet conferre ton
suram, nec etiam coniugato nisi volenti intrare
religionẽ: aut ad sacros ordines promoueri, alias
punitur in eo in quo deliquit, vt in cap. fi. eo. tit.
36 Item etiam beneficium curatum ad sex menses
commendare potest, prout patet in c. nemo de-
inceps, de ele. lib. 6. Et iconomos constituere ec-
clesiæ vacanti, vt in c. cum vos de off. or. & alia
plura circa præmissa de quibus satis ex superio-
ribus patere potest.

De inquisitione per visitatores facienda. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus visitans de ecclesiarum reparatione, & multis alijs debet inquirere.*
2 *Crimina multa sunt per Episcopos inquirenda.*
3 *Prælatus quomodo in visitatione se debeat habere.*
4 *Visitans quid inquirere debet secundum speculatorem.*
5 *Inquisitio præparatoria visitantium.*
6 *Testis super quos debet examinari a visitatore.*
7 *Clerici super multis sunt monendi.*
8 *Clerici non sint concubinarij.*
9 *Visitator inquirat an officiarij bene exerceant officia sua.*
10 *Clerici sint in officijs assidui.*
11 *Testes inquisiti an debeant iurare veritatem super omnibus criminibus dicere.*
12 *Tutor & prælatus comparantur.*
13 *Prædia quæsita de bonis ecclesiæ sunt ecclesiæ.*
14 *Iudas fuit fur.*
15 *Præcipua quædam interrogationes proponuntur.*
16 *Episcopi de quibus debent per visitatores interrogari.*
17 *Titulum habeant promouendi.*
18 *Clericos proprios non negligant Episcopi.*
19 *Episcopus sit liberalis in pauperes.*
20 *Beneficia plura vni personæ non sunt conferenda.*
21 *Symoniacus nisi renunciet saluari non potest.*
22 *Scientiæ defectus potest per caritatem suppleri.*
23 *Canonibus obediendum est.*
24 *Biblia sola non sufficit pro regenda ecclesia.*
25 *Detractor & auditor peccant.*
26 *Ecclesiæ habeant columnas & parietes.*
27 *Incongrua quædã apponũtur visitanda & nu. 29.*
28 *Episcopus solus clericum deponere non potest.*
30 *Missæ non sunt in domibus priuatis celebrandæ.*
31 *Nonnulla alia visitanda & duobus nu. seq.*
34 *Abbates de quibus sunt interrogandi.*
35 *Abbates nõ debent in suos monachos nimis seuire.*
36 *Monachi per Abbatem sunt æqualiter tractandi.*
37 *Monachi de quibus debent per visitatores interrogari.*
38 *Monachus cum monacha conuiuari non debet.*
39 *Voluptas & ebrietas sunt arma diaboli.*
40 *Monachi proprium habere non debent.*
41 *Decani de quib. debẽt per visitatores interrogari.*
42 *Beneficia plura tenere non licet sine dispensatione.*
43 *Archidiaconi de quibus debent per visitatores interrogari.*
44 *Archipresbyteri de quibus sunt per visitatores interrogandi.*
45 *Præpositi de quibus sunt interrogandi.*
46 *Sacrista de quibus sunt interrogandi.*
47 *Docendi licentia non est vendenda.*
48 *Ambitio est fugienda.*
49 *Cantor de quibus interrogabitur.*
50 *Canonici de quib. debẽt p visitatores interrogari.*
51 *Canonici Episcopo inobedientes ciuitatẽ turbant.*
52 *Peccatores creator expectat ad pęnitentiam.*
53 *Presbyteri de quibus sunt interrogandi.*
54 *Meretricibus bona ecclesiastica non sunt dãda.*
55 *Virtutis specie palliantur vitia quandoque.*
56 *Fornicans cũ propria parochiana grauiter peccat.*
57 *Interrogationes sunt faciendæ circa sacrificia.*
58 *De subuersione populi quærendum est.*

59 Im-

59 *Imperator visitatus de quibus interrogabitur.*
60 *Electioni se immiscere principes non debent.*
61 *Reges visitati de quibus sunt interrogandi.*
62 *Reges proprijs finibus contenti esse debent.*
63 *Bellum quando dicitur iustum.*
64 *Princeps sine fide splendere non potest.*
65 *Duces de quibus sunt interrogandi.*
66 *Marchiones & comites de quibus interrogabuntur.*
67 *Barones & proceres de quibus interrogabuntur.*
68 *Milites de quo interrogabuntur.*
69 *Doctores & magistri de quibus interrogabuntur.*
70 *Consilium iustum vendi potest.*
71 *Aduocati de quibus sunt interrogandi.*
72 *Aduocatorum salaria multis considerandis sunt statuenda.*
73 *Aduocati mali sunt in magno periculo.*
74 *Mercatores de quibus interrogabuntur.*
75 *Fides non seruetur illam frangenti.*
76 *Rustici de quibus sunt interrogandi.*
77 *Rusticorum vita tutior est quam diuitum.*
78 *Pueri de quibus sunt interrogandi.*
79 *Generare quis potest in nono anno.*

SEptimo quæro de examine in visitatione & præparatoria inquisitione faciendo. Et quoniam ista quæstio est valde notabilis, idcirco in ea aliquãtulum oportet me extendere. Respondeo ergo primo secundũ quòd traditur in Concilio Toletanen. de quo habetur, 10.q.1.in c.Episcopum, quòd Episcopum eun-
1 tem per totam dioc. oportet exquirere quomó vnaquaque basilica in reparatione sui indiget. Item & redditus basilicarum, ac reparationes earum tertio ministrantiũ vitam per se vel alios presbyteros, aut diaconos probabili ex causa. Subditur vero in ca placuit immediate sequenti. ea.q.Episcopos ambulantes per dioc. oportere discutere clericos quomodo ordinem baptismi teneant vel missarum. Et qualiter quęcunque officia in ecclesia peragant. Item debent docere ignaros, & modis omnibus præcipere vt ante dies 20. baptismi ad purgationem exorcismi cathecumini currant, in quibus 20. diebus omnino cathecumini simbolum, hoc est credo in Deum patrem omnipotentem specialiter doceantur, & post discussionem & documentum clericorum, conuocata plebe doceant illos vt errores fugiãt idolorum: & diuersa crimina.i.adultera, penurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortalia, & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant, & vt credant resurrectionem omnium & diem iudicij: in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit, præmium, s. vel pęnam. Et ideo in sinodo Ioannis Papæ statutum fuit quod Episcopi singulatum vrbium in suis diocesibus liberam habeant potestatem adulteria & scelera inquirere: vlcisci, & iudicare secundum quod canones taxant, de quo in cap. perniciosum, de offic. ord. vbi dicit glo. quod Episcopi causas sinodales inquirere debent, & testes maturiores in parochia constituere,: qui causas sinodales ad Episcopum deferant. Et quòd ad Episcopos
2 pertinet inquirere de criminibus ecclesiasticis: hoc est adulterijs, & consanguinitatem etiam inter virum & vxorem. Item de hæresi. Item de crimine vsurarum, sacrilegio, simonia, & similibus, & licet de eis principalius debeant inquirere & punire: nihilominus etiam debent de quocunque alio mortali peccato, allegat. c. nouit. de iudi. cum alijs multis.

30 Bonifacius autem VIII. in c. Romana. in §. sane, de censi. lib. 6. dicit quòd prælatus impensurus officium visitationis proposito verbo Dei, quærere debet de vita & conuersatione ministrantium in ecclesijs, & locis alijs diuino cultui deputatis: ac ceteris, quæ ad officium ipsum spectant, absque coactione & exactione qualibet iuramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita nunc lenia, nunc aspera iuxta datam sibi a Deo prudentiam diligenter intendens.

Respondeo vlterius ex mente doctorum pręsertim antiquorum quòd prælati visitantes in primis debent arguere, obsecrare, & increpare: iuxta Apostolum ad Titum, videlicet in occultis peccatis in diuino iudicio; in genere scilicet vt in cap. si sacerdos, de off. ord. & in specie seorsum & secreto, iuxta illud euangelicum, si peccauerit in te frater tuus, secundum fratrem Raimundum in summa sua: arguendo scilicet de peccato', obsecrãdo pro iustitia saluanda increpando, timorem diuini iudicij comminando, in omni patientia & doctrina, & hoc præcise conuenit in propositione verbi Dei. Secundo debet districte clericos interrogare qualiter baptisma ministrãt & alia ecclesiastica sacramenta. Item qualiter se habeant in ecclesia & in vita, & si omnia recte: Deo agant gratias sin autem, instruant eos: & puniant puniendos, & hoc nocte qua venit, sequenti vero die in mane conuocata plebe doceat eos errores fugere, specificando crimina mortifera, & quod sibi nolunt fieri alijs non faciant.

Et vt resurrectionem & diem iudicij, & alios articulos fidei credant: & in bonis operibus se exerceant, & sic prælatus de ecclesia illa ad aliam proficiscatur. Et cum hac forma transit Host. in summa de off. ord. in §. sunt autem quędam, versu visitabit autem Episcopus. Spe. autẽ
4 latus in tit. de inquisitione, in §. quando autem versit, licet autem, ad cuius formam se remittit glo. in cle. attẽdentes, de sta. reg. super verbo impendant, dicit quòd prælatus visitans, licet nulla infamia præcedat, potest gradatim & summarie inquirere, absque iudicij strepitu, de vita & moribus clericorum, vt eos corrigat, de censi. cap. Romana, §. sane, lib. 6. 10. quęst. 1. placuit, de accusa. c. sicut olim. Et subdit, quæret enim Episcopus a populo quomodo se clerici habeant, & si forte inuenerit super aliquo diffamatum, vel suspectum rectorem, vel alium poterit inquirere an veritas infamiam comitetur, nec ille poterit appellare ex eo quòd inquiritur contra eum nõ infamatum, quia sic potest quilibet superior inquirere de fama subditorum. Et infamia reperta super criminibus veritatem inquiret. Vnde si certum est aliquod crimen in parochia esse commissum: puta virginem esse violatam vel oppressam, vel aliquem de possessione esse electũ: ignoratur tamen quis fecerit: si sit contra aliquem suspicio, bene poterit contra eum inquirere ordinarius: licet infamia non præcedat, de officio ord. cap. 1. de iureiur. cap. ad nostram, 13. in simili not. extra de diuor. porro. nec ille poterit ex hoc appellare, procedet enim iudex ex officio suo quo tenetur prouinciam suam purgare malis hominibus, & alijs malis, alias autem ex hac causa regulariter appellari potest. Et si is contra quem debet inquiri, contumaciter se absentet: nihilominus testes recipi debent, capit. quoniam, §. sint & alij, vt lite non contestat. & de accusat. capit. qualiter. 13.

Et compendiosam in 16. atticulo tradens do-
ctrinam subdit, quòd prælatus visitans præpa-
5 ratotiam (quam aliqui vocant ordinariã) inqui-
sitionem faciet de vita & conuersatione mini-
strantium, & etiam laicorum quęrendo de laicis
a clericis, & etiam ab alijs laicis, vtrum bene ve-
niant ad ecclesiam, & diuina audiant, extra de
homi. c. Ioannes. Et an saltem semel confitean-
tur in anno vel Eucharistiam recipiant in pasca-
te, de pęniten. & remis. c. omnis, de con. d. 2. & si
non frequentet. Et an sint aliqui incestuosa con-
iunctione matrimonialiter copulati. 3. q. 5. con-
sanguineorum, quia sunt hodie ipso iure exconi
municati, si scienter contraxerint, per cle. eos. de
consang. & affi. vel etiam sint aliqui occultas cõ-
uenticulas celebrantes, extra de hære. cum ex
iniuncto. C. de Epis. & cle. l. conuenticulam, vel
an sint ibi aliqui homines scelerati vel adulteri,
extra de offic. ord. c. 1 vel vsuras seu baratarias
exercentes, extra de vsu. quoniã 14. q. 4. nec hoc
prætereundum, & per totum, & sic de similibus.
Item debet a laicis quærere de clericis, an surgãt
ad matutinas ante auroram extra de celeb. Mis-
sa. dolentes. Quem ordinem & formam in ba-
ptizando & celebrando & in alijs officijs ecclé-
siasticis seruent, d. c. placuit. Et de vita & mori-
bus, & alijs multis: de quibus per eum in c. de te-
ste, §. nunc tractandum prope finem, § porro in
causa. Et si quid sinistrum de aliquo ecclesiasti-
co audiat, instruat eum, nec debet re incognita
contra illos accendi, 86. dist. si quid vero, de si-
mo. licet Heli, quia facilis est qui de facili credit,
11. q. 3. in cunctis, nec debet delectari in infamia
subditorum: de accu. licet, 95. d. in scripturis.

Latius autem in d. tit. de teste §. nunc tractan
dum versu. porro, dum tractat de examinatione
6 testium in visitatione examinandorũ dicit quod
visitans quæret a teste super inquisitione gene-
rali examinando an sciat vel credat, vel fama sit
Episcopum, vel clericum aliquem ciuitatis vel
dioc. fecisse concessionem super quacunque re
spirituali pro pecunia, vel alia re temporali data,
vel promissa, vel retenta, vel ex pacto vel conuẽ-
tione. 1. q. 2. quam pio. de simo. cum in ecclesiæ.
Item an sciat, vel credat, vel fama sit quòd ali-
quis dederit aliquid Episcopo pro eo quod est
incontinens: vel pro eo quòd habet, vel habuit
concubinam: vel sustinuerit eum pro aliquo cõ-
modo temporali, de vi. & ho. cle. vt clericorum.
§. præfati. de simo. nemo. Item an sciat vel cre-
dat vel fama sit, quòd Episcopus aliquid acce-
perit vel habuerit per se vel alium tacite; vel ex-
presse: vel clericus dederit vel promiserit aliquid
per se vel per interpositam personam, pro bene-
ficio ecclesiastico obtinẽdo: vel vt eligeretur: vel
precibus illud contulerit, 1. q. 1. reperiuntur, &
c. sunt nonnulli, de æta. & quali. c. cum. Item an
7 sciat vel credat vel fama sit, quod Episcopus mo
nuerit clericos suos super vita & honestate & di-
ligentia in diuinis officijs & alijs: & quòd delin
quentes puniuit, vt d. c. vt clericorum. t. respon.
12. d. de his, de censi. c. Romana. §. sane, lib. 6. Itẽ
8 an sciat vel credat vel fama sit aliquem clericũ
cuiuscunque ordinis aut status concubinam ha-
bere, aut ei cohabitare, vel eam suis expensis in
domo vel extra tenere: vel ad aliquam accedere,
vel ad se venire, vel cum aliqua insuspecta mulie-
re consortium vel colloquium habere, de coha.
cle. & muli. c. 1. 2. 3. & seq. C. de Episc. & cle. aut
Episcopus, 32. dist. presbyter, 81. dist. legitur. Itẽ
an sciat vel credat vel fama sit aliquem eorum
aleatorem esse, de vit. & hon. cler. clerici, ne cle-
ri. vel mon. cap. 1. C. de episc. & cle. auth. interdi-
cimus, vel blasphemum extra de maledicis, c 2.
25. dist. alias autem ea in fi. & cap. seq. 21. dist.
denique 24. q. 5. si igitur, & seq. vel vsurarium,
47. dist. non licet & seq. de vsu. præterea, vel con
iuratorem seu conspiratorem, 11. q. 1. coniura-
tiones, & seq. de re iudi. exhibita. vel alienatorẽ
rei ecclesiasticæ 12. q. 2. monemus, & tribus se-
quen. de reb. eccl. non alie. si quis presbyterorum,
vel obligatorem, cap. 1. & 3. de pigno. l. sanci-
mus, de epis. & cleri. vel male administratorem:
vel res ecclesiasticas dilapidantem, vel consu-
mentem, vel male dispensantem, 28. dist. de Sira
cusanę, de simo. licet Heli. 3. q. 2. quia ea de accu
9 sa. c. fi. de offi. deleg. venerabilis. Item an sciat vel
credat vel fama est quod sacrista, vel thesaura-
rius, vel custos vasa vel vestimenta & alias res
vel ornamenta ecclesiæ: puta ecclesiæ libros vel
alia diuino cultui dedicata bene saluauerunt, &
si aliqua de mobilibus diminuta sunt & per quẽ
& quare, & quando, & qualiter. de officio. sacri-
stę, cap. 2. de offic. custo. cap. 1. 25. dist. perlectis,
de offic. archid. ea quæ. 12. q. 2. alienationes. Et
si. quærere super singulis officijs de his quæ ad
quodlibet eorum noscuntur pertinere, vt in d. c.
perlectis, & 21. dist. cl. ros, & in multis decreta-
liũ de offi. Archi. & cetera. Item an sciat, vel cre-
dat vel fama est, quod officia diuina de nocte ho-
ris competentibus & solenniter celebrentur: Et
an in singulis ecclesijs mos dioc. vel metropoli-
tanæ ecclesię seruetur in diuinis, de cele. mis. c. 1.
& c. dolentes, 12. dist. de his, de consec. dist. 2. in-
stiturum. Et an intersint exequijs mortuorum.
Et an teneant ecclesias vel cimiteria vel Eucha-
ristiam vel reliquias & alia huiusmodi munde
& caute. extra, eo. c. cum creatura, t. respon. & c.
sane, & de custo. Eucha. c. 1. & 2. Et qualiter ba-
ptizant & pęnitentias iniungant, & an ad hæc fa
cienda prompti sunt an negligentes, & an aliqui
ob hoc sine pęnitentia & baptismo decesserint,
de baptis. c. 1. de consec. dist 2. de cathecumeno,
& c. ne quod absit, & extra de pęni. & remis. cap.
fi. 16. q. 1. si quis presbyter, & c. seq. Item an sciat
vel credat vel fama est aliquem esse in ciuitate
vel dioc. hæreticum vel suspectum de hæresi.
vel conuenticulas per tales fieri, & an sciat do-
mum vel prædium vel antrum vel locum vbi
conueniant. Vel an sciat vel credat vel fama est
aliquem esse receptatorem vel fautorem vel cre-
dentem vel defensorem vel laudatorem, vel vi-
tæ eorum ministratorem eis quo ad victum vel
vestitum & alia necessaria, extra de hære. excom-
municamus 1. §. credentes, & c. si aduersus, &
cap. fe. de sum. Tri. lib. 2. & 4. C. de Episc. &
cler. l. conuenticulam, 30. d. st. si quis, & cap. seq.
C. de hære. l. cuncti, & l. arrianí, & l. seq. & auth.
credentes, 32. quęst. 6. Episcopus in sinodo. Item
10 an Episcopi & clerici sint assidui in officijs, &
an surgant ad matutinas horis competentibus
& an intrent chorum honeste cum cappis vel
sine cappis: cum superpellicijs vel sine: si dor-
miunt in communi dormitorio, & comedunt
in communi mensa. Si acceperunt aliqua de
possessionibus ipsius ecclesiæ auctoritate pro-
pria. Si Episcopi vel capituli negligentia aliqua
de possessionibus ipsius Ecclesiæ sunt alienata,
de vita & honesta. clericorum, quoniam, cũ suis
concor. Item an sciat vel credat vel fama est ali-
quos esse simoniacos, periuros, dilapidatores,
de simon. licet. de re iud. cum 1. & 2. Item quæ-
ratur de singulis, in quibus consistit honestas
clericorum: quæ dic vt extra ne cleric. vel
Monac.

Digitized by Google

Monac. capit. 1. 24. distio. his igitur. Et dixit in repertorio in tit. de vi. & honest. cle. & alijs sicut inquisitoris diligentia viderit expedire, scilicet an aliqui sint adulteri, vel incestuose coniuncti, & sic de similibus, 3. q. 5. consanguineorũ 35. q. 2. c. a. 3. & 6. q. 1. infames.

11 Ex quibus ergo patet, quod cum inquiritur, de statu Ecclesiæ, & tam de capite, quam de mẽbris, iurant testes super omnibus his, quę sciunt, vel credunt in sua Ecclesia reformanda, & tam in capite, quam in membris (saluo quam de oõ occultis criminibus) meram, & puram dicere veritatem, de accusat cap. qualiter 1. in fi. & cap. cũ dilecti, & licet non debeant occulta crimina reuelare, occultas tamen circonstantias manifestorum criminum reuelare tenentur. Adde sine, fuerint interrogati, siue non. Addunt etiam quidam, quod non reuelabit dictum suum alicui, donec testes fuerint publicati. Et vbi inquisitio sit super certo crimine, non debent testes deponere de occultis, vel manifestis, nisi de his solum, de quibus data est copia infamato. vt eod. tit. c. qualiter 2. §. & debet Item an fecerit inuentarium de bonis Ecclesiæ, quod facere tenetur Prælatus de rebus quas tempore suę creationis in Ecclesia ad quam eligitur inuenit, 28. dist. de Siracusanę, 12. quæst. 1. sint manifestę, & fiet ad instar

12 tutoris, nam tutor, & Prælatus comparantur in Auth. de ec. tit. §. fi. col. 9. 3. q. 2. quia ea. & no. 5. quæst. 5. quia Episcopus, & Spec. in tit. de instru. edi. §. dicto, versic. Prælatus, probat hoc text. de bonis, quæ clericus superemit in cap. 2. de pecu. cle. & in cap. fi. 12. q. 4. alias ab eius ordinatione habet discedere, vt ibi quod verum intellige de rebus Ecclesiæ tantum, quam si de suis, & Ecclesiæ rebus emisset, pro tata precij res diuiderẽtur inter Ecclesiam, & hæredes presbyteri, si de hoc constaret, 12. q. 3. cap. 1. & bene fecerit si de parte sua faceret instrumentũ pet se separarim, & non faceret instrumentum commune, vt ibi

13 not. in glos. Inuestigandum est etiam præcipue si nihil patrimonij habens presbyter quando promotus est ad Ecclesiasticum ordinem, postea emit prædia, quoniam Ecclesię, ad quam nihil habens promotus est, esse debent, vt in cap. t de pecu. Cle. & 12. q. 3. placuit, & q. 4. quicunque, & q. 5. nulli, & cap. fixum, & cap. 1. vbi patet, quod præsumuntur de bonis Ecclesię empta, sicut dicitur in vxore, l. etiam, C. de donat. inter vit, & vx. l. quintus, ff. eod. contra quam tamen præsumptionem admittitur probatio, 12. q. 1. sint manifestę, & q. 4. cap. 1. 2. Item præcipuè inquirendũ est si aliquis presbyterorum de redditibus Ecclesię, vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res cõparauerit, quia sicut nec suo ita, nec alieno nomine presbyter fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis debet, quoniam hoc sacrilegium est largo modo, & par crimini Iudæ furis, qui sacras oblationes asportabat, & furabatur, cap. inquirendum, de pec. cle. Poterit ergo Ecclesia eas vendicare, licet suæ non sint, qđ est in ea speciale, sicut & in milite, C. de rei ven. l. si vt proponis, & in pupillo, C. arbi. tu. l. 3. secus autem in alijs, C. de rei ven. l. si ex ea cum concor. sa. 46. dist. sicut non suo, & 12. q. 2. prædia, & cap. gloria Episcopi, & in simili, cap. conquestus de so. compe. Et ideo vnusquisque presbyter res quas post dies consecrationis acquisiuit, propriè Ecclesiæ relinquere debet, vt in cap. vt vnusquisque de pecu. cle. & cap. quia nos, & cap. requisisti, de testam. Si quis tamen clericorum agella, vel vineolas in terra Ecclesiæ fecisse probabitur sustentandæ vitæ suæ causa, post eius obitũ nulli relinquere potest, nisi cui Episcopus pro seruitijs, ac præstatione Ecclesiæ largiri voluerit, c. fi. de pecu. clo. & ibi plenè not. Inquirendum est etiam de his, de quibus in cap. 1. de Religios. domi. &c.

15 Verum quoniam ex præmissis nõ habetur sufficiens doctrina super interrogationibus faciendis per visitantes, & inquirentes crimina, & defectus singulorum, ideo pro aliqua pleniori doctrina subijciam aliquas præcipuas interrogationes faciendas per eos, dum inquiunt tam contra capita, quam contra membra. Et primo quãdo inquirunt contra Prælatos, & alias Ecclesiasticas personas. Secundo, quando inquirunt cõtra Principes, & alias seculares personas. Cum ergo visitantes inquirunt contra maiores Prælatos, videlicet Episcopos, & superiores debẽt interrogationes facere, prout infra primo, scilicet contra Episcopos. Quoniam ex interrogationibus faciendis, quando visitatur Episcopi, faciIè poterit intelligi, quæ interrogationes sint faciendæ cum sui maiores visitantur, ideo omissis interrogationibus faciendis, quando maiores visitantur descendo ex proposito ad interrogationes faciendas cum visitatur Episcopus. Debent

16 ergo visitantes Episcopos interrogare diligenter si scienter celebrant, vel ordines faciant, vel etiã inducent subditos, dum in mortali se sciunt constitutos, cap. si. de coha. cle. & muli, de tempo. et quæsitum. Item an conferant beneficia indiscretè maximè obtentu carnalitatis personis minus idoneis, cap. vt nostrum, vt Ecclesi. benefi. & cap. graue, de præbeo. Item si in doctũ, & minus idoneum scienter ordinant, vel illum, qui vnum pedem tenet in mundanis, & alium i ecclesiasticis contra legem diuinam, 49. dist. cap. si Item si rogãt pro indignis scienter, 50. di. miror. Item si trahunt monachos, & alios religiosos de monasterijs sine causa, & contra voluntatem Abbatum, 63. dist. cap. 1. & 2. 18. q. 2. quam sit, & cap. luminoso. Item si conferant ordines loco remunerationis, cum non habeant aliud, quod conferant, cum ordinis collatio debeat esse discreta, & discreti iudicij, quia ratum est omne, quod magnum est, 63. distinct. si officia. Item si ipsi est laicis indiscretè sunt promoti, 58. distinctione, hic ad nos, & cap. ordinatos, vel quia principiũ ordinationis suæ fuit aliter vitiosum, vnde nõ potest bono exitu peragi, 61. dist. miramur, et cap. in sacerdotibus, et cap. miserum, de elect. per inquisitionem. Item si promouent clericos sine ti-

17 tulo, qui postea cogantur mendicare, 70. dist. neminem, cap. sanctorum, et cap. Episcopus de præben. Item an indistinctè sine literis recipiant clericos alienos, 71. dist. illud, de aliena, si quis, et c. clericos, vnde receptus, et recipiens deponi debent, 1. q. 2. quoniam diuersorum, et cap. placuit, et acrius puniri possunt, si non cessant, licet ad hoc sufficiant literæ Papę, de cle. non resi. frater-

18 nitati. Item si negligunt proprios clericos idoneos, et relinquunt eos quasi oues errantes, 72. dist. Episcopus. Item si promouent inuitos nulla causa exigente, nisi forte odij, 74. dist. Episcopus gesta. vbi ista honoratus, & cap. consuluit. Item si seruent tempora in ordinibus celebrandis, cap. 1. etc. de temp. ord. Item si seruant interstitia, 78. dist. et 67. dist. per totum. Item si sustinent clericos in delicto suo, nec corrigunt obtentu obsequij sibi præstiti, aut carnalis fauoris, vel pecuniæ corruptionis, 83. dist. si quis Episcopus erroꝛ etc.

et cap. consentire, de offi. ord. irrefragabili in fi.
Item si omittunt punire delicta, vt populis placeant, quod plebi commissæ, et sibi perniciosum est. Item si magis vtuntur consilijs laicorum, quã clericorum, 83. dist. nihil illo pastore miserius, 84
19 dist. peruenit, et cap. nunciatum. Itẽ si nihil pauperibus erogent, & in uanum nomen Episcopi portent, 86. dist. fratrem nostrum, et cap. non satis. Item si negligenter defendunt viduas, et orphanos, et pauperes, et alias personas miserabiles ad Ecclesiæ defensionem spectantes, 87. dist. per totam. Item si nimiam curam habent de rebus temporalibus, cum tamen scriptum sit, qđ Episcopi nullam rei familiaris curam personalẽ ad se reuocent, sed lectioni, et orationi, et verbo prędicationis tantummodo vacent, 88. dist. per-
20 latum cum sequentibus. Item si plura beneficia vni personæ conferant, 88. dist. singula. Item si habeat ęconomos, sub quorum testimonio res Ecclesiæ gubernentur, 89. dist. volumus, et capit. quia in quibusdam, 16. q. 6. quoniam, 9. q. 3. cum simus, et nolũt habere ęconomos, nisi laicos, 89. dist. indicatũ, 16. q. 7. in noua actione, vel consanguineos, 89. dist. decenter, alias suspendatur ad annum Episcopus, et ęconomus in duplum puniatur. Item si vnus inuidet alij, et laborat, vt cadat, & etiã ad inuicem discrepant in diuinis, 90. dist. cap. pen. et fi. Item si appropriant sibi omnia bona Ecclesiastica, solus enim Episcopus incumbit bonis, solus sibi vendicat vniuersa, solus occidit vniuersos, hoc est principium litis, & detractionis, & origo criminis, & ideo a clericis accusantur, & damnantur a Domino Iesu Christo, & clamor eorum intrat in aures Domini, &c. 94. dist. Diaconi. Item si contemnunt presbyteros, & vbi ipsi sunt non permittunt eis officium facere, &c. 95. dist. olim. cum enim presbyter Christũ consecret, quod maius est, quare pręsente Episcopo non poterit prædicare? 95. dist. ecce ego alijs si non habent eos, vt Principes patiantur si non habent eos, vt Senatores, ead. dist. esto subiectus. Item si ordinant per pecuniam, quia tales incurrunt lepram, 1. q. 1. cum ordinaretur Episcopus eos, & cap. cito turpem, & de radice infecta bonus fructus exire non potest, ead. dist. fer-
21 tur, & nisi enunciet saluari non potest, 1. q. 1. si quis neque. Item si vtuntur consilio clericorum extraneorum, & suos, qui melius scirent, & vellent, & possent eis consulere cõtemnunt, cap. nouit de his quæ fi. a prę. Item si laici sciunt eorum conscientiam, & presbyteri ignorant, nec habent secum idoneos cubicularios, 2. q. 7. cum pastores & cap. peruenit. Item & si diu in clericatu fuerint, sint tamen idiotę, & permittunt se in Episcopos promoueri, 23. dist. quia Episcopi, 28. dist. omnis, ideo talibus dicit Dominus tu scientiam repulisti a te, & ego te repellam, 1. q. 7. conueniẽtibus, 1. q. 1. vilissimus, cap. quamuis, de æta. &
22 quali. nisi imperfectum scientię suppleat perfectio charitatis, de renunc. nisi cum pridem, §. pro defectu. Item si promoti negligũt addiscere, vel docere, quia tales reputantur infideles, 38. dist. nullus, et stultus est, qui in eo maiorem se existimat, vt bona, quę audiuerit addiscere contemnat 22. dist. Constantinopolitana, 23. q. 3. si habes, potest enim Episcopus propter exercitium legendi acquirere scientiæ margaritam, de renunci. post translationem, §. ceterum, vers. ne si quis, nam omne artificium per continuum exercitium recipit incrementum, ff. de leg. 3. l. legatis seruis, §.
23 ornatricibus. Item si volunt, vel sciunt canonib. obedire, alias debent ab administratione vsque ad condignam satisfactionem amoueri, 25. q. 1. omnia decretalia, 15. dis. sancta Romana, 39. di. si Romanorum, qui .n. nescit obedire canonibus non est dignus altaribus ministrare, 25. q. 1. hæc consona, nã canones instinctu Spiritus sancti sũt facti, 50. dist. sed ille, & c. si quis Diaconus, 8. di. illud sane, vnde & eorum violatores peccant in Spiritu sancto, 15. q. 1. violatores, & c. sunt quidã, ideoq; si Episcopi sæpius contrauenniant, sæpius sunt puniendi, c. nimis iniqua, de exces. Pręla. & c. nimis praua, & c. tanta. Igitur est præsumtuosum assere, quod statutis sacrorum canonum
24 in sua firmitate manentibus, per solam Bibliam regi possit Ecclesia, quod solum ignorantes asserere consueuerunt, qui tamen eodem astringũt, cap. 1. & fi. de consti. de tem. p. ord. vel non est eũpos, & hoc multi Sancti comprobant, 19. dist. & tribus dist. sequen. per totum, & 8. dist. quæ ipsis. Item si sunt nimis creduli in præiudicium aliorum, & antequam eis constet de crimine, sententias fulminant, 87. dist. si quid vero. quamuis .n. quædam vera sint, tamen in iudicio non sunt credenda, nisi certis indicijs demonstrentur, 11. q. 3.
25 quamuis, & ideo non solum reus est, qui falsum de aliquo profert, sed etiam ille, qui aures cito criminibus præbet, 11. q. 3. non solum, & si non essent auditores, nõ essent delatores, quia nemo inuito auditore libenter refert, 6. q. 1. ex merito. Indecens est .n. super re dubia certam dare sententiã, 11. q. 3. graue, & in ambiguis non est absolutum, i. certum iudicium ferendum, 55. dist. habuisse, & ideo incerta nullus Pontificum iudicare præsumat, quamuis verba sint, 30. q. 5. §. his ita, & frequens debet esse insinuatio, & clamosa antequam fiat inquisitio, de accusat. qualiter 2.
26 Item si in Ecclesia erigũt in columnas, quos nouerint meliores, vel quos ipsi magis diligunt, vel quorum sunt obsequijs deliniti, 8. q. 1. Moyses, multi enim ædificant parietes, & Ecclesię colũ-
27 nas subtrahũt, 12. q. 2. gloria Episcopi. Itẽ si passim quolibet anno ius psonale sibi appropriãt, 10. q. 3. quia cognouimus, & c. inter cetera, 16. q. 1. constitutum. Item si indiscretè nituntur vlcisci sibi illatas iniurias personales, 1. q. 7. si quis matrem, 46. dis. seditionarios, vel indiscretè iniuriantur, et excommunicant, 23. q. 4. inter querelas. Et si volunt esse actores, & iudices, & tamen cum persona actoris assumitur, iudiciaria potestas amittitur, 2. q. 1. §. sciendum, 11. q. 1. si clericus, 4. q. 4. cap. 1. & 2. Item si paratos corrigi etiã pro minimis culpis excommunicant, 11. q. 3. Episcopi, & c. nemo. Item si expellunt eos, qui suis prædecessoribus fideliter seruierãt, & (quod deterius est) si remuneratione seruitij, quam receperant, spoliant, 12. q. 2. hoc huius placiti, 16. q. 6. illud. Item si aduocatis, et seruientib. nolunt reddere, quod promiserunt, nec ipsos remunerare, 12. q. 2. quicunque suffragio, et cap. Ecclesiasticis, l. qui operas, ff. locati, et de varijs, et extraordi. cog. l. 1. §. in honorarijs. Item si volunt, quod eis credatur in præiudicium aliorum, 6. q. 2. Episcopus, et 50. cap. si tantum, et c. placuit, 15. q. 5. c.
28 2. Item si soli volunt clericos deponere, l. dis. studeat, 15. q. 5. de crimine, et cap. presbyteri, & 15. q. 7. felix, non enim solus potest auferre, licet solus possit dare, 15. q. 7. sexta de transla. Præla. inter corporalia, 15. q. 7. Episcopus nullius. Item si impugnant exemptos iniustè, nec seruant eorũ priuilegia, 16. q. 1. frater noster, de priuileg. dilecti, et cap. quanto. Item si ligant, et absoluunt sine causę cognitione, 24. quæst. 3. de illicita, de sen. ex. sacro. sicut enim quosdam gratia fauoris
subl-

sublimant, sic plerumque alios odio, inuidiaque
humiliant, 15.q.7.cap.1. Item si in conuiuijs le-
gi faciunt sacras lectiones, 44.dist. pro reueren-
tia, nam dum corpus diuersis ferculis reficitur,
lectioni detrahitur, lingua in detractionibus re-
laxatur, 44.dist.conuiuia, & cap. præ. Et Gregor.
in moralibus. Item si in Ecclesia, vel dum in pu
blico prodeunt superindumentis lineis vtantur,
& palia habeant diffibulata, de vi. & hn. cle. cle-
rici in fi. Item si magis curant de conuiuijs, quã
de diuinis officijs, vnde luxuriæ, & ociosę fabulę
prodeunt, 44.dist.§.1.& cap.seq.per totum, inde
consurgunt ad concentum auium matutinum
sincopa continua transcurrentes, & si vix cele-
brant quater in anno, de celeb.miss.dolentes, &
30 si faciunt cantari sibi missam iuxta lectum in do.
mo vbi spurcitiæ multæ fiunt, & sanctius esset
missam non audire, quam in domibus, quibus
sine magna causa nullatenus sunt celebrandæ,
de consecr.dist.1.cap.1.& cap.sunt nonnulli. Itẽ
si cartas, & instrumenta Ecclesiæ custodiunt, &
si res dilapidant malè administrando, 17.q. 1.in
canonibus, 28.dist.de Siracusanæ, 12.q.2.& si il-
li, & cap. vulteranæ, & cap. Apostolicos. Item si
31 res alienas vsurpant, 16. qu.6. placuit, nec ipsas
reddere volunt a prędecessoribus occupatas, eo-
rum prædecessorum sanctitatem, & conscientiã
prætendentes, cum tamen nihil intersit, quo ad
periculum animę inuadere alienum, aut sciẽter
detinere, de rest.spo.sepe.cap.filius, de test.& ni-
hil deperit Ecclesiasticis vtilitatibus, si quę sunt
aliena reddantur, 54.dist.generalis in fi. Item si
32 cognoscunt seipsos, cuius seminis, cuius vitę, cu
iusue generis sint, sed in cathedris suis, & corni-
bus gloriantes alios despiciunt, & contemnunt,
quod non facerent, si recognoscerent se collegas
in domo, 95.dist. Episcopus, nam culpa non sub-
est secundum rationem humilitatis omnes equa
les sumus, 12.dis.considerandum, & ca. fidelior
facit, 12.q. 2. gloria Episcopi. Curiosior potest
plures interrogationes facere, & colligere, maxi-
mè si iura noua discurrat, sed magis vtile vi-
sum est. Faciunt sæpe indiscretas, & superfluas
dispensationes, & remissiones, & in multis alijs
excedunt, quę sparsim in hoc opusculo possunt
reperiri, neminem tamen Episcoporum repre-
hendo cum sint patres, sed vt à delictis abstineãt
admoneo, quorum conscientia conueniet vnum
quemque, 6.q.1.oues, 8.q.1.qui nos, & cap.qua-
lis, & seq.ad fi. Item si vsurpant fructus Ecclesia-
rum vacantium, cap.cum vos, de offi. ord. 10.q.
33 2.cap.fi.de simo. audiuimus de præben.de mul-
ta, de ap.reprehensibilis, vbi puniendi sunt, &c.
de maled.statuimus. Item dando malum exem-
plum, cap.magne, §.1.de voto, & tot mortibus,
&c.11.q.3.præcipuè. Item si non vadunt quoli-
bet anno ad sinodum Prouincialem, 18.dis.quo
niam quidem. Item si transgreditur iuramentũ,
de quo in cap.ego .n.de iureiur.
34 Visitantes autem Abbates debent primo in-
terrogare si ea spe, & intentione speciali ducti
habitum regularem assumpserũt, vt scilicet Ab-
bates fierent contra, cap.16.qu.7. per laicos, de
elect. officij, & cap.cum ad nostram. In quo
etiam multi religiosi delinquunt, paupertatem,
& laborem, & esuriem fugientes, vt diuites fiãt,
quiete degant, splendidè reficiantur, non inten-
dentes seculum fugere, sed mutare, 53.dist.cap.
1. Item si Abbatiam emerunt, qui saluari non
possunt, nisi renuncient secundum Hostiensem
in summa de simo.§.fin. Item si nullum Mona-
chum volunt recipere sine quantitate pecunię,
vel alterius temporalis commodi tacita, vel ex-
pressa, super quo plerumque obtentu abolendę
consuetudinis se satagunt excusare, cap.veniens
dę simo & cap.dilectus filius a. vbi dicitur tales
esse deponendos, cap. licet heli. & cap. per tuas
aut arbitrio iudicis, cap.iuratum, & de accusa.in-
quisitionis. Item si Ecclesias, in quibus habent
ius patronatus sibi omnino appropriant, nec po-
nunt ibi Vicarios perpetuos, & positos, ita gra-
uant, quod non possunt hospitalitatem tenere,
nec Episcopo in Episcopalibus rẽdere, de prę-
ben. de Monachis, & cap. auaritię, de sup.neg.
prælat.cap.11.& cap.extirpandæ, de pręben. Itẽ
si ad Ecclesias ad eos pertinentes sine pecunia
aliquos repręsentant, & vt vitium suum vtcun-
que palient etiam Ecclesia vacante super eam
mutuum recipiunt, demum illam sic obligatam
conferunt, dicentes, quod transit cum onere suo
de pig.ex literis, de deci. Pastoralis. Item si dant
possessiones aliquas, vel certas pecunias, vel do-
mum commendãt cum pacto, quod decimas cer-
tarum possessionum eis soluant, vel apud eos se
pulturam eligant, de pactis plerique etiam si iu-
ramentum interueniat. Item si negligunt puni-
re Monachos fugitiuos, 18.qu.2. Abbates, & eos
reuocare, inquirere, & recipere salua ordinis di-
sciplina, de regula, cap.fi. Item si recipiunt Mo-
nachos alienos, sine literis commendatitijs, 18.
q.2. Abbates in fine. Item si indiscretè Mona-
chos suos eijciunt de rescrip.cum dilecta, in quo
mortis eorum rei sunt, 16.q. 1. placuit. Item si
Monachis sine causa literas dimissorias conce-
dunt, & credunt Monachi se per tales literas ab-
solutos ab obedientia, 71.dist.illud, & cap.de a-
liena.& cap.clericos, 7.q.1 non oportet, & capit.
peruenit, 21.q.2.cap.1.et 2.ne ouis errans, et pe-
riclitans inueniatur sine pastore, 72.dist. Episco-
35 pus. Item si reuertentes, vel alios fratres delin-
quentes sicut latrones cum aliter corrigi possent
ponunt in vinculis, 74.dist. quorundam, et per
laicum faciunt capi, vel verberari, quod non ni-
si per Monachum fieri debet, de sent. excomm.
vniuersitatis, et de sta. Mona.ea quę. Item si a-
liqui ex causa appellant, si appellationi deferrũt,
de acusa. olim propter quod sunt ad sedem Apo
stolicam mittendi, cap.de priore, de app. Item si
quos Monachos ex carnali amore exaltant, alios
ex odio, vel inuidia, vel quia bene viuunt, et be-
ne administrant opprimentes, 15. q. 2. capit. 2.
36 Item si sub specie pietatis impietatem paliantes
occasione hospitalitatis manducant carnes extra
refectorium, illos quos habent familiares splen-
dide secum reficiunt, alijs qui pondus portant
diei, et ęstus, esurientibus in refectorio, cum ta-
men sine delectu personarum nunc hij, nunc illi
essent secundum regulam euocandi, de consecr.
dist.5.carnem, de sta.Mon.cum ad monasterium
§.in refectorio. Item si de infirmis, et debilibus,
vel medicina aliqua indigentibus non curant,
quibus tamen quam in infirmitorio esset compe
tenter tam in carnibus, quam in alijs, et in refec-
torio ad sustentationem naturæ debilis, quando
non potest vti communibus de speciali cibo pro-
uidendum, d.cap.cum ad monasterium, §.porro
debiles. Item si permittunt aliquos Monachos
habere pecuniam contra, cap.de sta.Mo.Mona-
chi, et cap. super quadam. Item si Eccles. deci-
mas, et alia spiritualia recipiunt de manu laici,
et curam animarum committunt Monachis si-
ne licentia Episcopi, et sacerdotes habentes curã
animarum instituunt, et destituunt per se pro li-
bito voluntatis, et alias vsurpant iura Episcopa-
lia,

Digitized by Google

lia, 16. q. 1. peruenit, de præben. in Lateranensi,
de priuileg. eum & plantate. Item si Monachis
nobilibus parcũt ob potentiam amicorum, cum
tamen incorrigibiles essent reijciendi de Mona
sterio, ne inficerẽt sanas oues, de sta. Mo. ea quæ
§. 1. 45. dist. sed illud, & in artioribus monaste-
rijs detrudendi, & c. vt in cap. fin. §. de regula.
37 Visitantes vero Monachos petant si contra
Abbatem, volentes eos corrigere, conspirant ad
deponendum, & alium faciendum, 18. q. 1. nul-
lam. Item si conspirant etiam ad depositionem
animæ eius, 7. q. 1. §. quando, 18. q. 2. ecce, tales
enim sunt infames, nec possunt esse testes, 11. q.
1. conspirationem, & cap. coniurationum, de si-
mo. per tuas, & cap. licet heli. de re iud. cum I. &
A. Item si incautam familiaritatem habent cũ
mulieribus, quas sibi commatres faciunt, de cõ-
se. dist. 4. Monachi, & cap. non licet, 18. q. 2. per-
uenit, & cap. perniciosam. Item si incaute cum
Monialibus conuersantur, 18. q. 2. monasteria, et
cap. decima, & cap. diffinimus, vbi patet, quod
38 non licet monacho conuiuari cum monacha,
nec secum in eodem monasterio manere, nec lo-
qui etiam cũ cõsanguinea, nisi per verba compẽ-
diosa, ita quod cito recedat, & sub testimonio
Abbatissæ, & idem de Abbate: quia nec clericus,
nec laicus debet ipsarum monasteria frequenta-
re, cap. monasteria, de vi. & ho. cle. Item si matri-
moniũ non erubescentes cõtrahãt, 17. q. 2. vt lex
& cap. impudicas, & licet matrimonium non te-
neat, tamen bigami efficiuntur, 27. q. 1. quot-
quot, & cap. Monacho, & hodie sunt excommu-
nicati cle. 1. de spon. Item si vagantur extra mo-
nasteria, sine licentia sui Abbatis, 16. q. 1. quidam
Monachi, & se. & cap. legi epistolam, & c. quan-
to, de offi. ord. Item si sunt nimis ociosi cum ta-
39 men arma hostis antiqui sint ociositas, & volu-
ptas apta ad miseras animas captiuandas, de re-
nunc. nisi cum pridem, §. cum verum, de conse.
dist. 5. nunquam vbi dicitur facito aliquid ope-
ris, vt semper diabolus te inueniat occupatum,
& subditur amabis scientiam literarum, & car-
nis vitia non amabis. Item si volunt comedere
carnes etiam vbi nulla necessitas immineat, de
consecr. dist. 5. carnem, & in d. §. in refectorio.
Item si gloriantur de nobilitate sua, & potentia
amicorum, propter quod nolunt regi, sed alijs
dominari, de sta. Mon. ea quæ §. 1. Item si gloriã
mundanam, & conuiuia communia appetunt,
& sequuntur contra nominis ethimologiam, 16.
quæst. 1. placuit. Item si volunt habere celulas à
domibus communibus separatas, nec volunt ab-
stinentiam communẽ facere, 20. q. 4. cap. Mona-
40 chũ, & se. Item si proprium habent d. cap. cum
ad monaster. Item si sibi inuicẽ inuidẽt, & sic sunt
spirituales homicidæ detrahendo sibi inuicẽ, 6.
q. 1. deteriores, de peni. dist. 1. homicidiorum, &
secundum regulam veritatis causa commenda-
tionis tuæ nihil debes facere, quo maior alius
fiat, alias dedignabitur in te charitas habitare,
11. q. 3. si quid ergo. Item si existunt aduocati in
palatijs clericorum, vel laicorum, de postuland.
c. ex parte. Item si phisicam, & ciuile ius audiunt,
vnde sunt ipso iure excommunicati, & si alios in
multis excedunt, de quibus in t. ne cle. vel mona.
41 Visitantes etiam decanos petant, si suis Episco
pis graues, & superbi existunt, c. delictis, de ap.
Item si in ipsius Episcopi contemptum abstinẽt
à diuinis, de offi. ord. irrefragabili, §. ceterum.
Item si pro peccato alterius Ecclesiam interdicũt
cap. quæsiuit, de his quæ fi. a ma. parte. causa. Itẽ
si sigillo capituli sine eius consensu sigillãt, de
probat. tertio de testi. tam literis in fi. Item si qđ
commune est sibi appropriant, de præben. ratio,
& licet sibi prius possint prouidere tamen quod
superest tenentur diuidere, & pauperibus ero-
gare, 12. q. 1. §. fi. Item si nolunt ad sacerdotium
promoueri cum ad hoc tenentur, de æta. & qua-
litat. cap. 1. Item si Episcopis consentiunt in pec
catis de elect. per inquisitionem. Item si nolũt
surgere ad matutinum: nec alijs horis canoni-
cis interesse. & volunt percipere prouentum, &
nolunt seruire, cap. diuersum, de cle. coniuga. &
cap. præcedentibus. Item si se absentant sine li-
centia Episcopi, de cle. non resi. ex parte, & cap.
relatum, de conse. dist. 5. non oportet. Item si au
diunt leges, cap. super specula. ne cle. vel mo. &
cap. 1. eo. tit. lib. 6. Item si indifferenter exercent
officium aduocati, de postuland. cap. 1. & fi. Itẽ
si sunt nimis superbi, illiteratos, & simplices cõ-
culcantes, 95. dist. esto subiectus. Item si plura be
42 neficia, & plures dignitates tenent sine dispen-
satione, & si dispensationem habent, ipsam non
seruant, cum ibi semper consueuerit apponi, ꝙ
cura animarum non negligatur, nec Ecclesiæ ob
sequium propter auaritiam, & ambitionem, qua
tantum laborant aliqui, quod nequeant satura-
ri, de præben. quia in tantum, & cap. cum iã du-
dum, & cap. relatum, de cle. non resi. propter ꝙ
redũtur inelligibiles de elect. dudum. 2. Item si
faciunt celebrari officia solemnia duplicia cum
antiphonis integris tam ante psalmos, quã post,
et cum solemnitate sonitus campanarum, et so-
lemniori apparatu, et coloribus super indumen
torum appropriatis maioribus solemnitatibus,
et alijs cerimonijs, de quibus in missali, et ordi-
nario capellæ iuxta not. in cap. 1. in fi. de reli. et
venera. sancto. lib. 6.
43 Visitantes autem Archidiaconos interrogent
an faciant talias in presbyteros, 94. dist. ca. fi. de
censi. cum Apostolus, §. inhibemus. Item si vo-
lunt habere vaccam albam, vel aliud certum tẽ-
porale pro facienda inuestitura, cap. peruenit, de
exces. prælat. de simo. cum in Ecclesijs, et cap. in
tantum. Item si clericos in suis peccatis tolerant
pro pecunia, de penis licet. Item si excommuni-
catos nolunt absoluere, nisi primo recipiant pe-
cuniam, 1. q. 1. §. quibus, et c. p. nullus, et de si-
mo. ad aures. Item si vendunt iurisdictionem, et
vices suas, cap. 1. et 2. ne prælati vices suas. Item
si nolunt ad diaconatus ordinem promoueri, c.
1. de æta. et quali. de elect. cum in cunctis, §. infe
riora, 60. dist. innouamus. Item si opponunt se
indebite contra Episcopos, quorum oculi sunt,
vnde vellent aliqui Episcopi amisisse oculos, de
offi. Archid. ad hæc, 93. dist. legimus, propter ꝙ
talis Archidiaconus tanquam membrum putri-
dũ ab Ecclesia est merito remouendus, de exce.
prælat. grauem. Item si in deformitatem hone-
statis suæ volũt cum quibusdam mulierculis ha
bitare, 81. dist. Archidiaconum. Item si sunt cir-
ca suum officium negligentes, de offi. Archidia-
con. ea quæ.
44 Visitantes etiam Archipresbyteros, petant si
sunt negligentes circa suum officium, et si iudi-
cant, et aliud quod etiam iustum sit faciunt pe-
cunia mediante, qua subtracta statim subtrahũt
iustitiam. 11. q. 3. qui rectè, quod intelligo de Ar
chipresbyteris ciuitatis, et idem de eo, qui ali-
quando vocatur Archipresbyter ruralis, cap. vt
singulæ, de offic. Archipres. qui et aliquando
Decanus vocatur, de offic. Archid. ad hæc in
fine. Aliquando plebanus, de offic. ord. cum
ab Ecclesiarum quandoque Abbas licet im-
prie,

Digitized by Google

prie, de renunc. ex transmissa.
45 Visitantes vero præpositos, siue priores, qui
quandam prioratus curam præalijs gerunt, de
verb. signif. quamuis interrogent de illius scien
tia, cuius curam Episcopus debet habere, de cle.
ex mi. proposuit, de pæn. omnis.
46 Visitantes etiam sacristas, petant si sunt negli
gentes circa suum officium, scilicet custodiam
vestimentorum, & vasorum ecclesiasticorum, &
si illa faciant tractari per laicos, vel minores cle-
ricos, 23. dist. non liceat, & cap. non oportet. Itẽ
circa ordinationem hostiarum, & præparationẽ
incensi, & curam baptisterij, 25. distinct. perle-
ctis ad finem.
47 Visitãtes scolasticos, seu magistros scolarum,
interrogent si vendunt docendi licentiam, capi.
quanto de magistris. Item si dignis licentiã de-
negant, cap. prohibeas, de magist. qui si accusen
tur directè, a suo throno debent amoueri, 1. q.
7. scimus. Item si cum idiotę sint permittunt se
ad hoc officium sublimari, de æta. & quali. ad au
res, ff. ad l. Acquil. qua actione in fine, 37. dis. qui
de mensa. & cap. legat, 51. dis. miserum, de elect.
cum in magistrum. Item si conspirant contra
Episcopos, cap. 2. de calumn. Item si magisteriũ
48 ambiunt, 24. dis. quando Episcopus, hij enim,
qui ambitiosæ promouentur, a diabolo punien-
tur, 7. q. 1. illud inferrendum, 1. quæst. 1. non est
putanda.
Visitantes vero cantorem, petant si aliquid
49 sciat de cantu, vel officio, & admittat indignos
in choro, & dignos eliciat, & si trahat libram,
siue perceptiones quotidianas absentibus ab
officio, & præsentibus subtrahat, & si statu-
ta, & consuetudines Ecclesię contemnat, & vio-
let, cap. 1. de cle. egro. lib. 6. & de cle. non re-
sid. per totum.
Visitans autem canonicos interroget quare
50 nolunt ad ordines promoueri, 74. dis. si qui cleri
ci, & cap. placuit, de æta. & quali. quæris. Item si
per ambitionem permittunt immo quãdoq. pro
curant se intrudi in loco viuentis, cap. 1. de con-
cess. præben. 7. q. 1. eum qui, & cap. non furem.
3. q. 2. audiuimus. Item si coniurationes faciunt,
11. q. 1. coniurationum, & cap. clerici. Item si sũt
nimis delicati, nec volunt Ecclesiam frequen-
tare, 81. dist. si quis, & cap. his, de cler. non resid.
cap. pen. & fi. Item si accumulant pecuniam de
præbendis, nec volunt aliquid pauperibus elar-
giri, 12. q. 1. §. fin. immo (quod peius est) ex ino-
pe diues factus, ex ignobili gloriosus incipit ne-
gociari de bonis ecclesiasticis, qui quasi quædã
pestis fugiendus est, 86. dist. negociatorẽ. Item si
51 male viuũt canonici luxurię deuacantes, vnde
põt dici, quod tota ciuitas capite deorsum pen-
det, 32. q. 6. c. fi. nam & totus ciuitatis status per
tales conturbatur maximè quando nolunt Epi-
scopis obedire, 17. dist. §. hinc etiam, studeant er
go circa opera charitatis, quia debent esse lumen
boni, & speculum ciuitatis, 11. q. 4. cap. fi. Item
si discordant in capitulis, & partes sibi faciunt
maximè circa electiones, in quibus iam quasi ni-
hil de Deo agitur, sed sequuntur carnalitatis af-
fectum tam priuati, quam prelati, non iudiciũ
rationis, cap. 1. de his quæ fi. à ma. par. ca. de elec.
in causis, §. 1. cũ dilectus, congregato auditis, &
cap. considerauimus, & de præbenda graue. Et
52 si de his excessibus aliquis in se regnare aliquid
senserit, curet suo satisfacere creatori, qui eum
expectat ad pęnitentiam, 93. dist. Diaconi ad fi.
Item si cessant a diuinis, nisi prout in cap. 2. &
cap. quamuis, de offi. ord. lib. 6. Item si admittũt
non constitutos in sacris ad vocem capitularem
contra cle. 1. de æta. & qualit. Item si faciunt sta
tuta a iure reprobata in cap. fi. de rescript. in 6. &
constitutionem in fi. de verb. sign. eo. lib. Item si
obseruant consuetudines a iure reprobatas, &
non obseruant bona statuta Ecclesiæ per eos iu-
rata, cap. 1. de consuetu. lib. 6.
53 Visitantes demum presbyteros interrogent
si permiserunt indignos ad Ecclesiasticam mili-
tiam promoueri, 33. dis. tales, & cap. his quæ de
ęta. & quali. cum sit ars. Item si fuerunt promo-
ti per simoniacam prauitatem, vnde celebrare
non debent, de simo. tanta, & cap. tuæ, 1. quęs. 1,
quisquis, & cap. repetuntur. Item si nimis incon
tinenter viuunt, 28. dist. Diaconus, de coha. cle.
& muli, per totum, de cle. coniug. cap. 3. Item si
inmiscent se spectaculis, & pompis mulierum,
& conuiuijs publicis vitę inhonestæ, vsuris, lu-
cris turpibus, fraudibus, amori pecunię, scculari-
bus officijs, atque negocijs munera recipiunt p
beneficijs medicinę Dei, dolosi sunt, conspirato-
res, sectantes odium, emulationes, correctiones,
inuidias, si sunt vagi oculis, effreni lingua, petu-
lantia, & gestu fluido laborantes, inuerecundi,
obsceni, virgines, & viduas, & alias mulieres fre-
quentantes, inobedientes, sese iactantes, doctri-
nam, lectiones, psalmos, hymnos, & cantica fu-
gientes, in quibus monentur, 12. dist. his igi-
54 tur. Item si libentius danti oculatori, vel mere-
trici, quam pauperi, & plus diligunt venari, quã
Domino psallere, 86. dist. qui venatoribus. & ca.
donare, & cap. esau. Item de omnibus, quæ ha-
bentur in cap. 1. & per totum ne cle. vel mo. Itẽ
si superioribus suis sunt infideles, & inuident, et
detrahunt, & superiores eisdem cum tamen po
tius deberent esse connexi adinuicem vinculo
charitatis, 89. dist. ad hæc, 23. dist. quamquam,
23. q. 5. prodest. Item si vnus subtrahat alij paro
chianos suos, & tam viuos, quam mortuos, de
paroch. cap. 2. & 13. q. 2. per totum, de peni. dist.
6. placuit, de sepul. ex parte, cum se. & cap. in no-
stra. Item si multa vitia sub specie virtutis paliãt,
55 vt auari videantur boni dispensatores, crudeles
videantur iustitiæ zelatores, & remissi videantur
subditis compatientes, 41. dist. sæpe, 2. q. 7. nos si
incompetenter, §. his ita, 7. q. 1. aduersitas, §. hoc
etiam tunc, de hære. sicut in vno. Item si se inui-
cem inuidentes consumunt raptoribus deterio-
res, & homicidæ, de pęni. dist. 1. homicidiorum
6. quæst. 1. ex merito, & cap. deteriores, & capit.
summa. Item si fingunt se longius ire, vt reue-
lent, vel velent odia, si sunt dolosi, fallaces, incõ-
stantes, multa verba inhonesta, & illicita profe-
rentes, 22. quæst. 2. ne artificioso, ca. omne genus
cap. is autem, 7. q. 6. iuramentum, & q. eo. caue-
te, & cap. quoties. Item si non rectè pænitenti se
runt testimonium, vel rectè pænitentem accu-
sant corrupti munere, inuidia, vel fauore, de si-
56 mo. nemo. Item si cum parochiana propria quã
ad confessionem admittunt fornicantur, 30. q.
1. non debet, & cap. si quis, & cap. omnes. Item
si hostiam fractam offerunt, vinum sine aqua,
vel contra, vel ponunt plus de aqua, quam de
vino, aut in priuatis domibus, aut bis in die
sine causa celebrantes, aut sine lumine, aut in
Ecclesia violata, aut super altari moto, vel enor
miter fracto, aut in altari, in quo eadem die
57 celebrauit Episcopus, sine licentia, non custo-
diunt crisma, vel eucharistiã sicut debent, non
mundant, seu lauant vasa ecclesiastica, vt decet
de celeb. missa. capit. 1. consuluisti, ex parte, sa-
ne te referrente, perniciosus, de consec. Eccle.
vel

Digitized by Google

vel alta. capit. 1. consuluisti, ligneis, de custo. eucha. cap. 2. de consecrat. dist. 1. cap. 1. sicut non
alij sufficit nemo vestimenta, vasa, de consecra.
dist. 2. scriptura in sacramento, & cap. fin. Item
si subuertunt populum, & in omni loco ponentes scandalum vertūtur in laqueum tortuosum,
58 24. q. 3. transferunt. Super alijs pluribus essent
interrogationes faciendæ, de quibus sparsim patet ex præcedentibus quæstionibus, quæ gratia
breuitatis omitto, nam prudens inquisitor, &
visitator iuxta qualitatem locorum, & personarum temporis arbitrabitur super quibus præcipuè magis habeat insistere, alia reseruans in subsequentibus visitationibus, & super oīa et faciat
obseruari constitutiones prouinciales, & diœce-
59 sanas. Visitans aūt Imperatorem, vel Imperatricem, interrogabit eos, vel testes, an faciant iustitiam, ne alias veniant tempestates in populum, & flagella, 23. q. 3. si quis violentos, & q.
5. regum, de nullo enim magis placere Deo potest, quam si iustitiam exerceat, compescendos
eos, qui in suam, & aliorum perniciem debachantur, 23. q. 5. quali nos. Item si quærit impugnare sanctam Ecclesiam matrem suam,
quam tenetur tueri propter quod deponeretur,
cap. venerabilem, §. obiectionem, & §. fin. de
elect. quia si pacata, siue turbata fuerit Ecclesia tempore sui regiminis, Deus, qui rationem
ei commisit exiget rationem, 23. quæst. 5. principes in fin. Item si distringunt clericos in foro
suo placitare in personalibus actionibus, 11. q.
60 1. continua, & capit. nullus inuolita, & cap. placuit. Item si immiscent, de electionibus prælatorum, contra iura, 63. dist. sacrorum, & §.
seq. & cap. Adrianus, & cap. ego Lodouicus,
de elect. sacrosancta, & quisquis, nisi hoc habeat ex Apostolico priuilegio, & sic intellige,
de iure patronatus nobis fuit, in § 1. Item si
aliquos ex odio exhæredat, & deicit, & alios ex
leui opinionis aura sublimat, 15. quæst. 7. sexta
actione. Item si sine causa pedagia concedit,
vel pecuniam mutat. Item si relinquit vxorem
suam propria temeritate, qui fin. sint legitimi,
per venerabilem, §. videbatur. Item si labitur
in hæresim, 11. quæst. 3. Iulianus. Item si nō
reueretur Episcopos, sed capit, & mutilat, &
occidit, de maio. & obed. solitę, de elect. venerabilem. § eos igitur circa quę adde dicta per
Hostien. in summa de elect. §. quis elegi sub §.
item secundum, vers. nedum in pręlatis, & seq.
Item si electus in Imperatorem ante confirmationem administrauerit, & an virtute consuetudinis cum electo in discordia voluerit vincere in
campo, prout examinat Oldr. in consilio 192.
quod incipit an electus in Imperatorem. Item
an si duobus electis Imperatoribus in discordia
vterque dederit priuilegia, & sententias, de quo
per eundem in consilio 64. quod incipit, an com
sunt electi in Imperatores.
61 Visitans vero Reges, debet specialiter interrogare si trahunt clericos ad forum suum, vnde
deponendi essent, 11. q. 1. nullus, nam qui cęlestem militem pulsat, eius forum debet sequi,
11. qu. 1. Christianus, cap. si clericus laicum, &
cap. si diligenti, & cap. cum sit generale, de foro compet. Item si ab Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis, pensiones, procurationes, & banna
extorqueant contra iura, et Ecclesiasticā libertatem, quia incurrunt pœnam 20. librarum auri,
25. quæs. 2. quæcunque igitur, & iniuriarum tenentur de iniurijs olim, 23. q. 8. §. quamuis, nam
plus iuuat Ecclesia regnum orationibus, quam
armiger armis, vt ibidem in capit. quicunque.
Item si ducunt secum ad exercitum contra iura
sacerdotes, 23. q. 8. quo ausu, & capit. si quis
Episcopus si nobis fratres, capit. cum reprehensibiles, 33. dist. si quis vult Pontifex, vt scilicet
pugnent personaliter secus si ad dandum consilium in bello iusto, de voto ex multa, §. pen. &
fin. Item si non faciunt iustitiam vnde sunt deponendi, 15. q. 6. alicuius. Item si talijs, & exactionibus populum Dei affligunt indebite, &
pauperibus iniuriantur, de quibus tenentur
Deo reddere rationem, 15. q. 5. non sane, 23. q.
4. quando vult Deus, & capit si Ecclesia in fine.
62 Item si occupant alienas terras, & non sunt cōtenti proprijs finibus, 23. q. 4. transferunt, & tales non saluantur etiam si bene admuuistrent, nisi res alienas restituant secundum Augustinum
24. quæs. 5. neque enim ratio est in capit. miramur, 61. dist. & ideo etiam possunt iuste impu-
63 gnari. Est enim iustum bellum pro bonis nostris defendendis, vel repetendis, 13. quæs. 2. Dominus. Item contra Saracenos, qui terras nostras per iniustitiam detinent occupatas, 23. qu.
6. dispar. nimirum, & intendunt occupare si
possent, vt in capitulis ibi sequentibus, & contra excommunicatos, 23. q. 5. omnium vestrum,
& capit. excommunicatorum, & quæs. 8. omni
timore, si nulla: & capit. pridem. Item si volunt
plures habere, & tenere, & cognoscere mulieres, sicut equus emissarius, & sicut mulus, quibus non est intellectus, in animę suæ periculum,
& scandalum plurimorum, cū tamen vnus Rex,
vni mulieri vix sufficiat, quare excommunicari, & deponi deberent si incorrigibiles apparerent, 12. quæs. 3. præcipuè, cum nulli liceat habere plures, cap. gaudeamus, de diuortijs, &
capit. porro, & desponsa. capit. 1. Item si crimen sacrilegij, lese maiestatis, & vsure committant, iudæis super Christianos sua officia concedendo, 54. distinct. nulla, 7. quæst. 4. constituit, & dic quod capitulum, & specialis, de iudæis, debet intelligi de comparatiue permissis,
& non vere. Item si soluunt decimas, & primitias, & oblationes Ecclesijs debitas, de consecratione distinct. omnis, soluendas tenentur,
16. quæs. 1. reuertimini, & capit. decimæ, 23. q.
5. dicat aliquis, de consecr. distinct. 5. quadragesima, vbi etiam tenentur ad decimas dierum.
64 Item si sequuntur auguria, & in ipsis cōfidunt,
& in sortibus, & superstitionibus a vera fide deuiantes, 26. quæst. 5. auguriis, & capit. Episcopi, & ideo sine luce sunt tales, quia nihil melius
resplendet in Principe, quam recta fides, C. de
summa Trinit. l. inter claras, 95. distinct. si Imperator, nec debet degenerare a bonis, vnde versus. *Rex superes si tu superes præceptor honoris.
Degeneres, si generes a laude prioris.*
65 Visitans autem Duces specialiter interroget,
an in talijs, & exactionibus indebitis excedant,
& an faciant constitutiones, quin potius destitutiones contra Ecclesiasticam libertatem, cōtra capitulum cum laicis, de re Eccl. non alien.
propter quod tam ipsi, quam scriptores, & obseruantes sunt excommunicati ipso iure, & feudis, quę tenent ab Ecclesijs sunt priuandi, de
sen. excommun. nouerit, & ca. grauem, & possunt feuda eorum alijs potentioribus concedi,
qui illa pro Ecclesia recognoscant, capit. 2. de
feudis. Item si volunt habere capellas suas, &
capellanos sine auctoritate Episcopali, & quod
capellani habeant curam vxorum suarum, &
familiæ, & oblationes eis factas vbicunque etiā

tuis

Digitized by Google

missas audiant, etiam imbursent, quod est iuri
communi contrarium, & soli Duci Burgundiæ
concessa est in aliquibus priuilegiata capella ut
in c.cũ capella, de priu. q priuilegiũ ne videatur
personale dẽt concedi in persona alicuius eccle-
siastici in dignitate constitut. iux. no. in c. acce-
dẽtibus, de excess. præl. ad fi. de præscr. cũ olim.
66 Visitantes etiam marchiones qui dicũtur spe
ctabiles & comites qui dicuntur elatissimi. 2. q.
6. anteriorum, præcipuè interrogent an liberos
homines subijciant seruituti: & eis graues exi-
stant. 14. q. 5. non sane, cum tamen nullus liber
seruus fieri debeat. 29. q. 2. relatũ. Et adde quod
no. 1. q. 4. ver. item quod pro peccato & ver. itẽ
Dauid. Item an in licitis, & honestis superiori-
bus suis obedientes existant, & quando paupe-
riores sunt ipsos despiciãt, vnde peccatum Ido
latriæ incurrunt. 31. dist. §. verum. 23. q. 1. quid
culpatur. 2. q. 5. cum miles. Item an priuauerint
filios legitimos vt adulterini succedant eis, qui-
bus tenentur ad restitutionem, c. cũ iu. de vsu.
de pœni. officij. Item si seruant iustitiam paupe-
ri, quæ non habet quod offerat, & ideo non au-
ditur, 11. q. 3. pauper. Et an plerumque eos su-
spendant pro modico: & quandoque sine iusti-
cia, & si non timent iustum iudicem non cre-
dant eum pacificum inuenire, 23. q. 5. regum.
Item si Episcopos, & alios clericos honorant si-
cut debẽt, c. solitæ, de ma. & obed. & an eis iura
sua subtrahant: & quandoque subijciant serui-
tuti contra, c. iuspublicum, 1. dist. 11. q. 1. conti-
nua. de iureiur. peruenit & c. nimis, cum se, de
quo in tremendo iudicio habebunt reddere ra-
tionem. Item an pro nihilo, & de facili moueãt
guerras: quas etiam ex causa propria auctorita-
te facere non debent. Item si in causis proprijs
dicunt sibi ius contra ti. C. ne quis in causa, &
l. damnamus, C. de his qui ad Ecclesias confu-
giunt, & l. nullus, C. de iudi. 2. l. 1. quorum le-
gatorum, quia non interest an aliquid fiat nulla
lata sententia vel vitiose lata, ff. de auc. tu. l. nul-
la l. quoties, ff. quæ satisda. co. Item an differant
iustitiam tantum affligendo partes laboribus,
& expensis quod aut coguntur iuri suo renun-
ciare: vel ipsum vendere vel cõponere de rescr.
nonnulli, vnde tenentur ad interesse, & alias
puniri dẽnt, de resc. c. fi. in fi. & c. cæterorum, de
iud. l. sancimus, & l. properandũ, §. illo, C. eo. ti.
67 Visitãtes aũt barones, & proceres examinetur
super cõcussionibus, rapinis, alijs, & bellis iniu-
stis, & spolijs, & homicidijs, de iurei. c. sicut, de
rap. c. 1. de penis, c. 2. 23. q. 8. vt pridẽ. Itẽ an fa-
ciãt filios suos baptizari in domib. eorũ priuatis
contra cle. 1. de baptismo. Visitantes vero mili-
68 tes petant an sint contenti suis stipendijs: & an
concutiant homines contra euangelium vbi di
citur neminem concutiatis, neque calumniam
faciatis, estote contenti stipendijs vestris 23. q.
1. paratus, & c. militare. 86. di. non satis. Item an
impugnent patriam, & Dominum propriũ cui
ex iuramento fidelitatis seruire tenentur, ff. de
reli. & sump. fune. l. minime. 23. q. 5. quid culpa
tur, l. vt vim. ff. de iustitia, & iure. 22. q. 5. de for-
ma. Item an faueant, & seruiant Dominis etiã
in iniustis bellis: quando potius debet recogno-
scere Imperatorem cæli. 11. q. 3. Iulianus. Itẽ an
exerceant se in torneamentis contra ti. de tor-
neamentis, vel in duellis quæ tota die offerunt,
& acceptant contra no. in ti. de purga. vulg. &
de pugnan. in duello, ac de omnibus alijs de
quibus in alijs præcedentibus examinibus.
69 Visitãtes insuper doctores siue magistros pe
tant, si cum indoctos, & nimis insufficientes se
sentiunt se faciunt per preces, & munuscula in
magistros promoueri, nã vix erit bonus magi-
ster, qui nõ fuit bonus discipulus, de elect. cũ in
magistrũ 61. di. quid proderit, nec pro nouis sũt
antiqui deserendi. 61. di. statuimus, nisi cũ nouo
a Deo aliquid magis reuelatur. 95. di. esto. Itẽ si
despiciunt subditos cathedrati, & pp vinũ arro
gantię ea quæ sciunt recte docere non possunt.
46. di. habet hoc proprium, & hi faciunt iniuriã
cathedræ. 40. di. multi. Itẽ si contẽnũt simplices
qui magis volunt vitare vitia morũ q̃ verborũ.
39. di. sedulo. Itẽ si conãtur dicere nõ utilia sed
subtilia; vt videantur ab hoĩbus, &c. & sic con-
fundant auditores 43. di. §. fin. 49. di. c. 1. Item si
docent falsa in cathedra contra conscientiã, vt
aliquibus placeant, 22. q. 2. primum, & c. hi ma-
li sunt, & ideo eorũ doctrina mala. 1. q. 7. conue
nientibus. Item si tacent veritatem, & vitia
quibus vinciuntur: ne seipsos repræhendere vi-
deantur, 1. q. 1. vilissimus, 3. q. 2. in grauibus. I-
tem super falsis consilijs quæ dant pro pecunia
70 quamuis iustum vendere possent, 11. q. 3. non
licet. no. in c. cum ab omni, de vi & ho. cle. Et
quæ malæ extorserũt debent restituere vel pau
peribus erogare, 14. q. 5. si habetis, 2. §. multipli
citer, & cap. non sane alioquin diabolo perpe-
tuis cruciatibus punientur, de pœni. dist. 1. §. his
71 auctoritatibus. Visitantes quoque aduocatos
interrogabunt si subdole fouens causas, prodẽ-
do propriũ clientulum præuaricatores & infa-
mes, 2. q. 3. §. notandum. Item si causas despe-
ratas fouent contra conscientiam improbos
defendentes, 11. q. 3. si quis vero. Item si dila-
tiones superfluas nituntur obtinere ad hoc tm̃
vt fugiant, & negociũ protrahant, c. 1. vt lite nõ
conte. de dolo, & contu. prout, 3. q. 8. §. tria ver.
præterea, alias puniuntur, C. de iud. properãdũ,
§. illo. Itẽ si nimis magnũ salariũ recipiunt, &
paciscũtur de quota litis, vnde ab officio essent
amouẽdi, 3. q. 7. §. tria. Itẽ si ignorantes iura cũ
nesciãt quid dicãt opprobrijs certãt, 3. q. 9. ver.
si qs adeo. Itẽ si vt alijs luctũ subtrahant, vbi est
copia peritorum: paruissimo lucro tanquam
viles, & abiecti sunt contenti. 3. q. 7. §. tria. vers.
72 apud. Item si nimis magnum salariũ recipiunt
inspecta sua facundia, labore, & quantitate cau
sæ, & fori cõsuetudine. ff. de va. & extraor. cog.
l. 1. §. in honorarijs. Item si faciunt positiones
cautulosas: vt aduersas partes decipiant, & indu
cunt clientulos ad deierandum ponendo, & re-
spondendo informant falsos testes, & quærũt,
22. q. 5. ille qui, & c. si quis conuictus. Item si
recepto salario non curent de causa: nec studẽt
nec vigilant circa eam, & patiuntur bonã causã
perdi. c. ad aures, de æta. & quali. leg. sed & ad-
des, §. illud. ff. locat. Item si sciant se nõ sufficiẽ-
tes: tamen recipiunt salarium vt alijs sufficien
tibus vices suas committant. ff. de præscrip. ver.
l. apud Labeonem, §. si. sine consensu clientuli,
l. inter artifices, ff. de solu. innecta, l. qui re. ff. de
73 fur. qui nisi veram satisfaciendo fecerint pœ-
nitentiam apud inferos perpetuo cruciabũtur,
de pœn. dis. 5. idcirco, nec habebũt in die iudicij
de allegationis nitore vel eloquẽtia subsidiũ. 6.
74 q. 3. aliorũ. Omitto ex sñia de iudicibus, procu
ratoribus, & notarijs de quibus est spãlis tracta
tus faciendus. Visitantes aũt mercatores inter-
rogent an reddant decimas personales 32. dist.
presbiter hæc. 16. quæst. 1. decimæ, c. pastoralis,
& cap. tua nobis, de decimis. Item an sub spe-
cie liberalitatis, & pietatis, vsuram palient ven-
dendo ad terminum vltra verum valorem. de
vsu. consuluit, & in alijs contractibus veris pec-

Digitized by Google

cent, de pęn.di.5.qualitas lucri. 24.q.4.quicun-
que vbi scilicet venditur carius quam ematur.
Item si vendunt carius transeuntibus,& pere-
grinis quàm vicinis,c.1.de emp. & vend.vel in
falsis ponderibus,& mẽsuris, c.vt mensuræ eo.
ti.Item de mendacijs,& periurijs infinitis, 22.
q.2.primum,& c.mihi autẽ, & ca.omne,2.q.5.
75 iuramenti. Item an seruent fidem datam, &
iuramẽtum præstitum in societatibus, quia nec
eis tunc est fides seruanda c.peruenit,de iure iu
ran.& c.sicut. Item an soluant in termino iura-
to,de pig.c.significante. Item an in remotis ni-
miam moram trahant, & cum diuersis maritа-
tis adulterium committendo:& suis causã adul
terij præbendo contra c.in præsentia, de spon.
vnde proueniunt multa mala.
76 Visitantes vero rusticos petant an reddãt de-
cimas prædiales,& personales: & an deducant
expẽsas,& salaria de fructibus: & alias fraudes
adhibeant,c.cum homines,de deci. & c.cũ non
sit in homine,& c.non est. Item an rustici diui-
tes reuereantur Dominos paupetes, eis in vitæ
necessitatibus prouidendo, quia tunc cuilibet
famæ morienti deberent subuenire.86.dis.pa-
sce.& c.non satis,& c.cum in officijs, de testa.
Item an iura dominorum subtrahant cum eis
placitando:& vexando laboribus, & expẽsis: &
aliquoties alijs potentioribus dando, illos con-
tra veros Dominos protegẽtes, c.ea te. de iure-
iur. de deci.tua nobis,C.de agri & censi. l.quẽ-
admodum cum multis alijs legibus illius ti.lib.
11.& in auth.de quæstore. colla.6.& de censib.
omnis,& an colant festa; mercata,& alia opera
seruilia non facientes,de ferijs,c.1.& si de con
se.di.3.c.1.Item de homicidijs periurijs, falsis
testimonijs,fornicationibus,& alijs communi-
bus vitijs: iniurijs, & damnis vicinis per ipsos
datis,de iniur.c.si rixati,& c.si læserit,& ca.si e-
gressus,& c.si culpa tua,& multis alijs quorum
77 tamen vita tutior est alijs.35.dist. Ecclesiæ,vn-
de versus. *Diuitiis vti res est aduersa saluti. Pau
cos crede bonos:quos beat eris bonos.* Mollities *ve
stis,coitus,gula,cura quietis. Possunt luxuriæ qua
tuor esse rota.*
78 Visitans autem pueros petat an commiserint
sacrilegium contra cap.fin de sent.exc.Item an
furtum,& periurium,c.1.de delic.pue.Item an
recognoscant a Deo bona fortunæ, gratiæ, &
naturæ, & an vitium ingratitudinis tales incur
rerint,insti.quibus modis,tu.fi. §. finitur autẽ.
Item an vitiũ calumniç,C.de epis.et cler.l.oẽs,
§.fin. Item an vitium luxuriæ aliqñ cõmiserint
anticipando tẽpus ætatis,c.impuberis, de illis,
et c.a nobis de despon.impub.quia vt ait Greg.
79 in Dialogo.in nono anno quidam impregna-
uit matrem suam:et de Salomone dicitur quod
in 11.anno habuit filium, vt refert Host.in sum
ma,de pęnit.§.cui,ver.cui pueri. Adde quod ha
betur in c.quod sedem,de frig. Et an sit doli ca
pax per exteriora bonus vir extimabit,c.ex stu-
dijs,de præsump.15.q.1.§. vt itaque.

Populus visitandus super quibus est monendus. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *De multis est monendus populus a visitatoribus, & num.2.& 5*
3 *Filij apud quem debent remanere.*
4 *Quia de spurio nefario, & incestuoso.*
6 *Iuuenes coreas, & cantilenas non ament.*
7 *Fęminæ solis maritis se possunt ornare.*
8 *Elemosinarum quæstores multos decipiunt.*
9 *Decima sunt integraliter soluenda.*
10 *Cauendum est ab ingressu monasteriorum.*
11 *Meretrices a castis in habitu differre debent.*
12 *Alchimia non est facienda.*
13 *Religiosi falsi in suis sape sermonibus prælatis detrahunt.*
14 *Iustus pro iniusto sape perit.*
15 *Sacra vestimenta, & alia homini ad prophanos vsus non dentur, et nu.16*
17 *Missæ vbi sunt audienda in magnis festis.*
18 *Populus in Ecclesia qualiter se debeat habere, & num.19*
20 *Oratio in leuatione corporis Christi dicenda, & aliat orandum, nu.21*
22 *Mulieres non possunt incensare.*
23 *Offeratur aliquid in missa.*
24 *Aqua benedicta multa bona facit.*
25 *Sacerdotis mala vita non polluit sacramenta.*
26 *Crucis signo sape se consignare optimum est.*
27 *Baptismus dũ ministratur quot patrini dẽnt esse.*
28 *Cognatio spũalis an contrahatur per cathecismũ.*
29 *Baptismus vbi debet ministrari.*
30 *Haretici sunt fugiendi, & illis fauentes in multis puniendi.*
31 *Sarraceni in nullo sunt adiuuandi.*
32 *Matrimonia in gradibus prohibitis non sunt contrahenda.*
33 *Matrimonia debent esse libera.*
34 *Matrimonium propter publicam honestatem impeditur.*
35 *Matrimonium cum meretrice contractum proficit ad remissionem peccatorum.*
36 *Aedictum de matrimonio est prohibitorium.*
37 *Matrimoniũ per impuberes non est contrahẽdũ.*
38 *Matrimonium an sub conditione possit fieri.*
39 *Votum an impediat matrimonium.*
40 *Cognatio spiritualis impedit matrimonium in 22 casibus.*
41 *Matrimoniũ cũ frigidis non est contrahẽdum.*
42 *Dotem mulier perdit, qua propria auctoritate diuertit.*
43 *Matrimonii diffinitio.*
44 *Nuptiæ secunda non sunt benedicenda.*
45 *Confessio saltem semel in anno est facienda sacerdoti proprio.*
46 *Confessoris conditiones.*
47 *Pęnitentia sunt arbitrarie.*
48 *Confessio per mulieres audiri non debet.*
49 *Curatus non presbiter potest licentiare super confessione alteri facienda*
50 *Excõicati ab actibus legitimis sunt repellendi.*
51 *Vota sunt persoluenda.*
52 *Votũ quãdoq; põt differri aut in aliud cõmutari.*
53 *Ieiunare quis potest pro alio.*
54 *Ablata male sunt restituenda.*

1 Octauo quæro principaliter super quibus obseruandis populus a visitatorib. necessario sit monẽdus? Resp. quod super multis. Et quod secundum qualitatẽ regionũ, et locorũ. Et primo ne parentes teneant infantulos secũ ad dormiendum in lecto infra annũ saltem, sed teneant in cunabulis propter periculũ patricidij, de quo in ca.1.et 2.de patribus qui filios occiderunt. Itẽ q̃ mulieres Christianæ lac nõ præbeant infantulis Iudęorũ pp scandalũ fidei, c.et si Iudæos, de Iudæis, & ide econtra eadẽ rõne. Tertio vt nõ exponant eos ad hospitalia contra pietatẽ, et charitatẽ, de quo in c.1.de infan. exp. Quarto vt caueãt ne faciant abortũ pp culpam inexcusabilem, de quo in c.si aliquis, de homic.

c.Moy-

Digitized by Google

& c.Moyses.32.q.2.cum concor. Moneantur et
3 ut pueri post trienniu apud patre non suspectu alantur,& cu eo non morentur in cuius sut potestate:& cuius sequuntur familia,& q in etate tali quis apud illas non temaneat personas, de quibus possit esse suspicio q saluti vel vitae insidientur illoru,c.fi.de conuersi infidelium.C.de patria potest.l.nec filiu,C.de infantib. expositis l.2.& ext.e.ti.c.r.ante trienniu vero magis materno indiget solatio q paterno, qm ante partu sibi fuit onerosus,i partu dolorosus, & post partu laboriosus sibi extitit,vt habetur in d.c.fin.& haec est rō q consueuit assignari a doctorib. qua re matrimoniu potius sic appelletur q patrimoniu,& quia vir nō hēt potestate sui corporis sed mulier,c.quaedā,de coiter.contu.sunt ei vna caro,c.ad Apostol.e.ti. Desputio aute, nefario,& incestuoso dic vt plene hr in c.cum hēret.de eo qui dux.in matri.q poluit per adulteriu, vbi et vide de dote,& per Bar.in l.cu pater,§.pater naturalis.ff.dele.2. Quinto vt moneat pueros suos
5 grandiusculos sal tē doli capaces: & corrigat vt caueant a furtis,mendacijs,& periurijs,quibus plena est pueriIis aetas: & a malis cōuersationibus,& moribus,vt in c.1.de delic.puero, & hētur in glo.August.super,c.de con.di.4.pa ruuli. Prouideant et nc pueri seducantur ad ingrediēdam religionem,c.ad nostrā,& c.significatū,& c.cum simus,de reg.Sexto vt moneat paruulos
6 iuuenes,& puellas ne in solēnitatibus sanctoru saltationibus turpibus aut alijs cantilenis inuigilent:sed magis diuinis officijs vacent. de cō.di. 4.c.irreligiosa. Septimo q nulli ciuiu vnquā Paschae Natalis Domini; aut quadragesimae solemnitates in villa celebrent:nisi quos infirmitas te nuisse probatur,c.nulli.e.di. Septimo q nō committantur docendi magistris, & doctoribus histrionibus,& magis:qui puerorū non erudiēdorū sed perdendorū ca id quod male didicerunt, ceteris quoq; insinuant,c.pro dilectione,de cō. di.2.Octauo inhibeant puellis ne se dēant fuca re figmentis, vt rubicundiores vel candidiores appareant adulterina fallacia q nō dubium est
7 et ipsos maritos se nolle decipi:quibus solis per mittendae sunt foeminae ornari,secundū veniam nō scdm imperiu.Inhibeat et vestiu pompā, & sindale,& superfluitates ligaturaru,& ornamēta auricularu.Itē quae magis ad seruitute daemo nu quā placitu adhibentur,contra ca.fucare,de cons.di.5.Nono iubeant puellas custodiri a cōuersationibus clericoru,& cōfabulationib. maxime solas cum solis,c.solus.81.dis.& non hēre lauacra cōia,c.non esset.eo.di. Decimo iubeant
8 oibus ne patiantur se decipi a quaestorib. eleemosinaru:qui vt simplices decipiant, falso pdicant ad extorquendu auru subtili,& fallaci ingenio se posse super natalibus dispensare a periurijs, homicidijs,& a peccatis alijs sibi confitētes absoluere:male ablata incerta data sibi aliqua pecuniae quātitate temittere:ac relaxare tertiā aut quartā partē de iniunctis pœnitentijs; aias tres vel plures parentu vel amicoru illorum qui eis cōferunt elemosinas de purgatorio extrahere: & ad gaudia paradisi perducere, & benefactoribus locoru quoru questores existunt remissio nē plenariā indulgere:& aliqui ex ipsis eos a pœna,& a culpa absoluere.Quorum questoru abusus dānat concilium Viennense,& mādat puniri tanq cedentes in aiarum periculu,& scādalum plurimoru,& inhibet eos recipi,& admitti: nisi Apostolicas, & diocesani literas exhibuerint, sed solu tolerari cu literis praefatis indulgentias

sibi concessas populo insinuare,& caritatiua postulare subsidia absque praedicatione,& alijs ex positionibus. Mandat et diocesanis vt Apostolicas literas eorum,ne quid fraudis cōmitti valeat,anteq admittantur ad questandu diligēter examinent,quarum literaru tenor hētur forma lis,in c.cum ex eo.de pœn.& rem.& reuocantur quo ad hoc oia priuilegia contraria et Apostolica,vt patet in cle.abusionibus,eo.ti.de paen.& rem.Adde cle.cupientes,§.1.de pœnis. Item mo nendus,& informandus est populus ad integrā
9 solutionem decimarum, & aliarum reru ecclesijs debitarum tam verbo q opere: vt ad id sint prompte voluntatis aio intenti.s.primitiaru, & oblationum,& oium eorum quae debētur ecclesijs ex laudabili consuetudine,puta oleum lampadis,&c.ad q et praedicandum tenentur regulares praedicatores,& minores: quibus spāliter inhibetur q tam in praedicationibus quam con fessionibus,& collationibus, & disputationibus non retrahant aliquos a praemissoru solutione, vt in c.1.de decimis.li.6.& ibi plene no. Monē dus est,& populus vt caueat ab ingressu mona
10 steriorum, nam nulli et honestae personae, nisi rationabilis,& manifesta causa existat: sicut in medicis:barbitonsoribus,carpentarijs, sartoribus,& alijs similibus,sine spāli licentia illius ad quem pertinet ingredi monasteria mulierum, licet:nec ecōtra mulieribus virorum vt sic a publicis,& mundanis conspectibus separatae omnino,seruire Deo valeant liberius: & lasciuiendi opportunitate sublata,eidē corda sua, & cor pora in oi sanctimonia diligentius custodire, c. 1.de sta.reg.li.6.quinimmo nec monachi ad eas accedere debent,nec econtra,nec cum eis collo qui:nisi in praesentia Abbatissae,& p modica ver ba.18.q.2.diffinimus, & ideo nulla monasteria debent esse duplicia vt ibi,& in capitulis se. Cō
11 pellant et meretrices ad portandum habitum distinctum ab alijs honestis mulieribus, secundum Bal.in l.mimae.C.de epāli aud.Item quod nemo romipetas, & peregrinos, et mercatores molestare praesumat inhibeant, c.si quis romipetas,24.q.3.cum duobus capitulis sequentib. Item q caueat a superstitionibus.s. de nō iurando,non comedendo caules cu lardo.32.q.1.nō est.30.di.c.vl.Item q non comedant uel bibant cum paganis, Iudaeis,vel haereticis. c.si quis inquit.1.q.1.Item q parentes corripiant filios, c. displicet.23.q.4.et C.de emendati.seruorum,et
12 de emendatione propinquoru.Itē q non fiat al chimia de qua per Bar.in vsib.feu.in ti.quae sūt regaliae.Item clauicula Salomonis, & alij libri mathematicoru,et nigromantiae cōburantur, l. mathematicos,C.de epali audi. Item monēdus est vt diebus festiuis caueat ab omni illicito opere,et abstineat ne mercatu in eis faciāt,nec placitum:nec ad mortem vel ad pœnā aliquis iudicetur,prout hr in c.1.et fi.de ferijs, nisi in casib. de quib. in d.c.1.s. pro pace vel necessitate,&c. c.licet,e.ti.Item q nō faciant nuptiatu solēnitates tpibus interdictis ab ecclesia.s. ut carnaliter nō coiungantur, prout traditur in c.capellanus, de ferijs,et 34.q.4.nō oportet,et c.nō pt.de quo in c.ex literis,de mat.cōir.cōtra interdictu Ec
13 cle.Itē q caueant et a nonnullis falsis religiosis qui in sermonibus suis detrahunt ecclesiarum praelatis,et retrahunt laicos ab ecclesiaru suaru parochialium frequenti accessu, et indulgētias pronunciant indiscretas: et factionibus testamentorum interessentes, a restitutionibus debitis aut legatis matricibus ecclesijs faciendis

retrahunt testatores, ac legata, vel debita, aut male ablata, non certa sibi aut alijs singularib. sui ordinis fratribus, & conuentibus in aliorũ præiudicium fieri seu erogari procurant: aut ẽt in casibus sedi Apostolicæ aut locorum ordinarijs reseruatis, plures absoluunt:& personas Ecclesiasticas præsertim coram iudicibus Apostolicis delegatis suam contra eos iustitiam prosequentes, vexant indebitè: aut ad loca plura, & præsertim multum remota conuenire præsumunt, quoniam tales puniri mandantur. vt in cle. 1. §. quibus, de priuil. ac ẽt certis temporib. iniungitur illis vt sermonem faciant populo super decimis integre soluẽdis, & cetera vt ibi. Vnde est aduertendũ ad verba, & formã suarũ conseruatoriarũ, an. s. & qũo derogẽt, c. 1. & si. de os. del. & ꝙ non ex seudantur aliter quã no. Io. An. in c. cum in illis, circa si. in nouella de præb. li. 6. Caueant etiam vt sacra vasa ab alijs quã à clericis non contrectentur: ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagam imponat populo suo, & hi etiam qui non peccauerũt pereãt
14 quia perit iustus sæpissime pro impio, c. in sancta, de conse. di. 1. similiter nec vestimẽta Ecclesiæ quibus Domino ministratur, quia s. cr. ta debent esse, & honesta, & quibus in alijs vsib. non debet frui quam ecclesiasticis officijs, nec ab alijs debent contingi nisi a clericis ne vltio quæ Balthasar Regem percussit, super transgredientes veniat, & corruere eos faciat ad yma. c. vestimenta, e. dist. Non præstentur ẽt ad nuptiarum
15 ornatum ad ministeria diuina deputata, ne dũ improbo tactu vel pompa secularis luxuriæ polluuntur, ad officium sacri ministerij videantur indigna, ergo minus ad laruas faciendas cõtra c. cum decorẽ, de vi. & ho. cle. vt in c. ad nuptiarum, e. di. Ligna ẽt ecclesiæ non debẽt ad aliud opus iungi: nisi ad aliam ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad perfectum in monasterio fratribus; in laicorũ autẽ opera non debent ad-
16 mitti, c. ligna e. di. Sic & altaris palla, cathedra, candelabrum: & velum si fuerint vetustate cõsumpta, incendio debentur, quoniam non licet ea quæ in sacrario fuerint, male tractari, cineres quoque eorum in baptisterio inferri debẽt: vbi nullus transitus habeatur, aut in pariete aut in fossis pauimentorum iacientur: ne introeuntiũ pedib. coinquinentur, c. altaris, nec mortui obuoluantur vestimentis altaris, c. nemo. e. di. vbi dicitur pallas, & vela quæ in sanctuario sunt si sordidata fuerint ac ministeria Diaconi cũ ministris intra sanctuarium lauent non ejcientes foris a sacratio, & velamina dominicæ mensæ: ne forte puluis corporis Dominici male decidat, syndonem vero non foris abluant, idcirco intra sacrarium ministris præcipitur cũ diligentia custodiri, si peluis noua cõparatur hæc nihil aliud tangat, sed nec ipsa peluis velis apponatur lauandis nisi quæ ad Dominici altaris cultũ pertinet, & palle in alia pelui lauentur, & in alia vela ianuarũ. Debet ẽt esse cura hostiarijs ex admonitione maiorum, ne quis vela ianuarũ domus Domini negligens aut ignarus manib. incongrue tangat, tergendo. s. manus, vt in d. c. nemo. Caueant ẽt laici de confratrijs, & habentes oratoria pro cõmoditate familiæ quod in festo
17 Paschæ aut Natalis Domini, Epiphaniæ, Ascẽsionis, Penthecostes; Natalis sancti Ioannis Baptistæ, & si qui dies maxime festiuitatis habentur, non nisi in ciuitatibus aut parochijs missas audiant, nam clerici quæ in his festiuit. tibus in oratorijs (nisi iubente aut permittẽte episcopo) missas celebrauerint, puniuntur vt in c. si quis;
18 ea. dist. Moneatur ẽt populus conuersari cum deuotione in Ecclesijs, & audire integram missam, & quod dum euangelia leguntur non debeant sedere sed stare venerabiliter in rõspectu euangel: j: & verba Dominica intente audire: & fideliter Deum adorare, c. Apostolica, eo. dis. & quando stant ad orationem debent vigilare, & incumbere ad preces toto corde, & ois cogitatio carnalis, & secularis dẽt discedere, nec quicquam animus quã id solum cogitare quod precantur. Ideo sacerdos ante orationẽ præfatione præmissa parat mentes eorũ: dicendo, sursũ corda, vbi dum respondet plebs, habemus ad Dominũ admonetur nihil aliud se quam Dominũ cogitare debere, claudatur ergo cõtra aduersarium pectus: & soli Deo pateant: & claudantur oculi inuenum: ne ad se hostem Domini tpe orationis ventre patiantur, c. quando, e. dis. ite ꝙ flectant genua, & se reuerenter inclinent dum eleuatur corpus Christi, s. flexis genibus: & possunt dicere hæc verba. *Salue lux mundi, verbum*
20 *patris: hostia vera. Viua caro, deitas integra: verus homo.* vel *Transubstantientur res iste in corpus, & sanguinem tuum Domine, ad honorem, & laudem nominis tui: et ad cõfusionem peccatorũ, & ad salutem animar. m nostrarum uel orationem Dominicam*, vt no. in d. c. sane, de celeb. mis. & in c. nihil, de conse. di. 2. no. in cle. ad nostrũ, ver. 8. de hæret. Item quando pulsatur Aue Maria in aurora, & in sero ad laudes virginis, vt nota glo. in cle. 1. de Iudeis, & Sarracenis, super ver
21 bo Zabazala. in fi. Item quod non ponãt se laici secus altare: dum sacra misteria celebrantur ad standũ vel sedendum inter clericos, quia ille locus solis clericis psallentibus patere dẽt, ad orandum tamen & cõicandum sicut mos est laicis, & feminis patere debet sancta sanctorũ, ca. 1. de vit. & hon. cler. intrando, non tamen stãdo,
22 c. sacerdotum, de con. di. 2. Incensum aũt circa altare portare mulieres ẽt sacrate nõ debẽt. 23. dist. sacratas, de con. di. 1. in sancta. nec in missa presbytero ministrare, c. 1. in fin. de coha. cle. &
23 mulie. Moneantur etiam vt in missa semper aliquid offerant reducentes ad memoriam quod Deus per Moysem dixit non apparebis in conspectu meo vacuus, & qd apparet in collectis sanctorum patrum, ad ipsum. n. prius cõfugiendum est quæ nostre possit curare aiæ passiones, & non peruerso ordine antea sibi opem ab hoibus accersiri, vbi humana subsidia defecerũt, & tunc opinari diuini postulandã fauoris gratiã, c. omnis Christianus, de con. dis. 1. Moneatur ẽt,
24 quod deuote suscipiant aquã benedictã a sacerdote sale benedicto aspersam, vt per eã aspersi sanctificentur, & purificentur, nã si cinis vitulæ aspersus populũ sãctificabat: multo magis aqua sale aspersa, diuinisq; precibus sacrata populũ sanctificat, & si sale aspersio per Helyseũ Prophetã sterilitas aquę sanata est: quantu magis diuinis precibus sacrata sterilitatem terũ aufert humanarũ: & coinquinatos sanctificat, & purgat, bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a phantasmatis versutijs homines defendit, c. aqua, de conse. di. 3. Nec terreat eos mala uita sacerdotis benedicentis, quia propterea non est
25 a qua prophana, & adultera, super qua nomen Dñi inuocatur: ẽt si a prophanis, & adulteris inuocetur, quia nec ipsa creatura nec ipsũ nomen adulterum est, c. non est. de conse. di. 4. Item nec impetratur quia verba exorcizationis per impetitiam prolata, non impediunt sanctificationem

aquæ,c.si nõ sanctificatur,e.di. & vide omnino
circa hæc,verba elegantia Cipriani i de quib. in
c.nec quenquam,e.di. & addo quod in sabbato
sancto Paschæ,vel Penthecostes si quis velit a-
quam consecratam in domo sua ad aspersionẽ
accipere,ante chrismatis infusionem recipiat,vt
in c.in Sabbatti.e.di. Moneantur ẽr vt sæpe con
26 signent se signo crucis i vt apostata diabolus in
vase suo pristino interemptionis suæ cognoscẽs
signum,sibi iam deinceps illud sciat esse alienũ,
c.postea,de conse.di.3. nam & omnia sacramen
ta sacerdotalis ministerij crucis signo perficiun-
tur:& baptismatis vnda non nisi cruce sanctifi-
cata, peccata relaxat. nec sine crucis signaculo
quis sacerdotij gradus ascendit, c.nunquam,e.
di.Item vt addiscant confessionis formam quæ
dicitur in missa. Item orationẽ dominicã :& sim
bolum,de quo in c.Deus,qui de pen.& re. & in
27 c.id semper,de consf.di.5.Moneãtur ẽr vt nõ plu
res ad suscipiẽdum de baptismo infantem acce
dãt quam vnus siue vir,siue mulier, & idem in
confirmatione crismatis;dum tamẽ non sit Ab-
bas vel monachus, quibus non licet cõmatres
vel compatres habere, c.nõ plures,cum se.e.di.
in cathecismo enim,& in baptismo, & in confir
matione vnus patrinus fieri põt si necessitas co-
git vel de consuetudine Romana singuli ad sin-
gulas debent suscipere,c.in cathecismo,e.di.nã,
28 & per solum cathecismũ contrahitur cognatio
spiritualis:& impeditur matrimoniũ contrahẽ-
dum vix:& quod vix fit non est dubium fieri,c.
per cathecismum,de cognati.spiri.li.6.Si tamen
plures accesserint ad fontem, & leuauerint ba-
ptizandum;contrahitur inter oẽs spiritualis co-
gnatio etiam dirimens matrimoniũ iam cõtra-
ctum,& idem in confirmatione,licet secus sit in
29 alijs sacramentis,c.fin.eo.ti.& li. Et adde,quod
extra ecclesiam & alibi quam in fonte deputato
non debet baptismus præstari, nisi vbi subesset
necessitas; aut filius Regis,vel Principis foret
baptizandus.De Principe dico qui maior est du
cibus,& marchionibus,& comitibus vt in cle.1.
de baptis.& ibi not.& caueat mulier ne p̄sumat
baptizare,ca.mulier,de conse.dist.4.vbi mulier
quantumcunque docta,& sancta, viros in con-
uentu docere vel aliquis baptizare prohibetur,
sic nec laici possunt baptizare:nisi necessitate co
gente,c.constat,& c.in necessitate,e.di. & tunc
propter dubium an baptizati sint, põt sacerdos
illos solẽniter baptizare, præmissis his verbis,si
baptizatus es non te re baptizo:sed si nondũ ba
ptizatus es:ego te baptizo,ca.2,de baptismo, in
forma.s.de quæ in c.1.eod.ti.Moneantur etiam
30 ne credant aut faueant hæreticis:neq; receptẽt
eos,aut defendant; alias sunt excõicati, & nisi
infra annum ex tunc satisfecerint:efficiũtur in-
fames,nec ad publica officia seu consilia nec ad
eligendos aliquos ad huiusmodi:nec ad testimo
nium admittuntur:& efficiuntur intestabiles:&
non possunt libere testari,nec ad hereditatis suc
cessionem admitti; & nullus sibi super quicũq;
negocio, sed ipse alijs respondere cogitur, & si
forte iudex extiterit:eius sententia annullatur,
nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferri
possunt,si fuerit aduocatus,priuatur officio pa-
trocinij,si tabellio, instrumenta confecta per ip
sum nullius sunt momenti, & idem de simili-
bus sed cum auctore sunt damnati, vt in ca.ex-
communicamus,§.credentes, de hæreticis,&
c.si aduersus,eo.ti.cum concor.
31 Moneantur etiam ne sarracenis arma, ferrũ,
aut lignamina deferant galearum, aut galeas,
vel naues eis vendant:aut in piraticis eorum na
uibus curam gubernationis exerceant:vel in ma
chinis,aut quibusuis alijs aliquod eis impẽdant
consilium,aut auxilium,in Christianorũ dispen
dium:talias sunt excõicati,& hęc monitio sępius
præsertim in diebus festiuis omnibus facienda
per terras maritimas,vt in c.ad liberandam, &
in c.ita quorundam,de Iudæis,quinimmo, du-
rante guerra Christianorũ contra eos, non licet
habere mercimonium cum eis vel per se vel per
alios: nec nauibus vel quicunque alio ingenio
eis aliquæ rerum subsidia seu consilia impẽde-
re, vt in c.quod olim,eo.ti.vbi patet tales esse ex
cõicatos. Moneant ẽt visitantes præcipuẽ oẽs
qui diuino timore postposito in suarum pericu-
32 lum animarum scienter in gradibus cõsangui-
nitatis.s.in quarto vel citeriori, vel affinitatis.s.
primi generis constitutione diuina ac canonica
interdictis,de quibus in c.non debet,de cõsang.
& affinit.aut cum monialibus matrimonialiter
contrahere non verentur:necnon religiosas, &
moniales ac clericos in sacris ordinibus constitu
tos matrimonia contrahentes, quod abstineãt,
alias ipso facto sententiam excõicationis incur-
rent,&c.cle.1.de consang.& affin.Itẽ quod nul-
33 lus compellatur ducere in vxorẽ quam odio ha
bet,iuxta c.2.de spon.& ideo quia matrimoniũ
quod solo consensu contrahitur, plena debet
securitate,gaudere ex parte eius cuius est ani-
mus indagandus:ne per timorem dicat sibi pla
cere quod odit:& sequatur effectus,quæ de inui
tis nuptijs solet prouenire: nec locũ habeat con
sensus:vbi metus vel coactio intercedit:manda-
tur quod mulier negans matrimonium honeste
detineatur in monasterio libera: donec causa
terminetur,c.cum locum, de sponsalibus debẽt
ergo matrimonia esse libera etiam a pœna con-
uentionali,c.gemma,eo.tit.
34 Moneant ẽt omnes ne sponsas fratrũ suorum
quærant sibi matrimonialiter copulare,c.ad au
dientiam,eo.tit.quinimmo etiam sponsam alte
rius si est nubili ætati proximus, nullus consan-
guineorum aliquando sibi põt matrimonialiter
copulare,c.sponsam,eo.ti.propter scilicet impe
dimentũ publice honestatis iustitiæ, quod impe
dimentum exoritur ex quibuscunque sponsali-
bus etiam ratione consanguineitatis,affinitatis,
frigiditatis,aut religionis, vel alia quauis causa
nullis:puris tamen, ex conditionalibus vero nõ
oritur,vt in c.1.de sponsalibus,lib.6.quia condi
tionalia sponsalia consensum habent incertum,
vt ibi.Item moneantur quod coniuges causa ca
ptiuitatis vel peregrinationis absentes nõ cõtra
hãt cũ alijs:donec certũ nunciũ recipiat de mor
te,quocũq; tpis lapsu non obstante,c.in præsen
tia,eo.ti.& 34.q.2.cũ p bellicã,& si de facto cõ-
trahant:nõ exigant debitũ, sed reddãt, & cũ de
vita fuerint certificati,statim recedãt ab inuicẽ,
c.Dñs,de sec.nup. & aut.hodie, C.de repud.&
In aut.vt liceat matri,& auię.§.q aũt colla.8.Et
an mulier teneatur sequi maritũ etiã in carcere
vel sepultura,&c. & si in sepulchro vlnmi viri
vel primi vide gl.in c.vna quęquã.13.q.2. Et q̄a
35 inter opera charitatis nõ minimũ est errãtẽ ab
erroris suis semita reuocare:proficit ad remissio
nẽ peccatorũ ei quæ ex lupanari extractã ducit
in coniugẽ,c.inter opera,eo.tit.Prohibitoriũ est
36 ẽt edictũ de matrimonio cõtrahẽdo; vt quicũq;
nõ prohibetur,p cõsequentiã admittat,& solus
sufficit cõsẽsus ad mr̄imoniũ cõtrahẽdũ eorũ de
quorũ cõiunctionib. agitur, c.cũ apud.e.ti.licet
ẽt verba requirãtur iter valẽtes loq.c.tuę.e.ti.&

viro dicenti quod vxorem suam cognouit etiam
negante muliere creditur: prout dicitur in c.con
tinebatur, de despon.impub.
37 Moneantur etiam impuberes, quę ex habitu cor-
poris non ostenderint pubertatē: & puellę nō puer-
peræ in annis puerilibus, ne contrahāt pp perple
xitates, de quibus in ca. pubertes, & per totum de
despon. impub. et c 1. eo. ti. lib. 6. Item quod nulli
contrahant matrimonia clandestinę videlicet si-
ne testibus, aut solemnitate, aut contra tenorem
capituli cum inhibitio. de clandest. despon. & ca.
aliter. 3. q. 5. Item quod quæ vni præstitit fidem,
consensus, non contrahat cum alia. c. 1. & per to-
tum, de spons. duorum. Itē quod in matrimonio
38 non inserantur conditiones contra substantiam
coniugij, c. si. de condict. ap. puta si generationē
prolis euites: quod est vnum de bonis tribus ma-
trimonij, vel donec inueniatur alius honore vel
facultatibus dignior. aut si pro questu ad adul-
terium se tradant contra fidem, & sacramentum
39 quæ sunt alia bona matrimonij. Item ne contra
votum simplex quod impedit contrahendū: aut
solemne quod dirimit iam contractum, aliquis
contrahere matrimonium non præsumat, c. rur-
sus, & per totum quæ clerici vel vouentes. Item
ne quis contrahat eum ea qua polluit per adulte
rium, c. 1. & per totum de eo qui duxit in matrim.
quam polluit per adulterium. Item quod caueāt
quomodo contrahant cum leprosis, aut cum ser
uis, vt habetur in titulis, de coniugio leprosorū,
40 & de coniug. seruorum. Item quod caueant ne
contrahant cum coniunctis cognatione spiritua-
li, iuxta determinationem, c. 1. de cognati. spiri. li.
6. Non enim valet matrimonium inter confir-
matum, & baptizatum, et suscipientem, & confir
mantem, & filios suscipientis, nec confirmatum,
& vxorem suscipientis prius cognitam, & susci-
pientes, et parentes confirman, et vxorem susci-
pientis prius cognitam. Item inter confirmantē,
et confirmatum ac confirmatum, et filios confir
mantis, & eius vxorem prius cognitam, & ipsum
confirmantem, & parentes confirmati. Et ideo
sub verbis eiusmodi. 20. sunt casus propterea pro
hibiti, vt ibi. Et idem de coniunctis cognatione
legali donec durat adoptio. c. 1. de cognat. legali.
Item vt quæ cognouit consanguineam vxoris
suæ, abstineat prout in ti. de eo qui cognouit con
sang. vx. suę. Coniugium ergo multum fauoris
obtinet. cap. tua, de consang. & affin. quia quos
Deus coniunxit, homo non separat. c. de infideli-
bus, eo. tit. non tamen propterea debet reprehen
sibile iudicari si secundum varietatem temporū
etiam circa ipsum statuta varientur humana, ca.
41 non debet. eod. titu. Item quod caueant ne con-
trahant cum frigidis, & maleficiatis, alias seruen
tur quæ habentur in capitulis fraternitatis, lau-
dabilem, eo. ti. de frig. & malef. Item ne contra-
hant contra interdictum ecclesiæ, alias punian-
tur, vt in c. 1. de matrimonio contracto cōtra in-
terdictum Ecclesiæ, per totum tit. Item ne coniu
ges faciant diuortia contra c. porro, & per totum
de diuor sunt enim duo in carne vna, &c. vt in c.
42 gaudemus, eo. ti. Et caueat mulier propria autho
ritate diuertens, quia nec dotalitium poterit re-
petere, c. plerunque, de donat. inter vir. & vx. Est
43 enim matrimonium maris, & fœminæ coniun-
ctio indiuiduam vitæ retinens consuetudinem,
c. illud, de præsump. non enim debent dissolui le
uitate quædam matrimonia canonice cōtracta,
ca. lator. de re iudic. Et adde quod viduis contra
iustitiam non est fauor Ecclesiasticus conceden-
dus, c. nuper, in fi. de dote post diuor. re. & quod
44 secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ, ca. 1. de
secundis nupt. & ideo cum fuerint semel benedi-
cti, non debet reiterari benedictio, vt ibi. mortuo
namque altero coniugum, alter potest alteri nu-
bere in Domino sine metu infamiæ, & aliarū pę-
narum ciuilium, c. pen. & fi. eo. tit. propter aucto-
ritatē Apostoli, de qua ibi. & quòd tolerabilius,
&c. c. licet ex quędam, in fi. de testibus.
Demum ne quisquam ex ignorantiæ cæcita-
te velamen excusationis assumat, frequenter etiā
in Ecclesijs publicetur, & monitio fiat generalis
45 quòd omnis vtriusq; sexus fidelis postquam ad
annos discretionis peruenerit, spiritus. s. doli ca-
pax, omnia sua solus peccata etiam venialia de
quibus recolit saltem semel in anno, & si non fre
quentius fideliter confiteatur proprio sacerdoti
perito tamen: vel alicui discreto tunc de eius li-
centia, & in iūctam sibi pęnitentiam propr. js vi-
ribus studeat adimplere: alias non esset fructuo-
sa confessio; quia alienus sacerdos ipsum non po
test absoluere, vel ligare, &c. nisi in casu de quo p
glo. in c. dudum. 2. de elect. & in clem. dudum, de
sepulturis. Item quod recipiat reuerenter ad mi-
nus in Pascha similiter Eucharistiæ sacramentū:
nisi forte de proprij sacerdotis consilio ob ali-
quam rationabilem causam ad tempus ab eius
participatione duxerit abstinendum, alioquin vi
uens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens
Christiana careat sepultura, c. omnis, & ca. Deus
46 qui, de pęn. & remis. Debet autem sacerdos esse
discretus, & cautus: vt more periti medici super
infundat vinum, & oleum vulneribus sauciati:
diligenter inquirens omnia peccata, & circūstan
tias etiam peccatorū: prudenter intelligens qua-
le ei debeat prębere consilium; & cuius modi re-
medium adhibere diuersis experimentis vtendo
ad sanandum ægrotum, & non sicut imperitus
medicus vno collirio mederi oculis singulorum.
28. di. necesse. Diligenter ergo debet experiri vi-
res ipsius: qualem. s. pęnitentiam posset portare.
art. 26. q. vlt. alligant, c. sic vt potius reddant ra-
tionem de misericordia quam de crudelitate. vt
ibi. 86. di. non satis, vltra medium, & 11. q. 3. ne-
47 mo peritorum. Pœnitentia igitur non tā secun-
dum quantitatem excessus quam pœnitentis cō
tritionem pro confessoris discreti arbitrio mode-
randa est: pensata qualitate personæ, & conside-
ratis circunstantijs omnibus, & præsertim noua
reductione ad fidem: quibus iuxta Apostolū lac
in potum dari debet, nō esca: & paulatim instrui
in fide, confessionis formam, orationem Domi-
nicam, & simbolum edocendi: & Eucharistiæ sa-
cramentum temporibus consuetis, & in mortis
articulo tribuendum, c. Deus qui. eo. ti. sunt ergo
pęnitentiæ arbitrariæ. 26. q. 7. tempora pęnitudi-
nis, de pęnit. dist. 1. mensuram, & ca. significauit,
& c. quæsitum, de pęn. & rem. ita vt pro austeri-
tate pœnitentiæ nullus a seruitio Ecclesię retra-
hatur, & aliquod salutis periculum formidetur
vt d. c. significauit. Manifesta tamen, & publica
peccata non sunt occulta correctione purganda,
vt in d. c. quęsitum, & ca. 1. de pęn. & rem. & c. x.
de maledicis, ex causa etenim pœnitentia potest
48 commutari, c. licet, eo. ti. Mulieres tamen confes
sionē audire non possunt nec alia facere de qui-
bus in c. noua quadam, eod. tit. Et adde quòd ne
pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat
animarum: permittitur Episcopis, & alijs prala-
tis superioribus ac etiam minoribus exemptis, vt
etiam preter superioris licentiam prouidum, &
discretum sibi possint confessorem eligere sacer-
49 dotem, c. fin. eo. tit. Et adde quod sufficit licentia
Paro-

Digitized by Google

parochialis qui adhuc pubere non est:puta quia
est infra annum vel dispensatus per episcopum,
iuxta capitulum cum ex eo.de elec.lib 6.vel,est
parochialis collegiata.e.ti.statutum,facit de cle,
suffraganeis,de transla.c.1.& ibi not.Et videtur
etiam sufficere licentia vicarij generalis iuxta di
ctum.cap.cum ex eo.facit cle,cupientes, de pœ-
nis prius factum etiam excusatur a pœna quan-
do id facit de licentia diocœsani,vt in cap. 2.in
fi.de pœni.lib.6.nam diœcesis est parochia, de
dona.Apostolicæ in pri. & episcopus presbyter.
25 di.olim.de pecul.cle.c.2.& not.Io.An.in d.
cap.omnis super verbo proprio,maxime quan-
do vacat Ecclesia parochialis,consultius tamen
est abstinere de quo not.per glo plene in cle.1.
de priu.& in c.2.de off.archipræs. facit in simili
de mreitur.verum,& quod habetur de Iudæis si-
gnificauit,& de re iudi.inter.super 3.glos.bona
fide tamen confessus absolutus esset quo ad deũ
vt not.gloss.in cle.dudum,de sepulturis, super
verbo audire,facit quod habetur de elec. dudũ,
2.in glo.quia cum nulla tamen cõsuetudine po-
test introduci quod aliquis possit sine superioris
licentia confessorem sibi eligere qui cum possit
absoluere vel ligare.c.2.in ti.de pęni. & re.li. 6.
vbi plene not.

50 Et si sunt excommunicati quoquo modo,ma
iori scilicet excommunicatione vt petant se ab-
solui,alias sunt ab agendo,patrocinando,testan
do,& ab alijs legitimis actibus faciendis repel-
lendi,vt plene habetur in c.decernimus de sen.
excom.lib.6.Moneantur etiã vt confitentes pro
ponant se de cetero velle abstinere a peccatis,&
facturos in iunctam pęnitentiam, & quod do-
leant se saltem non posse dolere & lachrimari,
&c.& se doleant non esse debite præmeditatos,
ac petant a confessore quod omnia bona quæ fe
cerunt,& facturi sunt quæ opera mortua dicun
tur,vltra alios eorum effectus disponant etiam
cedere in remissiones suorum peccatorum, de
quibus plene de pęni.d.1.& sequentibus,& per
Spec in suo repertorio de pęn.& re, quem omni
no vide.Moneantur etiam pariter super omni-
bus alijs necessarijs,& expedientibus pro arbi-
trio prudentis visitantis attenta qualitate perso
narum,& locorũ,& exercitiorum, & quas mo-
nitiones vno anno facere non potest suppleat in
annis sequentibus,& quod non potest facere v-
nus visitator,suppleat alius,& ita deo adiuuan-
te implebitur eorum officium salutare.Moneã-
51 tur insuper ad obseruantiam votorum, licet.n.
vniuersis liberum sit arbitrium in vouẽdo, vsq.
a Deo tamen solutio necessaria est post votum,
vt sine propriæ salutis dispẽdio alicui non liceat
resilire.cap.licet de voto.cum vox clamet pro-
phetica,vouete & reddite domino Deo vestro,
vt primum ad consilium,secundum ad imperiũ
referatur, quia nemo mittens manum ad ara-
trum,& aspiciens retro,aptus est regno dei.cap.
magne.e.titu.Attende tamen quod non est voti
52 transgressor qui quod vouit auctoritate sedis
Apostolicæ distulit adimplere.c.non est e.ti.pen
det etiam ab eius qui præsidet arbitrio,aut con-
siderata personæ infirmitate,& affluentia diui-
tiarum,aut alia causa probabili:quę commuta-
tio melior sit,& Deo magis accepta,vt sic possit
cum vouente dispensare.cap.1.e.ti.præsertim si
in etate tenera facilitate potius quam ex arbi-
trio discretionis vouetur,cap.2.eod.tit.& si non
diu moratus aliquid proponit in animo.cap. li-
teraturam.eo.tit.Reus quam fracti voti aliqua-
tenus non habetur qui temporale obsequium
in perpetuam noscitur religionis obseruantiam
commutare.c.scripturæ.eo.ti. Et adde quod ali-
53 quis potest ieiunare pro alio, & votum alterius
implere,& mortuus soluit votum suum per su-
perstitem.ar.13.q 2.animæ defunctorum.26.q.
6.si quis fuerit,& not.in d.c.licet.Iuxta namque
consilium superiorum vota,ieiunijs,vigilijs,ele
emosynis,ac deuotis orationibus,& alijs pietatis
operibus etiam per alios impleri possunt, licet
mulieres sint quæ vouerunt.c.2.& cap.magne,
& cap.quod super his.eo.tit. & licet idiote sint,
& iuris ignari,qui votum religionis(vt plurimũ
fit) emiserũt.c.ex multa.e.ti.ad suam sanandam
conscientiam etiamsi in episcopos ante votum
impletum eligerentur,c.per tuas.e.ti. Quando-
que tamen conscientiæ vouentium relinquitur
qui saltem verbo & exemplo proficere possunt
implere votum hierosolomitanum.c.postulasti.
eo.tit,dum tamen clericus sine sui prælati, nec
episcopus absque Sedis Apostolicæ licentiam
peregerunt.d.cap.magnæ.Adde quod circa hu-
iusmodi spiritualia dolus bonus non vitiat.cap.
veniens,& c dudum, de conuersione coniuga-
torum.Moneantur postremo ad restitutionem
54 malę ablatorum, & damnorum illatorum per
eos,prout plene examinat Host. in Summa de
pęni.§.quibus,& qualiter,& a quibus, & inquã
tum facienda est restitutio,cum multis. §.sequẽ
tibus vsq.ad finem totius tractatus.

De præceptis ad quæ debent visitantes animaduertere. Cap.XIX.

SVMMARIVM.

1 *Pracepta 13. Apostolica regula.*
2 *Pralatus raro a minutis peccatis est immunis.*
3 *Cogitationes turpes interficere laudabile est.*
4 *Castitatem promittere debent qui ad sacros ordinantur.*
5 *Inuentarium faciant qui ad pralaturas assumuntur coniugati.*
6 *Concubinam tenere clericis non licet.*
7 *Concubinariorum missa an sit audienda.*
8 *Notorium fit tripliciter.*
9 *Clerici mulieres consanguineas non suspectas secum retinere possunt.*
10 *Presbyteri orientales possunt habere vxores.*
11 *Nuptiarum conuiuijs clericis interesse non licet.*
12 *Bigamię irregularitas per Papam tolli non consueuit.*
13 *Bigamia quædam ex beneficiorum pluralitate inducitur.*
14 *Ebrietas est prelatis periculosa.*
15 *Carnes ab exordio mundi non concedebantur.*
16 *Ebrietas mentem fugat, & libidinem incitat.*
17 *Crapula,& ebrietas differunt.*
18 *Prelatorum singularis exhortatio.*
19 *Exemplum plures occidit quam gladius.*
20 *Hieronimus ab Angelo fuit verberatus.*
21 *Sacerdotum insipientia est inexcusabilis.*
22 *Pralati sint in negotijs secularibus periti.*
23 *Episcoporum ornamenta sunt virtutes.*
24 *Nobilitas morum sacerdotes nobilitat.*
25 *Papa ob negligentiam damnabitur.*
26 *Sacerdotes multi sunt & pauci.*
27 *Vitia sæpe se virtutes mentiuntur.*

Cibis

Digitized by Google

28 *Cibis & vestimentis vtamur more eorum cum quibus viuimus.*
29 *Hospitalis debet esse sacerdos.*
30 *Loth propter hospitalitatem liberatus fuit.*
31 *Pietas ad omnia est vtilis.*
32 *Ecclesiæ rector non sit mutus.*
33 *Margarita non sunt ante porcos feminandæ.*
34 *Taciturnitas quandoq. reprehenditur.*
35 *Nabuzardam muros Hierusalem destruxit.*
36 *Tabernas frequentare clericos non licet.*
37 *Scriptura diuina legatur in sacerdotali conuiuio.*
38 *Pingues raro sunt ingeniosi.*
39 *Ira sit a prælatis aliena.*
40 *Verbera non sunt sine magna causa infligenda.*
41 *Eleemosynarum tria sunt generalia.*
42 *Rectores boni per quid reuocant errantes.*
43 *Rusticorum arrogantia est, immpudentissima.*
44 *Adulatores sunt causa multorum malorum.*
45 *Clerici non sint scurriles nec ioculatores.*
46 *Prælatus non sit momentaneus.*
47 *Magister non fiat qui discipulus non fuit.*
48 *Crimen quidem.*
49 *Sancti sancta tractent.*
50 *Crimina sunt ab episcopis arguenda.*
51 *Artium mater est instantia seu diligentia.*
52 *Episcopus sit monoganus.*
53 *Peccata non homines odio haberi debent.*
54 *Prælati de qua materia prædicare debent.*
55 *Histrionibus, & venatoribus bona Ecclesiastica dari non debent.*
56 *Textus Sanctus est literis aureis scribendus.*
57 *Viduis, & orphanis succurrendum est.*
58 *Negotia faciunt Ecclesiam latronum speluncam.*
59 *Officium duplex nullus tractare valebit.*
60 *Litigiosi prohibentur ordinari.*
61 *Clerici proprio artificio victum sibi quærere possunt.*
62 *Obedientiam debent superioribus inferiores.*
63 *Subrogatus sapit naturam subrogati.*
64 *Præcepta 13. regulæ Apostelicæ.*
65 *Præcepta sunt duplicia.*
66 *Præcepta scripturæ sunt triplicia.*
67 *Præcepta moralia sunt duplicia.*
68 *Præcepta decalogi sunt in triplici differentia.*
69 *Præcepta decalogi in duabus tabulis data fuerunt.*
70 *Proximus tripliciter læditur.*
71 *Præcepta cerimonialia an nunc sint seruanda.*
72 *Papa contra decalogi præcepta non dispensat.*
73 *Præcepta diuina, propria, & aliena ligant.*
74 *Consilia Euangelica sunt 12.*
75 *Inimicorum dilectio an sit præcepti vel consilij.*
76 *Eleemosyna an sit præcepti, vel consilij.*
77 *Actus nostri fiant propter Deum.*
78 *Correctio fraterna quos & quando obligat.*

NOno quæro principaliter quæ sunt præcipua salutaria consilia ad quæ debent plurimum animaduertere visitantes, &c. Respondeo quod sūt plura prout ex infra dicendis apparebit, prima quidem sunt necessaria, alia vero non adeo necessaria sed summæ vtilia. Ex necessarijs ibi-
1 dem primum dico illa esse. 13. scilicet numero quæ docet Apostolus scribens ad Timotheū, & ad Titū videlicet quoniam tales, primo irrepræhensibiles, & sine crimine esse oportet, secūdo vnius vxoris viros, tertio sobrios, quarto prudētes, quinto pudicos, sexto ornatos, septimo hospitales, octauo doctores, nono non vinolentos, decimo non percussores, vndecimo modestos, duodecimo non litigiosos nec cupidos, tredecimo & vltimo non neophitos & suæ domui bene præpositos, filios habentes subditos cum omni castitate. Quæ omnia & singula late discurrit & examinat Gratianus in decreto. a. 25. d. vsq. ad L. inclusiue. Redeo ad primum videlicet irrepræhensibilem & sine crimine. Et dico quod irreprehensibilem, & sine crimine vnum, & idem sunt tex. est in cap. primum itaque. 15. dist. quod ideo est, vt ibi dicit Hieronymus, quia quomodo potest præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit? Aut qua libertate peccantem corripit, cum totus ipse sibi respondeat eadem se admisisse quæ corripit? Sine crimine dico scilicet capitali, & mortali puta, sacrilegio, homicidio, adulterio, periurio, fornicatione, falso testimonio, rapina, furto, superbia, inuidia, accidia, & si longo tempore seruatur iracundia, & ebrietate si assidua sit. Quodcunque enim de istis peccatis in se dominari cognouerit & non digne emendauerit, & si habuerit spaciū longo tempore pœnitentiam non egerit: & largas eleemosynas non erogauerit, nec se ab ipsis abstinuerit, igne purgatorij purgari non poterit sed æterna illum flamma sine vllo remedio trucidabit, vt scribitur in §. criminis. eod. dis. 25. intellige quando non sunt occulta, sed de illis quod quis sit infamatus, ita vt ad indicendam purgationem aut ad inquirēndum contra eum ad effectum puniendi procedi possit, de quo plene in cap. fin., de tempo. ordin. Intellige etiam de criminibus post promotionem de eo in consistorio factam per Papam, cum ipso eius processu, secundum quod fieri consueuit quia de præcedentibus non potest amplius quoquo modo inquiri, quasi tacite censeatur purgatus, ex quo tunc non fuit infamatus; alias non debuisset promoueri, cap. tantis. 81. di. c. omnipotens, de accus. hæc probat tex. in c. fin. de purga. canonica. in fi. quia censentur approbari mores ipsius, vnde postea reprobari non possunt. 8. q. 2. dilectissimi. 25. quæst. 5. horrendus, de iureiuran. quemadmodum. l. si vxor. in fi. ff. de adult. & not. glo. in d. ca fi. de purga. canonica. super verbo postquam. Non est etiam credendum possi-
2 bile esse prælatum sine minutis peccatis reperiri etiam omnibus notis, puta quod in cibo, aut potu plus non accipiat quam necessarium sit, vel quod plus non loquatur quam oporteat, aut plus taceat quam expediat, aut pauperem importune petentem non exasperet, aut corpore sanus alijs ieiunantibus prandere non velit, aut somno deditus tardius ad Ecclesiam surgat, aut si coniugatus (excepto filiorum desiderio) vxorē suam cognouerit, aut in carcerem positos tardius redemerit, & infirmos tardius visitauerit, aut discordes ad concordiam reuocare neglexerit, aut si plus proximum, vel vxorem, vel filium aut seruum exasperauit quam oportet, vel si amplius blanditus fuerit quam oportet, vel si cuiquam maiori personæ, aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit, vel si pauperib. esurientibus nimis deliciosa vel sumptuosa conuiuia præparauit. Item si se in Ecclesia vel extra fabulis ociosis, de quibus in die iudicij ratio reddēda est occupauerit, vel si dum incaute iurat ius quod per aliquam necessitatem impleri non pos-

Digitized by Google

possit vtique peieratur. Item cum facilitate vel
temeritate maledicimus, quoniam scriptum est,
neque maledici regnum dei possidebunt, vt hęc
omnia numerantur in dicto. §. criminis supra
allegato. Et quia impossibile est in sensum homi
3 nis non irruere motum sensualitatis calore, ille
demum laudatur, & prædicatur beatus, qui sta-
tim vt ceperit cogitare vel excedere, interficit
cogitatus, & excessus, & allidit eos ad petram
quæ Christus est, secundum Hieronymum, alias
facile transeunt in mortale, quia nullum pecca
tum adeo veniale est, quod non fiat criminale
dum placet, secundum Augusti. in dicto. § cri-
minis.

Est insuper attendendum quia qui ordinan-
4 tur ad sacros ordines, votum castitatis emittere
debent. cap. nullum, & ca. quando. 28. d. & cap.
de his, & c. præterea. e. d. quinimmo valde peri-
culosum est ordinare ad sacros, & promouere
ad prelaturas, habentes filios, quasi longam sui
corporis continentiam non habeant, c. priusquā
ea d. & quia propter vxorem & filios Ecclesiasti
ca solet periclitari substantia, c. diuersis fallacijs
de clericis coniugatis. Et propterea compellitur
5 ad faciendum inuentarium de patrimonio suo
secundum quod sanctissimæ scribit pelagius in
cap. de siracusane. e. dist. ne sub vmbra patrimo-
nij audeat vsurpare bona Ecclesiæ, aut prælatu
re suo tempore acquisita, quibus si deficiat patri
monium, oportebit prælatis necessaria submini-
strare, vt in §. ecce e. d. debent ergo sacerdotes &
ministri altaris obseruare castitatem. cap. sacer-
dotibus, & c. episcopos, 31. d. quia eadem lex cō-
tinentie est altaris ministris, quæ episcopis aut
p̄sbyteris. c. lex continēntiæ. e. d. maxime tempore
oblationis vt in cap. ordine alias quoniam e. di.
6 & propterea non possunt tenere concubinam,
alias tam clerici quam concubinę sunt punien-
di etiam ex sola suspitione, c. si quisquam, & ca.
sicut, & cap. si autem, de coha. cle. & mulie. licet
non sint compellendi ad eas abiurandas metu
periurij incurrendi. c. clericos. eod. ti. adeo quod
si super inde haberet priuilegium Apostolicum
sibi non prodest, c. super eo. e. titu. & quod dici-
tur in c. nullus missam, & in cap. præter. 32. dist.
7 quod clericorum concubinariorum non est au-
dienda missa, verum est nisi tolerentur, & vt eo-
rum ministeria tanquam non vera non respuan
tur. Secus si vi propterea peccandi licentia ce-
teris auferatur, & hij ad pęnitentiæ fructum tra
hantur, vel si crimen notorium sit, vt in c. vestra
8 de coha. cler. & mulierum, puta per sententiam
seu confessionem factam in iure, aut euidentiā
rei quæ tergiuersatione aliqua celari non possit,
nam si quemlibet pro mortali peccato quo ad
seipsum constat esse suspensum, non tamen in
officijs debet euitari. cap. si. eo. ti. sed si forte es-
sent mulierculę in quibus naturale fędus nihil
permitteret de crimine suspicari nequaquam
forent euitandi. c. a nobis. e. ti. & in ca. interdicit.
32. dist. quod loquitur de matre, sorore, aut, ami
ta, aut alijs personis idoneis, quæ tamen fugiāt
suspitiones, hoc est q̄ sint antiquę quia sæpe in-
stigante diabolo etiam cum illis quādo iuuenes
sunt scelus perpetratum reperitur, & cum pedis
sequis earundem. cap. 1. de coha. cle. & mulie.
quibus iuuenibus in vico aut in villa lōga a sua
cōuersatione necessaria subministrēt vt ibi. Et si
9 sit presbyter orientalis cui permittitur vxorem
habere, illam quasi sororem diligat sed quasi ho
stem fugiat, secundum Gre. in dialogo, de quo
in cap. presbyter quidam. 32. d. eius vero qui nō
facit fraudem legi suę conscientię committitur
10 prout patet in c. habuisse. 33. dist. Et adde quod
omnino oportet Episcopum vitare immodera-
tam familiaritatem etiam consanguinearum, et
si sit filia, alias puniendus est, prout scribit Ni-
colaus Papa contra Germanos, & Gallicos in c.
quorundam. 34. d. Adde etiam quod non solum
ab huiusmodi familiate sed etiam a nuptiarum
11 conuiuijs abstinere debent, maxime in sacris
constitu, nec his cetibus se miscere debent, vbi
amatoria canuntur, & turpia, aut obsceni motus
corporum coreis, & saltationibus efferuntur, ne
auditus, & obtuitus sacris ministerijs deputatus
turpium spectaculorum & verborum contagio
ne polluatur, cap. præsbyteri. 34. d. ca. non opor
tet, de conse. d. 5. & cap. de his 31. debet ergo es-
12 se vnius vxoris vir clericus, alias incurrit biga-
miam, & efficitur irregularis, quomodocunque
carnes suas diuidat in plures, super qua irregula
ritate licet forte Papa dispensare possit, tamen
non consueuit, quia contra Apostolum, de quib.
omnibus plenissime in cap. debitum, de bigam.
Quæ induci etiam possunt ad matrimonium spi
rituale, arg. in cap. inter corporalia, de translat.
præla. & cap. de multa. de pręben, & ca. 1. de cō-
suetu. lib. 6. cap. vt quis duas, de electio. cap. ordi
narij. §. in conferendis de offi. or. eo. li. c. si bene-
ficia. de præben. eod. li. in clem. si plures de præ
13 bē. & in extrauagāti execrabilis licet abusus mo
dernus hoc non curet.
14 Oportet etiam prælatos esse sobrios, & non
vinolentos, circa quod aduertendum est quod
luxuriosa res est vinum, & cōtumeliosa, ębrietas
oīs enim qui cum his miscetur non est sapiēs, &
contra hos clamat Hieron. in Micheam prophe
tam, quem omnino vide in c. Ecclesiæ principes
& cap. luxuriosa. 35. d. Et ideo in veteri testamē
to introductum fuerat vt ministri templi prohi
berentur vinum & siceram bibere, ne ebrietate
grauatētur corda eorum, sed sensus eorum sem
per vigeret, et tenuis esset, quia venter mero e-
stuans facile spumat in libidinem, vnde Noæ
ebrius nudauit femora, & Loth quem Sodoma
non vicit, vicerunt vina, c. di, in princ & ideo ta-
les ebrietati deseruientes si non desinant, a cō-
munione priuantur, c. Episcopus. e. dis. Similiter
15 nec ab exordio conditionis humanę carnib. ve-
scebamur, sed post aduentum Christi, o reuola-
uit ad a. quod veniam seruaretur, cum dicat Apo
stolus bonum est vinum non bibere, c. ab exor-
dio. e. d. huiusmodi enim lascinia post Paradisū
orta est, in quo regnabat abstinentia, nam sexta
die bestiæ sunt create, & cum bestijs orta est edē
di potestas, & vsus escarum, & vbi cib. cępit, ibi
finis factus est mundi, &c. vt dicit ambro. ca. sex
to die. e. di. quem tex. omnino vide vsque ad illa
verba Christum enunciat, ab omni verborum
incentiuo præstare se debet alienum, & contra
huiusmodi ebriosos vsque ad corporale suppli-
cium procedi potest per cap. ante omnia. e. d. fa-
cit. cap. denique 4. d. cum ebrietas, & mentis in-
16 ducat exilium, & libidinis incentiuum, vnde a-
busus alemanorū ad potus æquales, & ubi plus
laudatur qui plures inebriat, & calices fecun-
diores exhaurit, reprobatur in cap. a crapula de
vi. & ho clem. vbi mandatur clericis quod sibi
temperent viuum & tempetent se vino, & ne
quispiam ad bibendum incitetur.
17 Et dicitur crapula quantum ad superfluita-
tem ciborum quasi cruda epula, & æbrietas quā
tum ad potum quasi sine bria. ab e quod est si-
ne, & bria mensura, vnde æbrius qui sine men-
sura

Digitized by Google

fura bibit, vnde Horatius. *Fecundi calices quem non fecere disertum?* vt ibi not. in glof. Hoc est præterea attendendum vt in omnibus maxime arduis tria præcipue semper attendant videlicet quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, quid expediat secundũ
18 vtilitatem. Item aduertat tam ad præterita cum multa reminiscentia, quam ad præsentia cum multa intelligentia, quam etiam ad futura cum multa prouidentia, quod enim a prælatis agitur cito trahitur a subditis in exemplum. Iuxta qđ dominus in leuitico inquit ad Moysen, si sacerdos qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populum, cap. magnæ, de voto, dum tamen vere non recedamus at ramite veritatis non habemus curare quid os loquentium cuiuscunque loquatur vt ibi. iuxta illud Componitur orbis regis ad exemplum. 1 1. q. 1. præcipue, sunt enim prælati tanquam signum positi ad sagittam, vnde histriones vitam eorum inspiciunt, ca. qualiter & quando de accu. Et dicit Gre. in pastor. li.
19 quod plures occidimus exemplo quam gladio, & tot mortibus digni sumus, quot proximis nostris mala exempla monstramus vt d. ca. præcipue. Debent ergo prælati esse prudentes dicente domino, estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, vt prius attendant tẽpus tacendi, postea loquendi, & vt quisque sit paratus reddere rationem omni poscenti de ea fide, & spe qui in eis est, & intendere debent lectioni exhortationi, & doctrinæ. Et ideo semper debent sacris literis insistere, necnon addiscere, cum ex officio alios debeant docere vt in ca. qui Ecclesiasticis, 36. d. Prohibentur etiam episcopi libros gentilium legere aut hæreticorum, nisi ꝓ necessitate. cap. Episcopus. ea. d. similiter etiam omissis Euangelijs, & prophetis comedias legere, & amatoria bucolicorum versuum verba cãtare, ac tenere Virgiliũ. Etenim id quod in pueris est causa necessitatis, crimẽ in se facere nõ debent voluntatis, & occupari in obscuritate sensus se occupando in secularibus disciplinis cap. sacerdotes. cum se. e. d. Quinimmo reprehendũtur Episcopi qui filios suos secularibus erudiunt
20 disciplinis. Et Beatus Hieron. ab Angelo verberatus est quia Ciceronis librum legebat. c. legãt, & cap. legimus. ea. dist. & Beatus Grego. legitur repræhendisse quendam episcopum quia contra episcopale officium pro lectione Euangelica grammaticam populo exponebat, non tamen debent grammaticam ignorare, alias episcopatu priuantur. c. fi. de ætat. & qualit. Et quamquam sit magnus episcopus, & senex, & nobilis genere, a paruulis vel minimis eruditis si quid forte, est vtilitatis aut salutis inquirere non negligat, & qui sic brutaliter viuit, & discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam membrum Christi esse ostẽditur, & potius infidelis esse quã fidelis monstratur. Nam sacerdotibus maxime ignorantia est vitanda. c. ignorantia. 38. d. Et tenentur presbyteri cum ordinantur ab episcopo recipere libellum officiale idest qui in struit administrationem sacramentorum cap. quando e. dist. & ad docendum clericos tenentur episcopi congruuis locis constituere magistros. ca. de qui busdam. 37. d. docendam, etiam dico linguam
21 hæbream, & Caldeam, vt in cle. de magis. quia insipientia sacerdotum nec excusatione digna nec venia est, quibus etiam non licet ignorare canones. cap. si in laicis, & c. nullus. 38. d. & cap. fe. vbi patet quæ sunt necessaria sacerdotibus, & episcopis ad discendum, inhærentes enim sacræ scripturæ non obscurantur iniquitate mundana nec dicuntur Christum ignorare c. sicut stellas,
22 cum se. e. d. nec possunt esse prudẽtes qui sunt secularium negociorum imperiti, quia hoc tempore talis in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca vtilitate, & cautela sciat esse sollicitus. c. Petrus. e. d. Ex his namque patet seculariũ negociorum peritiam prælatis necessariam, qui subditis non solum debent spiritualia sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi qui turbas sequentes non solum docebat verbo sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Debent ergo prælati seculariũ negociorum habere peritiam, vt hæc omnia perficere possint, & eorum cautela Ecclesiæ seruentur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministrentur, vnde quidam in episcopum electus a Beato Grego. pro sua simplicitate repellit, ne eius occasione res Ecclesiasticæ dilapidarentur. Et aduerte quod licet per ignorantiam etiam grammaticę artis aliquid vitiosum proferant presbyteri vel episcopi, non tamen ideo a scholasticis sunt despiciendi, quia *morum vitia magis quam verborum sunt præcauenda*. cap. sedulo, cum se. 39. d.

Circa vero secundum de quo satis supra di-
23 ctum est. Est attendendum etiam quod ornamenta episcopalia virtutes debent intelligi, quę a Deo eis promittuntur, cum dicitur Sacerdotes eius induam salutari, vnde in veteri testamẽto varijs vestibus ex præcepto Dei Sacerdotes ornati leguntur, quia multis modis virtutib. debet splẽdere vita Pontificis, vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accipit. Non enim loca sed vita & mores Sanctos faciunt Sacerdotes, vnde ex officio suscepto non licentiam peccandi sed necessitatem bene viuendi se nouerint assecutos. Sunt ei filij Sanctorum qui exercent
24 opera eorum. Et morum nobilitas non loci vel generis Sacerdotes nobilitet, nam merita nos Deo coniungunt, non loca vel ordines. 40. di. in prin. & c. non nos, com trib. se. Hinc dicit Chrisostomus quod homo Christianus fortiter cadit in peccato, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis, & ideo dam
25 natur etiam Papa si suæ, & suorum salutis est negligens, cap. homo Christianus, & cap. si Papa e. di. vbi dicitur quod Papa negligens inutilis, & remissus in operibus suis, & a bono taciturnus quod magis officit sibi & omnibus damnabitur ad gehennam. Patet ergo ex præmissis quod nõ ordines sed vita, & merita nos Deo cõmendant & corrumpitur omnis dignitas, ac ad tetram trahitur, nisi legaliter conseruetur, & nisi iuste viuendo laudetur, & gratia & auctoritas non loci non generis nobilitate, sed virtutum comparatur, quæ gratia non locus animam saluat, hic est quod non omnis vere sacerdos est qui nominatur Sacerdos, & nobilitate loci paradisi priuatus est Adam primus Homo propter peccatum.
26 Ideo dicit, Chrisostomus multi Sacerdotes nomine, pauci vero in opere, nec cathedra facit sacerdotem sed sacerdos cathedram, nec locus sãctificat hominem, sed homo sanctificat locum, vt hæc probantur in cap. ante omnia cum se. 40. dist. Ex his patet Sacerdotem oportere esse ornatum moribus, sed etiam præterea oportet, quod sit ornatus in exterioribus habitu videlicet, & incessu, nec sordidis nec fulgidis se vestibus ornet, hinc Hieron. nec affectate sordes, nec exquisitæ delicię laudes pariunt, quod tam de

vesti-

Digitized by Google

de vestibus quam de cibis intelligendum est, vn
de Aug. in libro de Doctrina Christiana scribit
quod pro moribus eorum cum quibus viuimus
alimentis vti debemus. cap. quisquis. 41. d. vnde
super epistolam Iohannis subdit quod non cib.
sed appetitus in culpa est. c. delicie. e. d. & in lib.
de verbis domini subdit, quod contra suæ infir
mitatis consuetudinem aliquibus cibis non sūt
cogendi diuites vti. & in libro quæstionum Euā
gelij addidit quod æquanimitas tolerandi non
vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit. cap non
cogantur, & c. quod dicit dominus. e. d. vnde
concludendum quod temperantia ciborum, &
vestimentnium non dissolutio eorum laudatur.
27 Et caute agendum est ne sub specie virtutum
vitia se suggerant, vt pro parsimonia tenacia,
pro largitate effusio, per zelo iustitiæ crudelitas
pro pietate remissio. c. parsimonia, & c. sepe vi
tia. e. d. & ꝑ vere magis laudabilis est Episcopus
vilem supellectilem ac mensam, & victum pau
perem habens, & dignitatis suæ auctoritatem fi
de, & vitæ meritis quærens, & qui hospitiolum
non longe ab Ecclesia habeat, & clericus qui ꝓ-
fessionem suam habitu & incessu probet, quam
vestibus & calciamentis decorem quærens. cap.
28 episcopus. e. d. Sicut ergo in cibis mores eorum
cum quibus viuimus obseruare monemur, sic &
de indumentis intelligendum est, vt enim alibi
dicitur quisquis contemptis his cum quibus vi-
uit, lautiora sibi vel austeriora præ ceteris indu
menta vel alimenta quærit, aut intemperans fuit
est, aut superstitiosus. Incessu autem sacerdos de
bet esse ornatus, vt grauitate itineris mentis ma
turitatem ostendat, incompositio enim corpo-
ris (vt Augu. ait) qualitatem indicat mentis, vn-
de Historiographus Salustius cum eius muta
bilitatem describeret cuius conscientia excitata
curis vastabat mentem, inter cetera etiam hoc
notabile indicauit, *incessus eius mō tardus, modo
citus*. e. dist. §. sicut.
29 Oportet similiter sacerdotem esse hospitalem
ne sit in numero eorum quibus in iudicio dice-
tur, hospes eram & non collegistis me, qui enim
Apostolum sequitur, alios ad hospitalitatem de
bet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator
poterit esse, qui domum propriam hospitib. clau
dit si enim sacerdos primum a seipso, & a dome
stica Ecclesia sua debet exigere quod postea po
pulis imperet, si primum imitando Christum
ipse debet facere, quæ postea populum do-
ceat, necesse est quod pauperes hospitio recipiat
vt ad hospitalitatem facilius suo exemplo sub-
30 ditos attrahat, & ad memoriam reuocet quomo
do Abraham, & Loth per hospitalitatis opera
Deo placere, & Angelos hospitio recipere me-
ruerunt, quomodo Angeli Sodomis hospitalita
tis domum ingressi Loth cum familia sua libe-
rauerunt, quomodo clausas domos cum hospi-
tibus ignis ingressus non perdidit, & quomodo
secundum Hieron. aliena rapere conuincitur,
qui vltra necessaria sibi retinere probatur, ac sic
se per opera pietatis instruat, vt etiā p̄sentis vitæ
subsidia, & æternæ claritatis præmia a Deo perci
piat, vtrumq. enim pietati permittitur, hinc A-
postolus ad Thimo. exerce teipsum ad pietatem
nam corporalis quædam exercitatio ad medicū
31 vtilis est pietas autem est vtilis ad omnia, habēs
promissionem vitæ quæ nunc est, & futuræ ab
hac quisquis alienus fuerit verus sacerdos non
est, & si vidua in Ecclesia recipi prohibetur quæ
pauperes non recipit in hospitio, quæ pedes san
ctorum non lauit, &c. multo magis damnabi-
les sacerdotes qui ab opere pietatis probantur
alieni. vnde non despiciendi sed laudandi qui
conuiuia pauperibus exhibent Adde quod cleri
ci præcipue tenentur ad hospitalitatem. 85. dis.
florentinum, quia quicquid habent clerici pau-
perum est. 16. q. 1. c. vl. not. glo. in c. de monachis
de præben. & Iohannes Euāgelista Diotrepem
excommunicauit qui nec pauperes recipiebat,
sed recipientes de Ecclesia eijcebat, & in hac ho
spitalitate non est habendus delectus persona-
rum, sed indifferenter quibuscunque sufficimus
hospitales nos exhibere debemus, non enim ex
vita eorum quos accipis mercedem tibi retribu
turus est Deus, sed ex volūtate & ex honorificē
tia multa ex misericordia & bonitate. c. si quis &
c. quiescamus, 42. d. & in patri, & caueāt ministri
ne capasiēt (alias agapiseni) hanc pietatem, nec
intra Ecclesiam illam exerceant nisi necessitate
coacti. c. non oportet cum se. e. d.
Pudicum etiam oportet esse sacerdotem, & [illegible]
mutibus, & verbis pudorem indesinenter exhi-
32 bere, debet etiam gratiam docendi habere vnde
Hiero. innocens absque sermone conuersatio,
quantum exemplu prodest, tanto silentio nocet,
nam latratu canum, & baculo pastorum Lupi
sunt arcendi, in ipsa autem doctrina discretum
oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat,
aut dicenda taceat, vnum est attendendum qd̄
sicut in cauta locutio merorem pertrahit, ita in-
discretum silentium eos qui erudiri poterant, in
merorem derelinquit, sepe namq. rectores im-
prouidi humanam perdere gratiam formidan-
tes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veri
tatis vocem nequaquam iam gregis custodie pa
storis studio, sed mercennariorum vice deser-
uiunt, quia veniente Lupo idest diabolo fugiūt
dum se sub silentio abscondunt, quos per pro-
phetam dominus increpat dicens in Esaia. canes
muti non valentes latrare, & c. c. sit rector 40. di.
inde origenes in mandatis habemus vt venien-
tes in ciuitatē discamus prius quis in ea dignus
sit, vt apud eum cibum sumamus, quanto ma-
gis nosse oportet quis, qualisue sit is cui immor
talitatis verba credenda sunt, ideo solliciti esse
33 debemus ne Margaritas nostras mittamus ante
Porcos, &c. Et si quis in peccatis inuolutus per-
manet, non oportet secum aliquid de secretiori
bus, & remotis diuine scientiæ pro loqui, sed ma
gis protestari, & conuenire eum vt peccare desi-
nat, & actus suos a vitio emendet, quod si sug-
gerat se & prouocet nos dicere, quæ eum minus
recte agentem non oportet audire, prudenter ei
debemus illudere, nam nihil omnino responde-
34 re auditoris causa vtile non videtur, ne forte exi
stiment nos responsionis penuria declinare cer-
tamen, & ledatur fides eorum non intelligentiū
propositum nostrum. c. in mandatis. c. di. Et li-
cet multi infestent doctores vt eos reprehendāt,
& proprie voluntatis placita adimpleant, non
propterea tamen doctores inquantum vires sup
petunt, a recta emulatoria, & bona intentione
recedere debent, scientes quia beati qui persecu
tionem patiuntur propter iustitiam. c. scimus. e.
d. dicit enim Paulus, manus meæ munde sunt a
sanguine omnium vestrum, non enim subterfu
gi, quo minus anunciarem omne consilium Dei
vobis ergo alias non est mundus, sed proculdu-
bio tacendo pastor occideret. cap. ecclesiasticis.
e. dist. Cum enim dispensatio celestis seminis sit
iniūcta prælatis veh illis si non sparserint, vel si
tacuerint, quod cum Paulus formidet & clamet
quanto magis cuilibet exiguo metuendum est,
pro-

Digitized by Google

proinde sicut non leue discrimen incumbit Pō tificibus siluisse quod congruit, ita his (quod absit) non mediocre periculum est, qui cū debeant petere despiciunt. c. dispensatio. e. di. Caueret etiā debet docere ea quæ ab auditoribus intelligi nō valent, ne magis ostentationem sui faciat, vnde in expositione Beati immaculati, dicitur vitium animi est indignis secreta vulgare quod fit loquacitate incauta dum volat irreuocabile verbum indiscrete, vel adulatione vt ei placeat cui secreta reuelat, vel iactatione scientiæ vt plura scire videatur, alias tanquam torto naso Sacerdotali officij indicatur indignus vt in §. peritur in fi. eiusdem distinctionis 43.

Est attendendum etiam quod ebrietas, & voracitas prohibentur, dicente Apostolo Romanis. Non in comessationibus, & ebrietatibus ventris, namque ingluuies ad luxuriam facile prouocat, & omne bonum opus dissoluit, vnde venter & genitalia sibimetipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur

35 vitiorum hinc Nabuzardam princeps Babiloniæ muros Hierusalem destruxisse legitur, quia venter cui cocorum multitudo deseruit ædificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos igitur de altari viuere non luxuriari quærat secundum Hiero. quia comessationes etiam laicis noxiæ sunt, qui festiuos, & solemnes dies aliter se digne celebrare non putant, nisi comessationibus deseruiant, secundum quod August. scribit ad Aurelium episcopum. 44. d. in prin. & ca. comessationes, vbi dicitur non aspere, non duriter non imperiose ista tollenda, sed magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. sic enim agēdum est cum multitudine, seueritas vero exercenda est in peccato paucorum, & si quid est minandum cum dolore fiat de scripturis comminando vindictam futuram, ne ipsi prælati in eorum potestate sed Deus in eorum

36 sermone timeatur, vt ibi. Non oportet ergo clericos tabernas intrare aut ergasterium habere quia si tabernas ingredi magis in eis alijs ministrare prohibentur, & non cessantes deponendi sunt nisi peregrinationis necessitate compulsi. Io. mandauit Greg. episcopum corripi qui pastorali cura derelicta solis conuiuijs occupabatur, nec exhortationi inuigilabat, sed vsum Ecclesiastici ordinis ignorabat, cuius testimonium erat qd superiorib. seruare reuerentiam nesciebat, subdens quod conuiuia ex caritate veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione deprehenditur, nec in eis inanes secularium negociorum fabule sed verba sacræ lectionis audiunt, & cum non plus quā necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendę virtutis habeatur. Nam pro reuerentia Dei & sacerdotum vniuersa constituit Toletana sinodus, vt quia solent crebro mensis ociose fabule interponi, in

37 omni sacerdotali cōuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur, per hoc enim, & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur. Prohibētur etiam tam clericis quā laici conuiuia de confertis facere, & ante Sacrā horam diei tertiam inchoare conuiuia, & ne aliquando clericus nisi Hymno dicto comedat panem, & prius cibos gratias Deo auctori referat,

38 generat enim crassum sensum venter pinguis, cum sacerdotalis sensus vigil debeat esse, & tenuis, & qui vitiorum bello subiacent, nequaquā per prædicationis vsum præesse magisterio cęterorum debent. ca. non oportet cum se. vsq. ad fi. 44. d. Est attendendum insuper quod prælati

39 non ita irascibiles, & perturbati sensus esse debent vt alios percutiant, sed debent esse patientes imitantes enim qui dorsum posuit ad flagellum, vnde Greg. ait verborum correctione nō verberib. timere episcopos debemus, nec asperis sed blandis ad fidem verbis aliquos prouocandos, nec seueritate sed beniuolentia subditos corripiendos, & sicut non vult quisquam fratrum aliorum se iudicio præ grauari, ita non audeat alij inferre quod sibi non vult fieri. ca. quod autem, & c. qui sincera. cum se. 45. d. & c. licet non nunquam vbi circa corrigendos plus beniuolentia quam seueritas, plus cohortatio quam comminatio, plus caritas operatur quā potestas, & quod ab his qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, facile ab hac lege disceditur, & dum donari magis quam consulere subditis placet, honor inflammat superbiam, & quod pronū est ad concordiam, tendit ad noxam vt ibi, & c. episcopum. e. d. quoniam (exceptis grauioribus,

40 & mortalibus culpis nullus debet verberib. subiacere, nec passim dignum est vt vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua prout ei placuerit & voluerit verberibus subijciat, & dolori, ne dum in caute subdita membra perdit, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiā subtrahat. Et ideo Seneca ait leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitatis autē nimie increpatio, nec increpationem recipit, nec salutē. c. cum beatus. e. d. nō. n. est seruanda disciplina sine misericordia, nec misericordia sine disciplina vt patet in exēplis, & auctoritatib. de quibus in c. disciplina. e. dis. iuste tamen iudicans & misericordiā cū iustitia seruare debet, & qui remittit & qui corrigit vterq. maseretur, qui enim Dei iudicia oculis suis præponit, semper timens & tremens in omni negocio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians cadat, ne vnde non iustificatur, inde potius condemnetur, cap. omnis. e. d. multa enim bona præstantur inuitis quando sci

41 licet eorum consulitur vtilitati non voluptati. Hinc dicūtur tria genera eleemosynarum. Corporalis. s. cum das egenti quicquid potes. Spiritualis dimittendo a quo lesus fueris. Tertia delinquentes corrigendo, & errantes in viam reducendo veniat 5, & eleemosynæ corporali præfertur eleemosyna cordis, mansuetudo autem, & discretio ab inuicem nunquam separantur, vere enim iustus miseris compatitur, & delinquen

42 tibus non indignatur. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes magis per humilitatem, & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere, vnde Paulus factus sum inquit infirmus infirmis. c. tria sunt namq. vera, & c. recede. ea. d. prædicator namq. culpantes paliare non debet, sed corripere, vnde Hier. quæ misericordia, q̄ bonitas vni parcere & oēs i discrimen adducere? nam sępe polluitur ex vno peccatore populus, sicut ex una pecude morbida totus grex inficitur, hinc dicitur rectorē subditis piatas matrem, disciplina vero patrem exhibeat, dicitur etiā percussor qui sermone inutili infirmorum conscientias uulnerat. cap. sed illud cum se. e. dis.

43 Est pariter attendendum quod nihil impudētius quam arrogātia rusticorum, qui garrulitatē auctoritatē putāt, & parati ad lites, in subiectos timide intonant, q ex arrogātia superbia prouenire manifestum est, unde Grego. arrogantes ne-

nesciunt humiliter inserere quæ dicunt, cum au
steritate.n.& potentia imperant, qui subditos
suos non tranquille rócinando corrigere, sed
aspere inflectere damnando festinant. Caueat
igitur bonus p̃latus ne cū elatis morib. p̃dicet.s.
diabolum, quē in cordib. audientium factis ser-
monib. insectatur, litigiosi namq. adulationibus
animos principum sibi reconciliare quærūt, vel
fratrib. suis detrahendo notam ingerere infamię
vel inter fratres discordias seminando sepe sedi
44 tiones facere, vnde Greg. Sunt nōnulli qui dum
male facta hominum laudib. efferunt, augentq.
increpare debuerant, & sicut ad hoc sub cubito
puluinus, & ceruical sub capite iacentis ponitur
vt melius quiescatur, ita qui male agentib. adu-
latur, eum qui corripi ex culpa debuerat, in ea
fultum laudib. molliter quiescere facit, & ædifi
care contra se patietē dicit, cum peccati duricia
rep̃henditur liuore vero cum peccatorib. adula-
tur, vnde Sanctus vir ait, absit hoc a me vt vos
iustos iudicem. 46.d. in prin. & c. hoc proprium
cum se. propterea in cartaginen. concilio cleri-
cus qui adulationib. & proditioni vacare depræ-
henditur, degradari ab officio mandatur, sicut
& maledicus. c. cum clericus, cum se. e. d. ita &
45 clericus scurrilis & verbis turpib. ioculator, sic
et inuidens fratrum p̃uectib. et seditionarius,
vel vsurarius, vel iniuriarum suarum vltor. c. cle
ricus maledicus, cum se. e. dis. Itē vsuras exigere
clericis minime licet nec suo nomine nec alieno
Quinimmo p̃byter aut diaconus illas exigens si
non desierit, est deponendus, t̃palibus.n. lucris
deseruiētes Deo nequaq̃ militare probātur cō-
tra quos Gre. post multa concludit non debere
ad sacros ordines promoueri, sed potius degra-
dari, quia nec implicari errore, nec cupiditate
violari sacerdotes oportet, et qui cupiditatē a se
nō abstulit, bonorum auctori inhęrere nō valet.
Auari.n. hominis est omnium bona inuadere,
quorum necessitatib. subuenire non valet. 46.d.
sicut hi. et per totum vbi concluditur q̃ si bono
rum disciplina, malorum hominum mores im-
mutare non valet, non tamen p̃pterea nec pro-
pter conuicia perditorum a via rectitudinis mo-
ueri debent.
46 Est aduertendū postremo q̃ qui hæri erat ca-
thecuminus, hodie non est faciendus ep̃s, qui hę
ri erat in theatro, hodie non sedeat in Ecclesia,
qui vespere erat in circo, hodie non ministret al-
tari, qui dudum fuerat fautor histrionum, hodie
nō sit cōsecrator virginū, ne secūdū Apostolum
elatus in superbiā tanq̃ religio, Christiana pluri-
mū eo egeret incidat in ruinam diaboli. Momē-
taneus nāq. sacerdos nescit humilitatē, aut mo-
dos personarum, vel se cōtēnere, non ieiunauit,
non fleuit, non se correxit, non se pauperib. ero-
gauit, sed in arrogantiam quę est ruina diaboli
incidit, qui pūcto hotę, nec dū discipulus fit ma-
47 gister. Et (sicut Inno. ait) miserum est eum fieri
magistrū, qui nec dū didicit esse dicipulus, ca. cū
in magistrū, de elec. cū similib. vnde Gre. casum
appetit qui ad sūmi loci fastigia postpositis gra-
dib. per arrupta quærit ascensum, parietes nanq.
ædificati non prius tignorum pondus accipiunt
nisi a nouitatis suæ humore siccentur, ne si ante
pondera q̃ solidentur accipiant, cunctā simili ad
terram deponant fabricam, & sollicite formidā
dū est ne qui placare posse iram Dei credit, hanc
ipse ex proprio reatu mereatur, notū est.n. quia
cum is qui displicet ad intercedendum mittitur,
irati animus ad deteriora prouocatur, &c. 48.d.
per totum, vbi subditur q̃ vnusquisq. solerter se
ipsum metiatur, ne solium regiminis assumere
audeat, si adhuc in se vitium damnabiliter re-
gnat, ne is quem crimen deprauat proprium,
intercessor fieri appetat pro culpis aliorum, &
sicut in veteri lege corpore viciati a sacrificijs
prohibeantur, iuxta discursum eiusdem Grego.
de quo. 49.d. per totum, quem omnino vide vbi
etiam adducitur Hiero. super Malachiam Gre-
gorio se conformans quorum verba literis au-
reis sunt describenda.

Sub epilogo ergo etiam quædam pauca ad
memoriam subijcimus, debet ergo secundum
Apostolum is qui ordinatur esse sine crimine,
etiamsi in puberum ordinetur, & est crimen gra
48 ue peccatum accusatione & damnatione dignis
simum. c. Apostolus. 81.d. quia nemo recte mo-
nitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis er
rata condemnat, & amorem innocentie conuer
satione demonstrat. c. nemo. e. d. qualis.n. quisq.
sit qui malos ordinat ostendit ca. tantis Daniel.
in omnibus ergo solum quod est irrepræhensibi
le defendit Ecclesia. c. si quis quia qui Sancti nō
49 sunt Sancta tractare non possunt. cap. Maxi-
mianus, & est plerumque congruum mutare lo
cum vt, & mentis affectus mutetur. cap. valet
Deus tamen non iudicat bis in idipsum. cap. pu-
ber. si quis. caueat ab illicitis, vt mundas valeat
ad Deum leuare manus, cap. oportet nec solus
quis ad solam accedat, aut mulierem secum ha-
beat. cap. in omnibus, cum se Generaliter etiam
pauperibus, & his qui suis manibus laborare nō
possunt tenetur episcopus necessaria prouidere
de quo scriptum est, sancti estote, quoniam ego
Sanctus sum, &c. & qui in carne sunt Deo place
re non possunt. c. proposuisti. 82.di. Prouidendū
quoque est ne quis mortem inferat vel admit-
tat, mortem enim languentibus probat infligere,
re, qui hanc cum possit non excludit. Et qui cri-
50 mina non arguit magis dicendus est canis impu
dicus quam episcopus, & error cui nō resistitur,
approbatur, & veritas cum non approbatur op-
primitur, negligere quippe, &c. & nō caret scru-
pulo, &c. quid enim prodest errore proprio non
pollui ei qui consensum præstat erranti? cui
consentire videtur eo quod ad resecandum quę
corrigi debent non occurrit, nullus igitur pasto-
rum placere Lupis & ouium gregib. potest per-
dit enim labiorum memoriā mens terrenis obli
gata rationibus.
51 Sicut autem artium in suo quoque opere in-
uenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis
est negligentia. cap. 1. & per totum. 83. dist. Sol-
licitum ergo ac vigilantem opportet esse episco
pum ad defensionem pauperum, releuationem
oppressorum, & tuitionem monasteriorum,
alias est aspere corripiendus, vt quam sit graue
nolle ab his quæ repræhensibilia & ualde vitu-
peranda sunt corrigi, sine excusatione regula-
ri in se valeat districtione sentire.
52 Et similiter monoganus esse debet, & senior
non tam ætate quam sapientia, vnde puberi di-
citur, cap. nunciatum cum seq. 84. dist. Hospita-
litas etiam vsque adeo episcopis necessaria est,
vt hospitalitatem nesciens non sit faciendus e-
piscopus. cap. 1. 75. dist. Doctorem etiam epis-
copum opportet esse, ne inferiorum culpe in eū
refundantur, qui docendi officium accepit
quod exequi nescit vel negligit, negligentiæ
namque rectoris imputantur culpæ inferiorum
& nō excusat eos dilectio aut amicitia, quia licet
hoīes sint diligēdi, sunt tñ peccata odio habēda,
alias qui negligit emendare q̃ pōt faciendis cul

pã habet.85.d.florẽtinum,cũ se.Qui vero in cor
ripiendo modum excesserit,non a subditis sed a
domino ueniam petat.c.qñdo.e.d In omni ue-
54 to doctrina debet auctoritatem Sacrę scripturę
preferre,& non secularium literarum peritiã
ostentare,non.n.de laudib. iouis personare de-
bent ora Pontificium.c.cum militat.e.d.& ibi
uide uerba Sancti Greg.
Liberalem quoq. patientib.necessitatem sacer-
dotem oportet esse, alias aũt vacuum portabit
nomen episcopi,nisi alienam inopiam suam cre
55 dat,non tamen debet histrionib. res suas dona-
re,neq.uenatoribus,quia nihil prodesset ieiuna-
re uxoribus,et luxuriare uenatib. alias sicut ui-
dentes uenatorem delectantur, uidebunt falua
torem,et contristabuntur,quia uoluptatib. suis
peccata accumulant aliena,et non saus est bene
uelle,sed etiam bene facere oportet,et perfecta
liberalitas fide causa loco,et tempore commen
datur,et fige cordi tex.sanctum.in cap.non satis
56 86.d.literis aureis scribendum,et ibi subditur,
quod qui clementiam non habet,&c.non adim
plenit legem Christi.c.quia clementiam.
Nec debet eps esse percussor.1. ad viodictam
facilis,& facile credens te incognita accendi.e.
d.secundum.86.si quid prohibetur ẽt eps turpis
lucri esse cupidus,& alius quilibet clericus vel
57 monachus.c.puenit.e.d. Vidois ẽt, & orphanis
Ecclesiæ psidium implorantib.epi debent adesse,
se,& contra improborum violentias non nega-
se illis protectionis patrocinium,& psertim illis
quos in sua protectione susceptt, psertim confu
gientib.ad Ecclesiã ne inde trahantur,& libertis
vt illos in libertate tneantur,salutis illis qui ẽ ser-
uitutem reuocantur.Itẽ & expositis contra calũ
niatores eorũ.c.desolatis.cũ se.87.d. prohibẽtur
ergo clerici cupiditatis gratia negotia suscipere,
non pietans curã viduis & orphanis impendere
quia nemo militans Deo debet se terrenis impli
care negotijs,ne Ecclesia q̃ domus orationis esse
58 debet, per officia negociationis,potius sit latro
num spelunca.c.consequens.88.d.nec sicut cau
pones miscere debent aquam vino.& qui reuo-
cat clericos a suis officijs priuatur suffragijs de-
functorum.c.eijciens,cum se. e. d.
Domui quoq. suę opere bene esse ppositũ vt
inde quodammodo quędam future dispensatio
nis articulata sumantur,est ergo regula in dispẽ
satione Ecclesiæ seruan la, vt nulli quantumli-
59 bet exercitate psonę duo officia similia conferã
tur,nec secularib. viris res Ecclesię gubernande
cõmittantur,sicut.n.io vno corpore,&c.c.Eccle
siastici.89.d.habeat aũt quilibet eps iconomum
& vice dominum ad prouideodum hospitib. &
pro alijs negocijs & curis suis,iuxta ordinẽ Gre.
de quo in c.volumus,cũ se.e.d.dũ tamen secula
rib. viris res Ecclesiasticas non cõmittant. c.indi
catum,nec propioquis,nec fauore sibi cõiũctis,
c.decentur graduũ quippe & ordioũ distributio
dignitatẽ Ecclesię cõseruat.c.ad hæc.e.d. Litigio
60 sus ẽt phibetur ordinari,quia qui sui potestate
discordãtes ad cõcordiã debet attrahere, q obla
tiones discidẽtũ phibetur recipere,nõ debet liti
gãdi facilitate alios ad discidiũ puocare,& qui
inimicitias deponere pnitiosa intẽtione noluerit
de Ecclesię cetu iustissima excõicatione est pellẽ
dus.c.placuit,et p totũ.90.d.Qui aũt turpi lucro
61 vel iohonesto negocio victũ sibi q̃rere prohibe-
tur,de oblationib Ecclesię stipẽdia sequatur, q
si Ecclesia ei sufficere non poterit,proprio artifi
cio aut agricultura exẽplo Apostoli sibi necessa-
ria cõquirat,ita tamẽ vt pterea vigilijs Eccle-
się non desit, q absq. infirmitate sui corpusculi

nulli interponere cõceditur, & iõ qui nõ p emẽ
do aliquid in nũdinis vel in foro deãbulãt,ab of
ficio sunt remouẽdi.c.clericus,& p totũ.91.d.Et
cũ ad Ecclesiã venerint magis cordę q̃ ore me-
minerint esse canãdũ,& officiũ cãtandi nõ vsur
pent sibi dyaconi,& q ab epo nõ ordinantur, in
publico nõ legãt.Et sacerdotus tantũ officiũ ge-
rat eps quẽ sua parochia nõ recipit,& alijs mole
stiã nõ inferat,& eps priuandus est qui negligit
ppriã Ecclesiã adire,& clericus qui negligit icer,
esse diuinis est excõicandus.ca.1.& p totũ.92.d.
62 Quamq̃ aũt obediẽtiã ex ordine inferiores supe
rioribus dẽant,tñ iuxta diuinã dispositionẽ q ma-
iorẽ se credit,minor fiat,neq ẽt q leuitarũ ẽ,epi
in suos vsus dẽnt conuertere.Et cũ hoc secundo
textu velo hanc absoluere questionẽ,quia ẽ cõ-
tra eporum auaritiã.moderatio tñ Dei ac nimia
pietas solũ illorũ redditũ requirit, ac eos cupit
lõga sua bonitate saluari,si pmissa consilia, mõ
ita salutaria,ac pcepta catholica iadẽ quatenus
humana fragilitas patitur attẽdere voluerint,&
humiliter obseruare i charitate nõ ficta.c. diaco
ni.93.d.vbi aduertẽdũ ẽ q potẽtia diuitiarũ aut
paupertatis humilitas vel sublimior vel inferio
rem epm non facit licet oẽ q ratũ est plus appe
tatur,quia ẽt pullegiũ apud indos ẽ pciosius pi-
63 pere. Addc in q cũ inferior locũ tenens est maio
roris,sicut maior est honorãdus.c.pcipimus.e.d,
Host aũt i summa de tẽp.or.io §.& circa hoc o-
64 pere,&c.ponit hos versus. *Primũ pracipitur q sit sine crimine prasul.Monoganus,castus,ornatus sobrius hospes.Casta docens.nõ percussor,non litigiosus. Non cupidus,bene dispositus , non neophitus sit.7 alis Apostolica quod prasit regula iussit.*
primo ad Timotheum, tertio. cap. & super his,
tacit ibidem pulchrum discursum quem om-
nino vide.
Secundũ principale consiliũ ad q dẽnt aduer
tere visitantes est circa oĩa pcepta tam naturæ q̃
scripturæ.Circa quę est attendendũ q pcepto-
65 rum omnium principalis diuisio est, q quędam
sunt pcepta naturæ,quędam vero scripturæ,prę
cepta quidẽ oaturę oẽs obligant, nã quicquid te
net lex naturę implicite, tenet decalogus expli-
cite.Est.n.lex scripta in corde cuiuslibet implici
te,& in his duob.pceptis concluditur q tibi non
vis fieri alteri ne feceris.c.dilecti.de mai.& obe.
& c.bona fides,de deposito.& c.cum iuramẽto,
de homi.c.pro illorum de pœn.& c.excõicatio-
ni.de rap.& ibi not.& in c.cum in officijs,de te-
sta.& io diligendo Deũ super oĩa,quib. duobus
pręceptis ẽt ligabatur Adam.Secunda diuisio p-
66 ceptorum est de pręceptis scripturę,oam quędã
sunt moralia,quædam iudicialia, quędam vero
cerimonialia.Moralia sunt quæ concludunt in
pręceptis decalogi.Iudicialia vero vt puta de sol
uendis decimis primicijs,& oblationib.Cerimo
nialia sunt de quibus pleoe habetur in leuitico.
Moraliũ ergo pceptorũ datur tertia principalis
67 distinctio.quia quędã sunt affirmatiua vt hono
ra patrem,quędam vero negatiua vt nun occi-
des pcepta itaq.affirmatiua proprie dicuntur p-
cepta, negatiua vero proprie dicuntur prohibi-
tiones.Item pcepta affirmatiua obligant semper
sed non ad semper,præcepta vero negatiua obli
gant sem p,& ad semp.Itẽ q̃dã pcepta decalogi
possunt intelligi data vel inata,primo mõ puñet
tantũ ad populũ Israeliticum,secũdo mõ ad om
nes,quos ideo obligant quia vt dixi quicquid te
net decalogus explicite,hoc tenet lex naturæ im
plicite quæ scripta est in corde cuiuslibet,præce-
pta igitur affirmatiua ponuntur imperatiuæ,ne-
gatiua autem ponuntur indicatiuæ , propterea
quia

quia difficilius est facere bonum quam declina-
re malum, & plures in faciendo bonum requi-
runtur circunstantiæ.
68 Et præceptorum decalogi quædam concer-
nunt actum, quædam habitum, quædam affe-
ctum. In quibusdam enim solummodo prohibe
tur actus vt ibi non occides, secundum. s. formã
trahendo, nam per infirmitatem intelligendi
omnia præcepta negatiua manum ligant, & a in
re ligantur multis modis scilicet lege naturæ. i.
Deum diligere super omnia, & nulli facere qđ
nobis fieri nolumus. Et ista concernunt habi-
tum. Concernentia vero affectum sunt non cõ-
cupisces vxorem proximi tui, nec rem proximi
tui, & non mechaberis, quia appetitus inordina-
tus est ad illa, & sumitur numerus pręceptorum
sicut quędam nos ad Deum ordinant, quędam
ad proximum, quod Deus insinuauit quando in
69 duabus tabulis legem dedit. In prima tabula
sunt tria præcepta quæ pertinent ad Deum, &
primum præcipue pertinet ad patrem quia est
in diuina vnitate, secundum ad filium quod est
de iuramenti veritate, tertium ad Spiritum san-
ctum quod est de spirituali vacatione. In secun-
da tabula sunt septem ad proximum pertinen-
tia, quorum primum est de exhibendis bonis, vt
est illud, honora patrem, &c. Reliqua vero sunt
de cauendis malis quæ inferri possunt. s. corde,
70 ore. & opere. Opere ledimus proximum tripli-
citer, propter quod dantur tria præcepta, pri-
mum non occides, secundum non mechaberis,
tertium non furtum facies. Ore ledimus proxi-
mum, & propter hoc est illud non dices falsum
testimonium contra proximum tuum Corde le
dimus proximum dupliciter quandoq. scilicet
respectu rei temporalis, quandoque rei realis. Et
contra hæc duo dicitur non concupisces vxorẽ
proximi tui, &c. Iudicialia vero præcepta sunt
71 puta de soluendis decimis, &c. vt dixi. Cęrimo
nialia quæ quatenus erant figura nouæ legis, &
in nouo testamento sunt impleta, cessarunt, nisi
quatenus per Ecclesiam & ius canonicum sunt
innouata, de quo per arch. in c. 1. de deci. lib. 6. vt
probatur in cap. 1. de purg. post partum. & 6. d.
§. fi. & est tex. in c. sextam, de cõse. d. 3. vbi etiam
prohibetur Christus pingi figura agni. & no. gl.
in c. 1. de Sum. Tri. & in idem redit quod no. Io.
An. in d. c. 1. de dec. lib. 6. Adde quod sine gratia
diuina mandata impleri non possunt. c. placuit,
de conse. d. 5. Adde quod Papa nõ potest dispẽ-
72 sare contra decem præcepta decalogi, quia & si
non sint articuli, sunt tamen articularia fidei, &
ita annexa articulis quod sine eis salutem præ-
stare non possunt. c. sicut secundum Io. de Deo.
& 6. d. §. fi. 89. d. non satis, ad finem & Spe. inti.
de dispen. §. nunc breuius ver. 2. & Io. An. in ca.
cum Christus de hære. Item attendendum prin-
73 cipaliter quod aliqui ligantur præceptis alte-
ro de tribus modis, videlicet vel præceptis diui
nis de quib. supra vel præceptis proprijs, vel alie
nis, proprijs vt puta voto religionis vel alio,
quia secundum doctores vouere est voluntatis,
reddere vero est necessitatis vt patet in toto tit.
de voto, vnde quibusdam consilia fiunt præce-
pta sicut religiosis si vouerint, alienis vero sicut
a decretis, vt est ieiunare aliquas vigilias, & hu-
iusmodi. Item consuetudine vt puta ius primo-
genituræ. Item mandatis prælatorum, vnde sup
cathedram Moysi sederunt, &c. Item conscien-
tia quia quicquid fit contra conscientiam ædifi
cat ad gehennam.
74 Vnde postremo principaliter est videndum
de duodecimi consilijs Euangelicis, quorum pri
mũ est paupertatis, vt ibi qui non reliquerit oĩa
quę possidet, &c. Et ibi oĩs qui reliquerit domũ,
&c. super quo Hier. ait monachus obolũ habẽs
non valet obolũ. Secundũ vero est obedientiæ,
iuxta illud super cathedram Moysi, &c. Et illud
si quis vult venire post me, abneget seipsum, &
istud consilium concernit obedientiam, de qua
in cap. 2. & per totum de ma. & obe. Tertium est
maioris castitatis, de qua dominus dicit sicut eu
nuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlo
rum, de quo matthæus, audistis quod dictum est
antiquis nõ mechaberis. Ego aũt dico vobis qui
viderit mulierem ad concupiscendum, &c. ex su
bito motu concupiscentię non est peccatũ mor-
tale sed veniale, sed tantum concupiscere ex de
liberatione, & sunt prædicta tria consilia specia-
lia & substantialia oĩs religionis, quia suos obser
uatores elongant a malo, non solum quantũ ad
culpam, sed ẽt quantum ad cãm, omne namque
malũ oritur ex triplici radice. s. concupiscentia
carnis, & oculorum, & superbia vitę, & ab hac
radice triplici elongant prædicta tria consilia. de
quib. in cap. cum ad monasteriũ in fi. de sta. mo.
Quartum est charitatis de quo Matthæus diligi
75 te inimicos vestros, ꝙ est quãtum ad dilectionẽ
effectus, quantũ vero ad dilectionẽ affectus est
pręceptorum, quia inimico velle gratiã, & glo-
riam necessitatis est, sed ostendere illi signa beni
uolentię est perfectionis consilij, negare tamen
homini signa familiaritatis quando petit veniá,
vel necessitas exposcit, vindicta est, nisi subsit p̃-
sumptio ꝙ simulate vel irrisorie faciat. Quintũ
est mansuetudinis, de quo Matthæus, si quis te
percusserit in vna maxilla: p̃be ei aliam, & consi
lium patientiæ est respectu lęsionis corporis, ad
quod pertinet aliud quod eleemosynis rerum,
vt ibi. qui vult tecum in iudicio contẽdere runi-
cam, &c. relinque ei & palium, repetere. n. suum
cũ caritate est licitũ imperfectis pfectis non. Sex
76 tũ ẽ misericordiæ & erogationis, vt illud omni
petenti te tribue, & illud, si uis perfectus esse, uẽ
de oĩa quę habes, & da pauperib. nam dare sup-
fluum est necessitatis, sed dare quib. egemus, est
consilii. Et ꝙ dicit dñs quęcunq. uultis ut faciãt
uobis homines, intelligitur rõnabiliter, & dictã-
te charitate. Septimũ est consilium de simplicita
te uerborũ, ut ibi. sit sermo uester est est, non nõ
de quo in c. & si Christus, de iurein. cuius sensus
est si affirmatio uel negatio est in ore, sit ẽt ĩ cor
de. Et ad hoc reducitur illud audistis quia dictũ
est antiquis nõ peieres, ego aũt dico uobis nõ iu
rare oĩno q̃tũ ad perfectionẽ pertinet, secus q̃tũ
ad infirmitatẽ, prohibetur ẽt hoc fieri per crea-
turas pp idolatriã, secus si per Euangeliũ, & cru
ces, & per eum cui sunt dedicata. Octauũ est de
vitanda occasione peccati, ut ibi. si oculus tuus
scandalizat te, &c. ꝙ intellige de occasione pec-
cati, & tũc oculus sinister scandalizat ex aspectu
ex tactu uero manus sinistra, uel ex consiliario
77 malo qui dicitur oculus, uel ab adiutore malo
qui dicitur manus sinistra & eruẽda. Nonũ cõsi
liũ est de rectitudine intẽtionis, & simplicitate
finis, ubi dicitur attendite ne iustitiã uestrã facia
tis corã hominib. &c. Itẽ illud, ne sciat sinistra uo
stra, &c. Itẽ luceant bona opera uestra ut glorifi
cent patrem, &c in quo finis ęternus attẽditur,
tenemur. n. omnes actus referre ad Deũ, quorũ
habemus consiliũ ex imperio rõnis, ut est mãdu
care, cogitare, eligere, etc. sed nõ nutritiua, et re-
spiratiua, &c. Decimum de conformitate operis
& doctrinæ, vt ibi, onera grauia alligant, &c. &

ipocrita eijce primum trabem de oculo tuo, vbi attende in his quæ pertinent ad statum salutis tenetur prędicator facere qd dicit. Vndecimum consilium est de vitanda sollicitudine, vt ibi. nolite sollicitu esse, &c. & ibi nolite cogitare de crastino, vbi attende quod sollicitudo laudabilis præcipitur, vt prouidentia spiritualis, sollicitudo circa temporalia tolerabilis, sollicitudo vero superflue thesaurizandi vituperabilis est propter
78 auaritiam. Duodecimum est de fraterna correctione, vt ibi, si peccauerit ĩ te frater tuus, &c. ꝙ ẽ quãdo frater corripitur de venialib. sed nõ de mortalib. & obligat oẽs sẽper, sed non ad sẽper quia pro loco & tempore. s. quando vacat, & licet, & creditur ꝙ vtilis sit correptio, & fit amore primo, secundo timore, tertio pudore, de quo plene no. in c. cum ex iniuncto, de hære. & in ca. nouit. in prin. de iud. & in c. sed illud 45. d.

De fructibus visitationum. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 Abusionum eradicatio 12 bona facit.
2 Abusiones claustri sunt 12.
3 Vitia mortalia sunt septem.
4 Peccata venialia qualiter committuntur.
5 Peccata venialia multis modis relaxantur.
6 Mortale bene dimittitur sine veniali, sed non econuerso.
7 Crimina publica per visitationem eradicantur.
8 Crimen lęsę maiestatis.
9 Haresis comparatur crimini lęse maiestatis.
10 Adulterium per quos perpetratur.
11 Siccarij qualiter sunt puniendi.
12 Parricidarum pęna.
13 Falsarij qui dicuntur, & qualiter puniuntur.
14 Vim publicam & priuatam inferentes puniendi sunt.
15 Raptores virginum grauiter peccant.
16 Peculatus crimen qualiter committitur.
17 Plagiarij qui dicuntur & qualiter puniuntur.
18 Ambitus crimine qui dicuntur inuolui.
19 Simonia quandoque est tantummodo mentalis.
20 Repetundarum crimen.
21 Annonam cariorem facientes qualiter puniendi sunt.
22 Delicta priuata per visitatores eradicanda sunt.
23 Raptores ad quid tenentur.
24 Fur non manifestus in duplum punitur.
25 Crimina, & delicta variaq́ in duplici puniũtur
26 Superbia eradicata plantatur humilitas Humilitas ab humo dicitur ibi.
27 Humilitatis tres sunt gradus.
28 Humilitas vincit diabolum.
29 Misericordia opera spiritualia sunt. 7.
30 Oratio pro defunctis est salubris.
31 Sacramenta an sint suspensis deneganda.
32 Misericordia opera corporalia sunt septem.
33 Virtutes theologica sunt tres.
34 Spes vnde oritur.
35 Caritatis excellentia.
36 Virtutes Cardinales sunt quatuor.
37 Iustitia non est sine caritate.
38 Temp rantia partes sunt triplices.
39 Temperantia, & Fortitudo modificãt passiones sensuales.
40 Virtutum Cardinalium natura per Augustinum exprimitur.
41 Beatitudines sunt septem.
42 Meritorum ordo.
43 Pramiorum ordo.
44 Felices qui dicuntur.
45 Infelices sunt in multiplici differentia.
46 Beatus per qua quis efficitur.
47 Dona septem Sancti spiritus.
48 Timor filialis seruilis, & initialis.
49 Spiritus sancti dona quos effectus habent.
50 Fructus Spiritus sancti sunt. 12.
51 Pax omnem remouet perturbationem.
52 Benignitas in quo consistit.
53 Modestia prout est fructus Spiritus sancti respectu cuius est.
54 Castitas fugat concupiscentiam, & voluptates.
55 Sacramenta septem Ecclesia maximum producunt fructum.
56 Confirmatio solis episcopis competit.
57 Pænitentia ex tribus perficitur.
58 Absolutio pęnam perpetuam commutat in temporalem.
59 Ordines quot sunt.
60 Episcopatus an sit ordo.
61 Matrimonij bona sunt tria.
62 Sensus corpore sunt quinque.
63 Oculus est triplex.
64 Cecis ve. it miserendum est.
65 Adulatores a iure puniuntur.
66 Ebrij regnum Dei non possidebunt.
67 Odoratu quid odorare debemus.
63 Monachi mulieres osculari prohibentur.
69 Lingua peccata sunt plurima.
70 Ap stasia est triplex.
71 Adorationis tres sunt species.
72 Virgini beata quis honor debetur.
73 Cruci quis honor est exhibendus.
74 Imaginibus quis honor debetur.
75 Gratia quibus sunt agende.
76 Gratia est duplex; gratia gratis data octo fluxus habet.
77 Sensus scriptura est quadruplex.
78 Miracula per malos fieri possunt.
79 Pax est valde optanda.
80 Pacis expers non est Christi hares.
81 Pax inter homines non est propter sex causas.
82 Bellum perdit opes, corpus, & animam.
83 Fiscus tollit quod Christus non accipit.
84 Treuge certis temporibus sunt seruanda.
85 Treuga conuentionalis seruanda est.
86 Scandala multa mala faciunt.
87 Dotes quatuor corporales assequuntur beati.
88 Elementa sunt quatuor.
89 Dotes corporis glorificati per Apostolum exprimuntur.
90 Aureola est triplex.
91 Paradisi gaudia sunt inexplicabilia.
92 Dotes anima beata sunt tres.
93 Anima vires sunt tres.
94 Dotes tres anima trinitatem habent pro obiecto.
95 Fructus Visitationis esse summum bonum.
96 Peccata in Spiritum Sanctum qua, & quot sunt.
97 Impenitentia finalis est peccatorum grauissimum.
98 Visitati gratias agant visitatoribus immensas.
99 Hostes nostri sunt tres.

DEcimo q̃rto, & vltimo de saluberrimo effectu, et fructib. salutarib. visitationũ. Respõ

deo

Digitized by Google

deo huiusmodi fructus esse quã plurimos. Et vt aliquo magistrali ordine precedã, dico primum fructũ, & effectum visitationis operari eradica-
1 tionem multarum abusionum seculi, tam in clero quam in populo de quibus librum fecit Ciprianus, quas refert gl. in cl. prima de statu mo. Quarum prima eradicatio est quod sapiens nõ erit sine operibus. Secunda quod senes non erũt sine religione. Tertia quod adolescens non erit sine obedientia. Quarta quod diues non erit sine eleemosyna. Quinta quod femina non erit sine pudicitia. Sexta quod dominus non erit sine virtute. Septima quod Christianus non erit contentiosus. Octaua quod pauper non erit superbus. Nona quod rex non erit iniquus. Decima quod Episcopus non erit negligens. Vndecima quod plebs non erit sine disciplina. Duodecima & vltima quod populus non erit sine lege. Et sic non suffocabitur iustitia, quarum ordinem ibi vide, adde cap. rex debet. 23. q. 5.

2 Secundus principalis fructus erit quia eradicabuntur. 12. abusiones claustri, quibus tota religionia massa corrumpitur, quas enumerat Hnguitio de foleto. lib. 2. de claustro animæ, & glo. supra allegata. Prima eradicatio est quod prælatus non erit negligens. Secunda est quod discipulus non erit inobediens. Tertia quod iuuenis nõ erit ociosus. Quarta quod senex non erit obstinatus. Quinta quod monachus non erit curialis. Sexta quod monachus non erit causidicus. Septima quod habitus non erit præciosus. Octaua quod cibus non erit exquisitus. Nona quod rumor non erit in claustro. Decima quod lis non erit in capitulo. Vndecima quod dissolutio non erit in choro. Duodecima, & vltima quod irreuerentia non erit circa altare, de quibus omnibus prosequitur pulchre ibi glo. quam omnino vide.

3 Tertius principalis fructus est quia eradicabuntur vitia. Primo septem capitalia. Secundo omnia venialia. Primo enim eradicabitur superbia arrogantia, & vanagloria. Secundo eradicabitur auaritia. Tertio luxuria. Quarto ira. Quinto gula. Sexto inuidia. Septimo accidia, & ociositas.

4 Item eradicabuntur peccata venialia de quibus per Bedam super Epistola Iacobi videlicet peccata quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur. Si tamen ex deliberatione fiunt transeunt in mortalia, quia secundum August. Nullum peccatum adeo veniale est quod non fiat criminale, dum placet, de quibus plene. 25. d. in §. criminis appellatio. Gregorius tamẽ enumerat aliqua venialia, sicut est assiduus sermo, & ociosus, immoderatus risus, peccatum cure familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciunt, quæ etiam post mortem grauant si adhuc in vita positia minime fuerint relaxata, de quo in ca. qualis. e. d. & ibi vide. Adde omnino tex. cap. qui vult cum pluribus se. de pen. dist. 2. vbi plene de gradibus virtutum & vitiorum, & non omittas. Attende quia diuturnitas temporis non minuit peccatum. ca. non satis. de simo. & tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animã retinent alligatam. cap. cum in Ecclesia. e. tt. Re-
5 laxantur tamen in vita multis modis. Et primo per benedictionem prelati deuote susceptam. 1. q. 1. dictum, & cap. maledicam cum seq. Secundo per generalem confessionem, quę fit in missa, & officijs diuinis. Tertio per orationem dominicam de peni. d. 3. aqu am. Quarto per eleemosynam. Quinto per ieiunia, de pœn. dist. 3. sane. Sexto per Eucaristiam deuote sumptam, de consec. dist. 2. cum ad omnem. Sptimo per vnctionem extremam de sacram. vnc. cap. vno ad prin. Octauo per deuotam pectoris contusionem, de pœni. dist. 1. tres sunt actiones secundum Host. qui hoc notat de peni. & remi. in ca. omnis, & amplius per spe. in aureo repertorio in tit. de peni. & re. vbi omnino vide. Quod est in-
6 telligendum verum in eo qui non est in mortali, vt no. de pe. d. 1. perfecta in vltima gloss. vide omnino, de pe. dist. 2. cap. si quis semel, vide omnino gloss. in verb. humilitatis in clem. 1. in fin. de reli. do. Mortale enim sine venialibus potest dimitti, sed non econuerso, quia mortale opponitur charitati, veniale vero feruori charitatis, sublato ergo priori, tollitur posterius, sed non econtra, de his plene per gloss. in salutatione sexti libri super verbo benedictionẽ, & adde quod qui in vno offendit deflere habet tanquam factus omnium reus. c. defleat de re. iur.

7 Alius fructus erit quia eradicabuntur crimina capitalia vel publica quæ vltimo supplicio afficiunt, vel aqua, & ignis interdictione, vel deportatione, aut metallo, & cetera quæ infamiã irrogant cum damno pecuniario, quæ publica sunt licet non capitalia, & sic inducunt capitis diminutionem maximam vel mediam. instit. de
8 capitis dist. §. 1. puta crimen læsæ maiestatis, qđ incurrunt qui contra imperium vel rempublicam aliquid moliuntur, quibus lex Iulia maiestatis irrogat pęnam amissionis animæ cum dãnatione memorie delinquentis, etiam post mor-
9 tem. Ad eius instar hæretici puniuntur, cum longe sit grauius æternam quam temporalem ledere maiestatem. cap. vergentis de hæretic. l. quisquis, & per totum. C. ad l. Iuliam maiestatis, de apostatis autem dic vt in cap. 1. de apostatis, & per Host. in sum. eod. titu. & de scismaticis vt in cap. 1. de scismaticis, lib. 6. & quid differat hæresis a scismate dic vt in cap. inter scisma. 24. q. 3.
10 Item crimen adulterij quod incurrunt temeratores alienarum nuptiarum, & qui cum masculis nephãdam libidinem audent exercere, quos lex iulia de adulterijs capite punit & gladio. Itẽ crimen stupratoris virginum aut viduarum honeste viuentium, quoa si sunt honestiores, punit publicatione partis dimidie bonorum humiles vero corporis cohertione cum relegatione punit. l. cum vir. & per totum. ff. & C. ad l. iuliam
11 de adulterijs, & stupris. Item crimen siccariorum homicidarum, a sicca quæ est ferrum idest cultrum dictis. Cognatos etiam & affines occidentium, qui tamen nuncupatione parentum non continentur, quos vltore ferro persequitur lex cornelia de siccariis, & eos qui occidendi causa cum telo ambulant, quod ab arcu mittitur in longinquo vel manu. l. 1. §. si quis claua. & l. si quis cum telo. ad legem corneliam de sicariis, & per totum titu. Item crimen veneficii, & illos qui artibus odiosis, & susurris magicis homines occidunt, vel mala medicamenta publice vendunt. De occidentibus cardinales dic vt in cap. felicis de pœnis. lib. 6. De occidentibus episcopos dic vt in clem. si quis suadente de pęnis. De assasinis dic vt in cap. pro humani de homi. li. 6.
12 Item crimen parricidii asperimum, quod incurrunt qui parentis vel filii aut omnino affinis qui nuncupatione parentum continetur fata præpararunt clã aut palã admittendo, & eos quorum dolo id factum est, vel conscii crimi-

nis fuerunt, licet extranei sint, quos punit lex
Pompeia de parricidis vt suti in Culeo cum ca-
ne, & Gallo Gallinacio.7. annorum, & vi-
pera, & Simia inter eas ferales angustias com-
pressi, secundum quod regionis qualitas pati-
tur vel in vicinum Mare, vel in amnem proij-
ciantur, vt omnium elementorum vsu viui care
re incipiant, & eis cœlum superstitibus, & terra
mortuis auferatur. Item crimē falsi quod incur
runt testamentum vel instrumentum falsum
scribentes, signantes, recitantes, subijcientes, aut
signum adulterinum facientes, sculpentes, &
præmentes scienter dolo malo, quos punit lex
Cornelia de falsis pœna consimili sicariorum,
& veneficorum. l. si veteris, & per totum. C. &
ff. de falsis. De falsatoribus literarum Apostoli-
carum dic vt c. quam graui, & c. ad falsariorum
de crimine falsi, de dissigillantibus literas dic vt
in cap. olim de rescrip. & cap. cum olim. 2. de of-
14 fi. deleg. Item crimen inferentium vim publicā
cum armis, quos lex Iulia de vi publica punit
pœna deportatione omnis. l. si quis a se fundum
C. ad l. Iuliam. de vi publica & ff. e. ti, per totum.
Item crimen inferentium vim priuatam sine ar
mis, quos lex Iulia de vi priuata punit publica-
tione tertiæ partis bonorum. ff. & C. ad l. Iuliā
15 da vi priuata per totum. Item crimen rapientiū
Virgines, aut viduas, aut sanctimoniales, vel pue
ros, &c. & eos qui opem flagitio dederunt quos
puniunt leges raptores. C. de raptu Virginum,
16 & de episcopis, & clericis. Item crimen pecula
tus, quod incurrunt furantes pecuniam publicā,
vel rem sacram, aut religiosam, & iudices ac offi
ciales administrationis tempore publicas pecu-
nias subtrahentes, aut ministerium eis adhiben-
tes, vel ipsas subtractas pecunias ab his scienter
suscipientes, quos lex Iulia peculatus punit pœ
na capitis. ff. ad l. Iuliam peculatus. l. 1. & per to-
17 tum. Item crimen plagij quod incurrunt distra
hentes filios alienos, & seruos fugitiuos, aut libe
ros homines transportantes, quos punit lex fa-
uia de plagiarijs, interdum pœna capitis, ex sa-
cris constitutionib. interdum vero leuiori, ff. ad
legem fauiam de plagiarijs per totum. Item cri-
18 men ambitus quod incurrunt dātes pecuniam
vt. sortiantur honorem aliquem extra vrbem
Romanam, & stantes in magistratu vltra annū,
& ingredientes domum iudicum, & iudices no
ua vectigalia instituentes, quos lex Iulia de am-
bitu punit in centum aureis. ff. ad l. Iuliam de
ambitu per totum, sed secundum iura canonica
19 [illegible] incurrunt [illegible] & simoniam, de quo
plene in decretis prima. q. per totum, & extra de
simo. per totum, aliquando etiam mentalem de
quo plene per doc. in c. tuam de ætate, & qualit.
20 Item crimen repetundarum, quod incurrunt
iudices, pecuniæ interuentu aliquid facientes,
vel omittentes, quos lex Iulia repetundarum pu
nit in quadruplum ciuiliter, & quandoque cri-
minaliter extra ordinem. ff. ad legem Iuliam re-
petundarum per totum. Item crimen eorum
21 qui faciunt vt annona carior sit, quos lex Iulia
de annona punit in viginti aureis. ff. ad l. Iuliam
de annona per totum. Item crimen eorum qui
in vsum suum conuertunt quod super fuit ex
aliqua administratione publica eis cōmissa quos
punit lex iulia de residuis in tertia parte puris
simpli. Item crimen turpiliani. Item crimen fal-
se monetæ. l. 1. C. de falsa moneta, ex quibus pos
sibile est summo digito & quasi iudicem prædi
cta tangere, diligentior autem scientia ex libris
digestorum scilicet 48. libro Deo propicio adue-
nit, vt notabiliter dicit tex. institutà de publicis
22 iudicijs in fi. Eradicabuntur pariter delicta, &
crimina seu maleficia priuata puta furtum ma-
nifestum, illatio motus. Item datio pecuniæ vt
calumniæ causa alicui negocium fiat vel non
fiat. Item exactio executorum litium, qui con-
tra constitutionis conditiæ normam a reis quic-
quam exigunt, de quibus omnibus pęna qua-
drupli puniendis tractat tex. insti. de actionibus
§. quadrupli. Item crimē improbum raptorum
23 rerum alienarum, quia licet raptor etiam furti
in quadruplū teneatur, tenetur ēt propria actio-
ne infra annū quadrupli. in quo simplum com-
putatur scilicet rei persecutio, post annum vero
simpli. Item crimen inferentium in libello cō-
uentionali maiorem summam vere existimatio-
nis, vt exinde viatores executores litium amplio
rem summam nomine sportulatum exigant, ex
lege namque conditia & nouis constitutionibus
tales puniuntur in triplum, institu. de actioni-
24 bus. §. tripli. Item crimen furti non manifesti,
& serui corrupti, quia fur non manifestus pu-
nitur pęna dupli. insti. de furtis. §. nec manife-
stum, & insti. de actio. § in duplum, & l. si quis
seruum, & l. vt tantum. ff. de seruo corrupto.
Item crimina de tigno iniuncto, & eius qui te-
stamento liber esse iussus est, & post mortem
domini aditam hæreditatem subripuit Item fur
ti aduersus nautas caupones, & stabularios.
Item aduersus familiam. Item crimen arborum
furtim cæsarum. Item crimina incendij ruinæ
& naufragij rate naue expugnata. Item crimen
famosi libelli, & contumeliæ, & iniuriarum
tam realium quam verbalium, &c. Item omnia
crimina extraordinaria, vt puta sepulchri vio-
lati, concussionis, de abigeis, de quo etiam in c.
quia plerique de immunitate Ecclesiarum. Itē
crimina præuaricatoris, receptatoris, furis balne
arij, effractoris, & expilatoris. Item crimen
expilatæ hæreditatis. Item crimen stellionatus.
Item crimen termini a moti, & crimen collegij
illiciti. Item vbique agi posset populari actione
de quibus omnibus sunt speciales tituli successi-
ui in. ff. libro. 48. Item omnia quasi maleficia pu
ta facientium litem suam, & malæ iudicātum,
& eorum qui ex domibus proprijs aliquid de-
iecerunt vel effuderunt, & exercituum, & teme
re litigantium, & album corrumpentium, &
vxorum res amouentium de domo viri, deniq.
quæcunque alia varia extraordinaria crimina
etiam ciuilia, de quibus institu. de obli. quæ ex
quasi maleficio &c. ff. de varijs & extraordina-
rijs criminibus, & in alijs proprijs titulis. C. &
digestorum. Et sufficere volo canonistis hunc
breuem transcursum ad aperiendam viam exu
flandi, & accendendi ingenium, & studium, &
memoriam, a quibus veniam peto de nimia bre
uitate quam exigit præsens opusculum solum
simplicium introductiuum.
25 Et loco superbie de qua in cap. nullus de ser.
non ordi. eradicate, plantatur, & ædificatur hu-
militas, qua nihil splendidius in episcopali ceruI
26 ce fulget cap. dist. contra morem. Circa etiam
virtutem humilitatis sciendum est quod ab hu-
mo dicitur secundum Ber. in libro de gradibus
humilitatis, & est virtus qua homo verissima co
gnitione sibi vilescit, & gloriosa dicitur, quia
illa palliari etiam se appetit superbia, ne vile-
scat. 8. quæst. 1. in scripturis, de talibus dicitur
quod sub agni specie Lupum gerunt, de hære-
ti. vt officium, lib. 6. & inter. 10. humilitatis indi-
cia quæ ponit cassianus, 8. est cum quis se reli-
quas

Digitized by Google

quis inferiorem non superficie pronunciat sed
intimo cordis affectu. Vnde dicuntur tres gra-
27 dus humilitatis. Primus subdere se maiori: &
non præferre se equali, 17. di. de Constantino-
politana. Secundus subdere se æquali nec præ-
ferre se minori. Tertius subdere se minori, de
pæn. dist 2. ca. 1. prima dicitur sufficiens, & ne-
cessaria, secunda abundans, tertia superabun-
28 dans. Et de humilitatis efficacia diabolus ad
Macharium in vita patrum ait ieiunas interdū,
& ego nullo cibo vnquam reficior, tu sæpè vigi
las: me nunquam sopor oppressit, sola tua humi
litas me vincit, & dicit Ambro. quod humilitas
est clauis, quæ aperit regnum celorum, & rese-
rat ministeria scripturarum: & Gregor. qui sine
humilitate virtutes congregat, quasi in ventum
puluerem portat, & vnde aliquid ferre nititur,
in deterius cæcatur, vide 93. di. Dominus, & ca.
di. contra morem, & Io. An. in cle. 1. in fi. de re-
lig. dom. Et illud quod dictum est supra de ieiu
nio, & elemosina: dico de alijs operib. pijs: quæ
dicuntur misericordię quorum septem dicũtur
spiritualia. Alia septem dicũtur corporalia. Spi
29 ritualia hoc versu cõprehenduntur, *Consule,*
coge, doce, solare, remitte, fer, ora. Consule. s. er-
rantibus vt in viam salutis redeant. Coge siue
castiga discolos, vt non damnentur. Doce igna-
ros vt tanquam cæci non cadant in foueam. So
lare afflictos ne in desperationem incidant. Re
mitte iniuriantibus vt eos pæniteat. Fer. i. patiẽs
esto in tribulationibus exemplo Christi, & san-
ctorum. Ora pro viuis atque defunctis. De cu-
ius orationis fructu vide plene per glo. in cle. si
Dominum de reli. & venerati. sanc. super ver-
bo orationes. Et per Host. in summa de pęni. in
§ quis sit effectus, versu casus autem de quo ple
ne in c. cum creatura de cele. missa. & in c. cum
Marthæ. eo. ti. pro defunctis dixi quoniam can
30 tat Ecclesia quod sancta, & salubris est cogita-
tio pro defunctis exorare vt a peccatis soluan-
tur. Nam animæ defunctorum quatuor modis
soluuntur. Aut oblationibus sacerdotum. Aut
precibus sanctorum. Aut carorum elemosinis.
Aut ieiunio cognatorum. 13. q. vlt. c. animæ de-
functorum, facit c. pro obeuntibus, eo. di. & ca.
tempus, & c. Ambrosius, alias est c. quia alij. et
31 si fuerint in patibulo suspensi, quibus non est
neganda communio, ca. dist. c. de quibus, & in
cle. cum secundum, de pęn. & rem. & c. 2. de fur
tis. Similiter illis etiam non est neganda Eucha
ristia, secundũ quod scribit Io. An. in c. sane, de
celeb. missarum. Nec Ecclesiastica sepultura. Et
debet induci ad pęnitentiam petendam, vide
glo. in dicta cle. cum secundum, in verbo pœni-
tentia, vide in c. 1. & 2. de torneа. & c. cum Mar
thæ in fin. de celeb. miss. nisi mortuus esset s. h-
ctus, &c. quia tũc iniuriam faceret martyri qui
oraret pro martyre, &c. vt ibi. Alia vero septem
32 opera corporalia, hoc versu comprehendũtur.
Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. ca. cũ
ex eo. de pænit. & remis. Visito, s. infirmos. Poto
sitientes, Cibo esurientes. Redimo incarcera-
tos. Tego nudos. Colligo hospites. Condo cor-
pora defunctorum illa sepeliens. Quibus mise
ricordiæ operibus mensura poni non potest:
nec tempore diffiniri. 26. q. 5. is qui. de pæni. di.
2. multiplex. No. glo. in cle. 1. de pęn. & rem. &
circa humilitatem vide tractatum quẽ feci qui
intitulatur de sacra humilitate.

Alius principalis fructus est quoniam plan-
tabuntur, & ædificabuntur virtutes videlicet
33 tres. Primo Theologicæ, Fides, Spes, & Chari-
tas. Fides sine operibus mortua est. 1. quæst. 1. c.
fertur, vide in c. cum Christus de hære. & in ca
pit. 1. de sa. vnc. & quod dixi supra in quæstione
de verbo Dei. Spes est in suffragijs, & premijs,
prima ponenda est in sanctis, secunda in solo
Deo. secunda triplex scilicet veniæ, gratiæ, &
misericordiæ. Effectus eius a tribulatione libe-
rat, confortat pereuntes, mentem releuat, sal-
uat animam, temporalia ministrat, comparatur
galeæ salutis, anchoræ, medicinæ, gemmæ, so-
lario, claui, &c. differt a fide quia illa de præte-
ritis, hæc de futuris, illa de bonis, & malis: ista
de bonis tantum, illa de bonis suis, & alienis:
hæc de suis tantum vtraque tamen de inuisibi-
34 libus. Oritur ex diuina largitate ex abundantia
meritorum: ex prægustatione æternorum. Cha-
35 ritas quæ est fons proprius cui non communi-
cat alienus, c. licet in fin. de regul. & si quantũ-
cunque virtutum flore refulgeas: & in te non
habeas charitatem nihil probaris habere, cap.
nisi cum pridem, ver. quippe de renunc. Et quæ
ędificat: vbi scientia inflat, vt ibidem in §. pro
defectu, supplet imperfectum scientiæ: & tan-
quam perfecta foris mittit timorem, 20. q. 1. il-
36 lud, 23. quæst. 6. in fin. Et quatuor morales siue
Cardinales, videlicet, prudentia, iustitia, forti-
tudo, & temperantia. De prudentia satis dictũ
est, supra in quæstione proxime pręcedente. Iu-
37 stitia de quæ dic quod in omni gente qui facit
iustitiam acceptus est Deo, c. ad decorem de in-
stit. & non potest esse vbi charitas non est, &
dilectio proximi quę malum non operatur, ca.
vbi sane: 23. quęst. 1. Fortitudo quę tenet mediũ
inter audaciam quę vitium est, cuius contrariũ
vitium est pusillanimitas, No. Io. Andr. in c. exi-
git, de censib in nouella. Temperantia quæ est
38 habitus voluntarius electiuus refrenãs concu-
piscentias delectationum tactum, & sic passio-
nes castigans vehementes, præcipue circa sum-
mæ difficilia, cuius partes integrales tanquam
eius conditiones sunt verecundia, & honestas,
partes vero subiectiuę sunt abstinentia, & ca-
stitas, partes vero potentiales sunt continentia,
clementia, & modestia: quæ se habet circa me-
diocriter difficilia, & plene de hac virtute vide
in tractatu quem feci qui intitulatur de morali
temperantia.

39 Circa has quatuor virtutes sciendũ est quod
temperantia, & fortitudo sunt modificatiuę
passionum insurgentium in sensualitate homi-
nis vel actionum occurrentium homini. Mo-
dificat enim temperantia delectationes existen
tes in cibis, & venere. fortitudo vero timores,
& audacias: quæ sunt circa pericula mortis, &
dicuntur purgatoriæ quia sunt hominum non-
dum purgatorum a passionũ insultibus: & per
consequens non summæ perfectorum, ad id ta-
men dato conatu tendentium. Aliæ sunt solum
tenentes animam hominis in Deo, & in summa
perfectione: vt si temperantia terrenas concupi
scẽtias ignoret: fortitudo passiones nesciat; pru-
dentia solis diuinis intendat: iustitia mentem
cum Deo perpetuo fœdere teneat. Et quia hæc
sunt solum hominum totaliter purgatorum di
cuntur hominis purgati a passionum molestijs
quod est paucissimorum in hac vita.

40 Vnde Aug. 21. de trin. quod nunc agit iusti-
tia in subueniendo miseris: quod prudentia in
præcauendis insidijs: quod fortitudo in perfe-
rendis molestijs, quod temperantia in coercen-
dis delectationibus prauis ibi non erit vbi nil
mali erit. Sed iustitiæ erit Deo regẽti esse subdi-
tum,

Digitized by Google

tum, prudentiæ nullum bonum Deo præpone-
re vel æquare, fortitudinis firmissime cohære-
te, temperantiæ nullo affectu noxio delectari,
vt de his plenius habetur per glo. in cle. ad no-
strum, ver. 6. de hære. Quid sit virtus: & quales,
& qualiter gradus sunt in virtute: & an Adam
habuit ex creatione virtutes. 32. q. 5. de pudici-
tia de cons. di. 3. hæc quæ de charitate, & §. Ro-
manos. Quibus correspondent tanquam habi-
41 tibus septem beatitudines tanquam eorundem
habituum actus, videlicet paupertas spiritus,
mititudo, luctus, fames, & sitis iustitiæ, miseri-
cordia, mũditia cordis, & pax, quibus congruũt
septem merita videlicet regnum cælorum, pos
sessio terræ, consolatio, saturatio, misericordiæ
consecutio. Dei visio, filij Dei vocatio. Sunt er-
go septem merita beatitudinum, & quidem ve-
ra beatitudo, cum sint actus perfecte virtutis,
sed tamen diminute, & imperfecte beatificant,
patet enim quod paupertas, & luctus, & deside
rium iustitiæ, & reliqua diminutum bonũ sunt,
præmia vero prædictis meritis debita sunt per-
fecte beatitudines. s. regnare in cœlis, possidere
terram viuentium, consolari, saturari, supera-
bundare. Deum videre, & filium Dei esse cum
plenitudine misericordiæ quam summam bea-
titudinem diminute beati merentur, & sperãt.
Tripliciter ergo beatificant merita illa virtutũ.
Primo præsẽti beatitudine virtutum. Secundo
summa, & perfecta beatitudine eam. s. disponẽ-
do meritoriæ. Tertio eam sperando secure, &
tamen diminutæ: donec veniat quod perfectũ
est, & euacuetur quod ex parte est. Congruit au
42 tem ordo meritorum quia initium, & funda-
mentum eorum est humiliatio sui, & abdicatio
suorum. Ideo primum locum tenet paupertas
spiritus. Ex his sequitur mansuetudo, gloss. non
est mitis qui prius pauper non fuit, difficile est
enim secundum gradum ascendere nisi primũ
ascenderis: quia inter diuitias, curas, & odia ani
mus non est mitis, & quia inter seculi curas le-
uitas animi sæpe irritatur, luctu fit temperatio
mansuetudinis. Qui autem pauper humilis, mit
tis, & lugens est accenditur continuo deside-
rio, vt perficiat Dei voluntatem. Qui non sitiuit
iustitiam, iam non potest misericordiæ altiorẽ
gradum conscendere: quia non bene miseretur
qui non est iustus. His autem altior est mundi-
tia cordis: sed demum pax quæ superat omnem
43 sensum cunctis supereminet. Congruit etiam
ordo præmiorum, nam primum premium est
vt homo terrenus fiat celestis, immo quod ipsis
cęlis imperet, sed parum est dominari in cęlis:
nisi se ipsum possideat, ideo excellentior beati-
tudo est possidere terram, & seipsum, sed hanc
superat consolatio diuina, omne gaudium con-
tinens, maius vero est saturari viris bonis quam
consolari, saturitatem vero excedit superabun-
dantia misericordiæ; quam largitur misericor-
dia diuina, sed excelsius est Deum videre poten
tialiter a quo proueniunt consolatio, saturitas,
& superabundantia, vltimo cunctorum eminẽ-
tissimum est hæreditario iure habere Deum qđ
filijs eius datur. Quæ omnia beatitudinis prę-
mia vnicuique merito virturum Deus largitur:
sed per approbationem quædam conueniũt sin
gula singulis. Conclude ergo quod qui sic per-
spexerit in legem perfecte libertatis, non audi-
44 tor obliuiosus factus, sed factor operis: hic bea-
tus in facto suo erit, sicut & qui audit verbum
Dei discernendo, & custodit illud obseruando,
declaratur autem vtrum quis vere sit pauper
spiritu; mansuetus vel mitis, lugens, esuriens;
& sitiens iustitiam, misericors, mundus corde:
& pacificus, dum propter iustitiam persecutio-
nem alacriter patitur, eius merces copiosa est in
cęlis, & qui hæc sitiunt, vere beati sunt si fece-
rint ea. Io. 13. & beatificabuntur in gloria.
45 Nam & econtra infelices in hoc & in futuro
seculo sunt diuites, superbi, & auari: quoniam
ipsorum est seruitus idolorum, & infernales.
Infelices iracundi: & crudeles, quoniam ipsos
possidebit ignis damnatorum. Infelices qui e-
xultant in terrenis felicitatibus quoniam ipsi cũ
maledictis contristabuntur, nam extrema gau-
dij luctus occupat. Infelices qui incrassantur, &
inebriantur in iniustitijs: quoniam ipsi a mente
alienabuntur, & ab omni veritate, & bono. In-
felices, inuidi. quoniam ipsi omni misericordia
priuabuntur, est enim impossibile crudelem be
ne finire. Infelices corde polluto, vano, & indu-
rato: quoniam ipsi Dei visione priuabuntur: et-
enim peccant in spiritum sanctum irremissibi-
liter. Infelices belli, & discordiarum zelatores:
quoniam filij diaboli vocabuntur, & hæredita-
bunt eum. Infelices insuper qui exaltationes cõ
sequuntur propter iniustitiam: quoniam ipso-
rum erit semper perpetua seruitus inferorum
absque vlla redemptione. Nam sedes ducum
superborum destruit Dominus: & sedere facit
46 mites pro eis. Et qui custodit legẽ beatus est,
& qui suffert tentationem: & qui intelligit su-
per egenum, & pauperem; & qui post aurũ non
abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris, & qui
timet Dominum, & ambulat in vijs eius, & bea
tus post se relinquit filios, & super omnia bona
sua constituet eum Dominus, & præcinget se
ac ministrabit ei. 23. q. 5. ad fidem. 24. q. 5. c. a re
cta, cum similibus, & 23. q. 4. §. ex his. Beatitu-
dinibus vero vltra congruentiam meritorũ de
47 quibus supra, succedunt dona spiritus sancti
quasi earundem, 7. virtutum delectationes, &
instinctus diuini in quibus præmeditatus ani-
mus mouetur ad bonum, videlicet, sapientia,
intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas,
& timor Domini. Sapientia enim quasi sol illu
minat de spe, & certitudine æternorum, contra
stultitiam. Et correspõdet virtuti charitatis. Sa-
pientia enim infusa quę est donum non est cha
ritas sed magis affectus. Intellectus quasi venus
illustrat intellectum stabilitate penetrandi au-
dita, contra ebetudinẽ. & tarditatem ingenij. Et
correspondet virtuti fidei. Esa. 17. nisi credide-
ritis non intelligetis. Consilium quasi Mercu-
rius illustrat mentem in agibilibus: quid videli-
cet eligendum, quidve fugiendum sit contra
pręcipitium, & dirigitur a dono consilij quod
est de melioribus bonis. Et correspondet virtu-
ti prudentiæ quia circa ea quę sunt agẽda pro-
pter finem sicut ipsam adiuuans, & perficiens.
Fortitudo quasi Mars illustrat mentẽ radio cõ-
fidentiæ ne aduersa timeat contra pusillanimi-
tatem. Et correspondet virtuti fortitudinis quę
dat fiduciam euitandi quæcunq; pericula. Sciẽ-
tia quasi Luna illustrat mẽtem de veritate crea
torum contra ignorantiam infusa. Et correspõ-
det virtuti fidei. Et est solum circa res creatas.
Pietas quasi Iuppiter diffundit corda miseratio
nis ad proximum contra crudelitatem. Et corre
spondet virtuti iustitiæ. Timor Domini quasi
Saturnus pondere suę lucis premit mentem: ne
de acceptis bonis superbiat sed eterna requirat.
48 Et hoc contra superbiam. Et præcipuus est fi-
lialis per quem timemus ab auxilio diuino nos
subtra-

Digitized by Google

subtrahere. Cuius obiectum est malum. Ideo timor, & spes inuicem correspondāt, & perficiunt se, secundario autem correspondet virtuti temperantiæ ad fugiendum ea quæ maxime alliciunt ad vitandam Dei offensam. Est & timor seruilis, & initialis qui non sunt dona spiritus sancti. Et vocatur timor seruilis quia refrenat a temeritate formidine pœnæ. 42. di. docendus, de elect. cum 10 cunctis, C. de emenda. propinquorum l. 1. iuxta illud. Oderūt peccare mali, &c. nec habet per se premium: nisi quia solet inducere filialem. Timor autem seruilis secundum Gregorium est in quo viuit peccandi volūtas. Et sequeretur opus si speraretur impunitas. Et pertinet ad seruum. Initialis autem respicit amissionem premij, & pertinet ad mercenariū. Filialis autem respicit offensam, et proprie ad filium pertinet, vt no. glo. in c. cum qui, de præ-
49 ben. li. 6. Donum ergo sapientiæ inflāmat amore. Intellectus occulta manifestat. Consilium dirigit in via. Fortitudo confortat timida. Scientia delectat. Pietas seipsam extra multiplicat. Timor fugat iniqua, quia in timore Domini declinat omnis a malo. nume. 16. Sunt ergo dona spiritus sancti quædam habituales animæ delectationes, & dispositiones ac perfectiones potentiarum eiusdem: quibus redduntur bene prōpti, & mobiles a spiritu sancto, sicut virtutibus moralibus potentiæ appetitiue redduntur bene mobiles a ratione. Et sunt dona perfectiora virtutibus moralibus, & intellectualibus: in quib. mens humana habet se vt mouens, & vt mota. Et horum actus manent in patria: licet nō actus virtutum, & naturalem facultatem excellunt. Et communia sunt omnibus sanctis. Et participantur a creaturis ac sunt gratuita. Vnde Chrisostomus ait donum spiritus sancti non datur inimicis. Ideo oportuit nos prius recōciliari per mortem Christi glorificati, & postea accipere spiritum sanctum. Adde omnino tex. de pæ. di. 2. c. quærendum.

50 Alius autem principalis fructus est quia in tantum possunt reformari visitati quod possūt consequi. 12. fructus spiritus sancti. Et sunt hi videlicet. Charitas, longanimitas, gaudiū, pax, fides, bonitas, benignitas, patientia, mansuetudo, modestia, continentia, & castitas. Et sunt hi fructus similiter delectationes de actibus virtutum, hoc est de beatitudinibus, inquātum enim homo habet delectationem in suo actu dicitur assequi fructum. Inquantū vero est quid secundum operationem operans dicitur habere rationem virtutis. Et in eo consequuntur ad beatitudines. Important enim delectationem quādam spiritualem: quæ consequitur perfectos actus virtutum. Et important quoddam vltimum in operatione, non autem in cognitione tantū. Et sunt primus fluxus fructuosus pertinēs ad gratiam gratum facientem. Et sunt quoddam præcipuum quod nascitur ex virtutibus quibus spiritussanctus fecundat animam quam irrigat; & in eis quasi fructibus animus pascitur, & delectatur. Et eo irrigante producuntur ex arbore virtutum, sunt & dona, vnde cum prædicta fiunt in nobis vt delectēt in spiritu, fructus eius sunt. 2. ad Corinthios in suauitate, & spiritusancto, Ecclesiastici. 24. spiritus meus super mel dulcis. Charitas ergo, & suauitas amoris que nascitur ex arbore charitatis, est operante spiritusancto, ad Roman. 5. charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum. Longanimitas est respectu boni absentis quæ nascitur ex arbore spei operante spiritusācto. ad Ephes. 1. signati estis spiritu promissionis. Gaudium respectu boni præsentis, & nascitur de bona conscientia per spiritum sanctum, Luc. 10. Exultauit
51 in spiritusancto. Pax est securitas respectu boni, possessi tenendi, & nascitur ex arbore confidentiæ per spiritum sanctum, quia omnem perturbationem remouet vt secure bonum habitu possideatur. Et sic intelligitur Esaiæ 4. ibi. Erit in securitatem, & in absconsionem a turbine, & a pluuia Fides respectu veri transcendentis quæ dicitur fructus cum delectabiliter creditur, & nascitur ex arbore intelligentiæ operante spiritusancto. Sapientiæ 9. sensum tuum Dominus quis sciet nisi dederis spiritum sanctum tuū? Bonitas respectu boni tribuendi quibuscunque affectus videlicet animi est omnibus se cōmunicandi cū dilectione: qui fructus nascitur ex pietate per spiritum sanctum Sapientiæ 12. O quā bonus, & su uis est spiritus tuus Domine. Be-
52 nignitas respectu boni tribuendi etiam mala inferentibus, benignus enim est qui maleuolis bene facit, & nascitur ex arbore charitatis operante spiritu sancto, Sapientiæ 1. benignus est spiritus Sapientiæ. Et propterea dicitur hi duo fructus correspondere dono pietatis. Patientia respectu mali affligētis est tolerare etiam cum delectatione, nascens ex arbore fortitudinis per spiritum sanctum. Sapientiæ 5. contra illos stabit spiritus virtuns. Mansuetudo respectu mali illati ne vindicetur, & nascitur ex arbore humilitatis cuius auctor est spiritusanctus. 1. ad Corinth. 4. veniam ad vos in spiritu mansuetudi-
53 nis. Modest. a est respectu hominis ad seipsum, quantum ad compunctionem, & modum debitum actuum suorum: nascens ex arbore prudētiæ, cuius auctor est spiritusanctus, Prouerbiorū 10. & Sapientiæ 7. spiritusanctus modestus est, & suauis. Continentia respectu omnis mali cauendi generaliter: cum quis a malo abstinet qui prouocatur, nascens ex arbore rationis cuius proprium est connnere animum per spiritum sanctum, Sapientiæ 8. Non possum esse continens, nisi Deus det. Castitas respectu concupi-
54 scentiæ fugiendæ, quando delectabiliter a voluptatibus abstinetur, & nascitur ex arbore tēperantiæ per spiritum sanctum Matthæi. 12. in spiritu Dei eijciuntur dæmonia. i. carnis concupiscentia, & ad Galathas 5. si spiritu ducimini non estis sub lege scilicet carnis. Quod quia nō intellexerunt beguini ideo vt hæretici damnantur, in cle. ad nostrum, ver. 3. de hære. Tunc ergo sunt fructus cum delectabiliter perficiuntur vt satis patet ex præmissis, & vide. 24. q. 1. audiuimus.

54 Alius fructus principalis erit fructus resultās ex sacramentis Ecclesiæ, & illorum exercitium seu ministerium, videlicet ex baptismo, confirmatione, extrema vnctione, pænitētia, eucharistia, & matrimonio. Ex quibus quidem 7. sacramentis quinque sunt necessaria, scilicet prima, & duo voluntaria scilicet vltima. Tria non reiterabilia, videlicet baptismus, crisma. & ordo, Tria vero reliqua reiterabilia. Vltimum tamen videlicet sacramentum matrimonij reiteratum inducit bigamiam, de qua in capit. debitum de bigam.

Et excluditur a benedictione sacerdotali, capit. 1. de secund. nup. cum concor. Et est baptismus ianua omnium sacramentorum, de quo plene de cōsec. dist. 4. per totum, & extra de baptis. & eius effec. in antiquis sexto, & clementinis.

56 nis. Crisma vero est confirmatio soli episcopo
competens de quo in c.1.versu de secunda, de
sac.vnct.Et conficitur chrisma ex oleo, & bal-
samo mystica ratione de qua ibi. Nec valet con
suetudo quod minor episcopo conferat huius-
modi sacramentum,c.quando de consue. Extre
ma vnctio fit cum oleo infirmorum de qua in
d.c.1.versu de prima de sacra.vnct. Pœnitentia
vero perficitur ex tribus,ex cordis contritione,
oris,confessione,& operis satisfactione. Nam
cum ex corde procedant omnia mala:& lingua
successiue multipliciter offendatur Deus, &
proximus: & ex opere perficiatur omne pecca-
tum,ita ex cordis contritione, oris confessione,
& operis satisfactione omnis vera perficitur pę
nitentia,vt in c.perfecta,de pænit.dist.1. Quan
quam gratia præueniens dici possit remittere
culpam: vt plene per glo.de pęnit.dis.1.in sum-
58 ma. Absolutio vero sacerdotis dicitur ex pote-
state clauium pęnam perpetuam commutare
in temporalem: iniungendo arbitrariam pęni-
tentiam ex arbitrio pęnitenti,c.ponderet,de pæ
nit.dist.5.cum similibus,& c.omnis,de pæn. &
rem.quod artat vnumquemque saltem semel
in anno cum ad annos discretionis peruenerit,
sua solum peccata proprio sacerdoti confiteri:
& sibi iniunctam pęnitentiam per agere, & se-
cerdotem artat ad illum secretum tenendũ sub
pœna depositionis ab ordine,& beneficio. Eu-
charistia etiam semel in anno sumenda est vt
ibi habetur,de cuius excellentia sacramenti ple
nissime tractatur,de conse.di.2.per totum. Or-
do vero est sacramentum quod ministrantibus
in ecclesia confertur,de quo plene.25. di.c.per-
lectis, vbi connumerantur omnes ordines 21.
dist.cleros,23.dist.episcopus,& c.seq.& cap.de
59 eo.de temp.ordin.quorum tres maiores videli-
cet subdiaconatus,diaconatus,& presbyteratus
sunt sacri. Reliqui vero minores videlicet acco
litatus,lectoratus, exorcistatus, historiatus, &
psalmistatus.i.tonsura prima quæ est ordo cle-
ricalis, vt in c.cum contingat de ætа.& quali.&
plene no.ibi quare dicuntur minores quia non
sacri. Tonsura vero licet priuilegium clericale
inducat:non tamen inter ordines enumeratur
60 per theologos Episcopatus autem licet secun-
dum Theologos etiam non sit ordo: secundum
canonistas dicitur esse ordo, vt plene concludit
Io.An.in salutatione.6.libri in glo.super verbo
Episcopus,pro quo optime facit tex in ca.aqua
de consec.eccles.vel alta.vbi hoc notat Abbas.
Matrimonium autem dicitur sacramentum cõ
61 munius omnibus alijs cuius bona pręcipue sũt
tria,fides,proles,& sacramentum, & perficitur
per verba de præsenti inter valentes loqui. Et
bene dicitur,& parit cognationem carnalẽ, per
verba vero de futuro non contrahuntur nisi
sponsalia inducentia iustitiam publice honesta
tis. Et concernentia istud sacramentum pleniss-
sime examinantur a 27.causa vsque ad finem
causarum in decretis, & in quarto decretalium
per totum & 6.& cle.in titu.de sponsa.& ma.de
quibus omnibus satis dictum est in quæstioni-
bus præcedentibus,quantum.s. attinet ad offi-
cium visitatorum.

Alius principalis fructus est fructus regula-
62 ritus quin que sensuum corporis scilicet, vi-
sus,auditus,gustus,odoratus,& tactus, & adde
affatus,& incessus. Primus ergo sensus est visus
63 oculorum, vnde oculus mentis purus erit, 1.
quæst.1.multi,& oculus corporis pudicus. 32.
quæst.5 qui viderit, & oculus administrationis
erit prouidus.93.dist.diaconi primo, & secun-
do.6.quæstio.1.oues,& de offic archid.ad hæc.
no.glo.in c.quorundam de elec.lib 6. Cæco ta-
men vero miserendum est, vt in c licet, de cen-
64 sib.& 1.quæst.7.quoties cordis oculus, & 32.
quæst.5.nec solo, & c.seq. Solum Deum etiam
iudicantes præ oculis habebunt,ca.qualiter, &
quando.1.de accusa. Auditus per verbum, vn-
de non coaceruabit sibi magistros prurientes
65 auribus: vel adulatores quos iura puniunt,cap.
sunt nonnulli,& c.clericus.46. dist. nec a veri-
tate auditum auertant,faciles aures præbentes
calumniatoribus: quos etiam iura puniunt, &
detractatores,& infamatores,c.accusatores.25.
distin. & c.calumniam de pęnis,nec ad fabulas
conuertentur, cum sit prohibitum Christianis
poetica figmenta legere.37.di.ideo. Gustus quo
que vnde non vacabuntur ebrietatibus,quia e-
66 brij regnum Dei non possidebunt,ca.1.de celi.
& vene.sanc. temperabunt se vino in quo est lu
xuria:& neminem ad bibendum excitabunt,cũ
ebrietas mentis inducat exilium, & libidinis
prouocet incentiuum,non vacabunt etiam com
messationibus,c.commessationes.44 di. & c.de
nique 4.dist.c.a crapula de vi.& hon.cleric. sed
obseruabunt ieiunia, vt de obseruat. ieiun.per
67 totum. Odoratus vnde non odorabunt fætorẽ
vitiorum,sed odorem vnguentorum virtutum,
sicut & Papa delectatur potius in odore bonæ
opinionis episcoporum quam in eorum infa-
miam,c.licet de accu. Item odorabunt odorem
notitiæ Dei,& pietatis: designatum per tactum
narium cum saliua in baptismate,c.postea,cum
se.de conse.di.4. Tactus etiam, vnde non oscu-
68 labuntur aliquos impudice. Est enim osculum
mulierum prohibitum monachis expresse, cap.
monachi,de conse.di.4. Et quomodo ac quãdo
oscula,amplexus, vel tactus maxime pudibun-
dorum sit mortale peccatum: plene examinat
glo.in cle.ad nostrum, ver.septimo de hær. Af-
fatus linguæ, vnde cauebunt a peccatis linguæ
69 quæ sunt quam plurima,& præsertim maledi-
cus,&c.ne puniatur iuxta,c.clericus maledicus
45.di.nec verba etiam depressa,& in infamiam
Papæ proferat contra c.1.de maledic. Nec bla-
sphemabit Deum, nec aliquem sanctorum: &
maxime beatam virginem: ne indicatur sibi pu
blica pęnitentia,de qua in c.2.de maledict. Sic
& clericum scurrilem, & verbis turpibus iocu-
latorem ab officio detrahendum mandat conci
lium Cartaginense,c.clericum,46.di. Hinc etiã
excommunicatur qui ad spectacula vadit. de
conse.di.1.qui dicitur,& c.non oportet,de con
se.di 5. Incessus pedum, vnde etiam non apo-
70 statabit. Est autem triplex apostasia.s.perfidie,
quando quis recedit a fide,2.q.7.non potest,&
inobedientiæ,quando quis transgreditur præ-
ceptum,de maior.& obed.si quis venerit,& ca.
illud. Et irregularitatis, quando quis recedit ab
ordine suo siue sumptæ religionis.l.dist.c.fin.&
c.1.de aposta. & dicitur apostata.i.retro stans.
26.q.vlt.non obseruet, cui minus malum esset
viam Domini non agnoscere, quam post agni-
tam retroire,c.quidam de aposta. quia qui po-
nit manum ad aratrum, & respicit retro, non
est aptus regno Dei, vt ibi no.c.magnæ de voto
simile,12.q.1.scimus in fi.de pęn.dis.4. si refu-
gientes versus finem dist. & abscindet omnem
dissolutionis,& euagationis materiam, ca.quia
in tantum de præb.

Alius

Digitized by Google

Alius fructus principalis est gratiarũ actio;
& augmentatio cultus diuini,& laudis,ac glo-
riæ diuinæ:& hæc consistunt principaliter in a-
71 doratione.Cuius adorationis species sunt tres.
Latria prima quæ est seruitus,& reuerẽtia Deo
exhibenda. Vnde si creaturæ exhibetur,quia est
honor Deo debitus,est idolatria. Latria autem
comprehendit quinque scilicet fidem, sapien-
tiam,reuerentiam,sacrificium,& orationem. Pri
ma duo sunt cordis. Alia duo sunt operis, vlti-
mum est oris. Dulia vero debetur creaturæ in-
quantum est imago Dei. Vnde dulia est honor
qui debetur sanctis. De Beata Virgine vero est
72 sciendum quod illi debetur dulia inquantũ est
persona sancta. Sed inquantum est mater Dei
debetur ei hyperdulia. Si vero persona cui de-
betur dulia est in prælatione constituta, debe-
tur ei reuerentia quæ consistit in obediẽtia præ
ceptorum,& in exhibitione honoris. hyperdu-
73 lia etiam debetur excellenti,sicut est cruci Chri
sti vere,scilicet in qua pependit Christus: quia
fuit instrumentum nostræ redemptionis. Sed
crucibus manu factis inquantum sunt ligna si-
ne res tales nihil debetur. Crucibus autẽ factis
in signum Christi crucifixi debetur latria. Ima-
ginibus namque eadem debetur adoratio, quæ
debetur,& illis quorum sunt imagines,non in-
74 quantum res factæ: sed illa quorum sunt ima-
gines adoramus, adde c.aduersus de immun.ec
cles. Vnde dabat Garsias versum. *Latria sit Do
mino: debetur dulia seruo.* de quo per Io. And. in
c. si canonici in fi. de offic. ord. lib. 6.
75 Et attende quòd semper Deo, & benefacto-
ribus sunt agendæ gratiæ de bono. cap. placuit.
ro q. 1. 44. dist. non liceat. Ad quod vide omni-
no, l. primam in prin. C. de offi. præfecti præto-
rio Africæ,& c. cum Apostolus de censib. & est
semper gloriosus Deus in sanctis suis, c. 1. de re
li. & vene. sanctorum, li. 6. c. cauendum. 10. q. 3.
& c. cum Apostolus de censi. & hoc vult cle. at-
tendentes de censib. ibi gratiose recipiant, facit
44. di. non liceat,& iubetur laudari in eisdẽ san-
ctis suis cle. si dominum co. ti. Et hoc ideo quia
ab eo omnes gratiæ procedunt scilicet gratum
76 faciens,& gratis data. Gratis date autẽ gratiæ
fluxus, sunt octo fluentes extra ad aliorum vti-
litatem per spiritum sanctum: quæ distinguit
Apostolus 1. Corint. 12. videlicet sermo sapien-
tiæ, ad cognitionem diuinorum. Itẽ sermo scien
tiæ, ad cognitionem eorum omnium quæ facta
sunt in tempore siue creata, siue mysteria Chri-
sti, siue humana. Item fides. i. facultas credendi
solum quæ informis est. Item gratia sanitatum
corporalium: quæ abundanter ab Apostolis flu
xerunt: & frequenter ad tumulos sanctorum e-
manant. Item operatio virtutum, idest miracu-
lorum aliorum præter gratias sanitatum. Item
prophetia, & discretio spirituum: idest cognitio
futurorum occultorum: dum vel insidiæ spiri-
tuum malignorum deteguntur, vel cogitata ho
minum propalantur. Item genera linguarum
omnium: videlicet loqui linguis, & loquẽtes in-
77 telligere. Item interpretatio sermonum. i. expo
sitio, quis videlicet sit sensus, & intellectus cu-
iuslibet tam literalis, quam moralis, & tã ana-
gogicus quam tropologicus, fluit ergo extra in
prædicationibus cum idem sermo aut historicæ
aut moraliter aut tropologice aut anagogice ex
ponitur, diuisiones autem gratiarum: ministra-
tionum,& operationum sunt, idem autem spiri
tus, & Deus qui operatur omnia in omnibus
ad vtilitatem diuidens prout vult singulis, si-
cut multa membra in vno corpore, & licet ali-
quando in peccatoribus sint: non tamẽ ad fru-
78 ctum, ideo potius est optandum esse iustũ pru-
dentem, castum quam mortuos suscitare, quia
nullus damnatur in quo manet fructus eius, &
virtus, sed peruenit ad gloriam cælestem.
79 Alius fructus erit fructus pacis, & quietis cõ
munis. Ad hoc enim principaliter videtur fuis-
se necessaria visitatio: vt prouincia aut dioce sis,
pacata conseruetur, propter hæc enim summus
Pontifex voluntarius, labores appetit; vt quietẽ
alijs præparet, & pacem c. sequens de rest. spo.
lib. 6. Ad quod fa. tex. in aut. vt iud. sine quoquo
suffra. collat. 2. & in proœmio eiusdem lib. 6. vbi
propter hoc se dicit ducere noctes insomnes, fa
cit glo. in authẽ. vt diuinæ iussiones. &c. in prin.
collat. 9. Et propter quod idem summus Ponti
fex consueuit insistere ad pacem componendã,
priusquam procedat saltem ad principium pri-
uationem, vt in c. ad Apostolicæ versu sed licet
80 de re iudic. libr. 6. quia non esset hæres Christi
qui pacem eius testamento relictam non habe
ret, de quo Matthæ. 10. & 23. q. 1. nisi bella. Ad
quam seruandam maxime tenentur principes,
23. q. 1. noli, de treu. & pa. per totum, in authẽt.
de pa. tenenda in rubro, & nigro, coll. 10. adeo
quod qui contra pacem Ecclesiæ sunt; si digni-
tatem aut cingulum habent: illa debent nuda-
81 ri. 24. q. 5. qui contra pacem. Causæ autẽ propter
quas nõ est pax inter homines, dicũtur esse sex.
Prima quia non puniuntur maleficia, Eccle-
siastic. 4. quia non profertur contra malos sen-
tentia, & c. c. 1. de offi. leg. li. 6. 22. q. 2. Dominus.
Secunda abundantia temporalium, Genesis
13. facta est quæstio inter pastores Abraham,
& Loth.
Tertio quia non occupamur in pugna cõtra
dæmones, ad Epheseos 5. non est colluctatio
aduersus carnem, &c.
Quarta quia non cõsideramus damna guer
82 ræ in qua diuitias, & corpus, & animam per-
dimus Hierem. 56. fortis incidit in fortem, &c.
Quinta quia non consideramus dubiũ euen
tum belli, Regum. 12. varius euentus belli, &c.
Sexta quia non seruamus præcepta Dei: nec
decimas soluimus, Hierem. 3. vtinã attendisses
83 mandata mea. 16. quæst. 1. reuertimini, hinc est
quod non accipit Christus tollit fiscus. 16. q. 7.
maiores, de quibus per glo. in d. c. ad Apostoli-
cæ, versu sed licet de re iudic. li. 6. Et ideo in cõ-
silio Affricano mandatur quod pax seruetur, c.
1. de pactis. Item in consilio Lateran. præcepit
Alexander III. vt episcopi ad solum Deũ, & ad
salutem populi habentes respectum; omni tre-
pidatione post posita, ad pacẽ firmiter tenẽdam
mutuum sibi consilium, vel auxilium præbeãt.
Neque hoc alicuius amore vel odio prætermit-
tant, quod si quis in hoc opere tepidus inuẽtus
fuerit: damnum propriæ dignitatis incurrat, cã.
1. in fi. de treu. & pa. Præcepit etiam idẽ Alexan
der in d. c. vno in princ treugas ab omnibus in-
84 uiolabiliter obseruari, temporibus de quib. ibi.
quæ quidem treuga est securitas præstita rebus,
& personis, discordia nondum finita. Sed quia
non fuit moribus vtentium approbata: hodie
85 non seruatur. Conuentionalis autẽ treuga sem-
per est seruanda, cum fides etiam hosti seruari
debeat. 23. q. 1. non existimare, & notat gloss. in
d. c. vno. Et adde quod discordes inter se tenen-
tur concordare vicissim, & opem ferre: alias ex-
communicantur, vt in c. perlatum. 90. dis. Adde
quòd nõ nisi pacis tempore, bene colitur pacis
auctor.

Digitized by Google

86 auctor:& dissentiones, & scandala prauis actibus aditum præparant, rancorem, & odia susci tant, illicitis moribus ausum præbent, cle.dudū in princ. de sepult.

Alius, & vltimus fructus est felicitatis, ac beatitudinis æternæ patriæ acquisitio, & affectio, ad quam perducuntur corpora, & animæ perfectorum:cum assecutione septem dotium, videlicet trium animæ, & quatuor corporum, & euasione pœnarum infernalium, & ignis æterni:qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, cū fletu, & stridore dentium, &c.& omnibus damnatis:quorum vermis non extinguetur, & quorum pars calicis est sulfur, & spiritus procella-
87 rum. Beati ergo in patriam assequentur quatuor dotes glorificantes corpus, quoniam primo efficientur clari, id est facile receptibiles specierum sensibilium. Item impassibiles.i. non receptibiles passionum ignobilium, & hęc quātum ad sensum. Item agiles id est non resistentes motori per contrariam inclinationem. Item subtiles, vt corpora per quæ mouemur non resistant nobis, & hæc quantum ad motum. Per primum adæquantur transparentiæ aquæ, per secundum soliditati terræ, per tertium subtilitati ignis, per quartum mobilitati aëris, secun-
88 dum quatuor proprietates quæ sunt in elementis, de quibus in c.in quadam in fi. de cel. missa.

Prima dos etiam est contra nigredinē quam contraximus ab igne. Secunda contra passibilitatem, quam contraximus ab aere.

Tertia contra frigiditatem, & tarditatem, quam contraximus ab aqua.

Quarta contra grossitudinem, quam cōtraximus a terra. Et per primam mouetur corpus ab anima cum spiritibus lucidis, quantum ad perfectionem compositionis corporis cum eis, per secundam autem ita adęquantur qualitates contrariæ, vt nulla pugnet contra aliam quantum ad perfectam compositionem qualitatum contrariarum, per tertiam omnia organa fine impedimento sunt mobilia ab anima quātum ad perfectionem corporis organici cum anima per quartā tota materia vincitur a forma quantum ad perfectam compositionem materiæ cū
89 forma, vnde Paul. 1. ad Corin. 15. seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur incorruptione, surget in incorruptione, seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ex his patet sufficientia 4. dotium corporis glorificati, quod cum coniuncta anima habet esse perfectius tanquam in suo toto, ad consequendam aureā quę est gaudium substantialis præmij, & quidā decor corporis:qui est gloria redundans in corpo
90 re, & etiam aureolam quæ est mentis spirituale gaudium veniens ex corpore præcellenti, & priuilegiato, & est vna martyrum, secunda virginum, tertia prædicatorum actu, & non habitu tantum quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Virginibus ēt datur fructus centenarius, viduis sexagenarius, cōiugatis aūt tricena-
91 rius, & oib. beatis gaudiū inexplicabile:q oculus nō vidit:nec auris audiuit:nec in cor hoīs ascēdit, meritis proportionatū, quia in domo patris multæ mansiones sunt, & stella differt a stel-
92 la in claritate. Assequuntur ēt tres dotes animæ quæ sunt, visio, dilectio, fruitio. Ab aliquibus vero dicitur dilectio, comprahēsio, & fruitio, sed reducuntur in idem. Quæ quidem tres dotes correspondent tribus virtutibus Theologicis.s. fidei visio, spei, comprehensio vel fruitio secundum aliquos, caritati vero dilectio, seu fruitio secundum alios, fruitio namque perfecta qualis in patria habetur, includit in se dilectionem, & compræhensionem, & ideo sic diuersimode
93 accipitur. Correspondent etiam tribus animæ viribus.s.rationali visio, concupiscibili dilectio, irrascibili vero fruitio, inquantum talis fruitio per quandam victoriam est adepta quatenus sunt in ipsa mente, & non tantum in parte sen-
94 sitiua. Visionis autē obiectum potest dici principaliter esse persona patris, comprehensionis vero persona filij, & intellectus quia est intelligentia patris per quendam dicendi modum, fruitionis vero spiritus sancti persona, cui principaliter attribuitur caritas. Et dr̄ dos aīę esse aliqd̄ inhęrēs per qd ordinatur ad operatione in qua cōsistit beatitudo scdm̄ Theologos. Ex pre
95 missis ergo patet quòd fructus visitationis sūt illud summum bonum, quòd assequi homo pōt tam in via.i. via.s. virtutum quæ sunt habitus beatitudinum:quæ sunt actus earum, & donorum spiritus sancti: quæ sunt delectationes earundem:nec non præmiorum earundem, & donorum spiritus sancti illis correspōdentium, & eiusdem spiritus sancti fructuum, & gratiarum & fuge omnium vitiorum. Et successiuē assecutio quattuor dotium corporis, & trium animæ in summa fęlicitate æternę patriæ, omniumque vitiorum, & miserabilium inferni pęnatū eua-
96 sio, & fuga, & delictorum in spiritum sanctū, quorum primum est desperatio, contra misericordiam, secundum vero est præsumptio, cōtra iustitiam. Item obstinatio contra dolorem commissi criminis, & finalis impęnitētia, contra propositum de non committendo. Item impugnatio agnitæ veritatis, cōtra cognitionem veri, inuidentia fsalsa gratię, contra amorem boni, &
97 quod dicitur de finali impęnitentia inquātum firmatur propositum non pęnitendi de peccato in quo quis scienter decedit, nō autem prout simpliciter perseueratur in continuatione peccati, & procedit ex improba voluntate liberi arbitrij, directè oppugnat gratiam spiritus sancti per malitiam:non autem oppugnat patrem per impotentiam, nec filium per ignorantiam, vnde tanquam vitium omnium grauissimum visitatione purgamr salutari, & acquiruntur inenarrabilia, & infinita Paradisi, & vitæ æternę gaudia, cum Angelis beatis in æternum, & in sæculum sæculi duratura:in celestibus æternæ patriæ sedibus. Adde de pę. dist. 2. illa anima cum se, & c. intelleximus in fi. de ætate, & qua-
98 lita. Proinde visitati cum beato, & patientissimo Iob dicere compellentur visitatori quærenti quæ sunt Iesu Christi: visitatio tua custodiuit spiritum meum. Et cū plebe Naym maximam dare gloriam Deo, cum gratiarum actione pro ipsorum resurrectione, & dicere magnificando Deum, quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Et cū Zacharia Propheta laudare Deum in iubilo, & cantare benedictus Dominus Deus Israel quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ, vt
99 sine timore de manibus inimicorum liberati.s. carnis mundi, & diaboli, seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris, & quia illuminauit eos qui in vmbra mortis sedebant ad dirigendos pedes eorum in viam pacis.

Hactenus Io. 1. Franciscus Pauinus, Tatauinus, nunc referamus quæ a recentioribus de hac ipsa re tradita sunt.

Visi

Visitatio quid sit. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio quid sit.*
2 *Visitator ac quibus debeat inquirere, & quando.*

CVm ignoratis primis principijs rei, de qua agitur, non possit deueniri ad perfectam cognitionem ipsius rei, nec ad differendum congruè de ipsa re, *a* & nos decreuerimus de munere Visitatorum verbum facere in hac prima parte. Iccircò summopere memoriç commendandum erit, q̀ hic terminus. Visitatio, & si multipliciter reperiatur diffinitus, nihilominus duplices eius diffinitiones afferre satis esse credentes, dicimus primo, quod Visitatio est quędam diligēs, & accurata inuestigatio, seu inquisitio facta de omnibus rebus, ad quas obseruandas tenentur personę ipsę visitandæ, ad quas visitator dirigitur a superioribus illarum, cū ad hoc ipsum principaliter sit ipsa visitatio instituta, nempè vt regularium, & secularium clericorum saluti, cultui diuino, decoriq. congregationis, vel ordinis seu ecclesiarum (quibus illi deseruiunt) per ipsos visitatores consuleretur. *b* Poterit & secundariò
1 sic definiri, Visitatio est exquisitio, & discussio facta proposito verbo Dei, in loco visitando per Visitatorem Ecclesiasticum ordinarium, vel delegatum de his rebus, & circa eas res, quas pōt, & debet ipse Visitator iure suo ordinario, vel delegato, pro animarum salute promouenda, cultu diuino manutenendo, & eo collapso restituēdo, secundum qualitatem, & conditionem personarum, & locorum visitandorum exquirere & discutere cum ordinatione, correctione, & reformatione eorum, quę ordinatione, correctione, & reformatione indigebant. Diximus in hac diffinitione, seu descriptione. Exquisitio, &
2 discussio cū in iure *c* reperiatur cautū, q̀ visitator debeat exquirere, & discutere. Nam in Concilio Tolet. 4. c. 35. leguntur hæc, videlicet. Eps per cūctas diœceses, parochiasq. suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat, qd vnaquæq. basilica in reparatione sui indigeat, q̀ si ipse, aut languore detentus, aut alijs occupationib. implicatus explere nequiuerit, presbyteros probabiles aut diaconus mittat, qui reditus basilicarū, & reparationes ministrantium vitā inquirant, & subsequitur. Placuit oīb. Epis, vt per singulas Ecclesias Epi, & per diœceses ambulantes primū discutiant clericos, quo ordinem baptismi teneant vel missarum, & qualiter quæq. officia in Ecclesi. peragant, et si rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant, sin aūt minimè docere debent ignaros, etc. Diximus. Proposito verbo Dei. iuxta decretum Ecclesiæ, *d* ibi proposito verbo Dei. Diximus. In loco visitando. Quoniam Visitator ad locum visitandum debebit se conferre. *e* ibi per singulas Ecclesias, et hoc intelligendū erit verū, si cōmodè accedere poterit, vt ibi dicitur. *f* Diximus. Pro salute aiarum promouenda, cultu diuino manutenendo, et eo collapso restituendo ad differentiam visitationis, quæ fit propter aliū finē. Diximus, iuxta qualitatē, & conditionē personarū, & loci visitati, quia de aliquib. exquiritur, & discutitur in Ecclesia, de quib. non exquiritur in monasterio, & è contra, nec in loco pio de aliquib. in Eccles. curata, & circa personarū, quæ gerit curam, de quibus non exquiretur, nec discutietur in Eccl. non curata, & circa personā, quæ non gerit curā. Insuper & de aliquib. exquiretur in Ecclesia collegiata, de quibus non inquiretur de Eccl. non collegiata, & sic de singulis.

a l. 1. ff. de orig. iur.

b Latius in seq. cap.

c c. Episcopum, & c seq. 10. qu. 1. & ibi per Doctores, et infra in seq. c.

d c. 1. §. sanè de cen. in 6. & ibi per Doctores.

e c. Placuit, 10. q. 1. & d. cap. 1. circa principiū cum sua glo. sup. ver. accedere, et ibi per Doct.

f Socin. in trac. Visitationis li. 8.

Visitatio an quolibet necessario facienda sit propter præceptum aliquod diuinū, aut Pont. & quis sit scopus, ac finis huiusmodi visitatorum, quæ sit potestas. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Visitare in sacra Scriptura sumitur et pro punire.*
2 *Quæcūq. scripta sūt ad nostrā doctrinā scripta sunt.*
3 *Deus oīpotens per semetipsū visitauit Adā in paradiso terrestri, seu voluptatis, post transgressionem præcepti diuini.*
4 *Ordo seruatus a Deo in visitando Adam, obseruandus accuratissimè erit a Visitatorib. quibuscunq. procedentib. ad visitandas personas clericorū regulariū, & seculariū, degent ū in altero paradiso terrestri, s. in monasterijs, et Eccl.*
5 *Deum quomodo visitasse Cain probetur.*
6 *Deus quod visitauerit genus humanum, recensetur, tempore Noe.*
7 *Deus qualiter visitauerit sodomitas, enarratur.*
8 *Iacob visitauit filios suos mediante persona Ioseph fratris illorū, & inde deducitur moralitas, ac figura visitationis, quā hodie fit in Eccles. sancta præcepto summi Pont. patris oīum christianorū.*
9 *Reu. Visitatores Congreg. Cassin. quam iurisdictionē exercere poterūt super Monachos, & Prælatos monasteriorū eorū, visitationi subiectorum.*
10 *Dauid quō fuerit deputatus ab Isai patre suo Visitator fratrū suorū existentiū in bello, & an fuerit figura Reuerendorum Visitatorum personarum clericorum regularium, & secularium.*
11 *Eccl. sanctā præcepisse visitationē tā monasteriorū, et regulariū personarū ipsorū quā eccles. quā clericorum secularium, & personarum eorum, ibi deseruientiū quolibet anno repetēdā, probatur.*
12 *Scopus ac finis huiꝰ præcepti de visitandis monasterijs, & personis regularib. ibi degentib. ac ecclesijs clericorū secularium, & ipsimet clericis, est delinquentes punire, & præmia bonis repertis tribuere, ac mores, obseruantias, et ritus Eccl. reformare.*

QVamuis laudabilē morē visitādi qdlibet anno monasteria, & regulares ibi degētes, & clericos inseruiētes ecclesijs reliquis, originē duxisse a iure diuino, siue elici posse a gestis, q̄ in sacra hist. recēsentur facta tā à Deo ipso opt. max. q̄ a viris prudētib. inspiratione diuina nullus (forsan) hucusque expressè præsūpserit (ni fallimur) asseuerare. Tamē pōderantib. nobis scopū, ac finē visitationis cuiusq. monasterij, ac eccles. & psonarū ibi deseruiētiū perspicuū visū fuit nos posse (ope diuina adiuti) nō tātū affirmare, verū ēt ꝓbare hoc munus visitādi quolibet anno monasteria, et ecclesias tā i capite quā in mēbris in spiritualib. et tēporalib. traxisse originem ab his, q̄ gesta narrantur in iure diuino, cū ꝓculdubio scopus visitationis alius non sit, q̄ accuratissimè inquirere, an regulares clerici, & seculares obseruēt ea, ad q̄ de iure diuino, pontificio, statutisq. tā regularib. q̄ synodalib. (referēdo singula singulis) ipsi teneātur (vt latius infra dicemus) et vt inde trāsgressores d. statutorū debitā pęnā suorū demeritorū excipiāt, et è cōtra, ipsorū executores laude, & pręmio decorētur. Nec poterit quis meritò mirari ꝓ eo, qd dicemus, q̀ visitare in sacra Scr. accipiatur ꝓ punire. Nā legimus hac pręcisa forma verbi vsum ibi fuisse Deū ipsum, dū loqueretur de trāsgressorum præceptorū suorū vltione iustissima sanciēda ꝓ ipsis, videl. *g* Ego sū Dn̄s Deus tuus, fortis, zelotes, visitās iniquitatē patrum in filios in tertiā, & quartā generationem eorum, qui me oderunt. Quapropter meritò

g Exo. c. 20. in princ.

ritè poterimus sine robore dicere Deum ipsum optimum maximum tradidisse legitimam normam ipsis visitatoribus procedendi in visitandis
2 ac puniendis criminosis repertis iuxta D. Pauli sententiam *a* dicentis. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Audiant, ergo, & tenacissimè Reuer. Visitatores memoriæ retineant, & opere perficere studeant ordinem, ac modum visitandi monasteria, & Ecclesias, ac regulares, et clericos seculares ibi deseruientes. Le- *a Rom. cap. 5.*
3 gitur. n. Deū per semetipsum visitasse Adam post eiusdem transgressionē præcepti diuini de non comedendo de ligno vetito, scientiæ boni, & mali sub pœna mortis, eo q; sacra scriptura *b* his præcisis verbis vtatur, videlicet. Vocauitq; Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait, vocem tuam audiui in paradiso, et timui, eo qd nudus essem, et abscōdi me: Cui dixit Dominus, quis. n. indicauit tibi, q nudus esses, nisi, q ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, co- *b Gen. cap. 3.*
4 medisti? Ex his ergo, Domini Dei verbis duo elicimus seruanda à visitatoribus, s. primum, quod ipsi Reuer. Visitatores ad visitandos subditos se personaliter conferant, vel visitandos ipsos ad se vocare studeant, illosq; interrogabunt de statu ipsorum: Cum dicendo Adę Deus, Vbi es? voluerit ipsum ad recognitionem proprij sceleris perducere, et sic ad salubrem pænitentiam, & confessionē illius: Nam ideo dixit, Vbi es? Id est, In quem statum miserrimū te impulit transgressio mei præcepti? Secundum est, vt Visitatores neminē inauditum puniant, sed primò ipsum interrogent de facto prætenso, & postea ei indulgeant terminum, & facultatem proponendi, & probandi in sui fauorē quæcunq; in excusatione criminis præsenti contra ipsum habentes: quod ipsemet Adam intelligens dictis Domini Dei verbis sibi tacitè fuisse indultam facultatē ab ipso se tuēdi, & producendi, quę putaret facere in sui defensionē, statim protulit hæc præcisa verba, videlicet. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit de ligno, et comedi. Ac si apertè dixisset. Quid infelix ego peccator dicam in meæ transgressionis excusationem, nescio, cum hoc solum mihi occurrat, s. quod causa huius transgressionis fuerit Eua vxor mea, & sic confessus fuit propriā prævaricationem, de qua interrogabatur: at quoniā producta in sui defensionem fuerant nullius virtutis, sed ex ipsis magis, ac magis ipsum dignum pœna se effecerat: cum debuerit suggerentem sibi vxorem repellere, ac corrigere, & non assensū eius consilio præstare, meritò ergo, Deus omnipotens, ac iustissimus iudex contra ipsum Adā post eius confessionem, & sibi indultam defensionē, pœnalem sententiā protulit dicens. *c* Quia audisti vocē vxoris tuę, & comedisti de ligno, ex quo præceperā, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuę, spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris i terrā, de qua sūptus es, quia puluis, es & in puluerē reuerteris. Fecit quoq; Dñs Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum. Nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat etiā de ligno vitæ, & comendat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terrā, de qua sumptus est, eiecitque Adam, & collocauit ante paradisū voluptatis Cherubim, & his præcisis verbis fuit promulgata a Deo iustissimo iudice sen- *c Gen. cap. 3.*

tentia lata contra Adam in causa transgressionis diuini præcepti ab ipso perpetratæ. Ex quibus, ergo, omnibus Deus ipse facto suo docuit nos normā visitandi criminosos, & sententiam cōtra illos fulminandi, quod & rursus nos docuit, antequam promulgasset sententiam contra fratricidam Caim illum; Nam legitur, quod, *d* Cum offerret Caim de fructibus terrę munera Domino, Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, Ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. Iratusq; est Cain vehementer, & concidit vultus eius; Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum tuū aderit, sed sub te erit appetitus tuus, & tu domi naberis illius. Ex quibus Domini verbis, & actibus apertissimè elicitur Deum ipsum de peccato fratricidij propositi Cain aduersus Abel fratrem suum voluisse ipsum Cain monere ad hoc, vt a cogitatis resiliret pænitendo de sua impia voluntate, ac per consequens inde comprobatur Deum optimum maximum tunc visitasse Cain, cum noluisset ponderare vim verborum Dei: at potius in sua iniquitate perseuerare, illamque opere exercere, subditur ibidem. *e* Cain dixit ad Abel fratrem suum egrediamur foras, cumque esset in agro, consurrexit aduersus fratrem suū Abel, & interfecit eum, quo mortuo Deus vocauit Cain, & interrogauit eū de fratre suo dicēs V bi est Abel frater tuus? Qui respondit, nescio nunquid custos fratris mei sum ego? Dixitque *d Gen. cap. 4.* *e Gen. cap. 4.*
5 ad eum, quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et cum Cain in sui defensionem nihil protulisset, statim Deus iustissimus iudex protulit sententiam diffinitiuam dicens, *f* Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, cum operatus fuerit eam non dabit fructus suos, vagus, & profugus eris super *f Gen. cap. 4.*
6 terram. Et rursum id ipsum nos docuit Deus facto suo, dum visitare dignatus fuisset genus humanum, *g* Et cognouisset multam malitiam hominum creuisse super terram, & quod cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, dixit pænituit me fecisse hominem in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo (inquit) hominē, quē creaui a facie terræ ab homine vsque ad animantia, a reptili vsque ad volucres cęli; pænitet me fecisse eos, & cū corrupta esset terra coram Deo pro eo, q omnis caro corruperat viā suā super terrā. Volens ergo Deus proferre iustā sententiam, contra huōdi homines peccatores, & alia aīalia, qui corruperant vias suas, subdidit Deus dicens *g* Finis vniuersæ carnis venit corā me, repleta est terra iniquitate eorū, & ego disperdā eos cū terra. Et volens a tali pęna eximere innocentes, & eos honorare, præcepit Noe dicens *h* Vt faceret sibi arcā, tradiditq; sibi formā ipsā fabricandi in qua ipse Noe cum sua familia, & reseruanda ab aquis diluuij aīalia fuerant, qua arca ædificata, & i eā ingressus Noe, *i* & familia sua, & dictis aīalib. inclusit eum dominus de foris: factūq; est diluuium quadraginta dieb. super terrā, & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcā in sublime a terra, consumptaq; est oīs caro, quę mouebatur super terrā, volucrū, animantiū, bestiarū, omniumq; reptilium, quæ reptant super terram. Vniuersi hoīes, & cuncta, in quib. spiraculū vitæ est in terra, mortua sunt, & deleuit Deus omnē substan- *g Gen. cap. 6.* *h Gen. cap. 6.* *i Gen. cap. 7.*

Digitized by Google

substantiã, quæ erat super terrã ab hominẽ vsque
ad pecus. Remansit autem solus Noe, & qui cũ
eo erant in arca. Ex quib. ergo relatis patuit q̃d
debeant facere visitatores, necnon & claruit vi-
sitationẽ introductã in S. Ecclesia, originẽ duxis-
se à gestis ipsis diuinis, ac per consequens radica
liter illã esse de iure diuino. Cũ & hoc ipsum an-
7 nuerit ipse Dñs Deus loquẽs de iusta pena mox
infligenda Sodomæ, & aliarũ ciuitatum conuici-
natum, ciuib. ad Abrahã, & dicens. *a* Clamor So- *a Gen. c. 18. & in ca. Qualiter & quando, el 2. ext. de Accusa.*
domorũ, & Gomorreorũ multiplicatus est, & pec
catum eorum aggrauatum est nimis. Descendã,
& videbo vtrũ clamorẽ, qui venit ad me, opere
cõpleuerint, an non est ita vt sciã, de quib. sodo-
mitis legitur *b* insuper, q̃ ipsi cognoscentes, q̃d *b Gen. cap. 19.*
tres Angeli in forma adolescentulorũ hospitati
fuissent apud Loth, accedẽtes ad domum Loth,
volebant per violentiam inde extrahere illos An
gelos, & abuti eis: & cæcis illis effectis diuina iu-
stitia, monitus fuit Loth ab Angelis, vt quã cel-
lerrimè vna cum sua familia egrederetur ciuita
tem illam, quoniã iusto iudicio diuino oẽs habi-
tantes in ea, vna cũ ipsa ciuitate, & alijs cõuici-
nis forent illico igne cõburendi propter eorum
scelera. Quib. auditis Loth, & reliqui de sua fa-
milia egredi ciuitatem illã festinantes, salui facti
sunt, habitantib. vero in illis igne sulfureo de cœ-
lo submisso perẽptis. Quãpropter ex hucusq. al-
latis patuit, quid sit faciendũ a visitatorib. ipsis tã
clericorũ regularũ, q̃ secularũ, .s. eos oportere
honorare, ac protegere ipsos repertos morigera
tos, & Deum timentes, *c* necnon & punire iuxta *c Hier. cap. 21.*
qualitatẽ suorum demeritorũ reprobos, *d* prout *d Timoth. cap. 5. & in ca. Audis denique, 11. q. 3.*
fecisse Deum iustũ visitatorẽ, ac iudicẽ ex supra
allatis apertissimè didicimus. Inde ẽt emicuit vi-
sitationẽ ipsã, quæ hodie est in S. Ecclesia esse cõ
8 formẽ, ac consonã iuri diuino. Nõne Patriarcha
Iacob præcepit Ioseph filio suo, vt quãprimũ se
cõferret ad visitandos fratres suos morantes tũc
in Sichẽ, & pascentes gregẽ ipsius Iacob patris
eorũ his præcisis vtẽs verbis? videlicet. *e* Fratres *e Gen. cap. 37.*
tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittam te ad
eos, quo respondente præsto sum, ait vade, &
vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, &
pecora, & renuntia mihi quid agatur. Et qui-
dem hæc omnia in figura contingebant illis pro
nostra instructione. Iacob enim significabat sum
mum Pont. qui est pater omnium tribuũ, ac fi-
liorũ S. Ecclesiæ. Filij ipsius pascentes gregẽ pa-
tris, sunt Archiepiscopi, Episcopi, & alij prælati,
ac curati, quib. cura aiarũ fuit delegata, meritò er
go Iacob misit Ioseph (qui dicitur additus adiũ-
ctus) ad visitandos fratres suos. s. prælatos, et gre
gem. s. populũ Christianum illis ad pascendum
cõmissum, & hic Visitator destinatus dicitur Io-
seph. i. adiũctus, quoniã est additus numero pro
priũ prælatorum cuiusq. diœcesis, & monasterij,
qui de iure tenẽtur visitare singulares subditos
propriæ diœcesis, & monasterij. *f* Sed ne videa- *f Latissimè in sequenti c. 4.*
mur præterire materiã ex professo hic tractãdã.
Dicimus, & firmissimè asseueramus Generalem
Præsidẽ alicuius religionis, ordinis, seu congre-
gationis personarũ regularium representari p Ia-
cob: cũ mittat vnũ ex filijs suis ad visitandos a-
lios filios ipsius mittentis pascentes greges patris
eorum, dirigẽdo, s. ipsos in visitatores electos ad
visitandos prælatos singulorũ monasteriorũ, &
ad videndum si cuncta sint prospera erga dictos
fratres ipsius Ioseph, alios, s. prælatos monaste-
riorũ sibi subiectorũ, & pecora ipsa (idest) mona
chos, seu regulares ipsos subditos illorũ præla
torũ, s. ad accuratè inquirẽdũ, an superiores, & in
feriores degentes in monasterijs laudabiliter stu
deãt exequi propriũ munus. At q̃m aliquãdo ipsi
Visitatores sine scandalo nõ possent punire ma-
la ibi reperta, idcircò consultò ibidẽ subditur. *g* *g Gen. cap. 17.*
A Iacob Patriarcha. Et renuncia mihi quid aga
tur. Et quidẽ hoc ipsum, quã prudentissimè fuit
statutum per Reuen. patres Congregationis no-
stræ Cassinẽsis. Nã declarantes potestatẽ traditã a
Capit. generali ipsis destinatis visitatorib. his præ
cisis verbis vsi fuerunt, videl. *h* Possint aũt prædi- *h In 2. par. constit. Congregationis cassinensis c. 2. nu. 28.*
cti Visitatores, prælatum, si quẽ in notabilem ex-
cessum deprehenderint incurisse, aut minus ido-
neũ ad regimẽ, adeo q̃ non absq. manifesto scã
dalo, seu graui damno monasterij vsq. ad capitu
li generalis tẽpus tolerari possit, suspendere, &
alium pro eo subrogare. Ad euitanda tamen scã
dala, nisi duorum ad minus officio Visitatorum,
Præsidentis consensus accesserit, id facere nõ pos
sint, & si alias in monasterio quietè, & pacificè
morari noluerit, eũ amouere, & ad aliud monaste
riũ cõgregationis nostræ trãsmittere, prout eis vi-
debitur expedire. *i* Possint insup oẽs, & singulos *i In 2. par. Constit. c. 2. nu. 19.*
seniores, & officiales monasterij ab eorum curis,
& officijs suspẽdere, & absoluere si iudicauerint
expedire, & ab eorũ monasterijs remouere. *k* Ea *k Vbi sup. n. 20.*
tamen, quæ Visitatores reperirent in suis visita-
tionibus alicuius ponderis, seu nota digna, aut q̃
ipsi cõponere nequiuerint, reducant in vno fo-
lio, Diffinitoribus tẽpore capituli generalis refe-
9 renda. Hæc statuerunt dicti Reuer. Patres, &
quidẽ meritò, cũ idipsũ nos docuerit sacra Scri-
ptura referẽdo præceptũ factum Dauid a patre
suo. Nam dixit Isaia *l* ad Dauid filiũ suum. Ac- *l 1. Reg. c. 17.*
cipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes
istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem
formellas casei, has deferas ad tribunũ, & fratres
tuos visitabis, si rectè agãt, & cum quib. ordinati
sunt, disce. Audiuimus Nos (Reuerẽdi lectores)
docente sacra Scriptura, quid præceptum fuerit
Dauid constituto Visitatori fratrũ suorũ. Audia-
mus mõ quid contigerit ipsi Dauid in actu fra-
trũ visitationis, & post eorum visitationẽ ad hoc
vt & ipsi Reu. Visitatores sequentes vestigia Da-
uid possint gloriæ Dei, & saluti visitandorũ facil
limè prospicere, sciãt ergo, q̃ Dauid *m* visitare ius *m 1. Reg. c. 17.*
sus a patri suo proprios eiusdẽ fratres cõmoran-
tes in exercitu Saulis regis, pergens ad ipsum e-
xercitũ pro visitandis fratribus ibi existentibus,
& animaduertens oẽs existentes in exercitu tre-
pidare a facie Goliæ Filistei Gigantis exprobran-
tis aciẽ Dei viuentis, ita vt nemo astantium au-
deret occurrere ei, & secũ præliari, ipse Dauid &
si cognosceret se adolescentẽ, tamen confisus in
Deo omnipotente pro liberandis fratribus pro-
prijs, & populo Dei insurgens contra Gigantem
Goliã in lapidibus, & funda interfecit eum, & ca
put ipsius abscindens, & deferens Sauli Regi li-
berauit fratres, & populum suum. Non immeri-
tò ergo dicere possemus Dauid figurã fuisse Vi-
sitatorũ Deum timentiũ, qui non aufugit a fa-
cie lupi, vel tyranni volentis mactare, & disper-
gere oues. Nã ipsi Visitatores misticè, et tacitè dũ
pergunt ad visitandos fratres suos recipiunt ab
Ecclesia S. & summo Pont. patre omnium Chri-
stianorum decem panes deferendos fratrib. suis,
scilicet, sæpius debebunt intimare auribus eorũ
præmia promissa, & præparata a Deo obseruan-
tibus decem præcepta decalogi, quorum obser-
uantia confirmat cor nostrum contra diabolum
& eius suggestiones, quemadmodum panis cõ-
firmat cor hominis, & pœnas hic, & in futuro
sæculo infligendas pro transgressione ipsorum,
necnon, & alia ibi virtualiter contenta, vt sunt
obseruationes propriorũ votorum, & præcepto-

Digitized by Google

pă habet.85.d.florētinum,cū se.Qui vero in cor ripiendo modum excesserit,non a subditis sed a domino ueniam petat.c.quādo.e.d In omni ue-
54 ro doctrina debet auctoritatem Sacræ scripturæ preferre,& non secularium literarum peritiã ostentare,non.n.de laudib. iouis personare debent ora Pontificium.c.cum militat.e.d.& ibi inde uerba Sancti Greg.

Liberalem quoq.patientib.necessitatem sacerdotem oportet esse, alias aūt vacuum portabit nomen episcopi,nisi alienam inopiam suam crediderit.
55 dat,non tamen debet histrionib. res suas donare,neq.venatoribus,quia nihil prodesset ieionare uxoribus,et luxuriare uenatib. alias sicut uidentes uenatorem delectantur, uidebunt saluatorem,et contristabuntur,quia uoluptatib. suis peccata accumulant aliena,et non satis est bene uelle,sed etiam bene facere oportet,et perfecta liberalitas fide causa loco,et tempore commendatur,et fige cordi tex.sanctum.in cap.non satis
56 86.d.literis aureis scribendum, et ibi subditur, quod qui clementiam non habet, &c.non adimplenit legem Christi.c.quia clementiam.

Nec debet eps esse percussor. ad vindictam facilis,& facile credens re incognita accendi.c. d.secundum.86.si quid prohibetur et eps turpis lucri esse cupidus,& alius quilibet clericus vel
57 monachus.c.pueuit.e.d. Viduis ēt, & orphanis Ecclesiæ psidium implorantib.epi debent adesse,& contra improborum violentias non negare illis protectionis patrocinium,& pfertim illis quos in sua protectione susceperit, pfertim confugientib.ad Ecclesiā ne inde trahantur,& libertis vt illos in libertate tueantur, saluis illis qui ē fermitutem reuocantor.Itē & expositis contra calūmatores eorū.c.e.desolatis.cū se.87.d. prohibetur ergo clerici cupiditatos gratia negotia suscipere, non pietatis curā viduis & orphanis impendere quia nemo militans Deo debet se terrenis implicare negotijs,ne Ecclesia q̄ domus orationis esse
58 debet, per officia negociationis,potius sit latronum spelunca.c.consequens.88.d.nec sicut caupones miscere debent aquam vino,& qui reuocat clericos a suis officijs priuatur suffragijs defunctorum.c.eijciens,cum se e. d.

Domui quoq.suę opere bene esse ppositū vt inde quodammodo quędam futuræ dispensationis articulata sumantur,est ergo regula in dispēsatione Ecclesiæ seruanda, vt nulli quantumli-
59 bet exercitatæ psonę duo officia similia conferantur,nec secularib.viris res Ecclesię gubernandæ cōmittantur,sicut.n.in vno corpore,&c.c.Ecclesiastici.89.d. habeat aūt quilibet eps iconomum & vice dominum ad prouidendum hospitib. & pro alijs negocijs & curis suis,iuxta ordinē Gre. de quo in c.volumus,cū se.e.d.dū tamen secularib.viris res Ecclesiasticas non cōmittant. c.indicatum,nec propinquis, nec fauore sibi cōiūctis, c.decentur graduū quippe & ordinū distributio dignitatē Ecclesię cōseruat.c.ad hæc.e.d.Litigio
60 sus ēt phibetur ordinari,quia qui sui potestate discordātes ad cōcordiā debet attrahere, q oblationes discidētū phibetur recipere,nō debet litigādi facilitate alios ad discidiū puocare,& qui inimicitias deponere pniciosa intētione noluerit de Ecclesię cetu iustissima excōicatione est pellēdus.c.placuit,et p totū.90.d.Qui aūt turpi lucro
61 vel inhonesto negocio victū sibi q̄rere prohibetur,de oblationib Ecclesię stipēdia sequatur, q si Ecclesia ei sufficere non poterit,proprio artificio aut agricultura exēplo Apostoli sibi necessaria cōquirat,ita tamē vt ppterea vigilijs Ecclesię non desit, q absq. infirmitate sui corpusculi nulli interponere cōceditur,& iō qui nō p emēdo aliquid in nūdinis vel in foro deābulāt,ab officio sunt remouēdi.c.clericus,& p totū.91.d.Et cū ad Ecclesiā venerint magis corde q̄ ore meminerint esse cantādū,& officiū cātandi nō vsurpent sibi dyaconi,& q ab epo nō ordinantur, in publico nō legāt.Et sacerdotis tantū officiū gerat eps quē sua parochia nō recipit,& alijs molestiā nō inferat,& eps priuandus est qui negligit ppriā Ecclesiā adire,& clericus qui negligit iter esse diuinis est excōicandus.ca.1.& p totū.92.d.
62 Quamq̄ aūt obediētiā ex ordine inferiores superiorib.dēant,tñ iuxta diuinā dispositionē q maiorē se credit,minor fiat,neq.ēt q leuitarū ē,epi in suos vsus dēnt conuertere.Et cū hoc secundo textu velo hanc absoluere quęstionē,quia ē cōtra eporum auaritiā.moderatio tñ Dei ac nimia pietas solū illorū redditū requirit, ac eos cupit lōga sua bonitate saluari,si pmissa consilia, mō ita salutaria,ac pcepta catholica tādē quatenus humana fragilitas patitur attēdere voluerint,& humiliter obseruare i charitate nō ficta.c. diaconi.93.d.vbi aduertēdū ē q potētia diuitiarū aut pauperiatis humilitas vel sublimiorē vel inferiorem epm non facit licet oē q rarū est plus appetatur,quia ēt pullegiū apud indos ē pciosius pi-
63 pere. Adde in q cū inferior locū tenens est maioris,tūc maior est honorādus.c.pcipimus.e.d, Host aūt ī summa de tēp.or.in §.& circa hoc o-
64 pere,&c.ponit hos versus. *Primū præcipitur q sit sine crimine præsul. Monoganus,castus,ornatus sobrius hospes.Casta docens.nō percussor,non litigiosus. Non cupidus,bene dispositus , non neophitus sit. 7 alis Apostolica quod præsit regula tussit.* primu ad Timotheum, tertio. cap. & super his, facit ibidem pulchrum discursum quem omnino vide.

Secundū principale consiliū ad q dēnt aduertere visitantes est circa oia pcepta tam naturæ q̄ scripturæ.Circa quę est attendendū q pcepto-
65 rum omnium principalis diuisio est,q quędam sunt pcepta naturæ,quędam vero scripturæ,pręcepta quidē naturę oēs obligant, nā quicquid tenet lex naturę implicite, tenet decalogus explicite.Est.n.lex scripta in corde cuiuslibet implicite,& in his duob.pceptis concluditur q tibi non vis fieri alteri ne feceris.c.dilecti.de iudi.& obe. & c.bona fides,de deposito.& c.cum iuramēto, de homi.c.pro illorum de pben.& c.excōicatioui.de rap.& ibi not.& in c.cum in officijs,de testa.& in diligendo Deū super oia,quib. duobus pręceptis ēt ligabatur Adam.Secunda diuisio p-
66 ceptorum est de pręceptis scripturę,nam quęda sunt moralia,quędam iudicialia, quędam vero cerimonialia.Moralia sunt quæ concludunt in pręceptis decalogi.Iudicialia vero vt puta de soluendis decimis primicijs,& oblationib.Cerimonialia sunt de quibus plene habetur in leuitico. Moraliū ergo pceptorū datur tertia principalis
67 distinctio.quia quędā sunt affirmatiua vt honora patrem,quędam vero negatiua vt non occides pcepta itaq.affirmatiua proprie dicuntur pcepta, negatiua vero proprie dicuntur prohibitiones.Item pcepta affirmatiua obligant semper sed non ad semper,præcepta vero negatiua obligant semp,& ad semp.Itē qdā pcepta decalogi possunt intelligi data vel inata,primo mō punēt tantū ad populū Israeliticum,secūdo mō ad omnes,quos ideo obligant quia vt dixi quicquid tenet decalogus explicite,hoc tenet lex naturæ implicite quæ scripta est in corde cuiuslibet,præcepta igitur affirmatiua ponuntur imperatiuæ,negatiua autem ponuntur indicatiuæ , propterea quia

Digitized by Google

quia difficilius est facere bonum quam declinare malum, & plures in faciendo bonum requiruntur circunstantiæ.

68 Et præceptorum decalogi quædam concernunt actum, quædam habitum, quædam affectum. In quibusdam enim solummodo prohibetur actus vt ibi non occides, secundum .f. formã trahendo, nam per infirmitatem intelligendi omnia præcepta negatiua manum ligant, & a iure ligantur multis modis scilicet lege naturæ.i. Deum diligere super omnia, & nulli facere q̃d nobis fieri nolumus. Et ista concernunt habitum. Concernentia vero affectum sunt non cõcupisces vxorem proximi tui, nec rem proximi tui, & non mechaberis, quia appetitus inordinatus est ad illa, & sumitur numerus præceptorum sicut quędam nos ad Deum ordinant, quędam ad proximum, quod Deus insinuauit quando in

69 duabus tabulis legem dedit. In prima tabula sunt tria præcepta quæ pertinent ad Deum, & primum præcipue pertinet ad patrem quia est in diuina vnitate, secundum ad filium quod est de iuramenti veritate, tertium ad Spiritum sanctum quod est de spirituali vacatione. In secunda tabula sunt septem ad proximum pertinentia, quorum primum est de exhibendis bonis, vt est illud, honora patrem, &c. Reliqua vero sunt de cauendis malis quæ inferri possunt .f. corde,

70 ore. & opere. Opere ledimus proximum tripliciter, propter quod dantur tria præcepta, primum non occides, secundum non mechaberis, tertium non furtum facies. Ore ledimus proximum, & propter hoc est illud non dices falsum testimonium contra proximum tuum Corde ledimus proximum dupliciter quandoq. scilicet respectu rei temporalis, quandoque rei realis. Et contra hæc duo dicitur non concupisces vxorẽ proximi tui, &c. Iudicialia vero præcepta sunt

71 puta de soluendis decimis, &c. vt dixi. Cęrimonialia quæ quatenus erant figura nouæ legis, & in nouo testamento sunt impleta, cessarunt, nisi quatenus per Ecclesiam & ius canonicum sunt innouata, de quo per arch. in c.1. de deci. lib.6. vt probatur in cap.1. de purg. post partum. & 6.d. §. si. & est tex. in c. sextam, de cõse. d 3. vbi etiam prohibetur Christus pingi figura agni. & no. gl. in c.1. de Sum. Tri. & in idem redit quod no. Io. An. in d. c.1. de dec. lib.6. Adde quod sine gratia diuina mandata impleri non possunt c. placuit, de conse. d.5. Adde quod Papa nõ potest dispẽ-

72 sare contra decem præcepta decalogi, quia & si non sint articuli, sunt tamen atticularia fidei, & ita annexa articulis quod sine eis salutem præstare non possunt. c. sicut secundum Io. de Deo. & 6. d. §. si. 89. d. non satis, ad finem & Spe. inti. de dispen. §. nunc breuius ver. 2. & Io. An. in ca. cum Christus de hære. Item attendendum prin-

73 cipaliter quod aliqui ligantur præceptis alterno de tribus modis, videlicet vel præceptis diuinis de quib. supra vel præceptis proprijs, vel alienis, proprijs vt puta voto religionis vel alio, quia secundum doctores vouere est voluntatis, reddere vero est necessitatis vt pater in toto tit. de voto, vnde quibusdam consilia fiunt præcepta sicut religiosis si vouerint, alienis vero sicut a decretis, vt est ieiunare aliquas vigilias, & huiusmodi. Item consuetudine vt puta ius primogenituræ. Item mandatis prælatorum, vnde sup cathedram Moysi sederunt, &c. Item conscientia quia quicquid fit contra conscientiam ædificat ad gehennam.

74 Vnde postremo principaliter est videndum

de duodecim consilijs Euangelicis, quorum primũ est paupertatis, vt ibi qui non reliquerit oia quę possidet, &c. Et ibi ois qui reliquerit domũ, &c. super quo Hier. ait monachus obolũ habẽs non valet obolũ. Secundũ vero est obedientiæ, iuxta illud super cathedram Moysi, &c. Et illud si quis vult venire post me, abneget seipsum, & istud consilium concernit obedientiam, de qua in cap. a. & per totum de ma. & obe. Tertium est maioris castitatis, de qua dominus dicit sicut eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, de quo matthæus, audist' s quod dictum est antiquis nõ mechaberis. Ego aũt dico vobis qui viderit mulierem ad concupiscendu̇m, &c. ex subito motu concupiscenuę non est peccatũ mortale sed veniale, sed tantum concupiscere ex deliberatione, & sunt prædicta tria consilia specialia & substantialia ois religionis, quia suos obseruatores elongant a malo, non solum quantũ ad culpam, sed ẽt quantum ad cãm, omne namque malũ oritur ex triplici radice .f. concupiscentia carnis, & oculorum, & superbia vitę, & ab hac radice triplici elongant prædicta tria consilia. dn quib. in cap. cum ad monasteriũ in fi. de sta. mo. Quartum est charitatis de quo Mathæus diligi

75 te inimicos vestros, q̃ est quãtum ad dilectionẽ effectus, quantũ vero ad dilectionẽ affectus est pręceptorum, quia inimico velle gratiã, & gloriam necessitatis est, sed ostendere illi signa beniuolentię est perfectionis consilij, negare tamen homini signa familiaritatis quando petit veniã, vel necessitas exposcit, vindicta est, nisi subsit p̃sumptio q̃ simulate vel irrisorie faciat. Quintũ est mansuetudinis, de quo Matthæus, si quis te percusserit in vna maxilla: p̃be ei aliam, & consilium pauentiæ est respectu lęsionis corporis, ad quod pertinet aliud quod eleemosynis rerum, vt ibi. qui vult tecum in iudicio contẽdere tunicam, &c. relinque ei & palium, repetere .n. suum cũ caritate est licitũ imperfectis p̃fectis non. Sex

76 tũ e misericordiæ & erogationis, vt illud omni petenti te tribue, & illud, si uis perfectus esse, uẽde oia quę habes, & da pauperib. nam dare superfluum est necessitatis, sed dare quib. egemus, est consilii. Et q̃ dicit dñs quęcunq. uultis ut faciãt uobis homines, intelligitur rõnabiliter, & dictãte charitate. Septimũ est consilium de simplicitate uerborũ, ut ibi. sit sermo uester est est, non nõ de quo in c. & si Christus, de iureiu. cuius sensus est si affirmatio uel negatio est in ore, sit ẽt ĩ corde. Et ad hoc reducitur illud audistis quia dictũ est antiquis nõ peieres, ego aũt dico uobis nõ iurare oino q̃tũ ad perfectionẽ pertinet, secus q̃tũ ad infirmitatẽ, prohibetur ẽt hoc fieri per creaturas pp idolatriã, secus si per Euangeliũ, & cruces, & per eum cui sunt dedicata. Octauũ est de vitanda occasione peccati, ut ibi. si oculus tuus scandalizat te, &c. q̃ intellige de occasione peccati, & tũc oculus sinister scandalizat ex aspectu ex tactu uero manus sinistra, uel ex consiliario

77 malo qui dicitur oculus, uel ab adiutore malo qui dicitur manus sinistra & eruẽda. Nonũ cõsiliũ est de rectitudine intẽtionis, & simplicitate finis, ubi dicitur attendite ne iustitiã uestrã faciatis corã hominib. &c. Itẽ illud, ne sciat sinistra tua, &c. Itẽ luceaut bona opera uestra ut glorificent patrem, &c. in quo finis ęternus attẽditur, tenemur .n. omnes actus referre ad Deũ, quorũ habemus consiliũ ex imperio rõnis, ut est mãducare, cogitare, eligere, etc. sed nõ nutritiua, et respiratiua, &c. Decimum de conformitate operis & doctrinæ, vt ibi, onera grauia alligant, &c. &

ipocrita eijce primum trabem de oculo tuo, vbi attende in his quæ pertinent ad statum salutis tenetur prędicator facere qđ dicit. Vndecimum consilium est de vitanda sollicitudine, vt ibi. nolite solliciti esse, &c. & ibi nolite cogitare de crastino, vbi attende quod sollicitudo laudabilis præcipitur, vt prouidentia spiritualis, sollicitudo circa temporalia tolerabilis, sollicitudo vero super fine thesaurizandi vituperabilis est propter
78 auaritiam. Duodecimum est de fraterna correctione, vt ibi, si peccauerit ĩte frater tuus, &c. q̄ ẽ quãdo frater corripitur de venialib. sed nõ de mortalib. & obligat oẽs sẽper, sed non ad sẽper quia pro loco & tempore. s. quando vacat, & licet, & creditur q̄ vtilis sit correptio, & fit amore primo, secundo timore, tertio pudore, de quo plene no. in c. cum ex iniuncto, de hære. & in ca. nouit. in prin. de iud. & in c. sed illud 45. d.

De fructibus visitationum. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Abusionum eradicatio 12 bona facit.*
2 *Abusiones claustri sunt 12.*
3 *Vitia mortalia sunt septem.*
4 *Peccata venialia qualiter committuntur.*
5 *Peccata venialia multis modis relaxantur.*
6 *Mortale bene dimittitur sine veniali, sed non econuerso.*
7 *Crimina publica per visitationem eradicantur.*
8 *Crimen lęse maiestatis.*
9 *Hæresis comparatur crimini lęse maiestatis.*
10 *Adulterium per quos perpetratur.*
11 *Siccarij qualiter sunt puniendi.*
12 *Parricidarum pęna.*
13 *Falsarij qui dicuntur, & qualiter puniuntur.*
14 *Vim publicam & priuatam inferentes puniendi sunt.*
15 *Raptores virginum grauiter peccant.*
16 *Peculatus crimen qualiter committitur.*
17 *Plagiarij qui dicuntur & qualiter puniuntur.*
18 *Ambitus crimine qui dicuntur inuolui.*
19 *Simonia quandoque est tantummodo mentalis.*
20 *Repetundarum crimen.*
21 *Annonam cariorem facientes qualiter puniendi sunt.*
22 *Delicta priuata per visitatores eradicanda sunt.*
23 *Raptores ad quid tenentur.*
24 *Fur non manifestus in duplum punitur.*
25 *Crimina, & delicta varia q̃ in duplici puniũtur*
26 *Superbia eradicata plantatur humilitas Humilitas ab humo dicitur. ibi.*
27 *Humilitatis tres sunt gradus.*
28 *Humilitas vincit diabolum.*
29 *Misericordiæ opera spiritualia sunt. 7.*
30 *Oratio pro defunctis est salubris.*
31 *Sacramenta an sint suspensis deneganda.*
32 *Misericordiæ opera corporalia sunt septem.*
33 *Virtutes theologicæ sunt tres.*
34 *Spes vnde oritur.*
35 *Caritatis excellentia.*
36 *Virtutes Cardinales sunt quatuor.*
37 *Iustitia non est sine caritate.*
38 *Temperantiæ partes sunt triplices.*
39 *Temperantia, & Fortitudo modificãt passiones sensuales.*
40 *Virtutum Cardinalium natura per Augustinum exprimitur.*
41 *Beatitudines sunt septem.*
42 *Meritorum ordo.*
43 *Præmiorum ordo.*
44 *Felices qui dicuntur.*
45 *Infelices sunt in multiplici differentia.*
46 *Beatus per quæ quis efficitur.*
47 *Dona septem Sancti spiritus.*
48 *Timor filiali seruilis, & initialis.*
49 *Spiritus sancti dona quos effectus habent.*
50 *Fructus Spiritus sancti sunt. 12.*
51 *Pax omnem remouet perturbationem.*
52 *Benignitas in quo consistit.*
53 *Modestia prout est fructus Spiritus sancti respectu cuius est.*
54 *Castitas fugat concupiscentiam, & voluptates.*
55 *Sacramenta septem Ecclesiæ maximum producunt fructum.*
56 *Confirmatio solis episcopis competit.*
57 *Pænitentia ex tribus perficitur.*
58 *Absolutio pęnam perpetuam commutat in temporalem.*
59 *Ordines quot sunt.*
60 *Episcopatus an sit ordo.*
61 *Matrimonij bona sunt tria.*
62 *Sensus corpore sunt quinque.*
63 *Oculus est triplex.*
64 *Cecis vere miserendum est.*
65 *Adulatores a iure puniuntur.*
66 *Ebrij regnum Dei non possidebunt.*
67 *Odoratu quid odorare debemus.*
68 *Monachi mulieres osculari prohibentur.*
69 *Linguæ peccata sunt plurima.*
70 *Apostasia est triplex.*
71 *Adorationis tres sunt species.*
72 *Virgini beatæ quis honor debetur.*
73 *Cruci quis honor est exhibendus.*
74 *Imaginibus quis honor debetur.*
75 *Gratiæ quibus sunt agende.*
76 *Gratia est duplex: gratia gratis data ocie fluxus habet.*
77 *Sensus scripturæ est quadruplex.*
78 *Miracula per malos fieri possunt.*
79 *Pax est valde optanda.*
80 *Pacis expers non erit Christi heres.*
81 *Pax inter homines non est propter sex causas.*
82 *Bellum perdit opes, corpus, & animam.*
83 *Fiscus tollit quod Christus non accipit.*
84 *Treugæ certis temporibus sunt seruandæ.*
85 *Treuga conuentionalis seruanda est.*
86 *Scandala multa mala faciunt.*
87 *Dotes quatuor corporales assequuntur beati.*
88 *Elementa sunt quatuor.*
89 *Dotes corporis glorificati per Apostolum exprimuntur.*
90 *Aureola est triplex.*
91 *Paradisi gaudia sunt inexplicabilia.*
92 *Dotes animæ beatæ sunt tres.*
93 *Animæ vires sunt tres.*
94 *Dotes tres animæ trinitatem habent pro obiecto.*
95 *Fructus Visitationis esse summum bonum.*
96 *Peccata in Spiritum Sanctum quæ, & quot sunt.*
97 *Impenitentia finalis est peccatorum grauissimum.*
98 *Visitati gratias agant visitatoribus immensas.*
99 *Hostes nostri sunt tres.*

DEcimo q̄ro, & vltimo de saluberrimo effectu, et fructib. salutarib. visitationũ. Respõ
dco

Digitized by Google

deo huiusmodi fructus esse quã plurimos. Et vt
aliquo magistrali ordine pręcedã,dico primum
fructũ,& effectum visitationis operari eradica-
1 tionem multarum abusionum seculi,tam in cle
ro quam in populo de quibus librum fecit Ci-
prianus,quas refert gl.in cl.prima de statu mo.
Quarum prima eradicatio est quod sapiens nõ
erit sine operibus.Secunda quod senes non erũt
sine religione.Tertia quod adolescens non erit
sine obedientia. Quarta quod diues non erit si-
ne eleemosyna. Quinta quod femina non erit
sine pudicitia.Sexta quod dominus non erit sine
virtute. Septima quod Christianus non erit con-
tentiosus.Octaua quod pauper non erit super-
bus.Nona quod rex non erit iniquus. Decima
quod Episcopus non erit negligens.Vndecima
quod plebs non erit sine disciplina.Duodecima
& vltima quod populus non erit sine lege. Et
sic non suffocabitur iustitia, quarum ordinem
ibi vide,adde cap.rex debet.23.q.5.

2 Secundus principalis fructus erit quia eradi-
cabuntur.12.abusiones claustri,quibus tota re-
ligionis massa corrumpitur, quas enumerat Hu
guitio de foleto.lib.2.de claustro animæ, & glo.
supra allegata.Prima eradicatio est quod præla-
tus non erit negligens.Secunda est quod discipu
lus non erit inobediens.Tertia quod iuuenis nõ
erit ociosus.Quarta quod senex non erit obstina
tus. Quinta quod monachus non erit curialis.
Sexta quod monachus non erit causidicus. Se-
ptima quod habitus non erit preciosus.Octaua
quod cibus non erit exquisitus.Nona quod ru-
mor non erit in claustro. Decima quod lis non
erit in capitulo. Vndecima quod dissolutio non
erit in choro.Duodecima, & vltima quod irre-
uerentia non erit circa altare, de quibus omni-
bus prosequitur pulchre ibi glo. quam omnino
vide.

Tertius principalis fructus est quia eradica-
3 buntur vitia.Primo septem capitalia. Secundo
omnia venialia.Primo enim eradicabitur super
bia arrogantia, & vanagloria. Secundo eradi-
cabitur auaritia. Tertio luxuria. Quarto ira.
Quinto gula.Sexto inuidia.Septimo accidia, &
ociositas.

4 Item eradicabuntur peccata venialia de
quibus per Bedam super Epistola Iacobi videli-
cet peccata quæ, ex ignorantia vel infirmitate
committuntur.Si tamen ex deliberatione fiunt
transeunt in mortalia, quia secundum August.
Nullum peccatum adeo veniale est quod non
fiat criminale,dum placet, de quibus plene.25.
d.in §.criminis appellatio.Gregorius tamẽ enu-
merat aliqua venialia, sicut est assiduus sermo,
& ociosus,immoderatus risus,peccatum curæ
familiaris,quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur
qui culpam qualiter declinare debeant sciunt,
quæ etiam post mortem grauant si adhuc in vi-
ta positis minime fuerint relaxata,de quo in ca.
qualis.e.d.& ibi vide.Adde omnino tex.cap.qui
vult cum pluribus se.de pęn.dist.2.vbi plene de
gradibus virtutum & vitiorum,& non omittas.
Attende quia diuturnitas temporis non minuit
peccatum.ca.non satis.de simo. & tanto grauio
ra sunt peccata,quanto diutius infelicem animã
retinent alligatam.cap.cum in Ecclesia.e.ti. Re
5 laxantur tamen in vita multis modis. Et primo
per benedictionem prelati deuote susceptam.1.
q.1.dictum,& cap.maledicam cum seq. Secun-
do per generalem confessionem,quę fit in mis-
sa,& officijs diuinis. Tertio per orationem do-
minicam de pęni. d.3. aquam.Quarto per ele-
emosynam. Quinto per ieiunia,de pœn.dist.3.
sane. Sexto per Eucaristiam deuote sumptam,
de consec.dist. 2.cum ad omnem. Septimo per
vnctionem extremam de sacram.vnc. cap. vno
ad prin. Octauo per deuotam pectoris contu-
sionem,de pœni.dist. 1.tres sunt actiones secun-
dum Host.qui hoc notat de pęni.& remi. in ca.
omnis,& amplius per spe.in aureo repertorio in
tit.de pęni.& re.vbi omnino vide. Quod est in-
6 telligendum verum in eo qui non est in morta-
li,vt no.de pe.d.1.perfecta in vltima gloss. vide
omnino,de pe.dist.2.cap.si quis semel, vide om
nino gloss.in verb.humilitatis in clem.1. in fin.
de reli.do.Mortale enim sine venialibus potest
dimitti, sed non econuerso,quia mortale oppo-
nitur charitati, veniale vero feruori charitatis,
sublato ergo priori, tollitur posterius, sed non
econtra,de his plene per gloss.in salutatione sex
ti libri super verbo benedictionẽ, & adde quod
qui in vno offendit deflere habet tanquam fa-
ctus omnium reus.c.defleat de re.iur.

7 Alius fructus erit quia eradicabuntur crimi-
na capitalia vel publica quæ vltimo supplicio af
ficiunt,vel aqua,& ignis interdictione, vel de-
portatione, aut metallo, & cetera quæ infamiã
irrogant cum damno pecuniario, quæ publica
sunt licet non capitalia,& sic inducunt capitis
diminutionem maximam vel mediam.instit.de
8 capitis dist.§.1.puta crimen læsæ maiestatis, qđ
incurrunt qui contra imperium vel rempubli-
cam aliquid moliuntur, quibus lex Iulia maie-
statis irrogat pęnam amissionis animæ cum dã-
natione memorie delinquentis, etiam post mor
9 tem.Ad eius instar hæretici puniuntur,cum lon
ge sit grauius æternam quam temporalem lede
re maiestatem.cap.vergentis de hæretic. l. quis-
quis,& per totum.C.ad l. Iuliam maiestatis, de
apostatis autem dic vt in cap.1.de apostatis,&
per Host.in sum.eod.titu.& de scismaticis vt in
cap.1.de scismaticis,lib.6.& quid differat hære
sis a scismate dic vt in cap.inter scisma. 24.q.3.
10 Item crimen adulterij quod incurrunt temera
tores alienarum nuptiarum,& qui cum mascu-
lis nephãdam libidinem audent exercere, quos
lex iulia de adulterijs capite punit & gladio. Itẽ
crimen stupratoris virginum aut viduarum ho-
neste viuentium,quos si sunt honestiores, punit
publicatione partis dimidie bonorum humiles
vero corporis coher[c]tione cum relegatione pu-
nit.l.cum vir.& per totum.ff. & C.ad l.iuliam
11 de adulterijs,& stupris. Item crimen siccario-
rum homicidarum,a sicca quæ est ferrum idest
cultrum dictis. Cognatos etiam & affines occi
dentium, qui tamen nuncupatione parentum
non contineantur, quos vltore ferro persequi-
tur lex cornelia de siccariis,& eos qui occiden-
di causa cum telo ambulant,quod ab arcu mit-
titur in longinquo vel manu.l.1.§.si quis claua.
& l.si quis cum telo.ad legem corneliam de sic
cariis,& per totum titu. Item crimen veneficii,
& illos qui artibus odiosis,& susurris magicis
homines occidunt,vel mala medicamenta pu-
blice vendunt. De occidentibus cardinales dic
vt in cap.felicis de pęnis.lib.6. De occiden-
tibus episcopos dic vt in clem. si quis suadente
de pęnis. De assasinis dic vt in cap.pro huma-
ni de homi.li.6.

12 Item crimen parricidii asperrimum, quod
incurrunt qui parentis vel filii aut omnino affi-
nis qui nuncupatione parentum continetur fa-
ta præpararunt clã aut palã admittendo,& eos
quorum dolo id factum est, vel conscii crimi-

Digitized by Google

nis fuerunt, licet extranei sint, quos punit lex Pompeia de parricidis vt futi in Culeo cum cane, & Gallo Gallinacio.7. annorum, & vipera,& Simia inter eas ferales angustias compressi,secundum quod regionis qualitas patitur vel in vicinum Mare, vel in amnem proijciantur,vt omnium elementorum vsu viui carere incipiant,& eis cœlum superstitibus, & terra mortuis auferatur. Item crimē falsi quod incurrunt testamentum vel instrumentum falsum scribentes,signantes,recitantes,subijcientes,aut signum adulterinum facientes,sculpentes, & premẽtes scienter dolo malo, quos punit lex Cornelia de falsis pœna consimili sicariorum, & veneficorum.l. si veteris,& per totum. C. & ff.de falsis. De falsatoribus literarum Apostolicarum dic vt.c quam graui,& c.ad falsariorum de crimine falsi,de diligillantibus literas dic vt in cap.olim de rescrip.& cap.cum olim.2.de of-
14 fi.deleg.Item crimen inferentium vim publicā cum armis, quos lex Iulia de vi publica punit pœna deportatione omnis.l.si quis a se fundum C.ad l.Iuliam.de vi publica & ff.e.ti.per totum. Item crimen inferentium vim priuatam sine armis,quos lex Iulia de vi priuata punit publicatione tertiæ partis bonorum. ff. & C. ad l.Iuliā
15 de vi priuata per totum. Item crimen rapientiũ Virgines,aut viduas,aut sanctimoniales,vel pueros,&c.& eos qui opem flagitio dederunt quos puniunt leges raptores.C. de raptu Virginum,
16 & de episcopis,& clericis. Item crimen peculatus,quod incurrunt furantes pecuniam publicā, vel rem sacram,aut religiosam,& iudices ac officiales administrationis tempore publicas pecunias subtrahentes,aut ministerium eis adhibentes,vel ipsas subtractas pecunias ab his scienter suscipientes,quos lex Iulia peculatus punit pœna capitis.ff.ad l.Iuliam peculatus.l.1.& per to-
17 tum. Item crimen plagij quod incurrunt distrahentes filios alienos,& seruos fugitiuos,aut liberos homines transportantes, quos punit lex fauia de plagiarijs, interdum pœna capitis ex sacris constitutionib. interdum vero leuiori. ff. ad legem fauiam de plagiarijs per totum. Item cri-
18 men ambitus quod incurrunt dātes pecuniam vt. fortiantur honorem aliquem extra vrbem Romanam,& stantes in magistratu vltra annū, & ingredientes domum iudicum, & iudices noua vectigalia instituentes,quos lex Iulia de ambitu punit in centum aureis.ff. ad l. Iuliam de ambitu per totum;sed secundum iura canonica
19 tales incurrunt grauiam & simoniam,de quo plene in decretis prima.q.per totum,& extrā de simo.per totum, aliquando etiam mentalem de quo plene per doctores [illegible] de etate, & qualit.
20 Item crimen repetundarum, quod incurrunt iudices, pecunia interueniente aliquid facientes, vel omittentes, quos lex Iulia repetundarum punit in quadruplum ciuiliter, & quandoque criminaliter extra ordinem.ff. ad legem Iuliam repetundarum per totum. Item crimen eorum
21 qui faciunt vt annona carior sit, quos lex Iulia de annona punit in viginti aureis.ff.ad l.Iuliam de annona per totum. Item crimen eorum qui in vsum suum conuertunt quod super fuit ex aliqua administratione publica eis cōmissa quos punit lex Iulia de residuis in tertia parte puris simpli. Item crimen turpilliani. Item crimen falsę monetæ.l.1.C.de falsa moneta,ex quibus possibile est summo digito & quasi iudicem prædicta tangere, diligentior autem scientia ex libris digestorum scilicet 48 libro Deo propicio aduc-

nit,vt notabiliter dicit tex.instituta de publicis
22 iudicijs in fi. Eradicabuntur pariter delicta, & crimina seu maleficia priuata puta furtum manifestum,illatio motus. Item datio pecuniæ vt calumniæ causa alicui negocium fiat vel non fiat. Item exactio executorum litium,qui contra constitutionis conditiæ normam a reis quicquam exigunt, de quibus omnibus pęna quadrupli puniendis tractat tex.insti.de actionibus
23 §.quadrupli. Item crimē improbum raptorum rerum alienarum,quia licet raptor etiam furti in quadruplū teneatur,tenetur et propria actione infra annū quadrupli.in quo simplum computatur scilicet rei persecutio,post annum vero simpli. Item crimen inferentium in libello cōditionali maiorem summam vere existimationis,vt exinde viatores executores litium ampliorem summam nomine sportularum exigant, ex lege namque condita & nouis constitutionibus tales puniuntur in triplum, institu. de actioni-
24 bus.§.tripli. Item crimen furti non manifesti, & serui corrupti,quia fur non manifestus punitur pęna dupli.insti.de furtis.§. nec manifestum,& insti.de actio.§ in duplum, & l si quis seruum, & l.vt tantum.ff.de seruo corrupto. Item crimina de tigno iniuncto, & eius qui testamento liber esse iussus est, & post mortem domini aditam hæreditatem subripuit Item furti aduersus nautas caupones, & stabularios. Item aduersus familiam. Item crimen arborum furtim cæsarum. Item crimina incendij ruinę & naufragij rate naue expugnata. Item crimen famosi libelli, & contumeliæ, & iniuriarum tam realium quam verbalium, &c. Item omnia crimina extraordinaria, vt puta, sepulchri violati, concussionis,de abigeis, de quo etiam in c. quia plerique de immunitate Ecclesiarum. Itē crimina præuaricatoris,receptatoris,furis balnearij, effractoris, & expilatoris. Item crimen expilatæ hæreditatis. Item crimen Bellionatus. Item crimen termini a moti, & crimen collegij illiciti. Item vbique agi posset populari actione de quibus omnibus sunt speciales tituli successiui in ff.libro.48. Item omnia quasi maleficia puta facientium litem suam, & malæ iudicātum, & eorum qui ex domibus proprijs aliquid deiecerunt vel effuderunt,& exercitorum,& temere ligantium, & album corrumpentium, & vxorum res amouentium de domo viri, deniq. quæcunque alia varia extraordinaria crimina etiam ciuilia,de quibus instituta de obli.quæ ex quasi maleficio &c.ff.de varijs & extraordinarijs criminibus, & in alijs proprijs titulis. C.& digestorum. Et sufficere volo canonistis hunc breuem transcursum ad aperiendam viam exuflandi,& acuendi ingenium, & studium, & memoriam,a quibus veniam peto de nimia breuitate quam exigit præsens opusculum solum simplicium introductiuum.
25 Et loco superbie de qua in cap. nullus de sermon ordi.eradicate,plantatur, & ædificatur humilitas,quæ nihil splendidius in episcopali serui
26 ce fulget cap.dist.contra morem. Circa etiam virtutem humilitatis sciendum est quod ab humo dicitur secundum Ber.in libro de gradibus humilitatis,& est virtus qua homo verissima cognitione sibi vilescit, & gloriosa dicitur, quia illa paliari etiam se appetit superbia, ne vilescat.8.quæst.1.in scripturis, de talibus dicitur quod sub agni specie Lupum gerunt,de hęreti.vt officium,lib.6.& inter. 10.humilitatis indicia quæ ponit cassianus,8.est cum quis se teli-
quis

quis inferiorem non superficie pronunciat sed
intimo cordis affectu. Vnde dicuntur tres gra-
27 dus humilitatis. Primus subdere se maiori: &
non præferre se equali, 17. di. de Constantino-
politana. Secundus subdere se æquali nec præ-
ferre se minori. Tertius subdere se minori, de
pæn. dist 2. ca. 1. prima dicitur sufficiens, & ne-
cessaria, secunda abundans, tertia superabun-
28 dans. Et de humilitatis efficacia diabolus ad
Macharium in vita patrum ait. ieiunas interdū,
& ego nullo cibo vnquam reficior, tu sæpè vigi
las: me nunquam sopor oppressit, sola tua humi
litas me vincit, & dicit Ambro. quod humilitas
est clauis, quæ aperit regnum celorum, & rese-
rat ministeria scripturarum: & Gregor. qui sine
humilitate virtutes congregat, quasi in ventum
puluerem portat, & vnde aliquid fere nititur,
in deterius cæcatur, vide 93. di. Dominus, & ca.
di. contra morem, & Io. An. in cle. 1. in fi. de re-
lig. dom. Et illud quod dictum est supra de ieiu
nio, & elemosina: dico de alijs operib. pijs: quæ
dicuntur misericordię quorum septem dicūtur
spiritualia. Alia septem dicūtur corporalia. Spi
29 ritualia hoc versu cōprehenduntur, *Consule,*
coge, doce, solare, remitte, fer, ora. Consule. s. er-
rantibus vt in viam salutis redeant. Coge sine
castiga discolos, vt non damnentur. Doce igna-
ros vt tanquam cæci non cadant in foueam. So
lare afflictos ne in desperationem incidant. Re
mitte iniuriantibus vt eos pæniteat. Fer. i. patiēs
esto in tribulationibus exemplo Christi, & san-
ctorum. Ora pro viuis atque defunctis. De cu-
ius orationis fructu vide plene per glo. in cle. si
Dominum de reli. & venerati. sanc. super ver-
bo orationes. Et per Host. in summa de pęni. in
§ quis sit effectus, versu casus autem de quo ple
ne in c. cum creatura de cele. missa. & in c. cum
Marthæ. eo. ti. pro defunctis dixi quoniam can
30 tat Ecclesia quod sancta, & salubris est cogita-
tio pro defunctis exorare vt a peccatis soluan-
tur. Nam animæ defunctorum quatuor modis
soluuntur. Aut oblationibus sacerdotum. Aut
precibus sanctorum. Aut carorum elemosinis.
Aut ieiunio cognatorum. 13. q. vlt. c. animæ de-
functorum, facit c. pro obeuntibus, eo. di. & ca.
tempus, & c. Ambrosius, alias est c. quia alij. ēt
31 si fuerint in patibulo suspensi quibus non est
neganda communio, ea. dist. c. de quibus, & in
cle. cum secundum, de pęn. & rem. & c. 2. de fur
tis. Similiter illis etiam non est neganda Eucha
ristia, secundū quod scribit Io. An. in c. sane, de
celeb. missarum. Nec Ecclesiastica sepultura. Et
debet induci ad penitentiam petendam, vide
glo. in dicta cle. cum secundum, in verbo pœni-
tentia, vide in c. 1. & 2 de torneа. & c. cum Mar
thæ in fin. de celeb. miss. nisi mortuus esset san-
ctus, &c. quia tūc iniuriam faceret martyri qui
oraret pro martyre, &c. vt ibi. Alia vero septem
32 opera corporalia, hoc versu comprehenduntur.
Visita, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. ca. cū
ex eo. de pænit. & remis. Visito. s. infirmos. Poto
sitientes. Cibo esurientes. Redimo incarcera-
tos. Tego nudos. Colligo hospites. Condo cor-
pora defunctorum illa sepeliens. Quibus mise
ricordiæ operibus mensura poni non potest:
nec tempore diffiniri. 26. q. 5. is qui. de pæni. di.
2. multiplex. No. glo. in cle. 1. de pęn. & rem. &
circa humilitatem vide tractatum quē feci qui
intitulatur de sacra humilitate.

Alius principalis fructus est quoniam plan-
tabuntur, & ædificabuntur virtutes videlicet
33 tres. Primo Theologicæ, Fides, Spes, & Chari-
tas. Fides sine operibus mortua est. 1. quæst. 1. c.
fertur, vide in c. cum Christus de hære. & in ca
pit. 1. de sū. tri. & quod dixi supra in quæstione
de verbo Dei. Spes est in suffragijs, & premijs,
prima ponenda est in sanctis, secunda in solo
Deo, secunda triplex scilicet veniæ, gratiæ, &
misericordiæ. Effectus eius a tribulatione libe-
rat, confortat pereuntes, mentem releuat, sal-
uat animam, temporalia ministrat, comparatur
galeæ salutis, anchoræ, medicinæ, gemmæ, so-
lario, claui, &c. differt a fide quia illa de præte-
ritis, hæc de futuris, illa de bonis, & malis: ista
de bonis tantum, illa de bonis suis, & alienis:
hæc de suis tantum vtraque tamen de inuisibi-
34 libus. Oritur ex diuina largitate ex abundantia
meritorum: ex prægustatione æternorum. Cha-
35 ritas quæ est fons proprius cui non communi-
cat alienus, c. licet in fin. de regul. & si quantū-
cunque virtutum flore refulgeas: & in te non
habeas charitatem nihil probaris habere, cap.
nisi cum pridem, ver. quippe de renunc. Et quæ
ędificat: vbi scientia inflat, vt ibidem in §. pro
defectu, supplet imperfectum scientiæ: & tan-
quam perfecta foris mittit timorem, 20. q. 1. il-
36 lud, 23. quæst. 6. in fin. Et quatuor morales siue
Cardinales, videlicet, prudentia, iustitia, forti-
tudo, & temperantia. De prudentia satis dictū
est, supra in quæstione proxime pręcedente. Iu-
37 stitia de qua dic quod in omni gente qui facit
iustitiam acceptus est Deo, c. ad decorem de in-
stit. & non potest esse vbi charitas non est, &
dilectio proximi quę malum non operatur, ca.
vbi sane. 23. quęst. 1. Fortitudo quę tenet mediū
inter audaciam quę vitium est, cuius contrariū
vitium est pusillanimitas, No. Io. Andr. in c. exi-
git, de censib in nouella. Temperantia quæ est
38 habitus voluntarius electiuus refrenās concu-
piscentias delectationum tactum, & sic passio-
nes castigans vehementes, præcipue circa sum-
mæ difficilia, cuius partes integrales tanquam
eius conditiones sunt verecundia, & honestas,
partes vero subiectiue sunt abstinentia, & ca-
stitas, partes vero potentiales sunt continentia,
clementia, & modestia: quæ se habet circa me-
diocriter difficilia, & plene de hac virtute vide
in tractatu quem feci qui intitulatur de morali
temperantia.

39 Circa has quatuor virtutes sciendū est quod
temperantia, & fortitudo sunt modificatiuæ
passionum insurgentium in sensualitate homi-
nis vel actionum occurrentium homini. Mo-
dificat enim temperantia delectationes existen
tes in cibis, & venere, fortitudo vero timores,
& audacias: quæ sunt circa pericula mortis, &
dicuntur purgatoriæ quia sunt hominum non-
dum purgatorum a passionū insultibus: & per
consequens non summæ perfectorum, ad id ta-
men dato conatu tendentium. Aliæ sunt solum
tenentes animam hominis in Deo, & in summa
perfectione: vt si temperantia terrenas concupi
scētias ignoret: fortitudo passiones nesciat; pru-
dentia solis diuinis intendat: iustitia mentem
cum Deo perpetuo fœdere teneat. Et quia hæc
sunt solum hominum totaliter purgatorum di
cuntur hominis purgati a passionum molestijs
quod est paucissimorum in hac vita.

40 Vnde Aug. 14. de trin. quod nunc agit iusti-
tia in subueniendo miseris: quod prudentia in
præcauendis insidijs; quod fortitudo in perfe-
rendis molestijs, quod temperantia in coercen-
dis delectationibus prauis ibi non erit vbi nil
mali erit. Sed iustitiæ erit Deo regēti esse subdi-
tum,

tum,prudentiæ nullum bonum Deo præpone-
re vel æquare, fortitudinis firmissime cohære-
re,temperantiæ nullo affectu noxio delectari,
vt de his plenius habetur per glo. in cle.ad no-
strum,ver.6.de hære. Quid sit virtus:& quales,
& qualiter gradus sunt in virtute: & an Adam
habuit ex creatione virtutes.32.q.5. de pudici-
tia de cons.di.3.hæc quæ de charitate,& §.Ro-
manos. Quibus correspondent tanquam habi-
41 tibus septem beatitudines tanquam eorundem
habituum actus, videlicet paupertas spiritus,
mititudo,luctus,fames,& sitis iustitiæ, miseri-
cordia,mūditia cordis,& pax,quibus congruūt
septem merita videlicet regnum cælorum, pos
sessio terræ,consolatio, saturatio, misericordiæ
consecutio.Dei visio,filij Dei vocatio. Sunt er-
go septem merita beatitudinum,& quidem ve-
ra beatitudo, cum sint actus perfecte virtutis,
sed tamen diminute,& imperfecte beatificant,
patet enim quod paupertas,& luctus,& deside
rium iustitiæ,& reliqua diminutum bonū sunt,
præmia vero prædictis meritis debita sunt per-
fecte beatitudines.s.regnare in cœlis, possidere
terram viuentium,consolari, saturari, supera-
bundare.Deum videre, & filium Dei esse cum
plenitudine misericordiæ quam summam bea-
titudinem diminute beati merentur, & sperāt.
Tripliciter ergo beatificant merita illa virtutū.
Primo præsēti beatitudine virtutum. Secundo
summa,& perfecta beatitudine eam.s.disponē-
do meritoriæ. Tertio eam sperando secure, &
tamen diminutæ: donec veniat quod perfectū
est,& euacuetur quod ex parte est.Congruit au
42 tem ordo meritorum quia initium, & funda-
mentum eorum est humiliatio sui, & abdicatio
suorum. Ideo primum locum tenet paupertas
spiritus Ex his sequitur mansuetudo,glos.non
est mitis qui prius pauper non fuit, difficile est
enim secundum gradum ascendere nisi primū
ascenderis:quia inter diuitias,curas,& odia ani
mus non est mitis,& quia inter seculi curas le-
uitas animi sæpe irritatur, luctu fit temperatio
mansuetudinis.Qui autem pauper humilis,mi
tis, & lugens est accenditur continuo deside-
rio,vt perficiat Dei voluntatem.Qui non sitiuit
iustitiam, iam non potest misericordiæ altiorē
gradum conscendere: quia non bene miseretur
qui non est iustus. His autem altior est mundi-
tia cordis:sed demum pax quæ superat omnem
43 sensum cunctis supereminet. Congruit etiam
ordo præmiorum, nam primum premium est
vt homo terrenus fiat celestis,immo quod ipsis
cęlis imperet,sed parum est dominari in cęlis:
nisi se ipsum possideat, ideo excellentior beati-
tudo est possidere terram,& seipsum, sed hanc
superat consolatio diuina,omne gaudium con-
tinens,maius vero est saturari viris bonis quam
consolari,saturitatem vero excedit superabun-
dantia misericordiæ; quam largitur misericor-
dia diuina,sed excelsius est Deum videre poten
tialiter:a quo proueniunt consolatio, saturitas,
& superabundantia,vltimo cunctorum eminē-
tissimum est hæreditario iure habere Deum qd
filijs eius datur. Quæ omnia beatitudinis prę-
mia vnicuique merito virtutum Deus largitur:
sed per approbationem quædam conueniūt sin
gula singulis. Conclude ergo quod qui sic per-
spexerit in legem perfecte libertatis,non audi-
44 tor obliuiosus factus,sed factor operis:hic bea-
tus in facto suo erit, sicut & qui audit verbum
Dei discernendo,& custodit illud obseruando,
declaratur autem vtrum quis vere sit pauper
spiritu,mansuetus vel mitis,lugens, esuriens,
& sitiens iustitiam,misericors, mundus corde:
& pacificus,dum propter iustitiam persecutio-
nem alacriter patitur,eius merces copiosa est in
cęlis,& qui hæc sitiunt, vere beati sunt si fece-
rint ea.10.13.& beatificabuntur in gloria.
45 Nam & econtra infelices in hoc & in futuro
seculo sunt diuites,superbi, & auari: quoniam
ipsorum est seruitus idolorum, & infernales.
Infelices iracundi: & crudeles, quoniam ipsos
possidebit ignis damnatorum. Infelices qui e-
xultant in terrenis felicitatibus quoniam ipsi cū
maledictis contristabuntur,nam extrema gau-
dij luctus occupat.Infelices qui incrassantur,&
inebriantur in iniustitijs:quoniam ipsi a mente
alienabuntur,& ab omni veritate, & bono. In-
felices,inuidi.quoniam ipsi omni misericordia
priuabuntur,est enim impossibile crudelem be
ne finire.Infelices corde polluto,vano,& indu-
rato:quoniam ipsi Dei visione priuabuntur:et-
enim peccant in spiritum sanctum irremissibi-
liter.Infelices belli,& discordiarum zelatores:
quoniam filij diaboli vocabuntur,& hæredita-
bunt eum.Infelices insuper qui exaltationes cō
sequuntur propter iniustitiam: quoniam ipso-
rum erit semper perpetua seruitus inferorum
absque vlla redemptione. Nam sedes ducum
superborum destruit Dominus: & sedere facit
46 mites pro eis. Et qui custodit legē beatus est,
& qui suffert tentationem: & qui intelligit su-
per egenum,& pauperem;& qui post aurū non
abijt,nec sperauit in pecuniæ thesauris, & qui
timet Dominum,& ambulat in vijs eius,& bea
tus post se relinquit filios,& super omnia bona
sua constituet eum Dominus, & præcinget se
ac ministrabit ei.23.q.5.ad fidem.24.q.5.c.a re
cta,cum similibus,& 23.q.4.§.ex his. Beatitu-
dinibus vero vltra congruentiam meritorū de
47 quibus supra, succedunt dona spiritus sancti
quasi earundem,7.virtutum delectationes, &
instinctus diuini in quibus præmeditatus ani-
mus mouetur ad bonum, videlicet, sapientia,
intellectus,consilium,fortitudo,scientia,pietas,
& timor Domini.Sapientia enim quasi sol illu
minat de spe,& certitudine æternorum, contra
stultitiam. Et correspōdet virtuti charitatis.Sa-
pientia enim infusa quę est donum non est cha
ritas sed magis affectus. Intellectus quasi venus
illustrat intellectum stabilitate penetrandi au-
dita,contra ebetudinē,& tarditatem ingenij.Et
correspondet virtuti fidei.Esai.17.nisi credi de-
ritis non intelligetis. Consilium quasi Mercu-
rius illustrat mentem in agibilibus:quid videli-
cet eligendum, quidve fugiendum sit contra
pręcipitium, & dirigitur a dono consilij quod
est de melioribus bonis.Et correspondet virtu-
ti prudentiæ quia circa ea quę sunt agēda pro-
pter finem sicut ipsam adiuuans,& perficiens.
Fortitudo quasi Mars illustrat mentē radio cō-
fidentiæ ne aduersa timeat contra pusillanimi-
tatem.Et correspondet virtuti fortitudinis quę
dat fiduciam euitandi quæcunq; pericula.Sciē-
tia quasi Luna illustrat mētem de veritate crea
torum contra ignorantiam infusa.Et correspō-
det virtuti fidei.Et est solum circa res creatas.
Pietas quasi Iuppiter diffundit corda miseratio
nis ad proximum contra crudelitatem.Et corre
spondet virtuti iustitiæ. Timor Domini quasi
Saturnus pondere suę lucis premit mentem:ne
de acceptis bonis superbiat sed eterna requirat.
48 Et hoc contra superbiam. Et præcipuus est fi-
lialis per quem timemus ab auxilio diuino nos
subtra-

Digitized by Google

subtrahere.Cuius obiectum est malum. Ideo
timor, & spes inuicem correspondât, & perfi-
ciunt se,secundario autem correspondet virtu-
ti temperantiæ ad fugiendum ea quæ maxime
alliciunt ad vitandam Dei offensam. Est & ti-
mor seruilis, & Initialis qui non sunt dona spi-
ritus sancti. Et vocatur timor seruilis quia refre
nat a temeritate formidine pœnæ.42.di.docen-
dus,de elect.cum in cunctis,C.de emenda. pro
pinquorum l.1.iuxta illud. Oderût peccare ma
li,&c.nec habet per se premium:nisi quia solet
inducere filialem. Timor autem seruilis secun-
dum Gregorium est in quo viuit peccandi volû
tas.Et sequeretur opus si speraretur impunitas.
Et pertinet ad seruum. Initialis autem respicit
amissionem premij, & pertinet ad mercenariû.
Filialis autem respicit offensam, et propter ad
filium pertinet, vt no.glo.in c.eum qui,de præ-
49 ben.li.6. Donum ergo sapientiæ in flâmat amo
re.Intellectus occulta manifestat.Consilium di
rigit in via.Fortitudo confortat timida.Scientia
delectat. Pietas seipsam extra multiplicat. Ti-
mor fugat inimica,quia in timore Domini de-
clinat omnis a malo.nume.16. Sunt ergo dona
spiritus sancti quædam habituales animæ dele
ctationes, & dispositiones ac perfectiones po-
tentiarum eiusdem: quibus reddimur bene prô
pti,& mobiles a spiritu sancto, sicut virtutibus
moralibus potentiæ appetitiuæ redduntur bene
mobiles a ratione. Et sunt dona perfectiora vir
tutibus moralibus, & intellectualibus: in quib.
mens humana habet se vt mouens,& vt mota.
Et horum actus manent in patria: licet nô actus
virtutum,& naturalem facultatem excellunt.
Et communia sunt omnibus sanctis. Et partici-
pantur a creaturis ac sunt gratuita. Vnde Chri-
sostomus ait donum spiritus sancti non datur
inimicis. Ideo oportuit nos prius recôciliari per
mortem Christi glorificati, & postea accipere
spiritum sanctum. Adde omnino tex.de pæ.di.
2.c.quærendum.

50 Alius autem principalis fructus est quia in
tantum possunt reformari visitati quod possût
consequi.12. fructus spiritus sancti. Et sunt hi
videlicet.Charitas,longanimitas,gaudiû, pax,
fides,bonitas,benignitas,patientia, mansuetu-
do,modestia,continentia,& castitas. Et sunt hi
fructus similiter delectationes de actibus virtu
tum,hoc est de beatitudinibus,inquârum enim
homo habet delectationem in suo actu dicitur
assequi fructum. Inquantû vero est quid secun
dum operationem operans dicitur habere ratio
nem virtutis.Et in eo consequuntur ad beatitu
dines.Important enim delectationem quâdam
spiritualem: quæ consequitur perfectos actus
virtutum.Et important quoddam vltimum in
operatione,non autem in cognitione tantû. Et
sunt primus fluxus fructuosus pertinês ad gra-
tiam gratum facientem.Et sunt quoddam præ-
cipuum quod nascitur ex virtutibus quibus spi
ritussanctus fecundat animam quam irrigat;&
in eis quasi fructibus animus pascitur, & dele-
ctatur. Et eo irrigante producuntur ex arbore
virtutum,sunt & dona, vnde cum prædicta sic
fiunt in nobis vt delectêt in spiritu, fructus eius
sunt.2.ad Corinthios in suauitate,& spiritusan-
cto, Ecclesiastici.24. spiritus meus super mel
dulcis.Charitas ergo,& suauitas amoris quæ na
scitur ex arbore charitatis,est operante spiritu-
sancto,ad Roman.5. charitas Dei diffusa est in
cordibus nostris per spiritumsanctum. Longa-
nimitas est respectu boni absentis quæ nascitur
ex arbore spei operante spiritusâcto.ad Ephesi.
1.signati estis spiritu promissionis.Gaudium re
spectu boni præsentis,& nascitur de bona con-
scientia per spiritum sanctum,Luc.10.Exultant
51 in spiritusancto. Pax est securitas respectu boni
possessi tenendi,& nascitur ex arbore confiden
tiæ per spiritum sanctum,quia omnem pertur-
bationem remouet vt secure bonum habitu pos
sideatur. Et sic intelligitur Esaiæ 4.ibi.Erit in
securitatem,& in absconsionem a turbine, & a
pluuia Fides respectu veri transcendentis quæ
dicitur fructus cum delectabiliter creditur, &
nascitur ex arbore intelligentiæ operante spiri-
tusancto. Sapientiæ 9.sensum tuum Dominus
quis sciet nisi dederis spiritum sanctum tuû? Bo
nitas respectu boni tribuendi quibuscunque af
fectus videlicet animi est omnibus se cômuni-
candi cû dilectione: qui fructus nascitur ex pie-
tate per spiritum sanctum Sapientiæ 12.O quâ
bonus,& suauis est spiritus tuus Domine. Be-
52 nignitas respectu boni tribuendi etiam mala
inferentibus, benignus enim est qui maleuolis
bene facit,& nascitur ex arbore charitatis ope-
rante spiritu sancto, Sapientiæ 1. benignus est
spiritus Sapientiæ.Et propterea dicûtur hi duo
fructus correspondere dono pietatis. Patientia
respectu mali affligêtis est tolerare etiam cum
delectatione,nascens ex arbore fortitudinis per
spiritum sanctum.Sapientiæ 5. contra illos sta-
bit spiritus virtutis. Mansuetudo respectu mali
illati ne vindicetur,& nascitur ex arbore humi-
litatis cuius auctor est spiritusanctus. 1.ad Co-
rinth.4.veniam ad vos in spiritu mansuetudi-
53 nis. Modestia est respectu hominis ad seipsum,
quantum ad compunctionem, & modum debi
tum actuum suorum: nascens ex arbore prudê-
tiæ,cuius auctor est spiritusanctus,Prouerbiorû
10.& Sapientiæ 7.spiritusanctus modestus est,
& suauis. Continentia respectu omnis mali ca-
uendi generaliter: cum quis a malo abstinet qui
prouocatur, nascens ex arbore rationis cuius
proprium est continere animum per spiritum
sanctum, Sapientiæ 8. Non possum esse conti-
nens,nisi Deus det. Castitas respectu concupi-
54 scentiæ fugiendæ,quando delectabiliter a vo-
luptatibus abstinetur, & nascitur ex arbore tê-
perantiæ per spiritum sanctum Matthæi.12. in
spiritu Dei eijciuntur dæmonia.i carnis concu-
piscentia,& ad Galathas 5. si spiritu ducimini
non estis sub lege scilicet carnis. Quod quia nô
intellexerunt beguini ideo vt hæretici damnan
tur,in cle.ad nostrum,ver.3.de hære. Tunc er-
go sunt fructus cum delectabiliter perficiuntur
vt satis patet ex præmissis,& vide.24.q.1.audi-
uimus.

54 Alius fructus principalis erit fructus resultâs
ex sacramentis Ecclesiæ, & illorum exercitium
seu ministerium,videlicet ex baptismo, confir-
matione,extrema vnctione, pœnitêtia,euchari-
stia,& matrimonio.Ex quibus quidem 7.sacra-
mentis quinque sunt necessaria, scilicet prima,
& duo voluntaria scilicet vltima. Tria non rei-
terabilia,videlicet baptismus, crisma. & ordo,
Tria vero reliqua reiterabilia. Vltimum tamen
videlicet sacramentum matrimonij reiteratum
inducit bigamiam, de qua in capit.debitum de
bigam.

Et excluditur a benedictione sacerdotali,ca-
pit.1.de secund.nup.cum concor.Et est baptis-
mus ianua omnium sacramentorum, de quo
plene de côsec.dist.4.per totum, & extra de ba-
ptis.& eius effec.in antiquis sexto, & clementi-
nis.

Digitized by Google

56 nis. Crisma vero est confirmatio soli episcopo
competens de quo in c.1.versu de secunda, de
sac.vnct. Et conficitur chrisma ex oleo, & bal-
samo mystica ratione de qua ibi. Nec valet con
suetudo quod minor episcopo conferat huius-
modi sacramenrum, c. quando de consue. Extre
ma vnctio fit cum oleo infirmorum de qua in
d.c.1.versu de prima de sacra.vnct. Pœnitentia
vero perficitur ex tribus, ex cordis contritione,
oris, confessione, & operis satisfactione. Nam
cum ex corde procedant omnia mala: & lingua
successiue multipliciter offendatur Deus, &
proximus: & ex opere perficiatur omne pecca-
tum, ita ex cordis contritione, oris confessione,
& operis satisfactione omnis vera perficitur pę
nitentia, vt in c.perfecta, de pænit.dist.1. Quan
quam gratia præueniens dici possit remittere
culpam: vt plene per glo.de pęnit.dis.1.in sum-
58 ma. Absolutio vero sacerdotis dicitur ex pote-
state clauium pęnam perpetuam commutare
in temporalem: iniungendo arbitrariam pęni-
tentiam ex arbitrio pęnitenti, c.ponderet, de pæ
nit.dist.5.cum similibus, & c.omnis, de pæn. &
rem. quod artat vnumquemque saltem semel
in anno cum ad annos discretionis peruenerit,
sua solum peccata proprio sacerdoti confiteri:
& sibi iniunctam pęnitentiam per agere, & sa-
cerdotem artat ad illum secretum tenendũ sub
pœna depositionis ab ordine, & beneficio. Eu-
charistia etiam semel in anno sumenda est vt
ibi habetur, de cuius excellentia sacramenti ple
nissime tractatur, de conse.di.a.per totum. Or-
do vero est sacramentum quod ministrantibus
in ecclesia confertur, de quo plene.25. di.c.per-
lectis, vbi connumerantur omnes ordines 21.
dist.cleros, 23.dist.episcopus, & c.seq.& cap.de
59 eo.de temp.ordin. quorum tres maiores videli-
cet subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus
sunt sacri. Reliqui vero minores videlicet acco
litatus, lectoratus, exorcistatus, historiatus, &
psalmistatus, i. tonsura prima quæ est ordo cle-
ricalis, vt in c.cum contingat de æta.& quali.&
plene no.ibi quare dicuntur minores quia non
sacri. Tonsura vero licet priuilegium clericale
inducat: non tamen inter ordines enumeratur
60 per theologos Episcopatus autem licet secun-
dum Theologos etiam non sit ordo: secundum
canonistas dicitur esse ordo, vt plene concludit
Io.An.in salutatione.6.libri in glo.super verbo
Episcopus, pro quo optime facit tex .in ca.aqua
de consec.eccles.vel alia.vbi hoc notat Abbas.
Matrimonium autem dicitur sacramentum cõ
61 munius omnibus alijs cuius bona pręcipue sũt
tria, fides, proles, & sacramentum, & perficitur
per verba de præsenti inter valentes loqui. Et
bene dicitur, & parit cognationem carnalẽ, per
verba vero de futuro non contrahuntur nisi
sponsalia inducentia iustitiam publice honesta
tis. Et concernentia istud sacramentum plenis-
sime examinantur a 27.causa vsque ad finem
causarum in decretis, & in quarto decretalium
per totum & 6.& cle.in titu.de sponsa.& ma.de
quibus omnibus satis dictum est in quæstioni-
bus præcedentibus, quantum. s. attinet ad offi-
cium visitatorum.

Alius principalis fructus est fructus regula-
62 tiuus quinque sensuum corporis scilicet, vi-
sus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, & adde
affitus, & incessus. Primus ergo sensus est visus
63 oculorum, vnde oculus mentis purus erit, 1.
quæst.1.multi, & oculus corporis pudicus. 32.
quæst.5 qui viderit, & oculus administrationis
erit prouidus.93.dist.diaconi primo, & secun-
do.6.quæstio.1.oues, & de offic archid.ad hæc.
no.glo.in c.quorundam de elec.lib.6. Cæco ta-
men vero miserendum est, vt in c.licet, de cen-
64 sib.& 1.quæst.7.quoties cordis oculus, & 32.
quæst.5.nec solo, & c.seq. Solum Deum etiam
iudicantes præ oculis habebunt, ca.qualiter, &
quando.1.de accusa. Auditus per verbum, vn-
de non coaceruabit sibi magistros prurientes
65 auribus: vel adulatores quos iura puniunt, cap.
sunt nonnulli, & c.clericus.46.dist. nec a veri-
tate auditum auertant, faciles aures præbentes
calumniatoribus: quos etiam iura puniunt, &
detractatores, & infamatores, c.accusatores.25.
distin. & c.calumniam de pęnis, nec ad fabulas
conuertentur, cum sit prohibitum Christianis
poetica figmenta legere.37.di.ideo. Gustus quo
que vnde non vacabuntur ebrietatibus, quia e-
66 brij regnum Dei non possidebunt, ca.1.de celi.
& vene.sanc. temperabunt se vino in quo est lu
xuria: & neminem ad bibendum excitabunt, cũ
ebrietas mentis inducat exilium, & libidinis
prouocet incentiuum, non vacabunt etiam com
messationibus, c.commessationes.44 di. & c.de
nique 4.dist.c.a crapula de vi.& hon.cleric. sed
obseruabunt ieiunia, vt de obseruat. ieiun.per
67 totum. Odoratus vnde non odorabunt fætorẽ
vitiorum, sed odorem vnguẽtorum virtutum,
sicut & Papa delectatur potius in odore bonæ
opinionis episcoporum quam in eorum infa-
miam, c.licet de accu. Item odorabunt odorem
notitiæ Dei, & pietatis: designatum per tactum
narium cum saliua in baptismate, c.postea, cum
se.de conse.di.4. Tactus etiam, vnde non oscu-
68 labuntur aliquos impudice. Est enim osculum
mulierum prohibitum monachis expresse, cap.
monachi, de conse.di.4. Et quomodo ac quãdo
oscula, amplexus, vel tactus maxime pudibun-
dorum sit mortale peccatum: plene examinat
glo.in cle.ad nostrum, ver.septimo de hær. Af-
fatus linguæ, vnde cauebunt a peccatis linguæ
69 quæ sunt quam plurima, & præsertim maledi-
cus, &c.ne puniatur iuxta, c.clericus maledicus
45.di.nec verba etiam depressa, & in infamiam
Papæ proferat contra c.1.de maledic. Nec bla-
sphemabit Deum, nec aliquem sanctorum: &
maxime beatam virginem: ne indicatur sibi pu
blica pęnitentia, de qua in c.a.de maledict. Sic
& clericum scurrilem, & verbis turpibus iocu-
latorem ab officio detrahendum mandat conci
lium Cartaginense, c.clericum, 46.di. Hinc etiã
excommunicatur qui ad spectacula vadit. de
conse.di.1.qui dicitur, & c.non oportet, de con
se.di 5. Incessus pedum, vnde etiam non apo-
70 statabit. Est autem triplex apostasia. s. perfidie,
quando quis recedit a fide, a.q.7.non potest, &
inobedientiæ, quando quis transgreditur præ-
ceptum, de maior.& obed. si quis venerit, & ca.
illud. Et irregularitatis, quando quis recedit ab
ordine suo siue sumptæ religionis.l.dist.c.fin.&
c.1.de aposta. & dicitur apostata.i.retro stans.
26.q.vlt.non obseruet, cui minus malum esset
viam Domini non agnoscere, quam post agni-
tam retroire, c.quidam de aposta. quia qui po-
nit manum ad aratrum, & respicit retro, non
est aptus regno Dei, vt ibi no.c.magnæ de voto
simile, 12.q.1.scimus in fi.de pęn.dis.4. si refu-
gientes versus finem dist. & abscindet omnem
dissolutionis, & euagationis materiam, ca.quia
in tantum de præb.

Alius

Alius fructus principalis est gratiarũ actio; & augmentatio cultus diuini,& laudis,ac gloriæ diuinæ:& hæc consistunt principaliter in adoratione. Cuius adorationis species sunt tres.
71 Latria prima quæ est seruitus,& reuerẽtia Deo exhibenda. Vnde si creaturæ exhibetur,quia est honor Deo debitus,est idolatria. Latria autem comprehendit quinque scilicet fidem, sapientiam,reuerentiam,sacrificium,& orationem. Prima duo sunt cordis. Alia duo sunt operis , vltimum est oris. Dulia vero debetur creaturæ inquantum est imago Dei . Vnde dulia est honor qui debetur sanctis . De Beata Virgine vero est
72 sciendum quod illi debetur dulia inquantũ est persona sancta . Sed inquantum est mater Dei debetur ei hyperdulia . Si vero personæ cui debetur dulia est in prælatione constituta , debetur ei reuerentia quæ consistit in obediẽtia præceptorum,& in exhibitione honoris. hyperdulia etiam debetur excellenti,sicut est cruci Christi vere,scilicet in qua pependit Christus: quia
73 fuit instrumentum nostræ redemptionis , Sed crucibus manu factis inquantum sunt ligna siue res tales nihil debetur. Crucibus autẽ factis in signum Christi crucifixi debetur latria. Imaginibus namque eadem debetur adoratio, quæ debetur,& illis quorum sunt imagines,non in-
74 quantum res factæ:sed illa quorum sunt imaginea adoramus, adde c.aduersus de immun.ecclesi. Vnde dabat Garsias versum. *Latria fit Domino:debetur dulia seruo.* de quo per Io. And.in c.si canonici in si.de offic.ord.lib.6.
75 Et attende quòd semper Deo, & benefactoribus sunt agendæ gratiæ de bono.cap.placuit. 10 q.1.44.dist.non liceat. Ad quod vide omnino,l.primam in prin. C.de offi.præfecti prætorio Africæ,& c.cum Apostolus de censib. & est semper gloriosus Deus in sanctis suis,c.1.de reli.& vene.sanctorum, li.6.c.cauendum.10.q.3. & c.cum Apostolus de censi.& hoc vult cle. attendentes de censib. ibi grato se recipiant,facit 44.di.non liceat,& iubetur laudari in eisdẽ sanctis suis cle.si dominum eo.ti. Et hoc ideo quia ab eo omnes gratiæ procedunt scilicet gratum
76 faciens,& gratis data . Gratis date autẽ gratiæ fluxus,sunt octo fluentes extra ad aliorum vtilitatem per spiritum sanctum: quæ distinguit Apostolus 1.Corint.12.videlicet sermo sapientiæ,ad cognitionem diuinorum. Itẽ sermo scientiæ,ad cognitionem eorum omnium quæ facta sunt in tempore siue creata, siue mysteria Christi,siue humana. Item fides.i. facultas credendi solum quæ informis est. Item gratia sanitatum corporalium:quæ abundanter ab Apostolis fluxerunt:& frequenter ad tumulos sanctorum emanant. Item operatio virtutum, idest miraculorum aliorum præter gratias sanitatum. Item prophetia. & discretio spirituum: idest cognitio futurorum occultorum : dum vel insidiæ spirituum malignorum deteguntur,vel cogitata homimum propalantur. Item genera linguarum omnium:videlicet loqui linguis,& loquẽtes in-
77 telligere. Item interpretatio sermonum.i. expositio,quis videlicet sit sensus, & intellectus cuiuslibet tam literalis,quam moralis ,& tã anagogicus quam tropologicus, fluit ergo extra in prædicationibus cum idem sermo aut historice aut moraliter aut tropologice aut anagogice exponitur,diuisiones autem gratiarum ministrationum,& operationum sunt,idem autem spiritus, & Deus qui operatur omnia in omnibus ad vtilitatem diuidens prout vult singulis , sicut multa membra in vno corpore ,& licet aliquando in peccatoribus sint,non tamẽ ad fru-
78 ctum,ideo potius est optandum esse tutii prudentem,castum quam mortuos suscitare , quia nullus damnatur in quo manet fructus eius,& virtus,sed peruenit ad gloriam cælestem.
79 Alius fructus erit fructus pacis, & quietis cõmunis. Ad hoc enim principaliter videtur fuisse necessaria visitatio:vt prouincia aut diocesis, pacata conseruetur,propter hæc enim summus Pontifex voluntarius,labores appetit; vt quietẽ alijs præparet,& pacem c.frequens de rest.spo. lib.6. Ad quod fa.tex.in aut.vt iud.sine quoquo suffra.coll.2.& in proæmio eiusdem lib.6.vbi propter hoc se dicit ducere noctes insomnes,facit glo.in authẽ.vt diuinæ iussiones. &c.in prin. colla.9. Et propter quod idem summus Pontifex consueuit insistere ad pacem componendã, priusquam procedat saltem ad principum priuationem, vt in c.ad Apostolicæ versu sed licet
80 de re iudic.libr.6. quia non esset hæres Christi qui pacem eius testamento relictam non habe ret,de quo Matthæ.10.& 23.q.1.nisi bella. Ad quam sernandam maxime tenentur principes, 23.q.1.noli,de treu.& pa.per totum,in authẽt. de pa.tenenda in rubro,& nigro, coll.10. adeo quod qui contra pacem Ecclesiæ sunt;si dignitatem aut cingulum habent: illa debent nuda-
81 ri.24.q.5.qui contra pacem. Causæ aũt propter quas nõ est pax inter homines, dicũtur esse sex.
Prima quia non puniuntur maleficia, Ecclesiastic.4.quia non profectur contra malos sententia,&c.c.1.de offi.leg.li.6.22.q.2.Dominus.
Secunda abundantia temporalium, Genesis 13. facta est quæstio inter pastores Abraham, & Loth.
Tertio quia non occupamur in pugna cõtra dæmones , ad Ephesios 5. non est colluctatio aduersus carnem,&c.
Quarta quia non cõsideramus damna quer
82 ratio qua diuitias, & corpus, & animam perdimus Hierem.56. fortis incidit in fortem, &c.
Quinta quia non consideramus dubiũ euentum belli. Regum. 12. varius euentus belli,&c.
Sexta quia non seruamus præcepta Dei : nec decimas soluimus, Hierem.3. vtinã attendisses
83 mandata mea.16.quęst.1. reuertimini, hinc est quod non accipit Christus tollit fiscus.16. q.7. maiores,de quibus per glo.in d.c.ad Apostolicæ,versu sed licet de re iudic.li.6. Et ideo in cõsilio Africano mandatur quod pax seruetur, c. 1.de pactis . Item in consilio Lateran.præcepit Alexander III. vt episcopi ad solum Deũ, & ad salutem populi habentes respectum;omni trepidatione post posita,ad pacẽ firmiter tenẽdam mutuum sibi consilium,vel auxilium prębeãt. Neque hoc alicuius amore vel odio prętermittant,quod si quis in hoc opere tepidus inuẽtus fuerit:damnum propriæ dignitatis incurrat, ca. 1.in fi.de treu.& pa. Præcepit etiam idẽ Alexander in d.c.vno in princ treugas ab omnibus in-
84 uiolabiliter obseruari, temporibus de quib. ibi. quæ quidem treuga est securitas pręstita rebus, & personis,discordia nondum finita . Sed quia non fuit moribus vtentium approbata : hodie
85 non seruatur. Conuentionalis aũt treuga semper est seruanda, cum fides etiam hosti seruari debeat.23.q.1.non existimare, & notat gloss. in d.c.vno. Et adde quod discordes inter se tenentur concordare vicissim,& opem ferre: alias excommunicantur,vt in c.perlatum.90.dist. Adde quòd nõ nisi pacis tempore,bene colitur pacis auctor.

86 auctor:& dissentiones, & scandala prauis actibus aditum præparant, rancorem, & odia susci tant, illicitis moribus ausum præbent, cle. dudũ in princ. de sepult.

Alius, & vltimus fructus est felicitatis, ac beatitudinis æternæ patriæ acquisitio, & assecutio, ad quam perducuntur corpora, & animæ perfectorum: cum assecutione septem dotium, videlicet trium animæ, & quatuor corporum, & euasione pęnarum infernalium, & ignis æterni: qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, cũ fletu, & ftridore dentium, &c. & omnibus damnatis: quorum vermis non extinguetur, & quorum pars calicis est sulfur, & spiritus procella-

87 rum. Beati ergo in patriam assequentur quatuor dotes glorificantes corpus, quoniam primo efficientur clari, id est facile receptibiles specierum sensibilium. Item impassibiles .i. non receptibiles passionum ignobilium, & hęc quãtum ad sensum. Item agiles id est non resistentes motori per contrariam inclinationem. Item subtiles, vt corpora per quæ mouentur non resistant nobis, & hæc quantum ad motum. Per primum adæquantur transparentiæ aquæ, per secundum soliditati terræ, per tertium subtilitati ignis, per quartum mobilitati aëris, secun-

88 dum quatuor proprietates quæ sunt in elementis, de quibus in c. in quadam in fi. de cel. missa.

Prima dos etiam est contra nigredinẽ quam contraximus ab igne. Secunda contra passibilitatem, quam contraximus ab aere.

Tertia contra frigiditatem, & tarditatem, quam contraximus ab aqua.

Quarta contra grossitudinem, quam cõtraximus a terra. Et per primam mouetur corpus ab anima cum spiritibus lucidis, quantum ad perfectionem compositionis corporis cum eis, per secundam autem ita adęquantur qualitates contrariæ, vt nulla pugnet contra aliam quantum ad perfectam compositionem qualitatum contrariarum, per ternam omnia organa sine impedimento sunt mobilia ab anima quãtum ad perfectionem corporis organici cum anima per quartã tota materia vincitur a forma quantum ad perfectam compositionem materiæ cũ

89 forma, vnde Paul. 1. ad Corin. 15. seminatur in ignobilitate, surget in gloria, seminatur in corruptione, surget in incorruptione, seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ex his patet sufficientia. 4. dotium corporis glorificari, quod cum coniuncta anima habet esse perfectius tanquam in suo toto, ad consequendam aureã quę est gaudium substantialis præmij, & quãdã decor corporis: qui est gloria redundans in corpo

90 re, & etiam aureolam quæ est mentis spirituale gaudium veniens ex corpore præcellenti, & privilegiato, & est vna martyrum, secunda virginum, tertia prædicatorum actu, & non habitu tantum quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Virginibus ẽt datur fructus centenarius, viduis sexagenarius, cõiugatis aũt tricena-

91 rius, & oib. beatis gaudiũ inexplicabile: q̃ oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hõis ascẽdit, meritis proportionatũ, quia in domo patris multæ mãsiones sunt, & stella differt a stel-

92 la in clantate. Assequuntur ẽt tres dotes animæ quæ sunt, visio, dilectio, fruitio. Ab aliquibus vero dicitur dilectio, compræhẽsio, & fruitio, sed reducuntur in idem. Quæ quidem tres dotes correspondent tribus virtutibus Theologicis. s. fidei visio, spei, compręhensio vel fruitio secundum aliquos, caritati vero dilectio, seu fruitio secundum alios, fruitio namque perfecta qualis in patria habetur, includit in se dilectionem, & compræhensionem, & ideo sic diuersimode

93 accipitur. Correspondent etiam tribus animæ viribus. s. rationali visio, concupiscibili dilectio, irrascibili vero fruitio, inquantum talis fruitio per quandam victoriam est adepta quatenus sunt in ipsa mente, & non tantum in parte sen-

94 sitiua. Visionis autẽ obiectum potest dici principaliter esse persona patris, compręhensionis vero persona filij, & intellectus quia est intelligentia patris per quendam dicendi modum, fruitionis vero spiritus sancti persona, cui principaliter attribuitur caritas. Et dr̃ dos a: re esse aliqd inhęrẽs per qd ordinatur ad operationẽ in qua cõsistit beatitudo sc̃dm Theologos. Ex præ

95 missis ergo patet quòd fructus visitationis sũt illud summum bonum, quòd assequi homo põt tam in vita .i. via. s. virtutum quæ sunt habitus beatitudinum: quæ sunt actus earum, & donorum spiritus sancti: quæ sunt delectationes earundem: nec non præmiorum earundem, & donorum spiritus sancti illis correspõdentium, & eiusdem spiritus sancti fructuum, & gratiarum & fuge omnium vitiorum. Et successiuè assecutio quattuor dotium corporis, & trium animæ in summa fęlicitate æternę patriæ, omniumque vitiorum, & miserabilium inferni penarũ eua-

96 sio, & fuga, & delictorum in spiritum sanctũ, quorum primum est desperatio, contra misericordiam, secundum vero est præsumptio, cõtra iustitiam. Item obstinatio contra dolorem commissi criminis, & finalis impęnitẽtia, contra propositum de non committendo. Item impugnatio agnitæ veritatis, cõtra cognitionem veri, inuidentia falsa gratię, contra amorem boni, &

97 quod dicitur de finali impęnitentia inquãtum firmatur propositum non pęnitendi de peccato in quo quis scienter decedit, nõ autem prout simpliciter perseueratur in continuatione peccati, & procedit ex improba voluntate liberi arbitrij, directè oppugnat gratiam spiritus sancti per malitiam: non antem oppugnat patrem per impotentiam, nec filium per ignorantiam, vnde tanquam vitium omnium grauissimum visitanone purgatur salutari, & acquiruntur innenarrabilia, & infinita Paradisi, & vitæ æternę gaudia, cum Angelis beatis in æternum, & in sæculum sæculi duratura: in celestibus æternæ patriæ sedibus. Adde de pę. dist. 2. illa anima cum se, &c. Intelleximus in fi. de ætate, & qua-

98 lita. Proinde visitati cum beato, & patientissimo Iob dicere compellentur visitatori quærenti quæ sunt Iesu Christi: visitatio tua custodiuit spiritum meum. Et cũ plebe Naym maximam dare gloriam Deo, cum gratiarum actione pro ipsorum resurrectione, & dicere magnificando Deum, quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Et cũ Zacharia Propheta laudare Deum in iubilo, & cantare benedictus Dominus Deus Israel quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ, vt

99 sine timore de manibus inimicorum liberati. s. carnis mundi, & diaboli, seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris, & quia illuminauit eos qui in vmbra mortis sedebant ad dirigendos pedes eorum in viam pacis.

Hactenus Io. t. Franciscus Paninus, Tatauinus, nunc referamus quæ a recentioribus de hac ipsa re tradita sunt.

Visi

Visitatio quid sit. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio quid sit.*
2 *Visitator de quibus debeat inquirere, & quando.*

CVm ignoratis primis principijs rei, de qua agitur, non possit deueniri ad perfectam cognitionem ipsius rei, nec ad differendum congruè de ipsa re, *a* & nos decreuerimus de munere Visitatorum verbum facere in hac prima parte. Ideircò summopere memoriç commendandum erit, q̃ hic terminus. Visitatio, & si multipliciter repetatur diffinitus, nihilominus duplices eius diffinitiones afferre satis esse credentes, dicimus primò, quod Visitatio est quędam diligẽs, & accurata inuestigatio, seu inquisitio facta de omnibus rebus, ad quas obseruandas tenentur personç ipsç visitandç, ad quas visitator dirigitur à superioribus illarum, cũ ad hoc ipsum principaliter sit ipsa visitatio instituta, nempè vt regularium, & secularium clericorum saluti, cultui diuino, decoriq. congregationum, vel ordinis seu ecclesiarum (quibus illi deseruiunt) per ipsos visitatores consuleretur. *b* Poterit & secundariò sic definiri. Visitatio est exquisitio, & discussio facta proposito verbo Dei, in loco visitando per Visitatorem Ecclesiasticum ordinarium, vel delegatum de his rebus, & circa eas res, quas põt, & debet ipse Visitator iure suo ordinario, vel delegato, pro animarum salute promouenda, cultu diuino manutenendo, & eo collapso restituẽdo, secundum qualitatem, & conditionem personarum, & locorum visitandorum exquirere & discutere cum ordinatione, correctione, & reformatione eorum, quç ordinatione, correctione, & reformatione indigebant. Diximus in hac diffinitione, seu descriptione. Exquisitio, & discussio cũ in iure reperiatur cautũ, q̃ visitator debeat exquirere, & discutere. Nam in Concilio Tolet. 4. c. 35. leguntur hæc, videlicet. Eps per cũctas diœceses, parochiasq. suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat, qd vnaquæq. basilica in reparatione sui indigeat, & si ipse, aut languore detentus, aut alijs occupationib. implicatus explere nequiuerit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui reditus basilicarũ, & reparationes ministrantium vitã inquirant, & subsequitur. Placuit oib. Ep̃is, vt per singulas Ecclesias Epi, & per diœceses ambulantes primũ discutiant clericos, quo ordinem baptismi teneant vel missarum, & qualiter quæq. officia in Ecclesi. peragant, et si rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant, sin aũt minimè docere debent ignaros, etc. Diximus. Proposito verbo Dei iuxta decretum Ecclesiæ, *d* ibi proposito verbo Dei. Diximus. In loco visitando. Quoniam Visitator ad locum visitandum debebit se conferre. *e* ibi per singulas Ecclesias, et hoc intelligendũ erit verũ, si cõmodè accedere poterit, vt ibi dicitur. *f* Diximus. Pro salute aiarum promouenda, cultu diuino manutenendo, et eo collapso restituendo ad differentiam visitationis, quæ fit propter aliũ finẽ. Diximus, iuxta qualitatẽ, & conditionẽ personarũ, & loci visitati, quia de aliquib. exquiritur, & discutitur in Ecclesia, de quib. non exquiritur in monasterio, & è contra, nec in loco pio: de aliquib. in Ecclesi. curata, & circa personarũ, quæ gerit curam, de quibus non exquiritur, nec discutietur in Eccl. non curata, & circa personã, quæ non gerit curã. Insuper & de aliquib. exquiretur in Ecclesia collegiata, de quibus non inquiretur de Eccl. non collegiata, & sic de singulis.

a l. 1. ff. de orig. iur.

b Latius in seq. cap.

c c. Episcopum, & c. seq. 10. qu. 1. & ibi per Doctores, et infra in seq. c.

d c. 1. §. sanè de cen. in 6. & ibi per Doctores.

e c. Placuit, 10. q. 1. & d. cap. 1. circa principiũ iuncta glo. sup ver. accedere, et ibi per Doct.

f Socin. in trac. Visitationis li. 8.

Visitatio an quolibet necessariò facienda sit propter præceptum aliquod diuinũ, aut Pont. & quis sit scopus, ac finis huiusmodi visitatorum, quæ sit potestas. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Visitare in sacra Scriptura sumitur et pro punire.*
2 *Quæcũq. scripta sũt ad nostr. doctrinã scripta sunt.*
3 *Deus oipotens per semetipsũ visitauit Adã in paradiso terrestri, seu voluptatis, post transgressionem præcepti diuini.*
4 *Ordo seruatus a Deo in visitando Adam, obseruandus accuratissimè erit a Visitatorib. quibuscunq. procedentib. ad visitandas personas clericorum regulariũ, & secularium degent ũ in altero pa[r]adiso terrestri, s[.] in monasterijs, et Eccl.*
5 *Deum quomodo visitasse Cain probetur.*
6 *Deus quod visitauerit genus humanum recensetur, tempore Noe.*
7 *Deus qualiter visitauerit sodomitas, enarratur.*
8 *Iacob visitauit filios suos mediante persona Ioseph fratris illorũ, & inde deducitur moralitas, ac figura visitationis, quæ hodie fit in Eccles. sancta præcepto summi Pont. patris omnium christianorũ.*
9 *Reu. Visitatores Congreg. Cassin. quam iurisdictionẽ exercere poterũt super Monachos, & Prælatos monasteriorũ eorũ, visitationi subiectorum.*
10 *Dauid quo fuerit deputatus ab Isai patre suo Visitator fratrũ suorũ existentiũ in bello, & an fuerit figura Reuerendorum Visitatorum personarum clericorum regularium, & secularium.*
11 *Eccl. sanctã præcepisse visitationẽ tã monasteriorũ, et regularium personarũ ipsorũ, quã eccles. quã clericorum secularium, & personarum earum, sibi deseruientiũ quolibet anno repetẽdã, probatur.*
12 *Scopus ac finis huiusi præcepti de visitandis monasterys, & pers. nis regularib. ibi degentib. ac eccles. clericorũ seculariũ, & ipsimet clerici, est delinquentes punire, & præmia bonis repertis tribuere, ac mores, obseruantias, et ritus Eccl. reformare.*

QVamuis laudabilẽ morẽ visitãdi qdlibet anno monasteria, & regulares ibi degẽtes, & clericos inseruiẽtes ecclesijs reliquis, originẽ duxisse a iure diuino, siue elici posse a gestis, q̃ in sacra hist. recẽsentur facta fuisse a Deo ipso opt. max. q̃ a viris prudẽtib. inspiratione diuina nullus (forsan) hucusque expressè præsũpserit (ni fallimur) asseuerare. Tamẽ põderantib. nobis scopũ, ac finẽ visitationis cuiusq. monasterij, ac eccles. & psonarũ ibi deseruiẽtiũ perspicuũ visũ fuit nos posse (ope diuina adiuti) nõ tantũ affirmare, verũ et, pbare hoc munus visitãdi quolibet anno monasteria, et ecclesias tã à capite quã in mẽbris in spiritualib. et tẽporalib. traxisse originem ab his, q̃ gesta narrantur in iure diuino, cũ procul dubio scopus visitationis alius non sit, q̃ accuratissimè inquirere, an regulares clerici, & seculares obseruẽt ea, ad q̃ de iure diuino, pontificio, statutisq. tã regularib. (referẽdo singula singulis) ipsi teneãtur (vt latius inf. a dicemus) et vt inde trãsgressores d. statutorũ debitã pœnã suorũ demeritorũ recipiãt, et è cõtra, ipsorũ executores laude, & præmio decorẽtur. Nec poterit quis meritò mirari, q̃ ob id dicemus, q̃ visitare in sacra Scr. accipiatur p punire. Nã legimus hoc præcisa forma verborũ visum ibi fuisse Deũ ipsum, dũ loqueretur de trãsgressorum præceptorũ suorũ vltione, sub forma sequẽti p ipsũ, videl. Ego sũ Dñs Deus tuus, fortis, zelotes, visitãs iniquitatẽ patrum in filios in terti. & quartã generationem eorum, qui me oderunt. Qua propter me-

g Exo. c. 20. in princ.

substantiã, quæ erat super terrã ab hominẽ vsque ad pecus. Remansit autem solus Noe, & qui cũ eo erant in arca. Ex quib. ergo relatis patuit q d debeant facere visitatores, necnon & claruit visitationẽ introductã in S. Ecclesia, originẽ duxisse à gestis ipsis diuinis, ac per consequens radicaliter illã esse de iure diuino. Cũ & hoc ipsum an-
7 nuerit ipse Dñs Deus loquẽs de iusta pena mox infligenda Sodomæ, & aliarũ ciuitatum conuicinarum, ciuib. ad Abrahã, & dicens. *a* Clamor Sodomorũ, & Gomorreorũ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendã, & videbo vtrũ clamorẽ, qui venit ad me, opere cõpleuerint, an non est ita vt sciã, de quib. sodomitis legitur *b* insuper, q ipsi cognoscentes, qđ tres Angeli in forma adolescentulorũ hospitati fuissent apud Loth, accedẽtes ad domum Loth, volebant per violentiam inde extrahere illos Angelos, & abuti eis: & cæcis illis effectis diuina iustitia, monitus fuit Loth ab Angelis, vt quã celerrimè vna cum sua familia egrederetur ciuitatem illam, quoniã iusto iudicio diuino oẽs habitantes in ea, vna cũ ipsa ciuitate, & alijs cõuicinis forent illico igne cõburendi propter eorum scelera. Quib. auditis Loth, & reliqui de sua familia egredi ciuitatem illã festinantes, salui facti sunt, habitantib. vero in illis igne sulfureo de cœlo submisso perẽptis. Quàpropter ex hucusq. allatis patuit, quid sit faciendũ a visitatorib. ipsis tã clericorũ regulariũ, q̃ secularium, .s. eos oportere honorare, ac protegere ipsos repertos morigeratos, & Deum timentes, *c* necnon & punire iuxta qualitatẽ suorum demeritorũ reprobos, *d* prout fecisse Deum iustũ visitatorẽ, ac iudicẽ ex supra allatis apertissimè didicimus. Inde et emicuit visitationẽ ipsã, quæ hodie est in S. Ecclesia esse cõ-
8 formẽ, ac consonã iuri diuino. Nõne Patriarcha Iacob præcepit Ioseph filio suo, vt quãprimũ se cõferret ad visitandos fratres suos morantes tũc in Sichẽ, & pascentes gregẽ ipsius Iacob patris eorũ his præcisis vtẽs verbis? videlicet. *e* Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittam te ad eos, quo respondente præsto sum, ait vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi quid agatur. Et quidem hæc omnia in figura contingebant illis pro nostra instructione. Iacobi enim significabat summum Pont. qui est pater omnium tribuũ, ac filiorũ S. Ecclesiæ. Filij ipsius pascentes gregẽ patris, sunt Archiepiscopi, Episcopi, & alij prælati, ac curati, quib. cura aiarũ fuit delegata, meritò ergo Iacob misit Ioseph (qui dicitur additus adiũctus) ad visitandos fratres suos. s. prælatos, et gregem. s. populũ Christianum illis ad pascendum cõmissum, & hic Visitator destinatus dicitur Ioseph. i. adiũctus, quoniã est additus numero proprio prælatorum cuiusq. diœcesis, & monasterij, qui de iure tenẽtur visitare singulares subditos propriæ diœcesis, & monasterij. *f* Sed ne videamur præterire materiã ex professo hic tractãdã. Dicimus, & firmissimè asseueramus Generalem Præsidẽ alicuius religionis, ordinis, seu congregationis personarũ regularium representari p Iacob: cũ mittat vnũ ex filijs suis ad visitandos alios filios ipsius mittentis pascentes greges patris eorum, dirigẽdo, s. ipsos in visitatores electos ad visitandos prælatos singulorũ monasteriorũ, & ad videndum si cuncta sint prospera erga dictos fratres ipsius Ioseph, alios, s. prælatos monasteriorũ sibi subiectorũ, & pecora ipsa (idest) monachos, seu regulares ipsos subditos illorũ prælatorũ, s. ad veritatẽ inquirẽdũ, an superiores, & inferiores degentes in monasterijs laudabiliter stu-

a *Gen. c. 18. & in ca. Qualiter & quando, el 2. ext. de Accusa.*

b *Gen. cap. 19.*

c *Hier. cap. 21.*

d *Timoth. cap. 5. & in ca. Audi denique 11. q. 3.*

e *Gen. cap. 37.*

f *Latissimè in sequenti c. 4.*

deãt exequi propriũ munus. At qm̃ aliquãdo ipsi Visitatores sine scandalo nõ possent punire mala ibi reperta, idcircò consultò ibidẽ subditur. *g* A Iacob Patriarcha. Et renuncia mihi quid agatur. Et quidẽ hoc ipsum, quã prudentissimè fuit statutum per Reuen. patres Congregationis nostræ Cassinẽsis. Nã declarantes potestatẽ traditã a Capit. generali ipsis destinatis visitatorib. his præcisis verbis vsi fuerunt, videl. *h* Possint aũt prædicti Visitatores, prælatum, si quẽ in notabilem excessum deprehenderint incurisse, aut minus idoneũ ad regimẽ, adeo q non absq. manifesto scãdalo, seu graui damno monasterij vsq. ad capitoli generalis tẽpus tolerari possit, suspendere, & alium pro eo subrogare. Ad euitanda tamen scãdala, nisi duorum ad minus officio Visitatorum, Præsidentis consensus accesserit, id facere nõ possint, & si alias in monasterio quietè, & pacificè morari noluerit, eũ amouere, & ad aliud monasteriũ cõgregationis nostræ trãsmittere, prout eis videbitur expedire. *i* Possint insup oẽs, & singulos seniores, & officiales monasterij ab eorum curis, & officijs suspẽdere, & absoluere si iudicauerint expedire, & ab eorũ monasterijs remouere. *k* Ea tamen, quæ Visitatores reperirent in suis visitationibus alicuius ponderis, seu nota digna, aut q̃ ipsi cõponere nequiuerint, reducant in vno folio, Diffinitoribus tẽpore capituli generalis referenda. Hæc statuerunt dicti Reuer. Patres, &
9 quidẽ meritò, cũ idipsũ nos docuerit sacra Scriptura referẽdo præceptũ factum Dauid a patre suo. Nam dixit Isaia *l* ad Dauid filiũ suum. Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei, has deferas ad tribunũ, & fratres tuos visitabis, si rectè agãt, & cum quib. ordinati sunt, disce. Audiuimus Nos (Reuerẽdi lectores) docente sacra Scriptura, quid præceptum fuerit Dauid constituto Visitatori fratrũ suorũ. Audiamus mõ quid contigerit ipsi Dauid in actu fratrũ visitationis, & post eorum visitationẽ ad hoc vt & ipsi Reu. Visitatores sequentes vestigia Dauid possint gloriæ Dei, & saluti visitandorũ facillimè prospicere, sciãt ergo, q Dauid *m* visitare iussus a patri suo proprios eiusdẽ fratres cõmorantes in exercito Saulis regis, pergens ad ipsum exercitũ pro visitandis fratribus ibi existentibus, & animaduertens oẽs existentes in exercitu trepidare a facie Goliæ Filistei Gigantis exprobrantis aciẽ Dei viuentis, ita vt nemo astantium auderet occurrere ei, & secũ præliari, ipse Dauid & si cognosceret se adolescentẽ, tamen confisus in Deo omnipotente pro liberandis fratribus proprijs, & populo Dei insurgens contra Gigantem Goliã tri lapidibus, & funda interfecit eum, & caput ipsius abscindens, & deferens Sauli Regi liberauit fratres, & populum suum. Non immeritò ergo dicere possemus Dauid figurã fuisse Visitatorũ Deum timentiũ, qui non aufugit a facie lupi, vel tyranni volentis mactare, & dispergere oues. Nã ipsi Visitatores misticè, et tacitè dũ pergunt ad visitandos fratres suos recipiunt ab Ecclesia S. & summo Pont. patre omnium Christianorum decem panes deferendos fratrib. suis, scilicet, sępius debebunt intimare auribus eorũ prętia promissa, & præparata a Deo obseruantibus decem præcepta decalogi, quorum obseruantia confirmat cor nostrum contra diabolum & eius suggestiones, quemadmodum panis cõfirmat cor hominis, & pœnas hic, & in futuro sæculo infligendas pro transgressione ipsorum, necnon, & alia ibi virtualiter contenta, vt sunt obseruationes propriorũ vororum, & præcepto-

g *Gen. cap. 17.*

h *In 2. par. constit. Congregationis cassinensis c. 2. nu. 28.*

i *In 2. par. Constit. c. 2. nu. 19.*

K *Vbi sup. n. 20.*

l 1. *Reg. c. 17.*

m 1. *Reg. c. 17.*

rum, quę in dies ab eorum prælatis intimantur, quod si ipsi Visitatores animaduerterint in monasterijs reperiri contemptores suorum votorũ, & in Ecclesijs clericorum secularium contemptores statutorum synodalium diœcesanorum suorũ, tunc insurgere debebunt contra eos, & illos iuxta sacrorum canonum, & regularum, seu propriorum cuiusque diœcesis, vel ordinis, seu cõgregationis statutorum normam punire non omittant, ne sanguis eorum de manu sua requiratur (vt latius infra) ad hoc, vt tali pacto procedẽdo in eis occidatur Gigas Golia, scilicet diabolus illis mala suggerentes opera. Nec debebunt ipsi Visitatores pertimescere, vel curare, quod inde aliqui ex fratribus visitandis, aut visitatis murmurent, cum & Dauid spreuerit, & pro nihilo duxerit murmurationem propriorum fratrum factam aduersus eum propter aduentum eius ad exercitum, intendens etiam contra eorum voluntatem consulere eorum saluti. Quapropter meritò ad memoriam propriam ipsi Reuerendi Visitatores reuocare debebũt finem pugnæ Dauid pro salute fratrum murmurantium, & tribulationis illatæ sancto Patriarchæ Ioseph a proprijs fratribus visitatis iussu Iacob patris eorundem. Cum ex ipsamet tribulatione sibi ab illis impijs procurata (dum inde venditus fuit, & ab illis, & quasi in profundum malorum demersus) Deus ipse omnipotens (& infatigabile brachium obedientium, & zelantium honorem ipsius Dei, & prospicientium salutẽ animarum fratrum suorũ) eleuauit eum ad dominium totius terræ Aegypti, ita vt esset primus Princeps *a* post Regẽ Aegypti, & tandem fuit gloriosus saluator non tantũ totius terræ Aegypti, & conuicinarum, verum & propriorũ fratrũ *b* tradendo tẽpore generalis famis eis victualia abundantissimè. Reuerendi ergo Visitatores prudenter, & intrepidè exequãtur munus proprium, recolentes, ꝙ primus Visitator fuerit Deus, & post eum quamplurimi sancti prudentissimi viri, qui semper a Deo fuerunt potentissimè adiuti, & sicut Ioseph cũ regnaret in tota terra Aegypti, & videret impios fratres fame perire, & ad se pro frumento recipiẽdo recurrere (quãuis illi tunc non cognouissent illum pro Ioseph fratre eorũ) ipse tamẽ Ioseph immemor iniurię sibi ab illis illatæ, tot bonis eos ditauit, ita, & Reuer. Visitatores dũ tali muneri incũbunt, immemores esse debent cuiusq. iniuriæ sibi a visitandis antea forsan illatę, sed procedãt in ipsa visitatione tanquã ministri Dei absque aliqua passione, præmia elargiendo clericis regularibus & secularib. quos virtute præditos repererint, & alios immorigeratos puniãt, seruatis accuratissime tamẽ his, quæ infra afferemus. *c* Et quamuis de visitatione huiusmodi generaliter facienda tã clericorũ regulariũ, quã secularium fuerit factus sermo breuis supra: *d* hic tamẽ dicẽda erunt specialiter aliqua de pręcepto visitandi, & de scopo visitantiũ clericos regulares, & infra *e* de modo, forma, & ordine seruãdo in visitatione clericorũ seculariũ, & eorundẽ ecclesiarũ. Sciendũ ergo, ꝙ visitatio clericorũ regulariũ, & eorum monasteriorũ in tẽporalib. & spiritualib. sit præcepta etiã de iure positiuo hoc ipsum attestantib. nonnullis Constitutionib. tã summorũ Pontificũ, & Cõciliorũ generaliũ, quam peculiarib. cuiusque ordinis, religionis, & cõgregationis regularum ipsorum. *f* Memoriæ insuper erit tenacissime commendandũ, quod Visitationis huiusmodi scopus
12 & finis (vt diximus) intentus ab Ecclesia sancta, est immorigeratos, & rebelles regulares monere, corripere, punire, ac reducere statum monasti-

a Gen. cap. 41.

b Gen. cap. 45. & 46.

c In cap. 5. n. 4.

d In cap. 2.

e In cap. 8.

f c. In singulis c. fi. ext. de statu mo. & in sacro Conc. Tri. in sess. 24. de re

cũ ad pristinã obseruationẽ regularũ, & constitutionũ peculiariũ, cuiusq. religionis. Sed vt facilius in memoria Reuerendorũ visitatorũ supradicta imprimãtur, hic subinferremus ad verbũ quæ de hoc scopo Visitatorũ, & visitationis statuerit sacrosanctũ Conc. Trident. Sciant ergo Reuer. Visitatores sacrosanctũ Conc. Tridet. *g* his pręcisis verbis vsum fuisse, videlicet: Visitationũ autẽ omniũ istarũ pręcipuus sit scopus, sanã orthodoxãque doctrinã expulsis hæresib. inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populũ cohortationibus, & admonitionib. ad religionẽ, pacẽ, innocentiamq. accendere, prout locus, tẽpus, & occasio feret ex visitantiũ prudentia ad fideliũ fructum constituere. Quæ vt facilius, fœliciusq. succedant monentur prædicti oẽs, ad quos visitatio spectat, vt paterna charitate, Christianoque zelo oẽs amplectantur. Ideoq. modesto contenti equitatu, famulatuq. studeant, quã celerrimè, debita tamẽ cũ diligentia visitationẽ ipsam absoluere. hæc ibi. & rursum ipsum Conc. Trid. *h* his pręcisis verbis, vtitur videlicet. Quoniã non ignorat S. synodus quantũ ex monasterijs piæ institutis in Ecclesia Dei splendoris, atq. vtilitatis oriatur, necessariũ esse cẽsuit, quo facilius, ac maturius, vbi collapsa est vetus, & regularis disciplina, restauretur, & cõstantius, vbi conseruata, est perseueret, pręcipere prout hoc decreto præcipit, vt oẽs regulares tã viri, q̃ mulieres ad regulæ, quã professi sunt, præscriptũ, vitã instituãt, & componãt. Ad quæ in primis, quæ ad suæ ꝓfessionis perfectionẽ, vt obedientię, paupertatis, & castitatis, ac si quæ alia sunt alicuius regulæ, & ordinis peculiaria vota, et præcepta ad eorũ respectiuè essentiã, necnon ad cõmunem vitã, victũ, & vestitum conseruanda, pertinentia fideliter obseruẽt, omnisq. cura, & diligẽtia a superioribus adhibeatur tã in capitulis generalib., quã in eorũ visitationibus, quas suis tẽporib. facere non prætermittant vt ab illis non recedatur. Cũ cõpertũ sit ab eis nõ posse ea, quæ ad substentiã regularis vitæ pertinẽt relaxari. Si n. illa, quę bases sunt, & fundamẽtũ totius regularis disciplinę exactè non fuerint cõseruata, totũ corruat ædificiũ necesse est. hæc ibi. Probauimus ergo, ꝙ visitatio monasteriorũ, & personarũ regulariũ sit aliquo pacto, & tacitè de iure diuino, expresse verò de iure pontificio. Nec non quis sit scopus, ac finis huiusmodi visitationis, & quid pręcipuè intendere debeant Visitatores in visitãdis monasterijs regularium personarum tam in capite, quam in membris.

form. cap. 3. & in sess. 25. de refor. c. 1. & 8. & in 2. p. Con. Reueren. Patrum Congreg. Cassinensis ca. 2. per totum.

g In cap. 2.

h In sess. 24. de refor. cap. 3.

i In sess. 25. c. 1

De obiectionibus, quæ fieri possent Visitatoribus antequam admitterentur ad vsum suę iurisdictionis. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Visitatores, quæ ponderabunt antequam accedãt ad visitanda monasteria.*

2 *Acta egredientis fines mãdati erũt ipso iure nulla*

3 *Prælati monasteriorũ quando non tenebũtur admittere Visitatores ad visitanda propria eorũ monasteria sibi commissa, & quare.*

4 *Visitator seu iudex delegatus nolens ostendere literas cõmissionales de visitando, & ideo si nõ fuerit admissus a prælato d. monasterij, & hac de cã excommunicasset ipsum prælatum hanc causam exprimendo in excommunicatione, huiusmodi excommunicatio erit ipso iure nulla, & quare.*

5 *Sententia lata contra leges, & canones, etiam si ab ea non sit appellatum, erit nulla, & quare.*

6 *Error iudicis non poterit excusare sententiam ipso iure nullam.*

7 Sen-

Digitized by Google

7 *Sententia contra ius lata a iudice æstimante illud non iuuare causam, quando sit valida.*
8 *Prælatus ordinarius quando teneatur admittere visitatores, ac iudices delegatos, non ostensis sibi literis commissionalibus.*
9 *Visitator, aut iudex delegatus, quomodo procedet contra prælatum calumniosè prohibentem ipsum Visitatorem fungi officio suo.*
10 *Visitator, aut Iudex delegatus, in quibus casibus alijs non tenebitur ostendere prælato monasterij visitandi originale mandatum, et quare.*
11 *Inquisitio facta contra aliquam personam super certis criminibus, non præcedente inquisitione de fama, quando sit valida.*
12 *Nemini licet iurisdictionem super se competentem ordinario suo iudici, tradere alteri iudici, inconsulto ordinario, licet compromittere controuersiam quis posset alteri tanquam arbitro cum consensu partis aduersæ.*
13 *In visitatoribus nostræ congregationis Cassinensis non habet locum, quæ diximus de ostensione literarum commissionalium, & quare.*
24 *In delegatis iudicibus, qui alias appellandi erunt Commissarij, quæ supra diximus, habent locum etiam in delegatis Congregationis nostræ Cassinensis, et quare.*

CVm præsens nostra praxis non solum deserui
re poterit pro dirigendis Reuerẽdis Visitato
ribus tyronibus regularium personarum nostræ
Congregationis Cassinensis, verum etiam cuius-
libet religionis, qui illa vti non dedignabuntur.
Idcircò in præsenti capitulo afferendum nobis
erit ea, quæ ad notitiam potestatis, & iurisdictio-
nis ipsorum Visitatorum nos perducere pote-
1 runt. Quapropter primò ipsos Reuerendos op-
portebit memoriæ tradere, quæ hic erunt afferẽ-
da, ne fines mandati, ac sibi indultæ iurisdictio-
nis egredientes iniuria afficiant delegantem visi-
tandi munus, necnon & ipsas visitandorum per-
sonas, & faciant acta nulla, cum dicantur, & sint
iudices delegati, quibus nõ licet transgredi fines
mandati, sed ipsos accuratissimè obseruare, quia
mandatarijs egredientibus fines mandati, acta ip
2 so iure sunt omnino nulla. *a* Secundò Reuerendi
Visitatores debebũt deferre secum literas cõmis
sionales, seu mandatũ sibi factum de visitãdis ip
sis monasterijs à generalibus religionis suæ: quo
niam alias Prælati monasteriorum ipsos nõ tene
buntur admittere ad exercitium talis iurisdictio-
nis tantũ sibi præiudicialis, nisi ostensis dictis lite
3 ris, quibus nõ ostensis non cogentur dictis eorũ
præstare fidem. *b* Imò expræsè prohibitum re-
peritur a Cęlestino Papa III. *c* his præcisis ver-
bis vtente, videlicet. Cum a nobis, & infra, & ca-
nonica, & ciuilia iura sequẽtes districtius inhibe
mus, ne vnius iudicis quantecũq. fuerit auctori-
tatis verbo credatur in causis, siue sup testamen-
tis, siue quib. libet alijs cõtractib. quæstio agite-
tur, nec rescriptũ eorũ (nisi testiũ adminiculo ful
ciatur) eã obtineat firmitatẽ, quin et possint, & de
beãt duorũ, vel triũ testiũ bonorũ testimonia pre
ualere. Salua in oib. sedis Apost. auctoritate. Et
rõ istius decisionis est. Qm̃ in præiudicialib. iuri
tertio acquisito nõ creditur Principẽ aliquid cõ-
cessisse: vulgatib. iurib. q & latissimè per nos fuit
pbatũ in nostris decisionib. Tertiò, sciant Reue.
Visitatores, q intantũ sunt vera, quę hucusq. at-
tulimus, q si ipse iudex delegatus, siue Visitator
4 ostẽdere nollet mandatũ supradictum, vel aliter
pbare se fuisse delegatũ, vel creatũ Visitatorem
a superiore iudicis ordinarij, seu prelati illius mo
nasterij, q visitare intẽdit, & ideo ipsũ prælatũ
ordinariũ iudicem in monasterio sibi commisso
mãdato d. Visitatoris non parentẽ ipse Visitator
excõicasset: ipsa excommunicatio esset ipso iure
nulla, si huiusmodi prætensa excommunicatio-
nis causa exprimeretur, vt puta, si dicat ipse Visi-
tator non admissus ad visitandum: excommu-
nico te R.P.D... Abbatem monasterij ... quia
noluisti me admittere ad vsum iurisdictionis ad
te ordinario iure spectantis, eo quod non osten-
derim tibi instrumentum meæ delegationis, &
ratio istius nostræ decisionis elicitur ex iam alla-
tis iuribus in probationem, quod iudex ordina-
rius non teneatur credere asserenti se esse dele-
gatum ad visitandum eius monasterium: cũ er-
go huiusmodi excommunicationis sententia sit
lata contra ius scriptum, & per consequens con-
tineat expressè intollerabilem errorem, inde se-
5 quitur, quod de iure sit nulla, *d* prout expressius
docuerunt infrascripti Pontifices summi. Nam
Gregorius Papa his pręcisis verbis vsus fuit. *e*
Sententia contra leges canonesuè prolata, licet
non sit appellatione suspensa, non potest tamen
subsistere ipso iure. Et rursus alibi dicit textus
f Si sententia contra ius scriptum feratur, veluti
dum defunctus, & minor 14. annis fuisse, & te-
stamentum iure fecisse dicitur: nullas vires ob-
tinet, nec contra eam est necessarium auxilium
prouocationis. Idipsum adhuc apertius docuit
Innocentius III. *g* his præcisis verbis vtens, Exa-
minata causa, quæ vertitur inter te, & milites
campanicos super Ecclesia sancti Angeli perpen
dimus arbitrium, quod Vicedominus Sabinen-
sis dicebatur super eodem negotio promulgasse
cõtra formam iuris, & compromissi fuisse dicta-
tum, Vnde non obstante confirmatione C. Papæ
pręcessoris nostri, qui confirmauerat illud, fi-
cut prouide latum, & ab vtraque parte rece-
ptum, decernimus ipsum irritum, & inane.
Et ratio potissima est; quoniam cum error iudi-
cis non possit excusare sententiam ipso iure nul-
lam *h* stantibus etiam singularibus iuris regulis.
Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab
initio non subsistit. *i* Et, Quæ contra ius fiunt,
debent vtique pro infectis haberi. *x* Nec præ-
6 senti nostræ decisioni poterit de iure obstare, q
sententia, contra leges lata a iudice æstiman-
7 te illas non iuuare causas sit valida. *l* Non ob-
stat (inquam) cũ nõ simus in casu, quando esset
sentẽtia fulminata contra ius litigatoris, de quo
agitur in in d. l. cum prolatis, quæ vtique transit
in rem iudicatam, si ab ipsa tempore statuto a iu
re non fuerit appellatum: vt apertè colligitur ex
iuribus supra recensitis. *m* Non autem idem di-
cendum erit de sententia lata contra ius consti-
tutionis, vt ex supra recensitis emicuit. Quartò
Reuerendi Visitatores non obliuiscãtur, q tunc
ordinarius prçlatus non teneatur admittere de-
legatos, & Visitatores, nisi ostensis, literis com
missionalibus, quando non esset notorium il-
8 los fuisse destinatos iudices delegatos, vel vi-
sitatores monasterij, cui ipse præest, & ordina-
riam exercet iurisdictionem. Nam publicè con-
staret illum legitimum esse Visitatorem mona-
sterij, & à dicto prælato iuridicè nihil fuerat ob-
iectũ, cũ tunc conuincatur prælatum ordinariũ
malitiosè asserere se dubitare de huiusmodi mã-
dati valore, & nõ obstante supradicta notorieta-
te facti, si ipse ordinarius allegasset falsitatẽ rescri
pti, seu mandati, vel quid simile, ipse delega-
tus, seu Visitator recurrat ad amplectanda
duo remedia contra ordinarium ipsum.

a c. *Cum dilectam ext. de Rescrip. c. Cũ olim & ex literis, §. si verò, et cap. Cũ vener. ext. de off. deleg. & in l. Si procurator, C. de Procurat. & ibi cõmuniter per Doctor. & p gl. singularẽ, in c. Cũ olim in ver. Ad talia ext. de præben. & ibi per Doctores.*

b c. *Nobilissimus, dis. 97. ca. cũ in iure peritus, ext. de offi. deleg. & ibi Doctores.*

c *In c. cũ a nobis, ext. de Test. c. Quoniã cõtra §. nec pro ipsius ext. de probat. l. Vnica, C. de mandatis Prĩcipum, & ibi per Doctores.*

d c. *Per tuas, §. nos igitur credimus, ext. de sẽt. excom. ca. Inter ceteras, ext. de sent. & re iu. c. Cũ olim Abbas ext. de offi. deleg. ca. ad præsentiã ext. de App. & ibi per Doct.*

e c. *Sententia, ext. de sen. & re iu. & ibi p Do.*

f c. *Et, qui appe. §. itẽ si sen. 2. q. 6. et ibi per Do.*

g c. *Examinata ext. de confir. vt l. vel inutil. & ibi per Do. cõm.*

h l. *1. in prin. ff. quæ sent. sine appel. & ibi p Do. & per gl. singularẽ, in c. Et, qui appell. §. Item si sent. contra ius, in vers. contrarius, 2. qu. 6. & ibi per Docte.*

i c. *Non firmatur, de reg. iur. ĩ 6. & ibi per Do.*

k c. *Quæ contra ius, de reg. iur. ĩ 6. & ibi per Do.*

l l. *cum prolatis ff. de re iudicata*

m c. *Et, qui app. §. si verè cõtra ius litigat. et c. cum inter in fi. ext. de sen. et re iud. vbi cõiter per Doctores.*

Primum quorum est, vt per semetipsum exequatur sententiam latam ab ipso, cum hoc de iure possit. a secundum, vt puniat ordinatium, si sibi iudicialiter constiterit ordinarium maliciosè oppos uisse ad cauillandas ipsas literas commissio-
10 nales, & ipsū punire poterūt Visitatores. b Quintò, sciant Visitatores, quod in casibus duobus aliis non tenebuntur ostendere literas cōmissionales. Primus quorum est, si ipse Visitator, vel delegatus (licet non ostenderit originale mandatum) tamen Prælato ostendisset exemplum, seu copiam dicti mandati originalis solemniter extractam a suo originale præuia citatione partis, de cuius interesse agebatur: attamen si non appareret de detrimento alicuius, tunc præmisso edicto generali dicendo. Quicunque putabit sua interesse compareat ad contradicendum infra terminum dierum.. iuxta doctrinam Doctorū. c Secundus casus est si huiusmodi cōmissio, seu delegatio fuisset exemplata partibus cōsentientibus, vel præsentib. & nō contradicentib. & in actis inserta: d & ratio huius decisionis est quia in partium præsentia etiam in earum præiudicium acta faciunt fidem de originali tenore, e cum videantur partes consentiisse, secus dicendum esset si solus Notarius exemplasset ipsum mandatum originale reducendum ad actorum tenorē, quia cum producuntur in instrumenta, sola productio est de actis, & non tenor, f .deest, si notarius scripserit in act.s, quod talis pars produxit instrumentum huiusmodi, creditur Notario de productione, g sed non super tenore instrumenti, seu mandati huiusmodi, cum hoc solum probetur per ostensionem originalis, vel copiæ illius extractæ cum supradicta solemnitate, & hæc omnia videtur docuisse etiam Bonifacium VIII. Papam h (arguendo ab identitate ratio-
11 nis) qui his præcisis verbis vsus fuit. Si is, cui contra te commissa fuerat simpliciter inquisitio super certis criminibus facienda, processerit te præsente, nec reclamante, aut quicquam super hoc excipiente (infamiæ inquisitionæ ommissa) ad veritatem eorundem criminum inquirendam. Processum huiusmodi, ex eo quod non fuit primitus de infamia inquisitum, vlterius impugnare nequibis. Hæc tamen intelligenda erunt vera, si coram ipso prælato ordinario huiusmodi mandati copia à suo originali fuisset extracta, & non aliter, cum agatur etiam de suo interesse (vt patet ad sensum) cum consensus ambarum partium non possit præiudica-
12 re de iure, acquisito iuri ipsi iudici ordinario super suos subditos, & ratio potissima, & infragabilis est, quoniam subditi non possunt renunciare foro sui ordinarij, & alterius iurisdictioni se subdere iuris vulgaribus, i quod & videtur docuisse Innocentium Papam Quartum, k his præcisis verbis vtentem, videlicet. Nec appellationis articulo prætermisso, nec alias etiam cum minimè appellatum extiterit, Remensis Archiepiscopus, vel eius officialis de causis clericorum tanquam iudices (licet in ipsos ijdem clerici de facto consentiant) absque diocesanorum voluntate cognoscant. Et sciant Reuerendi Visitatores nos loquutos fuisse de ija, qui aliquem in iudicem eligunt sine consensu iudicis ordinarij, non autem de consentiendo in aliquem tanquam arbitrium et compromittendo decisionem alicuius subortæ quæstionis: quoniam hoc possent facere, l Sexto. Notandum, quod ea, quæ hucusque attulimus non habent
13 locum in Reuerendis Visitatoribus creatis à Capitulis generalibus nostræ Congregationis Cassinensis ordinis sancti Benedicti de obseruantia, cum vetustissimus (& maxima ratione fultus) mos vigeat in ipso Capitulo generali ipsos Visitatores creari, & gradatim in cedula generali, vbi annotantur Reuerendi Abbates ascripti & asciti in regimine singulorum monasteriorū, postquam expressum fuit nomen cuiusque monasterij, statim exprimitur nomen Reuerēdi Abbatis, qui ei præficitur, qui si fuisset creatus Visitator, & talis titulus adijcitur, exempli gratia: In sancto Benedicto Reuer. P.D. Hierony. à Perusio Abbas, & Visitator; & sic de singulis fit, qua cedula lecta publicè coram ipsis Reuerendis Abbatibus, & alijs monachis, & notario publico seculari, & testibus, ipsius cedulæ copiæ autenticæ trasmittuntur ad alia monasteria, ita quod ad singula monasteria nostræ Congregationis copia ipsius cedulæ perducitur. Quapropter nullus Prælatorum nostræ Congregationis poterit prætendere ignorantiam de tali demandata ipsius Visitatoribus iurisdictione, & si non negemus, quod omnia, quę attulimus supra asserendo, & probando, quod prælatus, ac iudex ordinarius non teneatur obedire Visitatori, aut delegato, nisi sibi obstensis mandatis: adhuc habeant locum in delegatis omnibus in specialibus negotijs etiam in congregatione nostra Cassinensi, & in aliis religionibus. Nam huiusmodi iudices requisiti a prælatis monasteriorum, in quib. opus esset eis exequi mandatum sibi factum, & ipsi ostendere tenebuntur speciale eorum mandatum, seu huiusmodi literas cōmissionales suas de procedendo in causis sibi delegatis. At quoniam huiusmodi delegati dicuntur, & sunt appellandi Commissarij: & de ipsis latissimus fiet sermo antea in præsenti praxis, ideircò ipsa missa faciens remitto lectorem ad dictos locos, in qua traditur verus methodus, & forma procedendi in causis criminalibus monis contra regulares a principio processus compilandi, & inde procedendi vsque ad sententiam diffinitiuam promulgandi inclusiuè. Ad rem nostram ergo regredētes, dicimus, quod eadem, quæ in præsenti cap. supra attulimus, & exemplificauimus in persona Reuerendorum Visitatorum nostræ Congregationis Cassinensis, volumus repetita in persona aliorum Visitatorum monasteriorum cuiuscunq; religionis alterius, & idem de iudicibus delegatis alterius religionis, seruatis tamen ab ipsis Visitatoribus, & delegatis aliquibus ritibus, & formis procedendi consuetis in eorū Religionibus, tam circa creationem, & admissionē eorum ad vsum suæ iurisdictionis, quam in forma procedendi contra reos, seu in causis sibi delegatis, cum huiusmodi speciales ritus, & consuetudines sint habendæ pro legibus.

a c. In literis, extra, de off. dele. & ibi per Doc.

b Argu. in l. 2. C. de leg.

c Panor. in cap. cum in iure, extra de offi. deleg. & Sylu. in sum. in ver. delegatus, §. 3. num. 4. ver. secundo per exemp. ii, & in ver. Tabellio, §. fin.

d Host. in sua summa tit. De legato.

e Arg. in l. 1. C. de relat. & ibi per Bart. & alios Doctores.

f Innoc. relatus a Sylu. vbi sup.

g e. quoniā cōtra ext. de probat.

h c. 2. de accus. in 6. & ibi per Doctores.

i l. Priuatorum, C. de iurisd. omn. iud. & ibi communiter per Doctores.

k c. 1. in t. resp. de foro comp. in 6. & ibi cōiter per Doctores.

l cap. cum tempore, cap. dilecti filij extra, de ar bitris, & ibi per Doct. assignantes rationem differentiæ.

Reuerendi Visitatores, quomodo procedere debeāt in visitandis monasterijs, ac regularibus personis ibi degentibus. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Reuerendi Visitatores quid primo facient, cū peruenerint ad vnumquodque monasterium per eos visitandum.*
2 *Visitatores de quibus monebunt in c. visitandos.*
3 *Visitatores de quibus inquirant a visitandis.*
4 *In visitatione reperti criminosi per quos punientur erunt.*
5 *Visitatores puniunt contumaces, & rebelles absque personarum delectu.*

6 Re-

6 *Reuerendi prælati monasteriorum singulorum executioni mandent ea, quæ sibi iniuncta fuerint a* Reuerendis *Visitatoribus.*

7 Reuerendi *Visitatores obseruare tenebuntur in visitando ritum consuetum suæ religionis.*

8 Reuerendi *Visitatores quando non deferent iuramentum visitandis de dicenda veritate, & quando deferent.*

9 Reuerendi V*isitatores in interrogandis ipsis visitandis quando necessario exigant iuramentum ab ipsis, & sub qua forma.*

10 *Quis ordo iudicij à visitatoribus sit seruandus, quando dicetur sibi a fide dignis Prælatum, vel aliũ esse infamatũ de aliquo crimine, et quare.*

11 Q*uæ forma procedendi contra aliquem antiquitus seruabatur, & qua modo, & quare.*

12 *Hodie non exigitur ab accusante, vel querelante, vt se inscribat ad pœnam talionis, tamen si non probauerit, punietur pœna talionis.*

13 *Reuerendi* V*isitatores quare ad visitanda monasteria mittantur.*

Reuerendi Visitatores regularium, quam primum peruenerint ad singula monasteria p
1 eos visitanda. Primò se conferant ad Ecclesiam,
& ibi facta breui oratione ante sanctissimum Sacramentum, ingredientes claustrum dicti monasterij recipiendi erunt à Prælato, & monachis d. monasterij, & die eodem, vel sequenti (prout tẽporis, & valetudinis opportunitas suggesserit) cõgregatis monachis, & cõmissis vna cũ eorũ prælatis in cap. d. monasterij proposito verbo Dei, *a* palam facient causam aduentus sui, monachos monendo, quod ad ipsos studeant vera, & probabilia deferre: *b* sed si falsa, aut non probauerint obiecta, sciant se pœna talionis puniendos fore,
2 *c* & quòd accusatorum personas non accipiant sine libello eorum manuscripto, quamuis sine ipso secundum vsum modernum possint procedere. *d* Secundò ipsi Reuerendi Visitatores certiores reddant visitandos se non fore recepturos delationem illorum criminum, de quibus non fuisset instatum apud proprium prælatum, vt ipse ad inquisitionem & punitionem procederet, nisi illa essent notoria, cùm in his meritò possit notari ordinariorum negligentia. *e* quàpropter primò inquirant de notorietate criminum delatorum, vt possint animaduertere ad se deuolutã fuisse iurisdictionem super illis inquirendi, & liberè puniendi criminosos huiusmodi delatos, sed si repererint aliquem solùm infamatum de aliquo crimine, tunc ipsi Visitatores præcipiant ordinarijs, vt super his inquirant solemniter contra taliter infamatos: si ipsis visitatorib. videbitur
3 expedire. *f* Tertiò sciãt ipsi Visitatores se accuratissimè inquisituros fore de statu monasteriorũ in tẽporalib. & spiritualibus, & de ipsorũ regularium vita, moribus, conuersationibus & obseruantijs, & correcturos, & reformaturos ea, quæ
4 viderint corrigẽda & reformãda: ita tamẽ quod monachos, vel alios regulares per proprium prælatum mandent corrigi, eisque iniungi faciant pœnitentiam salutarem iuxta Beati Benedicti regulam & Apostolica instituta: & non secundum normam prauæ alicuius subortæ (forsan) consuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdã monasterijs inoleuit. *g* quæ omnia intelligenda sunt si non repererint dicta crimina fuisse notoria, in quibus ipso iure ad ipsos Visitatores fuisset deuoluta plena iurisdictio, vt supra probauimus. *h* Quòd si repererint ipsi Visitatores aliquos ex re
5 gularibus contumaces & rebelles: tunc absque personarum delectu auctoritate Apostolica iuxta modum culpæ censuræ percellere eos poterunt, nec illis parcant ob suam pertinaciam, vel potẽtiam amicorum illorum, quin huiusmodi oues morbidas eiiciant ab ouili, ne inficiant oues sa-
6 nas. *i* Non ignorare volo Reuerendos Abbates, & alios prælatos, quod si exequi studiosè noluerint, quæ Visitatores mandauerint circa punitionem criminosorum: erunt & ipsi proclamandi, & corripiendi, atque puniendi publicè in Capitulo generali, itaque pœna ipsorum sit aliis in exemplum. *k* Quid verò Reuerendi Visitatores nostræ Congregationis Cassinensis possint circa punitiones criminosorum monachorum, & prælatorum: iam retulimus in præcedenti c. 3. Nam etsi prædicta sint verissima, tamen Innocentius Papa quartus de modo & forma seruanda in Visitationibus tam clericorum secularium, quàm regularium personarum loquens his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Hanc autem visitandi
7 formam ab vniuersis etiam episcopis, aliisque prælatis ordinario iure suos subiectos visitantibus plenè obseruari præcipimus: saluis super hoc rationabilibus & approbatis religiosorum consuetudinibus, & regularibus institutis. *l* Quapropter Congregationis nostræ Cassin. Visitatores obseruabunt quæ statuuntur in secunda parte constitutionum Reuerendorum Patrum dictæ Congregationis in capitulo secundo per totum: quorum magis essentialia retulimus in præ-
8 cedenti c. 3. nu. 9. Quartò animaduertant Reuerendi Visitatores, quòd in visitationis articulo interrogare tenentur visitandos ipsos absque aliqua exactione iuramenti, & ipsorum depositiones describi faciant ab actuario vel altero ipsorũ Visitatorum, & subscribi faciant ab ipsismet visitatis in actis visitationis cuiusque monasterii sigillatim: *m* & talis est mos in nostra Cassinensi Congregatione: nam Reuerendi Visitatores in Visitando interrogant absque exactione iuramẽti, excepta vnica interrogatione, scilicet, dum in principio examinis exigunt iuramentum de dicenda veritate, an sciant aliquem hæreticum, aut apud se retinentem libros prohibitos à sancta Romana Ecclesia, & hoc expresse protestantur. Hoc tamen intelligant ipsi Visitatores habere locum, quando monasterium illud non esset infamatum de aliquo crimine: nam si infamatum
9 esset & talis infamia iuridicè deuenisset ad aures superioris, scilicet generalis alicuius ordinis, vel delata fuisse ad Patres Capituli generalis, aut ad præsidentes: & non fuisset in specie infamata aliqua singularis persona dicti monasterii: nam tunc exigent iuramentum à dictis visitandis sub hac forma verborum, videlicet, vt curent ipsi regulares visitandi, quod super his, quæ sciunt vel credunt esse in eorum monasterio reformanda tam in capite, quàm in membris (exceptis occultis criminib.) meram & plenam dicant ipsis Visitatorib. veritatem. *n* Quintò memoriæ commen
10 dent ipsi Reuerendi Visitatores ordinem iudicij seruandum ab ipsis, quando à fide dignis audirent aliquem prælatum esse infamatum de aliquo crimine: nam priùs tenebuntur inquirere de huiusmodi infamiæ origine, & testium depositiones (iuramento delato ipsis prætuo) in actis mandent describi, & in fine subscribi ipsos testes: etsi repererint verè ipsum esse infamatum, postea examinabunt, delato iuramẽto veritatis forma tradenda in secunda parte præsentis praxis c. 6. nu. 2. quotquot habere poterunt testes super veritate delicti, seruando formam procedendi in com-

a c. 1. §. sanè, de censi. in 6 & ibi per Doct.
b c. sciãt. 2. q. 8. & ibi per Doct. c. e. Qui crimẽ, & c. Quisquis. 2. q. 8. & c. 2. de calum. & ibi Doct.
d c. Accusatorũ 2. q. 8. & ibi per Doct. & infra ĩ 2. p. c. 2. nu. 14. vt ĩ clem. sæpe. de Verb. sign.
e d. §. sane, ĩ uer. Notoria. & ibi lautissimè per Doctores.
f dicto §. sanè, ver. quod si de aliquibus.
g c. fi. ĩ pri. ferè ad verbũ, extra de statu monac. h c. 1. §. sanè, in ver. Notoria, de censib. in 6.
i dicto ca. fin. ad verbum, ext. de statu monach.
K dicto c. fin. ad verbum, ext. de statu monach.
l c. 1. §. si. de cens. in 6. & ibi per Doct.
m c. 1. §. sanè, & censi. ĩ 6. ad verbum.
n c. Qualiter et quando, el 1. §. Formã vero, extra de Accus. & ibi per Doct.

compilando huiusmodi processu traditam in dicta secunda parte, interrogantes eos de delictis solùm, de quib. ille prælatus fuisset infamatus: aliàs processus corrueret, & esset nullus; quapropter virtute deductorum, & probatorum in ipso processu dictus prælatus non posset de iure puniri, prout expresè docuit Innocentius III. & alij Pontifices: *a* & ratio est quoniam non fit inquisitio de occultis, sed de manifestis, saltem, de qui
11 bus præcessit infamia *b*. Sexto. Sciant Visitatores, quòd & si antiquitùs forma procedendi contra aliquem ex officio fuerit, quòd priusquam iudex ordinarius vel delegatus inquireret de criminis prætensi veritate, debuerint prius capere informationem in scriptis examinando secretè testes super infamia & si reperissent ipsum infamatum de tali crimine: tũc demum illum iudex citabat ad informandum: etsi compartuisset, debebat illi tradere capitula, super quibus specialis contra eum fuisset facienda inquisitio. *c* Sciant (inquam) Reuerendi Visitatores, quòd huiusmodi norma procedendi recesserit ab aula, maximè in inquisitione facienda contra regulares: sed omnino obseruent praxini procedendi traditam in parte 2. præsentis praxis: Nõ obliuiscãtur, volo insuper ipsi Visitatores quod nec obseruanda erit
12 praxis procedendi, quæ traditur in iure. *d* Nam antiquitùs non recipiebatur accusatio, nisi accusator se inscripsisset ad pœnam talionis, idest, se obligasset expresè & in scriptis ad sustinendam pœnam eandem, si ipse accusator non probasset obiecta crimina, quæ de iure infligenda fuisset accusato, si accusator probasset. Hodie verò puniũtur huiusmodi accusatores non probantes obiecta crimina, etiam si non se inscripserint ad dictam pœnam talionis, vt latissimè probant communiter criminalistæ & Doctores *e*. & ratio est, quoniam aliàs viderentur comprobari indè calumniatores. Septimò, memores sint Reueren-
13 di Visitatores se missos ad reformandos mores regularium, & extirpandas abusiones ipsorum: ac per consequens ad inquirẽdum de illis, vt possint purgare monasteria eorũ Visitationi cõmissa *f*. Quapropter operæpretium duximus de ipsis verbum facere: vt facilius sit ipsis Visitatorib. indè interrogatoria formare: vt de ipsis specialiter interrogentur ipsi regulares uisitandi ad Dei omnipotentis laudem, profectũ eorundẽ in via Dei, & Decus Cõgregationis seu ordinis ipsorũ.

a c. Inquisitioni §. Ad hæc, c. Qualiter & quãdo el 2. §. ex quib. auctoritatib. c. Cũ oporteat. extra de Accus. & arg. in c. 1. & 2. de Accus. in 6. & gl. & Doct oẽs in citatis iurib.

b c. si peccauerit. & cap. c. Deus omnipotens. 2. q. 1.

c c. Qualiter. et quãdo el 2. ext. de Accus. et ibi per Doct.

d c. super his ext. de Accus. et ibi per Doct. c. Quisquis. & c. Qui crimen. 2. q. 8. & ibi per Doctores.

e in c. 2. ext. de Calum. & ibi cõmuniter per Doct.

f c. in singulis, c. si. ext. de statu monach. & in sacro Conc. Trid. ses. 24. de reformatione ca. 3. & in sess. 25. de reformatione, c. 1. & 8. et in 2. p. cõst. Reuerẽdorum patrum Cõgregationis Cassinen. c. 2. per totum.

De quibus interrogandi erunt à Visitatoribus ipsi visitandi regulares. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Reuerendi Visitatores generaliter de quibus interrogabunt visitandos.*
2 *Prima claustralium abusio est prælatorum negligentia circa punitionem regularium subditorum peccantium.*
3 *Regulares quomodo puniantur pro verberibus vel iniurijs illatis alijs regularibus.*
4 *Prælati quare intrepidè & prudenter teneantur punire sibi subditos peccantes multipliciter probatur.*
5 *Prælati non excusantur si propter eorum incuriam ad eorum non perueniant notitiam peccata subditorum.*
6 *Prælati non increpantes sibi subditos errantes, illos occidunt.*
7 *Pœna (qua puniendi sunt prælati, negligentes punire subditos delinquentes) quæ sit de iure, & quare, num. 11.*
8 *Prælatus sciens subditos peccare, & illos non puniens, dicitur illorum deprauatis moribus consentire.*
9 *Prælatus non puniens subditos peccantes appellatur à S. Augustino, canis impudicus.*
10 *Prælatus non corrigens subditos maledictus erit apud Deum & homines, & corripictur increpatione seuerissima.*
12 *Prælati quomodo punire subditos doceantur à Sanctissimo nostro Patriarcha Benedicto.*
13 *Reuerendi Visitatores, sententias Sacræ scripturæ per nos recensitas, poterunt referre inobedientibus regularibus, vt illis auditis resipiscant & retrahantur à tam pessimo veneno, quo hausto insipienter ab ipsis, innumera mala incurrent.*
14 *Inobedientiæ virus ad quæ mala inobediẽtes perduxit Sacrã scripturã multa tradendo exempla, & sententias nos docuisse comprobatur.*
15 *Contra inobedientes quid statuerint Sũmi Pontifices & Concilia, traditur.*
16 *Obedientiæ virtus quæ bona nobis contulerit, Sacræ scripturæ sententijs, & exemplis ibi enarratis edocemur.*
17 *Ociositas adolescentum religiosorum quàm sit damnabilis, innumeris Sacræ scripturæ sentẽtijs & exemplis ibi enarratis probatur.*
18 *An Adam & Eua fuerint in Paradiso terrestri ociosi, quando ad eos decipiendos accessit diabolus, suadens eis comestionem de arbore vetito à Deo.*
19 *Ociosi an dicendi sint, qui vacant ludis & comessationibus, & vaniloquijs.*
20 *Dauid dum esset ociosus adulterij, & homicidij macula se fœdauit.*
21 *Salomon dum marcesceret otio incidit in pessimum peccatum Idololatriæ.*
22 *Quàm sit Deo et hominibus odibilis pertinacia in sensibus, volentibus inniti proprio consilio, & contemnentibus consulere iuniores in negotijs arduis, multis sententijs & exemplis excerptis à Sacra scriptura peroptimè probatur.*
23 *Regularib. personis prohibitum esse velle fungi officio causidicorũ & deseruire curię principũ & quare, multis auctoritatib. probatur. n. 26.*
24 *Monachi proprium munus quale sit, describitur.*
25 *Monachus vnde dicatur.*
27 *Monachus aliquid retinens de redditibus monasterij ad restitutionem tenetur.*
28 *Monachus accedens ad curias principum quandoincidat in excommunicationem.*
29 *Monachis Congregationis Cassinensis quando sit prohibitum gerere negotia secularium, & ad tribunalia se conferre secularia, & ecclesiastica.*
30 *Furti definitio per optima traditur, & illius singula verba declarantur.*
31 *Reuerendi Visitatores quæ ponderare debeant, si ad eos delata esset donatio facta de bonis nouitij alicui monasterio; si postea ex ipso egressus,*

Digitized by Google

gressus, fuerit ingressus alius, & ibi professionem emisisset.

32 *Ad professum in aliquo monasterio quando regrediantur bona ab ipso donata ipsi monasterio quãdo eius professio fuisset ipso iure nulla.*

33 *Bonorum alicuius professi vsumfructum, quando monasterium, in quo quis legitimam & validam professionem emiserat, teneatur assignare alteri monasterio.*

34 *Bona legitimè professi iam acquisita monasterio per illius validam professionem: monasterium (in quo professionem emiserat ille) semper retinebit, etiam si ille legitimè fuisset translatus ad aliud monasterium, vel prælaturam & quare, sed non alia per ipsum acquisita post adeptam suprascriptam prælaturam.*

35 *Regularem tenentẽ peculiũ inconsulto suo Prælato, meritò dicendum fore furem & latronẽ, licèt illud peculium aliundè quàm ex redditibus, vel eleemosinis factis monasterio acquisierit, probatur peroptimè.*

36 *Quoad periculum animæ iniustè aliquid detinere, vel inuadere alienum, non differunt.*

37 *Regularis post emissam professionem quare testari non possit.*

38 *Regularis professus qua pœna sit puniendus, si cum peculio reperiatur, & quare, multipliciter probatur.*

39 *Reuerendi Visitatores quod consilium dabunt prælatis super proprietate regularium sibi subditorum.*

40 *Delatio pretiosarum vestium in regularibus quàm pessimum sit, & contra propriam professionem, multipliciter probatur.*

41 *Quam pestiferum sit regularibus velle vesci cibis & vinis pretiosis, multipliciter probatur.*

42 *Silentij violatio in regularibus, quæ incommoda & mala eis afferat probatur.*

43 *Regularium contentio cum suo prælato quàm sit damnabilis, probatur.*



Quamuis ipsi Reuerendi Visitatores teneãtur inquirere generaliter omnes Visitandos, an sit inter eos hæreticus vel suspectus de hæresi, vel teneat aliàs libros prohibitos à Sancta Ecclesia Romana & Catholica; de diuinis
1 laudibus persolutis horis competentibus, de regulari obseruatione, de scripturarum ipsius monasterij accurata custodia, de studijs, ac lectoribus: de Visitatoribus præteriti anni. De Abbate seu prælato monasterij, de Priore, siue vicario, De magistro Nouitiorum; De cellerario, siue syndico. De Decanis. In specie verò de omnibus his tali pacto videlicet.

De Visitatoribus.

Nùm modestè, accuratè, & intrepidè exequuti fuerint proprium munus.

Nùm perlustrauerint libros computerum redditiuum monasterij anni præteriti.

An correxerint, aut corrigi mandauerint monachos immorigeratos repertos per proprium prælatum.

An prouiderint quæ erant prouidenda pro communi pace regularium dicti monasterij visitati.

De Abbate.

An Abbas sit vitæ & doctrinæ integritate præditus.

An frequenter sit cum monachis in choro & communi refectione.

An curam habeat, vt hospitibus, & infirmis accuratè deseruiatur.

An maiori studio incumbat tẽporalibus, quàm spiritualibus.

An beneficia, aliaque loca sibi subiecta quolibet anno visitet.

An sit acceptor personarum sine meritis eorum.

An sit negligens in puniendis publicè subditis publicè peccantibus, & occultè, peccantibus occultè. circa hanc tamen multa infra erunt afferenda, in §. 1.

An executioni mandauerit statuta à Capitulo, & Visitatoribus.

De Priore.

An solitas eleemosinas faciat.

An sit vigil in obseruantia regulari die & nocte.

An officinas monasterij visitet temporibus suis.

An obediat Abbati suo.

An moneat ac puniat delinquentes cum grauitate, & lenitate.

De Confessore Monialium.

An sit probatæ vitæ, & sufficientis doctrinæ.

An habitet in Monasterio Monachorum maiori parte anni.

An extra tempus audientiæ confessionum, habitet in locis Monialium, ibi pernoctando.

De Magistro nouitiorum.

An sit accuratus circa eruditionem nouitiorum, illosque probet in omni patientia iuxta Sanctissimi Patris nostri Benedicti mandatum.

An sit grauibus moribus & competenti doctrina decoratus.

An sit idoneus ad animas lucrandas.

An eos doceat ritus religionis & cęrimonias.

De Cellerario monasterij.

An sit prouidus, prudens, & modestus in negocijs agendis.

An sua imprudentia grauauerit ære alieno monasterium.

An pauperum, & infirmorũ necessitatibus prospiciat.

An ratiocinia rectè disposita, & eorum libros seruet.

An deneget necessaria victus fratribus suis tempore suo.

An præsumat aliquid facere sine iussu Abbatis sui.

An curam gerat, vt possessiones & redditus monasterij augeantur.

De reliquis regularibus inferioribus.

An obedientiam & reuerentiam exhibeant eorũ superioribus.

An

An inter seipsos charitatem habeant.
An exercitia sibi commissa accuratè, & cū proximi ædificatione expleant.
An ferventes sint in choro diurnis & nocturnis horis.
An studio vel otio vacent.

An sit aliquis proprietarius.

An habeat aliquid aliud proponendum pro bono Monasterij, & aliquos promoueri ad dignitates, & confirmationē superiorum, vel mutationem aliquorum.
Finito Visitationis actu, hæc in ipsius actis describantur, &c.

Hæc est Visitatio Monasterij Sancti..... quam facere intendunt R...... Abbas Monasterij..... & R...... Monasterij ..... Congregationis Cassinensis.

CVm ergo peruenissemus ad Monasteriū.... & fuissemus benignè recepti à Reuer..... Abbate ipsius Monasterij, reliquisq; Monachis, nos contulimus ad ipsius Monasterij Ecclesiam, & ibi facta breui oratione ante sanctissimū Sacramentum; ingredientes Claustrum dicti Monasterij, perreximus ad aulas nobis præparatas; & die eodem (vel sequenti prout valetudinis vel temporis opportunitas suggesserit) congregatis Monachis & Conuersis vna cum dicto R. Abbate in Capitulo, proposito verbo Dei: docuimus eos nos aduenisse ad visitandum dictum Monasteriū, tam in capite, quàm in membris eosdēq; monentes; vt nullo pacto audeant proferre contra aliquem etiam nobis falsa, aut occulta; quæ prius nō fuisset notificata dicto R. Sed notoria, in quibus dictus R. posset argui de vecordia, atque neglectu, illosque certiores reddendo nos, in ipsis non processuros: iuxta pontificium præceptum expressum, in c. Romana, de censibus in 6. Insuper monuimus eosdem ne producerēt, quæ probare non possent; si nollent puniri pęna à iure indicta calumniatoribus; nec inde excusabuntur, eo quod vsi fuissent hac voce, Denuntio, & non accuso, vt in c. 2. ex de Calum. Proposuimus quoque eis actum gestum à Domino Iesu in punitione mulieris in adulterio repertæ; cum dixerit. Si quis vestrum est sine peccato primū lapidem mittat in eam. Egredientes Capitulū, ingressi fuimus Ecclesiam dicti Monasterij, & facta breui oratione ante sanctissimum Sacramentum introspicientes in paropside, reperimus in eo decenter collocatum Sacrosanctissimum Sacramentum Visitauimusque altaria, & pallas eorum, & reperimus composita omnia iuxta sacrorum canonum dispositionem; sed si aliquos defectus reperirent Visitatores illos exprimant in scriptis, deinde statuendo eos corrigi. Deinde egressi Ecclesiam accessimus ad aulas nobis præparatas. Quibus per actis vocari ad nos iussimus R. Abbatem, & successiuè reliquos monachos sigillatim, & interrogauimus de infrascriptis. iux. præscriptam normam, ac sequentem interrogatoriorum competentium statui singulorum officialium, & priuatorum monachorum ipsius monasterij sine iuramento (excepto primo interrogatorio) super quo cuilibet ipsorum detulimus iuramentum de dicenda veritate.

Vocatus ergo dictus R. Abbas, & interrogatus super primo. Resp... & sic Interrogentur omnes iuxt. materiam interrogationum supra recensitarum de statu cuiusque officialis monasterij describendo post quamlibet interrogationem eiusdem responsionem.

Et finito ipsorum examine in fine actus Visitationis, Hæc describantur.

His vt supra accuratè peractis computa monasterij diligenter Vidimus, cellas monachorum visitauimus. Deinde conuocatis iterum monachis in capitulo. Ad mutuam charitatem & pacem eos adhortati fuimus, illosque ad osculum pacis iuxta morem nostræ congregationis recepimus: & sic finem debitum Visitationi dicti monasterij imposuimus. Nonnulla ordinando quæ ad optimum regimen dicti monasterij Videbantur spectare.

Locus sigilli.

D..... à Ciuitate....
D..... à Ciuitate.... } Visitatores.

Quòd decem sint Claustralium abusiones, & de Prima, Nempè de Negligentia Prælatorum in puniendis subditis criminosis.

§. Primus.

HÆc omnes interrogationes generaliter erūt faciendæ à visitatoribus, ex quibus procul dubio eliciuntur decem abusiones, quibus deturpantur regulares non opere perficientes ea, de quibus præfatæ interrogationes testantur. Quapropter ipsi Visitatores volentes munere proposito legitimè & meritoriè fungi, sciant quòd non sine causa diximus supra fore interrogandos ipsos regulares de negligentia Abbatis & aliorum superiorum in puniendis sibi sub-
2 ditis peccantibus; cūm hæc sit perniciosissima claustralium abusio Prima: quæ & infrascriptis auctoritatibus sacræ scripturæ & exemplis comprobatur Deo odibilis, & hominibus Deum timentibus. Sciant ergo ipsi Reuerendi Visitatores quod contra huiusmodi prælatos exclamat Apostolus Paulus *a* dicens quod publicè peccantes, publice arguendi sint: cuius saluberrimæ doctrinæ non auditorem sundum se ostendens Sanctissimus Patriarcha noster Benedictus nobis tradidit normam executioni mandandi dictam Apostoli sententiam, *b* ac per consequens puniendi præsumentes verberare aut iniurijs
3 afficere fratres suos regulares. Vbi & quam elegantissimè idipsum fuit statutum per Reuerendos Patres nostræ Congregationis in ipso declaratorio regulæ in supra citato loco: quod & repetitum fuit ab Innocentio III. *c* qui his præ-
4 cisis verbis vsus fuit, videlicet, Irrefragabili Constitutione sancimus, vt ecclesiarum prælati ad corrigendum subditorum excessus maximè clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, nè sanguis eorum de suis manibus requiratur. Idipsum sed breuius statuit Gregorius IX. *d* dicens. Ne religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriæ, detrimentum incurrant: & sanguis eorum de manibus prælatorum requiratur. Hoc ipsum ponderans Celestinus Papa III. dixit. *e* licèt Heli summus sacerdos in se bonus existeret: quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, & in se pariter & in ipsis animaduertionis

a 1. *Thi. c.* 5.

b *In sua sanctissima, & discretissima regula c.* 70.

c c. *Irrefragabilis, extra de off. ic. ordin. & ibi per Doct.*

d *in c. fi. in prin cip. ext. de regularibus, & ibi per Doct.*

e *in c. licet Heli, ext. de simonia, & ibi per Doct.*

sionis diuinæ vindictam excepit: dum filijs eius in bello peremptis, ipse de sella corruens fractis ceruicibus expirauit, ad corrigendos igitur subditorum excessua tantò diligentius debet prælatus assurgere, quantò damnabilius eorum of-
5 fensas desereret incorrectas. Et quòd prælati non excusentur in peccatis subditorum: si propter eorum incuriam ad ipsorum notitiam illa non deuenirent: docuit nos Diuus Gregorius Papa dicens. *a* Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & Pastor nescit. Idipsum rursus docuit ipsemet Sanctus Gregorius dicens. *b* Ephesijs Paulus dicit, Mundæ sunt manus meæ à sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi, quominus nunciarem omne consilium Dei vobis. Mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annun-
6 ciare noluisset: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit. Quapropter meritò huiusmodi prælati ex tali notabili incuria cum tanta subditorum
7 pernicie erunt à tali pastorali officio deponendi: immo & aliquando carceri mancipandi tanquam cooperatores maleficiorum peractorum à proprijs subditis docuit nos Concilium Magociense *c* dicens. Dictum est nobis presbyteros propter suam negligentiam canonicè degradatos, & seculariter gradu amisso agendæ pœnitentiæ gratia in monasterium, aut in canonicam regularem mittantur: si verò hoc causa quælibet prohibuerit, vbicumque sint, pœnitentiam agere non desistant: si autem amisso gradu seculariter viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab ecclesiæ communione separentur. Et quòd huiusmodi prælati, quorum neglectu, & verecundia animæ subditorum pereunt, puniri debeant tanquam depositarij custodes, quorum desidia thesaurus furtiuè à latronibus fuit ablatus: cum vtique huiusmodi custodes æquiualens reddere dominis rerum sibi in custodia traditarum teneantur, prout apertissimè docuit Gregorius Papa III. dicens. *d* Scire te volumus, quòd à te districtè quæsituri sumus, quia vel propriæ ecclesiæ, vel ea, quæ de diuersis ecclesijs cimiliaria sunt collecta, non sub omni solicitudine, & fide seruantur: quod siquid ex eis, vel negligentia, vel cuiusquam fraude deperijt: tu hoc reatu astringe-
8 ris, qui per Archidiaconatus ordinem custodire eiusdem ecclesiæ artius deputaris. Idipsum & infrascripti Summi Pontifices nos docuerunt apertiùs: Nam Gregorius VII. Papa dixit. *e* Si quis Episcopus fornicationem presbyterorum Diaconorum: vel crimen incestus in sua parochia pretio, vel prece interueniente consenserit, vel commissum auctoritate officij sui non impugnauerit: ab off. suspendatur. Innocentius Papa dixit. *f* Error, cui non resistitur: approbatur: & veritas cùm minimè defensatur, opprimitur: Negligere quippe, cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud, quam fouere. Neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Pius verò Papa dixit. *g* Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? & rursus Gregorius Papa dixit. *h* Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. Sicut autem quis aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari. Qua propter meritò Diuus Augustinus dixit. *i* Nemo quippe nocet in ecclesia Dei amplius, quàm qui peruersæ agens nomen, vel ordinem sanctitatis, & sacerdotis habet: delinquentem namque hunc redarguere nullus
9 præsumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus quàm Episcopus. Contra hos prælatos etiam inuehit Isidorus dicens. *k* Qui peccantibus consentit, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione seuerissima: Hinc
10 etiam quidam sanctissimus pater ait, si quis peccantem defendit, acrius, quàm ille, qui peccauit, coercetur. Hinc & alius Pater ait. Si quis alterius errori consentit: sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum. Audiamus, obsecro, quibus verbis Innocentius III. Papa monuerit Prælatos. *l* Abbas verò (cui omnes
11 in omnibus reuerenter obediant) quantò frequentiùs poterit, sit cum fratribus in conuentu: Vigilem curam, & diligentem solicitudinem gerens de omnibus: vt de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem. Quod si præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor, seu negligens, aut remissius pro certo se nouerit non solùm ab officio deponendum, sed & alio modo secundum regulam castigandum: cùm offensa non solùm propria, verùm etiam aliena de suis manibus requiratur. Quid verò Sanctissimus Patriarcha noster Benedictus sen-
12 serit de huiusmodi prælatis negligentibus nos docuit dicens. *m* Memor sit semper Abbas, quia doctrinæ suæ, vel discipulorum obedientiæ vtrarunque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio: sciatque Abbas culpæ pastoris, incumbere quicquid in ouibus paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire; & paulòpost. In doctrina sua namque Abbas Apostolicam illam semper formam seruare, in qua dicit; Argue, obsecra, increpa, idest, miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magistri, pium patris ostendat affectum: idest, indisciplinatos, & inquietos debet duriùs arguere: obedientes autem & mites & patientes, vt meliùs proficiant, obsecrare: negligentes autem & contemnentes, vt increpet, & corripiat monemus: neque dissimulet peccata delinquentium. Ex his hucusque allatis, & innumeris similibus, quæ afferri possent, comprobatur in quo pessimo statu reperiantur prælati, qui hac turpissima macula sunt respersi: & hæc pauca de multis attulisse sufficiat in reprehensionem amplectentium huiusmodi primam claustralium abusionem perniciosissimam.



a in registro, vt habetur, in c. Quãuis causa, extra de regul. iur. & ibi per Doct.

b in c. Ephesijs, dist. 43. & ibi per Doct.

c in c. Dictum, dist. 81. & ibi per Doct.

d in cap. eaque. ext. de off. Archid. & ibi per Doctores, & in l. Qui mercedẽ, ff. locat. c. Tres. 23. q. 4. l. si quis ex argentarijs, §. vlt. ff. de Edẽ. & in l. vlt. ff. de Custod. & exhibit. reor. l. Bona fides, ff. de Deposito, vbi cõmuniter per Doctores.

e in si quis dist. 83. & ibi per Doctores.

f in c. Error. di. 83. & ibi per Doctores.

g in c. Quid n. dist. 83. & ibi per Doctores.

h in c. Consentire, dist. 83. & ibi per Doct.

i in cap. Nemo, dist. [illegible] per [illegible]

k in c. Qui peccantibus. 11. 3. & ibi per Doct.

l in c. Cùm admonitionem. §. Abbas, extra. de statu mona. et ibi per Doct.

m in Regul. Sanctiss. Benedicti capitulo secũdo inter alia.

De

De secunda claustralium abusione, scilicet, de inobedientia ipsorum erga suos superiores, & de pœnis inobedientibus, & præmijs obedientibus debitis.

§. Secundus.

NEminem fugere ex regularibus, quàm pessima sit abusio eorum qui nolunt obedire mandatis superiorum contra peculiare eorum votum; etsi nobis perspectum sit; nihilominus operæpretium duximus ad confusionem inobedientium, & profectum obedientium, & solamen prælatorum zelantium salutem suorum subditorum nonnullis sacræ scripturæ sententijs & exemplis, quàm sit dispar finis vtrorumque antè omnium regularium oculos ponere, vt salutem tali incusso terrore inobedientes resipiscant, & obedientes in dies fruantur optimis fructibus Sanctæ obedientiæ. Sed Primùm de statu inobedientium, & pessimis effectibus inobedientiæ sermo erit habendus; ac deinceps de fœlici & tranquillo statu obedientium: Memores ergo

13 sint Reuerendi Visitatores ad memoriam visitandorum regularium reuocare scriptum. a Peribitis si inobedientes fueritis. & alibi: b Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit: vt nullus deinceps intumescat superbia. & dixit Ecclesiasticus. c Quòd si non obierit curua illum compedibus, & non amplifices super omnem carnem. & Apostolus dixit. d omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt potestates à Deo ordinatæ sunt: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timor bonorum operum, sed malorum. Vis autem non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim est tibi minister in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est: Vindex in iram ei, qui malum agit; ideoque necessitate subditi estote non solùm propter iram, verùm etiam propter conscientiam. Qui Apostolus testatur e dicens. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi. Idipsum docuit Petrus Apostolus dicens. f Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter dominum, siue regi quasi præcellenti, siue præsidibus tamquam ab eo missis ad vindictam quidem malorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei. Audiamus obsecro quid con-

14 tigerit nonnullis propter eorum inobedientiam exhibitam mandatis suorum superiorum. Nonne primi nostri parentes existentes in Paradiso propter inobedientiæ peccatum receperunt maledictiones illas, transmittendas etiam ad nos miseros eorum filios, & quidem maledictio, quã inde incurrit Eua, transmigrauit ad filias eius scilicet. g In dolore paries filios, & sub potestate viri eris & ipse dominabitur tui. & maledictio, quam incurrit Adam transijt ad nos miseros filios eius, scilicet maledictio illa Dei contenta his verbis, videlicet. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: In sudore vultus tui vesceris pane: donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et vt & nos posteri cognosceremus quid nobis conferat peccatum inobedientiæ scriptum reperitur quid aliud mali contigerit ipsis nostris primis parentibus. h Fecit quoque dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum: nunc ergo, ne forte apponat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum emisit, eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est: eiecitque Adam, & collocauit antè Paradisum voluptatis Cherubim, & flammeũ gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. Ex his ergo veraciter enarratis poterit quisque subditus aduertere quanti mali fuerit causa, ipsa inobedientia diuini præcepti in persona hominis plasmati ad imaginem, & similitudinem Dei, & dum esset in loco sic nobili & delitijs affluente, vt erat Paradisus terrestris, cuius miserrimæ pœnæ nos participes esse docuit Apostolus dicens. i Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri, igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, & per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi. & rursus idem Apostolus docuit dicens. k stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Quapropter & meritò dicendum erit nobis, quod stipendia peccati inobedientiæ mors sit, quam quidem ipse regularis inobediens incurrit, & quodammodo sibi generat transgrediendo votum obedientiæ: & quod Deus non creauerit mortem Salomon nos docuit dicens. l Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ: neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum, quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim vt essent omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum extermini, nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est, & immortalis: iniustitia autem mortis est acquisitio: Impij autem manibus & verbis accersierunt, & æstimantes illam amicam defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius. & quòd inobedientiæ peccatum ac malum incurrentes digni sint morte, audiamus Salomonem hoc expresse docentem. m Malorum amatores digni sunt morte. Quantum verò inobedientiæ peccatum displiceat Deo optimo maximo, ex pœnis indè inflictis quàm facillimè poterimus colligere. Nonne scriptum reperitur. n Cum Deus præcepisset cuidam prophetæ non comedere in quodam loco: occurrit ei alius Propheta Domini dicens Angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens. Reduc eum in domum tuam, vt comedat panem & bibat aquam: & cum fidem daret dictis occurrentis sibi, secum abijt

& in

a Deu. c. 8. in fi.
b Deut. c. 17. & in c. Absit 11. q. 3.
c Eccl. c. 33.
d Rom. c. 13.
e Rom. c. 5.
f Petri. c. 2.
g Gen. c. 2. & 3.
h Gen. c. 3. in fi.
i Rom. c. 5.
k Rom. c. 6.
l Sap. c. 1.
m Sap. c. 15.
n 3. Reg. c. 13

& in domo illius bibit, & comedit, propter quod factus est sermo Domini ad illum dicens, quia non obediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum, quod præceperat Deus, & comedisti, non inferretur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Cumque comedisset & bibisset, strauit asinum suum propheta; qui cũ abijsset, inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autem iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. Quod cum audisset propheta ille, qui reduxerat eum de via, ait vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini; & tradidit eum Dominus Leoni, & non comedit Leo de cadauere, nec læsit asinum. Ex his ergo apertissimè colligitur quam sit punibile peccatum inobedientię voluntariæ regularium personarum post emissum votum obedientiæ: si inobedientia, fere, inuoluntaria pœna mortis fuerit punita. Nonne & Artaxerxes cum præciperet sibi subditis non lædi sed honorari Iudæos precibus Ester euictus: huiusmodi præcepto apposuit hęc verba. *a* Oẽs aũt prouincia, & ciuitas, quæ noluerit solẽnitatis huius esse particeps, gladio, & igne pereat: & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam in via bestijs fit in sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientiæ. Et quod inobedientia accipiat iustam retributionem nos docuit Apostolus dicens. *b* Propterea oportet abundantius non obseruare ea, quæ audiuimus, nè forte pereffluamus: si enim, qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem. Nonne & ipse Deus omnipotens elegerat Saulem filium Cis in Ducem populi sui cum esset melior cunctis filijs Israel, & ab humero & sursum eminet et super omnem populum, *c* & vnxit eum oleo Samuel in Regem Israel iussu ipsius Domini Dei: *d* & tandem cum contra præceptum expressum Dei sibi intimatum a Samuele reseruasset viuum Agag, regẽ Amalech, & ex optimis gregibus multa animalia reseruasset, eiussu Dei Samuel ipsum corripiens de inobedientia, dixit. Nunquid vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius vt obediatur voci domini? Melior est enim obedientia, quam victimę, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum: quoniam peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Et subdidit Samuel pro eo ergo quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis Rex. Quem finem habuerit dicti Saulis inobedientia non purgata medicamento pœnitentiæ: audiamus quid nobis de ipsa testetur sacra scriptura: non enim nos docuit: *f* q̃ cum fuisset Saul egressus in prælium, & fuisset acertime vulneratus, & præcordis angustia voluntariè se transfixisset, & incubuisset super astam suã, & vocasset adolescentem Amalachitẽ, & rogasset vt ipsum Saulem interficeret sibi dicentem: stã super me, & interfice me, quoniã tenent me angustię: & adhuc tota anima mea in me est. quo audito ille adolescens ipsum Saulem interfecit. Et sic diem nouissimum infœlicissime (& meritò pp inobedientiæ peccatũ pœnitentia vera non deletũ) clausit. Quid vero de inobedientię Datan, & Abiron punitione sic miraculosa, ac seuera dicã? Cum de ipsa hæc scripta reperiãtur, *g* inter alia, videlicet. Surrexitq. Moyses, & abijt ad Datan, & Abiron, & sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbã. Recedite a tabernaculis hominũ impiorũ, & nolite tãgere, quę ad eos pertinent, nè inuoluamini peccatis eorum; cumq. recessissent a tentorijs eorum per circuitum: Datan, & Abiron stabant in introitu papiliorum suorum cum vxorib. & liberis, omniq. frequentia, et ait Moyses. In hoc scietis, q̃ Dominus miserit me, vt facerem vniuersa, quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim; si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua et ceteri visitari solent; non misit me Dominus. Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos: & omnia, quę ad illos pertinent: descenderintq. viuentes in infernum; scietis, q̃ blasphemauerint Dominum. Cõfestim, igitur, vt cessauit loqui dirupta est terra sub pedibus eorum descenderuntq. viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. Et sic condigna pęna a Deo puniti fuerunt pro sua inobedientia. Denique audiamus obsecro quid censeat de inobedientia Aotenius Papa. *h* Nonne his præcisis verbis visus fuit, videlicet in veteri quidem lege habetur. Quicumq. sacerdotibus non obediens fuisset: Aut extra claustra positus lapidabatur à populo, aut gladio cet uice subiecta contemptum expiabat cruore. Nonc vero inobediens spirituali animaduertione truncatur: aut eiectus de Ecclesia rapido ore dæmonum decerpitur. Et Papa Gregorius dixit. *i* Si quis venerit contra Decretum episcopi, ab Ecclesia abijciatur. In libro regum legitur. Qui non obedierit principi morte moriatur. Et in Concilio Agathensi, quod anathematizetur. Innocentius Papa III. dixit. *k* Cum spiritualia sint temporalibus digniora, & obedientia melior sit quam victima, & auscultare magis quam adipem arietum offerre: non debuerat Ildefensis Episcopi pro temporali cõmodo inobedientiæ notam incurrere, & Apostolicis iussionib. contraire. Qui Innocentius III. denuo idipsum docuit dicens, *l* Quod inobediẽtes mandatis superioris excommunicari poterunt. Idipsum nouissime docuit nos sacrum Concilium Tridentinum dicens: *m* Prohibet Sancta Synodus nequis regularis sine sui superioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cuiusuis pij operis prætextu, subijciat obsequio alicuius prælati, Principis, vel vniuersitatis, vel communitatis, aut alterius cuiusũmq. personę, seu loci; Neque ei aliquod priuilegium, aut facultas ab alijs super his obtenta suffragatur. Quòd si contrafecerit, tanquam inobediens arbitrio superioris puniatur. Nec liceat regularibus a suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi: nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit ab ordinarijs locorum tanquam desertor sui instituti puniatur. Hæc ibi. Et nè diu moram traham in alijs auctoritatibus, & exemplis recensendis de pœna debita inobedientibus, me transferam ad enarranda merita, quæ in dies obedientibus accrescunt. Non nè de obedientiæ præconijs scriptum reperitur. *n* Vir obediens loquetur victorias: & Ecclesiasticus æquiparauit obedientem filio altissimi dicens. *o* Et eritis velut filius altissimi obediens. Et alibi. *p* Melior est obedientia, quam victimę. Et Apostolus dixit. *q* Sicut enim per inobedientiã vnius hominis, peccatores cõstituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem iusti constituentur multi. Et quid dicendum nobis erit de vtilitatib. quas nobis obedientię virtus affert? Non ne pp obedientiæ meritũ, Noe saluus factus est cum

i Esther. c. 16.
b Heb. c. 2.
a 1. Reg. c. 9.
d 1. Reg. c. 10.
e 1. Reg. c. 15.
f 2. Reg. c. 1.
g Num. c. 16.

h c. Absit §. in veteri lege 11. q. 3. & ibi per Doct.
i ca. 2. extra de maior. & obed. et ibi per Doct.
k c. Illud. extra de maio. & obe. & ibi per Doc.
l c. Cum in ecclesiis extra de maior. & obed. & ibi per Doct.
m in Conc. Tri. sess. 25. c. 4. incip. prohibet.
De obedientia laudibus & fructibus.
n Prou. c. 21.
o Eccl. c. 4.
p 1. Reg. c. 15.
q Rom. c. 5.

cum familia sua in arca ab ipso fabricata mãdato Dei:& si ab hominibus propter eius fabricam æstimatus fuisset mente captus? *a* Loth nonne obediendo monitis angelorum saluatus fuit: vna cũ duabus filiabus suis ab incendio ciuitatis Sodomæ,& aliarũ conuicinarũ? *b* Obedientia exhibita Deo ab Abrahã in prompta immolatione sui vnigeniti filij Isaac, nonne attulit ei benedictionem illã mirabilem,& promissionẽ,quod in semine suo benedicendæ fuissent omnes gentes? *c* Patriarcha Iacob nonne meruit obtinere bene dictionem paternã (quæ potius debebatur Esau fratri suo maiori natu) obediendo Rebecchę matri suæ sibi præcipiẽti afferri duos ędos optimos? *d* Quot verò bona obuenerint ipsimet Iacob pp obedientiã exhibitam Isaach patri suo de nõ contrahendo matrimoniũ cum filiabus Chanaan, sed cum filiabus Laban auunculi sui:Nõne constitutus in itinere arrepto mãdato Isaach dignus fuit videre scalam illam, cuius cacumen cœlos tangebat: & ibi angelos descendentes & ascendentes: deniq. meruit benedici ab angelo; & ab ipso recipere promissionem de danda terra (in qua nocte illa dormierat)in possessionem sibi,& semini suo:& q semen ipsius Iacob futurum foret tantæ multitudinis quasi puluis terræ: & tandem cum ipse Iacob peruenisset ad Labã,& accepisset sibi in vxores duas Laban filias & ex eis suscepisset duodecim filios futuros patriarchas, & quàplurimas diuitias, dignus fuit cũ salute propria & filiorum reuerti ad solum paternum,& tãdem in senectute bona mori astantibus sibi filijs inter quos erat Ioseph, qui dominabatur in tota terra Ægypti, *e* Quid dicemus de effectu simplicis obedientiæ ipsius Ioseph exhibitæ patri suo Iacob præcipienti sibi visitationem fratrũ (scope rantibus ipsismet impijs fratribus per accidẽs) a quibus venditus Ismaelitis peruenit ad tã excelsam dignitatem, vt esset secundus Rex Ægypti?quamuis ad tantũ honorẽ per multas tribulationes iniustè sibi illatas,peruenerit. *f* & cõ fructus sanctę obedientię passim recenseãtur in sacra scriptura,& a Doctoribus, & historiografis: iccirco solũ nobis superesse videmus afferre alias paucas numero sententias,sed grauissimas aucto ritate. Reuocabimus ergo ad memoriã verba Saluatoris nostri dicentis: *g* Qui vos audit, me audit,& qui vos spernit,me spernit: & qui spernit me, spernit eũ,qui misit me. Et alibi. *h* Super Cathedram Moysi sederunt scribę, & pharisæi: quæ dicunt facite,quæ autem faciunt, facere nolite. Et hæc quidem Dominus Iesus nos docere studuit: vt ex cordibus nostris euelleret omnes excusationes fictitias, quibus nos falli a dęmone,& proprijs passionibus possemus. Ad hoc ipsum nos hortans Apostolus dicebat: *i* Obedite præpositis vestris,non tantum bonis, & modestis,sed et discolis;ipsi n. vigilant tanquam reddituri rationem de vobis. Denique audiamus quod nos docuerit sanctissimus Patriarcha noster Benedictus de qualitate obediẽtiæ,quæ Deo optimo maximo, & ministris eius prælatis placeat. Sanctissimus ergo Patriarcha his præcisis verbis vsus fuit. *k* Primus humilitatis gradus est obediẽtia,sine mora. Hæc conuenit ijs, qui nihil sibi Christo carius existimant, propter seruitium sanctum,quod professi sunt,seu propter metum gehennæ, gloriam vitæ ęternæ, & mox vt aliqd imperatum a maiore fuerit, ac si diuinitus imperetur,moram pati nesciunt in faciendo.De quibus Dominus dicit. *Ob auditu auris obediuit mihi*, & iterũ dicit doctoribus. *Qui vos audit, me audit*. Ergo hi tales, relinquentes statim quæ sua sunt,& voluntatẽ propriam deserentes,mox ex occupatis manibus, & quod agebant im perfectum relinquentes vicino obediẽtiæ pede, iubentis vocem,factis sequuntur. Et veluti vno momẽto prædicta magistri iussio, & perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei ambę res cõiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiẽdi amor incũbit: ideo angustam viã arripiunt. Vnde Dominus dicit. *l Angusta via est, quæ ducit ad vitam*. Vt non suo arbitrio viuentes,vel desiderijs suis & voluptatibus obedientes:sed ambulantes alieno iudicio, & imperio in cęnobijs degentes: Abbatem sibi præesse desiderant;sine dubio hi tales illam Domini sententiam imitantur,qua dicit. *m Non veni facere voluntatẽ meã, sed eius, qui misit me*. Sed hæc ipsa obedientia tunc erit acceptabilis Deo, & dulcis hominibus,si quod iubetur, non trepidè, non tardè,non tepidè,aut cum murmure,vel cũ responso nolentis efficiatur. Quia obediẽtia,quæ maiorib. præbetur,Deo exhibetur. Ipse enim dixit: *n Qui vos audit,me audit*. Et cum bono animo a discipulis præberi oportet,quia *o Hilarem datorem diligit Deus*. Nam cum malo animo si obedit discipulus,& non solum ore,sed ẽt corde si murmurauerit:etsi impleat iussionem, tamen acceptũ iam nõ erit Deo,qui cor respicit murmurantis:Et pro tali facto nullã consequitur gratiã, immo murmurantiũ pœnam incurrit, si non cũ satisfactione emendauerit. Hæc omnia sanctissimus noster Benedictus. Quæ vtiq. omnium regularium essent memorię imprimenda: ne macula pessimę secundę claustralium abusionis fędarentur,Deo optimo maximo annuente.

a Gen.c.6.& 7.

b Gen.c.19.

c Gen.c.22.

d Gen.c.27.

e Gen.c.28.

f Gen.c.37.38. 39.& 41.

g Luc.c.10.

h Matth.c.23.

i Hebr.ca.13.

k Sanctissimus Benedictus in sua reg. ca.5.de obedientia discipulorum.

l Matt.c.7.

m Ioan.c.5.

n Matt.c.10.

o 2.Corin.c.9.

De tertia abusione claustralium, nempe de ociositate adolescentum. §. Tertius.

QVam pestiferum virus afferat non solum adolescentib. claustralibus,verumetiã laicis marcescere ocio, infrascriptis auctoritatibus sacrę scripturę quam facillime comprehendi poterit,cum scriptum reperiatur: *p* Qui operatur ter
17 ram suam,satiabitur panibus: qui autem sectatur ocium,stultissimus est. Et rursus: Ecce hæc fuit iniquitas sororis tuæ, superbia, saturitas panis,abundantia & ocium ipsius,& filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatę sunt, & fecerunt abominationes corã me,& abstuli eas sicut vidi. *q* Et rursum:Qui sectatur ocium replebitur egestate. *r* Et iterum: cibaria, & virga,& onus asino:panis & disciplina,& opus seruo; operatur in disciplina,& quęrit requiescere, laxa manus illi, & quęrit libertatem. Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduę: seruo & maleuolo tortura & compedes: mitte illum in operationem ne vacet: multam enim malitiam docuit ociositas: in opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit, curua illum compedibus, & non amplifices super omnem carnem, verum sine iudicio nihil facias. *s* Ex his ergo, auctoritatibus sacrę scripturę, & alijs similibus apertissime elucet hominem ociosum, & præcipue religiosum adolescentem (cuius totis auxilijs insidiatur diabolus caro propria, & mundus;) esse indignissimum nobilissimo hominis nomine:cum in hoc comprehẽdetur ipsum esse viliorem a iumentis, apud ea-

p Prou.c.12.

q Ezech.c.16.

r Prouer.c.28.

s Ecclesiastici, cap.33.

prudẽtiorem formica, quæ est animal tã exiguũ: q animaduertens Salomon his præcisis verbis vsus fuit. Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem & præceptorem, nec principem: parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Vsquequo piger dormies? qñ consurges à somno tuo? paululũ dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. *a* a quo pessimo morbo studẽs sua doctrina D. Hieronymus nos eripere dixit. *b* Sp aliquid boni ope risfacito, vt te sp diabolus occupatum reperiat. Quapropter Sanctissimus Patriarcha noster Benedictus *c* tã prudentissimè diuisit tempora, & horas nocturnas atq. diurnas, destinatas ad diuersas operationes: ita vt monachus illas opere perficiẽs nullo pacto ocio marcescet: Vbi nõnulla notatu dignissima Reuerendi Patres nostræ Congreg. Cassin. addiderunt ad perfectam dilucidationem ipsius regulæ textus, ad quem formalem textum remittimus pium lectorẽ. Enimuero quis non animaduertat quid contulerit ocium primis nostris parentibus? nonne ex pœnitentia iustissimè à Deo sibi imposita elici poterit ipsos peccasse, cũ essent ociosi in illo fœlicissimo paradiso terrestri: cum Deum dixisse (scriptum reperiatur) *d* post illorum præuaricationem præcepti de non comedendo de ligno vetito. Mulieri quoque dixit Deus, Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ vero dixit. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno: ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę: spinas & tribulos germinabit, tibi, & comedes herbas terræ: In sudore vultus tui vesceris pane, tuo donec reuertaris in terrã, de qua sumptus es. Nec obstare poterit nostrę assertioni id, quod scriptum reperitur. *e* Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Quasi indè prima fronte videretur posse elici contrarium, scilicet, quod immo Primus homo, & parens noster non fuerit ociosus in paradiso, sed occupatus in operando terram eius, & custodiendo paradisum iuxta Dei iussum. Ad quam obiectionem dupliciter respondebimus, Deo ipso dante. Nam primò, quod etsi ipsi Adæ tale opus iniunxerit Deus: ante præuaricationem non reperitur scriptum ipsum incepisse operari terram, nec hoc erit verisimile, cum ab hora creationis suę, & transgressionis effluxerint solummodo horæ sex infra quod tam breue temporis spatium verisimile non est ipsum Adam composuisse instrumenta, quibus operari terram posset: eo magis quòd nondum terra fuerat maledicta: & inde sequitur, quod tanquam benedicta ex se producebat herbas bonas & fructus, & nõ indigeb. t labore Adę in producendo fructus suos: quemadmodũ ipsa terra indiguit post peccatum ipsius Adę. Respondemus, & secundo cum Diuo Thoma, quod ille terminus ibi positus, *vt operaretur*, non denotet necessariam defatigationem Adæ in operando, sicut post eius peccatum: sed solum aliqualem delectabilem operationem, & occupationem: prout & hodie videmus hoc perfici a principibus, ac alijs magnatibus, qui in aliqua diei hora, vel post prandium, aut cœnam delectantur circumire viridaria, & euellũt herbas malas è medio bonarum, & florum. Vel in abscindere ramusculos aridos de paruulis plãtis, aut arboribus: quod quidem opus non arguit hominem fuisse occupatum semper, seu defatigasse, sed solum semetipsum recreasse huiusmodi iocundis occupationibus leuibus. Ad quod accedit, quod otio languere merito dicendi erunt, qui et pro maiori parte diei occupantur in ludo alearum taxillorum, & similium, licet aliquo respectu dici poterunt fuisse occupati: & quod peccatum Sodomitarum fuerit productum ex ocio, cui incumbebant ciues Sodomę & aliarum quin que ciuitatum conuicinarum, quas Deus omnipotens consumpsit igne & sulfure, *f* ex attestatione Ezechielis pphetæ supra relata didicimus *g* Nonne Dauid dũ occuparetur in pascẽdo grege patris sui fuit fortior vrso & leone, quos interfecisse ipsemet testatus est coram Saule, & deniq. virtute diuina interfecit Goliam gigantem in lapide & funda, dũ esset adolescens, *h* & post multas assequutas victorias, dum otio languesceret, surgens de strata suo post meridiem videns Bersabeam vxorẽ Vriç fidelissimi serui Dauid, lauantem se, adamauit eam, peccauit secum, & mandauit interficiendum fore ipsum Vriam gladio aduersariorũ? Quapropter polluit se peccato adulterij, & homicidij. *i* Quid ergo putamus productũ in adolescentibus regularibus? si tam immane scelus otium produxerit in Dauid homine sic prudente & Deo charo, de quo scriptum est. *k* Inueni Dauid seruum meũ, oleo sancto meo vnxi eum. Memorię imprimamus, obsecro, hoc pessimum virus otij quomodo peruerterit cor sapientissimi Salomonis. Nam postquã requieuisset a bellis, vt ipsemet testatur, *l* de quo Dns Deus loquens ad Dauid dixit: ego ero ei in patrẽ, & ipse mihi in filium. *m* & faciã eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitũ, & ob hãc causam pacificus vocabitur, & pacẽ & otium dabo in Israel cunctis diebus eius: ipse ædificabit domũ nomini meo: & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmabo soliũ regni eius super Israel in æternum: *n* & tandem cum perfecisset ędificium domus Dei, & suę, & omne quod optauerat: expletis autem annis viginti postquam ędificauerat dictas duas domos ipse Salomon, *o* & esset ociosus, de tam sapiente homine, & honorato à Deo subsequentia scripta reperiuntur, *p* videlicet. Rex aũt Salomõ adamauit mulieres alienigenas multas, filiã quoq. Pharaonis, & Moabitidas, Idumęas, & Sydonias & Cętheas, de gẽtibus quas dixit Dominus filijs Israel. Non ingrediemini ad eas, neq. de illis ingredientur ad vestras, certissime enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore: fueruntque ei vxores quasi reginę septingentę, & concubinę trecentę, & auerterunt mulieres cor eius: cumque iam esset senex deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo: sicut cor Dauid patris eius, sed colebat Salomon Astarthen Deum Sydoniorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Moloch idolum Amonitarum. Fecitque Salomon, quod non placuerat coram Domino: & non adimpleuit, vt sequeretur Dominum, sicut Dauid pater eius. Tunc ędificauit Salomon phanum Chamos idolo Moab in monte, qui est contra Hierusalem: & Moloch idolo filiorum Ammon: atque in hunc modum

a Prouerb. c. 6.
b S. Hieronymus.
c in sua regula c. 48.
d Gen. c. 3.
e Gen. c. 2.
f Gen. c. 13.
g Ezec. c. 16.
h 1. Regum. ca. 17.
i 2. Regum c. 11.
k Psal. 88.
l 3. Regum c. 5.
m 2. Reg. ca. 7.
n Paralip. c. 22.
o 3. Reg. c. 9.
p 3. Reg. c. 11.

dum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis. Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod auersa esset mens eius à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundo, & præceperat de verbo hoc ne sequeretur Deos alienos, & non custodiuit quæ mandauerat ei Dominus Deus: Dixitque Dominus Salomoni. Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum: & dabo tibi illud seruo tuo: Verumtamen in diebus tuis non faciā propter Dauid patrem tuum. Et quidem (meo iudicio) omnia supradicta describenda essent literis aureis: Cum ex ipsis quam facillimè deprehendatur, quam pestilentissimum sit vacare ocio, & non coactare carnem, deseruire spiritui, cum ancilla sit, & non domina: ne incurratur absurdum illud, scilicet, Ancillam dominari, & dominam ancillari. Quapropter meritò Sanctissimus Patriarcha noster Benedictus studuit nos monere abstinere ab ocio, tanquā ab inimica animæ in sua Sanctissima regula, *a* quod quidem prius nos edocere exoptabat Salomon ipse recēsendo laudes mulieris fortis. Nam inter alia hæc præcisa verba protulit dicens. *b* Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Fugiant ergo omnes Christi fideles, & præcipuè regulares otiū; sin alias (credant mihi) velint, nolint, incident in laqueos diaboli ex propria eorum vecordia incursa propter culpam præcedentem voluntariam, quam pœnitentiæ medicamento non curarunt purgare: cum non sint sanctiores Adam & Dauid, nec sapientiores Salomon, equi tamen ociosi peccauerunt.

a In ca. 48. vbi agitur de disponendis horis diei, & nobis.
b *Prouer. c. 31.*

De quarta Claustralium abusione, idest de Pertinacia senum volentium inniti proprio consilio.

§. Quartus.

QVæcunque scripta sunt ad nostram doctrinā scripta esse Attestāte Apostolo didicimus. *c* Quapropter nē & nos incurramus malum culpę, & pęnæ præparatum ijs, qui sibi sapientiores reliquis reputantes non solum in negotijs grauibus peragendis alios non consulunt, Verumetiam si casū aliquis charitatis ardore aliquod consilium præbere illis tentauerit, contra eundem acerrimè insurgunt: ac si iniuria eos grauiter affecisset, & hoc præcipuè si huiusmodi consultor esset iunior illis, re ipsa declarantes se esse immemores paternæ monitionis Sanctissimi Patriarchę nostri Benedicti in sua Sanctissima regula, *d* dicentis, quòd sępe Deus reuelet iuniori quod fieri expediat: & tuis suis loquens de monachis peregrinis suscipiendis inter alia bis præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Si qua tamen rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit, aut ostendit, tractet Abbas prudenter, nē fortè cum propter hoc ipsum Dominus direxerit: *e* Nonne Salomon dixit. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuę: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos: ne sis sapiens apud temetipsum. *f* & paulo post. Custodi legem atque consilium, & erit vita animæ tuæ, gratia faucibus tuis, tū ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget; si dormieris non timebis, quiesces, & suauis erit somnus tuus. *g*

c *Rom. c. 15.*
22
d *In c. 3. & 61.*
e *In Regula Sāctissimi Benedicti c. 61.*
f *Prouer. ca. 3. Diuus Hieron. in parabolis Salomonis, & habetur, in c. Ne innitaris, extra de const. & ibi per Doct.*
g *Prou. c. 3.*

cuius sapientis cōsilium Apostolus perpendens scribendo ad Romanos dixit. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos *h* Nonne in dedecus Hebræorum scripturum reperitur. Gens absq. consilio est, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent, & alibi, *i* si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris a via mala, ab homine, qui peruersa loquitur; qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas, qui lętantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum viç peruersæ sunt; & infames gressus eorum, & rursum ipsemet Salomon dixit. *k* Vbi non est gubernator populus corruet, salus autem vbi multa consilia, Et iterum. *l* Qui increpationes odit, morietur; non amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Cor sapiens quærit doctrinam, & os stultorum pascetur imperitia. Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium, vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur. Auris, quæ audit increpationes vitæ in medio sapientum commorabitur. Qui acquiescit increpationibus, possessor est cordis, & rursus. *m* Via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est, audit consilia; Et alibi. *n* Inter superbos semper iurgia sunt, qui autem agunt omnia cum cōsilio, reguntur sapientia. Attamen omnia agit cū cōsilio. Et rursum. *o* Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. Et iterum. *p* Cogitationes consilijs roborantur. & rursum. *q* Et erit salus vbi multa consilia sunt, Et iterum. *r* Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere, nisi quę eis placent: coram extraneo non facias consilium, nescis enim quid pariet, Et rursum. *s* Non affigas temetipsum in consilio tuo. Et iterum. *t* Vir consilij non disperdet intelligentiam, alienus, & superbus non pertimescet timorem: etiam postquam fecit cum eo sine consilio: & suis insectationibus arguetur. Fili sine consilio nihil facies, & post factum non pœnitebis. Ex his auctoritatibus Sacræ Scripturę, & alijs similib. quę non referentur breuitatis gratia, conuincuntur illi, qui indignè ferunt, & abhorrent consulere alios in negotijs grauibus & arduis, pestilitnere tare in caput suum, & si non minus sint dedecore, & pęna plectendi, qui monitiones, ac consilia sibi a iunioribus exhibita cum modestia, execrātur, cū comprobentur eos transgredi consilium nostri Sanctissimi Patriarchę Benedicti supra relati, & quòd Deus sępe reuelet iunioribus quę senioribus abscōdit, Sacra ipsa scriptura nos docuit, dū recensuit quomodo Deus reuelauerit puerulo Samueli ruinam domus & familię Heli sacerdos pro eo, quod ipse Heli non puniuerit filios indigna agentes, & scandalizantes populum. *u* Daniel nunc erat adolescens quando a Deo, & populo fuerat cōstitutus iudex pro eo qd Deus sibi reuelasset innocentiam Susannæ, & calumniam impiam illorum duorum presbyterorum, seu senum? Nam hęc ad verbū nobis retulit Sacra scriptura contigisse post promulgatam sententiam impiam à dictis senibus, videlicet. *x* Exclamauit voce magna Susanna, & dixit. Deus æternæ, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant. Tu scis, quia falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior: cum nihil horum fecerim, quę isti malitiosè composuerunt aduersus me. Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Cumque duceretur

h *Ro. c. 12.*
i *Prou. c. 2.*
K *Prou. c. 11.*
l *Prou. c. 15.*
m *Prou. c. 12.*
n *Prou. c. 13.*
o *Prou. c. 19.*
p *Prou. c. 20.*
q *Prou. c. 24.*
r *Eccl. c. 8.*
s *Eccl. c. 30.*
t *Eccl. c. 32.*
u *1. Reg. c. 3.*
x *Dan. c. 13.*

Digitized by Google

ad mortem, suscitauit Dominus Spiritum san-
ctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, & ex-
clamauit voce magna, Mundus ego sum à san-
guine huius. Et conuersus omnis populus ad
eum dixit. Quis est iste sermo, quem tu locutus
es? Qui cum staret in medio eorum ait, sic fa-
tui estis filij Israel, non iudicantes, neq. quod ve
rũ est cognoscentes condemnastis filiam Israel?
Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimo-
nium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est
populus cum festinatione, & dixerunt ei senes:
Veni & sede in medio nostrum, & indica nobis,
quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et
breuiter recensendo finem historiæ dicimus ibi
subsequenter haberi, quòd senes illi fuerunt
comprobati a Daniele falsum testimonium di-
xisse aduersus Susannam: quapropter innocens
Susanna a morte liberata fuit, & senes lapidib.
obruti interierunt, omni populo benedicente
Deum, qui liberat innocentes. Ex his ergo pa-
tuit quam fatui sint illi senes, qui nolunt audire
bonum consilium adolescentiorum, ac per con-
sequens apertissime constituit regularium abusio
nem hanc esse.

De quinta claustralium abusione scilicet, de Curialitate eorum: nam esse causidicos eis est prohibitum, sicut & obsequiũ pręstare in curijs Principum, & vagari extra claustra.

§. Quintus.

QVàm maxima abusio fit regularẽ effici cu-
23 rialem, ex pęna talib. de iure inflicta, & infli
genda facillime deprehendetur. Sed vt omnia
afferenda magis percipi possint, operæprecium
duximus ethymologiam ipsius termini pręmitte
re. Sciendum igitur quò Curialis (quoad tẽ no-
stram attinet) dicitur is, qui nexib. curię ligatus
principib. adulatur. *a* Non negabimus quoq. quod
curiales dicãtur aduocati & procuratores in cau
sa sanguinis & etiam ciuili, & milites, seu officia
les exercẽtes pęna. *b* largissimo vero sumpto hoc
vocabulo, curiales, veniũt oẽs officiales curiarũ.
His ergo breuiter pręmissis, hoc munus curiali-
tatis oĩbus regularib. esse prohibitum cõproba-
tur. *c* Nam Monachus (vt docuit S. Hierony-
24 mus) non docentis, sed plangentis habet officiũ,
qui vel se, vel mundum lugeat, & domini paui-
dus prælloletur aduentum. Idipsum rursus do-
cuit. Idem Hieron. scribens ad Paulinum. *d* Si
cupis esse quod diceris, monachus, idest solus:
quid facis in Vrbibus, quæ vtique non sunt so-
lorum habitacula, sed multorum: Habeto simpli
citatem columbæ, ne cuiquã machineris dolos,
& serpentis astutiam, nè aliorum supplanteris
insidijs. Audiamus modo quid de hoc sense-
rit Eugenius Papa vtens his præcisis verbis. *e*
Placuit communi nostro Concilio, vt nullus mo
nachorum pro lucro terreno de monasterio exi-
re nephandissimo ausu præsumat; Neque pœni
tentiam dare, neque filium de baptismo accipe-
re, neque baptizare, neque infirmum visitare,
neque mortuum sepelire, neque ad Ecclesiam
secularem transire: neque alijs quibuscumque
negotijs sese implicare: sit claustro suo conten-
tus, quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine
monasterio monachus; sedeat itaque solitarius,
& taceat, quia mundo mortuus est; Deo autem
viuit, agnoscat nomen suum. Monos enim græ-
25 cè, latinè, est vnus: Achos gracè, latinè, est tri-
stis. Vnde dicitur monachus, vnus tristis: sedeat
ergo tristis, & officio suo vacet. Concilium au-
tem Calcedonense his verbis idipsum docuit. *f*
Quidam monachi nihil habentes sibi iniunctũ
a proprio Episcopo, interdum vero etiam illi,
qui ab eo fuerunt excommunicati, veniunt ad ci
uitatem Constantinopolitanam: & in ea pertur
bationes tranquillitati Ecclesiasticæ inferunt, &
diuersorum domos corrumpunt; statuit igitur
Sancta Synodus hos primum commoneri, vt e-
xeant a regia Ciuitate, demum eos inuitos eij-
ci, ac inde per defensorem compelli, vt ad sua
loca redeant. Pelagius, vero Papa scribens ad
Paulinum solitariũ his præcisis verbis vsus fuit.
g Probinum Samatię & Milianum, atque Pro-
binianum, vel alios pseudomonachos Ioanni de
fensori pręcepimus, vt eos debeat detinere, qua-
tenus (si quam desiderant suæ contentionis ra-
tionem cognoscere) ad nos vt informentur, de-
beat exhiberi. Certè si sola obstinatione ab ec-
clesiastico corpore sunt scissi, in Reatina, sicut pe
tisti, insula, vt exulent; prædicto defensori duxi-
mus iniungendum. Ipsemet Pelagius rursus
eadem docens dixit. *h* De præsentium porti-
tore, quod defensor factus non est, nulla vobis
animi molestia sit; quia satis valde amarissimum
26 habeo de isto proposito ad aliud officium ho-
mines deduci; in quo nullo modo quæ a mona-
chis Deo promissa sunt, valeant adimpleri: om-
nimodo enim est illius habitus, & istius officij
diuersitas; illuc enim quies, oratio, labor ma-
nuum: at hic causarum cognitio, conuentiones,
actus, publica litigia, & quæcunque, vel ecclesia-
stica instituta, vel supplicantium necessitas po-
scit; faciat autem Deus, vt tales sint hi, vel qui
a nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monaste
rijs crescunt; vt prouecta ætate, & vita probata
non ad litigiorum officia, sed ad sacerdotium va
leant promoueri. Innocentius vero III. Papa
de hoc idem loquens apertius procedit dicens.
i Quantò deuotio religiosorum, Et infra. Ad
audientiam nostram noueritis peruenisse quòd
monachi, canonici, & alij regulares tuæ prouin-
ciæ cum deberent potius in claustro iuxta regu-
laria constituta diuinis obsequijs vigilare de obe
dientijs & redditibus, quorum curam gesserũt;
pecunia congregata claustrum abhorrentes per
curias Principum, & potentum discurrere non
verentur. Mandamus quatenus quoscumque
tales inueneris, ad commonitionem tuam resi-
puerint, vt proprium in manibus prælatorum
suorum sine difficultate designent, conuerren-
dum in vtilitatem domus secundum Abbatis
Consilium, & regularem vitam obseruent. Si
prælati eorum post tuam commonitionem id
exequi negligenter omiserint per suspensionem
officij, & beneficij, appellatione remota, com-
pellas. De eadem materia Eugenius Papa scri-
bens ad Lucensem Episcopum his præcisis ver-
bis vsus fuit. *k* Sacerdotibus, & clericis tuis
denuncies publicè, ne ministri laicorum fiant,
nec in rebus eorum procuratores existant,
quod si postmodum facere præsumpserint oc-
casione ipsius administrationis propter pecunia
riam causam deprehendantur in fraude: indi
gnum est eis ab Ecclesia subueniri, per quos con
stat in Ecclesia scandalum generari. Alexander
vero Papa Tertius, apertius idipsum prohibuit
dicens. *l* Si vero exierint, & ad claustrum suum

a elicitur ex ca. Nonne. dist. 37. ex c. Qui in ali quo. dist. 51. & ibi per Doct.

b c. Aliquantos. & c. sequẽ. dist. 51. & ibi per Doct.

c c. Monachus. 16. q. 1. & ibi per Doct.

d c. si cupis. 16. q. 1. & per Docto.

e c. Placuit 16. q. 1. & ibi per Doct.

f c. Quidã Monachi. 16. q. 1. et ibi per Doct.

g c. Probinum. 16. qu. 1. & ibi per Doct.

h c. De præsentium. 16. q. 1. et ibi per Doct.

i c. Quanto deuotio. extra de off. ordin. & ibi per Doct.

k c. sacerdotib. extra ne Cler. vel mona. et ibi per Doct.

l c. Non magnopere. §. pr. ext. Ne cler. vel monach. & ibi per Doct.

infra duorum mensium spatium non redierint; sicut excommunicati ab omnibus euitentur, & in nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur. Reuersi autem in choro, capitulo, & mensa, & ceteris vltimi fratrum existant: & nisi forte ex misericordia sedis Apostolicæ, totius spem promotionis amittant. Qui Papa Alexander idipsum statuit dicens. *a* Sed nec procurationes villarum, aut iurisdictiones etiam seculares, sub aliquibus principibus, & secularibus viris, vt iustitiarius eorum fiat, clericorum quisquam exercere præsumat: si quis autem aduersus hæc venire tentauerit (quia contra doctrinam Apostoli) dicentis, *b* Nemo militans Deo implicet se secularibus negotijs) seculariter agit, ab ecclesiastico ministerio alienus, pro eo q; officio clericali neglecto fluctibus seculi, vt potestatibus placeat, se immergit. Districtius autem decernimus puniendum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum ausus fuerit attentare. Qui Papa Alexander III. eadem scribens Londonensi Episcopo repetijt dicens. *c* Secundum instituta prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi, nec clerici causa lucri negotientur, & ne monachi à clericis, vel laicis suo nomine firmas habeant, & rursus idem Alexander III. dixit. *d* Relatum est, quod monachi de H. seculariter viuunt, & alios exemplo suo corrumpunt. Ideoq. mandamus quatenus eos ad obseruantiam regulæ, appellatione remota, compellas, vel si tibi restiterint ausu temerario, eis eiectis, fratres alterius ordinis (si non potest præscriptum monasterium reformari) in illud inducas, vt labores impiorum iusti edant: & illi tandem rubore perfusi ad sui ordinis obseruantiam reuertantur. Idipsum prohibuit Clemens Papa V. dicens. *e* Quia nonnulli monachorum ipsorum (sicut accepimus) suaui iugo obseruantiæ regularis abiecto. Interdum proprijs relictis monasterijs se in eis securè non morari fingentes, vel alio colore quæsito, per curias Principum euagando discurrunt, & nisi à prælaris eorum, petita pensio, vel subuentio assignetur eisdem, conspirantes in illos, eisq. proditionem, vel alia grauia imponentes, eos capi, & incarcerari, ipsorumque monasteria comburi procurant: & interdum ipsorum monasteriorum bona in totum, vel in partem non modica occupare præsumunt. Nos eorum in hac parte reprobis ausibus obuiare volentes: hoc edicto perpetuo prohibemus, ne monachi, aut regulares Canonici administrationem aliquam nō habentes ad curias Principum absque speciali prælatorum suorum licentia se conferre præsumant: quod si vt suis prælatis aut monasterijs damnum aliquod inferant, ad dictas curias se cōferre præsumpserint, excommunicationis sententiā eos incurrere volumus ipso facto. Prælatis eorū districtè nihilominus iniungentes, vt ipsos à prædictarum curiarum accessu, & alij quibuslibet vagationibus, & discursu diligenter compescere, ac super hoc non parentes eisdem, seuere corrigere non omittant. Audiuimus hucusque quid decreuerint summi Pontifices circa curialitatem monachorum, audiamus modo quid præceperit nobis Sanctissimus Patriarcha noster Benedictus & Reuerendi Patres regiminis Congregationis nostræ Cassinensis. Quapropter sciēdum q; huiusmodi vagationem monachorum prohibuerit ipse Sanctissimus Benedictus. Nam dixit. *f* q; vindictæ regulari subiaceat is, qui præsumpserit claustra monasterij egredi, vel quocunq. ire, vel quippiam quāuis paruū sine Abbatis iussione facere, & alibi dixit idem Sanctus. *g* Monasterium autem si possit fieri, ita debet construi, vt omnia necessaria sint, idest aqua, molendinum, hortus pistrinum, vel artes diuersæ in monasterio exerceantur: vt non sit necessitas monachis vagādi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Reuerendi Patres regiminis nostræ Congregationis Cassinensis idipsum prohibuerunt his præcisis verbis; nam primo dixerunt. *h* Caueant aūt superiores, ne permittant monachos vagari per ciuitates, & rursus dixerunt, *i* Prohibemus autem fratribus nostris, negotia, et lites consanguineorum, affinium, aliorumq. secularium amplectī, & præsertim, ne ad tribunalia quęuis accedant, nisi ex vrgentissima causa à prelato cognoscenda, & iterum dixerunt, k Ordinamus, quod temporalia monasteriorum nostrorum negotia per seculares, aut commissos potius quam per monachos tractentur, præsertim in emendis rebus, quę quotidiano vsui sunt necessariæ. Ex his ergo omnibus patuit pessimum esse monachos esse curiales, vel causidicos, nisi pro seipso, vel monasterio suo, vel (si necessitas immineat) pro personis coniunctis, aut miserabilib. Abbate nihilominus hoc ipsis regularibus imperante. *l*

a c. Sed nec. ext. de cler mona. et ibi per Doct.

b 1. Thi. c. 2.

c c. secundum instituta extra, Ne cler. vel monach. & ibi per Doctores.

d c. Relatū. ext. Ne cler. vel monach. & ibi per Doct.

e Clem. 1. de sta. mon. & ibi per Doctores.

f In regula cap. 67.

g In regula ca. 66.

h In declaratorio regula super c. 6. num. 7.

i In declaratorio regula super c. 67. n. 13.

k In declaratorio regulę super c. 31. in Diuisione, nu. 3.

l c. 1. 2. & 3. extra, de postulando. vbi communiter per Doctores.

De sexta Claustralium abusione, scilicet de vitio proprietatis, seu proprij peculij detentione contra votum paupertatis ab ipsis emissum.

§. VI.

QVam pestiferum in regularibus sit virus ex vitio proprietatis procedens cōtra propriū, & peculiare eorum votum, quam facillimè cognoscemus (Deo Optimo Maximo duce) si accuratissimè inquiremus, primo cuius speciei scelus sit ipsum proprietatis vitium: & quidem ipsum fore reducendum capitali auaritię, & contra pręceptum Dominicum de non furando, quod quā facillime animaduertemus ponderantes ipsam furti legitimam definitionem, quę enim fugiat ignoro furti hanc legitimam definitionem: inquantum ipsum furtum comprehendit rapinā, latrocinium, prędam, & huiusmodi. Definiemus tamen furtum tali pacto. Furtum est contrectatio rei alienę mobilis & corporalis fraudulosa inuito domino, lucri faciendi gratia siue ipsius rei, siue possessionis. *m* Diximus primo *Contrectatio.* Quia sine ea nō esset furtū, etiamsi voluntas furandi adsuerit quoad homines, *n* secus quoad Deum, *o* & ratio est, quoniam huiusmodi concupiscentia speciali pręcepto diuino reperitur prohibita, nempe per Verba illa. Non concupisces rem proximi tui. Secundo dicitur. *Rei alienæ:* quia in re propria non poterit esse furtū propriè sumptum; nisi in ea alius haberet aliqd ius, puta, quia res illa fuerat sibi impignorata, aut cōmodata, vel quid simile, *p* & si non negemus peccatum furti committi quoad Deum etiam in propria, quę tamen creditur aliena, & non committitur in re aliena, si probabiliter credatur propria. *q* Tertio dictum fuit. *Mobilis, & corporalis,* Quia in immobilib. vt est ager, & in incorporalibus, vt sunt actiones, & seruitutes, nō committitur furtū, *r* & ratio potissima est (quia tali nequeunt attrectari. Quarto. *Fraudulosa.* Quia sine animo furandi non est furtum, vt con-stat in eo, qui alienum sibi retinuit, putans esse suum

m ex l. 1. ff. fur. & ibi per Doc.

n Vbi sup. §. 1. & ibi per Doc.

o c. Vulgaris, e. si propterea, de Pęnit. dist. 1. & c. in fin. 14. q. vlt. & ibi per Doct.

p l. cū ex pignori, & in l. si is, quirē, la prima, ff. furt. & ibi p Doct. & S. Th. in 2. 2. q. 71.

q Inst. vi bono. rapt. §. quia tamen.

r l. Verum. la prima. ff. de fur.

suum vel putauit posse accipere ab eo, qui habebat ibi ius, licet huiusmodi alienum possidentes, si postmodum ad eorum notitiam deuenerit se non esse legitimos possessores dictorum bonorum, ad talium restitutionem teneantur. Quinto. *Inuito Domino*, Quia si quis crediderit Dominum permissurum, & subesset iusta causa credendi, non tenebitur restituere, secus si non subesset, *a* & in dubio præsumitur Dominus inuitus, *b* sed summopere erit notandum, quod dicetur Dominus inuitus, etiamsi videat rem auferri, & non contradicat scilicet ex timore, vel verecundia. *c* Nam alias non contradicendo cum posset, videbitur ipsum consentire. *d* cum is qui tacet, etsi non fateatur, tamen nec negare videtur, quoniam scienti, & consentienti non fit iniuria neque dolus. Quapropter merito Albiganensis Episcopus fuit priuatus suo Episcopatu pro eo quòd in sua præsentia permiserat quendam sibi subditum per iudicem subijci ferro candenti, & postea suspendi. e Sexto. *Lucrifaciendi gratia*, Quoniam si quis alienam ancillam rapuerit, non causa lucri, sed libidinis, furtum nõ committet. *f* Septimo & vltimo dicitur in furti definitione. *Ipsius rei, vel vsus, siue possessionis*. Quia non solum committit furtum, qui rei dominium vult lucrari, verum etiam qui vult in ipsa re lucrari vsum, & possessionem. *g* His ergo necessario præmissis, vt ad veram intelligentiam afferendorum pertingere potuissemus. Sciendum ergo, quòd proprietarius dicendus erit fur & latro bonorũ, quæ de iure monasterio fuerant acquisita mediante persona ipsius proprietarij, quando professio eius fuisset valida, vt paulo post latius dicetur; & de tali sermo habebitur per se, & si per accidens ad maiorem dilucidationem huius materiæ loquendum erit etiam de bonis Nouitiorum: cum quam facillimè possit moueri lis ante Visitatores a monasterio, in quo dictus nouitius professionem regularem emisisset contra monasterium, quod prius fuerat ingressus & donassent ipsi nouitij aliqua sua bona & postea ipsum egredientes, non reuocata donatione iam facta sibi, ingressi fint aliud monasteriũ, & ibi professionem emiserint solemniter non reuocata expressè dicta donatione: & eorum, qui emiserunt professionem de iure nullam. Procedam tamen breuiter Deo fauente. Memoriæ igitur commendanda erunt subsequẽ

31 tia. Sciant ergo Reuerendi Visitatores, primo quod si quis Nouitius ante professionem omnia bona sua donasset expressè alicui monasterio, ad quod se contulerat, & post talem donationem deposito habitu nouitiali egressus tale monasterium, & aliud ingressus, in quo postea emisit professionem: in dubio videtur dicendum ipsum illa donasse dicto primi monasterio ratione suæ personæ, quia non est verisimile, quòd spoliasset se omnibus bonis suis inde transeundo, ideoque recedendo reuocat: & ratio potissima est, quia videtur illa donasse dicto priori monasterio causa mortis mundanæ: Vnde tali morte non sequuta per professionem reuocari poterit, sicut & donatio causa mortis vulgaribus iuribus: & ratio est, quoniam aut ipse Nouitius ante suam professionem factam in secundo monasterio expressè reuocauit dictam primam donationem factã priori monasterio, & dicta bona postea donauit ipsi secundo monasterio. Aut expressè non reuocauit & tunc dicend m erit, quòd secundum monasterium ipso iure succedit tamquam hæres dicti professi, & sicut ipse se non priuauit potestate reuocandi talem donationem per ipsius egressum a dicto primo monasterio: sic videatur ipsam donationem fuisse conditionalem scilicet, si ibi fuisset ciuiliter mortuus per professionem: sic posset agere secundum monasterium iure hæreditario, & per reuocationem tacitam factam per eiusdem egressum a dicto priori monasterio: ita & per donationem etiam tacitam factam secundo monasterio, cum adsit eadem ratio in vtroq. & per consequens idem ius. Sed si donasset solum aliqua et non omnia bona sua priori monasterio, tunc non videtur in dubio donasse causa ingressus, nec recuperabit. Et ratio est secundum Innocentium. *h* cum beneficium ingredientis religionem non vacet nisi post annum probationis, aut alias de consensu ipsius constet. Nam ipsa bona (vti diximus) non transeunt ad monasterium, sed permanent penes nouitium, ex quo non est professus. *i* Quapropter per optima distinctio erit, quòd aut huiusmodi monasterium ingrediens dedisset aliqua in puncto ingressus, aut postea ex interuallo: si ergo donasset in puncto ingressus, videretur donasse ratione ingressus: sed si ex interuallo, aut alijs coniecturis præsumi poterit, quod non causa ingressus donauerit: quia (tunc cum fuerit perfecta donatio, non reuocabitur: & hæc omnia erunt intelligenda in foro causarum: quoniam in foro poli, vbi sciri posset probabiliter, quòd donauerit solum causa ingressus, & non aliter semper recuperabit, k & hæc vtique procedunt de iure communi antiquo, non autem de iure communi moderno cum in sacro Concilio Tridentino, *l* hæc ad verbum habeantur, videlicet. Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque causæ piæ valeat, nisi cum licentia episcopi, siue eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem: & non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione, aliter verò facta, etiam si cum huius fauoris expressa renunciatione, etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus. Ex quibus quam facillime deprehenditur dictam donationem factam dicto primo monasterio in foro fori habendam fore pro nulla & nullius virtutis. Quapropter bona illa transibũt ipso iure ad secundum monasterium: in quo pro

32 fessus fuit solemniter. Secundo sciant ipsi Visitatores quòd ad professum (cuius professio aliqua de causa fuerat de iure nulla) bona, quæ tacitè transierant ad dictum monasterium, in quo huiusmodi professio nulla emissa fuerat, redeunt: quia accessorium semper sequitur suum principale. *m* etiam si dictus professus nullitet expressè illa contulisset dicto monasterio, credendo tamen dictam professionem esse validam: nam etiam in tali casu ipse reuocat talem donationem: cum videatur non fuisse adimpletam conditionem implicitam dictæ donationis scilicet factæ causa mortis ciuilis. Et ratio est, quoniam si quis instituisset hæredem aliquem, quem credebat esse filium suum: auferentur demum illi bona, si constiterit eum non esse filium suum, *n* Tertio animaduertant Visitatores, quòd ad professum, cuius professio fuit de iure nulla, non redeunt bona illa, quæ ratione dictæ professionis fuerant acquisita monasterio, in quo illam emiserat nisi liter: si dum illam emitteret pro certo sciebat suã professionem fore de iure null: max ratio est potentissima. Nam tunc videretur illa bona in omnem casum donasse, cum in re sua quisq; sit moderator & rector, & renuntiare quisq; possit iuri suo, iurib. vulgaribus apertissime elicitur, ex supra

a l. si is qui rẽ. ff de fur. & ibi per Doct.
b l. qui Vas, §. Vetare, ff. furti. & ibi per Doc.
c l. pen. ff furt. & ibi per Doc.
d Arg. in c. Error. et trib. cap. seq. dist. 83. c. It qui tacet & ca. Scienti, & consentienti, de regu. iur. in 6.
e c. Ex literis, de except. Prel.
f l. Verum la 2. alias incip. l. Certum, ff. furti. & ibi p Doc.
g l. qui inuentã, ff. furti.
h Innocentius in c. Beneficiũ de reg. iur. in 6.
i Elicitur ex c. Beneficiũ de regu. iu. in 6. et ibi per Doct. et Panor. in c. Quod a te, extra de cler. coniug.
K Syl. in ver. religio. 4. §. 10. quæritur.
l In Conc. Triden ses. 25. c. 16.
m ca. Accessoriũ de reg. iur. in 6. & ibi per Doct.
n l. si pater. C. de hær. instit. et ibi per Doct. & Syluest. in ver. Relig. 4. §. 10. quæritur. ver. si vero fecit professionem.

Digitized by Google

pra hucusque recensitis. a Quarto sciant Reue-
33 rendi Visitatores quòd bona professi legitimè, & secundum iura translata ad monasterium, in quo professionem emiserat virtute suæ professionis quoad vsumfructum solummodo transibunt ad aliud monasterium, in quo dictus professus fuisset deputatus ad peragendam pœnitentiam propter peccatum suum, ne dictum monasterium grauetur iniustè in expensis, faciendis dicto professo ita ad ipsum translato in victu & vestitu & alijs necessarijs, & si post peractam pœnitentiam fuisset denuo assignatus monasterio suæ professionis, & post mortem ipsius naturalem dictus vsusfructus remeabit ad dictum primum monasterium; & sic consolidabitur cum proprietate. b & idem iudicium erit de monacho seu regulari professo expulso a monasterio suæ professionis, etsi licitè transeat, ad alia monasteria: & ratio est quoniam huiusmodi expulsio siue absolutio ab obedientia prælati dicti monasterij est magis ad pœnam, quam ad præmium: ac per consequens reperitur in vtroque identitas rationis. c Quinto. Reuerendos Visitatores nō fugiat exopto, quòd bona professi proprio vitio fugientis a monasterio suæ professionis, iam ipsi monasterio acquisita quomodolibet; ipse professus numquam recuperabit: immo quocumque ille se contulerit, poterit eum Abbas seu prælatus eius cum omnibus bonis ab ipso acquisitis post fugam vendicare: ac per consequens inde fit, quod quicquid acquirit monachus etiam fugitiuus acquirat monasterio suæ professionis, quantumcumque illa acquisiuisset in partibus remotis a monasterio. d quod & apertius videtur confirmasse felic. record. Pij Quinti in bulla extensionis priuilegiorum ordinis mendicantium pro congregatione nostra Cassinensi in anno 1568. in §. Prohibemus quoque his præcisis verbis videlicet. Prohibemus quoque ijsdem ordinarijs, ne aliquomodo se Intromittant in bonis dictorum fratrum extra claustra suorum monasteriorum pro tempore degentium, siue decedentium: & quamuis in habitu, siue absque habitu moriantur, volumus quòd eorum bona mobilia & immobilia ad ordinem, quem professi sunt, pertineant disponenda, iuxta constitutiones, seu ordinationes præfatorum ordinum, neque illa ordinarij prædicti occupare præsumant, immo huiusmodi, & ad habitum religionis reuertentiū bona omnia monasterijs ipsis (cum ea, quæ acquirit monachus, & iure monasterio acquiran-
34 tur) pertinere etiam decernimus. Sextò sciant ipsi Reuerendi Visitatores quòd bona professi (qui legitimè secessit a monasterio suæ professionis, vt puta, si se transtulisset ad aliud monasterium, vel prælaturam debitis medijs, quæ per emissionem suæ professionis iam transierant ad dictum monasterium, non recuperabit, sed erunt monasterij suæ professionis, e & ratio patentissima istius decisionis est, quoniam secundum f Bart. Frater minor auctoritate Papę transiens ad episcopatum, vel aliam religionem, quę habere potest in communi, non recuperat bona sua iam alteri quæsita; siue dicamus, quod hæc sit restitutio in integrum primum statum separatum. g Sed si bona paterna non fuissent alteri quæsita, puta, quia adueniente tali translatione legitima dicti professi, adhuc viuerent ipsius parentes, quibus debebat succedere; nam tunc illis succedet ipse & non monasterium suæ professionis; si illi regulares, ad quos transijt, sint capaces hæreditatis, quia per talem translationem restitue-
tur ad omnia. h Septimo. quam facillimè ex supra recensitis poterunt intelligere Reuerendi Visitatores, quòd Professus quisque in religione approbata tenens apud se, vel alium, peculium aliquod sine permissione & voluntate Abbatis
35 seu prælati sui, merito dicendus erit fur & latro, quamuis illud sibi obuenisset aliunde, quam ex redditibus monasterij, & ratio patentissima est, quoniam de iure dicenda erunt acquisita, & incorporata monasterio suæ professionis, vt docuit Sacrum Concilium Tridentinum. i ergo nisi quam primum restituerit dictum peculium monasterio, vel reuelauerit suo prælato cum proposito disponendi de ipso ad beneplacitum ipsius, cuius administratio debetur, tanquam dispensator bonorum monasterij, erit semper in peccato mortali, ac per consequens in statu damnationis tanquam detentor iniustus bonorum
36 monasterij, cum non multum intersit (auctore Innocentio III. Papa) quoad periculum animæ iniustè detinere, vel inuadere alienum. k figuram pœnæ infligendę proprietarijs videtur suffecisse id, quod contigit Ananiæ & Saphyræ, qui non omnia, quæ possidebant obtulerunt ad pedes Apostolorum, fingentes omnia detulisse, ex cuius fraude diuino iudicio morte repentina interierunt coram ipsis Apostolis & populo. l Ad memoriam reuocent doctrinam Sanctissimi Patriarchæ Benedicti. & insuper Octauo, ipsi Reuerendi Visitatores audiant quid docuerint summi Pontifices de hoc vitio proprietatis, omnino radicitus euellendo de cordibus regularium. Non
37 ne Gregorius Papa scribens Ianuario Caralitano episcopo vsus fuit his præcisis verbis? videlicet. m Quia ingredientibus monasterium conuertendi gratia, vlterius nulla sit testandi licentia, sed vt res eorum eiusdem monasterij sint aperta legis diffinitione decretum est. Et rursus idem Gregorius Papa scribens Cypriano diacono hæc præcisa verba protulit videlicet. n Perlatū ad nos est Petronillam nomine, de prouincia Lucania progenitam, per exhortationem Agnelli episcopi fuisse conuersam, resque suas omnes, quas habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen easdem monasterio, in quod ingressa est, etiam spiritualiter donationis titulo contulisse. Econtra Paulus primus heremita in testamento colobium suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit, tunicam vero beato Antonio, sed aliud est de his, qui in monasterium ingressi se et sua tradiderunt, aliud de his, qui solitariam vitam ducentes se nulli Ecclesiæ tradere possunt, illi semel tradita nulli tradere possūt; isti nulli oblata, liberi testari valent. Idipsum reperitur cautum iure ciuili canonizato verò; His verbis videlicet. o Si qua mulier, aut vir monasticam vitam elegerit, etiam intrauerit monasterium liberis non extantibus, monasterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus, (& in fine) Nunc autem cum monachus factus esset, hoc ipso res suas omnes obtulisse videatur, si prius testatus non sit. Idipsum nos docuit sacrum Concilium Lateranense his præcisis verbis, videlicet.
38 p Qui peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum, a communione remoueatur altaris, & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam, quod etiam de vniuersis religiosis præcipimus obseruari. Abbas autem, qui ista diligenter non cauerit officij sui iacturam nouerit se incursurum, & Clemens Papa

pa

a Arg. in d. l. Pater. et ibi per Doct. Syluestr. vbi sup. in ver. si vero sciebat.

b c. De lapsis. 16. q. 6. vbi per Doct. & gl. in ver. sed res eorū, & in l. 1. §. Qui mortis. ff. Ad Tertul. & ibi per Doct. & Syl. vbi sup. in ver. si aūt professio tenuit.

c Argu. in d. c. de lapsis, & dicto §. Qui mortis, et ibi p Doc. & præcipuè per Panorm. in c. in præsentia, in fine. ext. de Prob. & Syl. vbi sup.

d Per tex. apertissimū in c. Abbates. 18. q. 2. et ibi per Doct.

e Per tex. apertissimū in c. Statutum. 18. q. 1. et ibi cōiter per Doct. & Syl. vbi sup. in ver. ergo aūt dico. et g Archid. ibid.

f Bar. in tract. minoritarum lib. 4.

g l. 2. & l. Tutor. C. de sent. pass.

h l. 1. C. de sēt. pass. & in l. 1. §. Qui mortis. ff. Ad Tertul. & ibi Doct.

i in sess. 25. c. 2.

k c. Sæpe cōtingit. ext. de Restit. spolia. et ibi per Doct.

l Actuum c. 5. Sāctissimus Benedictus in reg. sua c. 57.

m c. Qui ingredientibus 19. q. 3. & ibi p Doc.

n ca. Perlatum est. 19. q. 3. & ibi per Doct.

o c. Si qua. 16 q. 3.

p c. 2. extra. de statu monach. et ibi cōiter per Doctores.

Digitized by Google

a c. super quodam extra. de statu monach. & ibi per Doct.

pa III. loquens. *a* de quodam canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet a Priore suo commonitus, proprium, quod contra regulam latenter habuerat, noluit resignare, & sic diem clausit extremum, & fuit inter alios fratres traditus sepulturæ, quod audiens ipse Papa taliter respondit dicens. Inquisitioni tuæ taliter respondemus: quòd ille canonicus non tantum fuit Christiana sepultura priuandus: verum etiam si sine maximo scandalo potuit fieri, de ipsa projci dignus est ecclesia. Hoc autem cum fortè contigerit in similibus est agendum. Idipsum docuit Innocentius III. *b* cuius verba supra in probationem §. quinti retulimus. Videatur ibi. Idipsum docuit S. Augustinus dicens. *c* Non dicatis vos aliquid habere proprium, sed sint vobis omnia communia. Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occultè literas, vel quodlibet munus accipiat: si hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro eo: si autem deprehenditur, atq; conuincitur secundum arbitrium presbyteri, vel Præpositi grauius emendetur. Cũ huius nostræ Congregationis fratres non solum facultatibus, sed voluntatibus proprijs in ipsa ordinis susceptione renuntiauerint: & semper promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint: certum est eos nihil habere, possidere, vel accipere sine superioris licentia debere: quòd si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cui quam aliquid offerre voluerit: primo quidem priori insinuetur, & sic suscipiatur, si ipse mandauerit: de quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod priori placuerit. Audiuimus quid senserit Diuus Augostinus de peculij retentione; audiamus modo quid nos docuerit de eadem materia loquens Innocentius III. *d* Prohibemus quoq. districtè in virtute obedientiæ sub attestatione diuini iudicij: ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprij totum incontinenti resignet. Si verò post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere regulari modo prædicto de monasterio expellatur, nec recipiatur vlterius, nisi pœniteat secũdum monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte ipsa, cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilino subterrentur secundum q̃ B. Gregor. narrat in Dialogo se fecisse. Vnde si alicui quicquam specialiter fuerit destinatum, non præsumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellerario assignetur. Nec a stimet Abbas, q̃ super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispẽsare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulę monachali: vt contra eam nec summus Pontifex possit indulgere licentiam. Hæc præcisa verba protulit Innocentius III. quæ velim imprimãtur cordibus regularium: qui memores esse debent quomodo hanc pœnam prædixerit Salamon dicens. Est *e* & alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole; Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui: pereunt. n. in afflictione pessima. Eo magis q̃ nouissimè de hoc loquens sacrum Concilium Tridentinum *f* his pręcisis verbis vtitur. Nemini igitur regularium tam virorum, quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuscũque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus possidere, vel tenere: sed statim ea superiori tradantur, conuentuique incorporentur. Nec deinceps liceat superiori bona stabilia alicui

b c. Quarto de ratio. extra de offi. ord. & ibi p Doct.

c c. Nõ dicatis 12. q 1. et ibi per Doct. & in specie per Card. a Turrecr. et per Præpositum.

d c. Cũ ad monasterium. §. 1. & §. fin. ext. de statu monach. & ibi cõmuniter per Doct.

e Ecclesiastes c. 5.

f Cõcilium Trid. in sessio. 25. c. 2. incip. Nemini.

regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum, monasteriorũ, seu conuentuum ad solos officiales eorundem ad nutum superiorum amouibiles, pertineat. Quod si quis quidquam tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua & passiua voce priuatus sit: atq; etiam iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones puniatur. Audiamus obsecro (Reuerendi Visitatores) quę nos docuerit sanctissimus Patriarcha noster B. nedictus, & Reuerendi Rectores nostræ Congregationis Cassinensis in declaratorio regulæ: Nonne his præcisis verbis vsus fuit ipse sanctus legifer noster? *g* Præcipuè hoc vitium amputetur de monasterio, ne quis præsumat aliquid dare, aut accipere sine iussione Abbatis, neq; aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neq; codicem, neq; tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quib. nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate. Omnia verò necessaria a patre monasterij sperare: nec quicquã liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiserit: omniaq; omnib. sint cõia, vt scriptum est; nec quisquam suum esse aliquid dicat, aut pręsumat. Quod si quisquã hoc nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admoneatur semel & iterum si non emendauerit, correctioni subiaceat. Reuerendi Patres nostri verò de eodem loquẽtes his verbis vsi fuerunt. *h* Insuper etiam strictius imponant, vt omnes, penes quos pecuniæ quauis causa depositæ fuerint, tam monasteriorum nostrorum, quã aliarum quarumcunque personarum, eas sibi assignent. Inhibemus etiam ne quaslibet res inuicẽ emant aut vendant, contrafacientes, reb. & pecunijs illico priuentur, comedantque intra in refectorio in pane & aqua pro qualibet vice. Ordinamus etiam, & præcipimus, q̃ nullus nostræ Congreg. professus, seu aliter in nostris monasterijs sub obedientia Patrum constitutus, etiamsi fuerit officialis in monasterio præter Cellerarios, audeat tenere vel expendere pecunias sine licentia prælati sui: sed pecuniam ad se peruenientem deferat prælato suo: quam constitutionem mandamus omnib. prælatis, & patribus nostræ Congregationis, quatenus realiter & cum effectu faciãt in suis monasterijs obseruari. Huiusmodi autem licentiam tenendi pecunias non possint prælati monachis concedere sub pęna priuationis, si concesserint, aut in monachos delinquentes non animaduerterint. Qui quidem transgressores tanquam proprietarij pro qualitate culpę sunt seuerissimè plectendi. Et rursus de eodem loquens sanctissimus Benedictus dixit. *i* Nullatenus liceat monacho nec sibi inuicem literas, aut eulogia, vel quælibet munuscula accipere aut dare sine præcepto Abbatis sui. Quòd si etiam a parentibus suis ei quicquam directum fuerit, non pręsumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit Abbati: quod si iusserit suscipi, in Abbatis sit potestate, cui illud iubeat dari. Et non contristetur frater, cui fortè directum fuerat, vt non detur occasio diabolo. Qui autem aliter præsumpserit, disciplinæ regulari subiaceat. Reuerendi Patres nostræ Congreg. his verbis vsi fuerunt. *k* Temerariam præsumptionem monachorum nostrorum, qui cum nihil habeant, nec habere debeant, munera accipere & dare non metuunt, Regulæ & professioni nostræ aduersantes, tanquam seminarium diaboli & mortale vitium, penitus interdicentes: quia sæpè ex huiusmodi munerum collatione & receptione inordinata oritur

g In regula sua c. 33.

h In declaratorio super dictũ capitulum 33. nu. 6. 8. 10.

i In regula ca. 54.

k In declar. regula super c. 54. nu. 1. & 2.

Digitized by Google

tur affectio, seu complacentia: Nolumus quod inuicem fratres dent vllatenus munuscula iuxta regulam, neque etiam alijs quibuscumque: aut aliunde sibi directa: accipiant sine prælati speciali licentia: sed nec ipsi Prælati fratribus aliorum monasteriorum munuscula mittant, nisi fortè à Patribus dictorum fratrum fuerint requisiti. Ex his ergo omnibus hucusque allatis quam facillimè elicitur quam pessima abusio claustralium sit proprietas, contra expressum votum eorum & tot prohibitiones: ac per consequens Reuerendi Visitatores scire poterunt, quomodo procedendum erit ipsis contra proprietarios. Nono, ipsi Reuerendi Visitatores obliuioni non tradant, quod & si regularis subditus dispensetur a suo prælato super retentione & expeditione peculij alicuius quomodocunque sibi obuenientis, non sit dicendus proprietarius, tamen si illud expenderit in alijs rebus, quam vtilibus vel necessarijs, peccabit mortaliter dispensans, cum abutatur potestate sibi tradita & regularis dispensatus, cum dissipauerit dictum peculium, iam legitimo iure monasterio acquisitum & incorporatum (vt verbis sacri Concilij Tridentini supra relatis vtar) eo ipso quòd ad ipsum regularem deuenit. Quapropter per consequens tam ipse regularis, tanquam malus minister bonorum monasterij, quam eius prælatus insolidum tanquam cooperator in furto circa bona monasterij perpetrato tenebuntur ad restitutionem faciendam dicto monasterio pro dicto dãno illi iniustè illato, cum contrectauerint bona monacho acquisita legitimè inuito monasterio vero domino: quod quam facillime elicitur ex supra recensitis auctoritatibus, cum idipsum in specie docuerint Cardinalis à Turrecremata, & Præpositus, & alij Doctores. a Memores sint & decimo R R. Visitatores, quod ex hucusque allatis in præsenti §. 6. luce meridiana clarius patuit, nonnullos ex prælatis modernis grauissimè peccare permittendo regularibus sibi subditis indiscriminatim tenere apud se pecunias, & ad libitum eas expendere, non animaduertentes se inde, & illos inuolui laqueis diaboli, ac vinculo peccati mortalis, tum quia permittunt eos publicè violare paupertatis votum ab illis solemniter emissum dissipando dicta bona iuxta decisionem sacri Concilij Tridentini, b iam paulo ante ad verbum recensitam, quæ ex tali receptione iam erant incorporata dicto monasterio, cum etiam ipsismet regularibus amplissima via pateat ad incumbendum ludis inhonestis, crapulis, comessationibus, ac multipliciter per consequens violandi castitatis votum; non sine certa pernicie salutis ipsorum regularium, & scandalo ceterorum regularium Deum timentium, & laicorum, ad quorum notitiam deueniet huiusmodi fractio voti ipsorum, & cum maxima iactura bonorum monasterijs acquisitorum & acquirendorum eleemosynis piorum laicorum, qui ab illis elargiendis inde retrahuntur, ne videantur & ipsi subministrare fomitem peccandi ipsis scelestis religiosis. Quæ quidem mala (nulli dubium esse potest) respiciunt præcipuè prælatorum miseram animam, expauentium potius murmurationes horum scelestorum subditorum, quam remorsum propriæ conscientiæ. Contra quos, cum multa fuerint allata in præsentis capituli, §. primo, eadem non repetentur, sed solum, & breuiter, dicemus, quòd rememorentur ipsi Reuerendi prælati, quòd facilitas veniæ dat incentiuum malorum, & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. c Vndecimo & vltimo, ipsi Reuerẽdi Visitatores poterunt mediam viam incedentes docere Prælatos, quomodo possint compati humanæ fragilitati, & in simul occurrere omnibus scandalis, & laqueis diaboli paratis ipsis regularibus, dicant ergo prælatis cuiusque monasterij modestè, occasione sibi oblata, quòd quando regularibus sibi subditis aliqua pecuniæ quantitas delata fuerit ab amicis aut consanguineis, vel ex propria industria, vel artificio, illi deferant ipsam proprio prælato, enarrentque quomodo ad se peruenerit, & si Prælato visum fuerit (habito respectu ad qualitatem regularis petentis concedi retentionem talis peculij apud se) huiusmodi facultatem tribuere, dicat ei, quòd omnino illud expendet in re sibi necessaria, vel vtili: vt puta, in emendis libris, vestibus non superfluis, & alijs huiusmodi, vel in itinere arripiẽdo forsan gratia honestæ recreationis; tunc ipse prælatus erit tutus in conscientia, & ipsemet regularis, si solum ad talem effectum expenderit dictum peculium, sed si in alijs rebus voluptuosis consumpserit, erit omnino restitutioni faciendæ monasterio obnoxius, tanquam dissipator bonorum monasterij, vt sæpius per supra allata probauimus; cum comprobetur furtum commisisse, & sciant inde quod ad talium restitutionem quoque tenebuntur, qui scienter acquisierint quocumque titulo ab ipsis, vt latissimè docuimus in nostro tract. de Vsuris, cum in tali casu ipsi carebant iurisdictione super re taliter dissipata, quæ verè erat (eo ipso) monasterio suæ professionis incorporata, sed si expendisset in re sibi necessaria, vel vtili (loquendo de necessitate, & vtilitate congrua statui regularium) tunc qui ab ipsis aliquod recepissent, non erunt illius rei restitutioni obnoxij, præcedente supradicto consensu suorum prælatorum. & Ratio potissima est, quoniam tunc nihil fit contra prohibitionem statutorum summorum Pontificum vel regularium. Cum in hoc videatur huiusmodi regularem fuisse talis peculij creatum legitimum dispensatorem in rebus sibi vtilibus, vel necessarijs, de quibus prælatus eius iuxta tenorem regulæ tenetur prouidere, prout ex formalibus verbis ipsius Sanctissimi Benedicti supra relat. apatet. His tamen non obstantibus, poterunt ipsi Reuerendi Visitatores hortari ipsos prælatos ad obuiandum omnibus scandalis in suis subditis (forsan futuris ex humana fragilitate) ad constituendum communem thesaurarium iuxta præceptum Clementis VIII. per speciale eius rescriptum, apud quem reponantur pecuniæ redditùum monasteriorum, & ipsi præcipiant huiusmodi pecunias, vndecumque ad sibi subditos deuenientes (postquam sibi fuerint præsentatæ) reponi, & inde non remoueri, nisi ipso consulto, & consentiente expendi in re necessaria, vel vtili illi regulari, qui illam reposuit, virtute mandati in scriptis facti a dicto prælato. Et hæc dicta sufficiant pro decisione materiæ propositæ in præsenti, §. sexto. ex quibus luce meridiana clarius fuit probatum regularem proprietarium esse furem, ac per consequens esse in statu damnationis, cum perseueret in transgressione diuini præcepti de non furando.

a *in d. ca. Non dicatis. 12. q. & alij in ca. cũ ad monasteriũ extra de statu monach.*

b *sess. 25. c. 2. in cip. Nemini.*

c *c. fi. extra de iniur. & dã. dat. & ibi per Doct.*

De

De septima claustralium abusione, nempe de delatione preciosarum vestium.

§. Septimus.

QVam obscænum, & alienum a vita monastica esse, regulares velle vestibus indui preciosis ad instar mulierculatum, & laicorum curia- 40 lium, & omnino mundialibus delitijs se tradentium; quis non animaduertit? Cum potius reminiscendo se ingressos religionem ad explendam pœnitentiam propriorum peccatorum, deberent vestigia Niniuitarum *a* sequi, & se induere saccis, & cilicijs ad placandam diuinam iram prouocatam contra eos propter sua peccata, necnon imitari sanctos patres nostros, de quibus loquẽs Apostolus dixit. *b* Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ: & hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt in Christo Iesu Domino nostro. Quam ergo fidem ostendet se habere is, qui post assumptum mortificationis habitum exoptat assimulari mulierculis repræsentandis virorum oculis? Cum ergo ingressi Claustrum sint ad pœnitentiam peragendam: quomodo ergo post emissam professionem (per quam mortuos se mũdo finxerunt) modo, tanquam canes regredientes ad esum proprij vomitus, velle non erubescunt preciosis vestibus indui? cum re ipsa dicere deberent cum Apostolo. *c* Mortui sumus, & vita nostra abscondita est cũ Christo in Deo. Et alibi rursus. *d* Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus Crucifixus est, & ego mundo. Nonne peccantes primos nostros parentes in paradiso terrestri, & ex ipso expulsos ad peragendam pœnitentiam transgressionis diuini præcepti Deus optimus maximus vestiuit tunicis pelliceis, *e* in quibus vtique nulla sensualitas reperiri poterat, sed solum remedium, quo corpora eorum defenderentur a frigore, & alijs incommodis incursis propter eorum peccatum? quod animaduertens Apostolus & volens nos monere de tali errore dixit. *f* Nihil intulimus in mundum, haud dubium, quod nec auferre quid possumus: Habentes autem alimenta, & quib. tegamur, his contenti simus. Memores esse debent ipsi regulares, quod Iob dixerit. *g* Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Et Salomon. *h* dixit. Generauit filium, qui in summa egestate erit, sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Quapropter huiusmodi regulares ad memoriam reducere sæpissimè deberent, quod rursus Salomon docuit dicens, *i* orando Deum. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar: Vanitatem, & verba mendacij longe fac a me, mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus alliciar ad negãdum, & dicam quis est dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. Quomodo ergo, qui proprijs renuntiantes, & inchoantes pro virib. sequi vestigia Domini nostri Iesu Christi, Apostolorum, & tot sanctorum monachorum, quærent luxum in vestibus? nonne reminisci debent quomodo fuit laudatus a Domino Iesu Christo Sanctus Ioannes Baptista de rusticitate vestium, dum de ipso loquẽs dicebat. *k* Quid existis in desertum videre, hominem mollib. vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt? Ac si apertè dominus nos docere inde voluerit, eos qui monasticam ac solitariã profitentur vitam, vt sunt regulares, non deceat mollibus, seu pretiosis vestibus, vestiri, sed vilioribus, & lugubrioribus; vt facto proprio, & non verbo solo doceant laicos se ingressos desertum monasterij ad peragendam pœnitentiam pro peccatis proprijs, & benefactorum suorum: alias merito comprobarentur mendaces & tonsuris mentiri seculo. Quod malum a nobis effugare exoptãs Patriarcha Benedictus noster Sanctissimus, postquam recensuisset quibus vestibus monachum suum vestiendum fore, statim subintulit hæc præcisa verba. *l* De quarum rerum omnium colore, aut grossitudine non causentur monachi, sed quales inueniri possunt in prouincia, qua habitant, aut quod vilius comparari possit. Cuius Sanctissimi monitis Clemens V. Papa motus his præcisis verbis de hac materia vsus fuit dicẽs: *m* Statuimus vt superior vestis ipsorum habitui proxima, nigri, bruni, aut albi coloris existat iuxta morem apud eos seruari solitum in regione, qua degunt, nec in qualitate panni regularis excedatur modestia: nec quæratur quod pretiosius & subtilius, sed quod vilius valeat inueniri. Siquis autem præmissorum temerarius extiterit violator, regulari subiaceat disciplinæ. Qui Clemens quintus in eadem clem. §. fin. confirmauit, quæ statuerat Innocentius III. in ca. Cum ad monasterium in princ. ext. de statu mon. prohibendo monachis delationem camisiarum linearum. *n*

a Iona c.3.
b Hebr.c.11.
c Colos.c.3.
d Galat.c.6.
e Gen.c.3.
f 1.Timot.c.6.
g Iob c.1.
h Ecclesiastes. c.5.
i Prou.c.30.
k Matt.c.11.
l In regula c. 55.
m Clem. ne in agro. §. statuimus. de statu monach. & ibi per Doct. et rursus ibidẽ in §. si quis autem, & ibi per Doct.
n d.Cle.§.fi. sũ cto. ca. Cum ad monasteriũ, in principio, extr. de statu monach.

De octaua claustralium abusione pro eo quòd volunt vesci cibis delicatioribus, & potare pretiosa vina.

§. Octauus.

BEatissimus Patriarcha noster Benedictus animaduertens quam pessimus abusus sit, quod claustrales, qui mortui mundo esse debent, & 41 carnem propriam ieiunijs, & flagellis subdere spiritui, indulgentes illecebris gulæ in refectione proprij corporis accuratè inquirunt exquisitos modos comedendi cibos delicatiores, & potandi pretiosa vina, ex quibus possent ipsi regulares incurrere morbos pestiferos corporis & animæ: Ipse Sanctissimus Patriarcha nos monere studuit dicens. *o* Sufficere credimus ad refectionem quotidianam tam sextæ quam Nonæ omnibus mensis cocta duo pulmentaria propter diuersorum infirmitates &c. Ex quibus apertissimè elicitur ipsum sanctissimum non permittere monachum vesci delicatis cibis: Idipsum elicitur de potu. Nam de potu monachorum loquens, *p* Hortatur monachos vt non bibant vsque ad satietatem, sed parcius, quia vinum apostatare facit etiam sapientes; *q* & hortatur, quòd vbi ipsum nõ reperiretur, tunc erit benedicendus Deus ab his, qui ibi habitant. Ex his ergo quam facillimè comprobatur non esse claustralium delectari cibis & potibus exquisitis: cum præcipuè regularis memor esse debeat maledictionis Adæ *r* dicente ei Deo. In labore vultus tui vesceris pane, donec reuer-

o In regula ca. 39.
p In regula ca. 40.
q Eccl.c.15.
r Gen.c.3.

Digitized by Google

reuertaris ad terram, de qua sumptus es. Ac si apertè dixisset Deus ei: postquam meruisti priuari delitijs paradisi terrestris, in quo te collocaueram, propter peccatum inobedientiæ, & grauari hac inflicta pœnitentia: vt tandiu viuas in amaritudine de labore manuum tuarum, donec expleta pęnitentia ad me reuertaris per mortem: & interim vesceris pane, & non dixit, delicatis cibis & potibus: cum talibus alimentatus non dicetur pęnitentiam agere, sed delicijs affluere, quod ponderans Ecclesiasticus dixit, *a* quod initium vitæ hominis fuit panis & aqua, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. Ex cuius sententia quam facillime elicitur, quod etsi nostra tempestate vtamur vino in potum: nihilominus illo vti non sit necessarium: cum quamplurimi serui Dei, & alij in potum vtantur aqua simplici: non negabimus tamen primum vineæ plantatorem fuisse Noe post aquas diluuij. *b* Quapropter nos regulares non decebit exquisita vina perquirere, & illa potare ad saturitatem: etsi modico vino vti ad medelam & corroborationem stomachi languidi expediat, prout monuit Apostolus Timotheum dicens. *c* Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas in firmitates. Et illum nos docuerat Ecclesiasticus dicens. *d* Aequa vita hominibus, vinum in sobrietate, si bibas illud moderatè, eris sobrius: quæ vita est ei, qui minuitur uino? Quid defraudat vitam? Mors Vinum in iocunditatem creatum est, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum: sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Ex quibus patet, quòd si Adam & alij vsque ad Noe forsan non biberint vinum (cum hoc non scribatur in sacra historia) a tamen a Noe homines inceperunt vti vino ad potum. Audiuimus ergo quod liceat nobis vti modico vino ad contuendam bonam valetudinem, sed non ad saturitatē; Audiamus modo, quæ mala produxerit hominibus potatio vini delicati ad saturitatem indulgēdo potius gulæ illecebris, quam consulendo necessitati debilis nostræ naturæ. Nam potatio vini huiusmodi indiscreta sæpissimè ad horam priuat hominem lumine rationis ac eius vsu, donec vinum sit digestum, & sic huiusmodi potatio efficit nos in aliquo similes brutis. Nam scriptum reperitur. *e* Cępitque Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo. Et iterum, *f* quod. Loth propter potationem vini, quod ei porrexerant duæ eius filiæ, cum esset inebriatus iacuit cum illis, & ipsæ conceperūt ex proprio patre. Nonne Deus præcepit Aaron, vt abstineret a vino & filijs eius dicens. *g* Vinū & omne, quod inebriare potest non bibetis tu & filij tui quando intrabitis tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia pręceptum sempiternum est in generationes vestras. Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum, & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea, quę locutus sum ad eos per manum Moysi. Et rursus. *h* Loquutus est Dominus ad Moysen dicens, loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, siue mulier, cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, a vino & omni, quod inebriare potest, abstinebunt: Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, et quicqd de vua exprimitur, nō bibēt. Vuas recentes, siccasq; non comedent cunctis dieb. quib. ex voto Domino cōsecrātur; quicquid ex vinea esse potest ab vua passa vsq; ad acinū non comedent. Et rursus Deus volens nos docere quanti mali esse possit potatio vini, *i* enarratur qd Fuerit quidam vir de Saraa & stirpe Dan nominè Manue habens vxorē sterilē: cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eā, sterilis es & absq; liberis, sed concipies & paries filiū: Caue ergo ne bibas vinum, ac siceraā, nec immundū quicquam comedas, quia cōcipies, & paries filiū; cuius non tanget caput nouacula: erit.n. Nazareus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorū: & paulo post ibidē subditur. Tu es, q locutus es mulieri, & ille respondit ego sum: cui Manue, quādo (inqt) sermo tuus fuerit expletus, qd vis vt faciat puer aut a quo se obseruare debebit? Dixitq; Angelus Domini ad Manuē, ab omnib. quę locutus sum vxori tuæ abstineat se: & quicqd ex vinea nascitur nō comedat: Vinū & siceram nō bibat, nullo vescatur immundo, & qd præcepi impleat, atq. custodiat. Et rursus scriptū est, q *k* Iudit vacans ieiunijs & obsecrat. omib. pro liberatione populi sui digna fuit exaudiri a Deo, & occidere grauatū ebrietate vini in proprio eius cubiculo Holofernē, & postea libera & incolumis egredi ex domo Holoferni, & ingredi suā ciuitatē cū capite ipsius Holoferni, & sic liberare populum suū. Nonne Salomon sapientissimus de hoc monere nos voluit, quādo dixit, *l* Qui diligit epulas, in egestate erit: & q amat vinū & pinguia, non ditabitur? Et rursus. *m* Luxuriosa res vinū, & tumultuosa ebrietas, quicumq; his delectatur, non erit sapiens. Et iterum, *n* Cui væ? cuius patri væ? Cui foueę? Cui sine cā vulnera? Cui suffusio oculorū? Nonne his, qui cōmorantur in vino? & studens calicib. epotandis? Ne intuearis vinū quando flauescit, cū splenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuū loquetur peruersa, & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, verberauerunt me, sed non dolui, traxerunt me & ego nō sensi, quando euigilabo, & vina reperiam. Et iterum ipsemet Salomon dixit. *o* Dixi ergo in corde meo, vadam & affluā diuitijs, & fruar bonis, & vidi q hoc quoq; esset vanitas: Risum reputaui errorē, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meā, vt animū meum transferrem ad sapientiam, deuitaremq. stultitiam: donec viderem quid esset vtile filiis hominū, quo facto opus est sub Sole numero dierū vitę suæ. Ecclesiasticus vero de eodē loquens dixit. *p* Operarius ebriosus nō locupletabitur, & qui spernit modica, paulatim decidet. Vinū & mulieres apostatare facit sapiētes. Et rursus idē dixit. *q* Nec cōprimaris in conuiuio, vino. Diligētes in vino noli prouocare, multos. n. exterminauit vinum: Ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet inebrietate potatum. Vinum multum potatum irritationē, & irā, & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multum potatum, ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. In conuiuio vini non arguas proximum, & non despicias eū in iocunditate illius, verba improperij non dicas illi, & non premas illū in repetendo. Et alibi scriptum est, *r* Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris, & opus domini non respi-

a *Eccl. c. 29.*
b *Gen. c. 9.*
c *1. Timot. c. 5.*
d *Ecclesiastici c. 31.*
e *Gen. c. 9.*
f *Gen. c. 19.*
g *Leuit. c. 10.*
h *Numer. 6.*
i *Iudic. c. 13.*
k *Iudith c. 12. & 13.*
l *Prou. c. 21.*
m *Prou. c. 20.*
n *Prou. c. 23.*
Ebrius describitur a Salomone.
o *Ecclesiastes c. 2.*
p *c. Ecclesiastici c. 19.*
q *Ecclesiastici c. 31.*
r *Esa. 5.*

Digitized by Google

respicitis, nec opera manuum eius considetatis. & rursus. *a* Sacerdos, & propheta nescierunt præ ebrietate, absorti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumque; ita vt non esset vltra locus: Et iterum scriptum est. *b* Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor, & rursum. *c* Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro, & rursus. *d* Iustus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorū insaturabilis. Audiamus, quæso, Apostolus quid senserit de potatoribus vini. *e* Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquētes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus; cantantes, & psallentes in corde vestro, Domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Et alibi idem Apostolus. *f* Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Quapropter aliàs dixit: *g* Obsecro itaq; vos fratres per miserationes Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiū vestrum; & nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Ac si apertè Apostolus sanctissimus dixisset, vt nos præcipuè regulares, qui mortui mūdo esse debemus, abstineamus à delitijs carnis, & offeramus Deo corpora nostra hostiam viuentem, adhibendo discretionis virtutem in ipsa maceranda: mediam incedētes viā, non laxando habenas cōcupiscentijs ipsius, sed solummodo ei ministrando necessaria naturæ, cum illa paucis contentetur: ne & iumentum nostrum præ nimia abstinentia, & onere langueat, sed nec delitijs affluens insordescat superbiendo, & recalcitrando contra spiritū, cui tanquam nobiliori deseruire tenetur: & volens alibi idem Apost. nobis reddere rationem suæ doctrinæ sanctissimæ dixit: *h* Non est.n. regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, pax, & gaudiū in Spiritu sancto. Noli propter escam destruere opus Dei, & rursus; *i* Escæ ventri, & venter escis: Deus autem, & hunc, & has destruet: Nescitis quod corpora vestra membra sunt Christi? & quidem videntur hæc specialiter contra nos regulares dicta, cum simus egressi ab Aegypto huius mundi, & adhuc desideramus ollas carnium Aegypti: quod aduertens Apostolus Paulus inuehens contra nos dixit. K Nox præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemos, non in Comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & emulatione, sed induimini Dominum Iesum Christū, & carnis curas ne feceritis ad concupiscentias. Et quid mirum si Apostolus nos moneat fugere carnis concupiscentias, si idipsum prius docuerit Dominus Iesus Christus dicens. *l* Attendite autem vobis, ne quando grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa; tamquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ: Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Ex his hucusque allatis

a Esa. c. 28.
b Osea c. 4.
c Ioel c. 1.
d Prou. c. 13.
e Ephe. c. 5.
f 1. Cor. c. 9.
g Rom. c. 12.
h Rom. c. 14.
i 1. Corin. c. 6.
K Rom. c. 13.
l Luc. c. 21.

animaduertere poterunt Reuerendi Visitatores, quam pessima sit hæc abusio Claustralium: Quapropter in sermone habendo post visitationem, poterunt aliquas ex sententijs supra allatis, & ipsi referre in confusionem regularium volentium vesci cibis, & potibus lautioribus, ac si essent principes delicatissimi, & immemores mortis eorum ciuilis huic seculo, cum potius deberent operibus docere laicos, se esse crucifixos mundo & mundum eis: vt dicere vere possint cum Apostolo. *m* Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est: & ego mundo. Quapropter merito Sanctissimus Patriarcha Benedictus in regula, c. 39. prohibuit monachis suis vesci carnibus, nisi infirmitas illos ad illas edendas compulisset, quod & confirmauit postea Innocentius III. Papa, & Clemés V. Papa. *n*

m Galat. c. 6.
n c. Cum ad monasterium, §. ... refectorio, ext. de stat. mon. ... in Clem. 1. § ... eod. tit.

De nona Claustralium abusione, nempe de Violatione silentij, & præcipue in Choro, dormitorio, & refectorio.

§. Nonus.

Memores sint etiam Reuerendi Visitatores regulariū quòd & si quisq; nollet molestari à consocio, præcipuè quando vacare exoptat orationi vel studio non desunt regulares girouagi, otiosi alios molestantes, & preciosissimum tēpus nobis indultum ad agendam pœnitentiā a Deo opomo maximo in hac valle lachrymarum, frustra in vaniloquijs ipsum in graue detrimētum salutis eorum conterere non erubescēt. Et quidem deberent ad memoriam reuocare hoc ipsum voluisse nobis annuere Sanctissimom Apostolum, quando dixit. *o* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllam offensionem, & rursum. *p* Dum tempus habemus operemur bonum erga omnes, maxime autem erga domesticos fidei. Et rursum. *q* Videte itaque quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Audiant Reuerendi Visitatores, quid sennendum sit de loquacitate regularium non sine scandalo vacantium orationi, & studio, Salomō enim nos vitare hoc malum docere studuit dicens. *r* De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum eius saturabunt eum: Mors, & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. Et rursus. *f* Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. Quod malum effugere desiderabat Eclesiasticus quando dicebat. *t* Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me? Et rursus. *u* Beatus, qui in lingua sua non est lapsus. Et iterum. *x* Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Aurum tuum, & argentum tuum confla, & verbis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorū insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem, Et paulo ante ipsemet ecclesiasticus

o 2. Cor. c. 6.
p Galat. c. 6.
q Ephes. c. 5.
r Prou. c. 1...
f Prou. c. 21.
t Eccl. c. 22.
u Eccl. c. ...
x Eccl. c. 28.

O ibidem

a Ecclesiast. c. 28.
b Psal. 33.
c Psal. 38.
d Iac. c. 3.

ibidem dixerat. a Sæpi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Et Dauid nos docuit dicens. b Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Et rursus: c Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me, obmutui et humiliatus, & silui a bonis, & dolor meus renouatus est. Audiamus, obsecro, quid nos doceant Apostolus Iacobus, nonne infrascriptis vsus fuit verbis? d Siquis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens freno circumducere etiam totu corpus: ecce equis in ora frena mittimus ad consentiendum nubis: et omne corpus illorum circumferimus: ecce & naues cum tam magnæ sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, quocumq; impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum membrum est, & magna iactat, ecce paruus ignis quam magnam Syluam incendit: & lingua ignis, vniuersitas iniquitatis sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam, natiuitatis nostræ inflammatam a gehenna. Qui S. Iacobus de eadem materia loquens e dixit. Siquis putat se religiosum esse inter vos, & non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Quibus oraculis instructus Sanctissimus Patriarcha noster Benedictus dixit. f Quod perfectis discipulis propter grauitatem taciturnitatis rara loquedi concedatur licentia. Quia scriptum est. g In multiloquio non effugies peccatu, & alibi mors & vita in manib. linguæ. Nam loqui & docere magistrum condecet, tacere & audire discipulo conuenit, & ideo si qua requirenda sunt a Priore, cum omni humilitate & subiectione requirantur, scurrilitates vero, vel verba otiosa, & risum mouentia, æterna clausura, in omnib. locis damnamus, & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus. Vbi Reuerendi Patres nostri h praecipit obseruari dictā constitutionem Sanctissimi Benedicti: & rursus

e Iac. c. 1.

f In regula c. 6.

g Prou. c. 10.

h In declarato rie regula super cap. 6.
i in c. 42. regula.

42 Beatiss. Benedictus statuit seruandum silentiū, & præcipuè post completorium: & q̄ siquis huius statuti præuaricator inuentus fuerit, grauiori vindictæ subiaceat, nisi propter aliquam necessitatem super venientem. Qui sanctissimus, silentium tenendum in choro, etiam post decantatas horas canonicas, ne quis impediatur secretius orare volens statuit, k Reuerendi Patres nostræ Congregationis præcepetunt quoq. continuum silentium fore seruandum a monachis in dormitorio. l & Beatiss. Benedictus silētium seruādum fore in refectorio præcepit m & Reuerendi Patres nostri n adhærentes iuri communi statuerunt semper silentium fore seruādum in choro, in dormitorio, in refectorio, in quadā parte claustri circa capitulum, & ad ignem cōmunem. Idipsum statuit Innocen. III. Papa dicens o seruandum fore silentium in oratorio, refectorio, & dormitorio, & quidem maxima cū ratione, eo q̄ in his locis præcipuè monachi alias impedirentur ab aliquo gustu spirituali, qui percipi assolet orando in choro ante Sanctissimum Sacramentum, & dum psallitur. In dormitorio dum vacatur orationi, vel studio, & in refectorio dum auditur lectio spiritualis. Reuerendi ergo Visitatores arguant & puniant violatores huiusmodi sanctissimi silenij. Ex hic igitur allatis comprehenditur quam acerrimè veniāt puniendi dissolutiones facientes in choro.

k in c. 52. regula.

l In declar. regula cap. 22. nu. 11.
m In regula c. 38.
n In declarato rio regula super c. 52. nu. 5. & 6.
o c. Cū ad monasterium §. in oratorio. extra de statu mona.

De Decima claustralium abusione, scilicet, de eorum contentione tam in capitulo, quam extra cum suo prælato, vel altero superiore.

§. Decimus.

Sanctissimus Patriarcha Benedictus huic abusioni claustralium obuiare desiderans quid statuerit, debet non fugere Reuerendos Visitatores: nam dixit in sua Sanctissima regula in nonnullis locis, & primò loquens p de discipulorum obedientia probat monachū ad obediendum suo superiori teneri, allatis ibi auctoritatibus sacræ scripturæ, & esse insimul gra- p cap. 5. regula.
43 ue scelus contendere cum suo superiore: & rursus dum agit, an teneatur exequi quando id, q̄d sibi mādatur, videretur impossibile opere perficere. q Idipsum docuit: quod iterum repetijt, r subdens hæc præcisa verba, videlicet. Si quis autem frater pro quauis minima causa ab Abbate, vel à quocumq; priore suo corripitur, quolibet modo, vel si leuiter senserit animum prioris cuiuscunque contra se iratum, vel commotum, quamuis modicè, mox sine mora, tandiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens: vsque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod si quis contempserit facere, aut corporali vindictę subiaceat: aut si cōtumax fuerit, de monasterio expellatur. Ex quibus formalibus verbis nostri sanctissimi Patriarchæ, quisque poterit percipere quàm pestifera sit abusio huiusmodi. At quoniam in §. secundo latissime probauimus inferiores teneri obedire suis superioribus, iccirco eadem hic non repetemus, remittendo lectorem ad accuratissimè perlegēda ibi allata. Et cum meo iudicio nihil aliud superfit necessario sciendum à Reuerendis Visitatoribus volentibus laudabiliter, & meritoriè exequi munus sibi iniunctum; me transferam ad secundam partem huius praxis, in qua erit agē dum de modo compilandi processum in causa criminali à Commissarijs specialiter delegatis: à principio ipsius processus vsque ad sententiam diffinitiuam promulgandā inclusiuè, post nonnulla alia afferenda infra.

q in c. 68. regul.
r in c. 71. regul.

SVMMARIVM.

1 *Monachus quis dicendus sit.*
2 *Monachus quare solitariam agere vitā debeat, & vitare familiaritatem secularium.*
3 *Monachi quæ communia cum alijs regularibus in formis professionis emissa habeant.*
4 *Regulares quare tondeantur, & an possint testari.*
5 *Mulieres prohibentur ingredi septa monasteriorum regularium, & è contra homines ingredi septa monialium, & quare, & quibus pœnis.*
6 *Regularibus est prohibitum commatres sibi facere, & multa alia.*
7 *Monachis quo iure, & quare sit prohibitum extra claustrum vagari.*
8 *Monachis quare sit inhibitum carnes comedere.*
9 *Introductio seu causa vitæ monasticæ quæ fuit, & quando.*

Sed vt tenacius imprimantur memoriæ Reuerendorum Visitatorū, quæ latiùs superius in præcedenti capitulo attulimus, hic per modum epilogi eadem referenda duximus, eis tamē aliqua scitu dignissima addendo.

1 Sciāt ergo Primò Reuer. visitatores regulares, ac mo-

Digitized by Google

ac monachorum,quòd monachus dicitur soli-
tarius,solus,& tristis. *a* Quapropter meritò si-
ne solitudine,& qui intra claustra non se contri-
nent,monachi non dicuntur,nec viuere vt tales
dicendi erunt:cum sint non secus, quam pisces
sine aqua,qui sine ipsa diu viuere non possũt *b*
& ideo vitare debent hominum frequentiam,
vt eorum vita nomini conueniat. *c* Quamob-
rem,monachus iure optimo diffinietur. Vir so-
litariam vitam regula quadam sancta definitã
2 secutus, vt Dei obsequio, & rerum diuinarum
meditationi liberius inseruiat. Nam & turbæ &
populi consortium prudentioribus quibuscũq;
vitandum est:dum nec indè quippiam cõmodi
haurire,nec vtilitatem eis conferre posset. Vnũ
exemplum luxuriæ, aut auaritiæ,mali multum
facit:conuictor delicatus paulatim eneruat, &
emollit: vicinus vero diues cupiditates irritat:
malignus comes,quamuis candido, & simplici
rubiginem suam affricuit:& idcirco comproba-
tur malè agere monachum delectãdo familia-
ritate secularium iuxta,Senecæ sententiã dicen
tis. *d* Quid tu accedere his moribus credis, in
quos publicè factus est impetus? Necesse est(in-
quit) aut imiteris eos,aut oderis. Vnde quidam
Poeta ait:Benè vixit,qui latuit, cuius sentẽtiam
sequentes Platonici Philosophi, eorum conuer
satio in syluis erat: Idq; affirmauit Porphyrius
dicens,Sapientes diligenter olim omnia deuita-
bant, quæ animam corpori affligere possent,
prout quamplurimi Philosophi fecerunt: vt la-
tissimè in vitis Patrum Sanctorum habetur.Cœ
nobitarum ergo collegia ex diuersis solitarijs
instituit sanctissimus Patriarcha noster Benedi-
3 ctus Nurcinus. Memores sint & secundo, quod
monachi omnes in professionis formula quæ-
dam cum alijs regularibus vota generalia emit
tunt,& quandoque religionis,cui se mãciparũt,
specialia. Generalia nempè illa tria sunt.s. pro-
prietatis abdicatio,castitas,& obediẽtia superio
4 rũ:particularia alia ex regulis ordinis, siue cu-
iusque Congregationis seu religionis extant,&
quamuis in cõi regularib. aliquibus liceat bona
habere,tamen nulli illorũ propria possidere de
iure poterunt. *e* Quà propter, merito inoleuit
cõsetudo antiquissima,vt quisque regularis ton
datur: vt oĩa externa se repudiasse protestetur:
& ideo testm̃ condere prohibentur, vt potè ni-
hil habentes post professionem emissam: cum
Deo oĩa vna cum propria persona consecrarũt.
5 *f* Iure etiam cautum reperitur, vt omnis occa-
sio violãdi castitatis votum radicitus euellatur,
ne mulieres quacumque ex causa intra mona-
steriorum septa se recipiant. *g* & hæc prohibi-
tio per sacrum Concil. Trident. *h* fuit cõfirma-
ta,& roborata sub excõicatione ipso facto incur
renda; eius vero absolutionem postea reserua-
runt Pius V.& Gregorius XIII.summo Ponti-
6 fici. *i* sed neque regularibus licebit aliquã mu
lierẽ in cõmatrem sibi facere. *K* Quapropter
merito fertur,qđ apud Ruthenos,seu Moscoui
tas ex laudabili instituto monachi viuentes sub
Archimandrita,seu Abbate,vel Prioribus,quos
vocant Igumenos:si cythera, aut alio musices
instrumento vtantur,grauissimè puniuntur, cũ
huiusmodi sonitus alliciat ad mala quã sæpissi-
mè.Obedientiæ vero leges omnino à regulari-
bus seruandæ erunt; quod si reperiantur ipsi
transgressores huiusmodi eorum voti poterunt
puniri, & etiam excõicari ab Abbate, vel alio
suo superiore. *l* Necnon & ipsi ad obseruan-
tiam legum seu ordinationum peculiarium cu-

a c.Placuit.16. q.1.

b d.c.Placuit.

c c.Si cupis.16. quæst.1.

d In epist.7.lib. 1.epistolarum.

e c.2.& 3.& c.super quodã. c.Cum ad monasteriũ extra, de stat. monac. ca.Quia ingredientibus, & c. Prælatum. 19. q.3.Authen. Ingressi, C.de sac. eccl.& ibi per Doctor. latius.

f ca.si qua mulier.19.q.3.& Auth.si qua.de episc. & cler.

g cap.Peruenit. 18.q.2.

h Conc.Trid. sess.25.c.5.

i Pius in bulla nu.22.f.930.de qua Nauar. in Manu.c.27.nu. 150.& Grego. XIII. in bulla nu.75.& 36.f. 1239.

K cap.Peruenit 18.q.2.Placuit. 16.q.1.

l c.Cum ad monasteriũ,§.Abbas,ext.de stat. mon. c.Qui culpatur.23.q.1.

iusque religionis tenebuntur. Quapropter me-
mores sint ipsi Reuerendi Visitatores, quod
regulariter,etsi non omnib. religiosis infrascri-
pta sunt prohibita de iure communi,quæ tamẽ
inferremus,vt qui aliquo priuilegio,vel consue
tudine laudabili exẽpti non essent ab illis;sciant
se ad illa obseruãda omnino teneri. Nam lineis
vti camisijs multi prohibentur, vt sunt mona-
chi S.Benedicti.*m* Vbi indicitur silentium in o-
ratorio,dormitorio,& refectorio, & in claustro
certis horis. *n* Animaduertant Reuerendi Vi-
sitatores quod monachi ac ceteri regulares in
claustro detinendi sunt,& non permittendi ex-
tra vagari: ꝙ si vagarentur, essent tanquam fu-
gitiui requirendi & in monasteriò detrudendi
tãquam fugitiui:*o* & merito cum dixerit Theo
doretus Cęnobitarum vitam Angelorum vitæ
similem esse debere,& fore,si a negotijs, & vo-
luptatibus secularibus abstinerent: cum omnis
seculi curis abnegare teneantur,ac vacare Deo
7 ipsi omnipotenti.Quapropter ex eorum prima
institutione ipsi Cęnobitæ solebant seorsum ab
hominibus habitare,& seorsum monasteria ędi
ficari iussum,*p* quod animaduertens Theophi-
lus Imperator oriẽtis Michaelis filius edixerat,
ne monachis vrbem intrare liceret, iusseratque
eos omni modo ab vrbe arceri, *q* quod & statu
tum in Calcedonensi Concilio reperitur. *r* Pro
hibitum insuper eis reperitur,ne se negotijs se-
cularib.immiscerent. *s* quos & Synodus Nicę-
na monuit,vt conuersatio & vita eorum secun-
dum nominis ethymologiam ab omnib.discre-
paret,dicendo,ꝙ monachus degeret singularis,
non impartiat pęnitentiam,vel sepulturam nisi
confratribus, *t* quod se,& mũdum lugeat,& ꝙ
non putet se habere officium docentis,sed lugẽ
8 tis.*u* Nec licet monachis carnibus vesci in refe-
ctorio,sed infirmis solum in infirmaria.*x* quod
merum videri non debebit viris prudentib.cum
& monachi vitam pœnitentialem deelegerint:
& ideo multo magis abstinere tenebuntur a cra
pula & ebrietate:cum luxuriosa res sit vinum,
& contumeliosa ebrietas, prout docuit ex Mi
chea ꝓpheta D.Hieron.dicens clericos fore pel
lendos a conuiuijs. Quapropter dixit Porphy-
rius in quarto libro de Abstinentia, Sanctimo-
nia a mortalibus abstinens æternam continet
vitam,& corpus pinguefactum animam coget
esurire a felici vita cadentem,augetq; mortale.
Mãdatum etiam regularibus,ne sint otiosi. No
lo deniq; latere Reuerendos Visitatores regu-
larium vitam monasticam prima institutione
heremitica introductam fuisse temporibus ma-
ximè,quibus vrgebat tyrannorum odium con-
tra Christianos, vt per eos Deo optimo maxi-
mo obsequia,& cultus liberius exhiberetur. Et
hæc per modum epilogi dicta sint, cum supe-
rius latius eadem fuerint probata,& hęc quoad
ea quæ videbantur scitu digna a Reuerendis
Visitatoribus personarum regularium fuerunt
quam breuissima sermonis periodo relata.

m c.Cũ ad monasteriũ.ext.de stat.mona.et in Cle.1. § si.eod. tit.

n d.c.Cum ad monasteriũ, et dicta Clem.

o ca. Ne religiosi,ext.de regularibus.

p c.Luminoso, 18.q.2.

q c.in lib.1.Iuris orien. in Cõstit.2. Theoph. idest de expulsione monachorum.

r c.Quidã monachi,16.q.1.

s per oẽs canones sub tit. Ne cle.vel monac. nego.secul.immi.

t c.Placuit, & cap.si cupis.16. q.1.

u cap. Monachi,16.q.1

x c.Cũ ad monasterium.ext. de statu monach. & ibi per Doct.cõmun.

S V M M A R I V M.

1 *Visitare Clericos seculares tanquam habentes iurisdictionem super eos qui solum possint.*

2 *Infra quod tempus Visitare teneantur Ecclesias,& clericos sibi subiectos Archiepiscopi, Episcopi, & alij prælati & qui appellatione Episcoporum in præsenti materia comprehenduntur omnes prælati qui proprio iure possunt visitare,& habent iurisdictionem ordinariam.*

3 *Visitantes iure sibi delegato ab ordinarijs quæ possint agere.*

4 *Archiepiscopi quando, & qua agere possint, dum visitare vellent diœcesim suffraganeorum Episcoporum suorum.*
5 *Visitatores tam iure ordinario, quam delegato qua visitare possint, & teneantur.*
6 *Episcopi, & eius delegati quare non possint visitare Ecclesias non curatas exemptorum.*
7 *Electio facta de aliqua persona in Concilio Prouinciali semel ad visitandum aliquem populum nullius diœcesis à prælato ipsius, ligat etiam successorem prælatum.*
8 *Visitatores ordinarij clericorum quando visitabunt beneficia regularia, & qua præcipere possunt circa ea.*
9 *Episcopi sunt executores cuiuscumque pia dispositionis, & qua circa ea possint.*
10 *Episcopi, & alij Visitatores poterunt compellere beneficiatos ad ostendendos titulos suorum beneficiorum etiam si illa situata essent ext. suam diœcesim.*
11 *Visitatores in principio Visitationis sermonem habere ad populum debent, & de quibus agere, & quis scopus eorum esse debebit, & quare.*
12 *Visitatores primo interrogabunt populum de uita clericorum, moribus, obsequioque præstito ab ipsis in administrationibus sacramentorum sibi faciendis, & doctrina eorum.*
13 *Visitatores de quibus teneantur docere populum visitatum.*
14 *Visitatores clericorum regularium audientes à visitatis aliquid mali de Clericis, quomodo procedere debeant contra illos.*
15 *Visitatores quando teneantur procedere iudicialiter contra Visitatos, quod si non facerent, iurisdictio cognoscendi de talibus criminibus deuoluere tur ad Archiepiscopum, vel alium immediatum superiorem prælatum.*
16 *In Visitatione clericorum laici erunt audiendi, & quare.*
17 *Visitationis, seu inquisitionis generalis effectus inter alios est, quod ex ipsa aperitur via ad procedendum specialiter contra huiusmodi visitatos, & inquisitos generaliter, si reperiantur aliquo pacto infamia respersi.*
18 *Visitatores in visitando quam caritatem adhibeant.*
19 *Visitatores dum visitant solum à visitatis procurationem de iure poterunt suscipere: & huiusmodi procuratio in quibus consistat nu. 21.*
20 *Visitatores accipientes ultra exculenta, & poculenta à visitatis ad qua teneantur, & quibus pœnis inde poterunt puniri.*
21 *Visitatores qua accipere possint tuta conscientia à visitandis, & quam pœnam incurrant aliquid indebitum suscipientes: & exponitur text. in c. exigit, de Censib. in 6.*
22 *Visitatores locantes equos pro vecturis eorum, etiam si proprios non habuerint, an possint visitatos compellere ad restituendum sibi huiusmodi precium solutum.*
23 *Notarij visitatorum quæ exigere possint à visitatis.*
24 *Visitatores Ecclesias inopes an possint suscipere esculenta, & poculenta.*
25 *Visitatores quid faciant, si reperierint Ecclesias dirutas.*
26 *Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardin. super Sacrum Concil. Tridentin. quis latuerit super destruendis Ecclesiis dirutis inopibus, traditur.*
27 *Translatio vetustarum Ecclesiarum dirutarum facta ad alias Ecclesias an dicenda sit vnio facta: Beneficiumque quando dicatur vnitum fuisse cum alio, & quid vtilitatis afferat visitatoribus distinctionis huiusmodi notitia.*
28 *Subreptio, & obreptio an cadat solum in factas gratias à summo pontifice, & quid statuerit sacra Congregatio de Vnionibus beneficiorum factis.*
29 *Beneficia nullius diœcesis à quibus visitanda erunt.*
30 *Episcopi, aut Visitatores ab episcopis delegati, quas Abbatias visitare non possint.*
31 *Visitatores quæ ponderare teneantur circa appellationes factas à visitatis circa acta attitata in visitatione.*
32 *Ordinarius in visitando proprium populum dicet dicatur, tanquam sedis Apostolicæ delegatus, posse procedere in corrigendo excessus, & c. tamen hoc facit iure proprio, etiam non delegato, & ideo si ab eius actis appelletur ad metropolitanum, & non ad Papam deuoluetur iurisdictio virtute huiusmodi appellationis, & quare, & tractatur optimus intellectus Concil. Trid. in sess. 24. de reformat. cap. 10.*
33 *Appellans in criminali causa ab Episcopo, aut eius Vicario, quid facere teneatur, quid is à quo appellatur, & is ad quem appellatur, & quid notarius causæ, & an Appellatio à mera correctione sit admittenda in actu visitationis.*
34 *Libris visitationum quæ fides sit præstanda.*
35 *Allegantem se esse exemptum à Visitatione ordinarij probare oportebit, alias non audietur.*
36 *Episcopis, & reliquis ordinarijs an sit præfixus terminus, in quo incipiant visitare proprium populum, & notarius quis desferatur ab eis.*
37 *Episcopi, & alij Visitatores, qua crimina reperta in visitatione possint punire, & ab ipsorum punitione non possint impediri per appellationem, optime tractatur.*
38 *Episcopi, & alij visitatores quando hospitalia recta à laicis possint visitare.*

POst nonnulla recensita, quæ ad munus Visitatorum clericorum regularium specialiter, videbantur spectare: merito visum fuit addere, & ea, quæ specialiter ad Visitatores clericorum secularium videbantur attinere, Reuerendos ergo Visitatores clericorum secular um non fugere operæ pretium duximus, quæ ad eorum munus specialiter exequendum pertinent. Quapropter memoriæ tenacissimè imprimant, exoptamus quod ipsorum erit post cærimoniales quasdam solemnitates solitas in actu visitationis, eorum, quæ cum notissimæ sint, hic non ita adamussim referentur, obseruare. Animaduertere primo, quod non omnibus indifferenter indultum huiusmodi munus, reperitur iure, sed solum (relictis alijs, quæ erant de iure an-
1 tiquo) tribus personis, Nempe Archiepiscopo, & episcopo per seipsum, vel per Vicarium generalem, vel per deputandum ab ipsis, & in eius absentia à Vicario generali, *a* Appellatione vero episcopi intelliguntur omnes haben-
2 tes ordinariam iurisdictionem in aliquos vt in iuribus vulgatibus, *b*

a *Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3.*
b *Sylu. in ver. Visitatio. & Pa norm. in clem. 1. nu. 10. de offic. ordin.*

Secundo sciant ipsi Visitatores, quod quotãnis visitanda erit diœcesis, nisi tam ampla fuerit, quod Visitatio ipsa perfici in vno anno non possit, nam tunc sufficiet ipsam Visitari infra
3 biennium. *c* Tertio memores sint Visitatores missi ab Archiepiscopis, quòd ipsi nõ poterunt visitare, nisi ea, quæ ipsi Archiepiscopi per se pos sent

c *Conc. Trid. vbi supr.*

Digitized by Google

a cap. Is, qui in ius, & c. Nemo pōt, de reg. iur. in 6.
b ca. Romana, & ca. perpetuo, de censib. in 6.
c Conc. Tridē. vbi sup. §. à Metropolitanis.

sent de iure, cum nō possint in alios maius ius, quàm sibi cōpetere dignoscitur. *a* Quapropter sciant q; Archiepiscopus suam metropolitanā, & diœcesim visitare poterit, sed nō cathedralē,
4 & diœceses suorum suffraganeorum, prout anti quitus eis permissum fuerat. *b* stante sacri Cō cil. Trident. decisione. *c* Vbi hæc habentur ad verbum. A Metropolitanis vero ēt post plenā visitatam propriam diœcesim, non visitētur Ca thedrales Ecclesiæ, neque diœceses suorum cō- prouincialium, nisi causa cognita, & probata in concilio prouinciali. Et hoc vtique propter ab- sentiam episcopi, vel negligentia, vel aliā ratio- nabilem causam, *d* sicut & pp negligentiā ca- pituli sede vacante. *e* Nec huic nostræ decisio- ni obstat super recensita constitutio dicti Sacri Concilij Trid. quoniam illa loquitur: quādo vi neret epus. Quartò animaduertant ipsi ordina
5 rij, & eorū delegati Visitatores, quod infrascri- pta erunt ab ipsis accuratissimè visitāda. Nēpè primo Beneficia curata, ēt si fuerint perpetuo vnita, & annexa Cathedralib. collegiatis seu a- lijs Ecclesijs, vel monasterijs, seu collegijs, aut pijs locis quibuscumque, prout statuit Sacrum Concil. Trident. *f* & ipsis Visitatorib. imponi- tur ibidem, vt sollicitè procurent prouidere, vt per idoneos Vicarios ēt perpetuos, (Nisi ipsis ordinarijs pro bono Ecclesiarū regimine aliter expedire videbitur) ab eis cū tertiæ partis fru- ctuū, aut maiori, vel minori arbitrio ipsorum or dinariorū portione, ēt super certa re assignāda, ibidem deputandos, animarum cura laudabili- ter exerceatur: appellationibus, priuilegijs, exē ptionibus ēt cum iudicum deputatione, & illo- rum inhibitionibus quibuscumq; in præmissis minimè suffraganribus. Secundò visitabunt Ec clesias quascumque quolibet exēptas curatas, prout statuit sacrum Concil. Trident. *g* nō aūt
6 Ecclesias exemptas non curatas; qua pp nō po- terunt de iure visitare Ecclesias Hierosolymi- tanorum, prout ēt censuit sacra congregatio Il- lustriss. Cardinalium declarat. 77. in hęc verba. Videlicet ipsi vero equites Hierosolymitani visi- tari non poterunt in suis Ecclesijs, nisi quate- nus obtineant beneficia curata. Et Pius V. in Bulla 139. quæ incipit. Expościt, statuit dictas Ecclesias exemptas visitari posse solum in his, quæ concernunt curam animarum, & admini- strationem Sacramentorum. Tertiò visitabunt oēs Ecclesias seculares, quæ nullius diœcesis es- se dicuntur, ipsi episcopi cathedralis ecclesiæ, quæ est proximior, si id constet: alioquin ab eo, qui semel in cōcilio prouinciali a prælato illius loci electus fuerit, tāquam sedis apostolicę de- legatus; non obstantibus priuilegijs, cōsuetudi- nibus quibuscumq; ēt immemoralibus, prout
7 docuit sacrum Concil. Trid. *h* Sed notandum quod hæc electio semel facta à prælato loci nul lius diœcesis pro visitationibus, ligat ēt successo res prout censuit supradicta sacra Congregatio ibidem declarat. 7. Quarto visitare poterūt mo nasteria cōmendata, Abbatias, prioratus, & prę posituras nuncupatas, in quibus non viget ob- seruantia regularis prout docuit sacrū Cōciliū Trident. *i* Quinto visitabūt annis singulis be- neficia tam curata, quam non curata, secularia & regularia qualitercumque commendata, &
8 exempta tanquam sedis Apostolicæ delegati: Curentque ijdem epi congruentibus remedijs, ēt per sequestrationem fructuum, vt quæ reno uatione indigent, aut restauratione, reficiantur, & curæ aiarum (si quæ illis, vel eorum annexis

d cæ. 9. q. 3. vbi per Doct. & per glos. in ver. Negligentes Sylu. in ver. visitatio. §. 6. ver. Tertium.
e Pan. in c. 1. ex trans sede vacante.
f sess. 7. de refo. c. 7.
g sess. 7. de refo. c. 7.
h sess. 24. de refor. c. 9.
i sess. 21. de ref. c. 8

immineat) aliaq; debita obsequia rectè exerceā tur: appellationibus, quibuscumq; priuilegijs, cōsuetudinibus ēt immemorabili tempore præ- scriptis &c. & si in eis vigeret obseruantia regu laris: tunc epi prouidere tenebuntur paternis admonitionibus, vt eorum regularium superiores iuxta eorum regularia instituta debitā viuendi rationem obseruent, & obseruari faciāt: & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti iuxta sex menses eos nō visi- tauerint, vel correxerint: tunc ijdem Epi etiā vt delegati Sedis Apostolicæ eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi superiores possent, iuxta eorum instituta: quibuscumq; appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus. *K* Sexto, visitabūt ipsi epi hospitalia, cōfraternitates laicorū, eleemosinas mōtis pietatis, & pia loca oia, collegia quęcum- que ēt, quas scholas, siue quocunque alio noie vocant: non tamen quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorū licentia: & dicta pia loca visitabunt, ēt si ipsorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadē pia loca exēptionis priuilegio sint munita: ac oia, quę ad Dei cultū, aut aiarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo iuxta sacrorum canonum statuta cognoscant, & exequātur: nō obstantibus quacumq; consuetudine ēt imme- morabili, priuilegio, aut statuto. *l* Sciāt que ipsi
9 epi eos esse ēt tanquam Sedis Apostolicæ dele- gatos in casibus à iure concessis, oium piarum dispositionum tā in vltima voluntate quā inter viuos executores, prout docuit Conc. Trid. vbi supra. *m* Septimo, visitabunt oratoria, in quib. celebratur de licentia epi, necnō & Archipres- byteratum, qui est nullius diœcesis. Nam illum visitabit vicinior eps, vt elicitur ex Conc. Trid. *n* quod tamē denique apertissimè docuit sacra Congregatio in declarat. 274. Quinto, sciāt Re- uerendissimi Epi, & Visitatores ab illis missi, qd poterunt visitare, corrigere, & emēdare toties, quoties occurrerit occasio rationabilis, Capitu- la Cathedralium, & aliarum maiorū Ecclesia- rum, illorumq; personas, non obstantibus qui- buscumque exēptionibus, consuetudinibus, sen tentijs, iuramentis, concordijs, quæ tantū suos obligant auctores, non aūt successores. *o* sed in quibus casibus ipsi Epi vel eius delegati Visita- tores soli possint procedere, docuit ipsummet
10 sacrum Concil. Trid. *p* Quapropter inde pa- tentissimè elicit supradictos posse de iure cōpel lere clericos sibi subditos ad ostendendos titu- los suorum beneficiorum, ēt quæ hērent extra eorum diœcesim, cū officiū eorum sit inquirere, an aliquis beneficiatus, & iusto titulo bona Ec- clesiastica possideat. *q* Sextò principaliter Visi tatores memoriæ cōmendent, q; cum ipsi Visita tores ad actum descendere statuerint uisitandi, tenebuntur per se (q; esset laudabilius) vel per alium ad idipsum idoneū post orationē, & pre- ces emissas ad Deum, vt ipsum illuminet: suum ergo erit sermone habere ad populum, ipsiusq;
11 gregem pascere pabulo verbi Dei. Cum præci- puus scopus visitationū esse debeat, sanam or- thodoxamq; doctrinam expulsis hæresibus, in- ducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, po pulum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accēdere: *r* & ad cætera prout locus, tempus, & occasio fe- ret ex visitantium prudentia ad fidelium fru- ctum constituere, *r* & hoc facient si sequi ve- stigia Saluatoris voluerint, qui volens visitare

K Conc. Tridē. vbi supra.
l Conc Triden. sess. 22. c. 8.
m Conc. Tridē. vbi supra.
n Conc. Tridē. sess. 24. c. 9.
o Conc. Tridē. sess. 6. c. 4.
p Sess. 25. de refor. 2. c. 6.
q Gomes. i quod lib. 9. col. 4. de annali poss. & Capuol. Aquil. decis. 274. par. 2
r ca. Romana, de censib. in 6. Conc. Trid. sess. 24. de refor c. 3 §. Visitationis.

nos oriens ex alto, adueniente illa beata tempo
ris plenitudine, incæpit à sancta prædicatione.
a cum vix egressus à deserto (dicatur ex) indè
ipsum Dominum Iesum cæpisse prædicare, &
docere, & alibi. *b* Venit Iesus in Galilæã præ-
dicans euangelium regni Dei, & rursus. *c* Et
mittens Apostolos suos tanquam Episcopos,
Visitatores totius orbis terrarum, dixit. *d* Ite
docete omnes gentes, & rursus: Ite per vniuer-
sum mundum prædicare euangelium, & Apo-
stolus Paulus, scribens ad Timotheum, *e* dixit:
Prædica verbum importunè opportunè, argue,
obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.
Quapropter Concilium Bracharense statuisse
legitur, *f* vt per singulas Ecclesias Episcopi, &
32 per diœceses ambulantes primum discutiant
clericos: quomodo ordinem baptismi teneant
vel missarum: qualiter quæque officia in Eccle-
sia peragãt: & si rectè quidem inuenerint, Deo
gratias agant: si autem minimè, docere debent
ignaros: & hoc modis omnibus præcipere, sicut
antiqui canones iubent: vt antè viginti dies ba-
ptismi ad purgationem exorcismi cathecumini
currant: in quibus viginti dieb. omnino cathe-
cumeni symbolum: quod est, Credo in Deũ pa
trem omnipotentẽ, specialiter doceantur: post-
33 quam ergo hæc suos clericos docuerint Episco
pi: alia die (conuocata plebe ipsius Ecclesiæ) do
ceant illos, vt errores fugiant idolorum, vel di-
uersa crimina, vt sunt Homicidium, adulteriũ,
periurium, falsum testimonium, & reliqua pec
cata mortifera; & quòd nolunt sibi fieri, alteri
ne faciant; & vt credant resurrectionem oĩum,
& diem iudicij, in quo vnusquisque secundum
opera sua recepturus sit: & sic postea Episco-
pus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam. Sed
an & quando Visitatores exigant iuramenta à
visitandis hic non dicemus, cum de hoc dictum
latissimè fuerit supra. *g* Septimò principaliter,
animaduertant Visitatores clericorum secula-
rium, cum de modo procedendi in visitationi-
bus regularũ supra locupletissimus fuerit ha-
14 bitus sermo, & si hic afferenda sint quoq; me-
moriæ tradenda à Visitatoribus ipsorum regu-
larũ, quod si continget eos aliquid audire con
tra aliquam specialem personam in hac eorum
visitatione, seu inquisitione generali nõ statim
poterunt contra ipsam procedere ad inquiren-
dum de veritate delati criminis, & sic ad ipsum
postea puniendum; sed procedendum eis erit
per subsequentem distinctionem. Nam aut cri
men sic delatum est occultum, aut notorium: si
ergo, esset occultum, vt puta, quia deponens de
illo dicat se solum illud scire, & non habere cõ-
testes, vel alium solum scire. Nam tunc non po
terunt Visitatores huiusmodi delatum publicè,
aut secretè punire. Immo nec permittere de hu
iusmodi criminibus clericos accusari; nisi audi-
to, quod delator poterit sufficienter probare il
la, aliàs vt diximus cõtra delatos procedere nõ
debent: ne frustra aliquem infamia aspergant
contra charitatem, ex propria ignorantia, & ve-
cordia. *h* sed si adesset denunciator dicens se
non posse probare: quoniam etsi habeat solum
duos testes, tamen illi sibi dixerũt se nolle talia
in scriptis deponere, qui non sunt cogendi. *i* In
tali casu ipsi Visitatores poterunt solũ procede
re contra delatos, secretè illos vocãdo, & monẽ
do, vt desistãt ab incæptis: sin aliàs iudicio Dei
optimi maximi permittente possent cõprehẽdi
in hmõi criminibus, & à iusta eorum punitione
non euadet ipsos sua pertinacia in peccando: &
quòd nolint dicere intra se, quis me videbit: aliasve
ipsis cũ non dẽant ignorare quòd patiẽtia Dei ad
pœnitentiam eos adducat: non aũt poterunt de
iure illis imponere pœnitentiã publicam; cũ hoc
vergeret in ipsorũ dedecus, & contra præceptũ
charitatis: & ideo mortaliter peccarent: *K* sed si
huiusmodi delator posset probare hmõi delata
crimina, vt puta, quia de aliquibus orta fuis-
set infamia, vel notorietas: & tunc ipsi Visitato-
15 res poterunt contra eos procedere via ordina-
ria ad eos puniendos, *l* in tantum Visitatores
vel Epĩ ipsi pro huiusmodi delatis criminib. pu
niendis insurgere debent contra criminosos, quòd
16 si hoc omiserint tunc Archiepiscopi ipsi proce
dere possent cõtra tales ipsis ordinarijs irrequi
sitis, & inuitis, si ad eos per modũ grauaminis
fuisset habitus recursus: nec in hoc refragatur
sacrum Concil. Trident. *m* In hac ergo cleri-
corũ visitatione non solũ clerici erunt audiẽdi,
verum, ẽt & laici hortãdi, prout elicitur ex Ru
brica Pontificalis tit. de visitatione. Ex his ergo
rã Visitatores ordinarij, aut delegati, quam ipsi
visitati poterunt scire quõ eis erit procedendũ,
17 cũ ex huiusmodi visitatione, seu generali inqui
sitione poterũt deuenire ad specialẽ inquisitio-
nẽ cõtra respersos infamia, & inditiatos ex de-
ductis in dicta Inquisitione generali, & illa stan
te poterunt contra tales procedere ad inquiren
dũ de veritate criminis, & sic deinceps ad pœnã
iuxta sanctiones pontificias, & imperatorias in-
18 fligendã. *n* Octauò principaliter memores sint
Visitatores multipliciter fuisse monitos, vt cele
riter se expediant à munere visitãdi explẽdo, ne
diu morã trahendo in huiusmodi visitationib.
nimis grauent populũ, & clerũ in sibi ministrã-
dis cibarijs necessarijs contra statutũ expressũ
quamplurimorũ iurium. *o* & sciant, quòd si se oc
cupauerint in alijs rebus, quã in necessario per-
tinentibus ad munus visitandi meritoriè perfi-
ciendũ: tenerentur ad restitutionẽ damnorũ il-
latorum iniustè visitatis pp expensas factas sibi
indebitas; cũ noluerint sequi vestigia Apostoli,
& aliorũ ministrorum ecclesiæ, de quib. sermo
latissimus hẽ in sacra scriptura. *p* Quapropter
contra huiusmodi Visitatores inuehit D. Ber-
nardus dicens, quòd non benè maneant mẽbra de-
licata sub capite spinoso, nec est maior seruus
Dño suo. *q* Quibus auctoritatibus & alijs mota
sacra cõgregatio Illustrissimorũ Cardinaliũ in
declarat. 445. censuit in facta pro capitulo Grã
dicensi in hæc verba, An Eps teneatur suã visi-
tationẽ concludere intra certũ determinatũ tẽ-
pus iuxta latitudinẽ suæ diœcesis, & signanter vi
sitando suã ecclesiã Cathedralẽ, & suos capitu-
lares iuxta numerũ clericorũ, qui paruus est, &
ciuitas similiter, & si teneatur assignetur termi
nus: sacra ipsa Congregatio censuit nullũ certũ
tẽpus fuisse præfixum à Concilio, sed id relictũ
arbitrio Epi, quod in debebit esse moderatũ, &
19 discretũ. Nono sciant Visitatores se posse de iu
re solã procurationem recipere a visitatis: quæ
quidẽ procuratio nihil aliud est, nisi victus il-
lius diei, quo visitant, & sunt esculẽta, & pocu-
lenta prout iuribus vulgatis patet, qđ & innuit
sacrũ Concil. Trid. *r* his præcisis verbis vtens,
videlicet. Quæ vt facilius feliciusq; succedant,
monentur prædicti oẽs. & singuli, ad quos Visi
tatio spectat: vt paterna charitate, Christiano-
que zelo omnes amplectantur; ideoq; modesto
contenti æquitatu famulatuq; studeant quam
celerrimè, debita tamen cum diligentia, visita-
tionem ipsam absoluere. Interim, que caueant
ne inu-

a Matt. c. 4.
b Marc. c. 1.
c Luc. cap. 4. & Ioan. c. 1.
d Matt. ca. vlt. & Mar. c. vlt.
e 2. Timot. c. 4.
f c. Placuit. 10. q. 2.
g In c. 5. nu. 4.
h c. 1. §. sanè. de censi. in 6. Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 4. ar. 5. colum. fin. cõclus. 2. dubio c. Diaz in pract. cano. crimin. cap. 6. Florent. Theolog. quæst. tract. de corre frater. artic. 3. concl. 1. §. Hinc pessimè Con. lib. 1. ca. 2. nu. 6. ver. sextũ var. res. Hosti. in Sũma, tit. de offi. ord. §. quid pertinet, ver. ac cultos, peccatores, num. 7.
i d. §. sanè Panor. in c. 1. gl. 1. de offic. ordin. Aret. in c. Qualiter, & quãdo, el 2. col. 3. de accusa. Marã 6. par. tit. de Inquisit. nu. 14.
K Gemin. in dicto §. sanè.
l c. 1. §. Notoria, de censib. in sexto Marant. vbi supra, n. 86 Felin. in cap In his, ver. Quarto limit. de accusat.
m sess. 24. de reform. c. 20.
n Nau. in cons. 10. sub tit. de offic. ord.
o c. Inter cætera, ver. cũ vero, 7 q. 3. Placuit, 10. q. 1. c. Cum Apostolus, ver. quo circa, de cẽsibus, Conc. Trident. sess. 24. de refor. c. 3. ver. Quæ vt facilius.
p 1. ad Thes. c. 2 & 2. ad Thess. c. 3. 2. Cor. c. 2. Actuum c. 20. Ioan. c. 4. & 8. Luc. c. 6.
q Ioan. c. 15.
r in sess. 24. de refor. c. 3. § quæ vt facilius, & in c. 1. §. procurationes, de cẽsib. in 6.

Digitized by Google

ne inutilibus sumptibus cuiquam graues, onerosi vè sint, ne vè ipsi, aut quisquam suorum quicquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios vsus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcũque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili: exceptis tamen victualib. quæ sibi aut suis frugaliter, moderateque pro tẽporis tantum necessitate, & non vltra, erunt ministranda, sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint soluere id, quod erat ab ipsis antea solui, certa pecunia taxata, consuetum, an vero prædicta victualia subministrare: saluo item iure conuentionum antiquarum cum monasterijs, alijsq. locis pijs, aut ecclesijs non parochialibus inito, quod illæsum permaneat. In ijs vero locis, seu prouincijs, vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, aut quidquam aliud à Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi

23 id obseruetur. Quod si quisquam, (quod absit) aliquid amplius in supradictis omnibus casibus accipere præsumpserit, is præter dupli restitutionem, intra mensem faciendam, alijs etiam pœnis iuxta constitutionem Concilij generalis Lugdunensis, quæ incipit, Exigit. *a* Nec non & alijs pœnis in Synodo Prouinciali arbitrio Synodi absque vlla spe veniæ, mulietur. Hæc omnia ad verbum habẽtur in dicto sacro Concilio Tridentino loco citato, pro quorum intelligentia, sciendum quod etsi reuera melius facerent ipsi Visitatores nihil omnino recipiendo à visitatis iuxta illud. *b* Soluas manum tuam ab omni munere, & aliud. *c* Munera super innocentẽ non accepit. Et sic passim obseruatur a pijs & timoratis prælatis iuxta doctrinam Diui Augu-

a in c. Exigit, de censib. in 6.

b Esa. c. 33. & c. sunt nõ nulli, 1. q. 1.

c Psa. 14.

21 stini. *d* Minuta sunt, sed congeres multa minuta, & facies ingentem aceruum. Tamen Doctores non desunt dicentes, quod Visitatores possint à visitatis recipere, quæ comedenda ac consumenda essent ibidem, nec alio essent asportanda, *e* & ratio est, quoniam nulla lex obligat cum tanto rigore, & iugum Domini est suaue, & de minimis non curat prætor. Quapropter meritò Nauar. in consil. 2. incip. Vtrum pœna statuta, in cap. Exigit, de censibus, in 6. sub titu. de censibus, lib. 3. num. 2. sex notabilia assert in decisionem præsentis quæstionis, primum quorum est, quod dictum cap. exigit, quatenus punit pęna dupli, potius diminuat pœnam iuris, quam inducat pœnam: Nam pœna concussionis est quadruplum, tam iure canonico, vt in c. quoniam, dist. 18. quam Cæsareo, per tex. in l. sancimus. C. ad l. Iul. Repetun. transcriptum à Gratiano, in c. Sancimus, 1. quæst. 7. & præfatum, cap. Exigit loquitur de concussionis crimine, quod committitur, quoties quis ratione officij publici capit male aliquid, vt in l. 2. ff. de Concussionibus. Secundũ quod dictum c. exigit inducit pęnam etiam ipso iure incurrendam, quatenus suspendit ipso iure concussorem. Tertium, quòd huiusmodi visitator concessor possit absolui à peccato, restituto tantum simplo, vt elicitur ex Clem. 2. §. 1. de Hęretic. vbi excommunicantur omnes extorquentes quomodolibet pecuniam prætextu officij Inquisitionis vsque ad satisfactionem plenam de pecunia sic extorta illis, a quib. extorserant, p quæ clarè elicitur sufficere restitutionem simpli, Quartum. Visitator, qui intra mensem restitueret simplum, siue tantum, quantum accepit via concussionis, non incurreret suspensionem, etsi

d S. Aug. super Ps. De profundis

e Phili. Frãcus in ca. exigit, de censib. in 6. & ibi. Io. An. Hos. et Apostilla in ver. Munera. incip. in c. 5. n. 7. ver. 15. de cẽsib. in 6.

posset absolui a suspensione, si illam incurrisset: hæc omnia ex Nauarro vbi supra Decimo sciãt

22 Visitatores, quod si dum pergunt ad visitandũ non habeant proprios equos, & illos locarent, non possent locationis precium solutum dominis equorum expetere postea à visitatis; cum Innocentius Papa IIII. *f* præceperit eis nihil accipere nisi expensas in victualibus solum moderatas, & eos cauere ne ipsi, vel quisquam suorum aliquod munus, quodcumque sit, & qualitercũque offeratur, præsumerent recipere, nè videantur quę sua sunt quęrere, & non quæ Iesu Christi, & quod si fuerit per eosdem contra præsumptum, recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquam (nisi duplum restituat) liberetur, addit Innocentius; Volumus enim in his fraudem quamlibet penitus euitari. Qua propter meritò Doctores dixerunt Visitatores non posse exigere a visitatis precium vecturarum per ipsos solutum, etiamsi non habuissent equos proprios *g* pro huiusmodi itinere arripiendo. Vndecimo sciant Visitatores, quod etsi videatur prohibitũ notarijs & alijs ex familia Visitatorum aliquid recipere à visitatis, prout ex verbis dicti §. procurationes, & ibi per gloss. in verb. officij habetur

23 expressè; tamen arguendo ab identitate rationis possumus elicere ex sacro Concil. Trid. *h* quod possint ipsi notarij aliquid moderatè recipere a visitatis pro eorum labore perpesso in scribẽdo, & transcribendo, & dando copiam ipsius visitationis, (prout expressè docuit Sãctus Antonius) *i* si ipsi notarij non recipiant aliquod salarium de publico pro tali labore: cum nemo teneatur proprijs expensis militare: & dictum sacrum Concilium his præcisis verbis vtatur, videlicet. Notarij verò in ijs tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, p singulis litteris dimissorijs, aut testimonialibus, decimam tantum vnius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo. Arguendo ergo, ab identitate rationis, patet licere eis aliquod moderatum salarium recipere, si nihil de publico recipiant: quod & confirmarunt Innocẽtius, & Hostiensis vbi supra, vt docuit Archiepiscopus Flor. vbi supra. Et hæc omnia de potestate

24 Visitatorum recipiendi expensas moderatas, locum habent solum in visitatione ecclesiarum diuitum, & quę illas facere possunt, non autem ecclesiarum pauperum, cum tunc proprijs expensis visitandę ipsę sint. Vt elicitur ex Concilio Gabilonensi, *k* vbi dicitur. Tanta ergo discretio in hac re tenenda est, vt verbi Dei prædicator (vbi proprij sumptus desunt) a fratribus accipiat, & ijdem fratres illius potentia non grauentur: exẽplo Apostoli Pauli, qui (ne quem grauaret) arte & manibus victum quærebat. Sed si visitarent beneficia tenuia; tunc possent pro rata eorum procurationem huiusmodi exigere, prout sacra Congregatio Car. super declaratione Cõcilij Tridentini, in declar. 526. censuit, nisi ex diuturna, & longissima consuetudine aliquæ ecclesiæ, vel beneficia nunquam procurassent huiusmodi Visitatores: nam tunc ad nihil tenerẽtur, vt docuit ipsum sacrum Concilium Tridentinum. *l* Duodecimo, Reuerendi Visitatores reperiendo ecclesia ditatas, etiam pertinentes ad ius patronatus laicorum, erit eis procedendũ

25 per subsequentem distinctionem: Inuestigabũt accuratissime, an ipsæ possint reparari proprijs redditibus, aut nõ, si reperient ipsas posse restaurari proprijs redditibus, & tunc alloquentur be-

neci-

f in c. 1. §. Procuratione, de censib. in sexto.

g Inno. Arch. Philip. Fran. in dicto §. Procuratione, n. 4. Gl. in c. si episcopus in ver. Prouidere, de offi. ord. in sexto Flo. Arch. 3. p. ti. 20 ca. 5. §. 5. Anchar. in dicto c. si Episcopus, num. 1.

h In ses. 21. de reforma. c. 1. in ver. Notarij.

i S. Archiepis. Floren. in 3. p. ti. 20. ca. 5. §. 5.

k c. Cauendum 10. q. 3. Host. in Summa. tit. de offic. Archid. §. Quod sit eius officium, nu. 4.

l In ses. 24. de reforma. c. 3. ver. in ijs vero locis.

Digitized by Google

neficiatos ipsarum, illos hortando ad illas omni no testaurandas, quod si ipsos renitentes inuene rint, eos omnino compellent: *a* Si vero illas inopes repererint, ita vt ex proprijs earum redditibus restaurari non possint, tunc vocatis ijs, quorum interest, in matrices, aut alias ecclesias arbitrio suo, atque in ijsdem ecclesijs erigant altaria, vel capellas sub eisdem inuocationib. vel in iam erecta altaria, vel capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus, priori bus ecclesijs impositis, prout statuit sacrū Cōc. Trid. *b* quod dummodo vbi erat ecclesia vetusta diruta, erigatur crux. Sciantq. Visitatores, quod possent eas etiam profanare stante magna eiusdem ecclesiæ inopia, & forsan loci indecentia, dummodo non conuertatur locus ille in sordidos vsus, prout ibidem docuit sacrum Concilium in fine. *c* Et quamuis passim ad vnguem supradicta non obseruentur, cum sæpe ecclesiæ profa nentur, & ibidem laicorum domus ædificentur super hoc tamen sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium super citato loco sacri Cō cilij in declaratione. 241. censuit in hęc verba. *d*

a Par. in c. 1. 2. 3. & 4. extra. de eccles. ædif.

b In sess. 21. de reforma. ca. 7.

c In sess. 21. de re. c. 7. §. Quod si nimia egesta te.

d Congregatio sacra.

26 Ordinarius non debet sine causa profanare capellas: & si aliquam causam profanandi habuerit, earum cæmenta potius sunt assignanda ecclesiæ, quæ est caput dictarum capellarum, quam alteri. At si loquamur de parochiali ecclesia ino pi diruta, quæ ob eius inopiam ex proprijs redditibus restaurari non possit, tunc ipsi parochiani erunt compellendi: nec propter hoc possent vsui parochiæ renunciare. *e* sed si ipsi parochiani noluerint, aut non potuerint eas reparare, in tali casu sacra Congregatio supradicta in decla. 276. his verbis nos docuit, quid sit nobis faciendum, videlicet. *f* Si populus nolit ecclesiam, quæ minatur ruinam, restaurare, ea debet penitus dirui, præterea prælatus posset ex causa non solum profanare immobilia, sed & mobilia ecclesiæ. Et sciendum, quod huiusmodi translatio ecclesiarū vetu starum, de qua supra latius,

e Pan. in c. 1. n. 4. extra, de Ec cles. ædif.

f Sacra Congre gatio vbi supra. Nau. in Comē tarijs de spolijs clericorū. §. 19. n. 11. per totum

27 non dicetur vnio facta cum alijs, sed translatio ad eas: cum beneficia tunc dicantur vnita cum alijs, quando incorporantur in illis, & efficiūtur vnum corpus, *g* & beneficium vnitum perdit nomen beneficij, *h* sed ista translata remanent distincta cum inuocationibus, introitibus, emolumentis, & oneribus distinctis: qua propter nō po terunt dici vnita, sed translata. Quapropter Visi tatores animaduertant quod id, quod præcepit sacrum Concil. Trid. *i* dicens, quod Ordinarius tanquam Sedis Apostolicæ delegatus examinet vniones perpetuas a quadraginta annis citra fa

g Gomesius ī q. 25. in regula de annali possess.

h Reb. pract. be nef. infor. noua prouis. sup uer. Cum annexis. versi. etiam.

i In sess. 7. de reforma. c. 6.

28 ctas, & si eas repererint per subreptionem, vel obreptionem fuisse obtentas, eas declarent irritas & inanes: non loquitur de huiusmodi vnionibus & translationibus factis ab ordinarijs; cū ij in talibus faciendis non indigeurint auctorita te delegata, habentes ordinariam, eo magis qđ subreptio, & obreptio non cadat in ordinarium, *k* sed solum cadit in summo Pontifice, *l* & de his sępe mandauit sacra Congregatio reuideri, cum assoleant mendacia proponi. *m* Cum prouisiones factæ ab ordinario, vti eruditissimo de qualitatib. beneficiorum & personarum, quibus conferenda fuissent: non poterunt oppugnari de subreptione aut obreptione. Tertiodecimo sciāt Visitatores, quod beneficia nullius dięcesis erūt

k Syl. uer. Bene ficiū 3. q. 1. a nu. 9. & Gomes. in q. 9. de ann. pos. & q. 58. de trie. poss.

l c. si motu proprio. c. Non pōt de præbē. l. 6. cl. & ei ibi gl. 1. uer. [illegible] zata. de offic. [illegible]

m Pan. in cle. 2. [illegible] 4. 5. & 6. de [illegible] ord. Capud. [illegible] dec. 406. [illegible] 2.

29 visitanda a vicinori Episcopo, prout censuit sacra Congregatio Illustrissimorum Card. supradictorum in declarat. 183. & tam in capite, quā in membris, vt eadem Congregatio decreuit in declarat. 203. his verbis. Collegiatis nullius dię cesis visitari debent a viciniori Episcopo. Quar-

30 todecimo sciant Visitatores se non posse visitare Abbatias commendatas, in quibus commēdatarius habet territorium, & ibi exercet episco palem dignitatem, & hoc dicimus etiamsi Visitatores essent creati ab Episcopo diœcesis, intra cuius ambitum dictæ Abbatiæ commendatæ reperiuntur, & ita practicatur hodie vbique locorum. Quintodecimo, Visitatores Episcopi animaduertant, quod si quis appellauerit ab actis

31 per se factis in visitatione tanquam sedis apostolicæ delegatum, non ad ipsam sedem appellabit, sed ad metropolitanum, prout merito censuit sacra Congregatio supradicta his pręcisis verbis utens, uidelicet. *n* Si in uisitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, prout statuit sacrum Concil. Trident. debet appellari ad metropolitanum quoad deuolutiuam, nō quoad suspensiuam, prout sess. 22. de reformatione, cap. 1. ratio est, quia quę in uisitatione suffraga

n In se. 24. de [illegible] for. c. 10. sacr. Congreg. decla rat. 484.

32 neus facit, iure ordinario facit, & merito, quoniam Iudex, uel Episcopus ordinarius licet auctoritate apostolica sit effectus legatus, ea tamē quæ facit, ut ordinarius in uisitando proprium populum & auctoritate ordinaria facit, quia est ordinarius. Nā ideo dixit. *o* Host. quod quando committitur Episcopis id, quod pertinebat ad ipsum iure ordinario, id fit vt magis timeatur. *p* Decimosexto memores sint Reuerendi Visitatores, quod statuit sacrum Concil. Trident. Vt Episcopi & per consequens omnes ordinarij, vel eorum delegati, vt aptius, quem regunt populum, possint in officio, atque obedientia continere, in omnib. his, quę ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectāt, ius & potestatem habeant, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi iuxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suę vtilitate necessaria videbuntur. Nec in his, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio, seu quærela, etiā ad sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, q ab his mādata, decreta, aut iudicata fuerint quo quo modo impediat aut suspendat. Hæc in dicto sacro Conc. Tri. *q* & notandum, quod id, q ex sacro Conc. Tri. statim retulimus, erat ante ipsum de iure antiquo, quoniam etsi in visitatione admitteretur appellatio quoad deuolutionē, non autem quoad suspensionem: ita sacra congregatio in alia declaratione 447. censuit. Nec obstat, quod sacrum cōcilium statuerit, quod in visitatione procedat Episcopus tanquam sedis Apostolicæ delegatus, cum hoc dixerit, vt maiori auctoritate ille fultus possit corrigere crimino sos repertos, & magis timeatur, ac inde vt maius robur habeant, quæ in visitatione peraguntur. Qua propter consequens fit, quod merito sacra congregatio indicta declarat. 447. censuit, quod si quis appellauerit a decretis Visitatorum ad metropolitanum, & petierit copiam actorum inde confectorum, in tali casu obseruanda sint decreta sacri Conc. Trid. in sess. 13. de reformatione c. 3, & in sess. 24. de reformatione c. 20. pro cuius maiori intelligentia sciendum quod in dicto c. 3. hæc ad uerbum habentur, videlicet. Reus ab Episcopo, aut eius vicario in spiritualib. generali in criminali causa appellans, coram iudice, ad quem appellauit, acta primæ instantię omni-

o c. 2. de of. ord. & ibi per Doc. et Host. i summa tit. de off ord. §. sunt aut quadā

p cap. Quis nesciat d. 15.

q Sess. 24. de refor. c. 10

r Sacra Cōgregatio in declar. 447.

no

33 sio producat, & iudex, nisi illis visis, ad eius ab-
solutionem minimè procedat. Is aut, à quo ap-
pellatum fuerit, intra viginti dies acta ipsa po-
stulanti gratis exhibeat: alioquin absq. illa causa
appellationis huiusmodi, prout iustitia suaserit,
terminetur. Hæc ibi & in dicto cap. 20. § Præ-
terea. & sequentib. & in hæc habentur, videlicet.
Præterea si quis in casibus à iure permissis appel
lauerit, aut de aliquo grauamine conquestus fue
rit, seu aliàs ob lapsum biennij, de quo supra, ad
alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia
coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis
expensis suis transferre: Eodem tamen Episcopo
prius admonito, vt si quid ei pro causæ instru-
ctione videbitur possit iudici appellationis signi
ficare. Quod appellatus compareat: cogatur tūc
is quoq. actorum, quæ translata sunt, expensas
pro portione sua, si illis vti voluerit, subire: nisi
aliter ex loci consuetudine seruetur: vt, scilicet,
ad appellantem integrè hoc onus pertineat. Por
ro ipsum actorum copiā teneatur notarius, con-
grua mercede accepta, appellāti quanto citius,
& ad minus intra mensem exhibere. Qui notá-
rius si in differenda exhibitione, fraudem fece-
rit, ab officij administratione, arbitrio Ordinarij
suspendatur, & ad dupli pœnam, quātæ litis fue
rit, inter appellantem, & pauperes loci distribuē
dā, compellatur. Iudex vero & ipse si impedimē
ti huius consctus, particepsve fuerit, aliter vè ob-
stiterit, ne appellant. integrè acta intra tempus
traderentur, ad eandem dupli pœnam, prout su-
pra, teneatur: non obstantib. quoad oīa supradi-
cta, priuilegijs, indultis, concordijs, quæ suos tā-
tum teneant auctores, & alijs quibuscumq. cō-
suetudinibus. Hęc oīa vbi supra. Quib. sic stan-
tibus decreuit sacra cōgregatio in declarat. 332.
in hæc verba, videlicet. Ea, quæ ad visitationē,
ac morum correctionem subditorum spectant;
Non possunt per appellationem impediri, aut
suspendi, prout decreuit sacrum Conc. Triden.
in ses. 24. de reformatione c. 10 §. Nec in his. Prę
cisis his verbis, videlicet. Nec in his, vbi de visi-
tatione, aut morum correctione agitur, exēptio,
aut vlla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam
ad sedem Apostolicam interposita, executionē
eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudica
ta fuerint, quoquo modo impediat, aut suspen-
dat. Hęc ibi idemque decreuisse patet Piū quar
tum in sua constitutione, quæ est decimasepti-
34 ma: & incipit. De salute gregis. Decimoseptì-
mo, Reuerendi. Visitatores sciant quod libris vi
sitationum plena fides pręstanda erit, vbi adest
consuetudo probata, & extendetur ad alium lo-
cum, *a* & quod si quis prætenderit se esse exem
35 ptum à visitatione, ipsum oportebit probare,
cum regula iuris sit in contrarium, & apertissi-
mè supra per multa comprobata, alias non præ-
sumetur contra ipsam, *b* & quidem Episcopum
36 posse visitare per alios iure cautum est. *c* Nec ei
terminus præfixus a iure reperitur, quin visitare
poterit in qualibet parte anni vnius, & idem di-
citur de visitandis, prout respondit sacra Cōgre
gatio in declarat. 445. Poterit ipse Episcopus, vi-
sitans, vel quilibet Visitator vti in actib. iudicia-
lib. describendis, prout cauetur in ca. Quoniam
contra ext. de proba. & in declar. 468. pro Reue
rendiss. Astoniense sacra Congregatio censuit
Episcopum non posse artari in visitatione, vt se-
cum deferat notarium capituli, cū potestas visi-
tationis adeo sibi Epō sit concessa: vt capitulum
nihil sibi vendicare possit, & ideo poterit secum
ferre pro notario secretarium suum, vel aliū no-
tarium, prout sibi videbitur necessario conuenī
37 re. Decimo octauo sciendum pro intelligentia
eorum, quæ allata fuerunt supra, quasi immedia
tè dum diximus, Episcopum vel alium Visitato
rem posse procedere & corrigere omnia delicta
quod sacra Congregatio, in decla. 469. decreuit
his verbis vtens, videlicet Secundum dubiū est,
quod Eps visitando non possit solus aliquod cri
men corrigere, & punire: sed solum monere, &
corripere: alioquin per viam visitationis proce-
dendo puniret solus oīa delicta: cum tñ debeat
duos capitulares assumere iuxta c. statuit. Ad q
respondet Eps, non inde hoc sequi; cum sit notis
sima materia visitationis, eo quod ea, quæ perti
nent ad mores ipsi Visitatores recipiant tunc in
visitationis articulo, & non inquirant de homi-
cidijs, vel simil.b. criminib. sed solum de re, mo-
res, & consuetudinem viuendi respiciente: vt pu
ta, de concubinatu, de non recitantib. horas, de
habitu inhonesto, & similibus. Insuper animad-
uertendum, quod si omnia delicta venirent in
visitatione, nullum sequeretur inconueniens, q̄a
fructus visitationis imponitur, qui vtiq. potius
est emendatio criminosi visitati, quam punitio;
d Qua propter supradictū decretum sacri Cōc.
Trid. permittit Episcopo visitanti corrigere, &
emendare criminosos visitatos; sub quib. verbis
omnia vtiq. spectantia ad morum correctionem
comprehenduntur. *e* Et idcirco Episcopus visi-
tans, vel alius visitator nihil non sibi competens
de iure ordinario, etsi cognosceret de omnib. cri
minibus, dummodo non procedat ad ordinariā
a iure inflictam pœnam imponendam cōtra cri
minosos repertos, sed solum ad eā, quæ magis e-
mendationem eorum respiciat: licet si ad pœnā
ordinariam imponendam voluerit procedere,
38 debuerit assumere secum duos ex capitularibus
Nouissimè verò memorię cōmendent Visitato-
res, quòd sacra congregatio censuit, *f* q ordina-
rius non habeat auctoritatē visitandi hospitalia,
neq. confraternitates, quę a laicis reguntur, nisi
in casibus a iure communi permissis, etsi ordina
rius possit ab eis rationem administrationis eorū
exigere, nulla habita ratione iuris cōmunis, sed
seruata tantum dispositione sess. 22. de refor. c. 8.
& 9. sacri Concilij Tridentini.

a Caput Aquil. deci. 229. 1. p. et melius in Dec. 158. p. 2
b Caput Aquil. deci. 361. p. 2
c c. decreuimus 10. q. 1. & ibi p Doctores, & Innoc. in c. 1. de Cēsibus, in 6.
d c. Inquisitionis, extra de accusat.
e Arg in c. irrefragabili § ex cessus, de off. or.
f In decla 288.

De ratione visitandi Regulares, siue Monachos. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Visitationis modus magis distinctè explicatur, circa Abbatem, & superiores.*
2 *Interrogationes a visitatoribus faciendæ secundū personarum diuersitates.*
3 *Visitatores peracta visitatione nihil iuris amplius habere.*
4 *Crimina emendata accusari, vel denunciari non debent.*
5 *Crimina non emendata quando denunciatione, uel accusatione indigeant.*
6 *Visitationes quo fine terminandæ sint.*

POstea Visitatores in sua domicilia recepti, vt ritè, atque ex ordine munera sua
1 præstent, duas series describāt. & qui si
depingant. De quibus inquisitio insti-
2 tuenda erit; exhibito prius iuramento de verita-
te aperienda in ijs omnibus, quæ primo ad Dei
spe-

Digitized by Google

spectant cultum: post hac de ceteris, quæ vel in capite, vel in membris instaurationem efflagitant; sunt autem (quo breuior sit descriptio) hæ series bipartito discrimine distrahendæ, hoc modo.

Series Rerum.

De orthodoxæ fidei integritate.
De Diuinis laudibus.
De Regulari obseruatione.
De Silentij obseruatione.
De Vitio acquisiti peculij.
De Diplomarum, & scripturarum custodia.
De literarum studijs, exercitationeque.

Series Personarum.

De Visitatoribus exacti anni.
De Abbate, vel suo ordinatio.
De Priore, siue Vicario.
De Magistro Nouitiorum.
De Cellerario, siue Syndico.
De Decanis.
De his, qui ad Decani, vel Præpositi, vel Abbatis munus fugendum cooperari debet.
De ceteris alijs, quæ breuitatis causa prætermittuntur.

De Visitatoribus exacti anni.

Num his interrogationibus vsi fuerint.
Num rationibus Cænobij, (vt iustitia postulat) consuluerint.

De Abbate.

Num vita, & eruditione egregiè suum præstet munus.
Num patribus frequentius adsit.
Num peregrinorum, & infirmorum curam piè solerterque suscipiat.
Num maiorem de rebus temporalibus, quam de animarum salute rationem habeat.
Num beneficia, aliaque Cœnobij subiecta loca sollicitè visitet.
Num acceptionem personarum cum aliorum offendiculo agat.

De Priore.

Num obseruantiæ regularis vim conseruet.
Num suis temporibus loca Monasterij perlustret.
Num obediens sit Abbati.
Num culparum (vt aiunt) Capitulum assiduè adeat, & cetera.

De Magistro Nouitiorum.

Num sit diligens circa nouitios instruendos.
Num pudicitia, atque eruditione præcellat.
Num sit idoneus ad animas lucrandas.
Num rituum, & ceremoniarum sit eruditor.

De Cellarario.

Num ære alieno monasterium grauet.
Num pauperum, & infirmorum necessitatibus consulat.
Num ratiocinia recte disposita, & eorum labores seruet.
Num patres necessaria denegando, molestia afficiat.
Num aliquid sine iussione Abbatis faciat, &c.
Num agris colendis, ceterisq. fructibus exaugendis incumbat.

De Decanis.

Num regularis obseruantiæ curam gerant.
Num adolescentum disciplinæ incumbant.
Num nocturnis horis a se benedictione indulta dimittant, &c.

De his, qui ad magistratum sunt ascifcendi.

Num his præditi sint moribus, ac scientia, quę obeundi muneri necessaria sunt.
Num hi sint, quibus suorum munerum partem securus committat Abbas.

2 De reliquis vero fratribus pro exercitiorum, & personarum diuersitate interrogationes sunt faciendę, tales vero interrogationes fieri debent, vt sequenti formula describetur.

D. Sophronius vocatus, & iureiurando exhibito de veritate aperienda, interrogatus, si quippiam scit, aut credit, aut fama est de ijs, quæ ad instaurationem huius cœnobij pertinent, vel in capite, vel in membri, & primo, si diuinæ laudes ritè persoluuntur, &c. Hæc enim forma a Speculat. traditur in tit. de inquisitione. §. 3. & a Doctoribus, in cap. qualiter, & quando, el primo, de accusat. atque hoc ordine responsiones sunt adscribendę; addita quoque eius qui eas protulit, subscriptione. Curent Visitatores, vt si crimen graue ex visitationis luce apparuerit, conficiant de eo processus, iterumque testes de his examinent iuramento adhibito, & reo quoq. vt se purget, accersito. Animaduertant autem Visitatores id, quod grauiter Hostiens. adnotauit, nempe eo pacto iusiurandum debere exigi, vt quilibet dicat, vt quicquid scit, vel credit, vel fama est. Nam si iusiurandum exigatur de veritate aperienda de ijs, quorum tantum est interrogatio, nullo iure is cetera, ad id etiam attinētia pa-
3 tefacere obstringitur. Postremum quod Visitatores iure delegato, alienis in cœnobijs vtantur non autem ordinario, vbi munera sua obierint, nihil iuris sit reliquum, ad eadem administranda cœnobia, vt de officio delegatorum sancitum est. Hactenus de generali inquisitione. Illud libe ter addiderim, quod in eiusmodi inquisitionib.
4 generalibus, si crimina iam fuerint emẽdata, cuiuscunq. sint generis, nullo adhibito delectu: nemo illa, aut accusatione deferre, aut denunciare obstringitur. Si quis tamen ad ferendum de his testimonium aduocetur, id detrectare, ac refugere non potest. Si vero nõdum emendatione correcta fuerint, hac distinctione vtendum est: vt si priuata sint, veluti scortatio, & eius generis, denunciari emendandi causa prorsus debeant. At si in publici boni perniciem inuadunt, vt prodi-
5 tio, tum accusare, nedum denunciare quilibet cogatur. Quod quidem intelligendum quoque de ijs, quę in tertiæ personæ incommodum impendent: tametsi cum emendari facilè possunt, non ita frequentius ad accusationem confugiẽdum est. Sotus libro quinto, de Iustitia, & iure. Demum curent Visitatores, vt iterum oratione habita exhortentur eos, vt rerum postulabit ratio, aut pro merito puniant, aut pro resarciendis institutis, leges condant, quas in Capitu-

pitulo promulgari par est. Idemque de constitutis senteotijs cenico faciendum. Quo facto, suæ facultatis munera se persoluisse sciant.

Quod ministri generales, & prouinciales teneantur visitare suos monachos. Ca. XXVII.

SVMMARIVM.

An teneantur iudices de rebus, quæ pertinent ad eorum iurisdictionem inquirere, et an possint se intromittere in iurisdictionem alienam, numero 1.

An minister generalis minorum de obseruantia teneatur visitare religionem, conclusione prima, num. 1.

An teneantur prouinciales ministri minorum visitare familias suas iudicialiter, singulis annis, conclu. 2. nu. 3

Quæ debeant prælati interrogare in suis visitationibus, conclusio. 3, nu. 4.

PRo perfecta explicatione eius, quod agendum est in hoc capit. debet notari, quod omnes iudices debent facere inquisitionem illarum rerum, quæ pertinent ad suam iurisdictionem, quę quidem considerantur tripliciter, quia aliquæ pertinent ad iudicem ecclesiasticum, aliæ ad secularem, aliæ pertinent ad vtramque iurisdictionem, & ideo vocantur communiter mixti fori Ad iudicem ecclesiasticum pertinent causæ spirituales, vt sunt causæ matrimoniales, & beneficiorum, secundum ordinata a Concilio Tridentino; & etiam potest cognoscere iudex ecclesiasticus de omni crimine cui imponit ius canonicum pęnā excommunicationis, aut alterius censuræ ecclesiasticæ; vnde potest cognoscere de crimine Sodomitico commisso a seculari, cum per sacros canones Sodomitici excommunicentur; debet tamen aduertere, quod de his delictis, & alijs quibus leges ciuiles imponunt pęnam mortis, aut abscissionis alicuius membri, non debent cognoscere, vt puta de crimine adulterij alicuius mulieris nuptæ, quamuis iudex secularis sit negligens, quia secundum leges ciuiles potest maritus illam occidere, si illi tradatur, & ideo est periculum incurrendi irregularitatem impositam contra iudices harum causarum. Verum est tamen, quod tanta posset esse negligentia iudicis secularis, & crimen ita manifestum, & scandalosum, vt esset licitum iudici, ecclesiastico cognoscere de his, & alijs huiusmodi criminibus adhibens curam, ne afficiantur delinquentes supplicio sanguinis, vt sic non incurrat irregularitatem, & eadem ratione iudex secularis ob negligentiam iudicis ecclesiastici potest cognoscere de causis ecclesiasticis, & ecclesiasticorum si causa resultat in graue damnum fidei, ut dicit Gabriel; secus vero, quando resultat in graue damnum boni communis; vnde colligitur, quā male faciunt iudices seculares, qui facile intromittunt se in cogoitione facinorum ecclesiasticorum, quia licet sint in graue damnum boni communis, nullo modo possunt cognoscere de illis ad iudicium ferendum, vt disponitur eis a iure. Iudici seculari competit cognoscere de causis temporalibus secularium tam ciuilibus, quam criminalibus, de quibus non potest cognoscere iudex ecclesiasticus, cum non pertineant ad eius iurisdictionem: aliæ causæ sunt quæ sunt vtriusque fori, vt est crimen blasphemiæ, & Sodomiæ, quæ si sufficienter sint cogoita in vno tribunali, nō possunt in alijs cognosci, vt dicit Gabriel.

Cõc. Tri. se. 24. canoni 12.

Gab. sup. c. loc. 57. 1. Q.

1 Prima Conclusio. Tenetur minister generalis ordinis minorum de obseruantia visitare familiam suam, cum sit eius pastor supremus. Verum est tamen quod per nostram regulam non tenetur visitare monachos ipsos, quia licet in ea iubeatur, vt visitent, & moneant, hoc debet intelligi loquendo de ministris prouincialibus, vt dicit D. Bonauentura, & Cordu. super nostram regulam.

Cord. super nostrā reg. 10. q. 1

2 Secunda Conclusio. De iure diuino tenentur ministri prouinciales nostræ sacræ religionis visitare iudicialiter familias suas, quod probatur quia illa verba quæ Christus dixit S. Petro. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, referuntur ad omnes prælatos, qui habent curam animarum: & etiam de iure positiuo est ordinatum, quod omnes superiores religionum, quæ non sunt subiectæ Episcopo, visitent subditos, & inferiora monasteria earum, vt ordinatur in Concil. Trid. & ordinarij, vt sunt ministri prouinciales, tenentur visitare singulis annis dicta monasteria, vt ordinauit Concil. Tridentinum; estque secundum ius antiquum: & cum hoc præceptum sit affirmatiuum, non debent condemnari ad mortale iudices qui nec faciant, nec faciunt fieri dictam visitationem singulis annis, quia cum finis huius visitationis sit corrigere delinquentes, vt infra dicetur, si necessitas correctionis cessat, etiam eius obligatio singulis annis, sicut econtrario, si adsit dicta necessitas, tenentur facere visitationem plusquam semel in anno.

Luc. 2. 2.

Conc. Tri se 25 de regu. c. 1. & c. 20.

Conc. Tri. se. 7. c. 8. et se. 20. c. 8

3 Tertia Concl. Viso quod prælatus regularis est immediatus iudex suorum subditorum ad puniendа eorum delicta non solum de iure cōmuni, sed etiam ratione suorum priuilegiorum, vt resoluit Nauar. illorum finis in visitationibus pręcipue sit, vt lex diuina seruetur, vt constat ex Concilio Triden. & postea debet tractari de obseruatione legum ecclesiasticorum, pręcipue sacri Concilij Tridentini, cuius decreta debent haberi in summa veneratione ponendo ea in executione, vt præcipitur in eodem Cōcilio: & deinde debet tractare de obseruatione, & conseruatione regulæ, quam profitentur, vt pręcipitur in dicto Concilio Tridentino. Et cum hęc visitatio fiat quatuor modis, uno modo per uiam Inquisitionis generalis, alio modo per uiam Inquisitionis specialis, alio modo per uiam denuntiationis specialis, quartò per uiam accusationis conuenit, ut de omnibus tractemus.

Nau. in c. nō dicatis, nu 63.

Cōc. Tri. se. 24. de refor. c. 3.

Cōc. Tri. se. 25. de regul. c. 22.

De Inquisitione Generali simpliciter seu de Visitatione. Cap. XXVIII.

75 IN Inquisitione generali simpliciter, quam in visitationibus ordinarijs fieri contingit nulla præcedente infamia personarum, aut delictorum, quando videlicet Generalis, aut Prouincialis, aut Visitatores quotannis Monasteria singula visunt, quemadmodum Episcopi

suas

Digitized by Google

suas Diœceses de qua visitatione quo ad Episcopos quidem habetur in cap. venerabilis, de censibus. cap. Romana. eodem titul. in 6. & in Concil. Trid. sess. 7. cap. item 7. ac sess. 24. cap. 3. de reformatione. quo ad regulares vero in cap. in singulis. de statu Monach. & in eod. Concil. Trident. sess. 25. cap. 8. & 20. de reforma. In huiusmodi inquam generali inquisitione obseruandum est primo.

76 Quod Nullum in ea exigitur iuramentum ab interrogandis extat tet. expressus in capitulo Romana citatio. de censib. in sexto, §. sane. idem tenet gloss. in verbo coactione. Specula. 3. par. titul. de Inquisit. cit. §. 2. nu. 13 Archi. & Philippus Franc. in cap. Romana cit. Villag. in pr. crimi. can. lib. 3. titu. de inquisi. cap. 7. conclus. 1.

Neque dici potest illud ab episcopis, non autem a regularium superioribus fore seruandum; quia certum est eandem facultatem regularium superiores in suos habere subiectos, quam episcopi habent in suos: id omnes fatentur nemine contradicente. Etiam in visitationibus hoc verum est; constituuntur etenim prælati regulares suarum Congregationum visitatores a Concil. Tridentin. locis præallegatis sess. 25. quemadmodum episcopi suarum diœcesim cap. 3. sess. 24. cit.

77 Et eisdem regularium prælatis capitul. 8. cit. sessio. 25. manifeste præcipitur, quod in monasteriorum suæ congregationis visitatione illa obseruare teneantur, quæ in sacris canonibus, & in dicto Concilio decreto sunt. At vero inter alia sacrorum canonum decreta illud existit, quod in inquisitione generali, seu in Visitatione peragenda nullum exigi debeat iuramentum dicto capit. Romana. Igitur nec ipsi regularium superiores visitantes in huiusmodi generali inquisitione iuramentum exigere poterunt, affirmat hæc Victorinus Auersanus capit. octauo, numero secundo, cum Specul. supracit. verum suimet immemor alias contrarium docet, capitu. 9. cum saltem necessario se declarare debuisset, quemadmodum & Eman. Rodericus in quæstiu. regular. tom. 2. quęst. 5. ar. item 5. pro se Hostiensem citans.

At vero intelligendi sunt isti eo modo, quo docet gloss. dicto capit Romana cit. ver. coactione, videlicet, quod a principio nullum exigitur iuramentum, per quod aliquis occultum crimen prodere constringatur. Quod si absque iuramento aliqua corrigenda referantur à quoquam, tunc poterit iudex inquirens super his exigere iuramentum, formando specialem, & solemnem inquisitionem.

Confirmatur ex auctore additionum ad glos. d. lib. sexti, qui c. Romana cit. ad verba gl. addit auctoritatem (præter alias) Hostiensis, citati à Roderico, tanquam sentientis idem, quod ipsa gloss. sentit. videlicet, quod a principio nullum exigit iuramentum, at solummodo quando sine iuramento interrogati ipsi visitati aliquod crimen, vel aliquem criminosum deponunt, etenim tunc specialis formari debet inquisitio, & in ea exigi poterit iuramentum.

Quare firmiter asserendum est in Inquisitione generali simpliciter, etiam in regularium visitatione peragenda nullum exigi iuramentum debere; nisi fortasse in aliquorum regularium constitutionibus exigi præciperetur, argu. capit. Romana cit. §. fin.

78 Interrogati vero visitati, aut cum iuramento, aut sine ipso, criminosos occultos, qui nulla laborant infamia prodere nequaquam tenentur, capit. qualiter, & quando el primo de accusat. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 69. articu. 2. Caieta. ibid. Dom. Sot. de ratione tegendi, & deteg. secr. mem. 2. quæst. 6. Ang. ver. inquisitio. numero 11. Nauarrus capite inter verba. conclusio. 6. numero 21. & in rubr. de iudicijs. num. 87.

Modus autem interrogandi in inquisitione generali, seu in visitatione est, an sciant, aut credant, aut fama sit. vt colligitur ex c. qualiter cit. el primo de accusatio.

79 Secundo in eadem Inquisitione generali, seu Visitatione obseruanda sunt quoque a regularium superioribus illa, quæ habentur in capitu. ea quæ. de statu Monacho. & in cap. Romana cita. ita præcipit Concil. Trident. sess. 25. cap. 8. cita. neque enim illa sunt contra rationabiles, & approbatas religiosorum cōsuetudines eorumq. instituta, immo eisdem valde consona. illa vero sunt.

Graui admonitione, exhortationeque pręmissis, inquirere de cultu diuino; de obseruatione regulæ, atque constitutionum; de spirituali, ac temporali administratione; de vita, & conuersatione tam prælati, quam subditorum, ac de alijs vniuscuiusque Congregationis statui, bonoque regimini pertinentibus, atque necessarijs, & si quæ reformanda, corrigenda, aut punienda repperterint tam in capite, quam in membris; reformare, corrigere, atque punire, nulla personarum habita ratione, iuxta illud Psalm. 58. Intende ad visitandas omnes gentes, & non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Etenim si personas acceptauerint contra ius diuinum. Deute. 1. & 16. atque Iacob. 2. & humanum. cap. in iudicijs, de regul. iur. in 6. peccatum operabuntur. Iacob. 2. cit. illisque dicetur ab omnium visitatore supremo. Incrassati sunt, & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. Nunquid super his non visitabo dicit dominus? aut super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea? Iere. 5. certe ad iudices hic sermo dirigitur, qui sua, non quę Dei sunt, quęrunt.

Vniuersa quoque visitationis acta scriptis mandanda sunt, aliàque peragenda, prout in cuiusque Religionis Constitutionibus pręcipitur obseruari, siue apud easdem congregationes in vsu est, argum. cap. Romana citatio. §. finali.

80 Quod si in generali inquisitione, seu in visitatione regulares interrogati crimen aliquod, aut criminosum quemquam, vel grauiter infamatum detexerint; solemnis, seu specialis de huiusmodi instituenda inquisitio est, testes, capitulis ex delatis in generali dicta inquisitione, seu visitatione formatis, adhibito iuramento interrogando an sciant, vel credant, vel fama sit, &c. cap. qualiter cit. el primo de accusat. & admonendo quod ad inquisita veritatem respondeant. cap. cum dilecti. eod. titulo procedendoque vt infra dicetur, & in præsenti, & in 19. capite cum de inquisitione speciali sermo erit gloss. loc. cit. c. Romana. Speculator, & alij a nobis citati superius.

Hoc modo intelligendi, & concordandi sunt authores omnes, qui iuramentum in generali peragenda inquisitione docent esse præstandū, vt optime notauit Villagut. loc. cit. concl. 4.

Ter-

Digitized by Google

81 Tertio aduertere debent Regularium superiores, quibus visitationis est munus iniunctum; quod cætera nedum suæ Congregationis monasteria visitare debent; sed & ipsum Monasterium principale, seu ordinis caput, ita præcipit Concilio Tridentino, sessione 25. cap. 8. de reformatione.

82 Quarto, quod in hac generali inquisitione, seu visitatione, omnes tam beneuoli, quam maleuoli admittuntur. Siluester verbo inquisitio secundo, num. 1. cuius ratio illa esse potest, quia cum testes non iuratus nullam fidem in iudicio faciat, capit. tuis, & capit. nuper, de test. & & in hac generali inquisitione testes non iurent, vt probatum superius est; quorumcunque testimonio in tali inquisitione habito, nullus poterit condemnari, vel puniri, eo tantum iudicibus ad specialiter, ac solemniter inquirendum aperietur via. in qua deinde speciali inquisitione admitti minimè debent, quia a testimonio ferendo repelluntur, cuiusmodi sunt inimici, conspiratores, & alij, de quibus infra capite sequenti pertractabitur.

83 Quinto obseruare debent Regularium Visitatores, quod in visitatione peragenda formari capitula debent, super quibus interrogandi sunt, & Prælatus, & subditi visitandi, hoc etenim pacto, & confusio vitabitur, & facilius, & melius proprium munus exequentur ipsi iudices. Poterit autem visitationis processus hoc modo formari.

Forma incipiendi Processuum Visitationis, seu Inquisitionis generalis simpliciter.

84 IN Nomine Domini. Amen. Anno a Natiuitate Domini 1612. die 3. Octobris. Pontificatus sanctissimi Domini Nostri Domini Pauli Papæ Quinti anno octauo. Sacrum Canonum, sacrique Concilij Tridentini decretis, ac nostrarum constitutionum ordinationibus, de monasteriorum Congregationis visitatione inhærendo, Reuerendissimus Pater Generalis Canonicorum Regular. S. Saluatoris ordinis S. Augustini D. B. vna cum suis Colleghis dictæ Congregationis Visitatoribus D. C. D. E. D. F. & me D. S. Visitatore, & Notarij vices gerentes, accessit ad Monasterium tale, & eiusdem Monasterij Patribus, siue Canonicis huiusmodi visitatione intimata, exhortationeque adhibita conuenienti, primo Ecclesiam, vt in Pontificali Romano statuitur, visitauit, de hinc sacra vasa, & vestes, aliaque ad cultum diuinum spectantia; omnibusque (vt decet) inuentis, ad Canonicorum Sacerdotum in eodem Conuentu commorantium (vt in congregatione nostra moris est) visitationem in camera solitæ residentiæ admodum Reuerendi P. Abbatis eiusdem Monasterij se contulit vna cum prædictis Colleghis.

Et cum dictus Pater Abbas D. I. vocatus adesset, a præfato Reuerendissimo P. Generali admonitus de veritate super interrogandis fideliter dicenda, prout se facturum esse promisit; ad opportunas interrogationes, vt infra deposuit. Interrogatus super primo. Respondit. super secundo. Respondit, & ita de singulis.

Quibus habitis præfatus Reuerendissimus Pater Generalis mandauit eidem Patri Abbati, vt si quid haberet, quod pro Dei honore, Monasterij, & subditorum suorum bono diceret, libere deponeret.

Qui Respondit. *Io non hò altro che dire.*

Tunc Præfatus Pater Generalis præcepit eidem Patri Abbati, vt in se susciperet, prout manu propria se subscripsit.

Qua subscriptione habita illum dimisit. Eadem die secundo loco vocatus D. L. eiusdem Monasterij Vicarius cum ad esset, admonitus, vt supra.

Interrogatus super primo. Respondit. Super secundo. Respondit. Super terno. Respondit, &c.

Quibus habitis, &c. vt supra. Et ita prosequendus est Visitationis processus. Qui si in vna die minimè terminetur, Die altera initio apponendum erit. Die vero quarta eiusdem mensis, & anni coram eisdem vocatus D. M. &c. vt supra.

Interrogatorum depositiones eo sermone describendæ sunt in processu, quo ab eis prolatæ fuerint, sermo vulgaris in vsu est. Si in hac generali inquisitione nullum crimen, nullusque criminosus, aut de aliquo crimine infamatus reperiatur, sit nomen Domini benedictum. At vero si repertum fuerit aliquid, super eo specialis inquisitionis processus formabitur, cuius initium poterit sequenti modo describi.

Forma incipiendi processum contra infamatum repertum in Inquisitione Generali, seu in Visitatione.

IN Nomine Domini. Amen. Anno a Natiuitate Domini 1612. Die vero 4. mensis Octobris.

Quia in Visitatione huius Monasterij D. Malitiosus de Impudicis de tali ciuitate repertus fuit de crimine linguæ infamatus. Quippe qui vt plures Canonici deposuerunt multa obscena sæpius loquitur cum non paruo audientium scandalo. Reuerendissimus Pater Generalis Canonicorum Reg. S. Saluatoris D. B. vna cum suis Colleghis Visitatoribus D. C. D. E. D. F. & me D. S. Visitatore, & pro Notario decreuit super huiusmodi crimine contra d. D. Malitiosum specialiter inquirere, testes, adhibito iuramento, interrogando, Reum ipsum constituendo, cæteraque opportuna peragendo, prout de iure.

Acta sunt ista in præfato Monasterio in camera solitę residentię ad. Reuer. P. Abbatis Anno die, & mense suprapositis, & per me D. S. qui supra descripta.

Qui processus continuabitur, ac terminabitur, vt infra capit. 19. & 20. De modo continuandi, & De modo terminandi processum per viam inquisitionis specialis, & hęc de Inquisitione Generali simpliciter, ac de Visitatione dicta sint satis.

De Visitatione Regularium. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

39 *Regulares omnes sua sibi inuicem priuilegia communicant,*

40 Priuilegia Regularium moderata per Concil. Lateranen.

41 Priuilegia Regularium, in quibus moderauit Concil. Trid.

42 Priuilegia Regularibus concessa post Concilio Trident. fuisse postea reducta ad terminos Concil. Trident.

43 Conseruatores sibi eligere debent Regulares corā quibus conueniantur.

44 Regulares delinquentes ad requisitionem Episcopi a suis superioribus sunt puniendi.

45 Visitari possunt ab Episcopo Regularis monasteria commendata.

46 Regularium Ecclesię curam animarum habentes, quoad curam sunt subiecta Episcopo.

47 Monasteria noua quomodo sint ædificanda.

48 Præcedentiam inter Regulares quomodo iudicare debeat Episcopus.

49 Mendicantium nomine, qui regulares comprehendantur.

50 Funera leuare cum scitu parochi debent regulares.

51 Contra exemptionem currit præscriptio.

52 Regularis excommunicatus a iure, vel Apostolica constitutione, declarari potest per Episcopum excommunicatus.

LIcet Regulares varijs summorum Pontificum priuilegijs a iurisdictione ordinariorum sint exempti, vt latè colligit, & explicat eorum priuilegia Eman. Roder. quęst. Reg. Tom. 1. a quęst. 5. & omnes tam mendicantes, quam non mendicantes inuicem sua sibi priuilegia
39 communicent, illisque æqualiter, licet vni tantum eorum ordini sint concessa, gaudeant, vt deducit Confect. in sum. priuil. mend. tit. 3. capit. 5. Sorb. in comp. priuil. verb. communicatio priuileg. in multis tamen hæc eorum priuilegia restricta, & limitata fuere varijs summorum Pontificum decretis, quorum vtiliora, & ad praxim Iurisdictionis Episcopalis necessaria hic referre conabimur, vt appareat nū in aliquibus casibus, saltem Iurisdictionē suam in ipsos exercere possint locorū Ordinarij. Vnde primo moderata fuerunt ipsorum priuilegia a Leon. X. in Conc. Later. constitutione subinserta relata in Bull. fol. 123.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei.

40 Sacro approbante Concilio. Dum intra mentis arcana reuoluimus, & infra. Sane cupientes vt iura spiritualia. quæ ad Dei laudem, & Christifidelium animarum salutem pertinēt, & quorum exercitium præfatis Episcopis, & eorum superioribus in suis Diœcesibus (cum ipsi in partem solicitudinis, vt præfertur assumpti, ac Diœceses distinctæ, & cuilibet eorundem Episcoporum assignatę fuerint) commissum exititit, per ipsos Episcopos exerceantur, & ius illa liberè exercendi quātum fieri potest eis illęsum præseruetur. Et si aliqua dictis Fratribus Mendicantibus in eorundem Episcoporum læsionē per Romanos Pontifices prædecessores nostros & sedem Apostolicam concessa fuerint, concessiones huiusmodi eisdem Religiosis factas in subsequentibus duximus moderandas, vt ipsi fratres potius ab eisdem Episcopis omni cum charitate foueantur, quam aliquo modo molestentur, & inquietentur. Vna enim est Regularium, sęcularium, Prælatorum, & subditorum exemptorum, & non exemptorum vniuersalis Ecclesia extra, quā nullus omnino saluatur eorūq. omnium vnus Dominus, vna fides; propterea decet eos, qui eiusdem sunt corporis, vnius etiam esse voluntatis, & sicut fratres, nexu inuicem charitatis astricti sunt, sic non conuenit alterum in alterius iniuriam, seu iacturam prosilire dicente Saluatore. Hoc est præceptū meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.

Ad conseruandam igitur inter Episcopos, & eorum superiores, ac Prælatos, & Fratres huiusmodi mutuam charitatem, & beneuolentiā, diuini quoque cultus argumentum, pacemque, & tranquillitatem vniuersalis Ecclesiæ status, quod ita demum fieri posse cognoscimus, si vnicuique quantum fieri potest sua iurisdictio conseruetur, Sacro approbante Concilio, statuimus, & ordinamus, quod Episcopi, & eorum superiores, & alij prælati præfati, parochiales Ecclesias ad eosdem Fratres ratione locorum suorum legitimè spectantes quoad ea, quæ ad parochianorum curam, & sacramentorum conseruationem administrationemque pertinent (sine tamen visitatorum insolito grauamine, vel impensa) visitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, si religiosi fuerint, iuxta ipsius ordinis regularia instituta intra septa regularis loci, sæculares vero presbyteros, & fratres huiusmodi beneficia obtinentes, libere tanquam suæ iurisdictioni subiectos punire, ac tam prælati, quam præsbyteri sęculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint missas in Ecclesijs, domorū eorundū deuotionis causa celebrare volentes, libenter recipere debeant.

Ac ab eisdem prælatis ad processiones solemnes pro tempore faciendas requisiti (dummodo eorum loca suburbana vltra vnum militare a ciuitatibus respectiuè non sint remota) accedere.

Necnon superiores eorundem Fratrum, Fratres quos ad audiendas confessiones subditorū eorundem Prælatorum pro tempore elegerint, eisdem prælatis personaliter exhibere, ac præsentare, si eos sibi exhiberi, & præsentari petierint, alioquin eorum Vicarijs (dummodo ad pręlatos vltra duas dietas accedere non cogantur) omnino teneantur. Possintque illi per eosdem Episcopos, & Prælatos super sufficienti litteratura, & aliqua saltem huiusmodi Sacramenti peritia duntaxat examinari, Talibusque præsentatis admissis, vel etiam indebitè recusatis, confitentes, constitutioni, quæ incipit. Omnis vtriusque sexus, quoad confessionem duntaxat satisfecisse censeantur.

Ipsique Fratres etiam forensium confessiones audire valeant, laicos tamen, & clericos sæculares a sententiis ab homine latis nullatenus absoluere possint.

Eucharistiæ vero, & extremæ vnctionis, aliaque Ecclesiastica sacramenta, illis, quorum, etiam infirmorum, ac decedentium, confessiones audierint, dicentibus proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram notario publico facta doceretur. Eorundem vero fratrum obsequio insistentibus sacramenta huiusmodi nullatenus ministrare valeant, nisi illorum durante obsequio.

Pacta autem, & conuentiones inter eosdem fratres, & Pręlatos, atq. curatos pro tēpore inita valeant, nisi per subsequutū capitulū proximū generale, vel prouinciale refutata, p eos refutauo

huiusmo-

Digitized by Google

huiusmodi intimata debito tempore fuerit.

Parochias autem cum cruce ad leuanda fune nera eorum, qui apud Ecclesias domorum, & locorum eorundem suam elegerint sepulturam, intrare non possint, nisi prius præmonito, & requisito, ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, ac Ordinarij præiudicio, nisi eisdem Fratribus super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione suffragetur.

Volêtes quoque sepeliri in habitu eorundem fratrum in claustro non degentes, sed in proprijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate sepulturam sibi eligere possint.

Quodque Fratres ipsi ad ordines promouendi, per Ordinarios de grammatica, & sufficientia examinari, & dummodo competenter respõdeant per eosdem ordinarios libere admitti, ac nullatenus in eorum Ecclesijs, seu domibus, aut alijs eorum locis ab alio, quam a Diœcesano Episcopo, vel eius Vicario super hoc cum debita reuerentia requisito, & absque rationabili causa contradicente, vel eo a Diœcesi absente, ad dictos ordines promoueri debeant.

Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris, aut Cimiterij benedictionem petere, seu in Ecclesijs per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima causa id recusauerit.

Et absque curatorum consensu, sponsum, & sponsam benedicere nequeant.

Et vt debitus honor matrici Ecclesiæ reddatur, tam ipsi fratres, quam alij clerici sæculares, etiam super hoc Apostolicæ sedis priuilegio muniti die sabbati maioris hebdomadæ, antequam campana Cathedralis, vel matrici Ecclesiæ pulsauerit, campanas in Ecclesijs suis pulsare minimè possint, contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant.

Censuras autem per eosdem Ordinarios latas, & promulgatas, ac in matrici Ecclesia ciuitatum, necnon in collegiatis, & parochialibus Ecclesijs, castrorum, & opidorum respectiuè solemniter publicata, quando super hoc ab eisdem Ordinarijs requisiti fuerint, in Ecclesijs domorum suarum publicare, ac seruare faciant.

Et vt animarum vtriusque sexus Christifidelium saluti vberius consulatur, illos quorum confessiones pro tempore audierint, cuiuscunque status, & conditionis fuerint, ad soluendum decimas, siue aliam bonorum, seu fructũ quotam, in locis in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui consueuerunt, etiam sub onere conscientiarum suarum monere, & hortari, ipsisq. etiam illas soluere recusantibus absolutionem denegare, & super hoc requisiti, id populo etiã publicè prędicare, & persuadere teneantur.

Conseruatores autem eisdem fratribus pro tempore a sede Apostolica deputandi, doctrina, & probitate pręstantes, & in Ecclesiastica dignitate constituti esse debeant, & coram eis per eosdem fratres, quibus dati fuerint, vltra duas dietas a loco solitę suæ habitationis nullus trahi possit, priuilegijs super hoc alias eis concessis nullatenus suffragantibus. Excommunicati quoque ordinem mendicantium profiteri volentes, vbi de interesse tertij agetur, absolui non possint, nisi præuia satisfactione.

Procuratores quoque, & negotiorum gestores, ac operarij eorundem fratrum seruitijs in-sistentes, sententijs excommunicationis promulgans, illaqueati sint, & esse censeantur, si illis causam dederint, aut dantibus consilium, auxilium, vel fauorem pręstiterint.

Fratres autem, & Sorores Tertii Ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pizzochare, Cordellati, & alii quocunque nomine nuncupati, in propriis domibus habitantes, sepulturam vbi voluerint, eligere valeant. Sed die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon extremam vnctionem, cæteraque Ecclesiastica sacramenta (pęnitentiæ sacramento duntaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quę laicis incũbunt, perferenda teneantur, ac in foro sęculari, coram iudicibus sæcularibus conueniri possint.

Et ne censura vilescat ecclesiastica, & minoris auctoritatis interdicti sententia reputetur, iidem dicti Tertii ordinis ad diuina audienda in ecclesiis suorum ordinum tempore interdicti nullatenus admittãtur, si causam dederint interdicto, vel causam ipsam nutriant, seu foueant, aut dantibus auxilium, consilium, vel fauorem, quoquomodo præstiterint. Collegialiter autem viuentes, seu cum claustralibus habitantes, ac mulieres virginalem, seu cęlibem, aut castam viduitatem expresso voto, & sub dicto habitu vitam ducentes, priuilegiis quibus fratres, & ordinis, cuius tertię regulæ habitum gestant, gaudere debeant.

Omnia etiam singula supradicta ad reliquos religiosos ordinum quorumcunque extendi, & per eos etiam seruari debere volumus atque decernimus. Saluis tamen in reliquis desuper nõ expressis tam Episcoporum, quam fratrum, & aliorum religiosorum prædictorum iuribus, quibus per præmissa in aliquo præiudicare, seu quicquam innouare non intendimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictorum ordinum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & indultis, ac literis Apostolicis contra præmissa, seu aliquod præmissorum eisdem ordinibus concessis, etiam in Mari magno contentis: quibus (etiam si illorum derogationẽ de eis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, illorumque tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes) specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Eosdem insuper fratres in virtute sanctæ obedientiæ monemus, vt eosdem Episcopos, loco sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita, & nostra, ac sedis Apostolicæ reuerentia congruo honore, & conuenienti obseruantia venerentur. Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per viscera misericordiæ Dei nostri requirimus, vt fratres ipsos effectu beneuolo prosequentes, charitatiuè tractent, ac benignè foueant, seque illis minimè difficiles, aut duros, vel morosos, sed potius faciles, mites, propitios, piaque munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis tanquam in agro dominico cooperatores, eorumque la-

borum participes prompta benignitate recipiãt, eorumq. iura omni cum charitate custodiãt, atq; defendant, vt tam Episcopi, quam fratres præfati (quorum operæ veluti lucernæ ardentes supra montem positæ, omnibus Christifidelibus lumen præbere debent) ad Dei laudem, fidei Catholicæ exaltatione, populorumque salutem de virtute in virtutem proficiant, ac exinde a largissimo bonorum omnium retributore Domino perennis vitæ præmium consequi mereantur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, in publica sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solemniter celebrata, anno Incarnationis Dominicę, 1516. 19. Decemb. Pontificatus nostri anno 4.

Aliorum etiam summorum Pontificum varijs decretis restricta fuerunt eorundem Regularium priuilegia, & iurisdictio ordinariorum contra ipsos ampliata, præcipuè autem in Concilio Tridentino, vt ex sequentibus patebit.

Et primo quidem libros de rebus fidei, seu sacris imprimere, seu imprimi facere non possunt, nisi prius examinatos, & probatos ab Episcopo, Concilio Tridentino sessione quarta de edit. libr.

Item, vt lectionem sacrę scripturæ in monasterijs suis habeant, compelli possunt ab Episcopo id. Conc. sess. 5. capit. 1. de reform. nouissimè autem Paulus Quintus ordinauit, vt in omnibus Regularium Domibus, seu monasterijs lectio linguarum Hebraicę, Grecæ, Latinæ, & Arabicæ, habeatur, & a Regularibus diligentes addiscatur constitutione sua, incip. Apostolicæ seruitutis, anno 1610. kal. Aug.

Prædicator item Regularis prædicare non debet in sua Ecclesia, nisi fuerit approbatus a suis superioribus, & se pręsentauerit Episcopo pro benedictione ab ipso obtinenda. In Ecclesia vero non sui ordinis, si prædicare voluerit non tantum benedictionem, sed etiam licentiã ad sic prædicandum obtinere prius debet ab Ordinario, id. Conc. loco cit. capit. 2. & fidem de sua doctrina, moribus, idoneitate per litesas authenticas suorum superiorum, eidem Ordinario facere obligatur ex ordinatione constitutionis Leon. X. incip. supernæ, in Concil. Lateran. citato factæ, quam alia occasione supra retulimus.

Pręedicans tamen absq. hmõdi Episcopi licentia, non ab Episcopo, sed a suo superiore puniri debet ex voto sacr. Cong. Concil. relato a Quar. ver. priuilegia Regularium, in hæc verba.

Congr. Concil. censuit. Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesijs, quę suorum ordinum non sunt, tametsi decreto eiusdem Conc. cap. 2. sess. 5. contra fecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantum a suis superioribus Regularibus.

Si item pręedicet errores Regularis, prædicationem ipsi interdicere potest Episcopus, Conc. loco cit. Immo quocunque alio modo etiam nõ redita causa, potest Episcopus interdicere Regulari, ne prædicet, virtute decreti cit. Conc. Trident. sess. 24. cap. 4. de reform. illo loco (contradicente Episcopo) & declaratum fuisse idem a sacr. Congr. Concil. testatur, Francis. Leo. in sua prax. par. 1. cap. 8. num. 9. Et licet Pius Quintus constitutione sua incip. Ad hoc nos Deus, de ann. 1571. die 23. Septembr. Regularibus concesserit, vt irrequisito, & contradicente Episcopo prædicare possint, in multisque alijs contra dicti Concil. Tridentini decreta, tum illa constitutione, tum & alia incip. Et si mendicantium de an. 1567. kal. Iun. & alia inc. e supernæ, eiusdẽ anni 7. kal. Septembr. itemque alia incip. Ad exequendum, eodem anno kal. Nouemb. Cum ipsis Regularibus dispensauerit, pariterque inter omnes Regulares, tam mendicantes, quam non mendicantes eadem priuilegia, & declarationes communicauerit, illa tamen omnia, per Gregor. XIII. reuocata, & ad terminos iuris, & Concil. Tridentin. reducta fuerunt constitutione ipsius Greg. quæ sequitur.

In tanta rerum, & negotiorum mole, qua Romanus Pontifex ex omnibus mundi partibus assiduè pręmitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis, necesse est moderationis remedium adhibere. Cum itaque alias fel. recordat. Pius Papa Quintus pręedecessor noster, auditis grauaminibus, quæ fratribus ordinum mendicantium ab ordinarijs locorum, & parochialium Ecclesiarum rectoribus multis modis inferri dicebantur super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis. celebrationem missarum, cura animarum, sacramentorum administratione, sepulturis quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus alijsque huiusmodi iuribus, necnon decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu, & regimine sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, formatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, præcedentia, locorum acquisitione, cęterisque alijs rebus, tunc expressis, multa per quasdam suas litteras pro dictis fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerunt ad hæc pertinentia, declarauerit, multaque præterea priuilegia eisdem 17. kalen. Iun. Pontific. sui anno secundo, & deinde ea omnia diuersis alijs ordinibus, & congregationibus regularium non mendicantium, etiam per modum communicationis concesserit. Postea per quandam suam constitutionem de Vicarijs perpetuis in Parochialibus ecclesijs vnitis per ordinarios locorum instituendis, & portione illarum Vicarijs assignanda editam, alia super constitutione fratrum eorumdem ad exercitium curæ animarum in eorum parochialibus Ecclesijs, quæ dom bus, & locis suis vnitæ sunt, decreuerit. Demum animaduerso, quod ea omnia multis dubitationibus inuoluta, magnisque difficultatibus obstructa, multas magnasque dissensiones altercationes, & lites inter prædictos locorum ordinarios, & fratrum ipsorum ordines, non sine graui diuini cultus, & animarum detrimento, ac populorum scandalo concitauerant, contra, ac ipse sperabat, & præter suam expectationem, vt qui interdum conquereretur multo alites alioque sensu a se prolata fuisse, quam litteris expressa essent: Cupiens his mederi incommodis, primum illa omnia, quæ regularibus aliorum ordinum, quam mendicantium communicauerat, & secundum præmissa concesserat, motu proprio restrinxerit, & abolenda aboleuit. Deinde plenius prouidere volens, prioribus litteris a se quoad ipsas mendicantes magna in parte moderatis, omnes, & quascunque alias litteras, quæ de alijs ordinibus, & congregationibus extra mendicantium ordidines, de obseruantia nuncupatos,

emana-

emanauerant, omnino, aboleuerit, causas omnes iam de his etiam in Romana Curia pendentes ad se aduocando, lites extinguendo, ac formatos super illis processus, latasque sententias annullando, quemadmodum alijs suis literis in registro proximè compertis, nunquam tamen publicatis plenius continetur. Postremo circa confessariorum regularium etiam mendicantium approbationem iuxta Concilij prædicti decretum faciendam, etiam lectores in Theologia graduatos, & certos alios tunc expressos comprehendi debere declarauit. Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum, & constitutionum editione procedit, præsentibus, & futuris discriminibus occurrere volentes. De nobis attributa potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, de prædictis, & alijs omnibus litteris, & constitutionibus, quæ ab eodem prędecessore eisdem de reb. pro quorumcunque regularium etiam mendicantium ordinibus, & congregationibus, quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscunque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilii decretis, siue alias legitimè ante dictarum literarum, & cōstitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent futura fuisset, ad quam dispositionem, & decisionem, suūq. pristinum, & integrum statum, ac terminum illa omnia reducimus. Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta; necnō prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcunque alia ipsa literis, constitutionibus apposita, & alias eorum occasione, vel causa factis, his nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia, quibuscunque illa sint concepta formulis, ac præseruationibus, declarationibus, modificationibus, restitutionibus, mentis attestationibus, derogatoriarum derogatorijs, alijsque formis efficacissimis, & inuiolabilibus clausulis etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, & ex certa scientia, etiam pro conseruatione status regularis, & ex quibuscunque alijs vrgentissimis causis quotiescunque roborata. Decernentes illa omnia pro nullis, & infectis haberi, omnesque supradictos illarum vsu, commodo, & effectu carere. Ac omnes lites cōtrouersias, quæ coram quibusuis iudicibus, siue ordinarijs, siue commissarijs etiam cāū Palatij Apost. Auditoribus, & S.R.E. Cardinalibus etiam de latere Legatis, prædictarum literarum, & constitutionū occasione super præmissis iā motæ sunt, nec dū decisæ, aut finitæ, vel etiam, quæ iam decisæ sūt, si modo tractū habeant successiuum, easq. rursus, & inter quoscunq. excitari in posterum contingat, secundum prædictam dispositionem, nec aliter decidendas, futura vero dubia, & difficultates, quandocunq & vbicunq. orientur, ad nos & sedem Apostolicam, vbi & cætera, quę ad decreta dicti Concilij pertinent quotidie declarantur, omnino referenda esse. Necnon irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mādamus itaq. in virtute sanctę obedientiæ præsentes ab omnibus vbiq. Episcopis, & locorum ordinarijs, necnon Ecclesiarum prælatis, rectorib. fratribusque prædictis, ac cæteris ad quos pertinet semper inuiolata obseruari. Non obstantib. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ecclesiarum monasteriorū, conuentuum, domorum, locorum, & ordinū quorumcunque, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apostolicis, etiam mare magnum, & Bulla aurea nuncapatis dictis Ecclesijs, ordinibus, & congregationibus quomodolibet concessis, & confirmatis, quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenorib. specialis expressa, indiuidua, & ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quis alia expressio habēda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cęterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes omnibus plenius innotescant, &c. Nulli ergo, &c. Dat Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Domini 1572. Kal. Martij Pontificatus anno 1.

Et licet idem Greg. postmodum priuilegia mēdicantium confirmauerit, cum clausula (nullis contrarijs etiam suis obstantibus) in ipsis tamē confirmationis literis apposita est alia clausula, (in quantum decretis Conc. Trid. non sunt cōtraria) ita quod nec posteriores reconfirmationes reualident dicta decreta Pij V. in quantum aduersantur Conc. prædicto, quam clausulam etiam alij Pontifices in similibus suis confirmationibus semper apponi voluerunt, vt ex ipsarum confirmationum tenore cognoscere, licet.

Idem Greg. XIII. reuocauit confirmationum eiusdem Pij V. priuilegiorum militum S. Ioannis Hierosolymitani, & eam similiter reduxit ad terminos dicti Conc. Trid. const. sua incip. circūspecta de anno 1580. die 25. Nouemb.

Vltra præmissa autem, Regularem prædicantem hæresim Episcopus ipsemet punire potest. Concil. loco citato sess. 5. & quocunque alio modo de hæresi se fecerit suspectum regularis, ab Episcopo, & Inquisitore iudicari debet, capit. ad abolendam, de hæret. in sexto. Nau. consil. 1. numer. 5. de hæret. Similiter, & de omni crimine depositione digno, non superior regularis, sed Episcopus cognoscere debet, idem Nauarra de foro competen. consil. sexto, Zerol. parte secunda verbo. regulares.

In causis item mercedum, & miserabilium personarum, contra regulares extra claustra degentes exemptione non obstante, & quamuis habeant conseruatorem, seu iudicem suum deputatum, procedere potest Episcopus, Concil. citato sessione septima, capit. 14. de reformat.

Eosdem regulares degentes extra claustrum, si delinquant punire potest idem Episcopus, idem Concil. sessione sexta, capit. 3. de refor. Idque etiamsi in studijs morentur, seu alias, de superioris licentia in ciuitate extra monasterium sui ordinis habitent, idem Concilio sessione 25. capit. 4. de Reg. idemque declaratum fuisse a sacra Congregatione Concil. refert Genuen. in prax. cap. 59. in hæc verba.

Regularis manens extra Claustrum de licentia superioris etiam in domo deputata ad erectionem monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltem viuat sub superiore conuentualiter, potest puniri ab Ordinario.

Digitized by Google

Item & vagabundi, & absque literis obedientiæ per ciuitates, seu diœcesim trãseuntes, ab Episcopo detineri, carcerari, & tanquam instituti sui desertores puniri possunt, Conc. loc. cit.

Intra claustra autem degentes Regulares in causis mercedum, & miserabilium personarum, tum demum ab Episcopo iudicari possunt si cõseruatores sibi non elegerint, id. Conc. sess. 7. cap. 14. de ref. super quorum electione editũ decretũ a dicta sancta Congr. refert, Confect. in comp. priuil. tit. 4 cap. 9. & Quar. verb. priuilegia. Regu. verbis, quæ sequuntur.

43 Iussu Greg. XIII. per Sac. Congr. declaratum fuit, quod Regulares omnes in ciuitatibus existentes sibi conseruatores eligerent coram quibus conuenirentur, ac semel electos, non nisi in capitulis prouincialib. mutarent, eorundemque nomina intra mensem a die electionis Episcopis locorum ordinarijs indicerent, alioquin coram ipsis Ordinarijs conueniri possent.

Intra claustra item degens Regularis, sed extra ea, ita notorię delinquens, vt populo scãdalo sit, ad requisitionem Episcopi à suo superiore puniri debet intra tempus ab Episcopo præfigendum, & si superior requisitus non puniret, Episcopus ipse punire posset. id. Concil. cit. sess. 25. de reg. cap. 14. Et hoc casu posset Regularis deprehensus in delicto deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dũmodo sine mora sumatur, remitti cũ copia processus ad suum superiorem, puniendus cum pręfixione termini ad puniendum, quod seruari in praxi Curiæ Neap. testatur Genuen. loc. cit. n. 3.

Ad maiorem autem dicti c. 14. exequutionẽ, & ne Regularium superiores, Episcopum requirẽtẽ, vt puniãtur huiũdi delicta, quouis pretextu eludant, emanauit Const. Cle. VIII. vt sequitur.

44 Suscepti muneris ratio postulat, vt ea quę in sacro Trid. Conc. prouidè constituta sunt ab ijs, ad quos spectat inuiolatè obseruari curemus. Maturo sane consilio ipsius cõcilij decreto promissum est vt quicunque regularis non subditus Episcopo, intra claustra degens, extra ea, ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante a suo superiore intra tempus ab episcopo præfigendum seuerè puniatur, & superior de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus, ipse a suo item superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Verum, quia experientia compertum est, interdum in huiusmodi decreti executione nimis remisse procedi, cum enim Episcopus instat aliquem regularem eo quo supradictum est modo delinquentem, a suo superiore puniri, sæpè fit, vt superior, regularem delinquentem, ad alia suorũ ordinum loca extra Episcopi diœcesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias prouincias se conferat, nec vlterius super delinquentis excessibus inquirat, & de eius punitione Episcopum certiorem reddat. Vnde nec Regularis delinquẽs tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius diœcesim existat, nec superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio priuatur. Nos pro pastorali nostra solicitudine præfati decreti executioni quantũ cũ Domino possumus fauere, & præmissis malis, vt par est opportuno aliquo remedio occurrere volẽtes, de venerabiliũ Fratrũ nostrorũ S. R. E. Cardin. prædicti concilij interpretum sententia. Motu proprio, & ex certa scientia, nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnibus, et singulis cuiuscunque ordinis, & instituti regularis, etiam mendicantium superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum, per eos obtentorum, eo ipso incurriendis pęnis, præcipimus, & mandamus, vt iuxta prædictum decretũ quilibet ipsorum regularem non subditum Episcopo intra claustra degentẽ, & extra ea ita notoriè delinquentem, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & alias decretum ipsum in omnibus, & per omnia exequatur. Cęterum si superior in regularem delinquentem, non animaduerterit, quinimo si illum impunitum ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diœcesim, vt præfertur transmiserit, volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, vt superior instante Episcopo intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabilitatis, ad illa, & alia in posterum obtinen. ac vlterius priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, ad quas a nemine præterquam a nobis, & a Rom. Pontifice pro tempore existente restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pænis, ipsum regularem delinquentem a loco, ad quem transmissus fuit reuocare, & in quo deliquit constituere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus, vt Ordinarius loci, ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci, in quo deliquit similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus, vt præfertur, tamquam sedis Apost. delegatus, prędictum Cõcilij decretum omninò exequi, in regularẽ delinquentem seuerè animaduertere possit, & debeat. Decernentes sic, & non aliter per quoscũque Iudices, &c. Non obstantibus quibusuis eorundem ordinum, vel institutorum, etiam iuramento, & confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apost. in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuscunque, &c. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domin. 1595. 7. Kal. Mart. Pont. anno 5.

45 Visitari etiam possunt ab Episcopo monasteria Regularium commendata, in quibus non viget regularis obseruantia, nulla præscriptione, priuilegio, conseruatorum deputatione obstãte. Et si in eis viget obseruantia regularis, monere debet Episcopus eorum superiores, vt ipsi visitẽt & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare neglexerint, Episcopus ipse visitare possit, & corrigere, nullo priuilegio, aut appellatione obstante. id. Conc. sess. 21. c. 8. de reform.

Similiter monasteria, quæ generalibus capitulis non subsunt, nec suos habent Visitatores Regulares, si munita in congregatione se se non redegerint, in omnibus Episcopi iurisdictioni subiecta sunt. id. Conc. sess. 25. cit. c. 8. de regul.

46 Item monasteria quæuis, seu Ecclesiæ, loca vè regularium, curam animarum adnexam habentia, quoad ipsam curam visitari debent ab ipso Episcopo, itemque, & personæ curam huiusmodi exercentes, siue sint seculares, siue regulares in omnibus curam ipsam concernentibus nulla exemptione se tueri possunt quominus visitentur, & corrigantur per Episcopum, id. Conc. cap.

7. sess.

Digitized by Google

7. sess. 7. de ref. & cap. 11. sess. 25. cit. quod idem disponi in Bulla Leon. X. vidimus superius.

Particulariter autem Militum S. Ioannis Hierosolymitani, quos merito inter huõdi exemptorum seriem recensere possumus, Ecclesias, quib. cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario subiectas esse, & ab eisdẽ visitari posse, clare patebit ex rescripto Pij PP. V. quod sequitur.

Exposcit, & infra. Decernimus, declaramus, statuimus, omnes, & singulos locorum Episcopos, & alios superiores, tanquam Apost. sedis delegatos, omnes, & quascunque parochiales Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica suarum ciuitatum, & diœcesum, quibus animarum cura imminet, ad dictam religionem eiusque Milites, Capellanos, Ministros, Rectores, quomodolibet pertinen. etiam quod in eis Episcopalem, & temporalem iurisdictionem religio, & milites prædicti haberent, eorumque ecclesias, Rectores, Vicarios, & ministros, quoscunque (in his tamen dumtaxat, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & sacramẽtorum administrationem respiciunt) visitare, omnesque actus visitationem concernẽtes exercere posse, & debere, ac rectores cæterosque huiusmodi ministros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, siquidem ad nutum amouibiles sint, statim amouere, sin vero titulares sint, illico suspendere, ac superiores eorum monere, vt intra aliquem breuem terminum in locum amotorum subrogent alios idoneos prius tamen per ipsos episcopos, & alios superiores examinatos, & approbatos, titularibus vero suspensis, deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt supra, in coadiutores, seu Vicarios iuxta decretum Conc. sess. 21. cap. 6. Interea vero dum hęc subrogatio, seu deputatio fiat, ipsi Episcopi, & alij superiores pro necessitate, curæ animarum prouideant arbitrio suo, quod si superiores dictorum Rectorum, & ministrorum, intra tempus præfixum non subrogauerint, aut deputauerint, vt supra, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi, & alij superiores, alios pręuio examine iuxta eiusdem Conc. formam idoneos repertos in locum amotorum subrogent: titularibus vero suspensis coadiutores deputent, iuxta dictum c. 6. sess. 21. qui tamen in dictis parochialibus perinde inseruiant, ac si subrogati, aut deputati ab ipsis superioribus religionis, & militum prędictorum fuissent. Volumus autem, quod Episcopi, & alij superiores prædicti, visitationem huiusmodi, & prædicta omnia solum tanquam delegati Apostol. sedis, & gratis, & absque vlla dictæ religionis rectorum impensa, & onere faciant. In collatione item ordinum, necnon consecratione Ecclesiarum, & sacrorum vasorum, ac benedictionibus, & alijs actibus spiritualitatem concernẽtibus, ac institutione præsentatorum ab eisdem militibus ad beneficia, aut approbatione, seu cõfirmatione, quas ab eisdem fieri harum pręsentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendat, vt nullos admittãt, qui qualitates à Concilio requisitas non habeant, ac præuio examine, iuxta eiusdem Concilij decreta idonei non existant. Nolumus autem Episcopos, & alios superiores locorum suprascripta facultate vti, qui cum eadem religione, & militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitan. coram quibuscunq. iudicibus litigant, nisi ipsi Episcopi, & alij superiores viciniores, ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes, nullumque interesse prorsus prætendentes, facultate prædicta vtantur. Nollumus item per præsentes vllum afferri præiudicium iuri visitandi dictas parochiales ecclesias, & alia beneficia curã animarum habentia, quod antea religioni, & militibus, prædictis competebat, inhibemusq. expresse dictis Episcopis, & alijs superioribus, ne hac facultate visitandi eis per pręsentes concessa alio vtantur modo, quam præscripto, sicque per quoscunque iudices, &c. Dat. Romę apud S. Petrum sub annulo Piscat. die 22. Septemb. 1571. Pont. nostri anno 6.

Qui etiam dictam curam exercent, siue sæculares, siue regulares esse debeant, poni debent ad arbitrium superiorum ipsorum regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, nisi ꝙ examinari, & approbari prius debent ab Episcopo antequam ponantur, quod declaratum fuisse a Sac. Cong. Conc. refert Gonz. super 8. Cancel. glo. 5. §. 3. num. 34. his verbis.

Petentibus Iesuitis an Parochia Toletana in Monasteriorum erecta, & vnita eorum collegio gubernari possit a deputato ab ipsis, modo sit approbatus ab Ordinario.

Censuerunt posse.

Et iterum.

Neque Vicarios perpetuos, neque temporales posse ab Ordinario poni in monasterijs, quibus cura imminet animarum, vel a principio, vel ratione annexionis, sed tantum à superiorib. eorum, pręuio tamen examine ipsius ordinarij iuxta pręscriptum decreti Conc. sess. 25. cap. 11.

Si tamen in deputando ipsi superiores regulares negligentes essent, vel non deputarent tot personas, quot ad exercitium ipsius curæ sufficerent, ab Episcopo compelli possent, vt deputẽt quod etiam fuisse declaratum a dicta Congr. testatur Confect. cit. tit. 5. cap. 4

Ijdem deputati ad curam animarum in Ecclesijs Regularium, ad Synodum Episcopi venire tenentur, citat. Conc. sess. 24. c. 2. de reform.

Beneficia item in quibus habent ius præsentandi, vel instituendi, regulares, si intra debitum tempus beneficijs huiusmodi non prouiderint, collatio ipsorũ deuoluitur ad Episcopum Clem. vn. de supplen. negl. prælat. Rebuff. de deuolut. num. 37.

Regulares ijdem subditi sunt Episcopo quoad cõfessiones pſonarũ secularium audiẽdas, ita ꝙ illas audire non possunt, nisi prius fuerint approbati ab Episcopo, ad quod vltra Const. Leo. X. supra allatam faciunt etiam declarationes, alias à nobis relatæ de foro pęnit.

Et si habuerint approbationem huiusmodi, adhuc non possunt absoluere pænitentes ab excommunicatione lata ab homine, alioquin incurrunt ipso facto excommunicationem Papæ reseruatam, eãdem excommunicationem incurrunt si administrent infirmo Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis Sacramentum, vel benedicunt sponsos sine parochi licentia, ex dispositione Clem. 1. de priuileg. vltra quod illis hæc etiam sunt prohibita dicta const. Leonina.

Similiter incurrunt Regulares excommunicationis sentẽtiam si aliquid in concionibus, vel sermonib. alijs prædicẽt quo populus a decimarũ solutione abstrahatur. Cle. cupiẽtes de pænis.

Ordines item suscipere nõ debent, nisi ab Ordinario, ad quod vidẽda declaratio Clem. VIII. supra de Ordin. allata.

Positionem primarij lapidis, consecrationem Ecclesiæ, Altaris, Cimiterij petere non debent, nisi

nisi ab Ordinario. vt supra in dicta Leon.

Nouum etiam Monasterium ædificare, seu fundare non possunt, nisi obtenta licentia ab episcopo, cit. Conc. sess. 25. c. 3. de Regu. Quem autem modum tenere debeat episcopus in concedenda huiusmodi licentia, ordinauit Clemen. VIII. constitutione sua quæ sequitur.

47 Quoniam ad institutam Regularium locorũ, & personarum reformationem promouendã, & conseruandam maximè pertinet, vt in quibuscunque domibus & monasterijs, is tantum numerus Religiosorum, q i commodè ibidem ali possit contineatur, ac eo pariter, spectat, vt in quibusque ciuitatibus, & locis noue domus, & monasteria, præsertim mendicantium, non erigantur nisi in eisdẽ ciuitatibus, & locis, aliorum domorum, & monasteriorum in eis existentiũ habita ratione, vt commodè sustentari posse dignoscatur. Hac igitur nos consideratione ducti, & in præmissis pro nostro pastorali munere opportunè prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ex voto etiam S. R. E. Cardinalium, super consultationibus negotiis Episcoporum, & regulariũ præpositorum, harum serie declaramus, locorum ordinarios non posse licentiam ad nouos conuentus cuiusque etiam mendicantium ordinis in ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iurisdictioni subiectis, erigendos impartiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem ciuitatibus, & locis existentium conuentuum prioribus, seu procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita constiterit, in eisdem ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos conuentus sine aliorum detrimento cõmodè sustentari posse. Si vero ab eorum in huiusmodi causis, & sententiis ad nos, & Apostolicam sedem prouocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios, tam din erectionem nouorum conuentuum suspendere debere, quousque a nobis, & Apostolica sede in eadem causa pronunciatum extiterit, irritum nihilominus, & inane decernentes, quicquid secus super his a quoquam quauis authoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Quo circa vniuersis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis, per præsentes in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo, mandamus, vt præsentes nostras litteras obseruent, & obseruari curent, & faciant non obstãtibus, &c. Dat. Romæ, apud S. Marcum sub annulo piscat. die 23. Iulij 1603. Pont. ann. 12.

Similiter, & oratoria priuata ædificare non possũt, nisi prius ab ordinario fuerint designata, cit. Concil. sess. 22. in decreto de celebr. miss. quo decreto derogatum esse priuilegio regularium a Six. IV. concessa de celebranda missa quocunque loco super altari portatili, ita vt hodie post Conc. Trid. hoc priuilegio vti non possint tenet Confect. sup. cita. ut. 19 c. 2. quinimo subsunt in omnibus aliis quæ in illo decreto Conc. disponũtur, vt quoad ceremonias superstitiosas, mercedum conditiones, Eleemosynarum circa celebrationem importunas exactiones aliosque abusus ibidem expressos, vitandos.

Dies festos quos in sua Diœcesi Episcopus seruandos præcepetit, Regulares quoque seruare tenentur, cit. Concil. sess. 2. c. t 2. de reg. circa quam festorũ obseruationem emanauit decretum Sac. Congreg. Concil. relatum a Quar. loc. cit. tenore verborum huiusmodi.

Congr. Conc. censuit, decreuit, cap. 12. vers. Dies etiam festi, sess. 25. de regul. ita esse intelligendum, vt regularium ritus, illis festis semper permaneant quoad missas celebrandas, & cetera diuina officia, tam publicè, quam priuatim ab ipsis Regularibus in eorum ecclesiis persoluenda, nec circa, hæc ab episcopis quo quomodo quicquam in contrarium eisdem regularibus præcipi posse. Quod si de facto præceperint, Regulares neutiquam ipsis episcopis obedire teneri. Verum quoad Conciones, & Lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere se conformare Euangeliis, & Epistolis, quibus clerus sæcularis vtitur illis diebus festis.

Censuras item & interdicta lata ab episcopo, ad mandatum ipsius Episcopi publicare, & obseruare in suis ecclesiis obligantur, id. Concil. ibidem.

Indulgentias quascumque publicare non debent, absque scitu, & auctoritate Episcopi, id. Conc. sess. 21. c. 9. de ref.

Quoad quæstuationes etiam, & Eleemosynarum exactiones subduntur regulares in eo episcopo, quod ipsi quæstuantes tenentur episcopo facere fidem per litteras authenticas de licentia ad huiusmodi quæstuationem a suis superioribus sibi data, circa quod consulta Sac. Cong. Conc. respondisse legitur his verbis.

Cong. Conc. censuit Regulares mendicantes teneri ad ostendẽdam ordinario licentiam quærendi Eleemosynas a suis superioribus sibi datam.

Imo & prohiberi possunt per Episcopum ab immoderata exactione Eleemosynæ, vel ne exigant Eleemosynas pro conuentu extra Diœcesim existente, & ne exigant, nisi illi quorum licentias confirmauerit prius Episcopus, quod praxi suarum partium obseruari refert Genu. in prax. sua, cit. c. 59. nu. 11.

Vt accedant ad processiones publicas compelli possunt per Episcopum, cit. Concil. sess. 25. cit. c. 13. de reg. cum moderatione nimirum S. Cong. Conc. relata a Quar. loc. cit. vt sequitur.

Congr. Conc. censuit, Regulares monasterij vltra medium milliare a ciuitate distantis, non posse ab Episcopo compelli accedere ad processiones.

Controuersias etiam de præcedentia, in processionibus publicis inter ipsos Regulares, seu etiam sæculares clericos quosuis exortas cumponere omni appellatione remota, pertinet ad episcopum id. Conc. loc. cit. quis autem modus in eis componendis tenendus sit, declarauit Greg. XIII. constitutione sua relata apud Confect. f. 250. vt sequitur.

48 Exposcit Pastoralis officij munus: & infra. De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, qđ quicumque ex dictis fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut Confraribus confraternitatum prædictatum, inter quos lites, & causæ præmissorũ occasione ortæ iam sint, seu oriri cõtigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præcedendi, sũt ij (quibuscunq; reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus, tam publicis, quã priuatis præcedere debeant. Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præce-

præcedentiæ huiusmodi, inter fratres quidem mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuersiæ, inter confratres vero inter se litigantes ij qui prius saccis vsi sunt, in processionibus, tam publicis quam priuatis præcedere debeant, ita vt si contigerit noua monasteria aut domos alicuius ordinis mẽdicantium in loco in quo alterius ordinis ex dictis mendicantibus monasteria aut domus prius erecta, & instituta sint, ille ordo, qui prius monasterium seu domum in loco habuerit, præcedat. Præterea quia inter prædictos ordines plerumque alia in processionibus, & alia in Concilijs Generalibus, & alijs actibus publicis siue priuatis ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentes prærogatiuas dictorum ordinum quoad præcedentias huiusmodi, quæ proprijs ordinibus præterquam in processionibus prædictis debentur, aut fratribus Cappucinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub conuentualium S. Francisci aut Minorum de obseruantia fratrum nuncupatorum Cruce, vt solent, incedere possint, aliquod præiudicium generari, sicque per quoscumque iudices, &c.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apost. necnon Ecclesiarum monasteriorum ordinum congregationum Domorum aut confraternitatum quarumcunque, etiam iuramento, confirmatione Apostol. vel quauis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & litteris Apost. &c. Dat. Ro. apud S. Marcum, die 15. Iul. 1583. Et iterum Sac. Congr. consulta super dubijs controuersiarum de præcedentia respondit die 26. Augusti 1593. in hæc verba relata, apud Quar. verb. præcedentia.

Sacra Congr. Illustrissimorum, & Reuerendiss. DD. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præfecta, ad tollendas omnes lites, & controuersias, quæ inter Regulares plerumque solent oriri super eorum præcedentia in processionibus cæterisque actibus tum publicis, tum priuatis, illud in futurum obseruandum censuit, quòd in hac alma Vrbe omnium magistra seruatur.

Die 30. Aug. 1593. Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Alexan. retulit suprascriptam Congregationis sententiam Sanctiss. placuisse, & iuxta eam in casibus occurrentibus semper rescribi, & si opportunum fore videbitur generalem constitutionem desuper fieri mandasse, illa Gregor. XIII. quæ incipit exposcit alijsque contrarijs quibuscunque non obstantibus.

Subdũtur prętereа Regulares Episcopo quoad contributionem pro seminario præstandam, eam enim pro modo facultatum monasterij cuiuscunq; imponere ipsis potest Episcopus Conc. cit. cap. vlt. sess. 23. vbi tamen excipiuntur mendicantes, quorum nomine quinam intelligi debeant, declarauit Pius V. constitutione sua relata apud Confec. tit. fol. 290. cuius verba sequuntur.

49 Romanus Pontifex, & infra. Motu proprio non ad ipsorum fratrum vel alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos quatuor mendicantium ordinum videlicet Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini, necnon Carmelitarum, & quos etiam recenseri volumus seruorum Beatæ Mariæ nominibus comprehensos fratres, eorumq; domus, monasteria, & loca etiamsi in communi propria bona tam mobilia quam immobilia, & stabilia ac alia quæcunque possederint, mendicantium vocabulo, & omnibus & singulis mendicantium priuilegijs eis quomodolibet concessis, vti posse, & debere nec super præmissis vllo vnquam tempore molestari posse aucto. ritate Apostolica per præsentes statuimus, & declaramus, ac tam Concil. Trident. quam omnia, & singula alia decreta, statuta ordinationes priuilegia, & iura de mendicantibus loquentia, ad omnes, & singulos ordines præfatos, eorumque, domos, & loca etiam propria bona in communi tamen retinentes extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam auctoritate præfata per easdem præsentes declaramus. Ac insuper eisdem ordinarijs, & quibusuis alijs tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus quauis auctoritate fungentibus in virtute sanctæ obedientię, & alijs arbitrio nostro moderandis pœnis similiter per præsentes mandamus, vt si quid per eos tam nostro quam prædecessoris nostri temporibus, tam ratione seminarij, subsidij, & decimarum, quam aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem fratribus omni mora, & dilatione post posita, restituant, districtius inhibentes eisdem locorum ordinarijs cæterisque personis tã Ecclesiasticis quam sæcularibus, quauis auctoritate fungentibus, & cuiusuis dignitatis, gradus, & conditionibus existentibus, ne eosdem mendicantium ordinum fratres præfatos, bona huiusmodi retinentes, quouis prætextu super seminarij, subsidij, & decimarum contributione molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernentes, &c. Datum Romæ, die 1. Octob. 1568.

Patres quoque Societ. Iesu inter mendicantium ordines comprehendi voluit Pius V. Constit. sua, quæ sequitur.

Pius Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

DVm indefessę considerationis intuitu perscrutamur, quantam Christianæ Reipubl. vtilitatem attulerint, dilecti filij presbyteri Soc. Iesu, ac planè conspicimus, eos verè mundi huius relictis illecebris se ad eo saluatori suo dedicasse, vt conculcatis thesauris quos ærugo, & tinea comedit, lumbisque paupertate, & humilitate præcinctis, non contenti terrarum finibus vsque ad orientales, & occidentales Indias penetrauerint, ac eorum aliquos Domini amor præstrinxerit, vt etiam proprij sanguinis prodigi, vt verbum Dei inibi efficacius plantarent, martyrio voluntario se supposuerint, perque eorum spiritualia exercitia, etiam Regna ipsa fidẽ Christi agnouerint, ac tam inibi quam vbique terrarum, charitatis, & misericordiæ opera exercere studeãt: facere nullo modo possumus, quin eos tanquam veri palmites in Christo per charitatem coniunctos, & benignè amplectamur, & ea sibi specialiter concedamus, quæ & paupertatis per eos emissæ voto, & eorum instituto ac cõmoditati credimus profutura. Hinc est, quod nos attendentes, quod licet dilecti filij præpositus Generalis, & presbyteri, Soc. huiusmodi, tum quia ipsa Societas mendicans existit, quippe, quæ ex eius instituto, & constitutionibus Apostolica authoritate confirmans, bona stabilia possidere nequit, sed incertis eleemosynis fideliũque largitionibus, & subuentionibus viuit, tum quia non minus, quam cæteri mendicantes in exco-

excolenda vinea Domini assiduè laborant, fructusque ingentes, & salutiferos producunt ac propterea eisdem priuilegiis, indultis & gratiis fratribus mendicantibus hactenus concessis, vti, frui, potiri, gaudere merito possint ac debeant. Cum autem illud aliquando in controuersiam deduci posset, ex eo quod dicta Soc. Collegia habeat secum adiuncta. Nos ambiguitatem huiusmodi omnino amputare volentes, eosdem Præpositum, & Societatem, eorumque singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon dictæ Societ. instituti, constitutionum, & dispositionum, tam de iure, quam ab homine prouenientium, necnõ priuilegiorum immunitatum, indulgentiarum, & gratiarum mendicãtibus fratribus huiusmodi quomodolibet cõcessarum, ac litterarum desuper confectarum tenores, præsentibus pro expressis habentes, motu proprio non ad ipsorum Præpositi Generalis, & Societatis, vel alicuius eorum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, & certa scientia nostris, illam & illius præpositum ac singulas personas Soc. huiusmodi vere, & non fictè, mendicantes fuisse, & esse, & fore, & inter aliorum fratrum, & religiosorum mendicantium ordines, aliosque fratres, & religiosos mendicantes, prout illos nos connumeramus, & connumerari debere, ac omnes, & singulos tam iuris quam hominum dispositiones in fauorem religiosorum, seu fratrum mendicãtium, nunc & pro tempore emanatas, etiam in Soc. illiusque domibus Collegiis, Præposito & aliis Religiosis locum habere, necnon omnia, & singula quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint etiam speciali nota digna, priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates concessiones indulta indulgentias, peccatorum remissiones, & gratias tam spirituales, quam temporales, litterasque Apostolicas etiam initiuam, sine mixtum concernentia, hactenus per nos, & quoscunque alios Pontifices, tam prædecessores, quam successores nostros denique Sedem Apost. & illius Legatos de latere siue Nuncios, & quascunque alias personas quauis authoritate fungentes, etiam motu, & scientia similibus ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Cõsistorialiter, tam in genere, quam in specie, & tã communiter, & coniunctim, quam particulariter, & diuisim etiam per modum extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet quibusuis ordinibus fratrum, & sororum mendicantium, quocunque nomine nuncupentur, illorumque Congregationibus, conuentibus, & capitulis, ac vtriusque sexus personis ac illorum monasteriis, domibus, Ecclesiis, hospitalibus, & aliis piis locis, hactenus concessa, & in posterum concedenda, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro insertis, & expressis haberi volumus, eidem præposito ac Societati, & omnibus illius personis, domibus ac collegiis vbique terrarum sitis, ita quod Societas, domus, collegia, præpositus, & personæ huiusmodi, omnibus, & singulis prædictis priuilegiis, immunitatibus exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis, & litteris eisdem fratrum, & sororum mendicantium ordinibus, congregationibus conuentibus, capitulis, personis, monasteriis, domibus, Ecclesiis, hospitalibus, & aliis piis locis vt præfertur concessis, & concedendis, ante potuerint, ex nunc ac in futurum, dummodo instituto societatis, & præpositi seu deputatarum personarum huiusmodi, voluntatis beneplacito non refragentur, possint libere, & licite vti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter absque vlla prorsus differentia, perinde ac si societati, præposito, personis, domibus, & collegiis prædictis, nominatim, specialiter, ac generaliter concessa fuissent, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo sancimus, volumus, & declaramus, ac pariter concedimus, indulgemus, & elargimur. Decernentes præsentes litteras nullo vnquam tempore per nos aut sedem prædictam reuocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neque sub vllis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus, nunc & pro tempore emanatis comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties reuocari, alterari, limitari, & derogari contingat, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant statum restitutas, & de nouo etiam sub posteriore data per pro tempore existẽtem Soc. huiusmodi præpositum generalem eligẽdam, concessas esse, & fore. Ac ita, & non aliter per quoscunque iudices, tam ordinaria, quam delegata, & mixta authoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam sedis Apost. Legatos de latere, & Nuncios, ac causarum Palatii Apost. Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, vbique & in quauis instantia interpretari, censeri, iudicari, cognosci, & decidi debere. Irritum quoque, & inane quicquid secus super his a quo quam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerab. fratrib. Patriarchis, &c. Non obstantibus, &c. Dat. Rom. apud S. Petrum sub annulo Piscat. 1571. die 7. Iulii. Pont. an. 6.

Similiter, & ordo minimorum S. Franc. de Paula annumeratus fuit inter mendicantes ab eodem Pio V. Constit. sua incip. Apostolicæ, de ann. 1567. 9. Nouemb. & alia Const. incip. Romanus, eiusdem eo. ann. 19. Nouemb. Cong. Iesuatorum, mendicantium ordinibus annumerata fuit. Et demum Clem. VIII. Const. incip. Rom. Pont. decet, an. 1603. 20. Aug. Carmelitas discalceatos, declarauit esse ex ordine mendicantium. Moderata etiam fuerunt priuilegia Regularium, vt ad leuanda defunctorum corpora intra Parochiam cum Cruce sine sua parochi intrare non possint à Leon. X. in Conc. Lateran. cit. Const. Dum intra mentis arcana, super quo extat declaratio sacr. Congr. relata apud Quar. vers. priuilegia Regul. cit. hoc verborum tenore.

50 Licet in sacro Generali Lateranensi Concilio statutum, & ordinatum fuerit, vt fratres ordinum mendicantium cæterique Religiosi Regulares non possint intrare Parochias cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Ecclesias Donorum, & locorum eorundem suam elegerint sepulturam nisi prius præmonito, & requisito ac recusante parochiano presbytero, & tunc sine eius, & ordinarii præiudicio, significatum tamen est Sacr. Congr. S. R. E. Card. nego-

tiis Episcoporum,& Regul. præpositæ, nonnullos fratres præsertim ordinis Minorum de obseruantia cuiusdam consuetudinis prætextu, quam neque antiquitate vallari, neque obseruãtia viridi inniti, neque pacifica, & nõ interrupta possessione firmatam esse constat, contendere sibi licere, defunctorum funera proprio eorum parocho absente, eoque irrequisito, efferre,& leuare: idque haud leues controuersias,& altercationes aliquibus in locis non sine populi scandalo,& Dei offensione excitasse, Ideo volens eadem S.Congr. omnem einsmodi dissensionum, et scandalorum materiam, & occasionem præcidere, at que in futurum prouidere, vt tam parochi quam Fratres ipsi vnanimi inter se voluntate, & ea qua par est charitate vltima hæc Christianæ pietatis officia defunctis, præstent, declarat,& huius decreti tenore statuit prædictis Fratribus Ordinis minorum de obseruantia alijsque quibusuis Regularibus quorumcunque ordinum, & congreganonum tam mendicannum quam non mendicantium existant, nullo modo licere etiam specialis alicuius cõsuetudinis prætextu parochias cum Cruce processionaliter aut alias ad efferenda, & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare,& efferre, nisi vocato, & expectato proprio defuncti parocho, eoque ibidem præsente, si tamen ipse aliter fieri non consentiat, & permittat, vel nisi requisitus venire expresse omnino recuset. Atque ita obseruari mandat,& districtè pręcipit, firmis cæteroqui, et in suo robore permanentibus iis omnibus quæ super quarta funerum, et canonica portione alijsque iuribus ad sepulturas pertinẽtibus a sacris canonibus, et Conciliorum Decretis summorumque Pontificum constitutionibus hactenus sancita, ordinata sunt, vel alias ex particulari consuetudine vel alio iure obseruantur. Rom. die 12. Ian. 1603.

Alex. Card. Flor.

Funeralium etiam medietatem seu eius æstimationem parocho dare obligantur, Regulares, Extrau. inter cũctas, §. de funeralibus, de priuil. comm. vel si fuerit quoad quantitatem soluendi, loci specialis consuetudo, seu conuentio cum parocho, illa seruanda est. Confect. in cit. sum. tit. 20. c. 1.

Funeralium autem nomine intelliguntur ea omnia quæ circa funus deferuntur, exceptis cãdelis quas fratres in manibus deferunt, de quibus portio funeralis peti nõ potest, Extrauag. cit.

Regularis item suscipiens onus exequutionis testamenti ex permissu superiorum, tenetur reddere rationem exequutionis suę Episcopo, et si in ea deliquerit potest puniri ab Episcopo cl. vn. de test. Pro delicto etiam in sęculo seu ante ingressum religionis commisso ab Episcopo puniri debet Regularis. Confect. cit. tit. 5. c. 2. in fine. Item, et ratione reconuentionis, c. 1. de mut. pet. Mar. 4. p. d. 6. nu. 44. Zer. ver. excommunicatio materialis. in fine.

Regularis sepeliens interdictum excommunicatum, seu in alijs casibus prohibitus, ab excommunicatione quam ipso facto incurrit non est absoluendus nisi arbitrio Episcopi lęsę parti satisfecerit, Clem. 1. de sepult.

Renunciatio bonorum quęuis per nouitium ante annum professionis facienda, fieri debet de cõsensu Episcopi, alioquin subiacet vitio nullitatis. Conc. cit. sess. 25. c. 16. de Regul. Exeunti ante professionem omnia quæ sua sunt, vt restituantur Episcopus per censuras compellere potest, ibid.

Controuersia de validitate professionis Regularium spectat ad iudicium Episcopi Conc. ibid c. 19. vbi & modus traditur in huiusmodi causis procedendi, vt videlicet opponens de inualiditate causas afferat legittimas, & si sponte ante dimiserit habitum, non amplius oppositio ipsi suffragetur.

Cathedrali Ecclesiæ honorem præstare debent iidem Regulares, vt in eo quòd Leo. X. in cit. sua constitutione ordinauit his verbis.

Et vt debitus honor matrici Ecclesiæ reddatur tam ipsi fratres, quam alij Clerici sæculares, etiam super hoc Apostolicæ sedis priuilegio muniti, die Sabbati maioris hebdomadæ antequam campana Cathedralis vel matricis Ecclesiæ pulsauerit, campanas in Ecclesiis suis pulsare minimè possint, contrafacientes pœnam centum ducatorum incurrant.

Tenentur, & ad reuerentiam condignam Episcopo exhibendam, nec possunt ipsum prohibere quo minus in eorum Ecclesiis populum benedicere, pontificaliter celebrare, vel celibrationi pontificalibus indutus adesse valeat. Cle. vn. de priuileg. specialiter autem quod Baldachino vti possit in Ecclesiis Regularium, declarauit. Sacra Congr. in hęc verba relata apud Quar. loc. cit.

Decet Episcopis,& infra. Atq; ideo Sac. Cõg. S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum,& Regularium pręposita, facto verbo cum Sanctissimo D. N. Clemente PP. VIII. ac de sanctitatis suę speciali, & expresso mandato hoc pręsenti decreto perpetuis futuris temporibus valituro declarat, statuit, decernit,& mandat, vt de cęetero Episcopi vbi tam ex consuetudine, & priuilegio, quam ex sacrorum Canonum constitutionibus,& Pontificalis Romani pręscripto aut alio iure, Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum mitra, vel etiam sola cappa induti, in quibusuis Regularium tam mendicantium, quam non mendicantium, Monachorum, etiam Cassinensium Clericorum presbyterorum,& cuiusuis alterius Ordinis, & Religionis Militię Societatis aut Congregationis Ecclesiis interesse possunt, ipsi Regulares quoties opus fuerit teneantur ibi,& debeant in loco ad solium Episcopi constituendum opportuno, & congruo Baldachinum attollere: Eis autem id facere negligentibus aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud apportari, & in quacunque eorundem Regularium aut alia quantumuis exempta Ecclesia, supra solium Episcopale seu Pontificale faldistorium erigi facere, atque sub eo sedere,& stare quemadmodum in propriis,& Cathedralibus eorum Ecclesiis stare,& sedere solent, eo tamen duntaxat tempore, quo Pontificales eiusmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipse cui in Pontificalibus aderũt, peragetur. Si qui vero Regularium huic declarationi statuto, decreto, & mandato inobedientes,& contumaces fuerint, sciant se ab eisdẽ Episcopis, ad id, per censuras,& pœnas Ecclesiasticas, huius Decreti virtute, cogi, & compelli posse, & alijsque pœnis tam spiritualibus quam temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis subiacere,& obnoxios fore, Non obstantibus,&c. Romę. 10. Iun. 1603.

Alex. Card. Flor. Ep. Pręnest.

Digitized by Google

In qua declaratione illud specialiter est notãdum posse hoc casu Episcopum contra Regulares contumaces excommunicationis, & censurarum pœnis se tueri, quod & Quar. cit. notat.

Abbates item exempti tenentur exhibere reuerentiam Episcopo. Fel. in c. conquerente, nu. 3. de off. Ord. & electi ab Episcopo sunt confirmandi, & benedicendi, c. cum monasterium, de electio. Abb. in c. 1. de suppl. negl. præl. Host. in sum. ibid. num. 4. circa quam confirmationem, & benedictionem, potest Episcopus exigere iuramentum ab Abbate de præstanda sibi reuerentia, & obedientia iuxta formam traditam in c. no Dei Ecclesia, de Simon.

Vltra prædicta contra Regulares exemptos Episcopus Iurisdictionem prætendere potest in illis quæ in ipsorum priuilegijs, non sunt expressa, quod ex inspectione ipsorum priuilegiorum dignosci potest, c. porro, de priuil. & notat. gl. in c. lané de excess. præl. potestati enim ordinariorum nunquam detrahitur nisi in quantum fuerit expressum, vt notat similiter, gl. in verb. quantum, cap. 1. de priuil. in 6. Tenentur autem requisiti exhibere suæ exemptionis priuilegium, quando non constat notorie de eorum exemptione, c. Abbate, iun. glo. verb. hat fides, de verb. sign. c. cum personæ, de priuil. in 6. Confect. loc. cit. tit. 5. cap. 2.

Pro regula etiam vniuersali notat Innoc. in c. cum capella, de priuil. exemptos, ratione rei non exemptæ subiacere Iurisdictioni ordinarij.

51 Similiter subsunt Episcopi iurisdictioni si cõtra exemptionem legitimé fuerit præscriptum, præscribi enim potest contra priuilegia Regularium spacio annorum quadraginta si ipsis scienter, & voluntarie, & oblata vtendi occasione nõ fuerint vsi, non quidem in totum, sed ita vt de exemptione tantum detrahatur quantum fuerit præscriptum, videlicet respectu rei præscriptæ, c. accedentibus, cap. si de terra, iun. gl. de priuil. quod & præsupponere solent Sum. Pont. in confirmationibus huiusmodi priuilegiorum, vt Gregor. XIII. in sua Bulla, incip. ex benigna, de aon. 1575. 21. Mar. adhibuit clausulam (quatenus sint in vsu, & Sacris Canonibus ac decretis sacri Conc. Trid. non aduersentur approbamus, &c.) & Six. V. in aliquibus suis confirmationibus, vt refert Eman. Roder. Reg. quæst. tom. 1. quæst. 8. artic. 3.

Subsunt item Regulares iurisdictioni Episcopi si in aliquo sponte ipsi se submiserint, hoc enim facere possunt, cum quilibet priuilegio suo speciali, licet non priuilegio iuris communis, renunciare possit, c. si de terra, cit. maxime vero vniuersitas seu Claustrum totum, & non persona singularis, vel saltem in suum præiudicium, & non in præiudicium superioris ex meritis. Abb. in cap. significasti, de fo. comp. Ang. Arm. vers. exempt. num. 5. & 8. Vnde & pacta per Regulares inita licet non fuerint approbata à Capitulo ipsorum Generali vel prouinciali, ligant ipsos regulares, c. vlt. de pactis, in 6. quod magis confirmant verba constitutionis supra a nobis relatæ Leo. X. illo loco.

Pacta autem, & conuentiones inter eosdem Fratres, & Prælatos atque curatos pro tempore inita valeat, nisi per subsequutum Capitulum proximum generale, vel prouinc. refutata, & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit.

Ad extremum ponendum hic est quod licet Regulares delinquentes contra statutum Episcopi excommunicationem annexam habens, propter eorum priuilegia, quibus ipsis conceditur, quod excommunicari non possint, non incidant in excommunicationem sic statuto Episcopi annexam, sed puniendi sunt a suis superioribus Regularibus, ad requisitionem ipsius Epi-
52 scopi, excommunicati tamen a iure, vel constitutionibus Apostolicis, declarari ab Episcopo, & pro excõicatis publicari possunt, ad effectum, vt euitentur a populo Diœcesis, Clem. 1. de priuil. ibique Gard. num. 24. Felin. in c. non potest, nu. 3. de re iud. vbi dicit exemptum sic excommunicatum, citari etiam posse ad videndum se declarari. Absoluere tamen Regulares non potest Episcopus ab excommunicatione sic incursa, licet alias suos subditos si eandem excommunicationem incurrant, aliqua ratione absoluere possit, quia nimirum Regulares non sunt illius subditi, Abb. in c. significasti, de foro comp. Ang. Arm. ver. exemptio, nu. 6. & 9. Sed huiusmodi absolutio spectat ad superiores ipsorum regulares, qui etiam in casibus, cap. 6. sess. 24. Conc. Trid. cit. de ref. suos subditos iidem regulares absoluere possunt facultate ipsis ad hoc data a Pio V. constitutione sua incip. Romana, de an. 1571. die 21. Iulij, quam etiam refert Confect. sup. cit.

Delinquentes, autem Religiosi in casibus in quibus ex Conc. Trident. iurisdictioni Episcoporum subduntur, excommunicari, & alijs pœnis puniri possunt ad Episcopo, cum quoad contenta in dicto Conc. cessent omnes eorum exemptiones, & priuilegia, vt patet ex textu eiusdem Conc. c. vlt. sess. 25. de reg. & ex Bulla Pij V I. incipit. In Principis, ann. 1565. 24. Febr. qua reuocantur priuilegia Regularium, quoad contenta in decretis Conc. Trid. ita Genuen. lo. sup. cit. c. 59. num. 9.

Similiter, & in omnibus alijs casibus præmissorum, quibus Regulares subesse diximus Episcopo, ijdem regulares excommmunicari possunt ab ipso Episcopo, maximé vero si Episcopus reperiatur in possessione iurisdictionis contra ipsos, tunc enim Episcopus ad defensionem iuris proprij posset contumaces excommunicare de facto, etiam non obseruato iudiciali processu nec monitione præmissa, siquidem tum procederet non vt iudex, sed vt pars defendens ius suum, nec obligaretur ad obseruationem iudicialis processus, Felin. in c. sacro, num. 6. de sent. excom. neque appellatione huiusmodi excommunicatio impediri posset. Innoc. in cap. venerabili, de censibus. E contra vero si ipsi regulares in possessione reperiantur cum titulo saltem colorato, in ea manuteneri debent, quousque per superiorem dubiũ de exemptione cognoscatur, c. 1. vt lite pendente, Innoc. Abb. ib. cognitio autem huiusmodi spectat ad Papam, c. cum venissent, de iudicijs, tum vero maxime, quia ipse sibi eam reseruare solet in ipsorum priuilegiorum contextu, vt videre licet in ipsiusmet priuilegijs varijs regularibus concessis.

Et hęc pro visitatione Regularium dicta sint, qui licet absoluté visitari non possint, nisi in casibus supra expressis, tamen cum Episcopus visitat suam Diœcesim, & loca domicilijs regularium vicina, an regulares ibidem degentes in casibus præmissis iurisdictionem ipsius Episcopi concernentibus, delinquant, inquirere, eosque iuris remedijs in disciplina continere potest.

De

De Visitatione Sanctimonialium. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Clausuram monialium prouidere spectat ad Episcopum.*
2 *Moniales alloquendi facultas a quo danda.*
3 *Monasteria monial. ingrediendi licentia quando non iuuat.*
4 *Moniales vltra numerum præfixum non sunt recipiendæ.*
5 *Puellæ educationis causa teneri possunt in monast. monial.*
6 *Tertiariæ quando non gaudeant priuilegio regulæ.*

Moniales sub aliqua regula certa, & approbata viuentes, priuilegiis fratrum eius regulę cui sunt adscriptæ, gaudent, præcipuè vero moniales ordinum mendicantium, quorum priuilegia fratribus, & sororibus inuicem communicauit Leo X. constitutione sua, incip. Dudum per nos, ann. 1519. 10. Decembr. relata apud cit. Confectio. fol. 160. Aliquando tamen, vel ex fundationis modo, siue legitima præscriptione, seu alia quauis vt diximus de ipsis fratribus rationum, quæ in multis, monialibus quoque applicari possunt, subduntur iurisdictioni Episcopi, specialiter autem quoad clausuram omnes moniales indifferenter subiectæ sunt Episcopo, etiam illæ quę a regularibus reguntur, ita quod Episcopus quoad clausuram huiusmodi eas semper visitare possit, & cogere, vt ea diligenter obseruetur, cap. vn. de stat. regul. in 6. cit. Conc. sess. 25. cap. 5. de reg. Quod idem confirmauit Pius V. Constit. sua, quæ sequitur.

Circa Pastoralis officii, & infra. Hac igitur perpetuo valitura constitutione, inhærentes etiam constitutioni fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit. Periculoso, & decretis Conc. Trid. super clausura Monialium editis, authoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, atque perpetuo decernimus, vniuersas & singulas moniales, præsentes atque futuras, cuiuscunque religionis, ordinis, vel militiarum, etiam si Hierosolimitanę sint, quę vel iam receptę sint, vel in posterum in quibusuis monasteriis siue domibus recipientur, & tacitè, vel expressè religionem professæ, etiamsi conuersę aut quocunque alio nomine appellentur, etiamsi ex institutis, & fundationibus earum regulę ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum monasteriis seu domibus, etiam ab immemorabili tempore, ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis monasterijs, seu domibus de cętero debere permanere clausura, iuxta formam dictę Const. fel. recor. Bonif. Papę VIII. predecess. nostri, quę incipit. Periculoso, in sacro Concil. Trid. approbatam, & innouatam, quam nos authoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam districtè obseruari mandamus. Quod si aliquæ moniales forsan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundatione regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquo modo reluctentur, Ordinarij vna cum superioribus earum, omnibus iuris, & facti remedijs cōpellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundum, dictam clausuram, & perpetuo obseruandum: mulieres quoque, quæ Tertiarię, seu de pęnitentia dicuntur, cuiuscunque fuerint ordinis, in congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint, ita vt solemne votum emiserint, ad clausuram præcisè, vt præmittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum solemne non emiserint, Ordinarij vna cum superioribus earum, hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subiiciant: quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint scandalosè viuere, seuerissimè puniantur. Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis, & clausura viuere omnino volentibus, interdicimus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorsus in suum ordinem, Religionem, Congregationem vè recipiant.

Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam pręsenti decreto irritas facimus, & annullamus. Porro ne moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram detrimentum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maximè in pertinentibus ad illarum victum patiantur, sed vt eis opportunè consulatur, authoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, pręcipimus, atque mandamus Ordinariis, & superioribus earum, vt curent colligi fidelium eleemosynas per conuersas, quę non sint professę, vel si professę fuerint, sint tamen ętatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis, & de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia Ordinarii, vel earum superiorum, & de cætero nullę alię conuersę professę recipi amplius, etiam de consensu ipsorum superiorum, vel Pręlatorum possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptę fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc nullam, ac irritā facimus, & annullamus. Quod si pędicto modo necessitatibus monialium, & mulierum Tertiariarum pręd:ctarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis Ordinariis, & superioribus earum, vt ipsi prouideant de aliis personis piis, & Deo deuotis, quę fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori, & commodiori modo quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum monialium, & mulierum pręd:ctarum, arbitrio Ordinariorum, & superiorum earundem, & prout eis congruentius expedire videbitur, prouideatur, & succurratur. Et ne propter monialium numerum excessiuum, clausurę obseruatio violetur, inhęrentes etiam similiter dispositioni dictę Cōstitutionis Bonif. & Conc. Triden. decreto, monialibus predictis, & illarum superioribus, & ordinariis districtè inhibendo pręcipimus, & mādamus, ne plures in earum monasteriis recipiāt, admittant, siue recipi, & admitti permittant, quam ex propriis reditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè

sustentari possint; mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternę, vniuersis venerabilib. Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœcesibus proprijs, præsentes nostras litteras publicari faciant, ac in monasterijs monialium sibi ordinario iure subiectis, in his vero quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectant Ecclesiam, sedis Apostolicę authoritate vna cum superioribus eorundem monasteriorum, clausuram, (vt præmittitur) quam primum poterint, seruari procurent, contradictores atque rebelles per censuram Eccles. appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Ac vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes Principes sæculares, & alios Dominos, & magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ domini nostri Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in præmissis omnibus, eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs monialium superioribus assistant, ac suum fauorem, & auxilium præstent, ac impedientes, pœnis etiam temporalibus afficiant præmissis. const. & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apostolicam approbatis, & confirmatis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiā in fundatione, & institutione eisdem monasterijs, vel domibus, & monialibus sub quibuscunque verborum formis, & clausulis irritantibus, & alijs decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores, huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis habentes, quoad effectum validitatis nostræ constitutionis tantum derogamus contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici aut suspendi non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem in monasterijs exemptis ordinarij locorum, quoad alia nullam sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus attributam. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum an. Incar. Dom. 1566. 4. Kalen. Iunij.

Monasteria vero quæ a Regularibus non reguntur, sed sunt sub immediata sedis Apostolicæ protectione, non solum quoad clausuram sed etiam in alijs omnibus ab Episcopo corrigi possunt, id Conc. loc. cit. cap. 9. tanto magis monasteria si quæ reperiuntur omnimodè subiecta Episcopo, ab ipsomet in omnibus corrigi, & gubernari debent.

Moniales item quæcunque etiam Regularibus superioribus subiectæ, etiam mendicantes, in casibus, quibus é monasterio licitum est ipsis egredi, vltra licentiam suorum superiorum regularium, etiam ab Episcopo licentiam huiusmodi egrediendi, obtinere tenentur, ex ordinatione Pij V. constitutione sua, quæ sequitur, in qua & causæ propter quas concedenda sit huiusmodi licentia egrediendi, determinantur.

Decori, & honestati omnium Sanctimonialium, quarum Iesus Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate, & castitate super ædificantes in ipso fęliciter inhabitare valeant, consulentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consultó submouere. Sanè periculo, & scandalo plena res est, ac regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, necnon monasteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa alio vè prætextu a monasterijs exire, & per sæcularium personarum domos discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus in discrimen committunt. Vnde nos malo huic pro nostro pastoralis officij debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri Concil. Trident. de clausura monialium disponenti, ac alijs nostris litteris super huiusmodi clausura editis adijcientes, volumus sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarum vè monialium, etiam Cartusien. Cisterciẽn. Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum etiam militarium, ac statuum, graduum, conditionum dignitatum, ac præeminentiarum existentium, etiam é Regia, vel Illustri prosapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentum, aliorum vè consanguineorum visitandorum, alia vè occasione, & prętextu, nisi ex causa magna incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum superiores quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum seu alium loci ordinarium etiamsi prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione exempta esse repetiantur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit, à monasterijs præfatis exire: sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere. Aliter autem quam vt præfertur egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas aut sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo, statim eo ipso absque alia declaratione subiacere, à qua prætterquam a Rom. Pontifice nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et insuper, tam egressas, quam præsidentes, & alios superiores prædictos eis licentiam huiusmodi cõcedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, & eos tunc obtentis priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, necnon licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi a monasterijs, & extra illa standi, a nobis seu alio Roma. Pont. prædecessore nostro ac sedis Apost. Nuncijs, & Legatis etiam de latere, ac maiore pœnitẽtiario, aut ordinũ prædictorum superioribus, alijsque personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutiuis præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam & datam concedentibus, alijsque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam

im-

Digitized by Google

Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S.R.E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet concessa, quæ prorsus abolemus, ac litteras desuper confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas, nullas, & inualidas, nullius que roboris, & momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse, & ita per quoscunq; Iudices, &c. Non obstan. &c. Dat. Rom. Kal. Februar. 1570.

2 Dare licentiam ingrediendi monasteria monialium seu colloquendi cum Monialibus in monasteriis Apostolicę sedi vel Ordinariæ iurisdictioni subiectis, ad ipsummet spectat Episcopum, id. Concil. lo. cit. quoad moniales tamen Regularibus subiectas, ita demum spectat ad Episcopum huiusmodi concessio licentiæ, si fuerit consuetudo loci legitime præscripta, vt licentia huiusmodi, vel a solo Episcopo, vel ab Episcopo, & superioribus regularibus coniunctim obtineatur, de his videri potest Gutierrez. lib. 1. can. quæst. cap. 14. Eman. Rod. sup. cit. tom. 1. a quæst. 45. & ita declarasse dictam S. Congr. meminit Quar. cit. verb. monasteria monialium.

Quoad loquentes autem cum monialibus nō obtenta licentia ab Episcopo, seu alio superiori, non ingrediendo clausuram, aduertendum est nullam contra tales pœnam esse impositam de iure communi, sed eos illas tantum pœnas incurrere, si quas Episcopus statuerit, prout fere vbiq; pro delicto simili pœnam excommunicationis Ordinarii fulminare consueuerunt, Abb. in cap. monasteria, de vita, & honest. Cler.

Licentiæ autem huiusmodi ingrediendi monasteria monialium non nisi ex causis necessariis sunt concedendæ. Concil. loc. cit. c. 5. quinimo obtinētes licentiam ingrediendi ex causa, si ingrediantur pro libitu, & sine necessaria causa, adhuc incurrunt ipso facto excommunicationem Papæ reseruatam ex constitutione Greg. XIII. qua reuocantur omnes licentiæ ingrediendi monasteria, legitur apud Confect. cit. fol. 237. his verbis.

3 Vbi gratiæ, & infra. Auctoritate præsentium reuocamus, & abolemus, omnes, & quascunque licentias ac facultates ingrediendi monasteria, domos, & loca monialium, ac etiam virorum, quorumuis ordinum, quibusuis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cuiuscunque status, conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quascunque licentias ingrediendi Monasteria, domos, & loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscunque viris, etiam eiusdem status, & dignitatis tam à prædecessoribus nostris, quā etiam a nobis, & sedis Apostolicæ legatis, aut aliis ex quibusuis quantumcumque vrgentibus causis, sub quibuscunque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatoriis, reuocatorum restitutoriis, aliisque efficacioribus clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorum vè Principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas, cassamusque, & annullamus litteras desuper confectas, & processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua a nemine nisi à Rom. Pontifice, (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impartiri, ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant; Abbatissis vero, necnon Abbatibus, Conuentibus, & aliis Monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria domos, & loca sua, quemquam prętextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus atque interdicimus omnibus, & quibuscunque personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, ac etiam ordinū quorumcunque etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis vel superioribus quibus illas concedendi, in casibus necessariis tantum ex decreto Conc. Trid. tributur, ne monasteria ipsa monialium pro libitu, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, ne vè moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Non obstan. &c. Dat. Rom. an. Incar. 1575. Idib. Iunij.

Quoad ingredienda eadem monialium monasteria per Episcopum, seu alios superiores ius ingrediendi habentes, non nisi cum iusta causa, edita fuit alia declaratio ab eodem Gregor. XIII. relata apud Confect. cit. fol. 241. vt sequitur.

Dubiis quæ emergunt, & infra. Harum tenore auctoritate Apostolica declaramus, Prælatos omnes tam sæculares quam regulares quibus cura, & regimen monasteriorum monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessarijs, & a paucis ijsque senioribus ac religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori ac etiam Cardinalatus dignitate preditos, necnon quorumuis ordinum Abbates, Priores, ministros, ac alios quoscunque superiores regulares seriò monemus, vt facultate huiusmodi qui eam habent, præterquam in casibus vt præfertur necessariis, neutiquam vtantur. Quod si contrafecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice qua contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secunda, à munere Pontificali, & a Diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto, absque alia declaratione excommunicatos existere: Regulares vero omni officio ac ministerio priuatos, excommunicationi similiter subiacere Non obstantibus, &c. Dat. Romę, ann. 1582. 23. Decembr.

Explorare quoque voluntatem monialis antequam faciat professionem, cuiuscunque monasterij illa sit, pertinet ad Episcopum, & præfecta monasterij vno mense ante, de huiusmodi professione facienda, significare debet Episcopo alioquin posset suspendi ab officio ad libitum Episcopi. Conc. cit. sess. 25. ca. 17. de regul. & declaratum fuit a Sac. Congr. in vna Burgen. his verbis.

Cong. Conc. censuit explorationem voluntatis puellarum profiteri volentium ad præscriptū decreti dicti, c. 17. vtroque tempore, scilicet ingressus, & professionis faciendæ ad Archiepiscopum pertinere, quamuis monasterium ab eius iurisdictione exemptum existat.

Determinare numerum monialium, vltra quem plures ad monasterium recipi non possint, pertinet quoque ad Episcopum, in quibusuis monasteriis etiam Regularibus subiectis, ex constitutione Greg. XIII. incip. Deo sacris, ann. 1573. in qua de Eleemosynis applicandis monialibus multa ordinantur, ad nostrum autem propositum faciunt verba eiusdem constitutionis sequentia.

Eleemosynarum vero prędictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus, ac suos effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus monialium etiam tertiariarum huiusmodi (quem per ipsos locorum ordinarios, etiam in monasteriis ab eorum cura, & regimine quomodocunque exemptis, cum illarum superiorum interuentu, stabiliri, & ordinari, neq; supra illum numerum alias recipi posse, etiam de consensu suorum superiorum, volumus, & mandamus) ita imminutus fuerit, vt reliquę moniales, & tertiarię ex propriis redditibus monasteriorum ipsorum vel consuetis Eleemosynis, se commodè sustentare queant, &c.

De recipiendis autem vltra numerum pręfixum modo prędicto, edidit Sac. Congr. Reg. ordinationem, quę reperitur apud impressores Camerales tenoris sequentis.

Quemadmodum sacri olim Canones, & nouissimè sacrum Generale Concilium Trident.
4 summa ratione decreuit, vt in monasteriis, & domibus tam virorum quam mulierum bona immobilia possidētibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel consuetis eleemosynis, commode possit sustentari, Ita quoque sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quæ negotiis ac consultationibus Episcoporum, & Regularium præest, cui antiquius nihil est, quam salutaria huiusmodi decreta debitæ executioni demandari curare, sępius locorum ordinarijs rescripsit, vt certum numerū in singulis monasterijs monialium, etiam curæ regularium seu militiarum subiectis, iuxta cuiusque monasterii facultates præscriberent, & si quæ supra statutum numerū reciperentur, duplicem eleemosynam adferre, & supranumerarium locum tenere deberent. Verum quia in dubium plerumque venit, num supranumerariæ prædictæ, aliquibus ex numero in quolibet monasterio definito, decedentibus, in eorum locum subrogari possent, aut deberent, eadem sacra Congregatio, quæ peculiariter sup hac re sæpenumero rescripsit, prouidere volens, ne quis deinceps ambitionis locus relinquatur, huius generalis decreti tenore statuit, & declarat moniales, quæ supranumerum in quolibet monasterio constitutum recipiuntur, in locum monialium decedentium, intra numerum nequaquam subrogari, neque impedimento esse, quin aliæ in locum earundem ex numero de mortuarum recipi eo modo valeant, quo in singulis monasteriis moniales intra numerum possunt admitti, quinimo easdem sic supra numerum receptas, supranumerarias semper quoad hoc remanere etiamsi in cæteris ab aliis nihil differant, sed illis omnibus pares, & æquales iuxta cuiusque monasterii institutum esse debeant. Declarat insuper eadem S. Congr. duplicis eleemosynæ nomine, intelligi semper debere duplicatam summam eius, quæ in receptione cuiusque monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consueuerit, ita tamen vt vbi summa, quæ confertur, minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione duplicatæ eleemosynę soluenda sint scuta quadringenta, & non minus.

Eadem quoque sacra Congregatio, districtè prohibet ne loca per obitum monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam puellę ad habitum regularem recipiēdę concedantur, neque promittantur, nisi sequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum & non antea, de eis disponi, ac in monialis demortuę locum, promissionem aut receptionem in capitulo seu quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda, & ętatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditas esse debere vult eas puellas, quæ supra numerum recipiendæ sunt iam tunc, cum eis loca, vel promittuntur vel dātur. Si quid vero contra à quoquam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse decernit. Ac nihilominus Abbatissas Priorissas, & alios quoscumque monasteriorum superiores, qui cuiuisuis puellæ receptioni vel admissioni, aut locorum vacaturorum promissioni seu concessioni, aduersus præsentis decreti dispositionem, consenserint, priuationi vocis actiuæ, & passiuæ, aliisque arbitrio eiusdem Congregationis infligendis pęnis, obstrictos, & obnoxios fore declarat, saluis etiam semper, & in suo robore permanentibus aliis quibuscunque ipsius Congregationis decretis alias latis, præsenti decreto non contrariis, præsertim circa monialium admissionem, & receptionem ad habitum, & professionem, & circa eleemosynarum dispositionem solutionem, & erogationem in loca stabilia, quibus nullatenus derogare vult, & intendit. Romæ, die 6. Septemb. 1604.

Alex. Card. Florent.

Puellas etiam causa educationis in monasteriis monialium recipi posse, nec illis obstare decretum prædictū de numero monialium deter-
5 minatione, rescripsit, S. Congr. Conc. Episcopo Hieracen. quod rescriptum refert Quar. cit. ver. monasteria monialium, vt sequitur.

Reuerendiss. Domine. Ex sacra Congregatione Cardinalium Trid. Conc. interpretum Amplitudinis tuæ nomine quęsitum est, an puellæ in monasteriis monialiū educationis causa permanere possint. Ii vero sic censuerunt ad te scribendum, iam dudum ab eadem Congregatione statutum esse, nullo Concilii decreto prohiberi, quo minus puellæ in monasterijs monialium educentur: si tamen eadem monasteria ante Concilium consueuerint huiusmodi puellas recipere sique à superioribus monasteriorū, scriptam licentiam impetrarint, atque Abbatissæ, & reliquarum monialium consensus accesserit: tum vero hæ ipsæ puellæ eo vestitu in monasteria intromittantur, qui virginali pudori ac modestiæ conueniat, nullamq; secum famulam adducant, nec manere in eis possint, nisi vsque ad ætatis suæ annum vigesimum quintum, atque in eis dum erunt, eandem seruent clausuræ legem quam moniales ipsæ, & si semel exierint, nullam habeant ad ea reuertendi, facultatem. Proinde congregatio his litteris impertiendam tibi hanc facultatem duxit, vt quotiescunque in ista tua ciuitate, & diœcesi Hieracensi id expedire Amplitudo tua iudicauerit possit permittere puellas in monialium monasteria, in qui-

bus

Digitized by Google

bus piè, & honestè instituantur, introduci, adhibitis tamen conditionibus suprascriptis, & bene in Domino valebit. Romæ die vlt. Aug. 1575.

Amplitudinis tuæ vti Frater
Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti.

Tertiariarum quoque curam committit ordinatio Const. Pij V. incip. cura pastoralis, supra relata.

Et tales hoc tempore posse prohiberi ne maneant in communitate nisi professionem emittant, respondit S. Cong. Reg. Episcopo Leucen. ann. 1596. 22. Ian. Easdem non gaudere immunitate Ecclesiastica si habitant in ædibus priuatis, tenerique in Paschate, & in morte a proprio parocho recipere sacramenta, respondit eadem S. Congr. Episcopo Rossanen. 1. Sept. 1584. & Episcopo Masensi, 26. Aug. 1597.

In monasterijs ordinario, vel delegato iure sibi subiectis electioni Abbatissarum, vel Priorissarum adesse debet Episcopus, & ad cancellorum fenestellam, non intrando clausuram, singularum vota excipere. Conc. loc. cit. cap. 7. in qua electione aduertendum est, vt non minor quadragenaria eligatur, vel saltem, quæ excesserit annos triginta, & a quinquennio ad minus fuerit professa, Conc. ib. In electione etiam si fuerint discordes, posse Episcopum nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit, respondit S. Cong. Reg. Vicario Cremonen. an. 1592. Et eadem rescripsit Episcopo Assisien. 20. Nouem. 1585. ex tripartito numero monialiũ duas partes concurrere debere in electione, nisi alia fuerit loci consuetudo.

Prohiberi etiam dēt ne intra septa monasterii monialium Santissimum Sacramentum Eucharistiæ teneatur. Conc. cit. ca. 10. & ne ostium habeant per quod in Ecclesiam ipsarum exteriorem introire possint, vt in Constit. Greg. XIII. supra a nobis allegata. In aliis circa visitationem monialium occurrentibus, ex ordinatione S. Cõgreg. Regularium, informare sese potest prudēs Visitator pro loci, & temporis exigentia, cuius vtilitati eandem ordinationem hic inserendam putauimus impressam Romæ apud impressores Camerales tenore sequenti.

Ordinationes quædam per Illustriss. & Reuerendiss. DD. Card. super Congregatione Regularium deputatos, datæ Reueren. DD. Visitatoribus Apostolicis monasteriorum sanctimonialium Ciuitatum Neap. & Salern. sub die 2. Iunii, 1589. & per eosdem Illustriss. DD. Card. reformatæ, & modificatæ, sub die 12. Iulii, 1592. vt eas perpetuo obseruari, & custodiri mandent, & procurent.

In quolibet monasterio non habeantur nec permittantur plures crates ferreæ, seu fenestræ collocutoriç, quam vna, aut ad summum duç.

Hç nullo modo in Ecclesiis sint, sed extra eas tantum.

In monasteriis vero in quibus hactenus laminarum vsus non est introductus, in fenestris collocutoriis ponantur binç crates ferreç introrsus altera, altera extrorsus, & distantes ab inuicem saltem per spatium duorũ palmorum, vel totius crassitudinis muri, necnon spissç seu strictæ adeo vt nec puellç manus per foramina trãsmitti possit. Inque exteriori crate figantur claui ferrei eminentes, & acuti, ita vt locuturi facies illi nequeat adhærere, & colloquentium verba exaudiri valeant.

In fenestellis confessionalibus confingantur etiam laminæ ferreæ, scilicet cum minutis foraminibus, è quibus nec ipsæ moniales cernere, vel spectare quempiam nec a quopiam vllo modo cerni aut spectari possint.

Fenestella vnde SS. Eucharistiç Sacramẽtum percipiunt, alta sit dimidiato palmo, lata vero integro, quç binis foriculis totidemque seris, & clauibus alterius intrinsecus alterius forinsecus occludatur.

Tam in ingressũ seu in habitu regulari suscipiendo, quam in professione emittenda, velo suscipiendo, vel consecratione monialium, in quibus monasteriis Ordinis, vel Regulæ S. Benedicti mos est, vt consecrentur, fas ne sit eis munera, xenia, dona, vel aliud quidlibet singularibus, vel particularibus monialibus dare, vel erogare, sed quicquid a cognatis, vel affinibus donatur vel offertur, id vniuersum tribuatur, & referatur in commune, nec lauta aut sumptuosa sine luculenta conuiuia fiant aut permittantur, sed sobria tantum, quæ sacras Virgines deceat spiritus corporisque recreatio concedatur.

In quouis monasterio eligatur quotannis magistra nouitiarum, cui vni, curæ sit illas instituere, nec eidem curç siue illis instituendis, materteræ seu amitæ, vel quæuis aliæ etiam qualibet cognatione coniunctç se immisceant vllo pacto.

Ad ianuam monasterij vestibulum sit binis foribus munitum, in quod moniales nunquam intrent, dum fores exteriores, vel apertç sunt, vel mox aperiendæ, ne inde vnquam moniales spectare aut spectari possint.

Collocutoriorum, interius locus sit seris occlusus, in quem nulla monialium ingrediatur, nisi vocata, & sua superiore venia ei data, ibiq; auscultatrices huic muneri designatæ semper intersint, & assistant, quæ quicquid dicatur audire debeant, nisi futurus sermo secretum expostularet, quo casu de Abbatissç siue Priorissç licentia, propinquioribus consanguineis remotis arbitris, permitti posset.

Non scribant litteras iniussu superioris, scilicet Abbatissæ siue Priorissæ, nec dent, neuè ad eas missas recipiant nisi ante ab eisdem fuerint perlectç.

Presbyteris confessariis ab Abbatissis Priorissis, vel aliis præfectis monasteriorum statuatur æqua, & idonea eleemosyna siue prouisio, quæ ære communi monasterii persoluatur; iis autem vicissitudo munerum quantumuis exigui valoris, quæ sibi cum monialibus possit intercedere, omnino interdicta sit, sub pœna perpetuç suspẽsionis ab audiendis tam illarum quam quorumuis aliorum confessionibus, in quam ipso facto incurrant.

Nulla monialis, vel conuersa, dona, munera, & pecuniam aut aliud quippiam etiam charitatis aut pietatis vel eleemosynæ nomine siue intuitu cuicunque personç tribuat, donet aut largiatur, sed si ex aliqua iusta vel rationabili causa aliqnid dandum, vel tribuendum visum fuerit, id a pręfecta seu superiori monasterii, & re communi fiat.

Pręsertim vero caueatur ne qua monialis vel conuersa quicquam ex bonis monasterii det aut donet, nec ex eis quidem quç in vsum suum assignatur nisi de licentia Abbatissç.

Neq; vllius generis bellaria, edulia, esculenta, ientacula, offellas, cõfectiones, & situpata, vel alia similia quçcunque conficiant aut coquant, vt illa vẽditent, donẽt, aut largiantur, nisi de licẽtia

Abbatissæ, & de rebus modicæ impensæ, & in consanguineos tantum.

Moniales officiales monasterijs in suis muneribus obeundis nihil nisi de re, & pecunia monasterij expendant.

Denuncietur cunctis Sãctimonialibus cuiuscunque ordinis. Religiosas professas, quæ testamentum faciunt, vel de rebus sibi in vsum assignatis disponunt, mori, & decedere proprietarias, illasque censuris, & pœnis a sacris canonibus, regulis, ac ordinum, & Monasteriorum cõstitutionibus, atque alijs ordinationibus contra proprietarios editis, & promulgatis subiacere, ac obstrictas esse. Idemque contractus, & instrumenta in quibus moniales ab earum Monasteria emunt annuos redditus quoad ipsæ vixerint vel etiam vt post ipsarum obitum alia succedat, & similia, nullius sint roboris vel momenti, sed irrita, & inania, ac proinde ijs defunctis cuncta omnino Monasterio incorporentur, cui sunt redditus huiusmodi acquisiti.

In quouis monasterio sit infirmaria communis, & vbi non fuerit, à superioribus extrui vel fieri quamprimum curetur, etiam si res postulat sub censuris, & pœnis eis bene visis: in eam autem recipere se teneantur in virtute sanctæ obedientiæ omnes moniales, & conuersæ tam professæ, quam nouitiæ ægrotę, quibus opus sit medico: nec medicus quampiam secundo inuisat, nec inuisere permittatur à præfecta monasterij, neque medicinam præscribat extra infirmariam sub pœna excommunicationis. Neque etiam extra illam confessarij monialium deputati cuiusuis audiant confessionem, sub pœna suspensionis ab illarum, & aliorum quorumuis confessionibus audiendis, in quam ipso facto incurrant. Si tamen aliqua monasteria ob angustiam loci, aut ob nimiam paupertatem, non possent ita statim extruere infirmariam, Ordinarius siue superior visitet monasterium, & illis præscribat certum locum, & assignet spacium temporis intra quod omnino debeat exequi, & quo ad impensam necessariam pro fabrica, videat idem Ordinarius vt per eleemosynas aut per alios sibi bene visos modos ei prouideatur, & quamprimum de his quæ egerint Congregationem certiorem faciant.

Ægrotantibus autem, & infirmis in infirmaria decumbentibus, ex ea pecunia quæ in eam causam, vt infra assignabitur, suppeditentur omnes sumptus, & expensæ pro victu, alimentis, lectulis, & medicinis, & alijs rebus necessarijs ad illarum morbos curandos ac valetudinem consequendam. In ea vero nulla audeat aliunde particulares sumptus sibi facere: quo circa Visitatores, & exinde superiores in monasterijs in quibus huiusmodi subuentiones non ponuntur in communi deposito, assignabunt huiusmodi infirmariæ communi, reditus sufficientes tam ex communi mensa monasterii, quã ex assignatis rebus, censibus, & bonis ad singularum, seu particularium monialium vsum siue sustentationem, pro ea rata tamẽ quæ eis videbitur huic negotio satis esse.

Eligatur autem monialis sollicitudine, sedulitate, & charitate præstans, quæ ægrotantium sororum cum omni studio, & pietate curam gerat, fideliterque pecuniam sibi commissam administret cuius rationem reddere teneatur.

Ei autem constituantur tot moniales conuersæ auxiliares quot videbuntur ei muneri satis esse.

Nulla audeat accedere ad infirmariam tanquam ægrotans, vel infirma, nisi febri, vel alio morbo laboret, quem ibi curare oporteat de cõsilio medici, qui ad restitutionem expensarum in foro conscientiæ teneatur si cui huiusmodi consilium dederit vbi opus non erit.

Omnes fenestræ vel foramina quæ fuerint in claustrorum parietibus, è quibus moniales foras spectari possint, omnino occludantur, permissis solis fenestris aliquibus ad lumen excipiendum necessarijs, quæ tamen tales sint ne inde vllo modo prospici aut prospicere queant. Monialibus, & earum Ecclesijs non permittatur cantus figuratus, sed tantum firmus ac præterea etiam ex omnibus monasterijs omnia instrumenta musica (exceptis organis, quæ in exteriori Ecclesia permittuntur) tollantur.

Solæ moniales officium Diuinum in suis Ecclesijs celebrent, ita vt nulla Regularis vel sæcularis aut alia quęlibet laica persona ad id quomodolibet se ingerat sed tantum sacerdotes, & clerici deputati vel deputandi ab Ordinario siue superiore pro celebrandis missis in die solemnitatis monasterij, ad ea sua munera obeunda quæ sunt ex vsu necessario Ecclesiæ, cuiusmodi sunt missæ celebratio, benedictiones, & his similia, quæ per moniales expediri non possunt, accedant.

Nulla monialis vel conuersa, vel quæuis alia persona, etiam quæ non sit de monasterio, audeat alias priuatas siue missas celebrari facere in Ecclesijs monasteriorum monialium, præter eas quæ à Capellanis deputatis communibus impensis monasterij celebrandæ sunt.

Quia vero in quibusdam monasterijs quamplurimæ missæ quæ magnum Sacerdotum numerum requirunt, celebrari debent ex testamentis, vel relictis, & alijs dispositionibus, & nihilominus defectu capellanorum, aut monasteriorum paupertate, vel alia de causa committuntur vel ommitti oportet, mandatur Dominis Visitatoribus, & successiuè Ordinarijs, & superioribus vt ei rei opportunè prouideant iuxta decreta Sacrosancti Generalis Concil. Triden. & Prouincialis Syn. Neap. aut alia meliori ratione consulentes, ac referant huic Sanctæ Sedi.

Nulla monialis vel Conuersa cum aliquo Aduocato, Procuratore, Sollicitatore, Exactore alioque negotiorum gestore quodcunque negotium causam vel litem pertractet, nisi cum solis iis qui pro communibus negotijs, causis, & litibus monasterij procurandis, & defendendis deputati sunt, & de licentia Præfectæ eiusdem monasterii.

Vectores qui vinum pro vsu monasterii vel etiam aquam Balneorum pro infirmis conuehunt, monasterium ingredi nisi interdiu nullatenus permittantur.

Ad conficiendum panem, vel etiam ad cernẽdam farinam nemo in monasteriũ intret, quod si alia de causa necessaria, & vrgenti intrauerit, istiusmodi operam ne præstet.

Abijciantur è monasterijs omnes catelli.

Collocutoria exteriora fores ne habeant quæ possint occludi, sed omnia pateant.

Ianitrices, & quæ Sacristię curam habent, & Comitatrices quę ingressos comitantur, quadraginta annis non paucioribus natę sint.

Comitatrices confessarios, medicos, Chirurgos, & alios quos ex necessitate intra claustra

pro

pro tempore admitti oportet, vbi ingressi fuesint, semper comitentur.

Omnino assignetur confessarius extraordinarius iuxta Decretum Sac. Gener. Concil. Triden. quem quæuis monialis adire teneatur, cui tamen liberum sit illi sua peccata confiteri, vel nō confiteri.

Ne quicquam commodato accipiant pro ipsarum Ecclesijs, vel Oratorijs ordinandis, sed proprio sint ornatu contentæ, quem nec alijs commodent.

Omnes conuersę rei communi monasterij inseruiant. Conuersæ autem particulares nulli monialium concedantur, & quæ iam concessæ sunt in communicantem redigantur, sed si quæ vel propter infirmitatem, morbum, aut senectutē particulari ministerio indigeat Abbatissa, vel pręfecta monasterij ex eisdem conuersis cōmunibus vnam pluresvè assignet prout opus fuerit ad nutum tamen ipsius reuocabiles, & ex industria aliam, vel alias vicissim ad tempus substituat, vt necessitati vniuscuiusque sit consultum & priuato seruitio nequaquam illarum quæpiā addicta, seu assignata sit, aut dici possit.

In conuersas non recipiantur in quoquo monasterio plures tertia parte aliarum monialium, vel ad summum non nisi duæ ad rationem quioque monialium, vbi vero consuetudo est, vt ea proportio non expleatur, sed minor sit numerus conuersarum, ea vtpotè laudabilior, obseruetur.

Famulæ sæculares, quæ in monasterijs pro illarum seruitio, & ministerio degunt, omninò dimittantur, nec habitum suscipiant, nisi prius extra monastrium dimissæ ab ordinarijs illarum voluntas fuerit explorata iuxta prędicti sac. Cōcil. Trident. decretum, quod tamen fiat omnino gratis, neque fiat supra numerum proximè definitum.

Tam moniales, quam conuersæ suam quæq; cellam habeat, nec in vna plures commorentur, neque vna cum alia, sed seorsum quælibet in suo lectulo dormiat, seu quiescat.

Non recipiatur monialis, vel cōuersa, in quoduis monasterium, nisi in eo singulę singulis monialibus, & conuersis propriæ cellę, quæ siue ex muro, vel cemento, siue ex tabulis, siue ex tela in communi dormitorio distinguantur, assignatæ sint, & actu eas inhabitent, & vacua supersit propria cella pro recipienda in monialem vel conuersam.

Visitatores numerum monialium, ac etiam conuersarum iuxta supradictam rationem, in quolibet monasterio, certum definiant, ex facultatibus, & reditibus, qui a monasterio in cōmuni possidentur, & ex consuetis eleemosynis, statuentes in monasterijs ciuitatis Neapol. pro singulis monialibus annuatim quinquagenos ducatos, quadragenos aūt pro singulis cōuersis, quę tamen præscriptam portionem non excedant.

Verum vbi monasterium aliquas in moniales supra numerum definitum recipere voluerit, id quidem conceditur si fuerint cellæ pro eis, vel aliud ex prędictis non obstiterit, & in dotē pręter ea vel eleemosynam a singulis assignetur pręsens pecunia, ex qua saltē possit emi annuus reditus ducatorum sexagintasex illius monetæ, in absolutū monasterij commodum, & vtilitatem conuertendos, & in alienabilis, ac perpetuo retinēdus. In monasterijs vero Salernitanę ciuitatis, (obseruatis conditionibus, cęteris iam dictis) Domini Visitatores taxent certam annuam quantitatem redituum pro loci, & personarū qualitate.

Nulla vnquā recipiatur in monialē nisi prius parentes fratres, vel ij ad quos eius cura spectat prōptam habuerint vniuersam pecuniā pro dote, vel eleemosyna consueta ex qua puellæ nomine annuus reditus emanatur accedente monasterij consensu, cui huiusmodi reditus alimentorum causa vsq; ad professionis diem cedat, ea vero sequuta successionis iure integer acquiratur.

Cum vero Regularis viuendi ratio, & optimi instituti, & tuta via, qua ad omnem perfectionis gradum ascenditur, sit vita communis, nihilque proprij possidere, nec pecuniam tractare, ne eā quidem quæ in vsum cuiusq. conceditur, districtè pręcipiatur, et mandetur, vt si quæ moniales huiusmodi sanctam, & regularem viuendi rationem elegerint, & omnia bona reditusvè quouis modo ad vsum concessa, reseruata a se abdicauerint, & monasterio cesserint, Abbatissa, Priorissa, vel alię Præfectæ monasteriorum renunciationem huiusmodi recipere omnino teneantur, & ex monasterij bonis, & reditibus, seu introitibus in his, quæ ad victum, & vestitum, & reliquam vitæ sustentationem pertinent, illis præcipuè prouidere, & ita opportunè omnia subministrare, vt nulla re indigere permittantur; si quis autem, vel si qua intra, vel extra monasterium talem pium viuendi vsum dicto, vel facto, nutu, vel signo exturbare, reprehendere, aut quouis modo impedire maligno spiritu instigante pręsumpserit, superiores in eum eamvè maledictionem ęternam, & excommunicationis sententiam, etiam ipso facto incurrendam comminari, & infligere possint. Quinimo omnibus dictorum monasteriorum superioribus, & præfectis in Domino iniungatur, vt prædictarum monialium piè, & religiosè viuentium, singularem curam gerant, vt potè, quæ sub speciali protectione sanctę sedis Apostolicæ, & nostræ Congregationis existunt. Et vt hæc tuta viuendi ratio dante Domino amplificetur de cætero in prędictis monasterijs, nulla ingressura monasteriorum recipiatur, aut admittatur aliquo modo in monialem, vel conuersam, nisi promiserit communis vitæ institutum prædictum amplecti, & iuxta illud perpetuò viuere, vbi vero ingressa fuerit, vna cum alijs monialibus eiusdem instituti, & obseruantiæ adiungatur, & cum eis viuat, confessarij etiam sedulò hortentur, ac moneant moniales, vt prædictum communis vitæ institutum, & tutam Deo seruiendi viâ sequâtur.

In monasterijs in quibus similiter retinentur hactenus prouisiones, & subuentiones, & nō oia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam subuentionem de manibus: saltem Abbatissæ, seu præfectæ monasterij, siue depositariæ ad nutum tamen Abbatissę, siue præfectæ prædictę pro suis religiosis necessitatibus, quæ vero supersunt, Abbatissa erogare teneatur in communes vsus monasterij. Ac ordinarij, siue superiores monasterijs quotannis exigant rationē a Depositaria, & Abbatissa, seu præfacta prædictis de huiusmodi prouisionibus, subuentionibus, & depositis, & in eas transgredientes grauiter animaduertant.

Vt autem ad Dei gloriam, & monialium in Domino profectum, & animarū salutem supradictæ ordinationes debita deuotione, & reuerentia suscipiantur, vniuersis, & singulis reuerendis Abbatissis priorissis, ac alijs præfectis, & superioribus monasteriorum, ac monialibus, & conuersis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub priuationis officiorum, & perpetuę inhabilitatis, ac vo-

cis

Digitized by Google

cis actiuę, & passiuæ, atque alijs censuris Ecclesiasticis, & pœnis etiam ipso facto incurrendis respectiuè (in casibus tantum a Congregatione præscribendis, quoad censuras, scilicet) ac alias iuxta facultates dictis dominis Visitatoribus concessas districtè præcipitur, & mandatur, vt omnia & singula in eisdem ordinationibus contenta, obseruent, & exequantur, ac obseruari, & exequi faciant.

Præterea Dominus Ordinarius Neap. eiusq; Vicarius, & Officiales in spiritualibus Generales, & prædicti Domini Visitatores Apostolici, nec non & alij superiores Regulares, ad quos monasteriorum cura quomodolibet spectat, studeant, vt hæc omnia inuiolabiliter obseruentur, transgredientes vero, prædictis censuris Ecclesiasticis, & pœnis, etiam inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, ac alijs prout eis videbitur tutis, & factis remedijs opportunis exerceant, & castigent, cum facultate declarandi Abbatissas, Priorissas, & alias Præfectas culpabiles repertas incurrisse in pœnas etiam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad ea, atque illas sic declaratas deponendi, & puniendi, ac alias idoneas illarum loco subrogandi, & sufficiendi, quæ Regularis disciplinæ zelo accensæ huic reformationi inuigilare possint, & velint.

E Monasterijs S. Mariæ Angelorum, S. Mariæ Consolationis, Sancti Antonij de Padua, & S. Mariæ Magdalenæ Neap. ciuitatis, emittantur omnes, & quæcunque puellę, atque sæculares mulieres, quæ educationis, vel alia quauis causa in eis morantur non obstantibus quibuscunque.

In Monasterio S. Mariæ Angelorum, S. Mariæ Consolationis, & Sancti Antonij de Padua nulla de cætero admittatur in monialem, vel conuersam, nec Religionis habitum suscipiat sub pęna priuationis ipso facto, officiorum, & vocis actiuæ, & passiuæ, tam per Abbatissam, quam per Discretas, quæ huic rei auctoritatem, vel assensum præbent, incurrenda. Ac insuper illius receptio, & professio inde sequuta, irrita sit, & inanis, ac nullius sit roboris, vel moment. Sed & quæ de facto in posterum iam recepta fuerit, de monasterijs eijciatur.

Idem quoque obseruetur in monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cum propter loci insalubritatem, & alias iustas, ac rationabiles causas, Dominis Visitatoribus datum fuerit in mādatis, vt ipsi habita ratione redituum, tam communium, quam particularium, seu in proprios vsus assignatorum, tantum ex reditibus conuentui, seu mensę monialium tribuatur, quantum videatur satis esse ad illarum congruā sustentationem, quod autem superest futuro monasterio extruendo referuetur. Datum Romę in sacra Congregatione super Regularibus habita, die 2. Iulij 1589.

F. Mich. Bonell. Card. Alex.

De Visitatione quorumuis aliorū exempt. Visitationis modo, & effectu. Cap. XXXI.

SVMMARIM.

1 *Clerici sæculares quouis modo exempti visitari possunt.*
2 *Modus formandi scrutinij inquisitionis in visitatione.*
3 *Pęna imponenda pro delicto per inquisitionem reuelato.*
4 *Archidiaconus dum visitat, quæ seruare teneatur.*
5 *Archiepiscopus visitare non potest Suffraganeum suum, nisi causa prius in synodo prouinciali probata.*
6 *Procuratio ratione visitationis debetur Episcopo.*
7 *Procurationem dare, qui non obligantur.*

Vltra præmissa visitare potest Episcopus quoscunque clericos sæculares exemptos
1 Prothonotarios Apostolicos, Capellanos Regios, Acolithatus, Comitis Palatini, seu alicuius militię, vel hospitalis titulis insignitos, dummodo actu militiæ, seu hospitali, cui adscripti sunt non interuiant. Item, & residentes in curia Romana, & familiares Cardinalium, isti enim ratione beneficiorum, Diœcesano, in cuius Diœces. beneficia obtinent subijciuntur, citat. Concil. sess. 24. capit. 11. de reform. & si resideant, & in persona in causis delictorum, & correctionis morum ab eodem Diœcesano, siue in visitatione, siue extra visitationem puniri possunt, idem Concil. sess. 14. cap. 4. de reformat. quam iurisdictionem Ordinarijs contra huiusmodi exemptos, Prothonotarios habitum non deferentes, aliosque Curiales, vel familiares Cardinalium actu familiaritatem non exercentes, concesserat etiam Leon. Decim. constitutione sua incip. Regimin. Anno 1515. 4. Nonas Maij in Conc. Later.

Ecclesias item quæ nullius sunt Diœcesis, vicinior Episcopus, vel quem semel elegerint, visitare potest, Concil. loc. cit. cap. 9.

2 Modus autem in inquirendis defectibus, & delictis tenendus est, vt de statu generali Ecclesiæ inquiratur, & non in specie de delictis rectoris, Specul. loc. cit. de inquis. & vt procedatur de plano nulla seruata forma iudicij, cap. olim de accusat. secretò etiam examinandum est, & nullum iuramentum ab examinatis exigendum, capit. Romana, cit. super quo extat etiam rescriptum sacr. Congr. Conc. tenoris sequentis.

Congregat. Concil. censuit in Visitatione, quando fit inquisitio, quæ præparatoria vocatur, non licere Episcopo ad detegenda visitatorum peccata, per edicta publica monere homines sub excommunicationis pæna ad reuelandum, neque in ea exigere iuramentū à visitatis.

Ex quo tamen reuelaretur sine iuramento aliquid corrigendum, posset visitator pro maiori verificatione super illo particulari exigere iuramentum, glo. in cit. cap. Romana, §. sanè, vel in genere, posset exigere iuramētū, vt dicant si quæ sciunt in Ecclesia reformanda, tam in capite, quam in membris, capit. qualiter, de accus.

Præcauendum etiam ne dicantur occulta, vt si reuelans solus sciat delictum, vel ipse, & alius tantum; talia enim neque quæri, neque reuelari possunt cum Ecclesia de occultis non iudicet, sed soli Deo referuantur, capit. qualiter, cit. capit. erubescant, 32. dist. Immo etsi duo concordarent contra aliquem in crimine occulto, talis non deberet iudicari, Hostien. in summ. de inquisit. num. 5. vbi addit non esse inquirendum super contentis in schedulis occultè traditis, quia nimirum hoc vergeret in magnum detrimentū famæ clericorum, quorum delicta non sunt propalanda, sed potius quantum sine scandalo fieri potest occultanda, exemplo Imperatoris Cōstantini, capit. in scripturis, 96. dist.

In huiusmodi item generali inquisitione, admit-

mittendi ſunt quicunque deponere volentes, etiam criminoſi, & qui alias a teſtimonio eſſent repellendi aduertere tamen debet viſitator, an ex odio deponant, vel ex auditu, ſeu fama tantum, vt ex huiuſmodi deponentium circunſtantijs iudicium ſuum moderari ſciat, Hoſtienſ. loco citato.

Viſitationis abſoluto proceſſu, ordinare ſolet viſitator aliqua, quæ corrigenda duxerit, & iniungere Eccleſiæ rectori, vt ea intra aſſignatum terminum exequatur. Delicta etiam ſi quæ detecta ſunt, punire debet.

3 Et quidem ſi accuſatus fatetur delictum, puniendus eſt, non pæna ordinaria, ſed pęna arbitraria, hæc enim propria eſt pæna iudicij inquiſitionis, capit. presbyterum, 50. diſtin. cap. non dicatis 12. quæſt. 1. capit. qualiter cit. cap. inquiſitionis, de accuſat. Tanto magis, quod viſitatio potius fit per modum fori pęnitentialis quam contentioſi, nec in ea præcisè puniendi finis intendendus eſt, ſed corrigendi, & ſalutaris pænitentiæ iniungendæ, ita Imol. in capitul. Romana, de cenſ. in 6. cit.

Huiuſmodi tamen correctio, appellatione, vel recuſatione iudicis, vt ſuſpecti non poteſt impediri, cit. Concil. ſeſſione 24. citat. capit. 10. de reformat. hocque idem fuiſſe declaratum a ſacra Congregatione Concil. teneatur Genuen. in ſua prax. cit. capitul. 21. quoad effectum, videlicet ſuſpenſiuum, quoad effectum enim deuolutiuum appellatio non eſt prohibita ex voto einſdem ſac. Cong. vt ſequitur.

An decretum, Cap. 10. ſeſſ. 24. ſuſtulerit appellationem deuolutiuam.

Congr. cenſuit, non ſuſtuliſſe deuolutiuam, ſed ſuſpenſiuam tantum.

Pro crimine etiam a quo quis alias fuit legitimè abſolutus iterum puniri non debet, cap. de his, loc. cit. de accuſat. Abb. ib. & tex. l. ſi cui, §. ijdem, ff. de accuſat.

Quod ſi accuſatus in negatione perſiſtat, & fuit depoſitum contra ipſum, de fama, & credulitate tantum, nec adſit modus, quo probari poſſit facti veritas, adſit tamen infamatio, ſeu ſcandalum, & non leuis præſumptio, iniungenda eſt canonica purgatio, capit. presbyter, 2. quæſt. 4. capit. inquiſitionis, cit. Felin. in citat. capit. qualiter, num. 9. de accuſat. quod ſi in purgatione defecerit, pro confeſſo haberi debet cap. cum P. & cap. inter. de purg. Can.

Si autem negat accuſatus, & fuit depoſitum de certitudine facti, & grauis ſit orta infamia, vel ſcandalum, ſeu agatur de pręiudicio tertij, reſeruandus eſt ad iudicium ordinarium, & cōtra eum per modum accuſationis ab Aduocato, Fiſci Epiſcopalis procedi debet.

Et tum demum deueniri poteſt ad inquiſitionem ſpecialem, in qua & iurare teſtes, & nō niſi legitimi admitti debent, nam tunc poteſt ſi velit accuſatus excipere contra teſtes, poteſt petere probationum copias, & omnibus defenſionum remedijs vti, Hoſtien. loc. cit. Pœna etiam ordinaria, & a iure ſtatuta hoc caſu puniri debet delinquens, non autem arbitraria, capit. qualiter, cit. licet hoc tempore omnes pænæ ſint iudici arbitrarię, & omnes pęnas legum pro circonſtantijs delictorum, & locorum iudex moderari poteſt, Hoſtien. in ſumm. cit. de pœniten. num. 6. Boer. deciſ. 289. num. 7.

Detineri etiam hoc caſu poteſt ſub cuſtodia reus interim dum formatur proceſſus ſi ſit ſuſpectus da fuga. cit. Conc. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform.

Hoc eodem caſu cum proceditur compilato proceſſu, recuſari poteſt iudex, vt ſuſpectus, & ab eo licitè appellatur, appellatione, non ſolum deuolutiua, ſed etiam ſuſpenſiua, neque tunc procedit diſpoſitio, cit. capit. 10. ſeſſ. 24. appellatione enim correctionis morum, non intelligitur correctio, quæ fit ſeruato iudiciali proceſſu, Genuen. loc. cit.

Non ſolum autem per ſeipſum viſitare poteſt Epiſcopus, ſed & per delegatum, quod ipſi iura concedunt in caſu iuſti impedimenti, cap. Epiſcopum, 10. quæſt. 1. capit. ſi Epiſcopus, de off. ord. in 6.

Viſitat, & Archidiaconus cum ſcitu Epiſcopi, per ſeipſum tamen tantum, aſſumpto ſecum notario publico viſitare debet, viſitationiſque rationem, acta, & proceſſum infra menſem Epiſcopo reddere tenetur, Concil. loc. cit. ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. Eidem præſcribere poteſt Epiſcopus terminum, & comitatum in viſitatione tenendum ex voto ſac. Congreg. Concil. quod ſequitur.

An Epiſcopus poſſit præſcribere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam, & pręſcribere comitatum, & equitatum ne oneri ſit Eccleſijs, quas viſitauerit.

Cong. cenſuit poſſe.

5 Viſitat ad extremum Archiepiſcopus diœceſim ſui ſuffraganei, ſed non niſi cauſa prius cognita, & probata in Concilio Prouinciali, Conc. loc. cit.

Reliquum eſt, vt videamus quidnam Epiſcopus ratione viſitationis a viſitatis recipere poſſit.

Munera itaque qualiacunque, & quomodocunque illa offerantur recipere non poteſt, Concil loc. cit. ne quidem comeſtibilia, vt illa ſecum aſportet. Imol. Anchar. in Clemen. 2. de cenſibus.

Neque Cancellarius, Auditor, vel Notarius Epiſcopi recipere quicquā poteſt a viſitatis pro ſcriptura proceſſus viſitationis: pro copia tamen actorum, ſeu decretorum viſitationis ab eis, qui ea petunt, licitè poſſet petere mercedem competentem. Nauar. conſil. 1. de cenſibus, Ioann. Monach. Gemin. Franch. in cap. 2. de cenſibus in 6. ſupra cit.

Neque tenentur viſitati præſtare vecturas equorum, neque ferraturas pro equis viſitatoris, Doct. cit. & Clem. 2. de cenſ.

6 Procurationem tamen, ſiue alimenta illius diei, quo viſitat pro ipſo, & ſuo comitatu Viſitati prouidere obligantur, Conc. ibid. & cap. 1. de cenſib. in 6. cit.

Non epulæ autem ſumptuoſæ, ſed victus frugalis pro tempore neceſſitate, quo viſitatio expeditur, & non amplius dari debet, Conc. ibidem.

Et non niſi pro moderato comitatu, qui viginti, vel triginta euectiones excedere nō debet, capit. cum Apoſtolus de cenſibus. Et quidem hic numerus comitatus in locis abundantibus reditibus ſuſtineri poſſet, aliæ autem Eccleſiæ pauperes, quæ tanto numero ſuſtentando ſufficere non poſſent, vltra ſuas vires grauari non debent, capitul. illud 10. 10. quæſt. 3. Sed ſi vna non ſufficiat ad ſuſtentionem, duæ, vel tres, vel etiam plures vnam procurationem componant, cap. procurationes, de cenſ.

Liberum eſt etiam viſitatis ſi velint pecunia redimere procurationem, Viſitator tenetur recipere in ea ſpecie, quæ fuerit oblata. cap. fœlicis, de cenſ. in 6. Conc. loc. cit.

7 Dum

7 Dum autem visitat clerum ciuitatis, vbi sita est cathedra, procuratio illi nulla debetur, vt etiam seruari testatur in sua praxi Genuen. cit. capit. 19. & sæpius respondit Sac. Congreg. Concil.

Neque debetur procuratio, dum visitantur loca specialiter exempta a præstanda procuratione, Hostiens. in sum. de censib. num. 14.

Neque debetur dum visitantur hospitalia, & domus pauperum, vel infirmorum, Cardin. in clem. quia contingit, de relig. dom. Lapus de hospital. num. 98. Siluest. in sua sum. verb. hospitale, num. 16.

Insuper etiamsi de iure communi procuratio præscribi non possit, cap. cum ex officij, de præscript. hodie tamen ex noua dispositione Concil. Trident. cit. præscribitur, nec peti potest vbi illam non dandi viget consuetudo, propter illa verb. Conc. ibid.

In illis vero locis, seu prouincijs, vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud a Visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiat, ibi id obseruetur.

De Visitationibus Secularium. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Visitationes singulis biennijs facere debet Episcopus.*
2 *Episcopus quam normam in viuendo tenere debeat.*
3 *Familia qualis esse debeat* Episcopi.
4 *Familiam armatam, an possit tenere Episcopus.*

1 NOn solum in synodali congregatione, de qua supra egimus, sed etiam in visitatione particulari, tenetur Episcopus inquirere, & corrigere defectus subditorum. Vnde omnes Ecclesias sibi subiectas, totamque Diœcesim, ad minus semel quolibet biennio circumire obligatur, Concil. Trident. cit. sessione 24. cap. 3. de reform. Non tamen præcisè intra hoc tempus tenetur expedire visitationem suam sed relictum est arbitrio ipsius, moderato tamē, super quo legitur rescriptum sacr. Congre. Concil. in hæc verba.

Dubitauit Episcopus Astorien. an teneretur suam visitationem concludere intra certum, & determinatum tempus, iuxta latitudinem suæ Diœcesis.

Congregat. censuit. Concilium nullum tempus, ad hoc præfixisse, sed reliquisse arbitrio Episcopi, quod tamen debet esse moderatum, & discretum.

2 SEd quoniam nihil magis alios ędificat, quam innocentia Prælatorum, sicut è conuerso, maiorum delicta facilè trahuntur à subditis in exemplum, capitul. nemo 33. dist. cap. præcipuè, 11. quæst. 3. ne visitator volens subditis exhibere medicamenta salutis, præbeat mortis exempla, prius domum suam reformare, moresque, & vitam ad sanctorum Canonum pręscripta componere, ac factis ipsis, & actionibus, se muneri suo conformem ostendere deberet. Ideo pauca nos quoque de norma in viuendo ab Episcopo seruanda visitationi præmittamus, non nostris verbis in materia tam graui vsuri, sed Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. de ref. vt sequuntur.

Optandam, & infra. Quapropter exemplum Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi, non solum iubet, vt Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota domo, caueant ne quid appareat, quod a sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum pręseferat, omnino vero eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresvè suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, ijs, vt pauperibus distribuant, eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa, immo quam maximè potest, eos sancta synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, vnde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant, &c.

Viros item boni testimonij, graues, & doctos, circa se habere debet Episcopus, & non nisi per clericos in cubiculo sibi inseruiri facere, capitul. cum pastoris, & cap. vlt. 2. quæst. 7. Et quia
3 domus Episcopi quasi in specula est posita, estque magistra publicę disciplinæ, & quicquid in ea agitur, id omnes putant sibi licere, prouidere debet Episcopus, vt tota familia sua sit honesta, ad hoc optimè faciunt verba S. Bernardi, ad Eugenium lib. 4. cap. 16. vbi dicit.

Domum Episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas, horum disciplina custos, sacerdotes domestici, aut cęteris honestiores, aut fabula omnibus sint, ament te domestici, si non, tacito, vt te timeant, alius alia despondet, de disciplina tu prouide, illud nemini credas, pertinet ad te vt his quos pre oculis habes, quatenus totius honestatis, ac condecentiæ speculum sint, & forma, non licet tibi, vt vitia domus tuæ vltimus scias, si insolentior sermo coram te sonuerit, si indecens habitus apparuerit, manus tua sit super huiusmodi, tu vlciscere iniuriam Dei, in vultu, in habitu, in incessu illorum, qui tecum sunt, nihil residere impudicum vel indecens patiaris, &c.

Maximè autem, tam in sua persona, quam in suis ministris, auaritiæ suspicionem vitare debet cap. cum ab omni, de vita, & honest. Concil. Trident. cit. sess. 21. cap. 1 de reform. vnde, & Cancellariam suam Episcopum locare, & inde aliquod emolumentum habere non posse legitur fuisse rescriptum a sac. Congreg. Conc. in anno 1598. Episcopo Ariminen. In quibus tamen casibus licitè possit aliquid accipere a Clero, dicetur suo loco.

Hic non incongruè quęri adhuc posset, num Episcopus possit tenere familiam armatam. Et quidem cum Ecclesia habeat carcerem, & Episcopus pœnas corporis in causis ad forum suum spectantibus infligere possit, cap. contra idolorū
4 26. q. 5. cap. cum Episcopus de offi. ordin. Abb. in cap. 1. ibid. Dec. cons. 131. in princ. cons. 300. nu. 4. rationabiliter hinc concludi posset, quod debeat etiam habere executores armatos, per quos reos capere, in carcerem detrudere, & punire valeat. Et ita post multas Doctorum controuersias testatur Franc. Leo in sua prax. cap. 9. nu. 26. declaratum fuisse a sac. Cong. Conc. corā Pio Papa V. maximè intuitu tex. c. 3. sess. 25. Concil. Trid. vbi ordinatur, quod iudices Ecclesiastici debeant prius procedere contra reos ad pœnas

reales,

Digitized by Google

reales, quam ad pœnam excommunicationis. Et de locis quidem vbi Ecclesia habet dominium temporale, nemini dubium est, posse prælatum, seu ipsius in temporalibus Vicarium tenere executores armatos, in alijs autem locis vbi non habet iurisdictionem temporalem, licet, vt diximus in hoc defendi possit si teneat, tamen vbi non est consuetudo, cautius facit si non proprijs ministris vtitur in executione facienda, propter euitandum liuorem laicorum, qui his temporibus contra iurisdictionem Ecclesiasticam maximè efferbuit, sed potius in talibus requirendum est brachium sæculare, seu iudex sæcularis, vt familiam suam armatam Prælato præstet, cap. 1. de offic. ordin. Innoc. & Doctor. communiter, ibi. Dec. in cap. significasti, de offic. deleg. num. 5. Iudex autem sæcularis dum præstat familiam, non debet cognoscere de æquitate sententiæ iudicis Ecclesiastici, maximè si tantum accommodat ipsi familiam, Alciat. in cap. 1. cit. Lopez. ad Diaz. in cap. 154. vbi tamen ipse iudex sæcularis esset executor sententiæ prælati, vel delictum esset mixti fori, seu si notorie appareret sententiam esse iniustam, cognoscere posset, Abb. Alciat. in capit. 1. citat. Genuen. in sua prax. capit. 44.

Quod autem ad ordinem in ipsa Visitatione prosequenda seruandum attinet, antequam ipsa incipiatur, præmonendi sunt subditi generali publicato per Ecclesias edicto de visitatione celebranda, tempusque ipsius, & locus a quo incipiendum sit intimandus, cuius intimationis forma videri potest apud Anton. Resta in suo Direct. Visit. Reliqua autem in visitatione seruanda quo meliori methodo explicentur, distinctè de locis visitandis videamus.

De Visitatione Cathedralis Ecclesiæ. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis Ecclesia nulla exemptione se tueri potest quominus visitetur.*
2 *Visitationis inchoandæ modus.*
3 *Præbendis non personis adiungenda sunt officia ordinum.*
4 *Distributiones quotidianæ præsentibus tantum debentur.*
5 *Distributiones absentium accrescunt præsentibus.*
6 *Distributiones, quando lucrantur absentes.*
7 *Abesse ab Ecclesia quanto tempore possit Canonicus.*
8 *Vnitæ Ecclesiæ præbendis quomodo sint administrandæ.*
9 *Habitum clericalem deferre obligantur beneficiati.*
10 *Habitus clericalis, quis sit.*
11 *Anniuersariorum numerus sicut, & missarum reduci potest.*

PRima itaque visitanda est Ecclesia Cathedralis, cap. Romana, de cens. in 6. nec aliqua exemptione se tueri potest, quominus visitetur. Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. de ref. Quare die præfixa visitationi adueniente, Clero comitante, cappa Ponti-
1 ficali super rocchetum indutus Episcopus in Ecclesiam Cathedralem descendere debet, ibique missa de Sancto Spiritu per ipsummet Episcopum, siue eo impedito, per aliquem insigniorem prælatum, celebrata, orationibusque ad eum vsum in Pontificali Romano præscriptis, recitatis, & sermone de visitatione, & causis visitationis habito ad particularem
2 Ecclesiæ visitationem descendet. Et primo Ciborium, Fontem Baptismalem, Altaria, sacristiam, vestes, apparamenta Ecclesiæ, num in decenti custodia teneantur, reuidebit, circa quæ particulariores animaduersiones videri possunt in direct. Visit. cit. & nos infra de visitatione parochialium aliqua referemus, hic solum ea quæ peculiaria sunt in visitatione Cathedralis Ecclesiæ videamus.

Reuisis itaque præmissis, descendere debet Episcopus ad locum in quo congregari solet in capitulum, cum omnibus Prælatis, Canonicis illius Ecclesiæ ad sonum campanæ congregatis, adiuncto suo notario, qui clericus esse debet, arg. tex. c. vt iuxta de offic. ord. & assumptis secum duobus iurisperitis, qui possunt esse externi, & non de gremio capituli Conc. Trid. in c. cit. & sess. 25. c. 6. de ref.

Factis autem a notario cōnotari, numero Præ-
3 laturum, & Canonicorum nominibus singulorum, tum & qualitate, quantitate prouentuum præbendarum, quærere debet quomodo capitula sua celebrent, quoties generalia, quoties particularia, & quo ordine, & num ad pulsum campanæ soleant congregari.

In receptione, installatione seu admissione ad possessionem Canonicatuum, præbendarum, vel distributionum, num accipiant deductiones aliquas ex fructibus, solutiones, donatiua, seu iucundos ingressus, vel si quo alio nomine vocentur, hæc enim non debent exigi nisi in pios vsus conuertantur. Concil. cit. sessio. 24. cap. 14. de ref.

Statuta qualia habeant, & ne faciant recipiendos iurare, de obseruando aliqua illicita, vel decretis Conc. Trid. contraria.

Professionem fidei num exigant a recipiendis, hanc enim tenetur quilibet emittere assequutus Canonicatum, vel præbendam, etiam si illam emiserit in manibus Episcopi seu in manibus conferentis beneficium, Concil. loc. cit. cap. 12.

Archidiaconus, Scholasticus, an sint Doctores, seu licentiati in Theologia, vel iure Canonico, aliter ipsorum prouisio esset nulla. Concil. loc. cit. & sess. 23. c. 18. de ref.

Inquirendum etiam est an quilibet officium suæ præbendæ adnexum exerceat, & si non habuerint distincta officia, ipse episcopus assignare posset aliquibus ordinem presbyteratus, aliquibus ordinem Diaconatus, Subdiaconatus ordinem alijs imponendo, ita tamen vt ad minus dimidia pars Canonicatuum, presbyteratus ordinem adnexum habeat, nisi fuerit loci consuetudo, vt plures, vel omnes habeant presbyteratum. Concil. cit. sess. 24. cap. 12. de ref.

Et in hac ordinum distributionem debet requirere episcopus consilium capituli, illud tamen non tenetur sequi, vt declaratum fuisse a S. Congr. Conc. refert Zerul. in sua prax. p. 2. ver. capitulum.

Assignandus autem est ordo, non personis,

Digitized by Google

ſed canonicatibus, ſeu præbendis ſingulis, ex voto eiuſdem S. Congreg. Concil. edito his verbis.

Congreg. Concil. cenſuit debere Epiſcopum cum conſilio capituli, deſignare quibus canonicatibus quiſque ordo annexus eſſe debeat, non quibus canonicis, quoniam Concil. ſeſsio. 24. capit. 12. mandat ſacros ipſos ordines annecti canonicatibus, non autem perſonis eos obtinentibus.

Aſſignatis autem huiuſmodi ordinum officijs, non teneret collatio Canonicatus facta illi qui non haberet ætatem, quam ordo illius præbendæ annexus requirit, vel qui ſaltem infra annum ob ætatis defectum ordinem illum recipere non poſſet, id Concil. ſeſſ. 22. cap. 4 & ſeſſ. 24. cap. 12. cit. de refor. Is etiam non poſſet habere vocem in capitulo antequam ordinem ſuæ præbendæ annexum ſuſceperit, & ſi infra annum non promoueretur, dimidia pars distributionum ipſi ſubtrahenda eſſet. Clemen. 2. de ætat. & qualit. multo magis illi qui ad minus ſubdiaconatus ordine non ſunt inſigniti, carere debent voce actiua in cap. clem. cit. & Concil. loc. cit. ſeſſ. 22. cap. 4. ita quod neque capitulum diſpenſare ſuper hoc poſſit, & vocem prædictam concedere Nauar. de cler. non reſid. conſil. 7. Vocem tamen paſſiuam habere poſſet, item & ſtallum in choro, & domum ſeu præbendam optare, niſi loci obſtaret conſuetudo contraria, vt notat, glo. in Clem. cit. verb. capitulo, & verb. ex tunc. ibid. Gemin. in cap. vn. de cler. non reſid. in 6.

Videndum præterea in viſitatione an obtinens præbendam Theologalem faciat functiones ſibi incumbentes, & num ſufficiens ſit ad interpretandum ſacram ſcripturam per ſe ipſum. Concil. cit. ſeſſ. 5. cap. 1. de refor. Vbi autem non fuerit erecta præbenda Theologalis, curare debet Epiſcopus vt erigatur ſuper præbenda primo vacante, & ſi fructus præbendæ adhoc non ſufficerent, dotari poſſet annexione fructuum alicuius ſimplicis beneficij.

De diſtributionibus quotidianis aduertendũ eſt an aliquę ſint, & an ſint ſufficientes, & ne ſint ita tenues vt veriſimiliter negligantur, tunc enim Epiſcopus ex fructibus canonicatuum ſeu præbendarum tertiam partem detrahere, & diſtributiones augere deberet ex ordinatione eiuſ. cit. Concil. ſeſs. 21. cap. 3. de ref. Vbi autem eſſent diſtributiones ſufficientes, tertia pars huiuſmodi fructuum præbendarum detrahi non poſſet applicanda diſtributionibus. Zerol. in prax. par. 2. verb. diſtributiones, neque poſſet detrahi aliqua pars fructuum beneficiorum extra Eccleſiam cathedralem exiſtentium, applicanda diſtributionibus, niſi ipſa beneficia fuerint incorporata præbendis canonicalibus, quod reſponſum fuiſſe Archiepiſcopo Genuen. a Sac. Congreg. Concil. refert. Zerol. ver. diſtributiones cit p. 1.

Per vnionem tamen aliquorum beneficiorũ ſimplicium etiam extra cathedralem Eccleſiam exiſtentium augeri poſſent diſtributiones prædictæ. Conc. cit. ſeſſ. 24. c. 13. de ref.

Diligenter etiam viſitator inquirere debet an diſtributiones huiuſmodi iuxta præſcriptum iu-
4 ris diuidantur. Non niſi enim præſentibus, & & intereſſentibus dari debent, cap. vn. de cler. non reſid. in 6. Conc. loco cit cap. 12. Nec ſufficit adeſſe in Eccleſia dum Diuina peraguntur, ſed oportet eſſe præſentem in choro vt lucrentur diſtributiones, vnde non excuſaretur canonicus quominus amittat diſtributiones, etiamſi adeſſet in Eccleſia miſſam celebrans extra chorum eo tempore quo horæ canonicales decantantur, ſuper quo declarationem editam a Sac. Congreg. Conc. refert Gonz. ſuper 8. Canc. §. 7. proem. num. 81. in hæc verba.

Qui tempore quo cantatur vna hora in choro, miſſam celebrat in eadem Eccleſia ex deuotione vel obligatione, non dicitur interfuiſſe illi horæ, nec illius diſtributiones accipere poteſt. Si vero iuſſus fuerit a ſuperiore, vt celebraret, tunc reciperet, ſuperior tamen debet cauere a tali iuſſione.

Neque excuſaretur quominus amitteret diſtributiones, aſſocians Epiſcopum, ſeu Prælatũ audientem miſſam in alia Eccleſia eo tempore quo horæ canonicales decantantur, quod etiam fuiſſe declaratum ab eadem Sac. Congreg. refert id Gonz. loc. citat. numero. 183. his verbis.

Non poſſunt canonici, videlicet duo, aut plures aſſociantes eorum prælatum quandoque volentem audire miſſam non in cathedrali, ſed in alia Eccleſia ciuitatis, participes fieri diſtributionum quotidianarum, quæ non niſi præſentibus, & inſeruientibus dantur.

Neque ratione trium menſium quibus abeſſe licitum eſt, lucrari poteſt abſens diſtributiones. Panſ. de reſig. quæſt. 10. num. 65. quod etiam declaratum fuiſſe a dicta Sac. Congreg. teſtatur. ibidem.

Neque debentur diſtributiones Vicario ſi nõ interſit, occupatus in adminiſtratione iuſtitiæ. Neque epiſcopo obtinenti portionem canonicalem niſi interſit, quoad omnia enim tum cenſeri debet vt canonicus, & ſedere debet inter canonicos in loco ſuæ promotionis, ca. a collatione, iun. gl. de appel. in 6.

Neque debentur intereſſentibus per modicũ tempus, omnibus enim horis intereſſe tenentur canonici, & per omnes horas debet fieri compartitio diſtributionum. Clemen. cit. de ætat. & qual. iun. glo. verb. certis horis. Cardin. ibidem quod etiam declaratum fuiſſe a S. Congr. teſtatur Nau. de cler. non reſid. conſ. 9.

Non poteſt etiam Epiſcopus, neque capitulum remittere amiſſionem diſtributionum, vt clare patet ex tex. Concil. loc. cit. in illis verbis. (quauis colluſione aut remiſſione excluſa) idem docet Nau. loc. cit. conſ. 7. nu. 1. Menoch. de arb. iud. ad caſum 429. nu. 6.

Diſtributiones autem huiuſmodi quibus priuantur abſentes, accreſcere debent præſentibus ſi ſit conſuetudo loci. glo. in Clemen. citat. verbo. pars dimidia, diſtributiones nimirum antiquitus factæ ex fructibus menſæ communis; diſtributiones autem factæ poſt Concilium Tridentinum ex tertia parte fructuum præbendarum, non accreſcunt intereſſentibus, ſed applicari debent fabricę eccleſiæ, aut alicui pio loco ex ordinatione eiuſdem Concil. ſeſs. 22. c. 3. de ref. & ita diſtinguit Nauar. de verb. ſignific. conſi. 3. Zerol. loc. ſupra cit. ad 4. Rebuff. autem in prax. benef. de diſpenſ. de non reſid. num. 10. diſtinguit, quod ſi ſtatutum eccleſiæ, ſeu conſuetudo ſit, vt diſtribuatur præſentibus aliqua ſumma, verbi gratia, decem, tũc accreſcit abſentium pars præſentibus: Si vero ſolitum ſit cuilibet intereſſenti dari certam quantitatem, vt

vnum

vnum aureum, tunc licet aliqui absint, præsentibus tamen nihil amplius est distribuẽdum, neq. illis accrescit pars absentium, idem docet Card. Imo. in cit. Cle. Couar. li. 3. var. resc. 13. qui in ta lib. dicit attendendã esse locorũ consuetudinẽ.

In casibus tamen, qui sequũtur etiam absens lucrari posset distributiones quotidianas. Vt si aliquis abest pro exercitio curæ animarum imminentis ipsi capitulo, vel qui abest pro negotijs capituli, cap. ex part. 2. de cler. non resid. Nauar. eo. tit. cons. 8. n. 1. Couar. loc. cit. num. 8.

Pœnitentiarius quoque interim dum confessiones audit, censetur pro præsente in choro nec amittit distributiones, Conc. loc. cit. c. 8.

Similiter, & Theologus seu lector eo die quo legit sacram lectionem pro præsenti habetur, vt declaratum fuisse a S. Cong. Conc. coram Greg. XIII. testatur Gonz. loc. sup. cit. nu. 180.

Infirmus etiam infirmitate durante participare debet ex distributionibus quotidianis etiamsi culpa sua fuerit effectus ægrotus, ca. vn. de cler. non resid. in 6. cit. Franch. Gemin. ibi. si nimirũ dum erat bene sanus solitus fuerit frequentare chorum. Felan c. Apostolicę, n. 12. de except. & si talis sit infirmitas, cũ qua non pòt sine periculo adesse in choro, itemq. si decũbat in ciuitate, seu loco, vbi sita est ipsa Ecclesia, Con. loc. cit. a n. 8.

De senio aũt cõfectis, & in specie de cõsuetudine Ecclesię Cõpostellę, in qua senio confecti, & qui per quadraginta annos Ecclesię deseruierint, postea tanquã rude donati censentur sp pro præsentib. participantq. ex distributionib. quotidianis, respondit Greg. XIII. statutum, seu consuetudinem huiusmodi esse tolerandam.

Suspenso itẽ, interdicto, excõicato iniuste vel in exilium relegato debentur distributiones, Fel. loco citato. Similiter & carcerato licet propter violentam criminis suspitionẽ fuerit carceratus, dummodo postea declaretur ipsius innocentia, siue primi iudicis, siue appellationis iudicis sententia, & solitus fuerit, dum esset liber, frequentare chorum. Gem. in c. vn. cit. de cler. non resid. in 6. Couar. loc. cit. Et in tãtum quidẽ, quod ipsi debentur non tantũ distributiones quotidie distribui solitę, sed etiã fructus certis tantũ temporibus præsentibus distribuendi. Nau. loc. cit. de cler. non residen. consil. 10. & 11.

Similiter & mortuaria, portiones funerales, & quæ pro anniuersarijs mortuorũ dari solent, hæc enim æquiparantur distributionib. quotidianis. Lap. Gemin. in cap. vnic. cit. in 6.

Ad extremum distributiones grossę, quę dantur in fine anni vel certis aliquibus temporibus quę non possunt proprie dici distributiones quotidianæ extrauag. cum nonnullæ. §. prętetea, de preb. cõmun. & efficiunt potius præbendã. Tib. Decian. cons. 43. n. 13. maxime vero si in illis solis consistant oẽs reditus canonicatus seu præbẽdę, debentur absentib. ex iusta causa, vt ratione studiorũ, c. de cetero. c. ad audientiã, de cler. non resid. Gem. in c. vn. sup. cit. Cald. cons. 1. de cler. non resid. detracta nimirum portione, quæ cõi mensę debetur. Innoc. in c. licet de præb. seu detracta tertia parte interessentib. assignata à Concil. sup. cit. quod et declaratum fuisse à Sac. Congre. Conc. refertur, apud Quaran. verb. residentia, his verbis.

Cong. censuit canonicũ absentem studiorum causa, percipere quidẽ fructus prębẽdę, non aũt distributiones quotidianas, quod si in hmôi distributionibus oẽs capituli reditus cõsistant, percipere ẽt distributiones dempta tertia parte, quæ ... Quæst. Canonic. & Regul. tom. 4.

inseruientibus accrescit; nullo autem casu debere ipsum canonicum percipere distributiones missis, aut defunctorum anniuersarijs applicatas.

Similiter & duo canonici Episcopo inseruientes fructus huiusmodi præbendæ grossos absentes licite petere possunt, iuxta text. in c. ad audientiam, cit. quod etiam docet Nau. loc. cit. de cler. non resid. consil 2. num. 2.

Non solum autem subtractione distributionum puniendi sunt absentantes se a seruitio Ecclesiæ, sed etiam alijs pœnis, si se nõ correxerint, puniri possunt, videlicet sequestratione particulatium fructuum præbendæ, pro prima contumatia dimidia parte fructuum, pro secunda totis fructibus, Censuris Ecclesiasticis, & alijs iuris remedijs, & crescente contumacia etiam priuatione ipsius beneficij. Conc. loc. cit. Sess. 24. c. 12. de refor. ita tamen, vt intercedant ad minus sex mẽses post iniunctam vnam pœnam, antequam procedatur ad aliam, vt docent communiter doctores, in c. ex tua. de cler. non resid.

Necessario autem seruandi sunt dicti gradus pœnarum præscripti a Concilio, antequam deueniatur ad priuationem, facta enim priuatio non seruata forma hac Concilij, est nulla, vt fuisse decisum in Rota Roman. coram Seraphino, in vna Salamantinen. del Peroso. die 5. Decemb. 1567. testatur Genuens. sup us. cirat. capit. 112. Citari et debet huiusmodi non residens in persona ante priuationem, si sciatur vbi moretur, & si non sciatur citandus est per edictum publicum trina citatione, nec sufficeret vna citatio pro tribus, & aliter facta priuatio esset omnino nulla, vt probat Abb. lib. 1. Cons. 67. Felin. in cap. consuluit. num. 13. de offic. deleg. Verall. decis. Rotæ. 114. par. 1. & responsum fuit in dicta Salamantin.

Censetur autem abesse quis etiamsi maneat in Ciuitate vbi sita est Ecclesia, sed non inseruit nec frequentat Ecclesiam, vt declaratum legitur à Sac. Cong. his verbis.

An puniendi sint qui à seruitio Ecclesiæ absunt, quamuis vbi ipsa Ecclesia consistit sint præsentes.

Cong. censuit esse puniendos.

Et ad eandem residentiam, etiam Collegiatarum Ecclesiarum Canonici tenentur, super quo datum fuit rescriptum à S. Cong. Conc. in vna Commen. ann. 1598. die 5. Iulij vt s. quitur.

Cong. Censuit Canonicos Ecclesiarum collegiatarum etiam in oppidis non insignibus existentium teneri ad residentiam, nisi essent collegiatæ rurales prorsus destructæ, aut in quibus unquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, & quarum canonicatus ea essent fructuum tenuitate, vt qui eos obtinuerint, nec ex eis ali possint, nec aliunde habeant vnde commode viuant.

7 Tres tamen menses in anno licitum est abesse tam a cathedrali quam a collegiata, qui tres mẽses computari debent siue ex vna absentia continua, siue ex pluribus interpolans. Concil. loc. cit nec requiritur Ordinarij licentia huiusmodi absentiam trium mensium. Zerol. cit. p. 1. verb. priuatio ad 4.

Vltra tres etiam menses prædictos abesse licitum est cum licentia ordinarij, quam ipse concedere potest ex cã rationabili virtute textus, c. vnico, cit. de cler. non resid. in 6 nec illi facultati Epi derogauit Conciliũ, vt docet Zerol. lo. cit.

Inquirendũ est ptereа Visitator, si aliquas ecclesias

clesias curã animarum annexã habentes vnitas habeat capituli, quo illæ administrētur, & prouidendum, ne ipsimet Canonici per ordinem in illis curam exerceant, sed vt assignent commendatarium perpetuum pro exercitio curæ, assignata ipsi certa fructuum portione.

Ipsi quoq. canonici si aliquã aliarum curã suis præbendis particularib. annexã habent, videndũ est, ne in illa exercenda negligẽtias committant.

Si aũt aliquis haberet in titulũ aliquod beneficium curatum vltra canonicatum, compellendus est, vt doceat de dispensatione, curatum.n. beneficium cum canonicatu in cathedrali est omnino incompatibile, nec potest vtrumq. simul retineri sine dispensatione, Conc. loc. cit. c. 17.

Præcipue autẽ elaborandum est visitatori vt de morum, & vitæ honestate capitularium se bene informet, & si quæ contraria Ecclesiasticis institutis inuenerit, corrigat. Et circa hęc prætier ea quæ de persona Episcopi, supra ex Cõc. Trid. retulimus, ad quę ẽt quilibet inferiores clerici seruanda obligãtur, vt patet ex textu ipsius Cõcilij: a sacris quoq. Canonibus ordinatum est, vt clerici ebrietates vitent, tabernas ne frequentent, aleis, taxillis ne ludant, negotiationes, artes mechanichas, secularia q. negotia ne exerceant, mulieribus ne cohabitent. Host. in Sum. de vita, & hon. cler. n. 2. quę tanto magis in canonicis cathedralis Ecclesię euitari debẽt, cũ illi norma totius cleri, & senatus Ecclesiæ censeantur. Vnde visitator inquirere debet, an aliquis circa prædicta culpabilis inueniatur.

Prædia quoq. conducere non debent, vt ea colant lucri gratia, c. secundum, ne cler. vel mon. Si tamen aliquis egeat, ab Ecclesia vel ab alijs clericis conducere posset, ex snia Inn. in c. scdm. cit.

Ad vitę honestatẽ spectat qđ clerici iubentur deferre habitũ, & tonsuram clericalem. Conc. ci. Ses. 14. c. 6. de refor. nouissimè autem contra nõ deferentes habitum clericalẽ emanauit cõstitutio Six. V. de An. 1589. die 5. Ian. vt sequitur.

Cum sacrosancta, & infra. Hac nostra perpetua valitura constitutione præcipimus, & mãdamus omnib. & quibuscunq. clericis non solum in sacris, seu ẽt in alijs minoribus ordinib. constitutis, & clericali tantũ tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica qualiacunq. ẽt simplicia nunc, & pro tempore obtinentib. & in illis, vel ad ea ius habentib. verum ẽt pensiones super quibusuis fructib. redditibus aut prouentibus quarũuis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanatũ, Cathedraliũ, & aliarũ quarũcunq. Ecclesiarum seu Abbatialium Capitularium, & conuentualium mẽsarum, necnon Monasteriorum, Præpositurarum, Pręposituuum, Prioratuum, Pręceptoriarum, Hospitalium, Canonicatuum, præbendarum, dignitatũ, personatuũ, administrationũ, officiorum, & beneficiorũ quorumcunq. Ecclesiasticorum secularium, & quorumuis ordinũ Regularium, seu illorum distributionib. quotidianis, ac iurib. emolumentis, & obuentionib. vniuersis sibi reseruatas, aut fructus ipsos prædiave, aut bona Ecclesiastica loco pensionũ sibi assignatos vel assignata, ex quacunq. concessione seu dispensatione Apostolica, percipientib. ẽt coniugatis, præsertim si ijdẽ clerici coniugati iuxta const. pię memor. Bonif. PP. VIII. pdecessoris nostri in Conc. Trid. innouatã priuilegijs clericalib. vti velint, tã in Rom. Curia degentib. q̃ extra eam vbilibet gentiũ, & locorũ cõstitutis, vt ipsi & eorũ quilibet quantũuis exẽpti existant, & quouis priuilegio vel immunitate gaudeant, quacunq. dilatione, aut tergiuersatione postposita, debeant nimirum qui in vrbe pręsentes fuerint, intra quindecim dies, qui vero citra montes intra quatuor menses, qui deniq. vltra montes constituti sunt intra octo mẽses a die publicationis præsentiũ literarum in Rom. Curia faciendæ, tonsurã, & habitũ clericalem, vestes. s. talares, aut milites infra dicendi quib. pensiones aut fructus aliave bona Ecclesiastica reseruata sunt, suæ militiæ conuenientẽ, quacunq. remota excusatione assumere, & iugiter deferre, in futurum aũt non nisi actu clericis in habitu clericali, & tonsura, & militib. infra dicendis in militari incedentib. suæ militię propria, aut alia quęcũq. Ecclesiastica ẽt simplicia beneficia respectiue cõferantur, aut commendentur, aut pensiones fructusve aut bona Ecclesiastica reseruentur. Alioquin ipsos, & ipsorũ quemlibet, qui quoad gestandum habitum clericalem, & militarem supradictum lapsu huiusmodi tpe eorũ vnicuiq. vt supradictum est pręfixo, nostris hmõi pręcepto, & mandato nunc & in posterum perpetuis futuris tpibus cum effectu non obedierint, pręter alias pęnas cõtra eos inflictas, ẽt quibuscunque dignitatibus, administrationibus, officiis, canonicatib. & præbendis ac beneficijs ẽt simplicib. & pręstimonijs per eorũ quemlibet in titulum, cõmendam, vel alias pro tpe obtentis, necnõ pensionib. & fructibus, ac prędijs bonisq. Ecclesiasticis huiusmodi quocunq. modo eis reseruatis vel reseruandis, omniq. iure sibi in eis vel ad ea quolibet competenti, harum serie ex certa nostra scientia, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine priuamus, ac sine vlla alia monitione, citatione, iudicis decreto aut ministerio, ipso facto priuatos declaramus, ac tã beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacãtia, libere alijs conferri posse, quam etiam pensiones cassatas, extinctas esse, & fore ac fructuũ & aliarũ rerum reseruationes cessare, & quemquã vlterius ad illarum solutionẽ minime teneri, & ob non solutionem censuras & pęnas aliquas incurrere nõ posse nec debere decernimus: ipsasq. dignitates, personatus, administrationes, officia, necnon canonicatus, & pbendas & beneficia sic pro tpe vacantia, collationi, prouisioni, & dispositioni nostrę, & Romani Pont. pro tpe existentis perpetuo reseruamus. Statuentes sic in præmissis vniuersis, & singulis per quoscunq. Iudices, & Commissarios ẽt causarum Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales, sublata, eis & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi, facultate, in quauis cã, & instãtia iudicari, & definiri debere, necnon irritũ, & inane, quicquid secus sup his a quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ceterum milites quarũuis militiarũ sub regula aliqua approbata canonice institutarũ vel alios Rom. Curiæ officiales, qui nõ vti clerici, sed potius tanq̃ milites iuxta priuilegia, & dispensationes Apostolicas eis in genere, vel in specie p nos aut prædecessores nostros nominatim cõcessas, & sub te. rec. Pij Papę V. prędecessoris nostri constitutione, quę incipit, sacrosanctũ, &c. hmõi priuilegiorũ forsan reuocatoria minime cõprehensa, beneficia militię, q̃ professi sunt, regularia obtinent, seu pensiones super quibusuis fructib. redditib. & prouẽtib. Ecclesiasticis ẽt prędictarũ Ecclesiarũ, & beneficiorũ secularium, aut fructus ipsos sibi reseruatos percipiũt, aut obtinebũt, vel pcipiẽt i futurũ, siue clericali charactere insigniti sint, siue nõ sint, qui vero clerici sunt etiãsi ab

ratio

Digitized by Google

initio tempore reseruationis pensionum, seu fructuum huiusmodi regularem habitum non susceperint, nec militijs officiorum Romanæ Curiæ ascripti fuerint, sed post factas eorum cuiq. reseruationes, ante vel post publicationem præsentis constitutionis milites effecti extiterint, sub præcepto, & mandato præfatis de habitu, & tonsura clericali deferendis, nolumus comprehendi sed ijs permittimus, vt regulari habitu militiæ, quam professi sunt conuenienti, vel si ipsi milites Roma. Cur. officiales fuerint, qui pensiones aut fructus alia vè prædia aut bona Ecclesiastica ex dispensatione, seu priuilegio Apostolico percipiant, habitu militari suprascripto absque alicuius censuræ, vel pœnæ Ecclesiasticæ incursu licite vti valeant, & nihilominus tam beneficia suæ militiæ regularia retineant, quam etiam pēsiones super Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum etiam secularium fructibus, seu bona, vel fructus præfatos sibi pro tempore reseruatos percipiant. Non obstantibus, &c.

Quæ constitutio fuit postea ab eodem Pontif. moderata, & declarata alia sua Constit. anni eiusdem. prid. Kal. Febr. vt sequitur.

PAstoralis, & infra. Omnibus, & quibuscunque clericis, tam in Rom. Curia, quam extra eam vbilibet gentium, & locorum constitutis, qui pensiones fructus, aut prędia, vel bona Ecclesiastica, sibi in vna, vel pluribus vicibus reseruata, & concessa, summam seu valorem annuū 60. ducat. auri de Camera insimul non excedētes seu excedentia percipiunt, aut percipiēt in futurum: Ac præterea nostris familiaribus, nobis in quibusdam inferiorib. ministerijs, quales sunt, qui à pedibus, seu parafrenarij, mensæ dispositores, aut credentiarij, aut dispensatores vulgo dicuntur, & alijs similibus seruitijs actu ministrantibus, quique in futurum inseruient: necnon quibusuis nostrorum infirmorum familiarium, actu nobis in Palatio nostro Apostolico inseruientium familiaribus, continuis commensalib. præsentibus, & futuris, qui pensiones aut fructus bonavè Ecclesiastica loco pensionum, vsque ad quamcunque summam, & valorem nunc percipiunt, aut in posterum pro tempore percipient, vt ipsi, & eorum quilibet, in habitu, & tonsura clericali incedere minimè teneantur, sed laicali habitu impunè, & licite vti possint, quo sua munia promptius expeditiusq. obire valeant, nec pęnis in eadem constitutione inflictis subiaceant, authoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & indulgemus, Reliquis autem nostris, aut personarum nobis inseruientium familiaribus continuis commensalibus, omnibusque, & singulis alijs tam clericis quam militibus, beneficia fructuum, vel bonorum Ecclesiasticorum reseruationes, ac pensiones obtinentibus, aut in ipsis beneficijs, vel ad eaius habentibus, in Vrbe præsentibus, tempus quindecim dierum in dicta Constitut. præfixum, necdum elapsum, ad alios quindecim dies a fine dicto primi termini computandos extendimus, & prorogamus. Ac demū militibus, tam militiarum canonicè institutarū, quam Rom. Cur. officialibus, qui iuxta præfatam nostram Const. in militari habitu incedere tenentur, vt vestibus communibus, cum insignibus tamen Crucis, aut Numismatis suæ militię propriis, vti valeant, atque hac ratione ipsius Const. præcepto, plene satisfacere censeantur pariter indulgemus. Eos vero clericos aut milites, quibus pensiones aut fructus, bonave aut prædia Ecclesiastica ad quamcunq. summam reseruata, aut reseruari concessa sunt, vel post hac reseruabuntur, non aliter ad gerendum huiusmodi habitum teneri volumus, nisi postquam pensiones, fructus, aut alia pręfata cū effectu exigere, aut pcipere cęperint, vel per eos steterit, quominus exigant, vel percipiant. Decernentes, &c.

Quis autem habitus proprius sit clericorum nullibi determinatur, vt testatur, glo. fi. in Clem. 1. de elect. nisi quod nimia breuitas, & longitudo reprobatur, ca. clerici, de vita, & honest. cler.
10 quare honestas vestium clericalium ponderabitur ex consuetudine, & vsu cuiusque regionis, c. si quis virorum, 30. dist. innct. glo. ver. veste, videlicet ne sint communes cum illis quibus laici, & militares in illa regione vtuntur, glo lo. cit. & alia gl. similis, in cap. clerici, cit. ver. deauratis. Prohibitus tamē est aliquorum vsus expresse. Vt primo vestes viridis, & rubei coloris prohibitæ sunt, Cardinalibus tantum S. Rom. Ecclesię ab Innocē. IV. sub Concilio Lugdunensi. de anno 1240. concessus fuit galeri, & purpurę vsus Platina in vita illius PP.

Virgulatæ item vestes, seu variatę coloribus clericis prohibentur. Item frena, sellæ, pectoralia, calcaria deaurata, fibulæ corrigię, auri, vel argenti ornatum habentes, annuli, nisi quibus ratione dignitatis, est concessum, Clem. 2. de vita & honest. cler. Greg. Toloss. partit. lib. 4 tit. 8. c 2. Arma item deferre, vnguentis inungi, barbam, vel comam nutrire prohibentur, cap. clerici, 23. distinctione & 21. q. 4. per totum.

Regulariter autem circa cultum habitus seruari a clero debet, vt neque sit vilis nimium, neque deliciosus, sed mediocris sublato excessu seculari, & retenta dignitate Ecclesiastica, nam vt D. Hieron. ad Eustoch. de virginit ait, neque affectatæ sordes, neque exquisitæ delitiæ conueniunt.

Excusaretur tamen clericus ab habitu decēti, si propter verisimile periculum transformari cogeretur, vel si propter paupertatem vestire se non posset, capit. clerici. citat. neque priuatus esset beneficio prout ordinat relata supra constitutio Sixt. V. vel priuilegio fori, propter vnicam habitus omissionem, sed ad hoc requiritur perseuerantia, & vt communiter existimetur laicus, Prosper. Farinac. in prac. cri. tit. de inquis. q. 8. n. 68. Dum ēt in itinere, vel in villa moratur clericus, vti eum posse veste talari, vltra genua tantum propendente respondisse legitur Cōgr. Episcoporum. Ēpo Triuentinen. 15. Ian. 1591.

Circa bona stabilia cōia Capituli, & particularia pręhendarum, inquirendū est qūo gubernentur: Alienatio prohibita Canonib. an aliqua sit facta, limites eorum qūo defendantur: Ne locētur Iudęis, neq. vltra triennium, neq. anticipatis solutionibus propter prohibitionem, Concil. Trident. Sess. 25. cap. 11. de reform.

Si non fuerit in præterito obseruatū ordinandū est, vt certis temporib. aliqui ex capitulo deputentur, qui bona omnia tam cōia quam particulariū reuideant, & ex eorū relatione Capitulum, quę viderit corrigēda, vel reparanda, illis quib. incumbit sub pęnis reparanda iniungat.

Oeconomum an habeant, & rationem redditùum an singulis annis, & quo ordine ab ipso exigant, videri debet.

Domus etiam Canonicales ne locentur laicis, nec mulieribus concedantur ad habitandum pro haberi debet.

Priuilegia, scripturæ, libri fundationū seu acta rum Ecclesiæ, quo ordine teneantur, & custodiantur, quæri debet, & vt archiuium separatum pro ipsorum custodia habeatur, ordinari potest.

Statuta, vel ordinationes si quas habet Capitulum, visitator reuidere debet, & si quæ inueniet irrationabilia, vel decretis Conc. Tridentini, seu Canonibus sacris contraria, illa cassare, & annullare potest.

Videre item debet, an legata si quæ relinquuntur Ecclesiæ, secundum mentem testatorum dispensentur, & quomodo satisfaciant capitulares obligationibus missarum, anniuersariorum, si ad aliquoa obligantur, tenentur enim ad missas anniuersaria siue viuorum siue mortuorum, & alia munia, quæ antecessores ipsorum acceptauerūt, si legatum pro quo illa munia fuerunt suscepta, cessit in vtilitatem Ecclesiæ. c. significatum, de præben ibique Abb. num. 7. Butr. ib. num. 12. & tanto magis tenerentur, si appareret ex consuetudine a prædecessoribus obseruata illa onera, ob undi, vt fuisse decisum in Rota Roman. vna Pamphilonem. 16. Nouemb. 1588. coram Comitulo testatur Genuen. in prax. c. 56.

Et circa eadē anniuersaria vtiliter adhuc notari potest, quod sicut missarum numerum reducere potest Episcopus ex iusta causa ad minorem numerum, seu aliter de illis disponere. ex concessione. Conc. Trid. cit. sess. 25. c. 4. de refor. ita & anniuersaria reducere potest si subsit par ratio, vt patet ex rescripto S. Congr. Conc. relato apud Quar. ver. Missa. in hæc verba.

Perillustri, ac Reuerendissimo vti fratri Domino Archiep. Neapol.

PErillustr. & Reuerendiss. Domine. Dum ex libello hoc, capituli ipsius cathedralis Ecclesiæ, oblato cognitum esset Illustr. Cardinalibus, qui S. Trid. Conc. decreta interpretantur, dubitari a te, an eiusdem Concil. decretum Sess. 25. c. 4. intelligatur etiam de anniuersarijs. Hi Amplitudini tuæ significandum censuerunt, decretum prædictum in sacrorum etiam anniuersariorum reductione locum habere; vt in margine ipsius libelli adscriptum est. Quamobrem Amplitua prafati Canonis facultate in casu proposito vti non dubitabit, & bene in Domino valebit, Romæ die 26. Nou. 1583.

Ampli. tuæ vti frater.

Philip. Boncomp. Card. S. Six.

De Visitatione Ecclesiæ Parochialis. Cap. XXXIV.

SVMMARIVM.

1. *Parochus tenetur erudire populum in rebus ad salutem necessarijs.*
2. *Prædicatori quæ sint vitanda in prædicando.*
3. *Conceptio B.M.V. an fuerit cum peccato orig. an sine, in concionibus disputari non debet.*
4. *Doctrinam Christianam tenetur docere pueros parochos.*
5. *Medici Iudæi ad ægrotos Christianos non sunt admittendi.*
6. *Sacramenta administrari debent gratis.*
7. *Missa semel tantum in die celebranda.*
8. *Festis diebus, quæ opera exercere sit licitum.*
9. *Reuerentia quanta sit seruanda in Ecclesia.*
10. *Medici accedentes ad infirmos, quæ seruare debeant.*
11. *In administratione sacra matrimonij, quæ sint seruanda.*
12. *Parochum non posse liberare a residentia Episcopus.*
13. *Parochus an teneatur ad fabricam Ecclesiæ suæ, ex suis prouentibus.*

EA quæ in præcedenti titulo retulimus. non solum Canonicorum visitationi, sed etiam Parochorum, & cuiusuis ex clero in multis applicari possunt. Quæ autem specialiter in visitatione Parochi aduertenda sint, ex ijs, quę propriè ad eius officium pertinēt, facile colligemus. Spectat autem ad ipsum, verbi Diuini prædicatio, Missarum, & Diuinorum officiorum celebratio, sacramentorum videlicet Baptismi, Pœnitentię, Eucharistiæ, matrimonij, extremæ vnctionis administratio.

1 Vnde circa primum aduertere debet visitator, an Parochus diebus dominicis, & festis inter missarum solemnia explicet populo diuina eloquia, docendo necessaria ad salutem, quæve sequenda, quæ fugienda sint ad obtinendam vitam æternam, quod præcipit facere, Concil. Trid. Sess. 5. ca. 2. de refor. Similiter an virtutem sacramentorum explicet dum illa ministrat, lenia, & prophanas, & discursus minus necessarios omittendo, id. Conc. Sess. 24. c. 7. de refor. Quod si circa hæc parochus negligēs, vel insufficiens reperiatur, potest Episcopus ex fructibus ipsius Ecclesiæ assignare partem congruam fructuum alteri, qui hoc ministeriū loco ipsius adimpleat. id. Conc. loc. cit. Sess. 5.

Regulares, & quosuis alios ab Episcopo non approbatos, in sua Ecclesia prædicare ne permittat, Conc. loc. cit. nullus etiam ne quidem Episcopus dum est in aliena Diœcesi, prædicare potest absque Diœcesani licentia, vt resp. ... Clem. PP. VIII an vna Neapolitana testatur Genuen. in prax. c. 58.

Et de habenda approbatione ad prædicandū, & de obseruandis, visitandisque in prædicatione libet hic referre ordinationem Leon. X. fact. in Conc. Lateran. vt sequitur.

2 SVpernæ maiestatis, &c. & infra. Sacro approbante Concilio, statuimus, & ordinamus, vt nullus tam clericus secularis, quam cuiuscunque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius, ad quem facultas prædicandi, tam de iure, quam de consuetudine, vel priuilegio aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per superiorem suum respectiue, diligēter examinatus (qua in re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac moribus honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus, & idoneus reperiatur, & hic quocunque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua, per literas authenticas seu alias sui examinatoris approbatorisq. Episcopis, & alijs locorum ordinarijs fidem legitimè faciat, Mandātes omnib. qui hoc onus sustinent, quiq. in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem, & sanctā scripturam, iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbauit, legendoque hactenus recepit, & in posterum recipiet,

Digitized by Google

recipiet, prædicent, & explanent, nec quicquam eius proprio sensui cōtrarium, aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis ritè, ac sanè, & præfatorum Doctorum interpretationibus intellectis non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat, non esse nostrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, ipsosq; qui hactenus similia asserere ausi sunt mētitos, ac eorum causa reliquorum etiam rectè prædicantium auctoritati, non modicum detractum fuisse cōstet. Inhibentes omnib. & singulis clericis sæcularibus, vel regularibus præfatis, cęterisq; cuiuscunque status, ordinis, & conditionis existant, qui hoc onus assument, ne de cętero in sermonibus suis publicis, alia qnęque futura ex litteris sacris constanter prædicere, nec illa à Spiritu sancto, vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas inanesq; diuinationes asseuerandа, aut alio quocunque modo tractanda assumant, sed ex diuinæ vocis præcepto, euāgelium omni creaturæ cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enucleent, & declarent, & pacem, ac dilectionē mutuam a Redemptore nostro tantopere commendatam vbique foueņtes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab episcoporum, & prelatorum ac aliorū superiorum eorumque status scandalosa detractione, quos coram vulgo, & laicis non modo incautè, sed etiam intemperanter reprehendunt, & mordent, & ab eis malè gestorum expressis quādoque nominibus, aperta, & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem fe. rec. Clem. PP. V. quæ incipit. Religiosi, quam tenore præsentium innouamus, & approbamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad vtilitatem populi prædicātes, & cum Domino lucri facientes, talentum, quod ab illo acceperaut, super lucrari, & eiusdem gratiam, & gloriam consequi mereantur. Cęterum si quibusdam eorum, Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspiratione quapiam reuelauerit, vt per Amos Prophetā ipse promittit, & Paulus Apostolus prędicatorum princeps, Spiritū, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite spernere, hos aliorum fabulosorum, & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia spiritus Ambrosio teste, si incipientibus loqui, feruor contradictione sopitur, & tūc spiritui sancto iniuria certè fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proueniant, volumus vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes, antequā publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolicæ sedis examini reseruatę intelligātur. Quod si sine morę periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodē ordine seruato; ordinariis loci notificetur, vt illi adhibitis secum tribus aut quatuor doctis, & grauibus viris, & huiusmodi negotio cū eis diligenter examinato, quando id expedire videbūt (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorum aliquod committere quicquam ausi fuerint, vltra pœnas contra tales a iure statutas, excōmunicationis ét sententiam, a qua non nisi a Rom. Pontifice, prætérquam in mortis articu-lo constituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare similia minimè audeant, eis prædicationis etiam officium interdictum esse perpetuo decernimus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac priuilegijs, & indultis, & litteris Apostolicis, ordinibus, & personis præfatis, etiam in mari magno comprehensis, ac etiam a nobis forsan approbatis, innouatis vel etiam de nouo cōcessis, quæ quoad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ in publica sess. in Lateranen. sacrosan. Basilica solemniter celebrata, an. incarn. Dom. 1516. 14. Kalend. Ianuar. Pontific. ann. 4.

Similiter prohibitum est ne prædicatores in suis sermonibus ad populum de conceptione B. M. V. in peccato originali, affirmatiuè vel negatiue quicquam asserant, vt Extrauag. Graue nimis, de reliquijs, comm. & cit. Concil. Triden. sess. 5. de peccato orig. quæ prohibitio innouata etiam fuit cum adiunctione pœnarum contra præuaricantes a Pio. V. const. sua quę sequitur.

3 Super specula, & infra. Nos igitur qui prędecessorum nostrorum saluberrima decreta, pro viribus salua esse cupimus, potissimum illa quę a sacro sancta Synodo Triden. denuo sunt confirmata, liberam cuique facultatem relinquentes opinandi huius controuersię quamlibet partem, prout vel magis pium, vel magis probabilem esse iudicauerit. Prędictorum igitur concionatorum aliorumque contentioni, atque temeritati, populorumque scandalis occurrere studentes. Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, statuum felic. record. Six. IV. pędecessoris nostri, super ea re, quod a præfata synodo innouatum est (illud præsentibus ac si de verbo ad verbum esset insertum, pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto, habentes.) Apostolica auctoritate tenore præsentium, cōfirmamus, & approbamus, atque vt deinceps efficacius, a cunctis obseruetur, perpetuo statuimus, & ordinamus, ac per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo cuiuscunque ordinis, gradus, conditionis vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorū, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersię alterutra parte disputare, rationibus vel doctorum auctoritate asserendo propriam sententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa quęstione, cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare presumat. Qui contrafecerit suspensioni pœnam a diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris constitutus, & quocunque præterea gradu siue dignitate, vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinēda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis censuræ, ipso etiā facto sit obnoxius, super quibus nisi a Rom. Pontific. pro tempore existente, dispensari siue absolui non possit. Et nihilominus aliis pœnis si opus fuerit a proprio prælato pro delicti mensura infligendis subijciatur, prout subijcitur. Cęterum quamdiu per Apostolicam sedem, altera pars definita non fuerit, oppositaque sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue Generalium, aut Prouincialium capitulorum, vel vbi alias intersunt, qui rem capere possunt, nec scandali

vlla sub est occasio, de illa quæstione disserere, & argumentis vtramlibet partē vel asserere, vel impugnare, dum tamen neutrę veluti erroneæ præiudicetur, seruenturq. illa omnia quę a dicto Sixto prædecessore nostro statuta sunt, quorum singula vt præfertur etiam quantum ad alias pęnas duximus innouanda, & innouamus per pręsentes &c.

Datum Romæ, anno Incarnationis Dominicę 1570. prid. Kalendas Decembr. *Pontif.* ann. 5.

Indulgentias item quascunque absq. ordinarij licentia Parochus publicare non debet. citat. Conc. sess. 21. cap. vlt. de refor. & si in istis abusus irrepserit inquirere, & remediare tenetur visitator. id. Concil. Session. 25. in decreto. de Indulgentijs.

De sanctorū vtili, & necessaria inuocatione, & sacrarum reliquiarum veneratione iuxta Ecclesiæ vsum, videndum est an parochus populum instruat id. Conc loc. cit. de inuoc. Sanct.

Miracula ficta, vel nouane publicet, nisi prius fuerint ab Episcopo examinata, & approbata. Episcopus autem casibus huiusmodi miraculorum occurrentibus, singula diligenter examinare debet, adhibitis Theologis seu alijs peritis viris Conc. loc. cit.

Et præcipue videri debet, si casus occurrens, arte, vel naturali ratione euenire non potuerit, quod facile diiudicari poterit comparato casu illo cum veri miraculi natura, quod subito, & in instanti fieri & ex omni parte perfectum esse debet, cap. sunt plures, de pęnit. dist. 3. Turrecrem. ib. S. Thom. in 3. par. sum. q. 44. art. 3.

Nec credendum est in talibus testi singulari. Archid. in cap. nec mirum, 26. quæst. 5. & interrogari debent testes de singulis circumstantijs casus occurrentis, & de causis scientię, non enim sufficeret si diceret testis se scire quia audiuit ab alijs, vel quia manet in vicinia. Abb. in cap. venerabili. de testib. Felin. in c. licet ex quadam, eod. tit. Cautius etiam Reuerendiss. Vicesgerens Illustriss. Cardin. Vicarij Vrbis, nostro tempore occurrente miraculoso imaginis B. Borromæi successu, ianuas Ecclesiæ claudi, imaginem ipsam operiri, concursum populi arceri fecit, donec ipse super facto cum peritis, & prudentibus viris sumpsisset informationem.

Videndum præterea quomodo se gerat parochus circa doctrinam Christianam, & fidei rudimenta singulis diebus dominicis, & festis pueris explicanda, iuxta ordinationem cit. Concil. Sess. 24. cap 4. de reform. Et ad huius prælati instituti maiorem obseruationem, emanauit, quo-
4 que Pij V. constitutio huiusmodi.

Ex debito pastoralis officii, & infra. Cupientes igitur tam pio, tamque laudabili operi viribus totis fauere, & animas lucrifacere creatori, ex certa nostra scientia vniuersos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque Ecclesiarum prælatos, & locorum quorumcunque ordinarios, vbilibet constitutos præsentes, & futuros, rogamus, & hortamur attente eis ac eorum in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs seu officialibus generalibus per Apostolica scripta mandantes, quatenus hoc opus sanctissimum toto pectore amplectentes, aliquas Ecclesias in suis ciuitatibus, & Diœcesibus respectiuè, seu loca honesta in quibus præfati infantes, & pueri ad audiendum doctrinam Christianam conuenire possint, deputent, & viros ad id idoneos vita, & moribus approbatos, qui diebus saltem dominicis eosdem infantes, & pueros, ac alias personas diuinæ legis expertes, in articulis fidei, & pręceptis sanctę matris Ecclesiæ instruant, confirment, & eligant, atque tot societates, seu confraternitates quot ad hoc tam sanctissimum opus exercendū eis opportunè videbuntur, inibi auctoritate nostra erigāt, & instituāt: Nos enim vt promptius, & alacrius ad hanc curam subeundam omnes Christi fideles alliciantur, & eo libentius curam ipsam suscipiant, quo ex dono cęlestis gratię conspexerint se vberius refectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, seu statutis a iure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum societatum, seu confraternitatum vbilibet constitutarum intrauerint, & adscripti fuerint, illis videlicet tam qui alios docuerint, quam qui ab alijs in articulis fidei, & pręceptis ecclesię huiusmodi instructi fuerint, quotiescunque in præfato sanctissimo exercitio se occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs auctoritate Apost. tenore præsentium misericorditer in Domino relaxamus præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris, &c. Dat. Romę, die 6. Octobris 1572.

Pręterea videndum est an Parochus prout tenetur, habebat Bullam Cęnæ Domini, eamque populo saltem semel in anno ad notitiam deducat. similiter, & constitutionem de medicis Hebręis Gregor. XIII. vt sequitur.

5 Alias pię memorię, & infra. Vniuersis vtriusque sexus Christi fidelibus districtè prohibemus, & interdicimus, ne posthac Iudęos vel alios infideles ad ipsorum Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari admittive faciant, cōcedant vel permittant. Mandantes propterea omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, nec non dilectis filijs alijs locorum ordinarijs, & quibusuis parochis alijsve animarum curam habentibus, & exercentibus sub indignationis nostræ, ac alijs arbitrio nostro infligendis pœnis, vt pręsentes litteras nostram in suis Ecclesijs, quę in illis ciuitatibus, vel diœcesibus constitutę sunt, in quibus Hebręi, & alij infideles moram trahunt, quamprimum ad eos perlatę fuerint, & deinde singulis annis initio quadragesimalis ieiunij, publicent, aut publicari faciant, & quod si quis post earum publicationem, etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & pręeminentię existens aduersus illas facere ausus fuerit, sacramenta ei Ecclesiastica nullatenus ministrentur, nec etiam a Regularibus exemptis, & sic decedens Ecclesiastica careat sepultura. Quę quidem omnia parochi ęgrotantibus significare apto tempore non omittant, pręsertim cum Iudęum, vel infidelem medicum ab eis admissum esse cognouerint, & alias ipsi locorum ordinarij contra huius mandati trāsgressores debita animaduersione procedant, Iudęosque ipsos nihilominus iuxta Pauli, & Pij Pontificum prędictorum literas contra illos editas pro earum transgressione puniant. Non obstantibus, &c. Dat. Rom. ann. 1581. Die 30. Mart.

Circa secundum videlicet missatum, & officiorum Diuinorum celebrationem, videndum

dum est visitatori, quomodo parochus sit frequens in missis celebrandis, & vt ad minus diebus dominicis, & festis celebret, c. quotidie. de consecr. dist. 2. Si autem Ecclesia abundaret fructibus, posset ipsi adiungi capellanus vel etiam plures, quo frequentius missæ celebrentur, cit. Concil. sess. 21. c. 4. de refor. Vt autem distinctius indagandi defectus circa missarum, & diuinorum celebrationem considerentur, reducendi videntur ad tria capita, ex quibus communiter omnes alij defectus emanare solent, & ista sunt, auaritia, irreuerentia, superstitio.

Quoad auaritiam prohibet. Concil. sess. 22. decret. in celebr. pacta quæuis, mercedem pro celebratione fieri; item & importunas eleemosynarum exactiones, si tamē datur aliquid gratis seu in modum eleemosynæ, licitè accipi potest, Nau. in Man. c. 25. num. 102. seu pro stipendio sustentationis si aliunde non habet sacerdos, quo viuat, Arm. verb. simonia, num. 19.

6 Similiter neque pro administratione aliorum sacramentorum, neque pro sepultura quicquam exigi debet, & exigens committeret simoniam, si tamen consuetudo sit circa huiusmodi aliquid accipiendi, licite accipi potest, dummodo fiat sine pacto, & libere sacramentum prius conferatur, c. ad Apostolicam, de sim. & si non detur, nū est propterea retardanda sacramenti administratio. Innocen. in c. ad Apostolicam, cit. Naua. cons. 2. de decimis, nisi forte deneganda sint sacramēta, vel sepultura, ex permissione seu mandato episcopi, Genuen. in prax. c. 76. num. 10.

Ad irreuerentiam autem spectat, ne missæ in Ecclesia non consecrata celebrentur. Potest tamen episcopus concedere licentiam in talibus ecclesijs celebrandi, super altari viatico seu portatili.

Neque in domibus priuatis missæ possunt celebrari, si tamen oratorium in domo priuata construatur de licentia episcopi quod ipse potest concedere, licite ibi missa celebraretur: magna tamen circumspectione vti debet episcopus in ipsis concedendis, & non nisi ex causa grauis necessitatis concedere, ipsaque oratoria postmodum singulis annis visitare obligatur, Conc. Trid. loc. cit. præcipue autem in huiusmodi concessionibus apponi deberet. Vt oratorium decenter extructum, & ornatum, & ab omnibus actibus domesticis liberum existat, tum vt concessio intelligatur sine parochialis Ecclesiæ præiudicio, & excipiantur dies Natalis D. N. Resurrectionis, Pentecostes, quibus ibidem celebrari non liceat, sed parochialis frequentetur, quodque alij præterquam seruitio personæ cuius intuitu oratorium conceditur necessarij, ibidem audientes missam, ab obligatione audiendi missam in Ecclesia, per hoc nō liberentur, quæ & stylo Rom. Curiæ in facultatibus extruendi oratoria huiusmodi, apponere consueuit.

Huc spectat, quod plures missæ eodem die ab eodem celebrari prohibentur, cap. sufficit, de consecr. distin. 1. præterquam in die Natalis Domini, vel propter superuenientem depositionem
7 corporis defuncti, si consuetudo sit ne sepeliatur sine missa, vel si non sit Eucharistia, & necessario sit communicandus ægrotus, & vbi parochus haberet duas Ecclesias, nec habeatur, qui dicat missam in alia Ecclesia, ca. consuluisti, de celeb. missæ, cum glo. Nauar. in Man. c. 25. num. 87. vbi septem casus enumerat in quibus missa pluries eodem die celebrari potest, pęna tamen nulla statuta est contra plures celebrantes sine causa, vt testatur Diaz. in prax. crim. c. 30. sed remittitur arbitrio iudicis qui secundum circumstātias delicti pęnam imponere potest, & quidem maiorem, si aliquis causa lucri hoc fecerit, ca. sufficit, cit. & in simili casu fuisse in curia Neapol. impositam pęnam triremium per triennium refert Genuen. loc. cit. c. 79.

Sine orario seu stola, & alijs vestibus sacris celebrari, & alia sacramenta administrari non debent, contrafaciens iudicis arbitrio puniri posset. c. Ecclesiastica, 23 distinctione Diaz. vbi supra citat. c. 33. Neque alij ritus, cerimoniæ aut orationes adhiberi in celebratione possunt, nisi illę, quę sunt ab Ecclesia approbatæ, & vsu receptæ, Cōc. loc. cit. Vnde & ritu gręcorum celebrare Latinis, vel ritu Latino gręcis prohibuit Pius V. const. sua incip. Prouidentia, de ann. 1566.

Statutis item horis celebrandum est, Concil. ibid. & horæ debitæ sunt, post horam diei tertiam, c. nocte. distinct. 1. de consecra. siue, vt non celebretur post meridiem, neq; ante diei lucem. Nauar. in Man. cit. c. 3. num. 86. præterquam in nocte Natiuitatis Domini, tum tamen non posse recte dici præterquam vnam missam ante lucem vult Nau. loc. cit. num. 87. Neque priuilegio speciali aliquis se tueri potest vt missas non debito tempore, seu vespertino celebret, omnia n. priuilegia huiusmodi annullauit, idem Pius V. in ann. 1566. cōstitutione sua, q̄ incipit Sanctissimus, pub. Romę 29. Mart. postmodum tamen Greg. XIII. indulsit patribus Socie. Iesu, vt vna hora ante auroram possint celebrare missam decreto suo incipien. quanta in vinea Domini. de ann. 1578. 9. Mart. relato in collectio. priuil. mendicant. Emanuelis Rod. to. 2. fol. 461.

Reliqua requisita ad celebrationem Missæ, vt nimirum ieiunus, & nocturno diei ad tantus recitato, aliaque, quæ circa celebrationem obseruanda, vel euitanda sint, videri possunt apud Sylu. Arm. Nau. & cōmuniter summistas locis sup. cit.

Ad reuerentiam item diuinorum spectat ne publicè, & notoriè criminosi altari ministrēt, vel sacris intersint, Conc. loc. cit. neq; interdicti, suspensi, vel excommunicati, c. cum desideres, c. significauit, de sent. excom. & c. is qui, eod. tit. in 6.

Populum item obligatur monere Parochus, vt missas frequentet, & instruere de pręcepto Ecclesiæ sub peccato mortali dieb. festis missam audiendi, cogi tamen non possunt, vt missam hanc audiant in Parochia, quia nimirum, Conc. loc. cit. vtitur verbo (moneant) & ita fuisse responsum a S. Congr. Conc. refert Zer. in prax. p. 2. ver. Parochia. Quinimmo extat declaratio Leo X. qua declarat satisfieri huic præcepto si audiatur missa in Ecclesijs Regularium, eius declarationis tenor relatus apud confect. in Collec. priu. mend. fol. 149. est huiusmodi.

Intelleximus quosdam in dubium reuocare, et perinde conscientijs timoratis scrupulū inijcere, si Christi fideles, qui Dominicis, & festis dieb. extra Ecclesias suas parochiales missas audiunt in Ecclesijs Fratrum Ordinum mendicantiū, Ecclesiæ præcepto de missa audienda satisfaciant. Nos ambiguitatem huiusmodi penitus tollere volentes, vt cum sinceriori conscientia fideles quique Deo Creatori suo seruiāt, auctoritate Apostolica tenore pręsentium noui facimus, omnes Christi fideles vtriusq; sexus (qui nō contempto proprio sacerdote parochiali) in Ecclesijs Fratrum Ordinum Mendicantium Dominicis, & festis diebus missas audiunt, satisfacere pręcepto Ecclesiæ de missa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati

Digitized by Google

peccati pęnam vè propterea incurrere. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq; &c. Dat. Ro. sub annu. Pisc. die 13. Nouem. 1517. Et hoc idem declaratum fuisse a Clem. VIII. breui quodam directo ad Nuncium sedis Aposto. inferioris Germaniæ, de anno 1592. die 2. Septẽ. refertur in Coll. priu. Eman. Roder. pag. 520. sub num. 4.

Non modicum etiam facit ad maiestatem decoris Ecclesiæ seruandũ, apparatuum, vestium altaris, & ornamentorum Ecclesiæ munda, & decens pro facultate loci custodia, vnde singula diligenter visitatori reuidenda sunt, & si quæ indecentia reperiatur corrigẽda, Tecta item, & fabrica tota Ecclesię intus, & fons circumspiciẽda est, & si quid reparatione indigeat prouidendum.

Quis autem teneatur ad expensas tam pro vestibus, quam pro fabrica Ecclesiæ; dicendum est, quod si adsit quarta pro fabrica, ex illa sunt faciẽdæ expensæ, c. vnio. 10. q. 3. si autem non habeatur quarta huiusmodi seu fructus separari pro fabrica, tenetur ad expensas parochus, c. decernimus, loc. cit. q. 1. & c. de his, de eccl. ædif. si nimirum habeat vltra decentem sustentationem, quę computatur ad centum ducatos, ita vt neq; pensio imponi possit super Parochiali, nisi remaneãt centum pro rectore. cit. Conc. sess. 24. c. 13. de refor. Si autem Parochus fuerit pauper, ad expẽsas fabricæ Ecclesiæ tenentur parochiani, & possunt ad hoc per episcopum compelli, id. Conc. ses. 21. c. 4. de refor. ad conseruandam autem domum suam plebanalem tenetur omnino parochus ipse, vsufructuarius enim ad sarta tecta seruanda obligatur, l. eum ad quem C. de vsufruct.

Non minus item ad cultum Diuinum cum decore perficiendum spectat, vt dies festi ab Ecclesia instituti seu locorum vsu pio recepti seruentur, quæ obseruatio in quibusnam consistat consulendi sunt summistę, nobis sufficiat ad hoc propositum referre sac. Congr. Conc. declarationem relatam a Quar. ver. dies festus.

8 Congr. Concil. censuit licere dieb. festis dare operam reb. ad vitam necessarijs, ac tempore periculis pręsertim tempore vindemiarum, ac messium, ac recollectionis fructuũ, vel si necessitas vrgeat ac suadeat pietas. Ceterum quoniam verendum est ne priuatis affectibus, domesticarumq; rerum studio aliqui eo perducantur, vt hac sacrorum canonum indulgẽtia in alijs etiam casib. abutatur, ijdẽ Patres Illustriss. adijciunt ad ordinarij cuiusq; iudicium ac censuram pertinere, vt dignoscat num vere vlla ex causis suprascriptis subsit, propter quam liceat dieb. festis rebus seruilibus vacare, vt nec dierum festorum obseruantia vlla in re violetur, nec opera illis diebus summa cum ratione permissa impediantur, &c.

Hier. Card. Matth.

Sub eadem obseruantia dierũ festorum poni potest, quod mercatus, & nundinæ dieb. festiuis exerceri non debent, & ab ordinario prohiberi possunt. Steph. Gratian. in decis. Rotæ March. decis. 11. a nu. 17. vbi refert ad hoc propositum declarationem S. Congr. præfatę occasione nundinarum Recanaten. factam relatã etiam a Quar. ver. dies festus in hæc verba.

Præceptum de Dominicis, & festiuis dieb. sanctificandis, & obseruandis sub pretextu mercatũ, nundinarum, & feriarũ nullatenus esse violandum. Ceterũ his dieb. licere Agasonibus, ac alijs iumentorũ vectorib, seu mercium conductorib. baiulis, & alijs hmõi seruitutib. ac ministris, sarcinas, & onera nundinarumcã exonerare, & deponere, inceptumq; iter missa tamẽ prius audita, transeũdo prosequi, & cõtinuare. Non aũt debere sarcinas cõponere, et iumenta onerare ad iter de nouo incipiendũ; Neq. mercatorib. aut alijs ciuib. & viatoribus ijs diebus etiam clausis apothecis merces vendere, emere, aut asportare licere, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia minuscula, & modici momenti operaiam confecta, & elaborata, pro transeuntium hospitum, aduenarum, & externorum vrgenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate. In quu partes erunt Episcopi pręposítis edictis prouidere, vt in primis hi festi dies debita obseruatione colantur, simulque populorum eo confluentiũ necessitatibus quantum sine diuina offensione fieri potest consulatur. Quoad iudicia autem, quæ dominicis & festis dieb. silere debent id obseruari poterit, quod iure communi permittitur, in quibusdam vrgentib. casib. qui moram, & dilationem nõ patiuntur. In quib. & alijs iurisdictionem consulum nundinis pręposítorũ concedentibus, constitutiones, & summorum Pont. si quæ habent priuilegia, & allegatum breue, felic. rec. Pij V. seruanda esse statuit.

Ad decorem item Ecclesiæ facit ne ibidem cõuiuia exerceantur. c. nulli, 42. d. suppellectilia profana ibi non asseruentur nisi tempore incendij, hospitalitatis, & similium, c. 2. de cust. Euch. Laici ne presbyterium ingrediantur, dum missa celebratur, c. sacerdotum, de consecr. dist. 2. e cantus lasciui, & profani nõ adhibeantur, Conc. loc. cit. de e uit. in celeb.

Et ne singula circa sacrorũ cultum enumerare cogamur, cum alterius potius instituti sint, & vix tractatu integro expediri queant solam adhuc apponemus constitutionem Pij V. circa hãc materiam editã, quę oĩo scitu rectorib. Ecclesiarũ, & necessaria videamus, cuius tenor sequitur.

Cum primum Apostolatus. & infra Statuimus, & ordinamus, vt in Ecclesia sit humilis, & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus insistant, & oẽs genibusflexis sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Iesu Christi Domini nostri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesijs seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumq. committat, cessent vana, fęda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus oẽs iudiciorum, & alia quæcunq. diuinũ officiũ perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, siue pręsumat dũ celebrãtur sacra missarũ misteria, & alia diuina officia. Qui vero prædicta petulanti aĩo contẽpserint, pter Diuinę vltionis acrimoniã, nostri quoque arbitrij pęnas incurrent, q̃ oĩa locorũ quoq. ordinarij in suis Ecclesiis facient obseruari. Quicunq. vero in Ecclesijs dũ ibi sacrificiũ Missę, & Diuina celebrãtur officia, ac verbũ Dei pędicatur, deambulare vociferari, aut verso tergo ad Sanctissimũ Sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid quod scandalũ generet aut Diuina perturbet officia, facere pręsumpserit, pœnã viginti quinq. ducatorum incurret pręter alias arbitrio nostro imponendas, & moderãdas pęnas, & qui non habet in ęre, luet in corpore aut exilio mulctabitur. Qui vero in Ecclesijs cũ mulieribus impudicis siue ẽt honestis colloquiũ scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinq. ducatorũ pęnam incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesijs vt supra obscęnis, & inhonestis verbis aut signis vsus fuerit,

vel

vel alia fœda colloquia cũ personis quibuscunq.: li.... aureo ũ pęna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur. Mandamus prętęrea omnibus, & singulis cathedraliũ collegiatarum, & parochialiũ Ecclesiarũ capitulis, Rectorib. Vicarijs, Sacristis, Ostiarijs, & alijs ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesijs delinquentes admoneant & vt in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis ordinarijs vel officialibus nostris puniendos deferant: quod si facere neglexerint, pęnam duorum aureorũ vice qualibet incurrent. Pauperes quoq; mendicantes seu Eleemosynas petentes per Ecclesias tẽpore Missarum, pręd:cationum, aliorumq; Diuinorũ officiorum, ire non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant, sub pœna duorum aureorũ capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos eijci curauerint, & Parochis dimidij aurei, Religiosis etiam claustralib. siue regularib. præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, vt in Ecclesijs suis deputent aliquem qui tales eijciat, & si negligentes fuerint, grauissimè ab ordinario corripiãtur, quod si illi parere recusauerint, grauissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum, etiã corporaliter punientur arbitrio nostro siue superiorũ. Et vt in Ecclesijs nihil indecens relinquatur, ijdem prouideant vt scriptæ omnes, & deposita seu alia cadauerũ conditoria super terrã existentia omnino amoueantur, prout alias statutũ fuit, et defunctorũ corpora in tũbis profundis infra terram collocentur. Cum verọ dierum festorum obseruatio ad Dei cultũ maximè pertineat, & in lege Diuina præcipiatur, cupientes abusus prauos qui ex eorũ in obseruantia inualuerunt omnino corrigere, & antiquorum canonum statuta renouantes, mandamus vt omnes dies dominici, & præcipuè in honorem Dei B.M.V. Sãctorum Apostolorum festati, cum omni veneratione obseruentur, & omnes in dieb. præfatis Ecclesias frequentent, Diuinis officijs deuotè intendant, ab omni illicito, & seruili opere abstineãt, mercatus non fiant, profanæ negotiationes, & iudiciorũ strepitus conquiescant. Qui vero in dieb. præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, prǽter Diuinam vltionem, & amissionem animalium quib. ad vecturam vtetur, etiã graues pęnas incurret arbitrio nostro seu Vicarij nostri in Vrbe, alijs autẽ locis arbitrio ordinariorum vel aliorum magistratuum ita vt pęnitentioni locus sit. Quib. omnib. districtè pręcipimus vt hęc diligenter obseruari procurent: illas autẽ festiuitates quæ iuxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueuerunt, iuxta laudabilẽ consuetudinẽ debita cum reuerentia obseruari faciant, sub pęnis arbitrio ipsorũ imponendis, & moderandis, &c. Dat. Rom. Kal. Apr. An. 1566.

Superstitio demum vt corrigatur, inquirere debet visitator an aliquis circa candelarum vel missarum certum numerum vsus tenaciter seruetur, an super reb. aptis ad sortilegia, vel adhibitis verbis aut orationib. cerimonijs ve superstitiosis Diuina peragantur, talia enim prohibet Conc. loc. cit. de euitat. in celeb.

Ne item missa pro defunctis ordinata, pro viuis celebretur, quo illi mortis periculum incurrant, sic. n. celebrans esset deponendus, c. quicunque, 26. q. 5. Diaz. in prax. cit. c. 35 & 39.

Imagines Ecclesię, et altarium aduertendũ est an pietatem præseferãt, ne ve ibi sit gestu aut corporis dispositione aliquid indecorum, vel scurrile, seu profanum. Ne ẽt exponantur imagines aliorum sanctorum, quam illorũ qui ab Ecclesia sunt approbati. cit. Conc. sess. 25. de reliquiis & vener. Sanct. Imagines item ẽt in ædib. priuatis sitæ quib. populus superstitiose abuteretur interdicendæ sunt. Simam. de cath. instit. tit. 33.

Quoad tertiam aũt functionem Parochi quæ versatur circa sacramentorũ administrationem plurima visitatori consideranda sunt, quorũ singula facilius in ipso visitationis actu prudẽti visitatori occurrere, quã scripto exprimi possunt, et satis exquisitę collecta reperiũtur, in Direc. Visit. Ant. Rest. cit. Nos ea solũ quæ sępius occurrunt, & maiori cum iactura omittuntur, attingemus.

Vnde primo visitandum est Tabernaculũ vbi SS. Sacramentum Eucharistię cõseruatur, quod in Altari maiori, vel si commode ibi non poterit, saltem in aliquo Ecclesiæ conspicuo, & nobiliori loco collocari debet, decenter pro facultatibus loci exornatum, bene clausum, et clauis ipsius nõ relinquatur in altari seu alio communi loco, sed penes capellanum vel Parochum custodiatur. Intus ẽt decenter ornari debet, & tenendæ sunt ibi duæ pixides, in quarũ vna conseruetur SS. Sacramentum, in altera deferatur ad infirmos, & pixides illæ non nisi super altari viatico vel super corporali collocentur, cauendum etiam ne ibidem olea sacra teneantur, sed in alio separato decenti loco. Videndum item quam frequenter renouetur SS. Sacramentum, renouari enim debet saltẽ singulis octo diebus.

Ad infirmos cum defertur, non nisi pręeuntibus luminarijs, sonante campana, a Parocho seu capellano superpelliceo induto, & psalmos seu orationes inter eundum recitante deferatur. Per plateam etiam in qua habitant Iudæi deferendum non esse respondit S. Congr. Rituum, Episcopo Anconit. 22. Feb. 1593.

Circa festum Paschatis quo omnes fideles in propria Parochia cõmunicare obligantur, c. omnis vtriusq; de pęn. & remiss. videndũ est an parochus adhibeat diligentiam, & sciat qui præcepto non satisfecerint, deferatq; superiori puniẽdos, possunt. n. tales interdici ab ingressu Ecclesiæ, & si moriantur denegari illis debet Ecclesiastica sepultura. c. omnis vtriusq; sexus, cit. Satisfacerent tamen tales præcepto Ecclesiæ si communicarẽt in Ecclesia cathedrali, Episcopus. n. & Ecclesia cathedralis concurrunt in cura animarum cum omnib. parochis Dięcesis, c. quæcunq; 10. q. 1. & quilibet ex dięcesi recipere potest Sacramenta in cathedrali. Gennen. in prax. c. 76. nu. 22. Similiter satisfacit pręcepto communicans quocunq. die hebdomadæ sanctæ vel infra octauã Paschæ seu quocunq; die quadragesimæ si sit consuetudo. Nau. in Man. c. 21. nũm. 45.

Videndum prætęrea ne parochus publicos, & notorios peccatores vt vsurarios publicos, meretrices, ad communionẽ admittat, nisi ipsi cõstiterit de ipsorum pęnitentia; occultos tamen peccatores licet ipsis in confessione absolutionem non dederit, a communione quam petunt publicè repellere non possit, ne videatur detegere peccata ipsorum occulta. Arm. verb. communio. nu. 23. Nau. loc. cit. num. 55.

Periculo mortis item laborantes non nisi a parocho viaticum sumere debent, Itaq; videndũ est quo parochus diligens sit in reuisendis infirmis, & cohortandis ad pęnitentiam, & bene moriendum, puniendusq; esset grauiter, si deprehenderentur aliqui mortui sine sacramentis, negligẽtia ipsius, c. si presbyter 26 q. 6. nullo. n. casu excusari potest parochus quominus ministret sacramẽta morienti, ne quidem metu pestis, seu alterius

con-

Google

contagiosæ infirmitatis, vt probat Ripa in tract. de peste. n. 147. Suarez. disp. 44. de extr. vnct. Genuen. in Man. c. 61. nu. 8. Rebuff. de disp. de non resid. num. 30.

De ijsdem infirmis a medicis curandis apte hic referri potest constitutio. Pij V. de ann. 1566. die 11. Mar. vt sequitur.

30 Supra gregem dominicum, & infra Sane cum infirmitas corporalis nonnunquã ex peccato proueniat, dicente Domino languido quem sanauerat, vade, noli amplius peccare ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouide fel. rec. Innoc. Tertius prædecessor noster, medicis præcepe rit, vt cũ eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, vt animarũ medicos vocent, ne cũ eis hoc in extrema ęgritudine constitutis suadetur in desperationis articulũ incidãt: Nos igitur volentes hoc tã salutare præceptũ nulla tẽporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari, constitutionem præfatã authoritate Apostolica tenore præsentiũ innouamus, & hac nostra, in perpetuũ valitura constitutione, statuimus, & decernimus, quod omnes medici cũ ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant vt idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum S. R. E. confiteantur, neq; tertio die, vlterius eos visitẽt, nisi longior tempus infirmo, confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiã oneramus, concesserit, & eis per fidem confessoris in scriptis factã constiterit, quod infirmi vt præmittitur peccata sua confessi fuerint. Coniunctos vero ac omnes familiares, & domesticos infirmi in Domino rogamus, & monemus, vt de infirmitate parochum certiorem faciant, ac tam parochus, quam coniũcti, & familiares præfati, infirmum ad confessionem peccatorum suadeant, & inducant.

Quod si qui medicorum præmissa nõ obseruauerint, vltra pęnas in dicta constitutione contẽtas, quas incurrere declaramus, ppetuo infames, & gradu medicinæ quo insigniti erant, oĩno priuentur, & a Collegio seu Vniuersitate medicorũ eijciantur, ac pęna ẽt pecuniaria arbitrio ordinariorum vbi deliquerint, mulctẽtur. Et vt hęc omnia inuiolabiliter obseruentur, volumus, & eadẽ authoritate pręcipimus, & mãdamus, vt nullus posthac vbiq; locorũ in medicina doctoretur, aut ei quõlibet medendi facultas a quouis Collegio, & Vniuersitate concedatur, nisi omnia in præsenti nostra constitutione contenta, medio eorũ iuramento, corã Notario publico, & testib. obseruare in eorũ manib. vel ordinarij iurauerint, & de huiusmodi iuramento in priuilegio seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si Collegia, & vniuersitates præfatæ non recepto a promouendis iuramento huiusmodi, eosdem ad gradũ præ dictum promouerint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, pœnã priuationis facultatis alios vlterius doctorandi, incurrant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnib. & singulis venerabilib. Patriarchis, primatib. Archiepis, Episcopis, quatenus in ciuitatib. & diœcesib. pprijs, præsentes nostras litteras publicari faciant, ac iuramentũ prędictũ a medicis iam promotis, seu licentiã medendi habentib. omnib. iuris remedijs exigant, neq; aliquos ad medendũ in ciuitatib. et Diœcesib. prędictis admittant, nisi eis constiterit, eosdem iuramentum hmõi præstitisse, & contumaces, & iurare ac iuramentum hmõi iam pręstitum exhibere recusantes, gradu medicinæ, & omnibus priuilegijs eisdem medicis, tam coniũctim, quam diuisim eis, & eorum cuilibet cõcessis per quosuis etiam Rom. Pont. priuent ac ab ingressu Ecclesiæ arceant donec resipuerint.

Non obstantib. præmissis priuilegijs, indultis, litteris Apostolicis, quibusuis personis, collegio, & vniuersitati sub quibusuis verborũ formis, & tenoribus concessis. Quæ oĩa quo ad effectũ validitatis constitutionis nostræ tantũ reuocamus, cassamus, & annullamus, & omnes Principes seculares ac alios Dominos, & magistratus tẽporales, rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi, eisdẽm in remissionem peccatorũ nihilominus iniungẽtes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, Episcopis assistant, & suum fauorem, & auxilium præstent, ac contrafacientes pęnis etiam temporalibus afficiant. &c.

Fontis baptismalis custodia reuidẽda cõsequẽter est, num decenter pro facultate loci sit ornata, an intus sit aqua munda, & sufficiens, & desuper cautè occlusa, & ne parochus aliquem culpa sua sine baptismo mori permittat, esset enim deponendus, si id admiserit, c. quicumque de consecr. dist. 4.

Circa eiusdem Sacramenti administrationem videndum est ne parochus quosuis ad susceptionem ex baptismo admittat, sed tantum vnum patrinum, & vnam patrinam, quibus etiam annũciet quodnam vinculum ex compaternitate cũ ipso baptizato, baptizatique patre & matre contrahant: librum etiam vt habeat, in quo nomina baptizatorum, parentum compatrumque ipsorũ diligenter annotentur. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de ref. matr.

Circa matrimoniorum celebrationem videnda sunt, quæ sequuntur, nimirum ne temporib. prohibitis, à Dominica videlicet prima aduẽtus ad diem Epiphaniæ, & à feria tertia carnis priuij ad Dominicam in Albis, matrimonia solemniter celebrentur id. Conc. loc. cit. c. 10. fine solemnitatibus tamẽ etiam his temporibus prohibitis contrahi, & consummari matrimonia, banna itẽ publicari licite possunt, cum solæ solemnitates nuptiarum sint prohibitæ, Nau. cit. c. 22. nu. 71.

Videndum item vt ante matrimonij contractum trina denunciatio præmittatur, nisi Episcopus eam ex causa omittendam duxerit. Præterea vt in trium vel duorum ad minus testium præsentia contrahatur, alioqui omnino inualidus esset contractus, cit. Conc. ibi. c. 1.

Secundæ item nuptiæ ne benedicantur, c. vir. autem, de secun. nup. nisi essent secundæ ex parte viri tantum, vt si viduus ducat virginem, tunc enim benedici possunt. Arm. ver. matrimonium. n. 71. seu potius loci consuetudo in talibus obseruetur. Nau. cit. c. 22. nu. 83.

Cum autem residentia parochi ad exercitium curæ animarum præcipue conducat, diligenter visitator aduertere debet, quomodo parochus frequens sit circa suam Ecclesiam, & ne extra parochiam habitet, neq; in ciuitate, sed penes Ecclesiam in domo presbyterali, neve frequẽter absit, non. n. potest amplius quã per duos menses in anno abesse, siue isti menses continui sint, siue ex diuersis interpolatis absentijs computentur, & tunc adhuc non potest abesse nisi licentia ab Episcopo obtenta, quæ gratis est concedenda, & substitui debet interim capellanus qui curam in absentia administret. cit. Conc. Sess. 23. c. 1. de ref. In tantum autem obligatur curatus ad residentiam, vt ne quidem pro seruitio Episcopi, vel diœcesis abesse possit vltra duos menses prædictos, quod in diuersis casibus fuisse declaratum a sac. Congr.

Digitized by Google

Con 31. Conc. refert Gonz. super 8 Canc gl. 6. n. 258. vbi legitur declaratio eiusdem Congr. in hæc verba.

An si Episcopus indicauerit expedire vti opera alicuius curati pro Secretario, vel pro Vicario foraneo, possit abesse, vel excusetur à residentia, dũmodo cura suæ Ecclesię diligẽter exerceatur. Cong. censuit non posse.

Et iterum.

Episcopus non potest vti opera parochi in visitatione, vel alio seruitio suæ Diæcesis, nisi pro tempore duorum mensium, & Idoneus vicarius deputetur.

Eandem congregationem censuisse, quod etiam rector parochialis ecclesiæ, cui datus est coadiutor, et ẽt ipse coadiutor teneatur ad residentiam, refert idem Gõz ibi d. gl. 4. §. 9 n. 15. & 30.

In casib. tamen a iure permissis, quos notat gl. in c. vlt. de cler. non resid. abesse posset, vt causa infirmitatis, si incideret in morbum, dum esset extra parochiam, vel si eat ad curandã valetudinẽ; Propter graues inimicitias ex quibus verisimiliter immineret ipsi vitæ periculum, dũmodo Vicario pro exercitio curæ relinquat, & interim reconciliationem procuret, quod si culpa ipsius infra annum reconciliatio non haberet effectũ, puniri posset, vt notat Quar. cit. verb. residentia. Aliæ autem causæ à residentia excusantes, licet nõ firment curatos, alijs tamen beneficiatis seruire possunt, vt eas enumerat Rebuf. lo. sup. cit.

Ad extremum de bonis, & prouentib. Ecclesię Parochialis videri debet quõ administrentur, ne desolentur, vel alienentur neve locentur vltra triennium, vel anticipatis solutionib. Si ẽt exiguos
13 fructus haberet Ecclesia, deberet visitator seu Episcopus prouidere vt necessaria Parocho non desint, vel per assignationem aliquarum decimarum, vel cõpellendo parochianos vt ipsi necessaria subministrent, cit. Conc. sess. 21. c. 4 de ref. Vel etiã vnire posset duas parochiales, vbi vna non sufficeret ad sustẽtationem Rectoris, & populus non sit ita frequens vt vnius curæ animarũ sufficere non possit Conc. loc. cit. c. 5.

Posset & nouam parochialem Ecclesiam erigere, vbi parochia esset tam ampla, vt per vnum administrari non possit, vel vbi populo, ob locorũ distantiam ad vnam Ecclesiam difficilior pateret accessus Et tũ posset dotari noua Ecclesia ex fructib. prioris Ecclesiæ matricis, si ipsa abundet fructib. sine tamen præiudicio possessoris, vel ex collectis parochianorum. Conc. loc. cit. c. 4.

De Visitatione Ecclesiarum Græcorum. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Græcorũ Catholicorum Ecclesiæ subduntur Episcopo loci.*
2 *Græcorum ritus in quib. tolerantur ab Ecclesia.*

1 GRęcorũ Ecclesię, qui ad vnitatem S. Rom. Ecclesiæ Catholicæ redierunt, subduntur Episcopo Latino, in cuius Dięcesi existũt, c. quod translationẽ, de temp. ord. & recenter emanauit super hoc const. Pij Papæ Quarti, vt sequitur.

Pius Papa IV. Ad futuram rei memoriam.

ROmanus Põtifex pręcipuus ęquitatis, & religionis assertor, facultates, & gratias ab Apostolica sede concessas, ex quib. tempore procedente animarũ pericula, & inter Catholicos scandala prouenire animaduerterit, pro sui pastoralis officij debito maturè reuocare cõsueuit. Sane non nulli locorũ ordinarij nuper ad audientiã nostrã referri curarunt, quod in quãplurib. Regni Siciliæ citra, & vltra Pharum & alijs Christiani nominis ciuitatib. & locis, magna Gręcorũ, tam Religiosorum, & secularium clericorum, quam laicorum multitudo reperitur, qui Ecclesię Gręcę mores, & ritus obseruantes, seq; suos proprios eiusdẽ nationis prælatos habere, ac illis, nõ aũt locorum ordinarijs subesse, sed immunitatum, aliorumq; priuilegiorũ sibi per fel. rec. Leonem X. Paulum III. Iulium ẽt III. & forsan alios Ro. Pont. prędecessores nostros, & dictã sedem antiquitus concessorũ prętextu, se ab eorundem ordinariorum iurisdictione, & superioritate exẽptos esse prętendentes, impunitate sibi proposita, in diuersas hæreses, nefariasq; opiniones, & absurda deliramẽta passim prolabuntur, asserentes inter alias eorũ blasphemias nullũ esse defunctorum purgatorium, Ro. Pontif. aliquã in eos iurisdictionẽ, vel auctoritatem habere negantes, indulgentias ab illo concessas damnantes, Ecclesiasticas sñias, & censuras ab eo latas spernentes, sanctissimę Dei genitricis V. M. Beatorum Apostolorum, & aliorum Dei sanctorũ festiuitates ab Ecclesia Romana sanctisq; patrib. ordinatas non obseruantes, sanctissimi Eucharistię Sacramentum suis infantib. in Baptismo exhibentes, inhumata defunctorũ cadauera superstitione quadã impia, & plusquam barbarica è sepulchris eruentes igneq; cõburentes, Ordinariorum locorũ, quos habitant visitationẽ iurisdictionemq; contemnẽtes, & Ecclesiasticam disciplinam perturbãtes, ac demum hmõi, alijsq; suis opinionib. erroneis atq; sacrilegis, populos Latinos inficientes, correctionẽ legitimã suæ præter sæ exẽptionis clypeo repellẽtes, in suis impietatib. abusibusq; consenescunt, & immoriuntur, & in suarũ vicinorumq; populorũ pręsertim simplicium aïarum perniciem, & scandalũ plurimorũ. Nos igitur prouidè considerantes, eiusdẽ sedis intentionẽ nunquam fuisse, exẽptionem aliudvè priuilegium a se concessũ iri, vt inde scelerũ impunitas, & aïarum periculum emergat, abusib. & periculis hmõi, quantum cum Deo possumus, tempestiuè obuiare volentes, ac quarũcunq; exemptionũ, aliorumq; priuilegiorum dictis Græcis eorumq; prælatis, rectoribus, Abbatib. & alijs, tam S. Basilij, & alterius ordinis regularib. quã secularib. ac ẽt laicis personis quocunq; nomine nuncupatis, per præfatos, & alios quoscunq; Romanos Pontif. prędecessores nostros, ac nos, & sedẽ pręfatam in genere, vel in specie hactenus concessorũ, ac ẽt iteratis vicib. approbatorũ, & innouatorũ litterarumq; desup confectarũ, et inde sequutorũ tenores, pręsentib. pro sufficienter expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, omnes & singulas exemptiones, ac prout illas concernunt, desuper confectas litteras præfatas, ad hoc videlicet, vt ipsi locorum ordinarij quascunq; Græcorũ Ecclesias, monasteria, prioratus, & alia pia loca, tam secularia, quam cuiusuis ordinis regularia, earumq; prælatos, ẽt si Epali, Archiepiscopali, ac maiori dignitate præfulgeant, necnon Abbates, Rectores, ministros, & quasuis alias eiusdẽ nationis personas, in suis ciuitatib. & Dięcesib. consistentia, quoties opus fuerit, visitare, ac illis in suam ordinariam iurisdictionem, plenamq; & omnimodam superioritatem, in ijs, quæ Dei cultum, sacramentorũ admini-

administrationem, animarum salutē, hæresumque extirpationem concernunt, exercere, & exequi liberè, & licitè valeant, reliquis ipsorum Græcorum in diuinis celebrandis, alijsq; ritib. a sede Apostolica approbatis, necnon priuilegijs & gratijs Apostolicis intactis remanentib. auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus, ac reuocatas, cassatas, & annullatas esse, nec ipsis Græcis clericis, vel laicis, eorumve Prælatis, Ecclesijs, Cœnobijs, aut alijs pijs locis in aliquo suffragari, sed illos omnes, & singulos locorum, in quib. morā traxerint, ordinariorum visitationi, correctioni, punitioni, iurisdictioni, & omnimodæ superioritati in præmissis subesse, illisq; tanquam superiorib. suis suarumq; animarum pastorib. humiliter obedire, & sic per quoscunq; iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi facultate, iudicari, & definiri debere, ac quicquid secus a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantib. præmissis, ac constitutionib. & ordinationib. Apostolicis ceterisque contrarijs quibuscunq; Per hoc tamen non intēdimus, quod ipsi Græci ab eorū Græcanico ritu abstrahantur, vel alias desuper quoquō per locorum ordinarios, aut alios impediantur. Et quia difficile foret, præsentes ad diuersa loca in quib. illarū exhibitio forsan erit necessaria, circumferri, volumus, & eadē auctoritate similiter decernimus, quod earundem præsentiū transumptis ēt impressis, Notarij publici manu subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo signatis, plenaria & indubia, eaq; prorsus adhibeatur fides in iudicio, & extra, quæ præsentibus adhiberi deberet, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Rom. apud S. Petrum sub annulo Piscat. die 16. Febr. 1564. Pont. anno 5.

Quę autem Episcopo visitanti, in hmōi Ecclesijs Gręcorum, saluis eorum quoad reliqua ritib. aduertenda sint & corrigenda, facile ex subinsertis constitutionib. Romæ ex mandato Cle. Papæ VIII. impressis, petebit, vt sequuntur.

Perbreuis instructio super aliquib. ritib. Græcorum ad Reuerendiss. Patres DD. Episcopos Latinos, in quorum ciuitatib. vel Diœcesib. Græci, vel Albanenses Græco ritu viuentes degunt, ac literæ quædam Apostolicæ ad ipsos Græcos, & eorū ritus pertinentes, necnon forma professionis fidei orthodoxæ a Græcis ad vnitatem S.R.E. venientib. faciendæ, mandato sanctissimi D.N.D. Cle. Papę VIII. simul excussæ Romę, apud impressores camerales, Anno Domini 1597.

Circa Sacramentum Baptismi.

Presbyteri Græci, baptizatos chrismate in frōte non consignent, & ideo ab ipsis in ordine baptismi apud eorum euchologium prętermittantur, quæ sequuntur post illa verba. καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν, &c. vsq. ibi. εἶτα ποιεῖ ὁ ἱερεὺς σχῆμα κύκλου; hoc est, & post orationem, &c. (vbi habetur forma huius consignationis, vsq; ad verba postea facit sacerdos figuram circuli, &c.

Circa Sacramentum Confirmationis.

Episcopi Latini infantes alios baptizatos a presbyteris Græcis de facto chrismate in fronte consignatos confirment, & tutius videtur, vt cū cautela, & sub conditione id faciant, videlicet (si es confirmatus, ego te non confirmo, sed si nō es confirmatus, ego consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti) pręsertim verò cū verisimiliter dubitari potest, quod ab Episcopis Gręcis fuerint baptizati.

Circa Sacramentum Eucharistiæ.

Sanctissimum Eucharistiæ sacramentū, quod pro infirmis asseruatur, singulis octo diebus, aut saltem quindecim renouetur.

Non asseruetur idem sacramentum toto anno, si tamen asseruatum fuerit, saltem in fine anni sumatur.

Tollatur abusus tundendi, vel etiam miscēdi sacro oleo, ac iterum coquendi, vel alias exsiccādi species sacramēti sacræ Eucharistiæ feria quinta Cœnæ Domini, vt deinde illud asseruent.

Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Episcopis Latinis cōsecrata, bene erit, sin minus, tolerentur eorum, thioni siue throni super altaria lapidea ponendi cum celebrant.

Corporalia vti Latini habeant, nisi thionis etiam pro corporalibus vtantur.

Circa Sacramentum Pœnitentiæ.

In casu necessitatis presbyteri Græci catholici possint Latinos absoluere; vtantur forma absolutionis in generali Conc. Flor. pręscripta, & postea si voluerint, dicant orationem illam deprecatiuam, quam pro forma huius absolutionis dicere tantum consueuerunt.

Tollendus abusus vbi est, vt vir atq; vxor, simul, & eodem tempore, eidem presbytero confiteantur.

Aqua ex ritu Græco in die Epiphaniæ, vel primo die mensis benedicta, conseruetur in Ecclesia, vt illa fideles aspergantur.

Circa oleum Sanctum Cathecumenorum, & infirmorum.

Non sunt cogendi presbyteri Græci olea sancta, præter chrisma, ab Episcopis Latinis Diœcesanis accipere, cum huiusmodi olea ab eis in ipsa oleorū, & sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur. Chrisma aūt quod non nisi ab Episcopo, etiam iuxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere. Prohibeantur vero ab episcopis Græcis externis schismaticis seu S. Rom. Eccl. communionem non habentibus, illud accipere, vel eo vti.

Circa Sacramentum Ordinis.

Ordinati ab episcopis schismaticis, alias ritè ordinatis seruata debita forma, recipiūt quidem ordinem, sed non executionem.

Proinde ordinati ab episcopis schismatis, correcti, vel emendati, reconciliandi sunt, et absoluēdi cum pœnitentijs salutaribus, dummodo errores, vel saltem schisma ordinatoris abiurent in iudicio, vel publicè, vel secreto pro qualitate facti. In ordinib. autem per eos alias ritè susceptis ministrare non permittantur, nisi cum ipsis super irregularitate, hmōi occasione contracta, auctoritate sanctæ sedis Apostolicæ fuerit dispensatum.

Non sunt admittendi episcopi schismatici, siue pro ordinib. siue pro alijs sacramentis conferēdis, sed detinendi, quoad sancta sedes Apostolica desuper consulatur, & responsum habeatur.

Græci sine literis dimissorijs episcopi Latini Diœcesani ad sacros ordines promoti, suspensi sunt, et si suspensi in suis ordinib. ministrauerint, efficiuntur irregulares, & sicut Latini.

Super

Digitized by Google

Super huiusmodi autem, & similibus irregularitabus dispensandi facultatem a sancta sede Apostolica obtineri oportet.

Si Episcopus Latinus Græcum aliquem ordinare voluerit, qui a presbytero Græco in baptismo chrismate in fronte de facto fuerit consignatus, debet illum antea confirmare, saltem sub conditione, videlicet. Nisi es confirmatus, &c. vt supra.

Presbyteri vidui, seu vxoribus orbati habitũ deferant diuersum ab alijs.

Circa sacramentum Matrimonij.

CVrent ordinarij locorum, vt decretum sacri generalis Conc. Tri. de reformatione matrimonij vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis, & parochijs Græcorum, Albanensium euulgetur, & publicetur. Matrimonia inter coniuges Græcos dirimi, seu diuortia quoad vinculum fieri, nullo modo permittant, aut patiantur, & si qua de facto processerunt, nulla & irrita declarent.

Maritus Latinus, vxoris Græcæ ritum non sequatur.

Latina vxor non sequatur ritũ mariti Græci.

Græca uero vxor sequatur ritũ mariti Latini.

Quod si id fieri non possit quisque coniugum in suo ritu, Catholico in manere permittatur.

Proles, sequatur patris ritum, nisi preualuerit mater Latina.

Presbyter Græcus coniugatus ante sacrum sacrificium, seu sanctam missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstineat ab vxore.

Circa alia dogmata.

GRæci credere tenentur, etiam à filio Spiritum sanctum procedere, sed non tenẽtur pronunciare, nisi subesset scandalum, præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem Catholicam, quia tunc oporteret etiam pronunciare.

Nunquam monachis Græcis, seu Calogeris, animarum cura committatur, nisi ex necessitate, vel alia iusta causa.

Presbyteri seculares Græci abiuratis schismate, & erroribus, atq. in fide Catholica bene instructi, in parochialib. seu curatis ecclesijs Græcorum institui possunt.

Tolerandus est apud Græcos vsus carniũ die sabbati, vbi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tantum.

Item tolerandũ est, vt ad ieiunium eadem die sabbathi in quadragesima, excepto vno sabbatho sancto, ex antiqua traditiõne non teneãtur, sed duntaxat ad abstinentiam.

In ieiunijs biduanis, vel triduanis, uel alias a Diæcesanis, uel in iubilæis a summo Ro. Pontifice indictis, dies sabbathi in eis comprehensus uel præscriptus, in alium diem pro plebib. Græcis ab ipsis Diæcesanis Apostolica authoritate S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papę VIII. permittitur commutari.

Si ipsi Gręci ad obseruationem ieiuniorum, & uigiliarum Latinæ Ecclesię induci possent, optimum esset, sed non cogãtur, cum ipsi qualibet hebdomada, & feria quarta, et sexta ieiunẽt.

Græci existentes inter Latinos dies festos de præcepto eiusdem Latinæ Ecclesiæ seruare teneantur.

Insuper idem S. D. N. constituit, Romę habẽdum esse Episcopum Gręcum Catholicum, qui Gręcos Episcopis Latinis Italię, & Insularũ adiacentium subiectos ab episcopo Gręco ordinari volentes, cum illorum dimissorijs, ad id tãtum concedendis, ritu Græco ordinet.

Item mandauit, vt ad maiorem instructionẽ dominorum Episcoporum Latinorum, imprimantur cum hac ipsa Decretales seu literę quædam Apostolicę, ad Gręcorum ritus pertinẽtes, ac etiam professio orthodoxę fidei a Gręcis, qui ad vnitatem S. R. E. veniunt facienda.

Ita Sanctitas sua ex sententia Congregationis super reformatione Gręcorum decreuit, & declarauit, ac fieri mandauit Romę in Palatio mõtis Quirinalis apud S. Marcum die 31. mensis Augusti Anno Domini. 1595. Pontifica. sui anno 4.

Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.

Innocẽtij PP. IIII. Bulla seu literę ad Episcopum Tusculanum Apostolicę sedis Legatum in Regno Cypri, quæ extant in eius Registro Bullarum Pontificatus sui anno II. apud Bibliothecam Vaticanam super ritibus Gręcorum, qui tolerari, vel non tolerati possunt.

Innocentius IV. &c. Episcopo Tusculano Apostol. Sedis Legato.

SVb Catholicę professione fidei atque cultu consistere, ac proficere vniuersos, ceteris non ſtrę mentis desiderabilibus præferentes, illud tanquam acceptabilius pleniori cupimus, & ad hoc velut operatiuum salutis pręcipuum intimis affectib. anxius aspiramus. Hęc in quã vnio, siue connexio cordi nostro inæstimabilis gaudij rorem infunderet, si varias gẽtium nationes eiusdem obseruantia fidei, in vnum acceptabilẽ in Christo populum adunaret. Id vtiq. anxiæ mentis nostrę ardorem affluentis lætitię refrigeraret irriguo, si omnes quos olim in vnum Catholicum gregem ouile collegit Domini, cum multi ab eo discesserint, in idem indiuiduũ Collegium vnius pastoris solidaret magisterium, & custodia communiret. O si orientalib. oriẽs ex alto luceret, & sui luminis illustratione ipsos ad Catholicam reduceret vnitatem, vt cũ reliquis orthodoxis in vnius aulæ collecti gremio, de matris Ecclesię vbere fluenta doctrinę salutaris haurirent, tunc ipsi Ecclesię prouenirent magnũ, & desiderabile salutare; tunc eius vterus sobole geminata concresceret, tunc Orientalib. orietur supernę illuminationis aurora, tunc eis claresceret lucifer veritatis: tunc per vniuersam Ecclesiam inundantis gaudij erumperet plenitudo: tunc exultatione nimia claresceret totus orbis, quia valde bonum, & iucundum existeret, fratres simul in domo Domini habitare: tunc ea dem Ecclesia multiplicata lætitia, nouę iucunditatis canticum personaret. Verum quia nonnulli Græcorum iam dudum ad deuotionem Sedis Apostolicę redeuntes, ei reuerẽter obediũt, & intendunt, licet expedit, vt mores, ac ritus eorum, quantum cum Deo possumus, tolerantes, ipsos in Ecclesię Romanę obediẽtia ꝑseruemus: quan quam in his, quæ animarum periculum parerent, vel honestati Ecclesiasticæ derogarent,

girent, nec debeamus illis deferre aliquatenus,
nec velimus. Sane inter Ven. Fratrem nostrum
Archiepiscopum Nicosien. & eius Suffraganeos
Latinos ex parte vna, & Episcopos Græcos Re
gni Cypri ex altera, de quibusdam certis articu
lis, discordiam, & turbationem fore subortam,
& eorundem tenorem articulorum, ac respon-
siones ipsorum Græcorum ad illos, nobis, vt me
lius possemus instrui super eis, plenè ac proui-
de per tuas literas intimasti, sollicitè requiren-
do, vt prouidere super hoc Apostolica diligen-
tia curaremus. Nos autem literis ipsis affectuo-
sè receptis, earum seriem, & ipsos articulos, ac
responsiones easdem, & cetera quæ contineban
tur in illis, vna cum Fratribus nostris, perlegi-
mus, intelleximus diligenter, prudentiam tuam
multipliciter in Domino commendantes, &
meditantes, ac deliberantes super his, prout rei
qualitas exigebat. Circa hæc itaque sic delibera-
1 tio nostra resedit, vt Græci eiusdem Regni in
vnctionibus, quæ circa Baptisma fiunt morem
Ecclesiæ Romanæ teneant, & obseruent: Ritus
2 vero, seu consuetudo, quam habere dicũtur vn-
gendi per totum Baptizandorum corpora, si tol
li sine scandalo, vel remoueri non potest, cum
siue fiat, siue non, quantum ad baptismi effica-
ciam vel effectum, non multum referat, tolere-
3 tur. Nec refert etiam vtrum in frigida vel cali-
da aqua baptizent, cum parem vim, & effectũ
in vtraque baptismum habere, asseuerare dican
4 tur. Soli autem Episcopi consignent Chrisma-
te in frontibus baptizatos, quia huius vnctio nõ
debet nisi per Episcopos exhiberi, quoniam soli
Apostoli, quorum vices gerũt Episcopi, per ma-
nus impositionem, quam confirmatio, vel fron-
tis chrismatio repræsentat, Spiritum Sanctum
tribuisse leguntur.

5 Singuli quoque episcopi in suis ecclesijs in
die Cœnæ Domini possunt secundum formam
Ecclesiæ chrisma conficere, ex balsamo quidẽ,
& oleo oliuarum. Nam Spiritus sancti donum,
in chrismatis vnctione confertur, & columba
vtique, quæ ipsum designat Spiritum, oliuæ ra-
mum ad arcam legitur retulisse; sed si suum an-
tiquum ritum in hoc Græci potius seruare vo-
luerint, videlicet quod Patriarcha, vna cum Ar
chiepiscopis, & Episcopis eius Suffraganeis, &
Archiepiscopi cũ Suffraganeis suis simul chris-
6 ma conficiant, in tali eorum consuetudine tole-
rentur. Nullis autem per sacerdotes vel Confes
sores pro satisfactione pœnitentiæ vnctio aliqua
7 solummodo iniũgatur; Infirmis vero, iuxta ver
bum Iacobi Apostoli, vnctio exhibeatur extre-
ma. Porro in appositione aquæ, siue frigidæ, siue
calidæ, vel tepidæ, in altaris sacrificio, suam, si ve
lint, consuetudinem Græci sequantur, dummo-
do credant, & asserãt, quod seruata canonis for
ma conficiatur pariter de vtraque. Sed Euchari
8 stiam in die Cœnæ Domini consecratam, vsque
ad annum, prætextu infirmorũ, vt de illa vide-
licet ipsos communicent, non reseruent; liceat
tamen eis pro infirmis ipsis corpus Christi confi
cere, ac per quindecim dies, & non longiori tem
9 poris spatio conseruare, ne per diutinam ipsius
reseruationem, alteratis forsitan specieb. redda-
tur minus habile ad sumendum, licet veritas, &
efficacia, semper eadem omnino remaneat, nec
vlla vnquam diuturnitate, seu volubilitate tem
poris euanescat. In celebratione vero solenniũ,
10 & aliarum missarum, & de hora celebrãdi eas,
dummodo in confessione vel consecratione for
mam verborum a Domino expressam, & tradi-
tam obseruent, & celebrando non transgrediã-
tur horam nonam, suam sequi consuetudinẽ p-
mittãtur. Sacerdotes aũt dicãt horas canonicas
11 more suo sed missam celebrare, priusquã officiũ
matutinale compleuerint, non præsumant. Pro-
12 mouendi vero ad Sacerdotium, & Presbyteri
qui præficiendi fuerint Ecclesiarum regimini,
examinentur antea diligenter, si præcipue de ho
ris canonicis, & missarum officijs, secundum di
stinctionem temporum exequendis, sint suffi-
cienter instructi, vt ad hæc nisi digni, & idonei
13 admittantur. Ceterum vnusquisq. sacerdos in
aureo vel argenteo solum, aut saltem stanneo
calice sacrificet, habens corporale de lino cand'i
dum, & mudũ, & altare mũdis vestimentis oper
tum, vel decentib. paramentis. Mulieres aũt ser
14 uire ad altare non audeant, sed ab illius ministe
rio repellantur omnino. De ieiunio vero diei
15 Sabbati Quadragesimali tẽpore, quanquã ho-
nestius, & salubrius Græci agerent, si sic toto il-
lo tempore abstinerent, vt nec vnico die institu-
tum ieiunium violarent, teneant, & seruent pro
16 libito morem suum. Sacerdotes, quoq coniuga
ti, & alij quib. parochiarum cura, vel ecclesiarũ
parochialium regimen per episcopos suos com-
mittitur, licite ac liberè possint parochianorum
suorum confessiones audire, ipsisq. pœnitentiã
iniungere pro peccatis: quia cui licet vel conce-
ditur, quod est maius, competit nimirũ, nec ne-
gari conuenit quod est minus: liberum tamẽ sit
ipsis episcopis, viros alios idoneos coadiutores,
& cooperatores habere, in audiendis confessio-
nib. & pœnitentijs iniungendis, ac ceteris quæ
ad salutem pertinent animarum, ipsisq. in his
per eorum diœceses absq. sacerdotum ipsorum
præiudicio, & grauamine, cõmittere vices suas,
cum propter occupationes multiplices, & occa-
siones varias possit contingere, quod nequeant
per easdem diœceses officium suum exequi per
se ipsos. De fornicatione autem quam solutus
18 cum soluta committit, quin sit mortale peccatũ,
non est aliquatenus ambigendum, cum tam
fornicarios, quam adulteros a Regno Dei Apo
stolus asserat alienos.

19 Ad hæc uolumus, & expresse præcipimus, ip
episcopi Græci septem ordines secundum morẽ
ecclesiæ Romanæ de cetero conferant, cum huc
usq. tres de minorib. circa ordinandos neglexis-
se uel prætermisisse dicãtur. Illi tñ qui iã sunt ta
liter ordinati per eos, propter nimiã ipsorũ mul-
titudinem in sic susceptis ordinibus tolerentur.

20 Quia uero secundum Apostolũ mulier mor-
tuo uiro ab ipsius est lege soluta, ut nubendi cui
uult in Domino liberã habeat facultatẽ, secun-
das, ternas, ac ulteriores ẽt nuptias Græci nõ re-
prehendant aliquatenus, nec condemnent, sed
potius illas approbẽt inter personas, q̃ alias licite
ad inuicẽ matrimonio iungi possunt: Secũdo tñ
21 nubentes presbyteros nullatenus benedicant.

22 Et quoniã apud eos consueuerũt cõtrahi ma
trimonia inter personas cõtingẽtes se, iuxta eo-
rũ computationẽ, octauo gradu, qui secundum
computationẽ, & distinctionem graduũ, q̃ nos
facimus, apud nos quartus habetur, ne id p̃su-
matur deinceps, firmiter p̃hibemus, districte p̃-
cipiẽtes, ut cũ in ulteriorib. gradib. licite matri-
monia cõtrahãtur, in p̃dicto quarto cõsãguinita
tis, uel affinitatis gradu copulari ulterius nõ p̃su
mant, statutũ in hoc generalis Concilij obseruan
tes. Illos tñ, qui iã gradu huiusmodi cõtraxerũt,
dispẽsatiue p̃mittimus in sic cõtracto matrimo-
23 nio remanere. Denique cũ ueritas i Euãgelio asse
rat,

tur, quod si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo, neque in futuro dimittetur ei, per quod datur intelligi, quasdam culpas in præsenti, quasdam vero in futuro posse seculo relaxari, & Apostolus dicat, qđ vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, & cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem; & ipsi Græci verè ac indubitanter credere, ac affirmare dicantur, animas illorum qui suscepta pœnitentia, ea non peracta, vel qui sine mortali peccato cum venialibus tamen, & minutis decedunt, purgari post mortem, & posse suffragijs ecclesiæ adiuuari. Nos, quia locum purgationis huiusmodi dicunt non fuisse sibi ab eorum doctoribus certo, & proprio nomine indicatum, illum quidem iuxta traditiones, & authoritates Sanctorum patrum purgatorium nominantes, volumus quod de cetero apud ipsos isto nomine appelletur, illo enim transitorio igne, peccata vtique, non tamen criminalia, seu capitalia, quæ prius per pœnitentiam non fuere remissa, sed parua, & minuta purgantur, quæ post mortem etiam grauant, si in vita non fuerint relaxata.

24 Si quis autem absque pœnitentia in peccato
mortali decedit, hic proculdubio æternę gehen
25 næ ardoribus perpetuo cruciatur. Animæ vero
paruulorum post baptismi lauacrum, & adultorum etiam in charitate decedentium, qui nec peccato, nec ad satisfactionem aliquam pro ipso tenentur, ad patriam protinus transuolant sempiternam.

26 Ordinationes demum, & Instituta regularia sanctorum patrum de vita & statu Monachorum, præcipimus ab Abbatibus, & Monachis, Græcis inuiolabiliter obseruari. Fraternitatem itaque tuam hortamur, attenè per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus præmissa omnia Episcopis Græcis præfati Regni seriatim & diligenter exponi facias, districtè ipsis iniungens, vt ea sollicite attendere, studiosè tenere ac efficaciter procurent, & a suis faciant subditis obseruari. Memoratis autem Archiepiscopo Nicosien. & eius Suffraganeis Latinis, firmiter authoritate nostra præcipiat, vt eosdem Gręcos super præmissis contra huiusmodi prouisionē, & deliberationem nostram, non inquietent aliquatenus, nec molestent, Contradictores eadē authoritate, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus, si prędictis Archiepiscopo, & suffraganeis, & quibuscunque alijs a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum non facientes de indulto huiusmodi mentionem. Datum Lateranen. 2 Non. Mar. anno. 11.

De visitatione beneficiorum simplicium, Seminarij, Confraternitatum, Hospitalium, Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Missarum onera in fundatione beneficio apposita diminui non possunt.*
2 *Infirmus quando excusatur ab oneribus beneficij.*
3 *Beneficium obtinens simplex non tenetur ad personale exercitium onerum beneficij.*
4 *Parochi functiones quæ sint propriæ.*
5 *Seminarium scholarium quomodo visitandum.*
6 *Confraternitates laicorum quomodo visitandæ.*
7 *Confraternitates cogi non possunt ad processiones.*
8 *Hospitalia quando visitari possint.*

Circa visitationem Capellarum, altarium, seu quorumuis beneficiorum simplicium, vltra ea quę de moribus ipsius beneficiati corrigendis ex superioribus cognosci possunt, videri debet titulus, quo beneficium possidet, literæ item ordinum. Videnda est fundatio seu erectio ipsius beneficij, fructus ipsius in quo consistant, quomodo administrentur, defendantur, neuè illicitè alienentur.

Onera in fundatione si quæ annexa sunt beneficio, an adimpleantur, adimpleri enim debēt etiamsi fuerint grauia, vt quia esset onerosus missarum numerus, iste enim expleri omnino debet, nec potest diminui ne quidem vigore. Conc. Trid. cap. 4 se. 25. de ref. quo alias missarum numerus moderari potest, eo enim decreto non comprehendi numerum missarum in fundatione assignatum declarauit S. Congreg. Concil. in ann. 1597. die. 3. Mart. verbis sequentibus.

1 Cong. Conc. censuit ex decreto Conc. c. 4. ses. 25. non licere Episcopo reducere onera missarū in fundatione apposita.

2 Et ne quidem infirmitate excusari posset huiusmodi beneficiatus quominus missas celebret vel per alium celebrari faciat, si beneficium principaliter fundatum est pro missis celebrandis, nisi infirmitas duret per tempus modicum vt per octo vel decem dies. Pet. Nau. de rest. lib. 2. numero 210. alterius tamen beneficij simplicis rector, quod non principaliter est fundatum pro missis celebrandis non tenetur ad onera beneficij obeunda tempore infirmitatis, Abb. in cap. 1. de cler. ægro. Genu. in prax. cap. 56. Posset tamen, si velit, etiam dum bene valet per substitutum beneficio deseruire vel missas celebrari facere simplex huiusmodi beneficium obtinēs, nec ab Episcopo cogi potest vt per se ipsum deseruiat, quod fuisse declaratum a S. Congre. Conc. refert Gonza. citat. gloss. 5. nume. 81. his verb.

Episcopus non potest cogere obtinentem beneficia simplicia personale aliquod seruitium impendere, cum ex antiquissima totius Ecclesię consuetudine non teneatur.

3 Neque posset cogi taliter beneficiatus vt promoueri se faciat ad ordinem Presbyteratus, ad hoc eiusdem S. Cong. decretum refert. id. Gonz. loc. cit. nu. 88. vt sequitur.

Si fundator capellę esset sub verbis testatoris quod capellanus debeat celebrare Diuina officia die noctuq. sicut ceteri capellani faciunt, an capellanus hic debeat esset presbyter.

Cong. cēsuit ex his verbis positis in fundatione huius capellę non inferri necessario vt capellanus debeat esse presbyter.

Et iterum. ibid. num. 84.

Episcopus non potest compellere obtinentē capellam vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, quod capellani celebrent,

nam iſtis oneribus miſſarum rectè per ſubſtitutum ſatisfit.

Tum demum autem teneretur eſſe ſacerdos, & per ſeipſum inſeruire, ſi in fundatione diceretur, quod debeat eſſe ſacerdos, & per ſe ipſum inſeruire; ſi minimum hoc fuerit appoſitum de conſenſu Epiſcopi vbi enim fundator diſponit de modo conferendi ſimplex beneficium aliter quam ius ordinat, non teneretur niſi conſenſerit epiſcopus. Fel. in cap. cum acceſſiſſent, de constit.

Aduertendum prætereà viſitatori ne huiuſmodi beneficiati in concernentibus Eccleſię Parochiali ſeſe intromittant, ad proceſſiones publicas parochialis ſeu alterius maioris Eccleſię vt accedant, ad hoc enim obligantur, & compelli poſſunt. Conc. cita. ſeſſ. 25. cap. 13. de Reg.

Functiones autem propriæ parocho, & in quibus capellarum ſeu quorumuis beneficiorũ ſimplicium rectores intromittere ſe non poſſunt, determinantur in decreto S. Congreg. Rituum relato à Quar. verbo. miſſa vt ſequitur.

In Eccleſijs Parochialibus, & quæ ſub Magiſtrorũ laicorũ gubernatione, & directione eſſe ſolent, ex ſtauritis nuncupans, ſacerdotalia munera, ac presbyterales functiones, quæ populi, & animarum curam quoquo modo concernere videntur, quales ſunt.

Candelarum, Cinerum, Palmarum, fontis baptiſmalis benedictiones, Sanctiſſimi Sacramenti delationes, celebrationes miſſarum feriç V. in Cœna Domini, & ſabbati Sancti aſperſiones domorum, & quç in Dominicis diebus in eccleſia fiunt, quæque circa cultum Sanctiſſimi Sacramenti Corporis Chriſti in 40. horarum oratione, & ſimiles, non ad Capellanos ſeu Sacriſtas Eccleſiarum huiuſmodi ab eiſdem laicis deputatos, ſed ad Parochum ſeu Rectorem animarũ curam habentem in eccleſijs huiuſmodi inſtitutum præcedente examine, & alijs requiſitis ab Ordinario loci prouiſum, ſpectare debere cenſuit Sacrorum rituum Congregatio, die 18. Maij. 1602.

Ptolomeus Cardinalis.

Alex. Gratianus pro Secretario.

Huc pertinet, quod in huiuſmodi capellis, & alijs Eccleſiis non parochialibus, non poteſt aſſeruari Sanctiſſimum Sacramentum pro adoratione etiam quidem de licentia Epiſcopi, niſi ex auctoritate, & conceſſione Papæ, quod ſibi reſponſum fuiſſe a Sac. Cong. Conc. in an. 1609. refert Genuen. in prax. c. 110. his verbis.

Duo enim dubia circa hoc petiit declarari. Primum an Epiſcopus poſſit concedere Eccleſiæ non parochiali, vt in ea retineatur Sanctiſſimum Sacramẽtum Euchariſtiæ ſolum pro adoratione, vel requiratur auctoritas Papæ; Secundum, præſuppoſito quod Epiſcopus conceſſerit licentiam aſſeruandi Sanctiſſimum Sacramentum, in Eccleſia non parochiali pro adoratione, an poſſit Epiſcopus ſucceſſor dictam licentiam reuocare. Sacr. Congreg. reſpondit infraſcriptis verbis.

Ad primum id non poſſe concedi ab Ordinario, ſed requiri licentiam ſedis Apoſtolicæ.

Ad ſecundum huiuſmodi licentiam fuiſſe nullam, ac proptereà ei non eſſe deferendum, nec eſſe neceſſariam reuocationem.

Neceſſarium itaque eſt ad hoc, priuilegium Papę, vt habent Regulares.

Ad extremum huiuſmodi beneficia ſimplicia ſi fuerint ad tenuitatem redacta, vel fundata in Eccleſiis quæ vetuſtate collapſę amplius inſtaurari non poſſunt, transferri poſſent vel vniri alicui Eccleſię alteri, vocatis quorum intereſt cita. Concil. Triden. ſeſſ. 21. capitu. 7. de refor.

Circa viſitationem Seminarii videndum eſt quomodo obſeruetur in receptione ſingulorum ne minores duodecim annis recipiantur; item vt recipiendi habeât bonam indolem, & aliqua principia literarum, & vt de iis ſit ſpes, quod Eccleſiaſticis miniſteriis perpetuo ſint inſeruituri. Neitem recipiantur niſi pauperes, diuites autem ita demum recipiantur, ſi ſuo ſumptu ibidem alantur.

Inquirendum prętereà an aliqui ſint diſcoli, & alios corrumpentes, & caſtigandi.

An habeant aliqua exercitia ſpiritualia, miſſas an audiant ſingulis dieb. an ſępius confiteantur, communicent.

In literis quo ordine, a quibus pręceptoribus, num a viris probis inſtituantur, in victu, & aliis neceſſariis quomodo prouideantur, prouentus Seminarii quomodo diſpenſentur, & ſi ipſe Epiſcopus viſitat, poſſet vna cum deputatis ex clero, & capitulo rationem ex penſorum exigere, & auſcultare.

Ordinationes item aliquas in poſterum obſeruandas, ſi quas ſalubres, & neceſſarias iudicauerit, poſſet ibidem de conſilio dictorum deputatorum rehoquere. Conc. cit. ſeſſ. 23. cap. 18. de ref.

Quod autem ad confraternitates quaſcumq. etiam laicorum attinet, illæ quoque quoad actiones ſpirituales, vt quoad confeſſiones, communionem, miſſas, ſepulturam, habitum, & modum in proceſſionibus publicis ſeruandum, ſubſunt epiſcopo, etiamſi in eccleſiis Regularium congregationes ſuas habeant, Nauarrus conſil 3. de foro comp. & poſſunt ab ipſo viſitari quoad præmiſſa, nulla exemptione obſtante: Eę tamen, quę ſub Regum immediata protectione exiſtunt, non niſi de eorundem Regum licentia viſitari debent, citat. Concil. ſeſſ. 22. cap. 8. de ref. Adminiſtratores quoque confraternitatum earundem, reddere tenentur rationem adminiſtrationis ſuę ordinario, quod ſi alicubi ſiue legitima conſuetudine, ſiue priuilegio obtinuerint, vt rationem non niſi deputatis è medio congregationis reddant, adhuc Epiſcopus poſſet cum illis deputatis intereſſe rationi. id Concil. ſeſſ 28. cap. 8. de refor. melius autem iudicari poterit, in quibus confraternitates huiuſmodi Ordinario ſubſint, & quę viſitatori in earum viſitatione aduertenda ſint, ſi quędam ab eiſdẽ confraternitatibus obſeruanda, ex ordinatione Clem. Papę VII. viderimus, cuius Conſt. publicatę Romę, die 24. Decemb. 1604. tenor ſequitur.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

QVęcumque a ſede Apoſtolica ad promouendam Chriſti fidelium ſalutem aliquãdo cõceſſa ſunt, etſi ea maturo cõſilio, magnaq. prudentia & cautione ſancita, & decreta ſint,

tamen

tamen cum Rom. Pontifex de animarum salute sollicitus progressu temporis animaduertit sensim aliquos abusus in eisdem statutis,& decretis obseruandis prouenire,debet pro sui pastoralis officij munere illis oportuna ratione occurrere , & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio prouidere. Cum itaque a plurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris,& forsan etiam a nobis nonnullis Regularibus ordinibus,Religionibus,& institutis,ac etiam Christi fidelium secularium Archiconfraternitatibus,& congregationib. diuersarum nationum,nominum , & institutorum, tam in alma Vrbe nostra, quam in alijs ciuitatibus,& locis Christiani orbis institutis,facultas erigendi,& instituendi in eorum,& alijs Ecclesijs,& Collegijs,necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates,& Congregationes in eadem vrbe,& in alijs locis existentes , eisque priuilegia,indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias , & indulta sibi concessa respectiue communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma,vel ratio præscripta sit,quæ in huiusmodi erectionibus, institutionibus,aggregationib. & communicationibus faciendis,seruari debeat propterea siue negligentia superiorum ordinũ, Religionum,& institutorum, vel Officialiũ Archiconfraternitatum,& congregationum erigẽtium,instituentium,aggregantium,& communicantium,quæ confraternitatibus,& congregationibus erigendis,instituendis,& aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum,indulgentiarum,aliarumque gratiarum prædictarum fiunt, non seruant formam in huiusmodi erectionibus, institutionibus,aggregationibus, & communicationibus seruari debitam, neque præscribunt modum,quo priuilegia,indulgentias,facultates,aliasque spirituales gratias , indulta prædicta consequi debeant, seu ipsarum Confraternitatum,& congregationum incuria, quę non inquirunt ea, quæ præstare oportet vt illa consequantur,nonnullæ prauæ consuetudines irrepserũt multaque incommoda inde prouenerunt . Quibus Nos pro commisso nobis Apostolicæ sollicitudinis officio , paternaque erga omnes Christi fideles charitate prospicere volentes hac nostra constitutione perpetuo valitura .

Confraternitates non sunt erigendæ nisi de consensu loci ordinarij.

DEcernimus atque statuimus, vt in posterũ tam huius almæ Vrbis nostrę,quam aliarum ciuitatum,& locorum totius Christiani Orbis Regularium Ordinum,Religionum, & institutorum,quibus in eorum, & quibuscunque alijs Ecclesijs,& Collegijs Confraternitates secularium erigendi,& instituendi facultas concessa est,nec non etiam Archiconfrater. & Cõgregationum cuiusuis nationis,nominis,& instituti illę sint,& in quibuscunque ecclesijs,Domibus,& oratorijs,tam secularium, quam vt præfertur quorumcumque etiam mendicantium Ordinum,Religionum,& institutorum Regularium quauis tam ordinaria quam Apostolica authoritate erectæ ac constitutæ existant , seu alias quouis modo introductæ reperiantur,quibus alias confraternitates , & congregationes instituendi ac sibi erigendi , illisque priuilegia,indulgentias , facultates aliasque spirituales gratias,& indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas a Romanis Pontificib. prædecessoribus nostris, vel a nobis, & Apostolica sede attributa fuit,magistri,Priores , Prępositi, Rectores,Gubernatores,Pręceptores,Primicerij,Prælati,Custodes,Guardiani,pręfecti, administratores,& alij officiales seu superiores quouis modo nuncupati,regularium siquidem ordinum,religionum,& institutorum, vnam tantum confraternitatem , & congregationem de consensu tamẽ ordinarij loci,& cum literis eius testimonialibus quibus confraternitatis,& cõgreg. erigendę,& instituendę pietas,& Christianæ charitatis officia , quę exercere cupit apud eos commendentur, in eorum, & quibuscunq. alijs ecclesijs, & collegijs erigere, & instituere, ceterarum vero Archicofraternitatum, & Congregationum in singulis ciuitatibus,oppidis,vel locis vnam etiam confraternitatem, & congregationem duntaxat,quę Apostolica, vel ordinaria auctoritate prius erecta nulli alteri ordini, Religioni,Instituto , Archiconfraternitati , & congregationi eiusdem,vel alterius nationis,nominis,& instituti aggregata sit,præuio similiter loci ordinarij consensu & cum eius literis testimonialibus quibus eiusdem confraternitatis, & congregationis aggregandæ institutum pietas, & Christianæ charitatis officia , quæ exercere consueuit apud eos commendentur sibi adiungere,& aggregare possint. Huic vero confraternitati , & congregationi erigendæ, instituendæ seu aggregandæ ea tantum priuilegia,indulgentias,facultates,aliasque spirituales gratias, & indulta,quæ ipsi ordini,Religioni,instituto erigenti,instituenti ac communicanti,seu Archicõfraternitati,& congregationi aggreganti nominatim,& in specie,non autem,quæ per extensionem,vel communicationem sibi quouis modo concessa sunt , & illa quidem non sub generali forma verborum,vel ad instar, sed expresse, & in specie communicare valeant.

Statuta confratrum ab Ordinario examinari, approbari,& corrigi possunt.

STatuta autem pro regimine Ordinum, Religionum ,& institutorum erigentium, & instituentium ac communicantium seu Archiconfraternitatum,& congregationum aggregãtium edita,confraternitatibus, & congregationibus erigendis instituendis,& aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum , & aliorum prædictorum fiunt,impartiri non possint,nisi ea prius ab Episcopo Diœcesano examinata,& pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus eisdem Episcopi decretis ac moderationi,& correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

Indulgentias concedendas aggregatis confraternit. Ordinarius prius cognoscere debet.

INsuper volumus,& ordinamus , vt prædicti ordines, Religiones,instituta erigentia,instituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates,& congregationes aggregãtes,certam erigẽdi, instituendi,aggregandi,& communicandi formulam à nobis nouissimè approba-

tam diligenter obseruent, secundum quam priuilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsis ordinibus Religionibus, institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus seu Archiconfraternitatibus, seu congregationibus aggregantibus nominatim, & expressè non autem per communicationem neque ad instar, vt supra concessa ipsis confraternitatibus, & congreg. erigendis instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possint, quibus confraternitates, & congregationes eiusdem duntaxat nationis, & nominis, ordinis, religionis, & instituti, archiconfraternitatis, & congregationis, cui aggregantur, tam hactenus, aggregatæ, quam in posterum aggregandæ vtantur, potiantur, & gaudeant, ita vt dictarum confraternitatum, & congregationum erectarum institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt ministri, & officiales, & alij supradicti priuilegia indulgentias facultates aliasque spirituales gratias, & indulta huiusmodi præuia tamē recognitione Ordinarij loci, qui adhibitis duobus de eiusdem Ecclesiæ Capitulo illa iuxta Sacri Conc. Trid. decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.

Quibus etiam ministris Officialibus, & alijs prędictis, eleemosynas, & alia oblata Christianę charitatis subsidia iuxta modum et formam per ordinarium loci præscribendam, remotis tamē mensis, peluibus, et capsis, quę in ecclesijs, et oratorijs dictarum confraternitatum, et congregationum publicè ad hoc exponi consueuerunt excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum ordines, religiones instituta erigentia, instituentia ac communicantia seu archiconfraternitates, et congregationes aggregantes tam Almæ Vrbis nostræ quam aliarum ciuitatum, et locorum quorumcunque iuxta modum à Vicario Vrbis, et ab ordinarijs, locorum respectiuè præscribendum obseruare teneantur.

Eleemosynas collectas pro arbitrio Ordinarij ad pios vsus exponant Confratres.

ELeemosynas autem sic collectas in reparationem, et ornatum ecclesiarum tam Ordinum, Religionum institutorum erigentium, instituentium, et communicantium, ac Archiconfraternitatum, et congregationum, aggregantium, quam confraternitatum, et congregationum erigendarum, instituendarum, et aggregandarum, et quibus communicationes fient, aut in alios earum pios vsus arbitrio eiusdem Vicarij nostri in Vrbe, necnon Ordinariorum locorum respectiuè fideliter exponere atq. erogare procurent, vt omnes intelligant cælestes ecclesiæ thesauros non quæstus aut alicuius lucri causa, sed pietatis, et charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ sedis benignitate Christi fidelibus aperiri.

Confessarij Confrater. sint approbati ab ordinario.

PRæterea volumus, vt confessarij, qui vigore Priuilegiorum ipsis ordinibus, Religionibus, institutis erigentibus, instituentib. et communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, ac congregan tib. aggregātib. concessorum, ac confraternitatib. et congregationib. aggregandis, cõmunicandorum eligi possunt, et potuerūt, seculares in alma Vrbe a prędicto nostro Vicario, extra Vrbem vero a locorum ordinarijs, Regulares autem non solum a prędicto Vicario nostro, et a locorum ordinarijs respectiue, sed etiā a suis superioribus approbati sint, vtque confratres confitentes a criminibus, casibus, et censuris iuxta dictorum priuilegiorum (quatenus tamen sint in vsu, et sacris Conc. Trid. decretis, ac Romanorum Pontif. prędecessorum nostrorum, et nostris constitutionibus non aduersentur, nec reuocata, aut sub aliquibus reuocantib. comprehensa sint) formam, et tenorem duntaxat absoluere valeant.

Casus reseruatos quos absoluere non possint Confessarij Confraternitatum.

DEcernimus insuper, vt ijdem confessarij prędictos confratres cuiuscunq. gradus, status, conditionis, et preeminentię, etiamsi speciali nota dignę fuerint, a casibus contentis in literis, quę die Cœnę Domini legi consueuerūt, necnon violationis immunitatis, et libertatis ecclesiasticę, et Clausurę monasteriorum monialium, si videlicet sine necessaria, et vrgenti causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam si causa, et licentia concessa abutentes, prædicta monasteria ingressi fuerint, necnon violentę manus iniectionis in Clericum, et singularis certaminis seu duelli, ac ab alijs etiam casib. tam à nobis, quam a prędicto nostro in Vrbe Vicario, et locorum Ordinarijs respectiue reseruatis, et pro tempore reseruandis, et etiam a quauis excommunicatione ab homine lata absoluere, et super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu prouenientibus, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare pretextu dictorum priuilegiorum, nullo modo possint.

Confraternitates antea erectæ nouas erectionum literas petant.

DEinum statuimus, et pariter ordinamus, vt confraternitates, et congregationes, vbiuis locorum quauis auctoritate, vt prefertur erectę, et institutę, quibus communicationes, prędictę factę sunt, ac cuicumque ex dictis ordinibus, Religionibus, institutis Archiconfraternitatibus, & congregationib. vbilibet existentibus hactenus aggregatæ, ab eisdem respectiue Ordinib. Religionib. institutis, Archiconfraternitatibus, & congregationibus, nouas erectionū institutionum, communicationum, & aggregationum literas, iuxta formam a nobis nouissimè approbatam infra annum si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium, a die publicationis præsentium in Romana Curia faciē dę computandos, impetrare teneātur, alioquin dicto tempore elapso erectiones, institutiones, et quęcumq. communicationes priuilegiorum facultatum, indulgentiarum, aliarumq. spiritualium gratiarum, et indultorum, et aggregationes illarum vigore ipsis concessę, nullius sint roboris, et momenti ac reuocatę, et abolitę censeantur eo ipso.

Lite-

Digitized by Google

Litteræ erectionum gratis dandæ.

Erectionum autem institutionum, communicationum, & aggregationum, tam hactenus factarum, quam deinceps faciendarum litteræ ab ipsis ordinibus, Religionibus, institutis, seu Archiconfraternitatibus, & congregationibus, gratis omnino ac nulla prorsus mercede etiam à sponte dantibus accepta expediri, & concedi debeant.

Pœnæ contra contrauenientes.

Quod si ministri aliqui superiores, vel officiales quocunque nomine nuncupati, Ordinũ, Religionum, institutorum, seu Archiconfraternitatum, congregationum, & confraternitatũ, huiusmodi quauis auctoritate, vel priuilegio, & officio fungantur, & præfulge int contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, erectiones institutiones, & communicationes, priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualium que gratiarum, & indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, necnon aggregationes per ipsos faciendæ, seu renouandæ nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorundem ministrorum, superiorum, officialium, & aliorum prædictorum priuationis officiorum, quæ obtinet ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pęnam, quæ sub alio, quam à nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente remitti non possit incurrat eo ipso. Decernentes præsentes literas perpetuo validas, & efficaces existere, & fore ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat inuiolabiliter obseruari debere, sicque nostræ mentis, & intentionis existere, & ita, & nõ aliter per quoscunque iudices, &c. Non obstantibus, &c.

Frequenter etiam in negotijs confraternitatum occurrere solet dubium, an possint compelli ad publicas processiones per Episcopum,

32 ad quod resoluendum subiungimus hæc decretum S. Congr. Conc. datum Episcopo Scalensi, prout refertur apud Quar. ver. præcedentia, vt sequitur.

Reuerendiss. vti frater. Quamuis Thesaurarij, magistri, & confratres sanctæ Mariæ Annũciatæ magis conscientiæ suæ pietati satisfecissent, si Ampl. tuæ eos ad publicas processiones vocanti morem gessissent, cum tamẽ ad eas accedere detrectauerint, neque ab Ampl. tua compelli, neque vllis propterea Censuris distringi, atque innodari debuerint, quod sæpius alias consulti responderunt Illustrissimi Patres Sacr. Conc. Trid. interpretes. Itaque meræ dictum hac de causa latum protinus tollas oportet, ac de cætero à similibus compulsionibus abstineas. Deus Ampl. tua incolumem seruet. Romæ die 6. Maij 1597.

Card. Matthæius.

Visitari possunt, & hospitalia quæcunque. Conc. loc. cit. cap. 8. sess. 22. si tamen immediatè sub Regum protectione sunt, sine ipsorũ licentia visitari non debent. Conc. ibid.

38 Hospitale item nouiter fundatũ, & ipso fundatore superstite, visitari nõ potest, nisi habeat formam Ecclesiæ, vel Altare pro missarum celebratione, seu sit fundatum authoritate Episcopi, aliter enim nullo modo subest Episcopo, cũ nec censeatur locus religiosus, & subiaceat totali dispositioni fundatoris, ita, quod ab illo destitui, & ad libitum prout, & alia bona disponi possit, Innoc. in c. inter dilectos, de donat. & c. ad hoc, de Relig. dom. Syl. Arm. ver. hospitale. Mortuo tamen fundatore visitari potest, licet non haberet Ecclesiam nec altare, cũ sufficiat, quod sit locus pius, ad hoc vt visitari possit, & prouideri, vt omnia iuxta voluntatem testatoris procedant, ca. tua nobis de testam ent. immo etiamsi fundator prohibuisset, visitari adhuc posset vt docet. Nauar. cons. 3. de relig. dom. Couar. loc. cit. de testam. nu. 6. [illegible]

Similiter, & montes pietatis siue charitatis, & quæcunque alia pia loca visitanda sunt, Conc. loc. cit. nomine autem piorum locorum, intelliguntur quæcunque destinantur ad honorem Dei vel Sanctorum, seu pro salute animarum.

In visitatione autem eorum videndum est an fideliter administrentur, pauperes, peregrini seu infirmi, quo ordine alantur, & an iuxta fundationis præscriptum gubernẽtur. Fructus, & reditus taliom locorum an fideliter dispẽsentur. Potest, & exigi ratio perceptorum, & expensarum ab administratoribus. Quod si consuetudo vel priuilegium velit, vt administratores huiusmodi non nisi deputatis ex collegio ipsorum, vel aliquibus alijs rationem reddant, adhuc tamen Episcopus vna cum istis deputatis rationi interesse potest. Conc. loc. cit nu. 9. ijsdem administratoribus ne vltra triennium administratio committatur, prouideri quoque debet. id Cõc. sess. 25. c. 8. de ref.

Ea quoque præ alendis pauperibus superfunt, episcopus cum consilio duorum ex capitulo vel etiam patronorum secularium quorum interesset, in alium pium vsum conuertere, & etiam totos fructus in alium magis pium, & illi loco commodiorem vsum applicare posset Cõcil. cit. sess. 25. c. 8. de ref.

Capella item si quæ penes hospitale fundata est, ipsiusque rector, visitari debet, & inquiri, quomodo muneri suo satisfaciat: capellam ipsã an in decenti ordine pro facultatib. loci teneat: Infirmis an sacramenta administret, & si super hoc aliquod ius legitimũ habeat, de iure enim communi non ad capellanum sed ad parochũ spectat Sacramentorum administratio, nisi capellanus hoc obtinuerit ex fundatione, priuilegio, vel ad minus annorum quadraginta præscriptione: Clem. quia contingit, §. cæterum, de relig. dom. ubi gl. Card. Imol. ibid. Vnde & capellanus clausiri siue conseruatorij puellarum, non poscet administrare Sacramentum matrimonij alicuius puellarum, sed id pertineret ad parochum. Genuen. loc. cit. cap. 61. quod & in facto decisum fuisse in curia Neapol. testatur. ibid.

Ad extremum circa visitationem, & quouis alio tempore deberet episcopus prouidere ne librorum impressores vel bibliopolæ, libros hæreticos vel prohibitos imprimant, seu venales exponant, sine ipsius licentia, [illegible] ad ipsum enim spectat censura [illegible] librorum. Conc. cit. sess. [illegible] sion. quarta [illegible] de. edit. [illegible] libr. [illegible]

Tit. V.

Digitized by Google

DE FORMANDO PROCESSV.

Titulus V.

De causæ progressione describenda, siue de componendo processu. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Processus vnde dicatur.*
2 *Libellus est initium processus, sententia finis.*
3 *Modus formandi processum.*
4 *Pontifex Maximus est Christi Vicarius, & Petri successor.*
5 *Testes quare prius examinandi, quàm reus.*
6 *In testium depositionibus quæ obseruanda.*
7 *Adhortatio testibus facienda ante examen.*
8 *Modus examinandi testes.*
9 *Obseruanda in testibus, quando de conspiratione timetur.*
10 *Reus quomodo se debet gerere, respondendo cõtra actorem.*
11 *Testium, & rei dicta sunt eis relegenda, postquã sunt scripta.*
12 *Testium, & rei dicta sunt propria subscriptione munienda.*
13 *Formula exceptionum producenda pro reo.*
14 *Partes iudicis post testium, & rei examinationem.*
15 *Sententia alia diffinitiua, alia interlocutoria.*
16 *Forma sententia interlocutoria pro purgatione canonica indicenda.*

CVm sit finis ijs, quæ referuntur ad eũ,
præstabilior, & expetendus magis:
merito in eo acquirendo, maior est
sollicitudo sumenda. At cum nobis
hoc opere institutum fuit, processus componen
di formam amicis tradere: optimè agemus, si a
capite huiusce rei rationem accersiamus. Et
quidem processus vis ac significatio, ex loci mu
tatione pendet. Nam quemadmodum, qui in-
terualli initio ad finem vsque peruenit, proce-
dere dicitur. Ita cuiuscunque causę ab initio ad
1 finem vsque descriptio, translatione accommo
data processus appellari potest. Ac de nominis
significatione sic esto dictum. Iam vero proces-
2 sus, vt caput, & initium est libelli oblatio, ita fi-
nis, & extremum est sententiæ pronunciatio.
Quibus sanè terminis quicquid ad causam spe-
ctare dicitur, includi, & coerceri debet. Et licet
diuersis in locis, diuersa etiam obseruetur pro-
grediendi ratio: quam tamen instituto nostro
conferre iudicamus, eam constituemus. In pri-
mis itaque diuinum implorandum esse auxi-
lium omnes consentiunt, vt Abbas in capit. in
nomine, de testam. text. in cap. non liceat. 26. q.
5. hoc modo, videlicet: In nomine Domini no-
3 stri Iesu Christi. Causæ descriptio, siue proces-
sus, de ijs, quæ à Dom. Ioanne contra Do. Spe-
ciosum fuerunt in iudicio adducta, &c. Quod
quidem fuit ex D. Paulo depromptum. Omnia
(inquit) quæcunque facitis, siue in verbo, siue
in opere, in nomine Christi facite. Dehinc tem-
poris indictione, anno, mense, & die ratio de-
scribenda est. Nam magnopere tempori om-
nis est humana actio coniuncta. Postmodum
mentio facienda est Pontificis Maximi, sub cu-
ius Imperio res agetur: hoc modo sub Pontifi-
catu DD. Clementis VIII. Pontificis Max. ete-
nim proximæ causæ vis ex prima pendet, ac ma
4 nat. Est autem Pontifex Pater, ac Moderator v-
niuersalis Ecclesiæ, & vt Petri successor, Chri-
stique Domini verus, & legitimus Vicarius ei
præsidet. c. primo, de homicid. lib. 6. Clem. Ro-
mani, de iureiuran. Deinde causæ euentus, at-
que eiusdem delatio, delationisque modus di-
stinctè, & accommodatè describi debet hac ra-
tione. Siquidem ex diuinis Oraculis habetur, à
Deo Optimo Maximo Iudicibus tributam iudi
candi potestatem esse ad vindictam malefacto-
rum, laudem verò bonorum. Cuius quidẽ mu-
neris cum nos partes sustineamus, decet delata
crimina in examen, & disquisitionem constitue
re. Die igitur secundo Iunij 1594. Indictione se-
cunda, Pontifice Maximo Sanctissimo Domino
nostro Clemente VIII. in Anno secundo, corã
nobis Reuerendo D. Iusto de Versuli Abbate,
vel si fuerit iudex delegatus dicat: coram nobis
N. Iudice delegato ex auctoritate Reuerendi
D. N. totamq; ipsius auctoritatis formulã de-
scribendam curet; quod vniuersim seruandum
assero. Deinde prosequatur, præsto fuit, vel (vt
aiunt) comparuit per seipsum D. N. de tali lo-
co, in Aula, vel Camera tali, vel tali: atque dela
tionem, vel querelam accusatoria ratione expo
suit aduersus D. N. his verbis: Ego D. N. &c.
quemadmodum dictum fuit in cap. de Accusa-
tore. Quæ quidem accusatio tota describenda
est, adiunctis in eius pede capitulis, quæ talem
contineant accusationem; & de quibus testes
interrogari debeant. Qui etiam testes erunt ibi
describendi, hoc modo: Capitula super quibus
D. T. flagitat subscriptos testes interrogari, &
examinari, videlicet: Primo, quod D. D. frequen
ter mihi minatus est, ac me verberibus velle se
afficere dixit. Secundo, quod tali die, & hora
visus fuit cũ baculo. Tertio, quod clamore exor
to, visus est fugere, &c.

Testes examinandi, &c.

D. Verax super primo.
D. Fidelis super secundo.
D. Probus super tertio.
D. Seuerus super omnibus, &c.

Postea verò ita persequatur. At nos cum nihil
antiquius iustitia, & veritate ducendum existi-
memus, euestigio huius rei rationem habere
decreuimus in scribæ officium ad præsens cau-
sæ genus deligentes D. Secretum. Itaque Diui-
nis auspicijs eodem die, & loco, causæ descri-
ptionem exorditi fuimus. Primo curantes, vt te
stes examinarentur, cetera suo ordine fierent.
In hoc loco animaduertat Lector, quod idcir-
5 co iudicauimus testes prius esse examinandos.
Siquidem ex ijs haberi potest, an causa talis sit,
vt ante iudicij finem probabiliter Reum fugã
arrepturum timeamus. Tunc namque in carce-
rem custodiæ causa erit detrudendus. Accedit
etiam, quod vt accusatoris ratio prior est, ita
qui ab eo fiunt testes, prius examinandi sunt.
Verum enimverò in testium examinatione
summa est diligentia adhibenda, ac maximè si
aliquam subesse falsitatem aut conspirationem
6 iudex olfecerit. Et primum quidem omnes se-
cretè, ac sigillatim interrogari debent. Deinde
aduertat, num satis prompte, an perplexè, & tar
dius interrogationibus respondeant; num incõ-
stanter, ac varie testimonium reddant; nam signa
capi-

capitis, vultus, faciei, oculorum, cæterorumque membrorum apparcant. Ex quibus aut iqconstantia, aut falsitas deprehendi possit. Fingitur namque vultus ab ipso animo. Denum sæpè eadem de re minis, vel blanditijs pro personarum rationes interrogandi erunt. Et ad summum, nihil omitti par est, quod ad veritatem eruendam aliquo pacto confetat. Poterit etiam huiusmodi signa literis demandare, vt ex eis iudex aliquid conectare queat. Sed enim, quod magni hoc in negocio refert, est, vt vehementi adhortatione a iubeat ad eos, qua ad aperiendam veritatem facilius inducantur, hoc nimitũ pacto. Cũque, vt ex instituto operi vacatemus, Dom. Verax testis aduocatus iussu nostro esset, declarandæ veritatis gratia, talem ad cũ adhortationem adhibuimus. Mihi quidem persuasũ

7 est te prorsus nõ fugere, quomodo veritas vna est, cuius merito salutem adipiscimur, quamq; despiciens veterator ille Diabolus, è celsissimo gradu dignitatis in miserrimas calamitates decidit. Sic enim scriptum est: Mendax est, & Pater eius, & in veritate non stetit, &c. Cuius parẽ pœnam te luere oportebit, si veritate negl cta, mendacia nobis in proxim inconimodum depratatẽ confinges. Postea sic se agat iureiurando adhibito, vt alias diximus, exordiom sumat.

8 D. Verax constitutus, & monitione adhortatus, vt veritatem aperiat, præstito iuramento, interrogatus &c. Ad id totum, quod ex parte iudicis dicitur, Latino sermone d scr bẽdum est, & interrogandi particula adhibita dicendum hoc modo. An comminatus fuerit, quod verberibus eum male afficere vellet. Respondit: *Io alle volte ho parlato in collera, ma non mi ricordo di hauer detto di voler bastonare, &c.*

Atque hac formula in omnium examinatione testium vsurpate debet iudex: id tantum variians, quod testis super primo exprimatur, si talis est, &c. Si autem erit, de tota causa dicatur. Testis examinatus præuio iuramẽto super processu, & tota causa, &c. Prouideat insuper, si cõ-

9 spirationis est suspitio vt iam examinatus, cum alijs nullo pacto sermonem possit habere, &c. Quibus ita cõstitutis, & testibus examinatis pro Actore: vocari debet Reus, eique obiectum cri-

10 men manifestari. Reus vero, vt sibi consulat ordine suo, aut negando, aut fatendo, aut excipiẽdo sibi non desit. Quod totum hoc ordine fieri debet. Postqdam autem testium diligentem de tali causa accepimus notitiam, & examen, eodẽ die, & loco: & si variantur, hæc duo, explicẽtur eo modo, quo occurrerint, &c. Operæ precium duximus, ne causa indicta, quempiam condemnatemus, accersiri Reum, eique obiecta crimina declarari, &c. Do. Innocentius Reus in hac causa vocatus, & efficaciori adhortatione monitus, vt veritati studeat. Scriptum est enim: Cognosceus veritatem, & veritas liberabit vos, &c. Et præstito iuramento interrogatus. An comminatus fuerit D.N. verberibus afficere. Respondit: *Io mai hebbi pensiero di offendere alcuno, &c.* Quod si fatetur, quæ dicit, sunt describenda. Sic etiam si exceptione vtatur. Præter-

11 mitti autem haud decet, cum in restibus, tum in Reo, vt descriptæ responsiones, iterum eis à capite relegantur. Interrogatione præmissa, si ita se habeant: quod si annuerint, amplius nihil est requirẽdum. Sin autem addiderint, aut demerint, aut mutauerint quippiam: in margine apposito obelisco describetur. Semper in cuius-

que cõstituti calce, testium aut Rei subscriptionem notantes: aut si scribendi arte vacant, scri-

12 batur signum D. Fidelis scribe e nesciẽtis. Constituto itaque Reo, vt superius explicauimus, processum continuando, dicatur ei: An aliquid velit ad se tuendum afferre. Quod si exceptione vtatur, vt in tract. de Patrono diximus, tum eiusmodi exceptionis formula describenda erit ijs verbis. Postquam ergo, quæ ad Rei examen spectabant, curauimus, ita eum aggressi sumus. En iam nostri ob quam nam culpam causa ubi dicenda sit, quod si pro seipso quicquam in iudicio exponendum est, ne moreris; nam iustitiã administrare non refugimus. Deinde pro Reo dicatur. Is autem sui rationem volens habere: eiusmodi nobis schedulam describendam tradidit. Quoniam Regis honos, &c. Cum vero

13 crimen prorsus negat, sibique Capitulorũ exceptionem exhiberi flagitet, quemadmodum eodem in cap. de Patrono descripsimus: sic est agendum. Cum vero Reus accus tum se vidit, ne causa caderet, petijt Capitulorum exemplũ, & cogirandi de salute sua interuallum, hac formula. In nomine Domini, &c. His autẽ suo ordine compositis, si hæc petitio admittitur, ita procedatur. Quæ quidem petitio cum iustitiæ consentanea visa fuerit, iudicauimus eã admittendam, si, & quatenus, &c. Si autem admitti digna non est, de hoc exponi causa debet. Postea si datur Capitulorum exemplum, sic est progrediendum. Iam vero, quod Rei Capitulorum exemplum denegare iure nõ potest, cen sumus eidem Reoid petenti exhiberi, vt te ipsa perfecimus, concedentes trium dierũ interuallum ad se tuẽdum. Quibus expletis, debeat coram nobis se sistere ad proponẽdum, quæ ab ipso erunt. At postmodum adueniens Reus ad constitutam diem, quicquid exhibebit, describatur, siue id sit testium repulsio, siue testium à se ipso productio, &c. eius generis hac forma. Cumque elargitum trium dierum interuallum ad finem deuenisset, præsto fuit prædictus D. N. Reus, nobisque tabulam trium testium pro se examinandorum exhibuit: continenter deposcens, vt qua fieri decet, diligentia examinẽtur, hoc modo.

Primo quomodo ipse frequẽter soleat quasi nugando ceteris minitari.

Secundo, quod tali die, & hora fuit in tali loco. Et sic cetera, quæ ad negocium spectabunt, literis mandanda erunt, de quibus quoniam perfacilis cognitio est, sufficit in quo agenda erunt, locum demonstrasse. Nam omnes exceptiones contra Actorem, atque pro Reo defensiones erunt hoc loco tractandæ, sub his formulis. Exceptiones, & defensiones, quæ probandæ offeruntur in Curia Reuerendi Dom. Iusti, &c. de tali loco per D.N. accusatum, vel inquisitũ, vel denunciatum de violẽta manuum iniectione in clericum, super quibus omnibus petitur (vt moris, & iuris) examinari testes infrascriptos, videlicet:

D.N. super primo, &c.
D.N. super secundo, &c.
D.N. super tertio, &c.

Postea dicat.

14 Quæ omnia quoniam ad iustitiæ integritatẽ faciunt, diligenter curanda sunt, vocando sigillatim testes, & summa eum diligentia examinando. Apponaturque dies, locus, &c. hac forma

ma D.N. Testis vocatus, &c. vt supra. Dehinc dicat: Ac demũ segregatim, vt adessent Reus, & Actor, curauimus, eisque diximus, iam nos oblatos testes examinasse, nec quicquam, quod ad id muneris pertineret, prætermisisse. Itaque si quicquam vobis superest omni abiecta mora exponite. Nam nostrum consilium est agitatã causam definire, atque conficere. Postea si nihil velint, prosequendum est. Verum cum hi nihil quicquam se requirere dicerẽt: nos summa vti diligentia in ijs, quæ ad causam faciunt, deuenimus ad definitiuam sententiam, vt describetur extremo loco. Animaduerto autem, quod
15 hæc sententia duplex est. Prima interlocutoria appellata, videlicet, quæ iudicio nondum absoluto fertur. Alia autem & secunda, Definitiua, quæ post causæ expletionem, vel ad liberationem, vel condemnationem decernitur. Quarum quidem exemplum afferre haud molestum erit. Et primò de sententia interlocutoria in eum, qui infamia flagrans, ad præstandam purgationem Canonicam cogendus est. Cuius etiam purgationis effigies suo loco describitur.

Forma sententiæ interlocutoriæ.

In Christi nomine, Amen. Nos Dom. Iustus
16 à Panormo Abbas, &c. vel si fuerit delegatus dicat, iudex delegatus in hac causa, vt in actis habetur aduersus D. Turpilium tam apud nos de manuum violenta iniectione accusatum, vel inquisitum, vel denunciatum, consideratis ijs, quæ coram nobis fuerunt allata, omnibusque maturè ponderatis, atque discussis, volentes ad dictæ causæ explicationem, (vt par est) peruenire: Christi nomine repetito, Spiritusque Sancti nomine implorato, per quem legum conditores, & iudicia exercentes, iusta decernunt. Deum præ oculis habentes, declaramus atque decernimus, ipsi Dom. Turpilio iniungendam esse Canonicam purgationem, vt eam hac præsenti sententia iniungimus, ratione asserti delicti occulti, quod ipse negauit commisisse, & mandantes: iurandum iuret ad sancta Dei Euangelia, manibus tactis scripturis, se ab ipso delicto per eum negato immunẽ esse, & nullo modo crimen attentasse: quinque monachis pari gradu præditis, aut superiori, secum adhibitis, qui vitæ morumque suorum notitiam habeãt, & tales sint, quod possimus iure, atque merito eis confidere, quod deierare non debeant. Qui omnes quinque iurant se credere Dom. Turpilium verum iurasse. Decernimus etiam quindecim dierum proximorum interuallum, vt eiusmodi purgatio præstetur. Quam fieri debere mandamus, coram nobis in Cænobio, &c. Reseruantes nobis facultatem, aliam sententiam, iuxta Canonicas sanctiones proferendi, si integrè purgationem prædictam non præstiterit. Sic itaque dicimus, declaramus, & decernimus omni meliori modo, via, & causa, quibus melius de iure fieri potest. Lata, lecta, & publicata fuit suprascripta sententia, die verò decimanona Mensis Iunij 1577. Indictione quarta, in Camera nostræ Præsidentiæ, præsentibus pro testibus vocatis D. Nicolao, & D. Iusto.

Ita est ego D. Iustus.

† locus sigilli.

Quæ omnia acta fuerunt in præsentia D. Turpilij acceptantis, & annuentis.

Ita est ego D. Turpilius.

Præmissis omnibus præsentes fuimus ego D. Nicolaus testis, & idem D. Iustus.

Regularium Iudex quomodo in eorum caussis procedere possit, ac debeat. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Delicta aut leuia, aut grauia sunt.*
2 *Et hæc aut Manifesta, siue notoria, aut occulta.*
3 *Leuia delicta, quæ sint.*
4 *Grauia delicta quæ sint.*
5 *Manifesta delicta quæ sint.*
6 *Occulta delicta quæ sint.*
7 *Delictorum diuisio in leuia, grauia, & grauissima.*
8 *Delictorum diuisio in publica, & priuata.*
9 *Regularium delicta leuia quomodo puniantur.*
10 *Si modus excedatur in punitione, quid subditus facere queat.*
11 *Laicorum leuia delicta sine iudicij strepitu puniuntur.*
12 *Regularium delicta manifesta quomodo puniantur.*
13 *In illis non admittitur appellatio.*
14 *Neque iudicis recusatio.*
15 *Citari attamen, audirique debent ipsi Rei.*
16 *Defensiones cum sint de iure naturali, negari possunt nemini.*
17 *Si delictum iudici soli manifestum sit, quid agendum.*
18 *Regularium superiorum delicta grauia, & occulta quomodo punienda sint.*
19 *Regularibus iura ignorare facilius, quam alijs permittitur.*
20 *Regulares parum curare debent prælaturas.*
21 *Iudiciarius ordo in regularium caussis obseruandus est.*
22 *Regularium subditorum delicta grauia occulta quomodo punienda sint.*
23 *In caussis regularium dupliciter procedi potest.*
24 *In caussis regularium summarie procedendum est.*
25 *Quod approbatum, & concessum à summis Pontificibus est.*

VT modus in regularium personarũ caussis cognoscendis ab illorum iudice obseruandus tradatur a nobis, principio delictorum, de quibus iudicandi sunt, adducenda partitio est. Igitur (quod ad instituti nostri propositum
1 pro nunc attinet.) Delicta aut leuia sunt, aut
2 grauia, & hæc vtraque aut manifesta, siue noto-
3 ria, aut occulta esse noscuntur. Leuia delicta dicuntur illa, quæ culpam mortalem annexam, saltem euidentem non habent: eiusmodi sunt in choro ridere, sine venia silentium violare, verbis cum fratre contendere, murmurare, in aliquem minas, vel maledicta ex impetu iræ proferre, & similia, quæ in religiosorum constitutionibus in c. de leui, aut etiam de graui cul-
4 pa continentur. Grauia delicta nuncupantur, quæ culpam mortalem euidentem in se conti-
nent,

Digitized by Google

nent, vel præseferunt, vt votorum violatio, in prælatum conspiratio, furtum, granis percussio, literarum, & sigilli Generalis falsificatio, & huiusmodi, quæ in regulatium constitutionib. in c. de grauiori, & grauissima culpa contenta esse noscuntur ex Io. à Turrecremata in expo-
5 sitione regulæ S. Benedicti. Manifesta, siue notoria delicta vocantur, quæ nulla possunt tergiuersatione celari. Abb. c. ex literis, de iuretur. Iul. Clar. libr. 5. §. fin. q. 9. in principio. eiusmodi vero sunt, quæ aut publice coram omnibus vel maiori parte, aut coram superiore, siue iudice multis videntibus perpetrantur. Dom. Sot. lib.
6 5. de iust. & iur. q. 4. ar. 1. ad tertium. Occulta vero delicta nominantur, quæ vel occulte coram paucis fiunt: vel ita perpetrantur, vt vix, aut nō ita facile probari queant, vel indigent probatione, gloss. in c. manifesta. 2. q. 1. Non me latet
7 aliorum diuisio in delicta leuia, grauia, & grauissima siue atrocissima, de qua diuisione Bart. in l. si non solum, §. si mandato meo, num. 7. ff. de inint. & in l. leuia. ff. de accusa. glo. in l. auxilium. ff. de minor. Salic. in l. 1. C. de requir. reis. Felin. in c. cum illorum, de sent. excom. Abb. in cap. tuæ. de pæn. Cla. ci. lib. 5. §. primo ver. sunt etiam Io. Bern. Diaz in pr. crim. can. cap. 11. ver.
8 grauia, & plura perpetrarunt facinora. Illorum quoque qui delicta in publica, & priuata distinguunt, de qua dist. Specul. 3. par. tit. de accusat. §. 2. & Clar. d. §. 1. in principio, & nos infra cap. 16. nu. 43 quo eodem c. nu 1. & 2. aliæ delictorum diuisiones adducuntur. Verum instituto nostro pro nunc allata diuisio admodum sufficiens esse videtur, Qua posita, declarataque sit
9 Prima propositio: Regularium iudex, siue prælatus, quando leuia subditorum delicta iuxta regularia instituta punit, processum formare, aut sententiam in scriptis ferre nequaquam tenetur. Lapus allega. 74. nu. 5. Feder. de Senis. consil. 105 Io. Monachus, cap. 1. de relig. dom. lib. 6. neque appellationem admittere, c. ad nostram, & c. reprehensibilis, de appell. c. cum speciali, §. porto. eo. tit. neque iudicis recusationē,
10 c. cum speciali ci. Nisi correctionis modus excedatur, c. de priore, de appell. Abb. c. ad nostrā cit. & cap. cum speciali similiter cit. Federic. de Senis cit. consil. 55. circa finem. Alphonsus Villag. in pract. crim. canon. libr. 6. concl. 3. Victor. Auersa. in modo proced. in cau. reg. cap. 5. num.
11 4. & cap. 6. num. eod. Id quoque in laicis indicandis obseruatur, l. leuia. ff. de accusat. De his namque processum formare, ac strepitum iudicij facere, præterquam quod ridiculum esset, in maximum quoque ipsius obedienniæ vergeret detrimentum. Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 4. art. 1. cit. Roderic. tom. 2. quæst. regular. q. 3. art. 1.
12 Secunda Propositio. Regularium Iudex, siue prælatus, quando grauia subditorum delicta manifesta, siue notoria iuxta regularia instituta punit, & corrigit, modum in huiuscemodi punitione nequaquam excedens, & quando repertum in fragranti crimine similiter punit, iudiciarium ordinem seruare minime tenetur, argum. 1. Cor. 5. quo loco habetur D. Pa. ordine iudiciario nullo seruato, notorium illum incestuosum Sathanæ per excommunicationis sententiam tradidisse, c. de manifesta, iuncta gl. 2. q. 1. c. ad nostram, el 2. de iureiur. Specul. cit. 3. par. tit. de accusat. §. 1. nu. 17. D. Anto. 3. par. tit. 9. c. 8. §. 3. Clar. lib. 5. §. fin. q. 8. in princip. Farin.

13 q. 21. nu. 133. & seq. neque appellationem admittere, c. ad nostram ci. c. cum sit Romana. §. præterea, c. peruenit, ca. consilium el 1. & c. cum speciali, §. porro, in fine de appell. Farin. loc. cit.
14 num. 117. Victor. loc. cit. in fine Neque iudicis recusationem, d. c. peruenit, iuncta gl. ver. manifesta. in notorijs. n. locus recusationi non est, c. cum speciali cit. Nisi iudex inimicus esset, vel
15 suspectus, vt in fra ca. 14. nu. 16. dicetur. Vocari attamē Reus ipse debet, arg. Gen. 3 & 4. Card. Zabarel. in clem. sæpe, de ver. sign. §. non sic tamen ver. 4. nota. Atque audiri, si quam forte pro se vellet excusationem, aut defensionem afferre. Clar. lib. 5. §. fin. q. 8. ver. sed nunquid ca
16 pio reo. Farin. q. 39. nu. 32. Neque. n. defensio, cum sit de iure naturali, c. pastoralis, §. ceterū, in clem. Farin. loc. cit. nu. 18. cuique vel excommunicato negari potest, c. cum inter. de except. imo nec Diabolo ipsi, si adesset in iudicio, Specul. 3. par. tit. de inquisit. §. fi. ver ego distinguo.
17 Victori. loc. cit. c. 7. nu. 5. Quod si prælato soli delictum huiusmodi manifestum sit, vtique sine ordine iudiciario nequaquam procedere valet: cum idem nequeat esse accusator, & index, deducit Grat. c. de manifesta. 2. q. 1. cit. §. sed sciēdum est, probat Iul. Clar. loc. cit. d. quæst. 8. ver. finali,
18 Tertia propositio. Cum de grauibus occultis delictis contra Prælatum religiosum peragitur, iudiciarius ordo quemadmodum in secularium prælatorum caussis cognoscendis ad vnguem non est obseruandus necessario, c. qualiter, & quando, el secondo de accusat. §. vltimo. & doct. ibidem. Cuius ratio illa esse videtur,
19 Vel quia Regularibus iura facilius, quam alijs ignorare permittitur. Innoc. in c. cum in cūctis, de electio. Vel quia titulum ita fixum, & firmum, quemadmodum seculares prælati minime habent, quare & liberius, & leuioribus de caussis a prælatura queunt remoueri, c. qualiter, & quando ci. & c. per tuas, de simo. §. fi. Vel
20 etiam quia cum studere humilitati religiosorū prælati debeant, illis, vt ab administratione remoueantur, valde curandum non est.
21 Aliquis attamen iudiciarius ordo in eorum caussis cognoscendis, atque diiudicandis obseruandus erit. arg. cap. cit qualiter, & quando. Panor. ibid. Villagut. d. li. 6. concl. 3. adeo quod iudiciarius ordo quo ad subtilitatem remoueri potest, non autem quo ad veritatem, quię in nullo prorsus ommittenda iudicio est. Panorm. vbi supra. Quare nedum vocandi erunt, cum de iure diuino id fit. Gen. 3. & 4. cit. verum quoque testium dicta, & nomina illis exhibenda erunt. clem. sæpe de verb. sign. & per tex. in c. olim, de accusat. glo. ibi. verbo copiam, & Abb. expresse pro regularibus, in d. c. olim. Villag. loc. cit. Victor. c. 7. nu. 8. idque rationi consonum esse videtur. Etenim si testium nomina illis tradi nequaquam deberent, & audaciores testes ad infamandum essent, & dictis prælatis legitimæ defensiones minime tribuerentur, de hac re vide infra cap. seq. num. 24.
22 Quarta Propositio. Cum de grauibus occultis delictis ad infamiam, dedecusve regulariū agitur subditorum, aliquis ēt ordo iudiciarius veritatis concernens indaginem necessario est obseruandus, neque illis deneganda sunt, quæ iuris diuini sunt, atque naturalis, qualia esse videntur citatio, exceptiones, dilationes, defensiones, de quibus cap. 12. sermonem instituemus; patet ex c. qualiter, & quando cit. Pan. ibi.

qui

qui huiusmodi verbis vti minime veretur. Aliquis ordo seruandus est, si agitur contra regularem obedientiam, cum agitur de maximo præiudicio, cui fauet quoque Feli. in c. olim, de accus. in fin. Qui autem contrarium docere videntur, vt Foller. in pr cri. can. c. 36. a nu. 30. & alij, iuxta superius positas propositiones primã videlicet, ac secundam intelligendi sunt. Quare idem met ordo in subditorum caussis cognoscendis obseruandus erit, quem in prælatorum delictis puniendis superius diximus fore seruandum. Villagut. d. li. 6. concl. 5. Victor. vbi supra. Sot. l. 5. de iust. & iur. q. 4. art. 1.

23 Quinta propositio. In caussis regularium, tã prælatorum quam subditorum, quando proceditur per viam accusationis, aut denũciationis, aut inquisitionis, aut exceptionis: dupliciter procedi potest. Aut de iure (vt aiunt) ordinario, nihil eorum, quæ legibus præscripta sunt ommittendo. Aut summarie, & de plano sola rei veritate inspecta. Spec. 3. par. tit. de inquisit. §. fin. in ver. ego distinguo. cit. Præposit. in c. cum pastoris. 2. q. 8. Abb. c. ea quæ. de statu monac. & in c. cum contingat. de for. compet. Villagut. loc. cit. concl. 3. circa medium Victor. vbi sup. c. 5. nu. 6. & c. 7. nu. 1. Roder. tom. 2. quæst. Regular. q. 3. ar. 1. & deducitur ex d. c. qualiter cit. vbi nõ interdicitur ipsis regularibus iudicarius ordo, qui de iure ordinario est: verum tantummodo dicitur, non credimus hunc ordinem in personis regularibus esse vsquequaque obseruandũ. Idcirco regularium personarum iudices proprio reliquit arbitrio, vt vel ordinario, vel summario iure contra dictos regulares eis procedere liceat, prout ipsis magis visum fuerit expedire.

24 At vero quorumcunque doctorum consilio a priori iure, videlicet ordinario, abstinendum est, veluti religiosis viris parum accommodato; quippe qui & iura passim ignorant, & quibus iudiciorum strepitus, procuratorum, & aduocatorum esse conueniẽs minime videtur, id affirmant præcipue Panor. in c. si quis contra clericum, & in ca. cum contingat cit. de for. comp. Felin. in c. olim, ci. Lap. alleg. 73. Villag. loc. cit. concl. vlt. Victor. c. 7. nu. 1. Roderic. vbi supra, alijq; omnes.

25 Quod & summi Pontifices voluisse, aut saltẽ laudasse videntur, qui regularibus ipsis priuilegia concedentes, liberam illis absque iuris apicibus, ac rimulis, tamquam eorum statui magis consonam, iudicandi facultatem concesserunt. Compend. priuil. verb. appellare, num. 1. & ver. correctio fratrum. nu. 6. Quid vero sit summarie procedere, de plano &c. proxime sequenti capite declarabitur.

Quid sit summarie procedere, & de plano, sine strepitu iudicij, sola rei veritate inspecta, rimulis, & apicibus iuris postpositis. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *In iudicijs quædam ad necessitatem spectãt, quædam ad solemnitatem.*
2 *In iudicijs, quæ de iure fiunt ordinario, quæ seruanda sint.*
3 *In summarijs iudicijs quæ seruanda sint.*
4 *Quæ ad solemnitatem in iudicijs faciant.*
5 *Quæ ad vim, & essentiam in iudicijs faciant.*
6 *Accusator, seu Denunciator, seu exceptor, seu Infamia in quolibet iudicio requiritur.*
7 *Quatuor personarum genera in quolibet iudicio necessaria sunt.*
8 *Petitio actoris siue in scriptis, siue in voce in iudicio necessaria est.*
9 *Petitionem in summario iudicio satis est generaliter fieri.*
10 *Citatio Rei in summario iudicio necessaria est.*
11 *Citatio Rei in quolibet iudicio fieri debet.*
12 *Etiam si princeps ipse processum formaret.*
13 *Etiam si Reus subditus eius sit.*
14 *Princeps de plenitudine potestatis contra non citatum procedere nequit.*
15 *Iuramẽti exactio a partibus, ac Testibus in summario iudicio necessaria est.*
16 *Iuramentum in iudicijs necessarium est, nec à Christo prohibitum.*
17 *Testibus non iuratis nulla fides adhibetur in iudicijs.*
18 *Exceptiones, dilationes, appellationes, &c. in sũmario iudicio vt necessaria sint.*
19 *Iudex recusari in summario iudicio potest.*
20 *Accusatorem contra, Testesque excipere in summario iudicio quis potest.*
21 *Reo grauato in summario iudicio appellare licet.*
22 *Dilationes, induciæque Reo in summario iudicio vt concedendæ sunt.*
23 *Depositiones, siue dicta, & nomina actoris, ac testium in summario iudicio ipsi Reo concedenda, & aperienda sunt.*
24 *Regularibus quoque tum dicta, tum nomina.*
25 *Actoris, testiumque nominum suppressio in hæresis crimine singularis est.*
26 *Feriatis diebus propter hominum necessitatem in summario iudicio procedi potest.*
27 *Citatio partium ad sententiam definitiuam in summario iudicio necessaria est.*
28 *Sententia in summario iudicio non est opus sedendo feratur.*
29 *Sententia præcipitanter lata, etiam in summario iudicio nulla est.*

1 IN iudicijs quædam essentialia sunt, quæ videlicet ad vim, essentiamque ipsorum pertinere, quædam vero, quæ ad illorum solemnitatem, perfectionemve requiri videntur. In iudi-
2 cijs, quæ iure ordinario fiunt, siue iuxta communis iuris formam exactam geruntur, essentialia nedum, sed quoque illa, quæ ad solemnitatem, perfectionemve requiruntur iudiciorũ (vt consistant) ad apicem obseruanda sunt. At vero in
3 summarijs iudicijs solemnitates ipsæ reijciuntur: quæ autem ad iudicij vim, ac essentiam spectare dignoscuntur, omitti absq; vitio nequeũt, etenim sine ipsis iudicium iniquum profecto esset.

4 Quæ vero ad solemnitatem, siue ad exactã iudicij formam, ac perfectionem requiruntur, illa sunt. Citatio die non feriata. Libelli porrectio in scriptis. Litis contestatio. Testium multitudo. Longæ dilationes. Testium post publicatas attestationes receptio. Sententiæ sedendo prolatio. & huiusmodi.

5 Quæ autem ad iudicij vim, ac essentiam spectant, illa omnia sunt, quæ in Clement. sæpe de verborum significatione continentur, quæ videlicet ad ipsius veritatis realem, perfectamque cognitionem, ac legitimas defensiones

peragen-

peragēd as necessaria esse videntur, & quæ aut
diuino, aut naturali iure, aut euidētissima ratio-
ne seruare docemur. Pegna. con. 104. ver. fin. in
6 3. par. dir. inquisi. Ac Primo quidem in iudicio
quouis accusatorem, aot denunciatorem, aut ex-
ceptorem, aut Infamiam præcedentem adesse
necessariom est, neque enim illis absque exciuari
iudicium potest, argu. Gen. 4. Vox sanguinis fra-
tris tui clamat ad me de terra, & cap. 18. eodem
libro. Clamor Sodomorum, & Gomorreorum
venit ad me. Luc. 16. Homo quidam habebat
villicum, & hic diffamatus est apud illum. Cle-
ment. sæpe cit. §. Verum quia, hæc habetur. Ve-
xum quia iuxta petitionis formam pronunciatio
sequi debet pro parte agentis, ac etiam rei, si
quid petere voluerit, est in ipso litis exordio peo-
tio facienda. Victorin. c. 7. nu. eo. & quidem, cum
in vnoquoque iudicio quatuor personarum ge-
nera requirantur, Iudex, Actor, Reus, ac Testes,
4. q. 1. cap. 1. & q. 4. cap. 2. & cap. forus, §. in omni
quoque negotio, de ver. signif. vt in præfatione
dictum est, in summario quoque iudicio Actor,
siue accosator, aut illius vices gerens denuncia-
tor, aut exceptor, ant infamia debebit adesse, qui
attamen legitimus, idoneusque sit, cap. nihil. 2.
quæst. 1.

8 Secundo Actoris petitionem, verbo saltem, a-
desse necesse est. arg. Matt. 18. Videntes serui il-
lius, quæ fiebant, venerūt, & narrauerunt domi-
no suo, quam tamen petitionem (si in scriptis
minime porrigatur) actuarius, siue tabellio scri-
ptis mandare cononuò debet, dicta Clem. sæpe
§. eod. Petitio facienda est, siue in scriptis, siue
verbo; actis tamen cononuo inserenda, & §. 1.
Sancimus, vt Iudex, cui taliter committimus ne-
cessario libellum non exigat. Bart. super Extrau.
ad reprimēdum, §. & figura. Card. Zab. in d. Cl.
sæpe, §. non sic tamen, ver. octauo nota. Villag. li.
6. c. 1. concl. 3. Menoch. lib. 1. de arb. iud. quæst.
18. Const. nostræ Cano. Regul. S. Saluatoris, c. 13.
nu. 24. sufficit vero petioonem verbotenus factā
ipsius facti narrationem continere; licet neces-
sario omnia, quæ de iure requiri videntur, mini-
me habeat, arg. 3. Reg. 3. de summario Salomo-
nis iudicio: in eo namque meretricis petitio sim-
plicem continuit narrationem sine aliqua pror-
sus solemnitate, itaque satis esse videtur, si peti-
9 tio generaliter fiat, ac eiusmodi, quod ex narra-
tione, quid sibi actor ipse velit, comprehendi
queat, arg. l. fin. C. de do. excep. Villagut. loc. cit.

10 Tertio Rei citatio necessaria in iudicio est, ar-
gum. Gen. cap. 3. Adam vbi es? & cap. 4. Quid
fecisti Cain? Matt. 18. Tunc vocauit illum do-
minus suus, & ait illi. Serue nequam, &c. Luc. i-
tem 18. & vocauit eum scilicet villicum, & ait il-
li. Quid hoc audio de te? redde rationem villica-
tionis tuæ, Clem. sæpe cit. §. citanonem. habetur.
Citationem vero per commissionem huiusmodi
intelligimus non excludi. Bartol. & Zabarel. loc.
cit. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 31. in principio. Vil-
11 lagut. vbi supra. Menoch lib. 1. cit. quæst. 17. A-
deoque Rei citatio, seu vocatio necessaria in v-
noquoque iudicio est: quod nisi Reus citatus
fuerit, aut citatio nulla, vel minus legitime facta
extiterit: tam processus formatus, quam senten-
tia lata contra huiusmodi Reum sunt ipso iure
nulla, gl. in l. si accusatoribus, in gl. fin. C. de ac-
cus. quam communem theoricam esse docet Ro-
lan. cons. 68. num. 14. lib. 2.

12 Quod etiam verum est, si Princeps ipsemet
huiusmodi processum formaret, aut sententiam
ferret, neque enim de ordinaria potestate contra
non citatum ipse procedere potest. Corset. in re-
pert. Abb. ver. Princeps, & qnoq; si Papa. Sonci.
inter consil. Curtij senioris, cons. 20. num. 4. &
seq. cuius doctrinæ illa ratio est, quia vt c. seq. di-
13 cemus. Rei citatio diuini iuris est. Licet ille, con-
tra quem proceditur, subditus eorum sit. Clem.
pastoralis, de re iud. quam esse communem tra-
dit Sonci. consi. 87. num. 19. ver. capio sextam. li.
3. & cons. 264. nu. 16. in fi. lib. 2. & cons. 266. nu.
46. eod. vol. & consil 120. post nu. 10. lib. 3. addit
14 fateri omnes, Principem de potestatis plenitu-
dine contra non citatum nequire procedere, cu-
ius rationē, præter allatā superius, illā possemus
adducere, citationem ea de caussa fieri, vt reus
certior factus, sibi consulendo, comparere, ac se
se tueri possit: quod vnicuique de iure naturali
concedendum esse nemini dubitare fas est; con-
tra vero ius naturale procedere, nec princeps ip-
se potest, Clem. pastoralis cit.

15 Quarto a partibus, ac testibus exactionem iu-
ramenti de calumnia, & malitia, & quoque de
veritate dicenda, requiri in vnoquoque iudicio
necessarium est, d. Clem sæpe, §. eo. Citationem
vero ac præstationem iuramenti de calumnia,
vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas
occultetur, per commissionem huiusmodi intel-
ligimos non excludi. Bartol. loc. cit. versi. item
an de calumnia. quo loco illud, quod a nobis di-
ctum est affirmat nedum, sed quoque subdit,
iuramentum iure naturali in iudicijs introdu-
ctum fuisse tempore Moysis. per text. Exod. 22.
num. 8. & 11. capite, quoque Etsi Christus, de
16 iureiurando. Iuramentum in iudicijs neces-
sarium esse docetur: nec Saluatorem, nec illius
apostolum Iacobum contrarium præcepisse,
quinimmo & Saluator ipse, & D. Paul. Aposto-
lus sæpius iurarunt: quemadmodum ex Euan-
gelijs, & epistolis D. Pa. manifestum est. Imola
quoque in d. Cle. sæpe, in ver. quarto vero quæri-
tur, de iure diuino docet exigi iuramentum e-
tiam a testibus; cum ad veritatis indaginem
hoc spectare videatur. Cæsar. de Grassis decis. 88.
17 num. 4. ac testibus non iuratis nulla sit adhibén-
da fides, cap. nuper. de testib. Villag. loc. cit. concl.
8. & 9. Menoch. vbi supra quæst. 20. num. 4. &
quæst. 26. nume. 3. & 4. Testes autem præsenio
parte iurare debent, si necessitas id expostulet.
Bart. vbi supra, aliter, inquit, auferrentur a Reis
defensiones, quod repugnat naturali æquitati.
Huic sententiæ Bartol. Imola quoque subscribit
loc. cit. verbo octauo quæro. Villagut. loc. cit.
conclu. 10.

18 Quinto exceptiones, & legitimæ appellatio-
nes quæcumque ptont in ordinario iudicio fieri
contingit, admittendæ necessario sunt, non au-
tem frustatoriæ, ac superfluæ, d. Clem. sæpe, §. 1.
cit. Exceptiones, appellationes, dilatorias, & fru-
status repellendo, ergo a contrario sensu ex-
ceptiones, & appellationes legitimæ, quæ
nequaquam ad iudicium protrahendum fiunt:
sed pro necessaria defensione, aut pro cauen-
da iniustitia, vtique erunt admittendæ, quod
gloss. ibid. videtur innuere. verb. dilatorias, di-
cens, nolle summum Pontificem exceptiones
surreptionis, vel nullitatis contra rescriptum in-
telligere, vel recusationis contra iudicem, vel
dilatoriam solutionis, hisque similes repellendas
fore, hoc docet quoque Bartol. loc. cit. ver. item
an poterit opponi. Zabar. vbi supra, vers. octauo
oppono. Imola in d. Clemen. versi. glossa dila-
tiones. Menoch. loc. cit. li. 1. q. 19. nu. 9. Villagut.
vbi supra conclu. 4. Et quidem, nisi exceptiones

Digitized by Google

admitterentur legitimæ, defensiones vtique ipsi Reo necessariæ tollerentur, quæ iure illi competunt naturali, vt sæpius dictum est. Menoch. ibid. q. 32. num. 1.

19 Quare poterit iudex recusari suspectus, si ratio admodum probabilis illum adsit recusan-
20 di. poterit quoque accusatorem contra excipi, quod illegitimus sit; contraque testes quod sint
21 minus idonei. grauato quoque reo (si vere grauatus existat) etiam ab interlocutoria, nedum a definitiua sententia appellare licebit, ista namq; deneganda sunt nulli, cum ad legitimas defensiones attineant. Idcirco summus Pontifex solas exceptiones, dilationes, appellationesq; frustatorias, quæ videlicet non admodum probabili fulciuntur ratione, verum ad iudicium tantummodo cauendum, aut protrahendum opponi videntur (quare neque de iure naturali concedendæ sunt) repellendas fore committit, quod & præcitati authores iisdem in locis sentire videntur.

22 Sexto Dilationes congruentes, siue deliberatoriæ induciæ Reo ipsi exhibendæ sunt, ac dies certus tam ad actoris petitioni respondendum, quam ad acta omnia, & munimenta, quibus in caussa vti Reus post articulorum dationem voluerit, constituendus est: necnon ad necessarias probationes, excusationes, ac defensiones Reus ipse necessario debet admitti. d. Clem. §. non sic. Non sic tamen iudex, inquit, litem abbreuiet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittantur, & infra §. & quia. Statuimus vt iudex sic deputatus a nobis, nisi aliud de partium voluntate appareat, procedat ad dandum simul vtrique terminum, quem dare possit, & ad exhibendum omnia acta, & munimenta, quibus partes vti volunt in caussa, post dationem articulorum: & diem certum, quandocumque sibi videbitur, valeat assignare, &c. Docent hoc idem Bart. vbi supra, vers. item an dari debeat dilationes. Imo. loc. cit. ver. septimo quæritur. Zaba. in §. & quia, per totum. Menoch. loc. cit. q. 19. num. 5. & sequen. & quæst. 24. Villagut. loc. cit. concl. 7. Farina. quæst. 39. num. 3. & seqq. & quidem, cum iudex neque probationes, neque legitimas defensiones, neq; aliud, per quod aut impediatur, aut occultetur cognitio veritatis ommittere queat, profecto & supra enumerata Reo ipsi concedere debet, vt veritas probari, & Reus defendi possit.

23 Septimo Depositiones actoris, ac testiū Reo sunt cum illorum nominibus tradendæ, atque publicandæ, d. Clem. sæpe, §. cit. & ad exhibendum omnia acta, & munimenta, quibus partes vti volunt. Quæ autem ista sunt acta, munimentavè, nisi processus ipsius copia cum actoris testiumque nominibus: quibus visis, consideratisque, Reus ipse illos, illorumq; dicta impugnare queat? argu. cap. qualiter, & quando el secondo de accusat. §. debet Bartol. in d. Extrauag. ad reprimendum, §. & figura, in ver. an requiratur publicatio testium. Imo. loc. cit. ver. octauo quæritur. Ignat. Lopez in annot. cap. 118. pract. crim. Diaz. ver. ex qua sententia. Late Farinac. d. q. 39. per totam, præsertim, num. 15. 16 & 17. Villag.
24 vbi supra, concl. 11. & eod. li. 6. c. 2. concl. 4. pro regularibus idem affirmat: quod videlicet testiū dicta nedum, verum & nomina quoque illis tribuenda, aperiendaque sunt. Quod & Panor. docet in capite olim. & cap. qualiter el secondo cit. de accusat. Rodericus to. 2. q. regular. quæst. 16. art. 1. Villag. vbi supra, quo etiam loco Hostiensi contrariam opinionem tenenti respōdet. Victori. Auer. cap. 7. num. 8. in criminalibus. & grauissimis regularium caussis & ipse concedit. Potest autem opinio ista, quam ego verissimam, tenendamque puto, hac ratione probari. Cum regulares inter inuidiæ, æmulationes, rixæ, iurgiaque multa exoriri compertum sit, atque debachari: nisi in eorum caussis accusatoris, ac testium dicta, nominaque Reis publicarentur, malignis criminationibus, insidiis, machinationibus, conspirationibus, detractionibus, & vindictæ locus daretur apertissimus; & periculum, quod testibus (inquit Rodericus loc. cit.) euenire ab accusatis, inquisitis, denunciatis, exceptis vè solet, longe leuius est audacia, quam ex subticendis eorum dictis, atque nominibus testes ipsi sumere solent ad falsò, confuse, temereque deponendum: vt quoque dicitur cap. qualiter, & quando cit. Quare in regularium tam prælatorum, quam subditorum caussis cognoscendis, atque diiudicandis dicta nedum accusatoris, ac testium, verum & eorumdem nomina Reo publicari debent: vt ipse ab iniuria se, vel excipiendo, vel opponendo aliquid contra illos,
25 liberare queat. Nominum suppressio in violatæ religionis officio fidei fauore peculiaris est, docet id, ac probat, caussamque reddit Franc. Pegna in dir. inquisit. 3. par. comm. 124. Roderi. cit. vbi supra. Farinac. d. q. 39. num. 87. Igitur extra illud officium supprimi non debent. Farin. ibi. num. 16.

26 Octauo. In huiusmodi summario iudicio festis diebus propter mortalium necessitatem introductis procedi potest. in illis vero, qui propter Dei honorem sunt feriati, non item, d. Clemen. sæpe, § 1. Tempore etiam feriarum ob necessitates hominum inductarum a iure procedere valeat, a contrario sensu. ergo tempore feriarum propter Dei, sanctorumque reuerētiam inductarum procedere minime licebit. glo. ibid. ver ob necessitates. Bartol. loc. cit. ver. item an procedi possit. Immo & Zabarel. vbi supra Menoch. lib. 1. cit. q. 30. Quare iudex partibus etiam renitentibus huiusmodi feriatis diebus ad caussæ cognitionem, ac terminationem procedere vtique poterit.

27 Nono, & vltimo. Citatio partium ad sententiam definitiuam pro totius expeditione ne-
28 gotij necessaria quoque est. Quam sententiam, vel sedendo, vel stando, vel vt melius eidem placuerit dispositus ipse iudex ex petitione, probatis, & actitatis (in scriptis tamen) pronunciare valebit. d. Cl. § sententiam. Sententiam vero definitiuam, citatis ad id (licet non peremptorie) partibus in scriptis, & prout sibi magis placuerit stans, vel sedens proferat: etiam si ei videbitur, conclusione non facta, prout ex petitione, & probatione, & alijs actitatis in caussa fuerit faciendum, gl. ibid. Bart. & Innoc. loc. cit. Alphonsus Villagut. vbi supra conclu. fin. Iacobus Menochius lo. cit. q. 31. qui libro eodem pri-
29 mo q. 42. sententiam in huiusmodi summario iudicio latam nullam fore, si præcipitanter, & festinato sine debita caussæ cognitione feratur, etiam ab Imperatore, vel Papa, docet, ac probat.

Quæ de iure diuino, ac naturali sint in iudicijs a iudicibus obseruanda. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Accusator, vel eius vices gerens præcedens iudicium in vnoquoque iudicio de iure diuino requiritur.*
2 *Citatio Rei, illiusque interrogatio iuris diuini est.*
3 *Aequalitas iudicis partium respectu diuino est iure seruanda.*
4 *Testium pluralitas de iure diuino est in iudicijs adhibenda.*
5 *Neminem inaudita parte condemnare iuris diuini est.*
6 *Inimici, aut suspecti iudicis recusatio ad ius pertinet naturale.*
7 *Appellatio de iure naturali est.*
8 *Appellatio est de genere defensionum legitimarum.*
9 *Defensiones legitimæ iuris sunt naturalis.*
10 *Defensiones excommunicato negari non possunt.*
11 *Defensiones Diabolo sunt concedendæ, & si iudicio adesset.*
12 *Brutis quoque defensiones negari non debent.*
13 *Iuramentum de veritate dicenda iuris naturalis esse videtur.*
14 *Testium secreta interrogatio de iure naturali esse videtur.*
15 *De delicto constare debere ad ius naturale videtur pertinere.*
16 *Inimicum neque accusatorem, neque testem esse iuris naturalis esse videtur.*
17 *Puerum, & ignarum penitus iudicandi iudicem esse contra ius naturale est.*
18 *In Regularium iudicijs Accusator idoneus, Testes legitimi, Defensiones congruæ, & Iudex electus ese debent.*

NE forte affirmare quis audeat, vel etiam dubitare illa, quæ superiori capite diximus in regularium caussis cognoscendis, atque diiudicandis obseruanda minime fore; me rem non incongruam iudicaui facturum, si omnia illa, vel saltem illorum maximam partem, iuris esse diuini, aut naturalis ostenderem; ideoque illa sine iniuria, vtrioque maximo in cuiusuis personæ iudicio ommittere fas non esse. Itaque Diuini iuris est.

1 Primo Accusator, vel eius vices gerens, siue Denunciator sit, siue exceptor, siue infamia, qui accusator, vel eius gerens vices iudicium præcedere debet. Accusator quidem, aut Denunciator, aut Exceptor Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ecce vocem accusatricem, seu denũciatricem, qua sine ad Caini condemnationem Deus ipse nequaquam processit. Matt. 18. Pater ille familias ingratum seruum, auarum, ac immitem non vocauit, seu citauit, aut condemnauit prius, quam iuissent illius conserui, ipsiusque auaritiam, ingratitudinem, & immisericordiam illi narrassent, & cap. nihil. 2. quæst. 1. dicitur. Christus Iudam esse furem sciebat, sed quia non est accusatus, non est eiectus. Ioan. 8. vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? nec ego te condemnabo. Infamia vero. Gen. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorrçorum venit ad me; descendã, & videbo, &c. Ecce iudicium pręcedentem infamiam, idem Luc. 16. Antequam villicus ille vocetur a diuite, apud illum prius de bonorum illius dissipatione diffamatus esse perhibetur.

2 Secundo Citatio Rei, illiusque interrogatio. Gen. 3. Adamum ipsum hominem primum volens Deus de commisso esus vetiti ligni delicto condemnare, illum primo vocauit, eique dixit. Adam vbi es? & cap. 4. idem cum Caino fratricida seruauit, illum vocando, atque interrogando. Matt. quoque 18. cit. seruum illum, cui decẽ millia talenta familias pijssimus pater dimiserat, qui deinde conseruum suum ei centum denariorum debitorem in carcerem immitis coniecerat, idem pater familias iudicare volens; vocauit, dixitque illi; serue nequam, &c. & Luc. 16. similiter cit. Villicum de bonorum suorum dissipatione diffamatum diues ille vocauit, illique dixit, quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ.

3 Tertio Aequalitas iudicis partium respectu, ita vt neque vni, neque alteri deferat parti. Deuteron. 1. Non accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Psal. 81. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iacob. 2. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege, quasi transgressores.

4 Quarto Testium pluralitas: adeo quod sola vnius accusatione, siue denunciatione, siue testificatione condemnari nemo possit. Deut. 17. & 19. In ore duorum, vel trium testium peribit, qui interficitur. Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium, quæ sententia in nouo testamento confirmata est a Christo. Matt. 18. dicente. In ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, & a D. Pau. 2. Cor. 13. immo præcepta. 1. Tim. 5. Aduersus presbyterum noli accusationem recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Hinc elicitur quod testis vnicus non probat. l. iusiurandi, C. de test. Cæsar de Grassis decis. 76. nu. 7 Farinac. q. 63. nu. 1. & seqq.

5 Quinto Neminem inaudita parte condemnare. Eccl. 11. Antequam interroges, ne vituperes quemquam; & cum interrogaueris corripe iuste. Lucæ 16. Redde rationem villicationis tuæ: hoc & ijsdem auctoritatibus, quæ cum de citatione sermonem habuimus, fuerunt a nobis adductæ, comprobatur. Veruntamen Reum citare minime sufficit: sed illum audire quoque necessarium est.

Iuris vero naturalis ea sunt.

6 Primo Inimici, suspectique iudicis recusatio, cap. quod suspecti, 3. q. 5. cap. 2. requiris, in fi de appell. l. apertissimi, C. de iudicijs. Couar. li. pra. q. c. 26. in principio.

7 Secundo Appellatio. Abb. in rubr. de appell. Sil. & Armil. ver. appellatio. num. 2. & 12 Grego. Sayrus in Claui Regia. lib. 12. cap. 17. nu. 31. & 38. Victori. Auersa. cap. 7. num. 9. est enim de
8 genere defensionum legitimarum. Domin. Sot. lib. 5. de iust. & iu. quæst. 6. art. 3. Nauar. consi. 5. de appell. num. 6. Sayr. loc. cit. numero 31. nisi enim de iure naturali esset, D. Paulus minime appellasset. Acto. 25.

9 Tertio Defensiones legitimæ, cap. pastoralis, de sent. & re iud. in Clem. l. vt vim, ff. de iu. & iu. Farinac. q. 39. num. 1. & 18.

10 Quæ neque excommunicato negari debent, c. cum inter. de except. Farinac. loc. cit. nu. 49.

11 Neque Diabolo si adesset in iudicio, peteret-

Digitized by Google

que Specula.3.par.tit. de inquisi.c.vltimo. Abb. cap.cum contingat, nu.27. de foro compet. Farina, vbi supra numero 30.

12 Neque Bruns. Marsi.cons.8.num.27.Rolan. consil. item 8. nu.66.& seq. vol.3. Ambrosinus in processu informatiuo.lib.3.c.1.num.9.

13 Quarto Iuramentum de veritate dicenda, quod partibus ipsis maxime testibus deferri solet. Bartol.supra Extrau.ad reprimendũ.§.& figura.vers.item an de calumnia per tex. Exo.22. nu. 8. & 11. confirmat Imola. in Clem. sæpe. de ver.sign.ver.quarto quæritur.

14 Quinto Testium secreta interrogatio, vel diuini, vel saltem naturalis iuris est, a Daniele primo forsan introducta, quando senes, qui Susannam innocentem damnauerant, seorsum examinauit, siue interrogauit. Dan.13. docet id glo.in l.si quando, C.de testibus, & Bartol. vbi supra, ver. an requiratur publicatio testium, refert, ac probat Villag. lib.6. pract.crim.can.cap. 1.concl.11.

15 Sexto illud etiam quod aiunt in criminibus facti permanentis. De ipso delicto constare debere iuris naturalis esse videtur, arg. Iosu.7. quo loco dicitur, quod Iosue Dux, licet Achan furtũ commissum confessus fuisset: attamen lictores misit, qui res furatas requirerent, inuenirent, atque in publico deferrent iudicio, quasi Rei confessio ad illum condemnandum satis minime fuisset, absque eo, quod de furto commissu re vera constaret.

16 Septimo quod Inimicus capitalis neque ad accusandum, nisi suam, aut suorum iniuriam prosequatur, neque ad vllo in casu testificãdum admittatur, docet id Martinus del Rio.to.3.disquisitionum magicarum, lib.5. sectio.6.

17 Octauo quod Puer, aut qui nullam habet iudicandi peritiam iudex constituatur naturali iuri vtique repugnare videtur. Nauar.in c.si quando, de rescrip. except. 7. num.3. ex Persio Poeta dicente,

Publica lex hominũ, naturaq; continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Quibus ita constitutis, ac se habentibus, quis poterit obedire in regularium quoque personarum iudicijs hæc obseruanda fore? Nauar.cons. 1.in fi.de re iud.& consil.5.nũ.10.similiter in fi. de appellat.

18 In quibus etiam iudiciis, quemadmodum in aliis quibuscunque accusator idoneus, testes legitimi, defensiones congruæ, ac iudex electus esse debent, 4. q. 4. cap.1. alioquin iudicium ne dixeris, at latrocinium, vel assassinium potius appellaueris.

Ius commune an, & quomodo in Regularium caussis obseruandum sit.

Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Ius diuinum, & naturale in regularium iudiciis obseruandum est.*

2 *Ius humanum.s.Canonicum in huiusmodi iudiciis obseruandum est.*

3 *Ius commune remotis apicibus, ac rimulis in regular. iudiciis obseruari debet.*

4 *Monachorum nomine religiosi quique veniunt in iure canonico.*

5 *Monachorum nomine veniunt Canonici Regulares, etiam in odiosis.*

6 *Canonici Regulares Monachis æquiparantur.*

7 *Canonum obseruatio in iudicijs fauorabilis est.*

8 *Instituta regularia pro iure gentium ipsis regularibus sunt.*

9 *In regularium iudiciis quando ius commune omitti possit.*

10 *In regularium constitutionibus, regulis, & statutis modus illos iudicandi passim non est, aut est diminutus.*

11 *Delicta regularium talia iudicanda sunt, taliterque punienda; qualia & qualiter in eorum institutis præscribuntur.*

12 *Priuilegia regularium quid sibi velint, cum in eis habetur, quod non secundum iura, sed iuxta constitutiones contra illos procedatur.*

13 *Constitutiones regularium in quibus iuri communi præferantur.*

14 *Illustrissimi Protectores, illorumque Auditores iudices appellationis regularium ipsos regulares iuxta eorum instituta iudicare debent.*

15 *Protectores regularium quare ita nuncupentur.*

1 Diuinum ius, naturaleque in regulariũ iudiciis fore obseruandum, sanæ mentis qui sit, nemo ibit inficias. At vero sacrorum canonũ ignarus dubitare posset, an ius quoque humanũ in talibus obseruandum sit. Cui dubitationi satisfacientes affirmatiuè respondemus.

2 Iuxta sacrorum canonum decreta regulares ipsos fore iudicandos. Etenim c.1. de const. ad canonum obseruantiam in iudicando omnes obligantur, ipsis regularibus minime exceptis. Confirmat id Conc. Trid.sess.25.c.18. de refor. c.si Romanorum, 19. dis.& c.si quis omnem, 1. q.7. Neq; in c qualiter, & quando el secundo de accus. docemur contrarium: sed in regularium iudiciis non ita exactæ quemadmodum in aliorum iudiciis procedendum esse ibi permittitur, gl.c.moniales, de purg.can. Abb.in c.ea quæ.de stat.monacho.

3 Quare ius commune in regularium personarũ iudiciis peragendis (apicibus, & rimulis posthabitis, si placet) obseruandũ est. Docet id quoque Comp.priuil.ver. appellare, in annot.Capucini, §.2. his verbis Non eximuntur regularium superiores a iure communi, nec ab eis, quæ sunt de substantia, & essentia iuris; vt sunt testes idonei, legitimæ probationes, exceptiones, ac legitimæ defensiones: quia sine ipsis iudicium esset iniquum, vbi audiretur impugnatio, & non defensio. Victorin.etiam Auersa. in modo proced. in caus.regular.c.3.nu.4. inquit Leges sũt nobis sacri Canones, c.1.de const. & c.ea quæ. de stat. monach. Neque dicendum est nomine Monachorum solos fore Monachos intelligendos.

4 Etenim in constitutionib. Pontificiis Monachorum nomine veniunt religiosi quique. Abb. c.ex parte, de postul. eoque magis cum simus in fauorabilibus, per c.odia.de reg.iur. in 6. immo
5 quandoq; in odiosis monachorũ nomine intelligũtur canonici regulares, vt in c. ex parte cit.

6 Regulares enim canonici Monachis æquiparantur, glo.ibid.ver.item iudicium, licet id non ita simpliciter in odiosis auderem affirmare, at verò in fauorabilibus semper, nisi tex. ex, resse contrarium dixerit.

7 Canonum autem obseruatio in regularium iudiciis fauorabilis esse videtur tum ipsi iustitiæ pro facti veritate rite inuestiganda; tum ipsis regularibus pro legitimis defensionibus faciendis.

Quara

Quare in omnium, & quorumcumque regularium caussis iudicandis canones sacri obseruandi sunt. Hoc sensisse videtur Nauar. vir eruditissimus. & com. 2. de regularibus, num. 61. & 62. & com. 3. eod. tit. num. 50. & sequen. multoque magis in consilijs; & consi. 9. de constit. & consil. 4. & 5. de appell. to. 1. & consil. 34. & 8. de accusat. tom. 2. alijsque plurimis, in quibus pro personis consulit regularibus ex iuris communis præscripto, quod, nisi in eorum iudicijs ius commune obseruandum fore iudicaret, minime præstaret. Villagut. quoque lib. 6. cit. ca. 2. per totum, hanc eandem tuetur, confirmatque sententiam. Gregor. Sayr. etiam loc. cit. c. 17. nu. 57. Desumi quoque validissimum argumentum potest ad idem probandum ex Conc. Trid. cit. sess. 25. capite 8. quo loco præcipit regularium superiores in suę congregationis monasterijs visitandis illa obseruare debere, quæ in sacris canonibus, & in eodem Concilio decreta sunt.

8 Instituta vero regularia, regula videlicet, atque constitutiones religiosorum pro iure gentium illis habendæ sunt, vt recte Victori. cit. dicto capite 7. num. 4. hisce verbis notat. Nobis autem pro iure gentium habenda sunt instituta regularia, siquidem omnibus Monachis, vel regularibus communia sunt.

9 Itaque mihi dicendum videtur; In indicando personas regulares, iuribus ommissis iuxta eorum instituta procedi posse, immo debere in ijs, quæ in regula, constitutionibus vè reperiuntur, at vero illa, quæ in huiusmodi reperire non est, a iure communi mutuanda fore, nemo dubitare potest.

10 Certe in D. Patris nostri Augustini regula, & in Constitutionibus nostris Canonic. Regularium Sancti Saluatoris tum delicta plurima notantur; tum pœnæ ijs, qui talia committere non verentur, infligendæ ponuntur. Sed quomodo in huiuscemodi criminibus, delictisvè inuestigandis, pœnisque iuridice infligendis procedendum sit, nihil penitus inuenitur, præterquam Actoris, ac Rei nomina, crimenque scriptis fore mandanda, Reumque citandum; qui si delictum fuerit confessus, mitiore; sin autem de illo conuictus extiterit, grauiore pœna mulctetur, & si accusator, aut denunciator in probatione defecerint, talionis pęna plectantur, cap. 13. numero 24. & seq. Quare pro delicti habenda veritate, pro legitimis Rei defensionibus, pro caussæ determinatione rite obeunda, vnque a iure communi, nequaquam a proprio cuiusque cerebro, petendus erit procedendi modus.

Illud attamen inuiolabiliter obseruandum est, delicta ipsa talia esse iudicanda, taliterque punienda; qualia, & qualiter in cuiusuis congregationis ordinis vè regula, constitutionibusque præscribitur; quamuis de iure communi fortassis, & delicta grauiora iudicentur, & pœna illis maior adhibeatur.

11 Hoc enim sibi volunt regularium priuilegia, cum in illis a summis Pontificibus indulgetur, siue conceditur, vt nequaquam secundum iura; sed iuxta eorum consuetudines approbatas, & generalia statuta facta, & fienda regulares ipsi corrigantur, & puniantur, vt habetur in compend. priuil. ver. correctio fratrum, nu. 6. & 8.

13 Iuri etenim communi regula, constitutionesque regularium præponūtur in illis, quæ in eisdem habentur: in illis autem quæ in huiusmodi minime reperiuntur, ius commune in eorum iudicijs peragendis obseruandum est.

14 Quo etiam modo iudicandi, corrigendi, atque poniendi sunt ipsi Regulares ab eorum appellationis iudicibus Illustrissimis Card. Protectoribus, illorumque Auditoribus, Nulla etenim assignari ratio potest, cur isti regularium priuilegia obseruare minime teneantur in eorū iudicijs pertractandis iuxta eorum instituta in illis, quæ in ipsis habentur, cum potius iidem regulares sub eorum protectione degentes contra quoscumque illorum priuilegia volentes infringere, tueri, protegereque deberēt. hac enim de caussa regularium protectores illos appellari nemo non videt.

De Ordine Iudiciorum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Processu summario omnes causæ expediendæ.*
2 *Processus summarius quis sit.*
3 *Terminorum defectus non vitiat processum.*
4 *Iudex in concedendis dilationibus informari debet qualitate facti.*

1 Circa ordinem in iudicijs secundum parum nobis immorandum est, postquam hæc materia satis accuratè tractata reperitur, apud Maran. par. 6. de ord. iud. Vestr. a lib. 5. suæ prax. Sallust. Tib. in suo speciali tractatu, de modo procedendi in causis coram Audi. Cam. & postquam antiquorum iudiciorum cursum ad diffugia, & cauillationes maliciosas causidicorum passim iam vsurpatum, nostri temporis iudicia vix seruant, cognitionem ipsam æquitatis, terminorum captionibus præferendo, & communiter summariè expediuntur. Et in primis quidem Clem. dispendiosam, de iud. in causis electionum, postulationum, & quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum, decimarum, matrimonij, vsurarum, summariè procedendum ordinauit. Nunc vero iam non tantum in istis, sed & in aliis omnibus causis processus hic summarius tenetur, & de tali communi vsu testatur Maran. cit. par. 4. dist. 9. nume. 1. Albericus Oliua. ritu. 23. Immo, & signatura iustitiæ committendo causas, passim summariè procedendum rescribit, ita quod licet hoc addere aliquan do omittat, errore hoc Regentis potius fieri, & nihilominus iudicem summariè procedere solere testatur Vestr. cit. lib. 5. c. 1.

2 Quid autem importet processus summarius, docet Fel. in c. dilecti de iudic. Alexan. lib. 3. consil. 6. nimirum in processu summario omnes iuris solemnitates esse sublatas, præter citationem, quæ est iuris naturalis, & præter necessarias probationes, quæ prætermitti non possunt. Ita quod tunc possit iudex expedire causas manu Regia sola facti veritate inspecta, prout olim tempore iurisgentium tractabantur. Maran. loc. citat.

Amplius autem Clem. sæpe, de verbos. signif. circumscribit summarium processum, vt videlicet in summariis iudex libellum, vel litis contestationem necessario non exigat, etiam tempore feriarum ob necessitates hominum inductarum procedat, appellationes frustratorias repellat, dilationum materiam amputet, testium multitudinem superfluam refrenet, ita tamen, vt

vt probationes, & defensiones legitimæ non impediantur, iuramentum item de calumnia in summarijs tum demum præstandum, si petatur, si vero non peteretur, propter hoc non vitiaretur processus, Vestr. loc. cit. c. 2. & late præmissa explicat Lafr. in repet. ad dictã Cle. per. 16. cócl.

Et nouissimè Pius Papa IV. & Clem. VII. ne aliquis solemnitatum iuris seu terminorum defectus vitiet processum in quacunque causa, nisi
3 fuerit defectus citationis, mandati aut iurisdictionis, ordinarunt, & constitutionem Clem. VIII. quæ praxi forensi est multum necessaria hic referendam putauimus, vt sequitur.

Litium dispendijs, & ambagibus præsertim inter personas curæ, & iurisdictioni nostræ etiã in temporalibus subiectas occurrere, quantum in nobis, est cupientes, statutũ fel. rec. Pij Papæ IV. prædecessoris nostri, ne iudices Almæ Vrbis nullitates attendant, nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, aut mandati, sed illis non obstantibus, ad expeditionem causarum procedant, ad omnes, & quoscunque iudices Ordinarios, & magistratus, & officiales in quibusuis ditionis nostræ temporalis Ecclesiasticæ, Prouincijs, & ciuitatibus, terris, Oppidis, & locis quamcunq; iurisdictionem exercentes, & quauis auctoritate, & dignitate fungentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione extendimus, & ampliamus, atque in quocunque Tribunali aut Curia seculari, vel Ecclesiastica firmiter, & inuiolabiliter seruari, sicque, & non aliter per quoscunque ex ipsis iudicibus etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ac Legatos etiam de latere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in quacunque causa, & instantia etiam nunc pendente, aut in futurum mouenda, Ecclesiastica, prophana, ciuili, & criminali, aut mixta, iudicari, & definiri, & quibuscunque nullitatibus præter superius expressas nequaquam attentis ad expeditionem causarum earundem procedi debere præcipimus, & mandamus. Decernentes irritum, & inane si secus super his per quoscunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &c. Dat. Ro. Anno Incar. Do. 1592. 5. Idib. Febr.

Vnde neque termini, quos in summarijs requiri refert, Vestr. loco cit. videlicet ad ponendum, ad articolandum, ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta, erunt omnino de substantia ita vt omissi vitient processum, sed tum demum si status causæ hos requirat seu ex præsuppositione. Vel etiam pro arbitrio prudentis iudicis, qui debet dilationes opportunas partibus indulgere, vel etiam rescindere
4 superfluas, dummodo de veritate ipsi constet. Quod & in praxi iudiciorum Aud. Cam. facile obseruari potest, vbi pro obligatione Camerali quæ pro manifesto habetur, nullæ solemnitates terminorum seruantur, sed facta citatione ad soluendum, & præmissa intimatione, expeditur mandatum executiuum contra debitorem, & alias prout subiecta materia exigit diuersus in diuersis causis modus procedendi practicatur, videri potest breuis pract. term. Rotæ. Flam. Parif. & Sall. Tyb. loc. cit. c. 32.

Et licet dicta constitutio ad solos Iudices Domini temporalis Ecclesiæ Rom. directa tantum videatur, tamen cum Romanæ Curiæ, quæ omnium Ecclesiarum mater est, c. vlt. de foro comp. stylum omnes aliæ Ecclesiæ sequi, & seruare teneantur, vt docet Cardin. Zab. in Clem. quamuis, de appell. in princip. Gomez. in proœm. Reg. Canc. q. 2. merito eadem ordinatio in Iudicus etiam aliorum omnium Iudicum Ecclesiasticorum est seruanda.

De Delictis. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Delicta ex tribus oriuntur.*
2 *Delicta ratione ordinis quæ.*
3 *Delicta ratione officij quæ.*
4 *Delicta ratione sui quæ.*

CVm delictorum regulariũ multa sint genera, necessarium itaque fore reputaui, vnumquodque methodicè procedendo tangere. Regularis igitur quicumque delinquit, aut ratione ordinis, vel officij aut tandem ratione sui, ratione ordinis regularis delinquere dicitur, cũ sit illegitimus ordinari se fecit immo si de facto ordinatus fuisset, illico censetur interdictus ab ordinis administratione ex constitutione Sixti Papæ V. sub nume. 22. quæ incipit ad Romanum &c. sub datum Romæ anno 1588 die 5 Kal. Nouembris. Si rebaptizatus sienter, c. qui bis de consecr. dist. 4. Si bigamus c. curandum, c. præcipimus, c. si quis viduam el c. dist. 34. Si a suspẽso Episcopo fuerit ordinatus, Simoniacoue, Excommunicato, Irregulari, Heretico, Furtiuè, Ante ætatem, Per saltum, Cum sit homicida. Aut confirmatione nõ susceperit. Hæc omnia simul, & singula per se faciunt quẽ inhabilẽ ad sacros ordines c. 7. sess. 14. Concil. Triden. de reformat. & cap. 4. 12. & 13. sess. 23. constit. Sixti Quinti, quæ incipit ad sanctum &c. Publicata Anno 1588. nonis Ianuarij, vel sit illiteratus cap. fin. de tempor. ord. in 6. cap. 4. 11. & 13. de reformat. sess. 23. Conc. Trid. etsi de facto promoti, sunt suspendendi Inn. in c. cum nostris de concess. præben. nu. 1. & ibi Io. And. c. t. & seq. dist. 55. vel corpore viciatus, c. 1. c. 3. dist. 55. & hæc cum alijs similibus dicuntur del cta ratione ordinis, qui inhabilitant aliquem ad illos recipien
3 dos. Delinquit secundo modo Regularis ratione officij, quod obtinet, cum Abbas Prioruè sit, videlicet circa administrationem bonorũ, & correctionem subditorum. Primò modo aut ommittendo, vel operando: ommittendo intelligitur quotiescunq; Abbas non acquirit, redimit, vel defendit bona, & iura sui monasterij quia negligens Prælatus meretur puniri, & multi tenuerũt ipsum deponẽdum esse c. dictum dist. 81. Abbas in c. illa præpositorũ de accus. nu. 3. Fel. in c. t. de treug. & pace nu. 2. omnino viden. Operãdo dicitur delinquere si dilapidat, vendit, vel obligat, bona & iura sui monasterij Extrauag. Ambitiosæ Paul Papæ 2. de reb. Eccl. non alien. Abb. in c. monachi de stat. monac. no 6. circa correctionẽ subditorum delinquit ommittendo non puniẽdo delicta Inn. in c. dilectus filius, 2. de Simon. vel nimis indulgendo delinquentibus Nauarr. conf. 75. de regular. num. 33. Operando verò delinquit procedendo sine ordine contra aliquem, vel excedendo modum corrigẽdi, vtroq; enim modo sententia iudicabitur nulla vel saltẽ iniusta toto tit. de sententia, & re iud. Tertio & Vltimo modo delinquit regularis ratione sui met ipsius, & duobus pariter modis committitur, ommittendo scilicet vel operando: ommittendo, si non cellebrat, quia non obedit su-

pe-

periori suo, & incidit in pœnam propter votum obedientiæ, vt ex regula Sancti Basilij, capit 1. ex regula Sancti Benedicti, capit. 2. Sancti Augustini pariter, & Sancti Francisci in capit. 1. peccatque mortaliter Archid. in capitul. sicut 27. quæstio. 5. nec officia diuina recitat ex eisdemmet supradictis rationibus, & authoritatibus, & vt voluit Gemin. & Franc. in cap. fin. de rescript. in 6. Si non ieiunat, contraueniendo regulæ maximè Sancti Augustini in cap. secundæ feriæ, nec superiori suo obedit, vt dictū est: Operando pariter duobus modis contingere potest. Primò modo operando non offendendo aliquem, sed duntaxat semetipsum, vtpotè si sit proprietarius, quam proprietatem vnaquæque regula pęnitus tollit ex regula Sancti Basilij cap. 1. ex regula Sancti Benedicti cap. 33. Sancti Augustini cap. 1. ex Sancti Francisci cap. 9. nisi ex licentia Abbatis Archid. in cap. solet num. 4 & cap. peruenit 27. qu. 1. ebrius contra regulam pęnitus Sancti August. in c. feriæ secundæ, & contra text. in c. à crapula de vita, & honest. cler. Balsphemus c. si per capillum 22. q. 1. Apostata, & sic contra primam partem Voti. s. obedientiæ ioculator c. clericum dist. 46. minister laciorum c. sacerdotibus, ne clerici, vel monac. sortilegus, qui futura præuidere sperat c. vno 26. q. 1 & qui similia cōmittit, grauiter delinquit, vt voluit Antonius de Bu. in c. at si cleric. de iudic. venator c. 1. & sequen. de cleric. venat. aleator c. clerici de vita, & honesta. cleric. Symoniacusq; c. 1. & seq. de Sym. etiā in 6. & contra alios duobus modis delinquit factis. s. & verbis, factis per homicidium c. 1. de offic. iud. ord. c. 1. & seq. de homic. incendium cap. pessimā 23. q. 8. Sodomiam c. clerici de excess. prælat. l. cum vir. C. ad leg. Iul. de adult. & stup. sacrilegium, Hostien. in summa de accus. §. quis sit effectus versic. & gratia exempli, adulterium c. 1. de offic. iud. ord. c. si quis clericus 81. distinc. incestum, vt text. in c. lex illa 36. q. 1. gloss. in cap. non debet 30. q. 1. stuprum, Abb. in c. at si clerici de iudici. cap. si quis clericus 81. distin. & cap. lator. el 2. quæst. 7. fornicationem, Abb. in c. at si clerici ver. de secundo de iudic. Io. de Anan. in c. significauit de adult. n. 2. & seq. Raptum text. in cap. 2. de raptor. &c. & l. vnica C. de rapt. Virg. lęsam maiestatem cap. si quis laicus 22. q. 5. furtū, Abb. in c. cum contingat de foro comp. & c. cū non ab homine de iudic. percussiones c. 1. de cleri. percus. & alia huiusmodi si quæ sunt: Verbis iudicialiter falsum deponendo cap. si Episcopus 50. dist. extra iudicialiter iniuriando l. 1. de iniur. vel calumniando, vt in capit. de pænis, de omnibus his supradictis occasione statuendarū pænarum pro vno quolibet latius tractabitur.

DE ACCVSATIONE.

Titulus VI.

Forma commissionis, seu delegationis faciendæ ab ordinario alicui de compilando processu super quacūq. accusatione, querela, denunciatione iudiciali, vel proprio motu iudicis ordinarij propter clamorosas insinuationes sibi factas a fide dignis contra aliquem super eiusdē crimē, altero ex ijs modis ipsi ordinario delatū, & forma electionis actuarij. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Delegationis, seu commissionis alicuius processus cōpillandi super aliquo crimine forma traditur.*

2 *Delegati, quando poterunt subdelegare facultatem sibi concessam sine speciali licentia delegantis.*

3 *Decreti forma electionis alicuius personæ in actuarium alicuius causæ.*

CVm ad nostrum tribunal, seu congregationis, seu capituli generalis, aut dietæ, siue
1 capituli prouincialis, seu ad nos Episcopum, vel
Vicarium, &c. vel D... Abbatem, vel Priorem, aut Guardianum Monasterij... Congregationis..... vel ordinis... per talem die tali fuisset delati libelli, seu literæ subscriptæ sub tali, vel talibus nominibus, quibus D... incusabatur, aut denunciabatur, seu contra ipsum querimonia nō minima exponebatur (prout latius in ipsis continetur) vel si ex officio vellet ordinarius procedere motus ex clamorosis insinuationibus à fide dignis sibi delatis Tunc dicat. Cū ad nos D... Episcopum, &c. vel... Abbatem, vel Priorem, Guardianū, & hmōdi peruenisset, per clamorosas insinuationes a fide dignis delatas, quod D.. sacerdos monachus ętatis ... dignitatis ... veneno perpetrauerit homicidium illius, qui die... fuerat mortuus repertus, vel furtū .... vel blasphemauerit coram... vel aliud crimen fecerit. Et cū grauiorib. negocijs essemus præpediti, ita, vt per nos non possemus, vt tenebamur, procedere contra hmōdi criminosos, ne remanerent impunita scelera nostrorum monachorū, vel clericorū, & hmōdi, & insimul consulere (si qui tamē reperti legitimè fuissent criminosi) decori, & indemnitati nostræ congregationis, aut ordinis volentes: Confisi igitur de integritate, doctrina, ac industria Reuerendi D... Abbatis, vel dignitatis ... Monasterij ... & Reuerendi P. D... insolidum, vel diuisim, vel coniunctim, (vt voluerit ordinarius) dedimus in mandatis ipsis Reuerendis Patrib. vt quamprimum se conferrent ad Monasteriū, vel Ecclesiā ... ad inquirendū, processum compilandum, ac denique procedendum in tali causa, vsque ad sententiā diffinitiuam exclusiuè, vel inclusiuè, & in ipso processu compilando possint carceri mancipare, & rigoroso examine vti contra quoscunque nobis subditos, procedendo per torturam, & alia tormenta, prout iuris erit, vel de iure sibi videbitur. Quæ tamen tormenta adhibeantur iuxta consilium Iurisperiti (vel sine dicta clausula.) Quapropter ijs literis commissionalib. præsentib. ijsdem Reuerēdis Cūmissarijs tradimus omnimodā authoritatem & facultatē nobis à S. Sede Apostolica indultā vigore priuilegiorū nostrę Cōgregationis, vel iuxta iurisdictionē, ac potestatē nobis iure ordinario, vel delegato a Dno tali cū potestate subdelegandi cōpetentē: Insuper tenore præsentiū (quatenus opus erit) ijsdē Reuer... talis dignitatis.. impartiti fuimus potestatē pro dicta cā expediēda inuocandi ēt brachiū Ecclesiasticū, vel seculare, tribunalq. erigendi in quolibet nostro monasterio, vel territorio nobis subiecto. Cōcedimus & petendi facultatē ab ordinarijs locorū, ibi iuridicè procedendi contra nominatos reos nobis, nō subditos, ac quoscūq. alios delinquentes, & examinandi testes laicos in nostro foro, cum iuramento præuio dicto; cōsensu. Insuper præcipimus in virtute sanctæ obediētiæ, & sub alijs pœnis nostro arbitrio imponēdis oibus, & singulis Prælatis, Monachis, Cōmissis, & Oblatis nostræ cōgregationis, vel ordinis, vel oib. nostris officialib. nostrę diœcesis, vt oi mora post posita i ijs, quę cernunt celerē, ac legitimā præsentis causæ expeditionem cum annexis, & cōnexis, vobis statim pareant. Datum in Monasterio Die... &c. D.. scriba Capituli.. vel Dietæ... Vel, Datum

in

in Palatio nostro existente in ciuitate.. vel Notarius R.. Præsidis, vel Generalis.

Locus sigilli.

Et in hoc seruetur consueta forma subscribendi huiusmodi commissionales literas.

Et animaduertant Cõmissarij, ne deludi possint a reis, dum ostenderint huiusmodi mandatum suę iurisdictionis delegatæ; nam si in dicto mandato reperiretur talis facultas a Principe, vel Republica, vel ordinario, impartita sub verborũ serie communi, idest tibi Abbati, vel Decano, &c. denotando *a* solum nomen dignitatis, vel nomen proprium ipsius, non addẽdo, confisi de tua doctrina, industria, & huiusmodi, tunc

a c. fin. ext. de offic. deleg. & ibi per Doctor.

2 possent huiusmodi commissarij delegati subdelegare talẽ iurisdictionem, & idẽ dicetur, si diceretur, confisi de tua industria, & in subdelegatione faciẽda talis causæ vtraq. pars consentiret, secus si non consentiret, & idẽ omninò dicendum erit de delegato ab inferiore Prælato, & non a Principe, qui non posset subdelegare: nã sine delegantis consensu nõ poterit alicui subdelegare negotium sibi delegatũ, & si Notarius, seu actuarius sibi assignatus specialiter in sua delegatione vel per speciale decretũ iudicis ordinarij, ipsi poterunt illum sibi electum nominare per speciale eorum decretum ijs verbis, vel similibus conceptum.

Cũ nobis infrascriptis delegatis Iudicibus, & creatis Commissarijs a Reuerendis... Vel Reuerendissimo Episcopo... visum fuisset pro maiori expeditione causæ nobis cõmissæ assumere actuarium ad redigendum in scriptis omnia acta tanda in præsenti causa, & confisi plurimum de integritate D... Ipsum elegimus in nostrum actuarium, prout præsenti decreto eligimus. Datũ in monasterio, vel in Palatio nostræ residentię die....

D... *Abbas Monasterij*)) *Commissarij.*
D... *Abbas Monasterij*))

De Accusatione. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Secularis regularem accusare non potest limita tamen num. 3. & 4.*
2 *Appellatione suorum, qui veniant.*
5 *Regularis accusare non potest; limita nu. 7. 8. 9. 10. & 11.*
6 *Accusationis deffinitio quæ.*
12 *Accusatore desistente, iudex tenetur procedere.*
13 *Forma accusandi quæ.*

Delicta superius enumerata nullatenus possunt puniri, nisi præcedant accusatio alicuius, denunciatio, iudicis inquisitio, seu forma notorij, ideo de primo procedendi modo loquẽdo, dicitur, quod Regularis non potest a secola-
1 ri accusari, nisi secularis suam, vel suorum iniuriam prosequatur, cap. de cetero, de testibus, vbi Doctores, & appellatione suorũ veniunt, Pater, Mater, Patroni, Patronæ, & eorum liberi, frater, & soror, socer, vxor, socrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, Priuignus, & etiam amicus intimus Abb. n. 7. Mynsinger, n. 4. qui allegat Bald. in l. 1. C. qui accus. non potes n. 33. in alleg. c. de cetero de testibus, licet aliqui tenuerint, quod sui intelligantur vsq; ad quartũ gradũ, Bal. in l. negan da, vbi glos. C. qui accusare non poss. & in alleg. l. 1. n. 22. eod. tit. & nonnulli dixerint suos extendi vsque ad septimũ gradũ, Boich. in d. c. de cetero de testib. n. 9. Magis tamen cõis opinio est, vt vsq; ad quartũ graduin extendatur, & amicus intimus includatur, Rota dec. 7. alias 463. de renunc. in nou. n. 2. Fallit secundò in criminibus
3 exceptis, nã tunc quilibet contra quemlibet admittitur ad accusandũ, Innoc. in c. de cetero, de testib. & ibi Ant. de But. n. fi. Hostien. n. 1. tex. etiã in c. cum P. de accusat. quæ crimina excepta sũt Symonia, Heresis, & Lęsa maiestas, enumerat; glos. in c. cũ P. de accusat vbi Mynsing. n. 5. in d.
4 c. de cetero de testib. Fallit 3. si delictũ fuerit in villa cõmissum, vbi nõ reperiũtur regulares, nec clerici, tunc in defectu ipsorum admittitur secularis quicunq; ad accusandũ, Abb. in d. c. de cetero n. 3. nec coram alio tunc poterit accusare, quam suo superiore Regulari c. 1. de foro comp. & c. regularis 14. sess. 25. Conc. Trid. & Feder. de sen. cons. 14. n. 2. nisi regularis extra septa monasterij viueret, quo casu ab ordinarijs puniontur, c. Ecclesiarum, 3. sess. 6. de reform. Concil. Trid. & c. in exemptorẽ 14. sess. 7. Concil. Trid. de reform. alias manendo in monasterio debet a suo superiori regulari tantum puniri, licet ordinarius possit instare penes superiorem regularem, vt regularis aliquis puniatur, c. regularis. 14. sess. 25. Conc. Trid. de regul. & monial. & c. quęcũq. 8. sess. 21. de reform. In causa tamẽ hæresis coram Inquisitore, & loci ordinario poterit accusari, Boich. in c. ex parte de accusat. nu. 4. si tamen ab ipsorũ superiorib. regularib. præuenti nõ fuerint ex const. Pij Papę IIII. 67. in ordine incip. pasto-
5 &c. sub dat. die 1. Aprilis 1562. Regularis secularẽ indistinctè accusare non potest c. sententiam, de cler. vel monac. & Decian. in tract. crim. lib. 3. c. 8. n. 15. vol. 1. licet quidam teneant, q; præmissa protestatione, vt ad pœnam sanguinis minimè deueniatur in vim textus, cap. 2. de homic. in 6. quod procedit inter sacerdotes seculares, non autem regulares, quia regularis pro iniuria sibi illata non potest nec secularem, nec regularem accusare, Aretin. consil. 138. num. 2. Petrus a Plaza cap. 41. num. 17. in fin. & nu. 18. namque accusatio est officium contra pręcepta Dei, & naturę: Deus enim in Matthæi 5. dicit, & expresse præcipit, quod si quis te percusserit in vna maxilla, debes ei prębere alteram, ideo nõ debes accusare. Item in Lucę 6. dicit, quod nedum amici sunt diligendi, verum & inimici, & benefaciendum est his, qui oderunt nos. Item illud, quod habetur Prouerb. 25. quæ viderint oculi tui, ne proferas in iudicio cito, ne forte emendare non possit, ideo qui fidelis est, celat amici commissum, c. qui ambulat 5. q. 5. propterea delictum, nec contra se, nec cõtra alios regularis accusare potest, aut debet, quia mortuus est mundo c. placuit 16. q. 1. Tum quia seruos Dei non oportet litigare c. 1. de postulan. cum etiã talis accusatio procedit a libero arbitrio, quod monachi non habent, c. si religiosus c. nullus, de elect. in 6. Fiuntq; ex accusationibus inimicitiæ capitales, glos. in l. licet ff. de arbit. Abb. in cap. 1. de collus. deteg. nu. 2. est n. accusatio ius vulciscendi

scendi solemni, & pœnali iudicio iniurias, & delicta Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 1. vol. 1. quid sit accusare, num. 3. poterit tamen monachus denuntiare, quomodo autem, & ex quibus causis
7 in sequenti cap. tractabitur, eius tamen Priorem, Abbatem, Guardianum, vel Correctorem quisque monachus, seu regularis poterit accusare c. ex parte de accus. vbi Ant. de Butr. nu. 1. & 3. Sed dubitatur, an in omni casu, in criminibus exceptis enarratis, nulla oritur dubitatio, in reliquis
8 verò multæ sunt opiniones, prima est opinio quod regularis possit superiorem suum accusare, si accusatio tendit ad vtilitatem sui monasterij, vendendo, in malos vsus conuertendo bona monasterij non recuperãdo, aut deffendere negligẽdo, & paciscẽdo de his, quę monasterij sũt, & quia quilibet regularis tenetur iura monasterij defendere, ideo poterit tali casu etiam accusare dilapidatorem Anto. de Butr. in c. ex parte de
9 accusat. nu. 10. Secunda est opinio, vt non solum ratione interesse monasterij possit regularis Abbatem accusare, sed etiam ratione suimet ipsius superioris, quotiescunque .s. malus homo sit, & potius exemplo suo destruit, quàm ædificat monachos sibi subiectos Hostien. in d. c. ex parte de accusat. nu. 1. Tunc ei nedum obediendum non est, sed põt accusari, vt si Symoniacè fuerit promotus tunc indignè est Abbas, & tamquam superiori monachus parere non debet, sed tamquã criminosum eum accusare Ant. de Bu. in c. si Dominus de Symon. nu. 2. Hæ duæ opiniones videntur posse reconciliari, vt tenet Abb. in allegat. c. ex parte de accusat. nu. 3. quod. s. monachi dicuntur procurare vtilitatem sui monasterij, accusando proprium Abbatem, quia interest monasterij non habere pro pastore, & administratore lupum Socin. in eod. c. ex parte de accus. nu. 5. & quia raro immo nunquam datur Abbas dissipator bonorum monasterij, qui non sit homo malus, & pessimæ conscientiæ, & è contra Abbas malus non datur, qui parum curat curam ipsam monasterij dilapidando eius bona, namque malus non esset, si mala non ageret, propterea vt causa, & effectus vnus ex alio dignoscitur, & vtroque casu poterit monachus accusare Abbatem, & in hoc casu monacho accusanti Abbatem debentur expensæ necessariæ ab ipso monasterio, sine quibus agere non posset Ant. de Butr. in eodem c. ex parte de accus. num. 2. & fi. & Socin. ibi. Bal. in l. etiam, C. mandati, nu. 3. Aret. in ca. si qui testium de testibus, nu. 13. Vltra casus enumeratos Simonię s. & interesse monasterij videtur quod possit Abbas a monacho accusari de infrascriptis Hæresis, furti, sacrilegij, homicidij, veneficij, sepulchri violationis, patricidij, incestus, periurij, raptus, maleficij, adulterij, belli publici, calumniæ, Apostasiæ, infamiæ iuris, & facti, Bigamiæ, corpori vitiati, mente capti, & de his, qui inseruiont secularibus, quos omnes casus enumerant Canones, c. infames, 6. q. 1. Ego
11 tamen credo quod in omni casu, pro quo potest regularis puniri ab Abbate pro eodem Abbas possit a monacho accusari: primò quia interest religionis, & monasterij non habere ministros, qui ceteros regunt improbos, & ideo bene videtur dixisse Dionysius Halicarnaseus, hanc naturæ extitisse legem communem, vt deterioribus semper imperarent meliores: secundò quia si Abbas potest monachos suos pro quocunque crimine punire, quare non poterit monachus pro totiuem crimine Abbatem suum accusare? vt desinat esse Abbas, aut ipsum in peccato viuentem perire non permittat, & monasterium simul ob superioris peccata Ioan. An. in d. c. ex parte de accus. nu. 1. & seq. ante ipsum ita voluit tex. in c. ipsa Pietas, 34. q. 4. & dico non denuntiare, sed accusare, quia non correctio tantum, sed pęna requiritur in superiore delinquente, aliàs delicta superioris essent impunita in dedecus monasterij, totiusque religionis detrimentũ, & animæ eiusdem superioris periculum, quæ delicta cum impunita remanere non debeant leg. ita vulneratus, §. æstimatio, ff. ad leg. Aquil. leg. si a reo. §. fi. ff. de fideiuss. leg. 4. §. cum Dominus, ff. de noxal. act. leg. si operis, C. de pœnis, propterea debet monachus Abbatem suum accusare odio criminis solum, nõ autem personę, & amore iustitiæ, c. quisquis, 1. q. 1. c. qua propter 2. q. 7. quæ accusatio cum fuerit iudici præsentata, tenetur iudex illam, si, & inquantum de iure admittenda veniat, ipsam admittere, aliàs accusator poterit protestari de sibi denegata iustitia, & tandem appellare, cap. significantib. de
12 nou. oper. nunt. & ibi Inn, & quatenus accusator desisteret, tenetur iudex vlterius procedẽdo inuenire delicta obiecta, c. crimin. de collus. deteg. Hostien. in c. quia de iudic. num. 4. & Bar. in l. libellorum, §. fi. nu. 20. ff. de accus. Aret. in c. licet, num. 22. de accus. vel si accusator colluserit Abb. in c. 1. de collus. deteg. & alleg. c. crimina. eo. tit. num. 1. ad effectum etiam vt vera non inuenta narrata crimina in libello accusatorio. contra accusatorem agere ipsumque postea punire possit, pendente accusatione accusatus promoueri non potest, quia iam grauata est illius opinio, & infamatus de facto, c. accedens de accus. vbi Doctores, sed si absque infamia, & scandalo accusatio tantũ per se sola non sufficit ad impediẽdam promotionem, vt tex. in c. accedens, nec accusatus accusatione pendente admittitur in testem, vt Ant. de Butr. in c. fi. de testib. nu. 10. Anto. de Butr. in c. omnipotens de accusat. nu. 5. Ioan. de Anan. in c. nulli de accusat. nu. 1. & 2. dicat Nauarr. quicquid sibi placet in cons. 11. de accusat. ductus nescitur contra communem. Forma accusatorij libelli erit huiusmodi, videlicet, cõque-
13 ritur &c. ad docendum de interesse accusatoris mille. pract. crim. in tit. de accusat. forma. num. 1. apud R. Patrem visitatorem &c. N. quod anno mense, & die adponitur nomen accusatoris annus, mẽsis, & dies, vt latè habetur in l. libellorũ, ff. de accusat. N. Priorum &c. ausus fuit infrascripta delicta committere videlicet.. & ideo ne de tanto scelere se gloriari valeat, receptis testibus infra nominans, vel descriptis, inuentaq; veritate cõtentorum petit ipsum puniri iuxta formam regulę, traditionem Patrum, ac dispositionem iuris, Bar. in d. l. libellorum, nu. 19. Marian. Socin. in repet. c. qualiter, & quando de accusat. nu. 910. Bal. in l. Edita, C. de eden. num. 33. quia iuxta qualitatem delicti non accusatoris arbitrium puniri debet, Felyn in c. 1. de lit. contestar. nu. 12. Gomez. tract. crimin. cap. 11. nu. 2. vt eius pęna ceteris transeat in exemplum.

De Actore, & partibus. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio facinorosorum quare fieri debeat.*
2 *Criminis deferendi ratio triplex est, accusatio, inquisitio, & denunciatio.*
3 *Accusatio, inquisitio, & denunciatio quid.*

De-

4 *Denunciatio duplex, fraterna, & iudicialis, & desinitio vtriusque.*
5 *Monachi quando possint, vel debeant alterum accusare.*
6 *Admonitio an, & quando in accusatione necessaria.*

1 QVoniam hominis, ac ratione vtentis honestas omnis in eo sita est, vt nihil publico bono antiquius esse ducat: ideo ne ab honesto discedat, est ei summopere curandum, ne bono publico exitium infeᵹatur. Hominum namq; societas Reipublicę cuiusdam est instar, singulis autem aptè partium rationem suscipiunt. Itaque ne sceleratorum vitijs Reipub. bonum corrumpatur, quilibet homo, vt pars Reipub. ac sibi consulens, facinorosos in iudicium vocare debet, ex quo delatoris, siue accusatoris vis omnis, & necessitas ducitur; De qua, vt via, & ratione tractemus, eius partitionem afferre operę pre-
2 tium duximus. Est autem triplex: Accusatio, vt in l. cum suppositi, C. ad leg. Corn. de fals. & l. 3. C. ad leg. Flau. de plag. Denũciatio, vt in l. ea quidem, C. de accu. Inquisitio, vt in l. congruit, ff. de offi. pręt. habetur etiam extra de accus. per totũ, & iuris prudentes omnes eisdem locis, idem testantur. De quibus diffinitione adhibita, accuratiorem cognitionem tradere incipiamus. Accusa-
3 tio criminis est apud iudicem, vt publicam personam, vindicationis causa propter bonum cõe in libello delatio, quæ deducitur ex mente Azo. in Sũma, eod. tit. ex Host. etiam in Summa, eod. tit. & ex D. Tho. 2. 2. q. 68. art. 1. Inquisitio verò est, fama pręcedente, & clamorosa insinuatione impellente, criminum a iudice peruestigatio, vt habetur per Doct. in c. qualiter, & quando, el se-
4 condo, de accus. At denunciatio duobus mẽbris appositè fungitur, altera namq; fraterna, altera iudicialis doctrinæ gratia appellatur. Quarum quęque sit, sigillatim aperiamus. Fraterna denũciatio est criminis apud iudicem, vt patrem, emẽdationis causa, explicata delatio. De hac Inno. & Panor. in c. nouit, de iudic. Iudicialis verò est criminis vindictæ causa delatio, nec se ad probandum denunciens. Sot. lib. 5. de iu. & iu. q. 5. art. 1. Quibus ita compositis, colligitur profectò, quod si nostrę professionis, ac per votum susceptę religionis, rationem habere, vt par est, contenderemus: nullus inter nos accusationi locus esset, qđ Apostoli nobis esset institutum seruãdum: Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Nam si diuino zelo inflammatus scelera, atque facinora a fratribus remouere studeres, oporteret accusatione prętermissa, in qua vindicta expetitur, denunciatione vti, quo sic sociorũ saluti pro rerũ necessitate cõsuleretur. Verum vt eo redeat, vnde oratio digressa est, hoc discrimine de accusatio-
5 ne curandum est, vt sciamus, an crimen in nos commissum est, an in alios: cum peccatum cõtra nos est, idque ab eo, qui nostrę sit familię, nihil prohibet accusare nulla Abbatis venia. Ro. cõsi. 375. At cum ab extraneis id sceleris admittitur, citra Abbatis veniam nullus deferendi criminis locus monachis relinquitur, vt notatur 12. q. 1. c. nullus, & c. parochianus, de sent excom. Postremo id valde instituto nostro consentaneum est, vt si delictum publico bono perniciem afferat, sitq; reus homo exitiosus, & pestilens, ac nos cõprobare possimus; petenda quidem est venia, sed tametsi non impetretur, non modo licet, sed ne-
6 cessarium est accusari reos. Animaduerto etiam, quod cum accusatione adhibita exagitamus reũ, pręuia certè admonitio non requiritur, si quidẽ ad vltionem illa cum spectet, nihil vtilitatis ex illi admonitione maneret, ita D. Th. in 4. dist. 19. q. 2. art. 3. q. 1. ad 4. Glos. & Innoc. in c. de his, de accusat. Quod quidem de criminibus in nos admissis dictum volo. At cum in aliorum iniuriam peccatur, tunc distinctione huiusmodi opus est, vt si in aliorum, & publici boni labem sit peccatum, quemadmodum si rerum cœnobij cellerarius esset decoctor, persuasumq; haberemus, cũ a tali facinore adiunctis monitis abstinere, necessario monitione vtendum est: cum vero id in dubium vocaretur, aut mora interposita periculũ immineret, profectò ad accusandum maturè omnes cogimur. Neque his Euangelij sententia illa aduersatur, qua percutienti maxillam, alterã præberi præscribitur. Propterea, quod rancore (vt aiunt) indulto sui damni vicem, iure medio compensare, nihil obstat. consentit Sanctus Doctor, 2. 2. q. 33. & 68. & Sotus lib. 5. de iust. & iu. q. 5. art. 1. Nunc, quæ sunt harum rationum, singula explicemus.

De accusatore, & accusationis forma. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Libellus duplex, postulatorius, & delatorius.*
2 *In libello, quæ exprimi debeant.*
Pœna talionis, licet non exprimatur, tamen subintelligitur, sub eod. nu. 2.
3 *Forma libelli accusatoris.*
4 *Memoria quia imbecillis est, ideo omnia in scriptis redigenda.*
5 *Modus procedendi inter clericos est ordo iuris, sed inter monachos proceditur summariè.*

CVm causæ, aut ciuiles sint, aut criminales, vtratumque libellus ab actore iudici offe-
1 rendus erit. Quorum alter postulatorius appellatur, alter dilatorius nuncupari potest, ca. 1. & c. fin. de lib. oblat. c. 1. 2. q. 1. & l. qui crimen, C. qui accusare non possunt. Spec. tit. de libellorum cõceptione, §. libellus. De postremo tamen (omisso priore) ratio habenda est. Ac primum versemur, licet in eius forma constituenda, & describenda
2 quæ & actoris nomen, & rei contineat, necesse est, & maleficium, de quo agitur, & sponsionem prosequendæ causæ vsque ad finem, animo non calumniandi, sed sui iuris, vel publici boni tuendi exponere quibus de omnib. iusm præstet, adiuncto iudicis nomine. Accedat quoque accusatoris subscriptio, se offerens ad talionis (vt aiunt) pœnam, si probationem non præstiterit; Quod quidem postremum, tametsi non explicaretur, accusationis natura intelligi oportere, Doctores sentiunt. Sanctus Doctor, 2. 2. q. 68. art. 4. Spec. tit. de accusationib. lib. 3. §. 1. nu. 17. Archiepiscopus Florentinus in 3. par. Summę, tit. 9. c. 8. §. 3. per textum in c. quisque, 2. q. 8. Huius autem exẽplum his verbis constat: In nomine Domini, &c.
3 Die 20. Nouemb. 1577. Ego D. Turpilius defero, & propono coram Dom. Iustino iudice, &c. contra D. Albertum animo non calumniãdi: sed mea iura, vel commune bonum tuendi, qualiter supradictus baculo ex insidijs me aggressus acerbè verberauit, quod sub talionis pœna me probare polliceor, atque prosequi ad finem vsque, vt meritas pœnas luat. Dat. in Cœnobio, &c.

Ego D. Turpilius, qui supra manu mea, vel aliena, si nescir literas, apposito signo.

4 Deinde animaduerto oĩa scriptis mandanda esse,

Digitized by Google

esse, quoniã memoria nostra imbecillis est, ac labilis, poreſt tamen id prætermitti; primò, ſi leuia de lictа forent; deinde ſi adeo perſpicua eſſent, vt nulla euidentiæ probatione indigerent. Spec. & D. Anto. vbi ſupra Sed quamquam plurima huc afferenda eſſent eis, qui exquiſitius in eorum tractatione verſarentur; nos qui monachis tantum iudiciorum formam tradere volumus, breuitati conſulemus. Conſtituto primum procedendi ra-
5 tionem monachorum differre plurimum ab ea, quàm ad clericos adhibemus. Siquidē hic ſolemnis, & perfecta iuris obſeruatio deſideratur, illic autem omnia agēda ſunt ſimpliciter, ſummariè;
6 & de plano, ſola facti veritate inſpecta, vt docetur a Spec. in tit. de Inquiſitione, §. vlt. nu. 5. Præpoſ. in c. cum paſtoris, 2. q. 8. Abb. in c. ea quæ, de ſtatu monachorum; & in c. cum contingat, de foro compe. Eſt. n. rationi conſentaneum, vt ij quibus animi tranquillitas propoſita in primis eſt, mundiq; perturbatio, ac iudiciorū inniſa debet eſſe, ab omni prorſus iudiciorum ſtrepitu abhorreant. Seruum enim Dei (vt Apoſtoli verbis vtar) non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, &c. Hæc autem qua ratione accipienda ſint, altius exordiamur.

De Monachorum propria procedendi ratione. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Monachorum munus deſcribitur.*
2 *Abbas in criminum animaduerſione in monachos dupliciter procedere poteſt, vt pater, & iudex.*
3 *Diſcrimen procedendi, vt pater, & vt iudex.*
4 *Crimina monachorum duplicia, leuia, & grauiora, & quis modus procedendi, nu. 6. & 7.*
5 *Prælati nihil extra regulam agant.*

IN magnas ſanè me addoctum, anguſtias perſpicio; quod de ratione, quam ad monachos puniēdos adhibere iudex debeat, ſermo mihi habēdus eſt. Nam profectò fieri non pōt, quin alterutrius inuidiam, licet immerito, ſubeam. Verum ſi, quę ſui ſunt muneris, ſinguli conarentur præſtare, non laboraremus. Cui. n. eſt dubium, quod oīa tranquillè cōſiſterent, ſi Prælati eo ſtudio pietatis, ac integritate morum eluceſcerent, quā eis accuratiſſima rōne Pater S. Benedictus in tertio ſuæ Regulę c. præſcripſit? & meminiſſe deberēt, quo nomine eſſent inſignio, Patris videlicet. Atq; idcirco curarent, id re ipſa egregiè præſtare. Hinc D. Ambr. in ſuo paſtorali, Actio (inquit) cōgruat nomini, nomenq; actioni, ne ſit nomen inane, & crimē immane, honor ſublimis, & vita deſiluis. Quod certè ſatis dilucidè, & grauiter idē noſter legiſlator in 63 c. aſſerit, dum eam in criminū animaduerſione formolã Abbati ſeruandã cenſet, vt in ipſa correctione prudenter agat, vt nequid nimis, &c. Scientibus. n. legem loquor. Deinc vno verbo negotium totum complectitur dicens: Oportere eos cum aīo ſuo cogitare ſe infirmarum ouiū curā ſuſcepiſſe, non de ſanis ty-
1 rannidem, &c. Contra; ſi monachi officium ſuū tueri, ac ſeruare ſtuderēt, nec nūcupato voto deeſſe, ſed animi ardore propoſita pmia exoptare, certū eſt, nihil illis graue, nihil moleſtū accideret, quod nō ęquo aīo, & excelſo ferendū exiſtimarēt. Quippe cum hęc vna eſt piorum hoīum ſumma gloria, ſi iuſtioꝗ cā res duras perferant. Nam (vt D. Pet. aiebat) quæ eſt gratia, ſi peccātes colaphizati ſuffertis? Non. n. ſibi rectè conſulit is monachus, qui iniuriis vexatus, criminibuſque iniuſtus, vt ab ijs ſe ſolberet, ad contētionis iudicium ſe conferet. Nam etſi legum, ac iudicis authoritate ſuam depellere iniuriā curet, in hoc tamē veræ religionis minus hēt, quod oblatā coronę, atq; præmij ſegetē, contentionis ſtudio repudiat. Sed viderint hoc ipſi. Nos mō, quæ inſtituti ſunt noſtri, perſequamur. Bipartita rōne ani-
2 maduertere in Monachos Abbatē poſſe Pontificia iura, noſtraq; inſtituta decernūt. Primū patris ſibi, & nomē, & vim aſſumens, cui ſanè ppoſitū eſt, vt quoad eius fieri pōt, nihil de ſupplicijs cogitet, monachorū vitia radicitus euellat, eorū-
3 que piè medeatur vulnerib. At tunc quidem, qđ de ſola ipſius monachi ſalute agitur, pōt Abbas iudicij forma omiſſa, rē, vt ſibi libet, gerere, vt magna cū conſtantia dicit Panor. in c. reprehenſibilis, de appell. & in c. cum contingat, de foro comp. facit tex. in c. prodeſt. 23. q. 5. & in c. nullā, 18. q. 2. Nam optimè in hoc Abbatis munus cōſtat, tantumq; abeſt, vt monachus conqueri poſſit, vt præclarè ſuā n agi cauſam exiſtimare debeat. Poſtea cum Abbas iudicis rōnem, ac modū exercere conſtituit, ac per leges ad ſolā ſui monachi vindictā ſpectat, vt diſciplinā tueatur; tūc dubio procul, aut iuris ordine ſeruato, aut ſummariè, de plano, ſola veritate facti inſpecta, iuſtitiā adminiſtrare dēt. Quæ quidem niſi ſuis legibus inuiolata cōſiſtat, non prohibetur monacho, vt ſuæ, vel exiſtimationis, vel ions hēat rōnem. Ab. in c. ſi quis contra clericum, & in c. cum contingat de foro comp. At verò duplici ēt ratione, quę a monachis cōmitti poſſunt crimina, diuiſa ſūt,
4 quorum grauiora quædam ſint, quędā verò leuia, ex c. 24. Regulæ noſtræ. Et leuiores quidem culpas eas appellādas noſtræ Regulę explicator Cardinalis ampliſs. de Turrecremata cēſuit, quę in ijs verſantur, quorū violatio noxam capitalem non affert. At grauiores illas iudicat, quæ aut leges diuinas violāt, aut eſſentialia noſtræ Regulę; ſic. n. loquitur: Nec me fugit eorū criminū vtraq. membra latius patere. Cui n. eſt dubium, ꝗ vaſis con fractio, taciturnitatis violatione leuior ſit? aut libidinib. nuncupatā Deo caſtitatē commaculare, perniciofius ſit, ꝗ baculo monachū cędere? tamen id ſummopere in hac re animaduerti, & velim, & rogo, totam rei huius rōnem ex prælati iudicio pendere, qui adhibito legū delectu, pſonarumvarietate, criminis admiſſi mō, hominum ſcandalo, & quæ ſunt huius loci, ad eorum rōnē iudicij vim, vel tēperare, vel acuere ſtudeat. Quo circa grauiter quidē aſſeruit inſtitutor noſter, vt ſm modum culpæ, & excōmunicaonis, & diſciplinę dēt extendi menſura, qui culparū modus in Abbatis pendeat arbitrio. Quid clarius? Verū-
5 tamen id prouidendū ſibi Prælati curent, ne indulti arbitrij habenas, plus æquè, vel deducant, vel remittant. Nā a has illis dicitur; Nec quaſi libera vtentes libertate, conturbent gregē ſibi cōmiſſum: ſed potius præcepto illi ſe ſe accommodēt, quo dicitur: In oībus igitur oēs magiſtrum ſequātur Regulā: nec ab ea temere deuietur a quo-
6 quam. In ijs ergo colpis, quæ leuiorum genere continentur, ac ea re grauiores pœnæ, & capitales infligendæ non erūt, Abbas nullo iudicio contentioſo, oī remoto accuſatore, vim obtinet puniendi, optimi paſtoris munere fungēs. Neq; tūc quidē aut monachorum defenſiones ſunt admittendæ, aut tumultuarij apices iuris concedendi; ſed animo ſubmiſſo quilibet obedire obſtringitꝰ, c. ad noſtrā, c. reprehenſibilis, de appellationib. c. qualiter, & quando. el 2. de accuſationib. Spec. in tit. de Inquiſition, §. vlt. ꝗ etiam Panor. in ca. cum contingat, de foro comp. ijs verbis dicit:

Digitized by Google

Quando punitur secūdū statuta regularia, procceditur summariè de plano, sine strepitu iudicij, in quo non traduntur capitula, nec debent vocari ad videndū iurare testes, nec admittitur appellatio, c. ad nostram, & c. reprehensibilis, de app. Quæ sanè omnia declarantur per Ioann. Monachum in c. 1. de religiosis domibus lib. 6. Id vero quam sit iustitiæ consentaneum, manifestum est. Si quidem id seruatur in laicis, l. leuia, ff. de accusatio. Quid. n. turpius, aut nostris institutis perniciosius, q̄ si Cœnobij Patres, disciplinæ gratia cœnobium perlustrantes, quæ repererint crimina, nisi cōtentioso iudicio adhibito, testibusve examinatis vindicate, & emendare nequiuent? vt carniū est esus, taciturnitatis violatio, ac eius generis, alia regularis obseruationis transgressio non essentialis (vt aiunt) constans namq. est cōiectura, cum sint Patres, nihil per calumniam dicturos, aut facturos, potius fratrum emendationi, regularibusque institutis humaniter, ac prudenter prospecturos. At si quando pro culpæ ra-
7 tione grauioribus pœnis animaduertendum esset, vt exquisitus iuris ordo per summorum Pontificum decreta superius citata prætermitti posset, tamen quæ ad iudicij vim (& vt ipsi loquuntur) essentiam spectare videntur, omitti sine vitio non possunt; præter quam in valde notis, vt iuris periti dicunt. De quibus nihilominus perfectior in sequentibus ratio habenda est.

Quid sit summariè, & de plano progredi, explicatur. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus iudex constitutus procedere potest duplici iure, ordinario, & summariè, sed secundum conuenientius.*
2 *Iudicij alia sunt de essentia, & alia de cōgruitate.*
3 *Essentialia nunquam prætermittenda, licet summariè, & de plano procedatur, & quæ essentialia, num. 7.*
4 *Summariè, simpliciter, de plano, sola facti veritate inspecta explicatur.*
5 *Defensio cum sit de iure natura, nec excommunicato, nec diabolo prohibenda est.*
6 *Capitula sunt reo exhibenda, vt se defendat.*
7 *Testium nomina, & eorū dicta non sunt reuelāda.*
8 *Monachis non licet appellatione vti, sed bene reclamatione, fallit, si appelletur ad summum Pontificem, num. 11.*
9 *Religionis neruus, in quo maximè consistat.*
10 *Reclamatio quare sic appelletur.*
11 *Accusatorem, & accusatum eiusdem fori esse oportet, & qui ab accusatione excludantur, n. 14.*

BEne habet, iacta sunt fundamenta totius fere operis, a nobis enim, & rationibus (ni iudicio labor) grauissimis, & Iurisperitorum auctoritate summa, quod monachorū crimina, aut delicta emendari a Prælatis posse diximus, aut patris, aut iudicis personam assumentibus. Verū enim quid patris officium sit, supersedendum arbitror, quod eius facilis sit, & prompta explicatio. Versetur ergo cōmentationis nostræ rō in iudicis munere explicādo. Prælatis ignorare fas nō
1 est, se iudicandis monachorum causis duplici ratione posse vti. Prima quidem est, cum nihil eorum, quę legibus præscripta sunt, omittitur. Qui modus, de iure ordinario a iuris prudentibus nominantur. Altera est, quando summariè, de plano, &c. iudicia exercent. Sed iuris Pontificij eruditi ferè omnes abstinēdum a priori ratione prælatis censuerunt, tum quia id contētionis genus, cum monasticæ institutionis tranquillitate multum pugnat; tū quia eo pertinent monastica instituta omnia, vt secundum ea omnis monachorum administratio temperetur, c. qualiter, & qñ, el 2. de accusat, c. olim, eod. tit. Atq. huc spectat, quod Panor. in cap. si quis contra clericum, & in c. cum contingat, de foro comp. dicit. & Lapus allegat. 73. quibus in locis ijdem multis agūt cū Prælato monachorum, ne in causis eorum disceptandis iuris apices persequantur. Tunc namq; sequitur necessariò, vt consulendi seculares iuris peritos, monachis facultas tribuenda sit, ac nummi ad eorum sumptus suppeditandi, & alia eiusdem generis incommoda, quibus sanè religionis candor maculatur. Qua de re ijs salutaribus obtemperantes monitis, semper in huiusmodi cōtrouersijs, sola facti veritate inspecta, procedendum sibi summo studio curent. Ac eo maximè, q̄ institutis nostris id ipsum sancitum est, vt in c. 1. secundæ par. de potestate Præsidentis, & Visitatorum continetur. Quib. ita constitutis, explicandum est, quid ijs vocibus summariè, & de plano, &c. vis, & facultatis subiectum sit. Et primo quidē animaduertò ad iudiciū alia pertinere, vt
2 necessaria, atq; (vt iuris periti loquuntur) essentialia, alia vero ad eius perfectionem accedere, et
3 (vt aiunt) solemnitatem. Prætermissa autem huiusmodi iudiciorum solēnitate, de ijs tractemus, quæ ad ipsius vim, atq. naturam spectant, q̄ nostri instituti in primis hoc est. Etenim oēs illę particulæ eo sunt referendę, vt essentialia iudicij seruanda explicent, Panor. in c. dilecti, de iudi. Pau. & Card. in Cle. sępe, de verbor. signif. & in Cle. dispendiosam, de iudic. Fel. in c. dilecti, de iudic. Hostien. in c. ca quę, de accus. Rom. in cons. 26. Bal. in l. nec quicq; §. de plano, ff. de off. proconſ. Archiepis. Florent. in 3. par. tit. 9. c. 8. Quæ autem hæc ipsa substantialia sint, vocabulorum singulorum significatione exposita, cōstituamus. Ei
4 itaque particulę simpliciter, hæc vis subiecta est, vt remoueantur calumniatores, & dolosę protestationes, inanesq. exceptiones, Paul. & Card. in Cle. dispendiosam, n. 42. De plano autem secundum Paulum in Cle. sæpe, de verborum sign. significat, vt abiecta solemnitate sedendi loco solito, et ociosis diebus, procedatur in cā. Sed Laur. quem sequitur Card. in d. Cle. dicit, quod verbū, de plano, significat exclusionē perniciosæ subtilitatis, maximè quo ad coarctandū numerū testiū & reprobationem ipsorum. Summariè vero id significationis propriè sibi vsurpat: vt quæ ad iudicij vim, & naturam attinent, solum requirantur, nec reis concedatur, vt testiū iuiurādum videāt, nec testium, & capitulorum exēplar eis vllo pacto tribuatur, q̄ deducitur ex dictis Bart. & Bal. in l. filiusfam. ff. de donat. & Franc. Aret. in l. cū qui §. filius, ff. de acquirenda hæred. & Fel. in ca. dilecti, de iud. Demū sola facti veritate inspecta denotat, vt iuris oīs reijciatur pōpa, eo tamen, vt ius naturale, atq; gentiū nihil incōmodi patiat. Abbas in præcitato c. dilecti, & in ca. qualiter, & quando, el 2. de accusat. Archiep. Florent. vbi supra. At nobis pro iure gentium habēda sunt instituta regularia, si quidem oib. monachis cōmunia sunt: Ex ijs ergo facilis aditus patet, vt videamus, quæ in monachorū causis iudicantur neces-
5 saria; Nimirū natura omnib. comparatum est, sese tueri, ac defendere ab ijs, quæ nocitura videntur, ex quo seqtur, vt q̄sq. se defendat, ad iudicij vim attinere, l. defēsionis facultas, C. de iure fisci lib-

lib. 10. Petr. de Anchar. conf. 259. Felyn. in cap. qualiter, & quando, el secundo, §. licet, de accusat. Ac eo pertinet, quod suispius defensio, neq. excommunicato, neque Diabolo negari potest, cap. cum inter, de except. cap. eorum, 11. quæst. 3. Specul. titul. de Inquisitione, §. vlt. Monachi verò potion sunt loco habendi, ideoque eo pri-
6 uari beneficio non possunt. Iam vero, quæ tuendi ratio relinquitur, si capitulorum, de quibus causa dicenda est, notitia denegatur: Oportet namq. arma, quibus apperimus nos prospicere, vt ab eis defendamus nosmetipsos. Præterea einsmodi capitula, siue delationes, ab actore depen-
7 dent, ex quo efficitur necessarium, accusatorem, aut denunciatorem, aut infamiam ad iudicium excitandum debere adesse. Quæ quidem vsq. adeo faciunt ad naturam iudicij, vt eorum altero detracto, latrocinium potius appellari possit, quam iudicium. Neque hac in re aliqua est inter Doctores dissensio. Verum cõcessio moræ, ac interualli, vt sua reus apte curet, mihi necessaria videtur. Siquidem actio nolla, nisi interuallo temporis confici potest. Quamobrem consentaneum rationi non est, temporis interuallum reo denegari, ne imparatus causam dicere
8 cogatur. Num autem testium nomina, atque dicta ipsi aperienda videantur? De prælatis clericorum tex. est clarus, in cap. qualiter, & quando, el secondo, de accusationibus. De religiosis vero discrepant inter se Doctores. Nam Panorm. sententiam patrem grauissimis adductis rationib. tuetur in cap. olim, & cap. qualiter, & quando, el secondo, de accus. At Host. dicta quidem reo esse manifestanda asseuerat, ipsorum vero nomina silentio inuoluenda, quod ad intris subtilitatem attinere dixit: quæ oon obseruatur contra regulares. Possunt tamen (vt ego sentio) inter se conciliari. Nam paulo post Hostiens. dicit, quod causę habita ratione, eorum nomina manifestari possunt. Iam vero non desunt & alij præclarissimi viri, qui sentiunt, neque testium nomina, neq. eorum dicta, vlla esse ratione aperiẽda reo. Quod mihi quidem quoad primum dictum valde (vt ingenue fatear) probatur. Nam cum monachis plurimum cõmodi ex animi tranquillitate manet, nihilque sic eius vim labefactet, ac testium cognitio: eteoim acerbissima ex ea excitantur odia, vltiones expetuntur, innumeraque perturbationum semina nascuntur. Itaque in monachorum causis esse satis debet, si capitulorum notitia concessa, defensionis locus non excludatur; fallit autem in criminalibus, ac grauissimis causis, vt adnotauit Panorm. in cap. qualiter, & quando, el secondo, de accusation. Superest modo de appellatione quippiam dicere.
9 Quod plerique dubitant, an ea monachis vti liceat? Videtur namq. iuri naturali conueniens, vt oppressus quis, inferioris iudicis iniuria, ad maiorem prouocando, depellendę iniurię ratione non careat. Tamen contrarium protsus cauetur in cap. irrefragabili, de officio ordin. idq. habetur ex Priuilegio Gregorij XIII. religioni cõcesso. Quam quidem sententiam adeo doctissimus Sotus omni animi contentione complexus est, lib. 5. de iust. & iur. quæst. 6. art. 3. vt eius adscribere verba necessarium ducam. Si (inquit) sciscitaris, num licitum sit, & condecens, religionum familias instituere, vt appellare prohibeantur, apparet enim id neque decere, neque vero licere; tum quod præcipue in causa capitis tãtopere nos natura admonet, vt defendamus; nemo debet naturali beneficio orbari, quo se tueri potest; tũ etiam, quod de appellatione. 2. q. 6. c. ad Romanam. Christianis vniuersis hoc indulgetur beneficium, vt quoties se quisq. premi senserit, ad Romanam Sedem, tanquam ad caput prouocatione confugiat. Respondetur nihilominus, perquam sanctè è religionibus abigi appellandi vsum: nam etsi fortasse accidere quandoq. possit, vt monachus aliquis iniuria læsus affligatur, tamen ex alia parte talia damna (quæ tamẽ me contingunt) pace, & quiete compensantur.
10 Neruus enim, & decus religionis in hoc maxime consistit, vt altissimo inter se silentio, omnia veluti inter fratres, quæ sua est professio, planiter tractent, & transigant: neque se seculo prodant. Etenim vbi primum religionis causę claustrorum metas exierint, actum de illis est. Quocirca institutiones ipsas sic Pontifices confirmarunt, vt appellationes prohiberent, nõ quod per hoc Summis ipsis Pontificibus obedientiæ quicquam sit ademptum, (quicunq. enim quantũ-
11 uis inclusus monachus ad ipsum appellauerit, iure id faciet;) verum quod sic consultum est religionum incolumitati. Hæc ille: idque ex tex. in c. ad nostram, de appell. & ca. reprehensibilis, & c. speciali. §. fi. eod. tit. confirmatur. Ex quib. controuersiæ ambiguitas discutitur aperte. Conceditur autem eis quędam veluti reclamatio ab Ab
12 bate, alio ve Prælato, ad comina generalia, aut Præsidem, aut Visitatores. Vt ipsius consuetudinis vis vsurpata inter nos quotidie declarat, quę tamen neutiquam latam sententiam suspendit. Ac vero postremũ animaduerti id velim, quod vt legibus cautum est, a laicis clerici accusari non possunt: sic namq. habetur 2. q 7. per totam. Sic oeq. diuersæ familiæ religiosus, alterius nomen accusare, neque clerici, neq. seculares, monachorum nomen accusatoriè deferre possunt.
13 Quod eiusdem esse fori oportet, accusatorẽ, & accusatum; cum accusator ad pœnam talionis, nisi probationem pręstiterit, non solum scipsum offerat, sed de iure teneatur, vt habet 2. q. 3. fere per totam. Quæ quidem pœna a monachorum iudice in clericos, vel laicos non probantes infligi minime potest. Fallit, si laici, vel clerici accusando, suam suorumve iniuriam prosequantur, vt decernit Specul. in tit. de Reo, circa fin. Exclu
14 duntor quoq. excommunicati, infames, ca. omnes, ca. hi qui. 13. q. 4. Excluduntur quoq. calumniatores, quique alias falsum dixisse in iudicio conuicti fuerint. Quinimmo detractores, aut infideles, vt habetur 3. q 4. fere per totam, & beatus Zepherinus decreuit detractores ab accusatione esse submouendos. cap. detractores, 3. q. 4 quod tametsi de accusatione Episcoporum dictum fuit, tamen potest generaliter valere, vt bene adnotauit Archid. & Hug. in prædicto c. detractores. idque deducitur: nam quisquis vt maledicus condemnatus est, efficitur infamis, vt ait Panorm. in c. cum te, de sent. & re iud. cap. at si clerici, de iud. & Host. de maledicis. Colliga-
15 mus ergo, ad iudicij naturam hæc magnopere facere, capitulorum exhibitionem, facultatem se defendendi, eaque suo conuenienti tempore impertitam, atque etiam accusationem in scriptis, vel denunciationem, clamorosamve insinuationem. Cætera autem nullo iudicij detrimento suot monachis omittenda. Itaque de accusatione hæc satis.

Quomodo debet procedere iudex per viam accusationis, & an possit sine illa castigare delinquentes. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit accusatio, & an sit necesse, quod fiat in scriptis, & an sit ex se mala.*
2 *An sit necesse, quod quis sit accusatus, vt iudex procedat per viam punitionis, concl. 1. nu. 2. & concl. 2. nu. 3.*

PRo explicatione eius, quod in hoc cap. proponitur, debet aduerti, quid sit accusatio? Et respondeo nihil aliud esse, quam proponere delictum delinquentis corā iudice, vt de eo sumat vindictam; quam debet ponere in scriptis, quia cum iudex sit medium inter accusantem, & accusatum, vt examinet iustitiam causæ, debet procedere secundum certitudinem possibilem: & ideo conuenit, quod accusatio detur in scriptis, quia res quæ proferuntur, & dicuntur verbaliter, faciliter fugiunt a memoria, vt docet S. Th. verum est tamen, quod in delictis patris non est necesse, quod accusatio proponatur in scriptis, sicut in quadam lege iuris ciuilis determinatum est. Secundo debet notari, quod accusatio nō est ex se mala, sed potius est iusta, & necessaria in tempore, & loco suo, vt tenet Caiet. & Sotus cum doctoribus communiter; quia licet malū pro malo dare non possim, vt dicit D. Paulus, non ideo amittimus ius defendendi nos mediante iustitia posita a Deo, cuius officium est punire audaces, vt respub. quæ est commissa curæ suæ quiete viuat: qui finis prætenditur in accusatione, non vero vindicta particularis; quia si accusator prætendit vindictam particularem, non est illi dubium, quod accusatio sit mala, cum extrahatur a suis limitibus, & quia vt plurimum comitatur eā vindicta, ideo non debet consuli, sed potius retrahi ab ea.

D. Tho. 2. 2. q. 68. art. 2.

l. leuia. ff. de accus.
Caie. 2. 2. q. 67. Sot. de secr. n. 2. q. 5. concl. 1. et lib. 5. de iu. q. 5. ar. 1. ad Ro. 13.

2 Hoc supposito sit prima Conclusio. Non iubet ius naturale expresse iudicib. quod non procedant in causis criminalibus ad effectum puniēdi delinquentes, nisi sit, qui accuset, ius tamen canonicum, & ciuile ordinauerunt illud sic, estque multum secundum ius naturale; & ideo loquendo de hoc D. Paulus dixit non est cōsuetudo Romanorum condemnare aliquem delinquentem absque accusatore, cui allusit Christus Redemptor noster dicens mulieri, quam cōprehensam coram se habebat adulteram. Nemo te condemnauit, neq. ego te condemnabo: hæc doctrina est D. Tho. vnde quamuis prælati religiosorum possint punire sine accusatore delicta parua subditorum priuato priuilegio, quod ad illud habēt a Sede Apostolica, quæ concessit illis, vt procedant in causis religiosorum sine tumore non obseruantes apices iuris inspicientes solum veritatem, & verificando rem, vt debent, vt concessit Bonif. Octauus, in causis tamen grauibus, quæ non possunt puniri sine infamia delinquentis et prælati religiosorum, non possunt punire eos etiam intra domum sine accusante, & ideo dicit Aragon, quod nullus ex prælatis doctis, & timētibus Deum facit contrarium, quod est magnū argumentum veritatis, quā nunc dicimus, etsi aliqui puniunt similia delicta absq; accusatore (dicit hic pater) sunt illi, qui confisi in sua potētia, & ignorantia postponētes timorem Dei, & procurantes satisfacere magis suis passionibus, quam bono cōmuni, puniunt dictos fratres suos: & ideo hi non solum peccant mortaliter, sed etiam tenentur restituere famā, quam fratres sui eorum culpa amisere tanquam homines, qui abutuntur potestate sua, et tanto maiorē iniuriam inferunt, quanto maiori potentia faciunt damnū illis, qui sponte venerunt ad religionē, hæc verba sunt patris Aragon, quæ dicti prælati debent multū notare, vt credo, quod eas notent, & considerent plus quā ego possum illis explicare, cum sint religiosi, & charitate præditi supradictum aūt debet intelligi, nisi dicti prælati velint procedere per viam inquisitionis, vt dicetur in conclusione sequenti.

c. si legitimi de accu l. illicitas. ff. de offic. præsi. act. 5.
D. Tho. 2. 2. q. 67. art.

Habetur in cōpl priu. ver. cor. frater. §. 6.

3 Secunda Cōclusio. Aliqui casus sunt, in quib. possunt iudices procedere contra reum, quamuis non sit accusator. Primus est, si iudex existens simul cū alijs videt committi delictū, vt dicit Caie. Secundus, quando adest infamia, & indicia cōtra reū, quia tunc, vt dixi, potest procedere cōtra reum per viam inquisitionis, vt dixi. Tertius est, quando præcedit denunciatio iuridica posita ad supplicium, vt fit in tribunali Sāctæ Inquisitionis, quæ denunciatio non est aliud, quā declaratio delictū coram superiore; & differt ab accusatione, quia qui denuntiat, non tenetur probare, qd dicit, tenetur tamē ad illud, qui accusat. Quartus est, quando aliquis, si prius corrigit fratrē suum, videns, quod non vult accipere correctionē, denunciat eum tanquam patri, non vero tanquā iudici coram superiore; quia tunc tanquam pater potest adhibere remedia necessaria, vt prudens. Et nota, quod consuetudo admisit, q quando delicta sunt grauia, & nullus accusat, promotor fiscalis capit negotiū, & accusat, qui ex officio non solum tenetur accusare peccata, quæ fiunt cōtra rempub. aut principē eius, vt ordinatū est in quadam lege partitarum, sed reliqua oīa delicta, in quib. non est accusator: estq; ita licitum tali promotori fiscali accipere pretiū pro accusatione sicut iudici pro sententia iusta ferenda; & quod non est licitum accusatorib. particularib. est etiā illicitū fisco in eius accusationib. & ideo, si fisc. quod non incidet in pœnam talionis, quamuis nō probet, quod accusat, & accusat aliquem putans pro certo, quod non potest probare, quod accusat, peccat mortaliter sicut quiuis alius accusator: sic n. dicit Aragon. Itaq; non possumus dicere, quod iudex secularis, aut ecclesiasticus procedat sine accusatione, cum fiscus accuset; & ideo liberamus iudices a multis culpis, quas poterant committere, si non esset fiscus, qui accusaret, de quib. vix possumus liberare prælatus religionū, si procedunt sine accusatore, cum in eorū tribunalib. non sint accusatores fiscales, qui habeant tale officium.

Caie. 2. 2. q. 67. art. 3.

Arag. 2. 2. q. 67. ar. 3 in fin.

An, qui accusat, peccet, & teneatur restituere, & antequam accuset, corrigere fratrem suum. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quot sint species accusationis, num. 1. & quomodo sint in ea tria vitia, num. 2.*
3 *An peccet ille qui falso accusat concl. 1 n. 3. et an teneatur ad restitutionem ibid. & concl. 2. n. 4.*
5 *An sint duo modi prævaricationis concl 3. nu 5.*
6 *An, qui facit pactum cum parte delinquendi accusationem peccet conclus 4 num. 6.*

7 An

7 *An quiuis iudex possit rumpere accusationes con clus. 5.*
8 *An qui falso accusat, debeat puniri pœna talionis. concl. 6.*
9 *An qui accusat vere, sit necesse, quod prius corrigat fratrem concl. 7. & 8. & num. 10.*

PRo explicatione eius quod debet dici in hoc capitulo, debet notari primo, quod accusatio est duplex, vna, quando per illam prætenditur bonũ commune, quia accusatur aliquod crimẽ damnosum reipub. & est obligatio accusandi delinquentẽ, si possit testib. probari, quod commiserit illud delictum, vt tenet S. Tho. Alex. de Ales, & oẽs Theologi, & Canonistæ. Verum est tamẽ, quod Sotus tenet sequens Angelũ, quod in hoc casu sufficiet denunciare delinquentẽ; & ideo qđ nollus tenetur accusare, & notat qđ D. Tho. non dicit cõtrarium, quia qñ dicit esse obligationem accusandi, capit verbũ accusare in ampla significatione, vt comprehendat ẽt denunciationem, & hoc supposito debemus dicere, quod quicunque tenetur accusare, aut denunciare delinquentem, qui cõmittit peccatum in damnũ reipub. & tale põt esse crimen, & ita damnosum reipub. vt sit ẽt obligatio accusandi absolute. Alius modus accusationis est, qñ aliquis accusat aliom pro iniuria, quã illi fecit; & nullos tenetur accusare ob iniuriam, quæ illi fuit facta, quamuis non sit illi licitum in hoc casu accusare, vt dictum est in capitulo preterito.

D. Tho. 2. 2. q. 68. Aleĩs. 3. p. q. 42. in 1. Theolog. in 4. d. 39. canonista in c. nouit de iudic. Soto de tegen. secret. nu. 2. q. 5. concl. 1. p. 44. c. 2. q. 3. ca si quidẽ penituerit l. accusator ff. ad senatusc. Turp.

2 Secundo debet notari, quod in accusationib. possunt esse tria vitia, quæ in iure dicuntur, calũnia, prçuaricatio, & tergiuersatio: pro quorũ terminorum explicatione sciendum est, quod calũniari est accusare aliqoem falso scienter, prçuaricare est abscondere crimina vera palliando scelestos; tergiuersari est redire retro, & delinquere accusationẽ: explicat mire hos terminos D. Tho. sed quantum ad nostrum propositum dicta sufficiant.

D. Tho. 2. 2. q. 68. ar. 8.

3 Hoc supposito sit prima Conclusio, qui false accusat scienter, peccat mortaliter, sicut qui falsa testificatur, & tenetor ad oĩa dãna, quæ eueniũt accusatori ex ea accusatione; & ẽt peccat mortaliter, qui accusat delinquẽtem de peccato, quod ipse solus scit commisisse; quia in iure crimẽ, qđ non põt probari, reputatur pro falso, & seipsum infamia afficit, quia reputabitur calumniator, & falsarius; vnde peccat ẽt mortaliter cũ infamet se, & exponat se periculo pœnæ talionis non probans accusationem, et si non exponitur huic pęnę, quia non est in vsu, vt dicit Sotus, exponitur alijs pęnis, quę cõiter imponũtur calumniatoribus. Dixi scienter, quia quando bona fide accusat aliquem de crimine, quod putabat cõmisisse, non põt vocari calumniator, tenetur tamen restituere damnom, quod sequotom est ex hoc accusato, vt explicatur in conclusione sequenti.

Soto vbi su. concl. 6. iuxta finẽ.

4 Secunda Conclusio. Quando accusatur ignorantia inculpabili, proceditur q. ad cõdemnationem accusati, & fuit cõdemnatus in aliqoa re tẽporali, v. g. vt soloat accusatori centum ducatos, aut aliquã domum, tenetor restituere dicto condẽnato totũ id, quo factus fuit ditior, sed non tenetur soluere ei, quod expendit in lite, neq. damna, quę in re illi euenerunt, & ratio huius est, quia restitutio habet suam originem a duobus principijs; primũ est ratione, quod quis retineat alienum: secundum, quia sumpserit aliquid iniuste, & primũ quidem cessat in hoc casu, quia hic videmus, quod accusator non hẽt apud se expensas litis contrarij, neq. damna, quæ illi euenerũt: cessat ẽt secundum, quia iam supponimus, quod hic non fecerit iniustinam formaliter loquẽdo, cum bona fide litigauerit, et ideo in hoc casu debemus pacificare regulam cõem, qua dicitur, qđ quando quis expendit bona fide alienum, non tenetur restituere valorem rei expensæ, sed solum illud, qoo factus fuit ditior. Verum est tamen, quod tenebitur ad dictas expensas, qui iniuste procurauit, vt accusator apponeret, & prosequeretur dictam litẽ. Ex dictis sequitur, quod si dictos accusatus fuit relegatus in exilium, aut ad mortem condemnatus, nõ tenetur accusator ad vllam restitutionem, solum. n. tenetur impedire, quantum fuerit possibile, executionem harũ pęnarum, quamuis sit confitens delictum suum, si hoc potest facere sine graui suo damno.

Secundo infertur, quod si condemnatur ad mortẽ, & sñia fuit executa, non tenetor aliquid restituere hæredibus loquendo de rigore iustitiæ, quamuis scđm ęquitatẽ Christianam bonum est, quod faciat illis aliquid cõmodi: contrarium aũt debet dici, si accusatione infamauit illũ, quia in hoc casu tenetur restituere famam, non quia iniuste sustulit illam, cum ignorantia inculpabilis præcesserit, sed quia retinet famam alterius, quam potest restituere, licet non det quidquam bonorum suorum, & secundum hoc debet explicari, quod dicit Sotus super hoc puncto.

5 Tertia Conclusio. Præuaricatio accidit duob. modis: primo quãdo aliquis in exteriori accusat reũ, in secreto vero fauet illi accepiãs debiles defensiones: secundo, quando tacet ea, quæ vere aggrauant, & sunt maxime contra accusatũ, & allegat alia parui momenti; quod peccatũ ẽt põt esse in aduocatis, & notarijs, estq peccatum mortale subiectũ restitutioni dãni, quod ex hoc sequitur parti, vt colligitur ex eo, qđ tradit Nau. & Sotus.

Sotus vbi sup. concl. 5.

6 Quarta Conclusio. Accusator, qui facit pactũ relinquendi accusationẽ in cã criminali alicuius criminis, qđ nõ punitur pęna sanguinis, si ex hoc sequatur damnum reipublicæ, aut tertio, peccat mortaliter, cum faciat contra id, quod iustis de causis ordinatum est a iure; si vero neq. reipubl. nec alicui tertio sequatur dãnum, non erit mortale relinquere dictam accusationem per viam pacti, aut fęderis, cum cã principalis, ob quã hoc prohibetur pp damnũ tertij, aut reipub. aut propter scandalum, qood inde nascetur, vt dicit Nauar. qui addit, quod sp erit peccatũ mortale facere dictum pactum cum periurio, aut mendacio pernitioso, vt dicit D. Th. erit ẽt tale, si relinquat accusator accusationem sciens esse iniustam, eo quod datur illi aliquid, teneatur ad restitutionẽ eius, qđ accepit, & dãni, quod rõne iniustæ accusationis accusatus passus est. Ex dictis infertur, quod quãuis ille, qui affectus est iniuria, possit desistere ab actione, quã habet in foro exteriori cõtra illũ, qoi iniuriauit illũ percipiens aliquid pro hac iniuriæ remissione, non quia parcit illi, ideo erit simonia, sed rõne damni, qđ perpessus est, vt resoluit Corduba dicens, qđ maritus, qui desistit ab accusatione ob aliquid, qđ illi datur, iuste possidet illud in cõpensationẽ dãnorũ, quæ perpessus est ob adulteriũ in persona, & fama, quã ei sententiam tenet Lodouicus Lopez. Non tamẽ põt iniuria affectus parcere ob aliquid, quod illi tribuitur, nec gratis põt id facere, si ex venia sequitur aliquod damnũ, vel tertio, vel reipubl. quia in hoc casu secundum supradicta peccabit parcens, & desistens ab accusatione, sicut peccat maritus, q parcit vxori adulteriũ, si putat, qđ ipsa

Sotus vbi sup. Nau. c. 25. n. 30

Nau. in man. c. 25. n. 32.

D. Tho. 2. 2. q. 98. ar. 3.

Cor. de casib. q. 77.

Lop. li. 2. instr. negot. cap. 45. p. 515.

Digitized by Google

ex hac venia sumet occasionem perseruandi in adulterio; quia parcere ei in hoc casu est facere iniuriã reipub. cui datur occasio scandali, & ipsi mulieri, cui datur occasio maioris perditionis, vt dicit Corduba affirmans esse hoc ad mentẽ omnium, estque expressa opinio Nauar.

Nau. vbi sup. nu. 31.

7 Quinta Conclusio. Quicunque iudex etiam inferior potest rumpere accusationes, quas inuenerit deficiẽtes, quia sicut potuit in principio eas non admittere, sic põt postea admissas, si videat esse defectuosas, rũpere, immo ex officio tenetur ad illud; nõ poterit tñ sine peccato rũpere accusationẽ, quæ iã est posita in eius tribunali, si dicta accusatio sit licita, & ordinata ad satisfaciendũ alicui particulari, cũ ius ordinet, vt nemini tollatur, quod illi debitũ est. Dixi, ordinata ad satis faciendum alicui particulari, quia iudex superior, & inferior possunt rescindere accusationes positas, & ordinatas solũ ad bonum cõmune, cũ possit dispensare iusta de causa in suis legibus, ita vt possit etiam rumpere ordinatas ad satisfactionẽ alicuius partis iniuria affectæ; iudex tamen inferior non põt hoc absolute de iure, sed solum inspiciens æquitatẽ, cognoscens, & putans pro certo legem nõ obligare in hoc casu, quia scit, quod si non imponatur silentium talibus accusationibus, est futurum maius damnũ, quam vtilitas bono cõmuni perturbata repub. eo quod persona, quæ accusatur, est maximę authoritatis: hãc opinionem tenet Caiet. quem sequitur Aragon.

Cai. 2. 2. q. 68. ar. 3. vbi Aragon.

2. q. 3. calumniator, & c. qui nõ probauerit, & ff. de abolitio. l. 1. & mulier & l. quæsitũ Sot. vbi sup. conc. 6. Cou. lib. var. c. 9. p. 587. co. 1 d. vlt. Tauri.

8 Sexta Conclusio. Qui falsè accusat, & nõ probat, quod proposuit cõtra accusatorẽ, punitur pęna talionis, vt dicitur in iure, & resoluit Sotus, & Couarruuias: qui tamẽ resoluũt, quod hęc lex talionis nõ est in vsu, nisi solũ respectu testis, qui iurat falsum in causa criminali, vt ordinatur in quadam lege Tauri, & sic debet obseruari circa hanc pęnam consuetudo, & leges Regnorũ, & prouinciarũ; & in casib. in quib. obseruata sit hęc rigorosa lex, pęna eius nõ debet cõsiderari, secũdũ quod ipsa res est, sed secundũ proportionẽ. Pro cuius explicatione debet notari, ꝙ mediũ in virtute aliquãdo sumitur secundũ rẽ, alias secundũ proportionẽ; secundũ rem est, quando illud, quod est realiter, est mediũ in illa virtute, sicut in iustitia seruatur mediũ rei, quia solum datur, quod debetur, & hoc est mediũ, ad quod respicit hæc virtus, exhibens decem pro decẽ; aliud mediũ est secundũ proportionẽ, quod accidit, quando hoc medium respicit personas, & alias circunstantias, & ad hoc respiciunt aliæ virtutes, scilicet nõ possumus in temperantia proponere vnũ mediũ reale, & indiuisibile, sed debemus illud stabilire habentes respectũ ad subiectũ huius virtutis consideratis eius circunstãtijs. hoc supposito dico, ꝙ non debet imponi accusatori pęna talionis, quæ secundũ rẽ debebat imponi accusato falsè: quia si quidã rusticus Regẽ affecit iniuria, nõ sufficit pro pęna, ꝙ Rex afficiat iniuria rusticũ; aut si Rex prius afficit iniuria rusticũ, quod rusticus afficiat iniuria Regẽ; debet igitur accusator puniri pęna talionis secundum proportionem consideratis qualitatibus accusatoris, & accusati, sic enim docet Aristoteles.

Arist. lib. 5. Ethic.

9 Septima Conclusio. Si qui accusat, põt probare ꝙ proponit, non est necessaria secreta admonitio ante accusationẽ, siue prætendat cũ illa priuatũ bonũ, siue bonũ publicũ reip. quæ vult, quod delicta puniantur, ad quod tenetur quodcunq; membrũ illius, ne mali peccent timentes supplicũ, quod vident exequi contra delinquentes; ꝙ intelligitur, si aliter nõ põt satisfieri, neq; prouideri bono communi: hæc opinio est Siluestri, & Caietani, & secundum illã debet intelligi, quod dicit Nauarr. & Driedus super hoc puncto; quia si aliter põt satisfieri, & prouideri bono cõmuni, certũ est, aut saltẽ præsumitur, ꝙ nõ accusat nisi pp odiũ, aut desiderium inordinatũ vindictæ; & addit Corduba quandã rem, quã ego puto probabilem, scilicet, quod licet intersit boni cõmunis, & particularis, tenetur accusator facere correctionẽ fraternam, antequã accuset, non ratione boni cõmunis, aut particularis vtilitatis, sed ratione salutis spiritualis proximi, cuius non debet obliuisci, siue procedatur contra eum via inquisitionis, siue accusationis.

Sil. verbo accusatio q. 3. Caie. 2. 2. q. 33. ar. 3. Nau. c. 18. nu. 30. c. 10. Cord. deteg. secr. mẽ. 2. q. 5.

18 Octaua Conclusio. Si ex accusatione non speratur alia vtilitas, nisi suppliciũ delinquentis, & hac intentione proponitur, est necesse, quod pręcedat antea admonitio fraterna, si putatur, ꝙ cum illa iuuabitur delinquẽs, & ego non inuenio qua de causa non est præceptũ secundũ legẽ charitatis, quo obligemur liberare proximũ emẽdatũ, aut quod habeatur spes, quod corrigetur, nõ tradendo eũ iudici, cũ hoc prædicet nobis ecclesia eius exẽplo, quę protegit malefaciẽtes, qui correcti sont, aut saltẽ parati ad se corrigendũ; & Euangeliũ docet nos hãc veritatẽ, in quo pręcipit Christus Redemptor noster, quod non puniatur pęna excõicationis, qui non fuerit contumax: Hæc sentẽtia est Durandi, & Cordubę, quẽ sequitur Petrus de Nauarra; qui addit, quod nõ condẽnaret ipse illũ, qui accusat ante correctionem factã ad restituendũ famam, quã amisit ob suã causam accusatus, & ad satisfaciendum oĩa dãna, quę recepit, si peccatum, de quo accusatus fuit, fuit peccatum iniustitiæ contra accusatorẽ, quia multum difficile potest compelli, qui recepit iniuriam, corrigere iniuriantem, antequã accuset illũ, si nõ prætẽdit ex accusatione aliquam vtilitatẽ, nisi ꝙ puniatur delinquẽs, vt dictũ est.

Dur. in 4. d. 19. Cord. in addit. ad Sotũ de te. secret. memb. . q. 5. col. 4. Nau. li. 2. de rest. c. 4. nu. 255.

De obligatione testium ad dicendam veritatem iudicibus procedentibus per viã inquisitionis, accusationis, aut denunciationis. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *An testes legitime interrogati teneantur dicere veritatem delicto exsistẽte occulto. concl. 1. nu. 1.*

2 *An testis legitime interrogatus iurans falsum peccet, & teneatur ad restitutionem. conclus. 2. & conc. 3. nu. 3.*

4 *An, qui est causa, quod alius iuret falsum, teneatur manifestare hoc, vt retractetur. cõc. 4. nu. 4.*

5 *An, qui iurat falsum non aduertens, vnde aliquis fuit condemnatus ad mortem, teneatur liberare illum ab ea. concl. 5. nu. 5.*

6 *An teneatur testis offerre se ad liberandum innocentẽ, qui afficitur supplicio vltimo. cõcl. 6. nu. 6.*

7 *An peccet, qui se abscondit recusans esse testis. conclus. 7. nu. 7.*

8 *An sit licitum reuelare peccatum, quod scitur secreto. concl. 8. nu. 8.*

9 *An faciant male iudices remittentes reos confessarijs, vt reuelent veritatem, et an faciant male confessarij, qui offerunt se in testes reorum, quos audierunt. concl. 9. nu. 9.*

10 *An teneatur testis legitime interrogatus dicere veritatem, licet iurauerit seruaturum secretũ. concl. 10 num. 10.*

11 *An teneatur testis dicere veritatẽ dubitans, an sit legitime interrogatus. cõc. 11. & 12. nu. 11. et 12.*

13 An

13 *An vxor teneatur testificari contra maritum, aut consanguinei coniunctos concl. 13. n. 13.*
14 *An, qui denunciauit contra aliquem fraternaliter, possit esse testis concl. 14. nu. 14.*
15 *An seculares possint esse contra religiosos conclus. 15. nu. 15.*
16 *An infamis possit esse testis. concl. 16. nu. 16.* is
17 *An qui fatetur proprium crimen, possit esse test contra complices, ibidem.*

1 PRima Conclusio. Testis legitime interrogatus a iudice tenetur dicere verũ, q̃a non obediens ei impediet executionẽ iustitię; verũ est tñ, quod opinio hoium doctorũ, q̃ si delinquẽs est occultus, contra quẽ non est infamia, possit respõdere iudici nihil scire intelligẽs in corde suo se non esse obligatũ testificari contra illũ, sic.n. tenet Nauarrus: cuius opinio videtur mihi vera, & tanq̃ ęquã debere sequi, quãuis contrariũ teneat Sepulueda. Verũ est tamen, q̃d opinio Sepuluedæ erit vera in casu, quod ex eo, quod non manifestetur veritas, sequeretur magnũ pręiudicium alijs, & damnũ infamię, quod sequitur delinquẽti, non fuisset tanti valoris, quanti est prędictum dãnum; quia si damnũ infamiæ esset maioris valoris, licitũ esset testi non manifestare delinquẽtẽ occultũ, quãuis legitime interrogetur, vt dicit idẽ Nauarrus. Dixi legitime interrogatus, quia si non sit legitime interrogatus, non tenetur reuelare veritatem, vt infra dicetur conclus. 8.

Nau. in manu. c. 25. n. 45. Sep. de ratione dicendi test. c. 13.

2 Secunda Conclusio. Si testis legitime interrogatus cõtra aliquẽ iurauit falsum, peccauit mortaliter, & tenetur ad satisfactionẽ, cum cõmittat euidentẽ iniustitiã, quod si eius dictũ non fuit in causa condẽnationis rei, neq. eius ratione fuit ei pęna inflicta, quia iam erat conuictus alijs testibus, quãuis peccauit mortaliter, non tamen tenetur ad restitutionẽ. Et nota, q̃d si aliquis audiuit ab aliqua p̃sona bonę famæ, & fidei, quę confitetur assiduo peccata sua, & recipit Sacramentum Eucharistię, q̃d N. fecit tale peccatũ, & iurauit, ideo q̃d hic N. fecit illud peccatũ nesciens illud aliter nisi ex auditu, vnde reus fuit condẽnatus ad mortẽ quãuis peccauerit mortaliter, non tamen tenetur ad restitutionẽ vero existente delicto ab eo cõmisso: quia iuste potuit credere esse verũ, quod dicebat vir sanctus, & bonus, quẽ diximus. Verũ est tñ, quod si postea sciuit q̃ reus nõ fecerat illod delictum, tenebitur satisfacere totum damnum, quod ex sua confessione perpessus est, sic enim tenet Nauarr.

Naua. in man. c. 18. num. 2.

3 Tertia Cõclusio. Si, postquã quis iurauerit falsum, cuius dictũ realiter, & vere est cã efficax, q̃ aliquid sit condẽnatus ad mortẽ, si reus est cõdẽnatus, & nihil profuit retractare iuramentũ, q̃d fecit, non debemus illũ compellere, vt se retractet, sed solum tenebitur restituere dãna, quæ prouenerunt ex tali morte, & si põt ex aliquo loco retractare suã confessionẽ putans, q̃d inde liberabit innocentẽ a morte, tenetur illud facere, quãuis sit cũ periculo suæ vitę, vt dicũt Cordu. Medina, Sotus, Nau. & Cou. quia cũ hic iurauerit falsum, sitq. cã, quod reus moriatur existens innocens tenetur exponere vitã suã pro eius liberatione, & iõ regula, quæ dicit, q̃d nõ tenetur q̃s liberare fratrẽ suũ cũ certo periculo vitę suę dẽt intelligi, q̃ãdo vterq. est innocẽs: q̃d in hoc casu non est, q̃d dẽe inspicere Mercatus, vt non tenere tcontra cõem dicens non teneri, qui iurat falsũ cõtra innocẽtẽ exponere vitã suã certo periculo, vt liberet illũ; & iõ scdm hãc doctrinã dẽt intelligi, q̃d tradit Nau. loquens de hac materia, si vero ille, contra quẽ testificatus est, nõ est in periculo mortis sua cõfessione, q̃a iã est mortuus, & punitus, ita vt eius cõfessio solũ offendat illũ in fama, aut bonis, et suorũ filiorũ, & cõsanguineorũ, nõ tenetur tũc exponere vitã suã periculo, aut personã, sed tenentur retractare se p̃ literas formatas noĩe suo proprio, & dare eas alicui, vt tribuat illas ministro iustitię firmãs eas iuramẽto, ita vt faciant fidẽ publicã, & ipse põt se trãsferre in aliũ locũ, vbi liberet personã suã a periculo, quãuis sit cũ labore, & iactura honoris, & bonorum suorum, quia ipse fuit cã huius mali; immo tenẽtur, si põt sine periculo vitę suæ, restituere totũ dãnum, q̃d accusatus recepit sua cã, & parentes, aut cõsanguinei accusati in honore, & bonis, & petere ab eis veniã humiliter, & si hoc non põt facere cõmode in vita, quia sic putat inimicitias contrahere cũ multis, & consequẽter exponere vitã suã periculo, aut nõ habere bona, quib. viuere possit, tunc satisfaciet faciens testm̃ clausũ, in quo potest explicare totum, q̃d dictũ est, & tenetur ad hoc, vt resoluit Corduba late, & Nauar.

Cord. lib. 1. qq. q. 31. ar. 3. Soto li. 4. de iust. q. 6. ar. 5. ad 4. Medina de rest. q. 3. Nau. in c. 15. n. 17. Couar. in repeti. §. 2. n. 6. 1. ar.

4 Quarta Conclusio. Ille, qui fuit cã efficax, vt alij iuratẽt falsum, tenetur manifestare eos, vt retractent se, immo ẽt cũ periculo mortis tenetur illos manifestare, si sciat, q̃d ob eorũ cõfessiones, & iuramentũ condemnabitur morte ille, contra quẽ iurauere, si vero nõ induxit illos ad dictum iuramentũ, nec fuit in cã, quod iurarent, solũ tenetur de lege charitatis admonere eos, vt retractent se, & si nolint id facere, eadẽ lege charitatis tenetur illos manifestare, vt liberet innocẽtẽ; non tenetur tamen ad illud de lege iustitię, & p̃ cõsequẽs neq. tenetʳ corrigere eos fraternaliter, nec manifestare illos cum periculo vitę suę, quia lex charitatis non obligat cum tanto periculo.

Cor. vbi sup. d. q. 21. art. 3. fol. 251. 252. 253. & q. 6. ar. 8. fo. 343. Na. in su. c. 18. nu. 44.

5 Quinta Conclusio. Si aliquis iurat falsum non aduertens, quid dicat, quia per obliuionem dixit quandã rẽ, ob quã quis fuit condẽnatus morte, non tenetur liberare eũ ab ea cum periculo vitæ suæ, scdm Caieta. neq. tenetur scdm Petrum de Nauarra soluere damna, quæ ex suo testimonio euenerũt, cũ nihil ab eo rapuerit, vt constat; neq. rõne falsi testimonij tenetur ad illud, cũ formaliter non iurauerit falsum, sed solũ materialiter, & ẽt quia quo ad Deũ est liber a iuramento periurij, & sic tanto magis remanebit liber ab offensa proximi, hæc opinio Nau. non vr̃ mihi multũ probabilis, sed potius suspecta, quia moraliter loquendo non possum bene intelligere, q̃uo segnities, seu negligentia in materia ita graui, qualis est iurare falsum in causa, in qua rõne iuramẽti reus condẽnatur ad mortẽ, non sit nisi peccatũ veniale, & culpa leuissima, cũ homo teneatur bene inspicere, q̃uo iurat in simili casu; & ideo puto, quod dictũ periurium nõ solum sit materiale, sed ẽt formale in sua causa culpabili, & quod peccauit mortaliter: & tenetur ad dãna, quæ ex morte innocentis fuerũt sequuta. Aduertendum aũt est quod dicta inaduertentia liberabit eum ab obligatione, qua teneretur liberare innocentem etiam cum periculo vitæ suæ, cum ex proposito non iurauerit falsum.

Caie. 2. 2. q. 70. art. 4. Na. li. 2. de rest. c. 3. nu. 155.

6 Sexta Conclusio. Si aliquis scit esse innocentẽ hominem, quẽ deferunt ad suspẽdendũ, quamuis non vocetur ad iudiciũ, si scit, & credit, quod suo dicto liberabit eum, quia est innocens, tenetur se offerre ad testificandũ, quãuis sit cũ præiudicio accusatoris, & aliorum testium, qui condẽnauerunt illum suis testimonijs; hæc tamen obligatio nõ est de lege iustitię, sed charitatis; & iõ quamuis non testificetur, non tenetur ad vllam restitutionem, vt tenent Sanct. Tho. Gabriel, & Nauar-

D. Th. 2. 2. q. 70 ar. 1. Ga. in q. d. 15. quæs. 6. cõ. 6. Nau. in man. c. 15. n. 16. & ca. 25. nu. 40.

Nauarrus, qui addit, quod non tenetur quis offerre se in testem, vt aliquis condẽnetur ad mortẽ pro crimine, quod vere cõmisit; quamuis sciat qđ accusator deficiens in accusatione, & probatione, cõdẽnabitur pœna talionis, cum ipse accusator posuerit se in tali necessitate voluntarie: supradictũ aũt limitat Nauarrus, quod non procedat in casu, quo denunciator, & accusator teneatur accusare, vel denũciare, quia in hoc casu tenebuntur de lege charitatis offerre testimoniũ suum: & ẽt limitant oẽs supradictum non habere locum, qñ testis est vocatus a iudice, & legitime interrogatus, quia in hoc casu non solũ de lege charitatis, sed etiã de lege iustitię tenetur nõ tacere, & per consequens tacens tenetur ad restitutionem tanquã verus homicida: additque S. Thomas, quod licet testis non sit vocatus a iudice, tenetur de lege charitatis testificari, vt auferat damnũ reipub. aut alicuius priuati, dummodo talis testis corrigat prius fraternè fratrẽ suũ, cum non sit vocatus, neq. interrogatus a iudice, quod se obtulit ad hoc, vt dicit Angelus. Qualiter aũt debeat interrogari legitime a iudice, dicetur inferius: circa quod debet notari quo ad nostrum propositũ, quod, si non interroget iudex testem iuridice, debet, & potest respondere, quãuis imponat illi obedientiam, & pœnam excommunicationis, quod tenetur respondere ad id, quod interrogat illũ, et si vult cõpellere illũ, dẽt appellare, nisi timeat, quod iudex faciat illi ob hoc aliquam iniuriã; quia si timeat hoc, poterit respondere nihil scire, intelligens in corde suo, quod teneatur dicere, vt tenet Nauarrus, & Sotus. Noteturq. hoc multũ, ne aliquis decipiatur, quod non tenetur Petrus nõ requisitus testificari contra Ioannem homicidam, si Paulus ob homicidium, quod fecit Ioannes, morietur, sic. n. dicit Sotus, dicens, quod non tenetur quis manifestare delinquentem occultum, vt liberetur innocens: & hoc debet teneri contra Nauarrum, qui dicit contrarium casui nostri notabilis, & allegat pro sua parte Diuum Thomam, & Sotum, sed ipsi non dicunt hoc, si bene cõsiderẽtur, quia solũ dicunt, quod dẽt liberari innocens, vt diximus in hac cõclusione, sed non dicunt, qđ hoc debeat fieri mediãte morte illius, qui fecit delictũ. Vnde debet dici, quod non tenetur Petrus ad hoc, quia solũ tenemur ad liberandum innocentes ab illis, qui iniuste opprimunt eos, & Ioannes homicida non opprimit iniuste Paulum innocentem, quia causa, quam dedit ad mortem Pauli, fuit remota, & per accidens.

Ang. in q. de correctio. frat. art. 2. diff. 8.

Na. in Ma. c. 29. n. 42. Sot. li. 5. de iust. q. 6. ar. 2. p. 423.

Nau. in Ma. lati. c. 18. nu. 31. D. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 2. Sot. li. 1. de inst. q. 7. artic. 1.

7 Septima Conclusio. Qui se abscondit nolens testificari contra reum, tam in causa ciuili, quam criminali, non peccat, quamuis eius testimoniũ sit absolute necessarium, dummodo restituat parti læsæ dãnum, quod ex sua fuga prouenit, et si nõ abscondit se, sed potius iurauit, quod pars cõtraria erat ei inimica, cũ hoc non sit in hoc casu, quamuis iuret contra illam, non solũ tenetur restituere dãnum, quod euenit parti lęsę, quia falsum inhabilitauit, sed etiam peccat mortaliter iurans falsum, vt dicunt Nauarrus, & Sotus.

8 Octaua Conclusio. Illicitum est manifestare peccatum, quod aliquis scit extra confessionem, si est occultũ, & ideo, qui est interrogatus de illo iniuste, & contra ius, potest bona cõscientia respondere nihil scire, quia est conclusio multum verificata Theologorum, quod sacerdos, qui scit aliquod peccatum in confessione, potest, si interrogetur a iudice de illo, respondere, quod nihil scit, & respondet vere, cum non sciat illud, ita vt debeat illud manifestare in illo foro, & idem videtur dicendum in nostro casu, si respondeat testis, quod scit in secreto non scire, cum non teneatur illud dicere, & hoc modo debet interpretari interrogatio dicti iudicis, scilicet, si scit aliquid, quod secundum ius teneatur manifestare; qa supponimus, quod iudex non habet potestatem inquirendi dictum crimen, nisi secundum id, quod ordinat ius; & certum est, quod ius non dat illi facultatem, vt faciat inquisitionem de aliquo priuato delinquente, nisi adsint contra eum indicia grauia, & infamia, & aliqua suspicio multum vulgaris fere per omnem partem reip. & secundum hoc debet intelligi, quod communiter tractant DD. & Scotus, & S. Tho. & Gerson. & idem dicendum est, quando testis iniustè interrogatur, si sciret auditu de quodam delicto occulto, quia hæc interrogatio habet etiam hunc sensum, s. si audiuit crimen, quod secundum ius non sit occultum. Et nota, quod si iudex nimia pertinacia, & malitia interroget testem, non solum, an sciat aliquam rem, sed etiam, an sciat illam secrete compellens illum, vt reuelet dictum crimen, peccat mortaliter, & non potest iudex per hoc testimonium procedere contra delinquentem, cum emanauerit ab iniustitia, quam ipse commisit inferens vim testi; & ideo non est iuridicum, vt faciat fidem, illud tamen videtur dicendum, quod si iudex non induxit vim testi, vt reuelaret dictum crimẽ, sed ipse manifestauit illud sponte, poterit iudex cum ea depositione procedere contra delinquentem, eo quod iniuria, quam aliquis facit, & peccatum innocente iudice non impedit, quominus ipse possit procedere contra delinquentem, quẽ scit vere esse delinquentem.

Nau. vbi sup. nu. 41.

DD. & Sco. in 4. d. 15. q. 4. art. 3. Thom. 2. 2. q. 63. art. 1. Gers. in alph. 35.

9 Nona Conclusio. Faciunt male iudices, qui remittunt causas confessarijs, vt informati a delinquentibus de re in cõfessione faciant, quod dicant veritatem in iudicio compellentibus eos iudicibus, quia non considerant, quod rei, qui negant veritatẽ in iudicio, sunt parati etiam negare illam in confessione; & ideo sic datur illis occasio, vt mentiantur in ea, & committant sacrilegiũ; & faciunt dicti iudices vtẽtes hoc artificio confessionẽ esse odiosissimã, & ideo conuenit, qđ sacerdotes, quib. remittitur delinquens, tanquã serui diuini animo deificato reprehendant iudices huiusmodi, qui volunt vti illis ad exequendam iustitiam in proprio foro, vt dicit Sotus. Ex qua doctrina infero, quã male faciunt cõfessarij, qui audiunt aliquos delinquentes, qui videntes eorum innocentiã in confessione, & moti pietate illorũ petunt ab eis licentiam, vt possint reuelare confessionem eorum innocentiæ, & accedunt ad iudices dicentes illis, vt bene inspiciant rẽ illã, quia illi delinquentes sunt sine culpa, & quod ipsi, si necesse fuerit, iurabunt hoc, quia audierunt eorum confessionem, & sciunt veritatẽ, quos iudices debent reprehendere dicentes, qđ abeant in bonam rem, quia quamuis aliquando condemnant innocentem probatum delinquentẽ, minus incõueniens est hoc, quã dare occasionem, vt mentiantur in confessione videntibus illis, quod depositio confessariorum poterit eos liberare, quod tanto magis debet fieri, qñ agitur de causa ciuili, aũt criminali, & prouenit dãnum alicui priuato, qđ sententia detur pro reo, qui accusatur, quia admittere in hoc casu depositiones confessariorum est reddere confessionem odiosissimam, iniuriaque affectis murmurandi ansam præbere, vt murmurent de hoc sacramen-

Soto vbi supra.

to,

Digitized by Google

to, dicentes quod in eo peccatur, & capiunt hoc hi scelesti tanquam pallium suorum vitiorum.

10 Decima Conclusio. Testis legitime interrogatus a iudice tenetur dicere veritatem, quamuis fecerit iuramentum seruandi secretum, cum dictum iuramentum sit in detrimentum partis lęsæ, qui quamuis teneatur restituere totum damnum, quod ex non reuelando veritatem euenit parti læsæ, non tenetur tamen in conscientia restituere pœnam pecuniariam, in qua reus, si diceret veritatem, deberet condemnari, sic enim tenet Nauarrus contra Sotum, quam opinionem tenet etiam Medina probans eam exemplo eius qui detinet custodem carceris, ex qua violenta detentione sequitur, quod fugiat a carcere, qui quidem non tenetur offerre se morti, qua condemnatus esset, si non fugisset. Nec obstat, quod si neget hic testis veritatem, iniuste impediat executionem iustitiæ, quia leges pœnales sicut reliquæ leges non obligant, sicut eo modo, quo sunt in vsum receptæ, & non est in vsu, quod illæ obligent in conscientia ante condemnationem iudicis, qui vsus fundatur in quadam inclinatione naturali, qua homines recusant esse excusatores pęnarum, quæ contra compositæ sunt, sic tenet cum communi Ludouicus Lopez.

Nau. in Man. c. 18. n. 48. & c. 25. n. 51. Med. in su. f. 178.

Lupus in instr. negl. cap. 38. p. 280. col. 40.

11 Vndecima Conclusio. Quando testis dubitat, an iudex interroget legitime, & iuridice in causa magnæ infamiæ, non tenetur obedire, quamuis sit eius prælatus, & præcipiat illi in virtute obedientiæ, quia maius peccatum est infamare proximum sine causa, & exponere illum periculo, quam sit non obedire prælato præcipienti, vt reseruetur crimen, & ideo negotio existente dubio maius peccatum est euitandum, sic. n. tenet Arragon, & Medina, & Sotus contra Paludanum, & Silu. & aliquos Canonistas, qui tenent, quod in dubio tenetur subditus obedire prælato: tunc autem interrogat pręlatus non iuridice, quādo non est infamia probata contra reum cum duob. testibus procedente iudice per viam inquisitionis, aut si non sit legitimus accusator cum semiplena probatione, qui est testis ocularis fide dignus, aut cum indicijs probatis per duos testes simul cum accusatione. Illud tamen videtur dicēdum, quod nostra conclusio debet limitari, quod non procedat in casu, quo crimen, de quo interrogatur, sit contra bonum publicum, & minus perniciosum illi, quam in hoc casu, quamuis sit dubiū, an iudex interroget, siue non tenetur subditus respondere obediens pręlato, quod probatur, quia si considerantur secundum se hæc duo damna, maius malum est non manifestare iudici crimen præiudiciale reip. dubitando, an possit inquiri de illo iuste, quam sit infamare hominem priuatū; & in hoc ego admitto libenter opinionem Pal. & Siluestri.

Arrag. 2. 2. q. 33. art. 8. iuxta fi. Med. 2. 2. q. 19. ar. 6. 306. c. 1. Soto de teg. secreto mē. 2. q. 2.

12 Duodecima Conclusio. Si subditus habet opinionem satis probabilem, quod prælatus iuste interrogat, tenetur in hoc casu obedire prælato, & respondere. Debet autem notari, quod si persona, contra quam inquirit, est magnæ dignitatis, & authoritatis, & vtilitatis in republica, quamuis subditus habeat probabilem opinionē, quod iudex procedit iuridice in ipsa inquisitione, potest recta conscientia sequi suspicionem, quam habet contra prælatum, quod non procedat iuridice, quia esset graue damnū, quod fit reipub. si ille homo iniuste fuisset condemnatus, vnde bonum est, quod hæc suspicio sit maioris vigoris, quam opinio, sic. n. tenet Sotus.

13 Decimatertia Conclusio. Sicut neque vxor, neque descendentes, nec ascendentes, nec alij, quos refert Ang. tenentur testificari, sic procedente iudice per viam inquisitionis ponente edictum, non tenentur manifestare crimen mariti rei, &c. sicut est in materia monitionum.

14 Decimaquarta Conclusio. Qui denonciat fraternaliter contra aliquem, potest esse testis in processu iudiciali, quia processus iudicialis, & denūciatio fraterna sunt res multum distinctæ: & ideo qui est denūciator in aliquo processu, videtur non esse inconueniens, quod sit testis in alio, vt dicit Sotus; quamuis tamen hæc opinio videatur probabilis, contrariam tamen tenent homines docti, quia non est dubium, quin qui denunciat in vno processu fraternaliter contra aliquem, aliquo modo repræsentet personam accusatoris, & ideo eius depositio est suspecta: vnde credo, quod loquendo regulariter huiusmodi denunciatores nec possunt, neque debent esse testes, dico loquendo regulariter ratione criminis hæresis, in quo denunciator solet esse testis, & merito, propter atrocitatem delicti, vnde admittentur a nostris inquisitoribus pro testibus, qui ad alia crimina de iure nō possunt esse testes, & dixi etiam regulariter, quia qui si denunciat, prius corrigit fratrem delinquentem, & videns eum nolle corrigi, denunciat de illo eo modo, quo est licitum de iure humano, & diuino, videtur quod hic possit admitti testis & hoc modo potest concordari contrarietas opinionum, quæ sunt in hoc pūcto.

Soto vbi supra.

15 Decimaquinta Conclusio. Secundum ius nullo modo debent admitti seculares loquendo regulariter, vt sint accusatores, aut testes, aut denūciatores in causis criminalibus contra religiosos propter indecentiam, quæ in hoc inuenitur, & quia a sacris canonibus prohibetur, qui expresse vetant seculares esse accusatores clericorum, nisi quibusdam in casibus.

16 Decimasexta Conclusio. Infames non debent admitti, vt sint accusatores, aut testes etiā in peccatis, quę sunt contra bonum reipub. excepto crimine hęresis, vt notat Sotus. Hinc infertur respōsio ad grauem casum, scilicet, quod si aliquis homo infamis inter alia peccata, quę confessus est, dixit commisisse graue peccatum cum quodam homine multum approbato in moribus, & fama, non valet eius dictum, vt iudex possit procedere contra dictum hominem probum, primo quia non potest procedere per viam accusationis, cum hic infamis non possit accusare secundum illud, quod dicit quædam glossa communiter recepta per Panor. & Gofredum, quāuis infamia sit de facto, & non de iure; nec potest procedere per viam denunciationis, cum non præcesserit correctio fraterna; nec potest procedere per viam inquisitionis, cum hic delinquens, de quo agitur, non esset sufficienter infamatus, neq; potest procedere ex occasione desumpta a depositione hominis infamis; quia qui confitetur suū proprium crimen, non debet illi dari fides deponenti contra alios participantes in suo crimine, & etiam quia, cum sit infamis, non valet pro teste, vt dicitur in iure, & etiam quia non sufficit depositio vnius, aut duorum testium, neq; triū, quamuis sint qualificati, vt procedatur per viam inquisitionis, sed conuenit, quod sit infamia contra delinquentem, & non sufficit, quæuis infamia, vt possit iudex procedere contra similes homines, sed conuenit, quod hęc infamia processerit a personis bonæ intentionis, & quæ amant dictum reum, vt dicitur in iure, vt notat gl. communiter recepta, quæ declarat non sufficere, quę

Soto vbi sup. 2. memb q. 5. concl. 3. in fine.

Gl. in c. 1. de accus. vbi Panor. communiter receptus Gofr. in c. omnipotens de accus.

Ca. testimoniū, de testibus.

oritur

Digitized by Google

oritur a gente maleuola: & in casu, de quo agimus, debet præsumi, quod hic vltra quod est infamis, prosequitur odio prędictum virum, quem sua depositione condemnat, quia ipse est conuictus, vt homo perditus, et quia alter est homo habitus vt homo probus, & studiosus, præcipue si fuit illius prælatus aliquando, cum sit commune, quod mali semper odio habeant prælatos suos, si sunt studiosi, et virtutum amatores, quod præcipue habet locum, quando iudex, qui cępit depositionem, errauit in forma iuris faciẽs, quod dictus infamis manifestaret dictum suum corã quinque, aut sex testibus, vt quod erat secretum, publicum fieret, quia in hoc casu etiam est præsumptio contra dictum iudicem: supradictum constat ex his quæ tradit Nauar. in quodam consilio, vbi adducit has rationes. Verum est tamen, quod ego opinor, quod potest iudex per viam inquisitionis secretæ procedere contra delinquentem in dicto enormi peccato, vt dictum est supra, & ideo pro liberatione huius rei pręcipuum, quod illum iuuat, est infamia testis deponentis contra ipsum, et quod sit complex in delicto, qui non potest esse testis, vt dictum est; verum est tamen quod faciet, vt egeat reus purgatione, vt notat Siluester.

Nau. lib. 5. cõs. ti. de accu. cons. 1. fol. 425.

Sil. tit. testis nu. 1. ver. 11. nõ admitti laicos contra clericum, et verbo indiciũ. §. 5.

De Modo, quo Regularium Iudex Processum incipere debet, iuxta quatuor procedendi modos, cum suis formulis. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Delictorum quædam interiora, quædam exteriora; & quæ sint.*
2 *Delicta facti permanentis, ac transeuntis quæ sint.*
3 *De leuibus, & grauibus delictis processum formare non est necesse.*
4 *De quibus delictis Regularium Iudex Processũ formare debeat.*
5 *Processus Quatuor vijs, vel modis formari potest.*
6 *Modus processum incipiendi per viam Accusationis.*
7 *Accusator necessarius est in tali processu formando.*
8 *Accusator legitimus qui sit.*
9 *Qui legibus accusare prohibeantur.*
10 *Inimici.*
11 *Suspecti.*
12 *De domo inimici prodeuntes.*
13 *Qui cum inimicis commorantur.*
14 *Consanguinei inimicorum.*
15 *Laici clericos.*
16 *Excommunicati.*
17 *Criminosi.*
18 *Infames.*
19 *Apostata, & suspecti de fide.*
20 *Hæretici.*
21 *Infideles.*
22 *Calumniatores.*
23 *Qui falsum testimonium dixere.*
24 *Conspiratores.*
25 *Qui odio quemlibet prosequuntur.*
26 *Facile litigantes.*
27 *Adulatores.*
28 *Domimus aduersarij.*
29 *Alienigena.*
30 *Inopes.*
31 *Serui.*
32 *Liberti.*
33 *Accusatus accusatorem suum*
34 *Omnes, quos leges ciuiles repellunt.*
35 *Qui videantur lege diuina repelli ab accusando.*
36 *Qui videantur lege naturali.*
37 *Regulares ius diuinum, naturale, atq. canonicum obseruare debent.*
38 *Suam, & suorum iniuriam prosequentes omnes accusare possunt.*
39 *In criminibus exceptis qui non admittuntur ad accusandum.*
40 *Crimina excepta quæ sint.*
41 *Inimici non admittuntur in criminib. exceptis.*
42 *Neq. Conspiratores.*
43 *Crimina publica omnes accusare tenentur, priuata non item.*
Crimina publica, & priuata quæ sint. ib.
44 *Accusator inuidus est.*
45 *Accusatio illaudabilis intentio est, & uix absque culpa exerceri potest.*
46 *Accusator talionis pęna mulctandus est.*
47 *Iudex regularium quid faciet cum accusator accusationem proponere voluerit.*
48 *Iudex accusationem considerare debet.*
49 *Iudex accusatorem legitimum admittere, illegitimum repellere debet.*
50 *Iudex ex officio accusatorem criminosum, & illegitimum repellere potest.*
51 *Accusatore delictum facti permanentis proponẽte quid faciet Iudex.*
52 *Iudex contra quemquam procedere nequit, nisi de corpore delicti constet.*
53 *De delicto constare debere vnde traxit originẽ.*
54 *Accusator delictum facti permanentis deponens quid faciet.*
55 *Delictum facti transeuntis deponens quid agere debeat.*
56 *Iudex accusatori talionis pœnam protestare debet.*
Accusatio dupliciter deponi ab accusatore potest. ibid.
57 *Forma incipiendi processum per uiam accusationis a Iudice ordinario.*
58 *Forma incipiendi processum eadem via a Iudice Delegato.*

VT Regularium Iudex rite sibi subditorum caussas dijudicare queat, cum in grauioribus, atque grauissimis eorum delictis occultis illud est agere necessarium; quomodo in huiusmodi procedere, siue processum formare debeat, nunc videndum est.

Principio itaque illud est animaduertendum.
1 Delictorum, siue Criminum quædam esse interiora, quæ soli Deo, & ipsi committenti sunt nota, quædam vero exteriora, quæ ab alijs etiam cognosci possunt.

De interioribus delictis, quæ sola cogitatione consumuntur, siue actu solo interiori fiunt, absque eo quod in actum aliquem exteriorem procedant, Iudex in foro exteriori cognoscere nequit; licet grauissima sint, foro solo interiori hæc reseruantur delicta.

Quare sola exteriora delicta, quæ verbo, vel nutu, vel facto cõsumuntur, siue actu aliquo exteriori ab alijs cognoscibili, sensuque perceptibili fiunt, Iudici examinanda, & iudicanda in foro exteriori proponuntur. cap. cogitationis de pęn. dist. 1. Specul. 3. par. in principio.

Secundo ad memoriam reuocanda illa delictorum partitio est, quam superius adduxi capite

decimo

decimo numero primo, & secundo in Leuia, & grauia. Manifesta, & occulta.

2 Tertio notandum est, Delictorum amplius quædam esse facti permanentis, quædam vero facti transeuntis.

Facti permanentis delicta sunt, quorum vestigium aliquod post illa commissa sensibile manet, vt homicidium, stuprum, incendium, percussio cum ense, vel gladio, vel etiam cum baculo, si liuor, aut cicatrix relinquatur, furtum cum fractura, & similia.

Facti vero transeuntis delicta illa dicuntur, quorum nullum post ipsa perpetrata sensibile manet vestigium, vt hæresis, blasphemia, adulterium, iniuriæ, minæ, percussio sine cicatrice, aut liuore, furtum sine fractura, & huiusmodi.

3 De leuibus, & grauibus quoque manifestis delictis, vel facti sint permanentis, vel transeuntis Regularium Iudex processum formare nequaquam tenetur, iuxta illa, quæ superius dicta sunt c. 10. cit. num. 9. & 12.

4 Itaq; sola Regularium exteriora occolta delicta grauiora, siue grauissima iam facti permanentis, quam facti transeuntis ab ipsorum iudice remanent exteriori examinanda iudicio, de quibus illis tantummodo processum formare tenetur.

5 Id autem cum quatuor modis, aut vijs fieri possit; per Accusationem, per Denunciationem, per Inquisitionem, & per Exceptionem. cap. super his. iunctis cap. inquisitionis, & cap. qualiter, & quando el secondo de accusa. gloss. in cap. qualiter cit. (nam de modo in notorijs procedendi, quem pro quinto ponit Specula. in principio 3. pat. superfluum duxi pertractare, cum in regularium iudicijs in huiuscemodi notorijs, quemadmodum cum repertis in fragranti crimine processum formare non sit necesse, vt cap. 10. numero 9. & 12. cit. dictum est) Ego quoque modos quatuor processum efformandi proponam. Et primo quidem Modos in vnaquaque via processum incipiendi demonstrabo in præsenti capite, deinde Modos eundem prosequendi, siue continuandi, capite 19. postremo loco Modos illum terminandi. capite 20. etenim c. p. 17. & 18. de testibus, atque de indicijs opus est pertractare. In hoc igitur capite Modos quatuor processum incipiendi primo per Accusationem, secundo per Denunciationem, tertio per Inquisitionem, vltimo per Exceptionem ostendam, eundemque met ordinem in capite 19. & 20. obseruabo.

De modo incipiendi Processum per viam Accusationis.

6 Modum processus per viam Accusationis incipiendi traditurus animaduerto, huiusmodi processum incipere iudicem minime

7 posse nisi Accusator legitimus adsit, qui accusationem aut in scriptis, aut verbotenus porrigat. cap. nihil. 2. quæst. 1. cap. dignum. 3. quæst. 9. cap. 1. de accusat. & cap. forus. §. in omni quoque negotio. de verbor. signific. cap. non oportet. & seq. 3. quæst. 9. cit. Nauar. consil. 5. de appell. num. . tom. 1. D. Ambro. super sententia D. Pa. qua incestuosum illum 1. Corin 5. damnauit. & refertur cap. de manifesta. 2. quæst. 1. ci. sic inquit: Iudicis non est sine accusatore damnare, quia a Domino Iudas, cum esset fur, quia non est accusatus, non est eiectus. idem cap. nihil cit. eadem quæst. & Act. 25. dicitur. Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem; priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, &c. & nos in cap. 12. numero 1. Accusatorem iudicium præcedentem iure diuino necessarium fore docuimus.

8 Legitimus autem accusator quilibet est, qui legibus accusare minime prohibetur.

9 Legibus autem plurimi accusare vetantur.

10 Primo Inimici. cap. accusatoribus. & seq. 3. quæst. 5. cap. suspectos, & cap. omnes. ead. quæst. cap. cum oporteat. de accusat. cap. meminimus. & capite. cum P. Manconcella. eod. titu. Farina. quæst. 12. num. 34. Etiam reconciliati, maxime de recenti. cap. accusatores el primo 3. quæst. 5. cap. qui crimen 6. quæst. 1. iuncta gloss. cap. accusatores cit. Farinac. quæst 12. num. 41. Qui vero inimici dicantur, habitum fuit superius c. 14. num. 22.

11 Secundo Suspecti. cap. accusatores cit. & duobus seq. 3. q. 5. & c. accusatores el secondo, el terzo. addito c. omnes. ead. q.

12 Tertio de domo inimici prodeuntes. c. accusatoribus. 3. q. 5. & c. accusatores el terzo eadem quæst.

13 Quarto Qui cum inimicis commorantur. intellige familiariter. cap. accusatoribus. 3. quæst. 5. c. cum oporteat. de accusat. & c. repellantur. iuncta gl. eod. tit.

14 Quinto Consanguinei inimicorum. c. cum oporteat. cit. de accusat.

15 Sexto Laici contra clericos. capit. de cetero. de test. cap. cum P. Manconcella. de accusa. iuncta gloss. ibi. ver. Laicus. capit. nullus. & seq. 2. quæst. 7. Specu. 3. pat. titu. de accusa. §. tertio videndum. ver. sed nec Laici. Panor. 10 cap. cum P. cit. ver. nota vltimo. eod. tit. Felin. ibid. Petrus Follerius in pract. crim. can. ver. Accusatione porrecta. cap. 4. num. 43. quo loco hanc affirmat esse communem. Archid. in c. 1. 2. q. 7. Farin. d. q. 12. num 13.

16 Septimo Excommunicati capit. in sancta. 2. quæst. 7. cit. cap. nullus. 3. quæst. 4. cap. illi qui. & seq. 6. q. 1. & c. certum. 24. quæst. 3. Farina. loc. ci. num. 27.

17 Octauo Criminosi. c. pit. accusatio. si qui sunt. quærendum. & præsumunt. 2. quæst 7. cap. criminationes. suspectos. constituimus. & seq 3. quæst. 5. cap. cum dilectus. de accusat. gloss. in cap. si qui sunt cit. & in cap. 1. de accusat. Panor. & Fel. in d. c. 1. de accusat. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 14. ver. dixi quoque.

18 Nono Infames. cap. alieni. 2. q. 7. cap. constituimus, & præcedenti, & seq. 3. q. 5. Farin. d. q. 12. nu. 17. & seqq.

19 Decimo Apostatæ, vel de fide suspecti. c. non potest. 2. q. 7. c. suspectos. 3. q. 5.

20 Vndecimo Hæretici. capite. pagani. 2. quæst. 7. & cum sint excommunicati. supra numer. 16. nisi hæreticos. capit. si hæreticus. ead. quæst. glo. in d. capit. pagani. Hæreticus autem dicitur etiam in contumacia condemnatus. Cæsar de Graf. dec. 186. num. 2.

21 Duodecimo Infideles, Pagani, Iudæi. c. pagani. cit. & c. suspectos. 3. q. 5.

22 Tertiodecimo Calumniatores. capit. similiter. & seq. 3. quæst. 5. quia sunt infames. & vt supra c. 8. nu. 11. quare nec vt huiusmodi accusare possunt supra num. 18.

23 Quartodecimo Qui falsum testimonium dixerunt

dixerunt. cap. constituimus. 3. quæst. 5.

24 Quintodecimo Conspiratores. capit. omnes. 3. quæst. 5. & capit. cum dilectus. de accusa.

25 Decimosexto Qui odio quemlibet prosequuntur. c. omnes cit. 3. q. 5.

26 Septimodecimo, Facile litigantes cap. similiter. & seq. 3. q. 5.

27 Decimooctauo Adulatores. qui & gratiosi appellantur. capite similiter cit. iuncta gloss.

28 Decimonono Dominus aduersarij. c. accusatores. el terzo 3. q. 5.

29 Vigesimo Alienigena. capit. accusatores. el secondo ea. quæst. pro quo Regulares inter aliarum congregationum personas intelligi queunt. accusatorem etenim, & accusatum eiusdem iudicis oportet esse subiectos, vt pœna talionis accusatori, si in probatione defecerit, possit infligi.

30 Vigesimoprimo Inopes. c. in primis. 2. quæst. 1. §. quia ergo. facile nanque propter inopiam subornantur.

31 Vigesimosecundo Serui. c. accusatores el secondo. 3. q. 5. eadem ratione.

32 Vigesimotertio Liberti. ibidem iuncta gl.

33 Vigesimotertio Accusatus nequit accusatorem suum reaccusare. capit. neganda. 3. quæst. 9. quod intelligendum est de pari, vel de minori delicto, vt dicitur cap. seq. ead. q. Farina. q. 10. num. 23.

34 Vigesimoquarto Omnes illi, quos leges ciuiles ab accusatione repellunt. capit. de accusationibus. 3. quæst. 5. & cap. accusationes. & seq. ea. quæst.

Vigesimoquinto Impubes, minor. f. 20. annorum. l. 2. §. pupillus. ff. de accusat. capit. prohibentur. 2. quæst. 1. capit. inutil. 4. quæst. 3. nisi in criminibus exceptis. Spec. tit. de accusa. §. 1. Farinac. d. q. 12 num. 15.

Vigesimosexto Qui a testimonio ferendo repelluntur. c. super prudentia. 12. quæst. 2. cap. ipsi apostoli. & cap. testes. 2. quæst. 7. Farinac. loc. cit. num. 37.

Vigesimoseptimo Mulier. l. qui accusare. ff. de accusat. cap. prohibentur. 2. q. 1. Farin. d. q. 12. nu. 16. Tiberius Decianus par. 1. tract. crim. lib. 3. cap. 7. num. 1.

Vigesimooctauo Milites. cap. prohibentur. 2. q. 1. l. qui accusare. ff. de accusat. Farinac. loc. cit. num. 14.

35 Et quidem Lege diuina prohiberi videntur Criminosi, Infames, Excommunicati, Apostatæ, Infideles, Hæretici, Falsi testes, Calumniatores, & similes. Psalm. 81. Vsquequo facies peccatorum sumitis? certè iudices alloquitur. Matth. 7. Eijce primum trabem de oculo tuo; & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.

36 Lege vero naturali, Inimici suspecti, eorumque fautores, consanguinei, & familiares, quos natura ipsa timere, ac euitare docet.

Itaque quidquid sit de curiarum vsu, seu potius abusu, quia contra tot leges, totque doctores introductus a iudicibus est, qua vero de causa Deus ipse nouit.

37 Regulares ipsi, qui extra curias mundi sunt, in curia Regis Regum degentes, legibus tum diuinis, tum naturalibus, tum etiam Pontificijs obtemperare debent.

38 Notandum attamen primo est, quod si suam, aut suorum iniuriam quis prosequatur, quisquis ille sit, etiam inimicus capitalis, accusare quemlibet potest modo sit iudicij capax, vt omnes Doct. supracitati vnanimi consensu fatentur. probat Farinac. d. quæst. 12. num. 57. ex l. si tamen omnes. ff. de accusat. capit. prohibentur. 2. quæst. 1. & capit. omnes. 4. quæst. 6. idque ratio ipsa dictat naturalis, vt qui offensus est, vel in seipso, vel in suis, tueri se, suosque mediante iustitia queat. Ideo si regularis proprium inimicum, aut conspiratorem, aut criminosum, aut infamem, aut alium quomodolibet illegitimum percuteret, alias ve offenderet; illi vtique dictum regularem apud superiores ipsius accusare, & accusationem prosequi possent.

An vero Regularis possit accusare offensorem sui, vel suorum dicendum videtur, quod dum est nouitius, potest, dum est professus, non potest. Placha. in epit. delict. cap. 42. num. 17. & 18. Farinac. quæst. 2. num. 23. & 24. Professus enim pro mortuo habetur. c. placuit. 16. q. 1. cap. in præsentia de probat. Abb. Fel. & alij in c. cum dilecta de rescrip.

39 Notandum secundo quod in Criminibus exceptis, quæ in Republicæ fiunt detrimentum,

40 qualia sunt Hæresis, simoniæ, Perduellionis, læsæ maiestatis, sacrilegij, Dilapidationis bonorum Ecclesiæ, vel Reipublicæ, & huiusmodi, de quibus diximus cap. 14. numer. 26. omnes ad accusationem admittuntur exceptis Inimicis, suspectis, & Conspiratoribus.

41 Inimici quidem, ac suspecti. capit. meminimus. de accusat. capit. licet Hely. & seq. de simon. argum. cum P. Manconcella. de accusat. & ibi Panorm. & Felin. Menoch. de arbitr. iud. quæst. lib. 2. centur. 5. casu 482. Hier. Gigas de crimine læsæ maiestatis. in rubr. q. 15. Farin. d. q. 12. num. 59.

42 Conspiratores vero capit. cum oporteat. & capit. cum dilectus de accusat. capit. per tuas. de simonia. capit. cum I. & A. de re iudic. Panorm. ibid. gloss. capit. ex parte. verb. rationabilis. de accusat. Specul. 3. par. titu. de accusat. §. tertio videndum occurrit. ver. & nota. In alijs vero criminibus dictorum nullus debet admitti.

43 Notandum tertio, quod Quilibet accusare tenetur, quando crimen eiusmodi est, quod in Reipub. detrimentum redundet, (hoc publicum delictum nominatur) sufficienterque probari queat. D. Thom. 2. 2. quæst. 68. artic. 1. Dominic. Sot. de iustit. & iur. lib. 5. quæst. 5. artic. 1. Valen. tom 3. disput. 5. quæst. 12. punct. 1. Vbi autem de priuato delicto agitur, quod est, cum in priuatarum tantum personarum vergit detrimentum: vel etiam cum tractatur de publico delicto, si desint probationes, nullus accusare tenetur. capit. plerunque 2. quæst. 7. Doctores præfati loc. cit. Bartol. in l. in eum. ff. de accusat. Tabien. verbo accusatio. numer. 2. Syluest. eod. quæst. 2. numer. 3. quorum opinio hac ratione probari validissima potest, quo ad priuatum quidem delictum, enimuero cum

44 Accusator nequaquam ex charitate, verum ex inuidia moueri ad accusandum præsumatur. 6. quæst. 1. capit. si omnia. gloss. 2. quæst. 6. capit. decreto.

45 Quare Accusatio illaudabilis intentio nuncupatur. capit. si quis episcopus. 2. quæst. 7. vixque sine culpa exerceri potest. glo. loc. cit. Foller. in pract. crim. can. capit. 4. numero 9. nullus profecto priuata delicta tenebitur accusare; ne inuidus, illaudabilis, aut culpabilis videatur.

Quo

Q io vero ad publica delicta cum probatio-
46 nes deficiunt, quia cum Accusator oisi crimen obiectum probauerit, talionis pœna mulctari debeat. Exod. 21. Deuteron. 19. & 22. recep. c. qui non probauerit. 2. quæst. 3. & cap. cum dilectus. iuncta glo. de calumoiatoribus, postquam delictum, licet publicum sit, legiome probare nequit; de huiusmodi aliquem cum suimet periculo, ac detrimento nequaquam tenebitur accusare.

47 Notandum quarto, quòd Iudex regularium, cum accusator proponere accusationem voluerit, accusatoris, & accusandi personas (quod optime Regulares inter, cum ipsi mutuo seipsos cognoscant, fieri potest) considerare debet, iuxta capit. si qui sunt. 2. quæst. 7. quo loci habentur huiuscemodi verba. Si qui sunt vituperatores, aut accusatores Episcoporum, aut aliorum sacerdotum, non oportet eos a iudicibus Ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscienoa, quove merito; si pro Deo, aut vanagloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista præsumunt, necne.

Et capit. quærendum. eadem quæstione dicitur. Quærendum est in iudicio, cuius sint conuersationis, & fidei is, qui accusat, & is, qui accusatur; quoniam hi, qui non sunt rectæ conuersationis, ac fidei, & quorum vita est accusabilis, non permittuntur maiores natu accusare; nec viles personæ in eorum recipiuntur accusatione.

Id autem obseruandum est maxime, quando subditus proprium superiorem accusat; vt non solum falsæ, verum etiam malignæ criminationi ianua præcludatur. capit. qualiter, & quando el secondo. de accusat. D. Thom. 2. 2. quæst. 68. articu. 1. ad secundum. Sot. libr. 5. de iustit. & iur. quæst. 1. artic. 1. Clar. loc. cit. quæst. 74. versic. quæro ego. & alij communiter.

48 Accusationem quoque considerare iudex ipse debet. text. in l. miles. §. secundo. & §. licet. de adulter. Felin. in capit. fina. de iudicijs. Docto. in capit. quoniam contra. de probat. an scilicet iusta sit, vel iniusta, an admittenda, nec ne. Oldrad. & Bald. io l. cum clericis. C. de episcopis, & clericis Iason in rubr. de eden. Blancus in pract. crim. §. datis defensionibus. num. 3 facile nanque est quemlibet infamare: at famam restituere non item.

49 Iudex itaque si legitimum esse accusatorem, nullaque passione motum, (in prælatorum presertim, ac bonæ famæ subditorum accusatione) cognouerit; ab eo porrectam accusationem admittere poterit, ac debebit.

Si vero illum malæ famæ, ac illegitimum esse perspexerit, si de priuato crimine pertractetur, illum repellere vtique debebit, nedum per allegata iura, verum & secundum ius capit. 1. de accusat. iuncta gloss. & Doct. ibid. & capit. accusatio. el primo 2. quæst. 7. eique dicere poterit. Setue oequam festucam in oculo fratris tui vides, trabem in oculo tuo non vides? Eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Matth. 7.

50 Iudex etenim accusatorem criminosum, aut alias illegitimum cognitum ex officio repellere potest. Innocen. in capit. nulli. de accusat. Oldrad. consil. 224. numer. 1. Clar. loc. cit. quæst. 15. versic. 1. etiamsi accusatus velit illum admitti. Archidiac. in capit. quærendum cit. 2. quæst. 7. & id nedum propter accusati commoditatem, aut famam conseruandam; verum etiam propter ipsiusmet iudicis dignitatem. Abb. in c. nulli. cit. de accusat.

Indignum nanque iudice ipso est, ad aliorum accusationem in priuatis criminibus illum admittere, quem criminosum, malæ famæ, aliasque illegitimum accusatorem esse cognouerit.

Si autem de criminibus exceptis, siue publicis accusatio sit; nisi accusatorem inimicum accusandi; aut in eummet conspiratorem esse Index ipse certo sciat, accusationem debet admittere, quod ex superius dictis hoc eodem capite numero 40. & duobus sequentibus deduci potest.

Igitur accusator, aut delictum facti permanentis deponit ex. gr. Titium occidisse, aut mutilasse, aut vulnerasse, aut cum liuore percussisse aliquem, aut delictum facti transeuntis; nempe Titium blasphemasse, vel adulterium perpetrasse, vel conuitium alicui dixisse, & similia.

51 Si facti permanentis delictum deponit; Iudici ante omnia occisum, aut mutilatum, aut vulneratum, aut percussum fuisse constare debet illum, qui nominatus ab accusatore ipso est. Cōmunis. n. tritaq; omnium doctorum sententia
52 extat, Iudicem contra quenquam procedere minime posse; nisi prius illi de commisso delicto constiterit. ita text. in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllanian. Marsil. in pract. crim. §. priocipium. numero 4. Boss. tito. de delict. numer. 2. Blanc. in pract. crimin. §. 1. numero 1. Clar. libr. 5. §. fin. quæst 4. versic. quando vero. Ambrosi. in processu in for. lib. 1. cap. 1. num. 3. Farin. quæst. 1. num. 6.

53 Quod fuit ex eo fortasse deductum; qoia Gene. 4. Deus ipse Caioum fratricidam nequaquam constituit; seu vocauit; seu interrogauit; quin prius fratris occisi sanguis ad illum de terra clamasset, quasi vices accusatoris gerens ipse sanguis, de commisso fratricidio constare monstraret, de terra, in qua corpus Abelis iacebat exanime, clamans.

54 Accusator itaqoe delictum facti permanentis deponens, ante omnia iudici tale delictum commissum fuisse, constare faciet, aut illum ad locum deducens, aot instans, vt mittat ad videndum, de hinc producere testes ad probādum debet: Cum autem iudici commissum fuisse delictum constiterit; accusationem recipere, ceteraq; prosequi poterit.

55 Si vero facti traoseuntis delictum proposuerit accusator; testes ad illud probandum adducere, ac nominare debet. Et si plura delicta obijciat, pro vnoquoq; illorum probando testes assignare, siue nominare teoetur.

56 Iudex, vel antequam in actis notarius accusationem describat, vel postea, Talioois pœnam protestare accusatori debet, ab eo, nisi delictum probauerit, incurrendam; quo annuente processum incipere, & prosequi poterit.

In cuius processus initio Dei nomen apponeodum est, diceote Apostolo. Coloss. 3. Omne, quodcunque facius in verbo, aut in opere, omoia io nomine Domini Iesu Christe facite.

Annus

Annus deinde, Dies, ac Mensis currentes; Accusatoris nomen, cognomen, patria, ætas, gradus, status, professio, si quæ habeat, vt faciat describenda sunt. Iudicis nomen, cognomen, dignitas, vel officium; Assessorum quoque nomina, &cet. notarij, ac loci in quo iudicium exercetur; delicti species, locus, tempus, annus, mensis, in quibus delictum fuit commissum. l. libellorum. ff. de accusat.

Dies quoque, si Reus petat, apponendus est. Clar. loc. cit. quest. 12. ver. dixi etiam. Cæsar de Grassis decis. 183. nu. 2. Accusati quoq; nomen, cognomen, &c.

Et si Iudex delegatus sit, delegationis quoque facienda mentio est, auctoritatisque litteræ, seu patentes in actis describendæ sunt. Iuramentumque accusatori deferendum est, quod non animo calumniandi accusationem porrigat. Clementi. sæpe. de verbor. signific. §. 1. in fine.

56 At vero Accusatio aut in cædula descripta porrigitur, aut verbotenus proponitur. Si in cædula porrigatur, scribendum est in actis; Cedulam porrexit accusatoriam, eiusque cædulæ, seu libelli verba in principio, & in fine posita describenda sunt in processu.

Si autem verbotenus proponatur, scribendum in actis est. Accusatoriam querelam proposuit contra N. instans testes infrascriptos pro habenda veritate interrogari, quorum testium nomina, cognomina, patriam, ac statum notarius ipse describat. Poterit vero Processus (quoad illius initium spectat) ita formari.

Forma incipiendi Processum per viam Accusationis a iudice ordinario.

57 IN nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate Domini 1612. die Nono Mensis Octobris coram Reuerendiss. Patre Generali Congregationis Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris ordinis Sancti Augustini D. Blasio Bagno, ac eius visitatoribus D. C. D. E. D. F. & me D. S. visitatore simul, & pro notario personaliter comparuit D. Inquietus de Malinosis de tali ciuitate, & porrexit quandam cædulam accusatoriam folij vnius contra D. Turpilium de Improbis, de tali ciuitate, cuius initium est. Coram vobis Reuerendiss. Patre Generali. &cet. finis vero. & omni meliori modo. Ego D. Inquietus de Malinosis de tali ciuitate. Et instetit procedi contra d. D. Turpilium testes examinando, prout in cædula, vt veritas habeatur.

Quo audito præfatus Reuerendiss. Pater Generalis eidem D. Inquieto protestatus est, illum ad pœnam talionis peragendam teneri, nisi adducta delicta D. Turpilium perpetrasse legitime probauerit, quare bene videat, quid faciat, Cui protestationi, & admonitioni d. D. Inquietus cum respondisset, se ad omnia fore paratum, denuo instans in caussa procedi; præfatus Reuerendissimus detulit eidem iuramentum, quod non animo calumniandi talia deposuerit, prout tacto pectore, vel scripturis, iurauit, quo iuramento habito præfatus Reuerendissimus Pater Generalis querelam acceptauit si, & in quantum omni meliori modo.

Acta sunt ista in Monasterio Sancti Saluatoris Bononiensis in camera solitæ residentiæ præfati Reuerendiss. Patris Generalis præsentib. dd. admo. RR. PP. Visitatoribus Anno, die, ac Mense suprapositis, & a me. D. S. prædicto descripta.

Si coram Prælato alicuius Monasterij accusatio porrigatur, eodem modo Processus incipiendus est, mutatis nominibus, P. Generalis, & Visitatorum in Prælati, ac discretorum nomina.

Forma incipiendi processum per viam accusationis a Iudice delegato.

58 IN Dei nomine Amen. Anno a Natiuitate Domini 1612. die 14. Mensis Septembris coram admodum Reuerendo Patre D. Candido Bononiensi, & me D. Ioan. Alberto Veneto Visitatoribus Congregationis Canonicorum Regularium S. Saluatoris ordinis Sancti Augustini iudicibus delegatis a Reuerendiss. P. Generali præfatæ Congregationis virtute patentium literarum sub dat. Romæ &cet. vt in illis, manu ipsius P. Generalis subscriptarum, & Generalatus sigillo munitarum, quarum tenor est. Nos D. B. Prior Generalis, &cet. personaliter comparuit D. Inquietus de Malitiosis de tali ciuitate, & querelam accusatoriam proposuit contra D. Turpilium de Improbis de tali ciuitate his verbis.

Molto Reuerendi Padri Visitatori Io accuso D. Turpilio de gl'Improbi della tal Città, che ha biastemato il nome di Dio più volte quest'anno in diuersi luoghi, e tempi, e particolarmente nel Mese d'Agosto nel claustro, e nel Refettorio dopò pranso dicendo al corpo, al sangue, e simili, e di più, che hauendolo io ripreso vna volta quest'anno del Mese pur d'Agosto dopò pranso nel Refettorio, mi ha detto vn carico di villanie. Però domando giustitia a VV. PP. mm. RR. e fo instanza, che il detto D. Turpilio sia castigato, e che per venire in cognitione della verità essamnino per testimonij sopra la prima delle biastemme D. F. Vicario del Monasterio, e D. G. e sopra la seconda delle villanie D. H. e Fra N. reffettorario, quali si trouarono presenti al tutto.

Quo audito ad. R. P. C. maior Visitator eidem D. Inquieto protestatus est, quod talionis pœna, &cet. vt in præcedenti forma. hoc addito quod mandabunt d. accusatori, vt se subscribat, vel si scribere nescit, signum Crucis propria manu faciat loco subscriptionis.

De

De perſona Actoris. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Agere qui iure prohibentur.*
2 *Suorum nomine qui veniant.*
3 *Actor debet eſſe paratus.*
4 *Actor tenetur edere reo ſua inſtrumenta.*
5 *Procurator eſſe poteſt, qui iure non prohibetur.*
6 *Procuratoris confeſſio quando præiudicat principali.*
7 *Procurator ſine mandato non admittitur.*
8 *Mandatum procuratorum quomodo probetur.*
9 *Procurator iurare debet in animam propriam.*
10 *Procuratoris poteſtas quando finiatur.*

AGere poteſt in foro Eccleſiaſtico quicunque iure non prohibetur ſiue fuerit ex Diœceſi ſiue non, dummodo reus ad illud forum pertineat, actor enim forum rei ſequitur, ca. ſi clericus, de foro comp. l. iuris ordinem, l. in criminali, C. de iuriſ. omn. iud.

Prohibentur autem iure agere Primo excom municatus, cap. intelleximus, de iudicijs, ita vt neque contra alium excommunicatum agere
1 poſſit. Dec. eod. cap. intelleximus, num. 18. Prohi
betur etiam agere collegium vel capitulum ſine aſſenſu ſui Prælati, & monachus ſine permiſſione Abbatis ſiue ſuperioris ſui. ca. cauſam, ibi. Item & minorennis ſine tutoris auctoritate, l. cum, & minores. C. ſi aduerſus rem iudicatam.

Item & filiusfamilias contra patrem, & ſeruus contra Dominum, l. lis nulla. ff. de Iudicijs. Ad extremum ciuiliter nemo agere poteſt, niſi qui fuit principaliter læſus, vel qui læſum habet in poteſtate, vt pater pro filio, Dominus pro iniuria ſerui, maritus pro vxore. Maran. p. 6. de inquiſ. num. 60.

In criminalibus autem vltra prædicta prohibetur agere mulier cap. prohibentur, 2. quæſt. 1. caſu vero, quo agere permitteretur, non teneretur inſcribere ſe ad pœnam talionis, l. mulier. ff. ad Senat. C. Turp. Similiter in criminalib. prohibentur agere pupilli, & minorennes, cap. prohibentur, cit. item & laicus clericum pro crimine accuſare prohibetur, cap. nullus, & ſeq. 2. quæſ. 7. ſicut nec clericus accuſat laicum ad pœnam ſanguinis, cap. ſicut. ibid. Criminoſi præterea ab accuſatione arcentur. cap. qui ſine. 3. quæſtion. 7. Item & ſuſpectus de calumnia, vt qui ſemel falſum teſtimonium dixerit, vel qui ſuſpectus videretur de corruptione propter paupertatem cap. prohibentur, cita. ſi tamen ſua vel ſuorum iniuria proſequenda ſit, etiam prædicti omnes agere poſſunt. Suorum autem nomine quinam veniant, refert Abb in cap. de cetero. de
teſtibus. Maran. vero loco cita. num. 62. innixus
2 authoritati tex. l. Lex Cornelia. ff. de iniurijs, nu
merat ſuos ad ſextum gradum, magis tamen placet Hoſtien. dictum in Sum. de procura. numero 13. vbi ad quartum gradum affines in iudicio ſine mandato procuratorio admitti poſſe docet, eoſque coniunctorum nomine intelligi. Vel potius cum hęc quæſtio ſit cõtrouerſa apud Doctores, vt teſtatur Fel. in ca. cum dilectus, de accuſ. num. 7. attendi debet in talibus vſus cuiuſque regionis computandi gradus ſuorum, vt etiam annuit Abb. in cap. cum oporteat de accuſ.

Poſſunt etiam prædicti agere pro iniũria cõtra Religionem, ſeu patriam facta, hæc enim propria quoque cenſetur, & quilibet tanquam propriam proſequi poteſt, Maran. loc. cita. numero 63.

Item & ſi agatur per modum denunciationis, vt in inquiſitione generali, vbi non agitur ad pœnam ordinariam, ſed tantum ad correctionem cap. quoniam, iun gloſſ. verſi. mulieres de teſtibus. Tunc enim denuncians non agit in iudicio partem accuſatoris, neque ſe inſcribit ad pœnam talionis, Hoſt. in ſum. de denuntia. numero 1.

Actor criminaliter agens tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, cap. ſuper his, de accuſa. iun. gloſ. ver. oportet, vbi enumerantur caſus, in quibus neceſſaria eſt inſcriptio. Hodie tamen hæc inſcriptio non practicatur, nec eſt in vſu, ſed iudex calumniosè accuſantem pœna arbitraria punire ſolet, vt teſtatu Couar. var. reſol. lib. 2. c 9. num. 1.

Actor præterea tenetur ſumptibus proprijs dare copiam primi libelli reo. Maran. cit. de act. edit. num. 55.

Venire debet paratus actor, cap fin. de dolo, & contuma. & l. ſi quando, C. de dilation. Neq.
reus tenetur ipſi edere inſtrumeta vel rationes,
3 quibus probet intentionem ſuam, capitu. 1. de
probatio. niſi agat fiſcus, tunc enim reus teneretur edere inſtrumenta, leg. nec quiſquam, ff. de edend. ſi nimirum fiſcus agat ciuiliter, nam ſi agat criminaliter, vel ad mulctam pecuniariam, edere non teneretur ipſi reus inſtrumenta, Barto. & communiter Doct. in l. 2. C. de eden.

Teneretur etiam reus edere inſtrumenta ſi ageret Eccleſia, hæc enim æquiparatur fiſco, Abb. in cap. 1. de proba. citato. & communiter Docto. argum. l. fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. Idem cenſendum & in caſibus, in quibus publica vtilitas verſatur, vt probat Dec. loc. cita. vbi plures limitationes cum ſuis circumſcriptionibus collegit.

E contra vero actor tenetur reo edere ſuas ra
4 tiones, & inſtrumenta. Villalob. com. opin. ſub
lit. e num. 15.

In perſona actoris ſiue rei interuenit etiam
in iudicio procurator, quem quilibet, qui lege
expreſsè non prohibetur, conſtituere poteſt, tã
5 in ciuilibus quam in criminalib. niſi quod reus
criminaliter ſi non fuerit carceratus per procuratorem ſe defendere non poſſet, præterquam abſentiam excuſare, Maran. cit. p. 4 d. iudica. 1. num. 42.

Nemo tamen per procuratorem cogitur litigare niſi ipſe velit, vnde ſi fuerit quis legitimè impeditus, ſufficit, quod mittat nuncium qui excuſet ipſius abſentiam, cap. querelam. de procura. ſi tamen longum eſſet impedimẽtum, vel negotium eſſet leuis momenti, poſſet cogi per iudicem ad conſtituendum procuratorem, ſi ipſe adeſſe non poſſit, Hoſtien. in ſum. de procur. num. 10.

Poteſt autẽ inſtitui procurator ſiue vnus; ſi-

Digitized by Google

ue plures, cap. si duo, titul. eod. in 6. & si plures fuerint, vnus sine alio litem prosequi non potest, ib. in causis tamen beneficialibus vsu receptum est in Curia, vt valeat processus cum vno, licet fuerint d ti plures, de qua praxi testatur. Vestr. lib. 4. cap. 5. num. 18. si vero fuerint constituti plures in solidum, praeoccupans causam promouere debet, alius vero nō nisi in casu quo prior prosequi nollet, vel occupatus esset vt post tex. cit. in 6. notat Dec. in c. in nomine Domini, de testibus. nu 38.

6 Procurator in omnibus repraesentat personā principalis sui, vnde & acta per ipsum afficiunt principalem, c. 1. de procura. & confessio ipsius, Domino praeiudicat, Fel. in ca. si cautio, de fide instru. num. 88. nisi tamen excedat fines mandati, vel nisi Dominus statim contradicat, glos. in ver. protinus, in cap. cum olim, de electi. Et quo modo per Dominum contradici possit seu reuocari confessio siue propria siue procuratoris etiam per ipsummet procuratorem, consuli potest, Vestr. cit. li. 5. c. 16.

Omnia quoque, quae contra principalē obijci possunt, contra procuratorem opponi possunt vt quod principalis ipsius sit excommunicatus nec agere possit, & similia, Hostien. loc. cit. nu. 15. ver. possunt tamen.

Opponi potest & contra personam ipsius procuratoris, vt quod ipse sit excommunicatus, ca. post cessionem, de proba. & alia, propter quę locum in iudicio standi non haberet, vt si esset infamis, cap. 1. 3. q. 7. si sit impos mentis, furiosus, l. 2. §. furiosus, ff. de procur. Regulariter autem quilibet constitui potest procurator, nisi certa lege prohibeatur, Host. loc. ci. num. 8. Et si prohiberetur lege esse procurator, adhuc processus cum ipso factus esset validus, nisi exciperetur ante prolationem sententię contra ipsum, vt probat Fel. in cap. post cessionem, cit. nume. 22. solum excommunicationis impedimentum excipiendo, quod tamen ęquè cum alijs impedimentis transire, nec vitiari processum factum cum excommunicato seu procuratore excommunicati, nisi fuerit opposita exceptio huiusmodi excommunicationis ante sententiam, probat multis Dec. eod. lo. a nu. 17. sequutus Innoc. ib.

7 Debet autem procurator habere mandatū sufficiens, & hoc est cum datur ad agendum, & defendendum ad agendum enim tantum datum non sufficeret, capitu. constitutis, de procurat. Et quidem si voluerit sustinere partem actoris, nullo modo sine mandato est admittendus, nisi fuerit persona coniuncta, & caueat de rato, c. nōnulli, de rescript. & coniunctorum nomine veniunt affines ad quarrum gradum vt supra diximus ex Host. en. si autem pro reo esset comparēdum, procurator sine mandato, vel saltem, vt defensor admitti debet facta solum cautione de iudicato soluēdo in casibus, in quibus per ipsum solui posset. Et ratio pro hoc casu militat, quia nimirum publicè interest absentes per quemcunque defendi, l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procura. Host. loc. cit.

8 Mandatum probatur scriptura authentica, de qua Dec. loc. citat. a numero 6. probatur & per testes; Bald. decis. 190. Villalob. commun. opin. lit. P. nume. 331. Probatur item & per literas priuatas ipsius constituentis, si probetur manu ipsius esse scriptas per testes, qui deponant se fuisse praesentes ipsi scriptioni, non enim sufficeret si dicant testes se scire manum esse constituentis ex comparatione literarum, quod notabile Bart. refert Dec. loc. cit.

A die autem recepti mandati, & non ante sine a vera notitia potestas acquiritur procuratori, vt notat gloss. ver. receptis, in Clemen 1. de procurat. ante receptionem autem seu notitiam mandati, acta per ipsum non tenent, vt notat Alex. in l. licet, C. de procura. num. 1. Fel. in cap. suscitatus, de rescrip. num. 15. Vestr. in annotat. loc. cit. num. 26.

9 Tenetur procurator iurare de calumnia in animam propriam, & non tantum in animam principalis, Vestr. loco. cita. numero 17.

Non debet reuelare secreta siue instrumenta partis suae parti aduersae, alioquin puniri posset tanquam praeuaricator, leg. 1 §. is qui, ff. ad leg. Cornel. de falsis, & l. 1. ff. de praeuaric.

Cautus vti potest, & aduersarium decipere, dummodo faciat sine mendacio, & foueat iustam causam. Couar. var. resolu. lib. 1. cap. 4.

Non potest pacisci cū suo principali de quota litis parte sibi danda si vincat, puta tertia, quarta, dimidia, leg. item, C. de procurato. alias enim daretur ipsi occasio vincendi per fas, vel nefas: pacisci tamen potest de certo salario siue sportula si litem obtinuerit, Nau. in Manu. cap. 25. num. 30.

Non potest item detinere scripturas principales in pignus salarij sui, sicut neque iudex, nisi pro expensis circa actus iudiciales factis Boer. 10 decisio. 15. a num. 1. Vers. cit. lib. 3. cap. 4. num. 8 in annot.

Finitur ipsius potestas morte mandantis, Hostien vbi sup. numero 15. & ista reuocatio operatur licet non fuerit intimata, Imol. in Clemē. 1. de renunc. Finitur & reuocatione, quam principalis sēper facere potest, etiamsi iurauerit de non reuocando, isti enim facultati renuntiari non potest, sicut neque beneficio restitutionis in integrum, gloss. in cap fin. de procur. in 6. Felin. in cap. si diligenti, nume. 32. de foro compet. Postquam tamen litem contestatus fuerit non, nisi ex causa reuocari debet, cap. 2. de procur. in 6. cita.

Reuocatio autem iudicialis procuratoris intimari debet iudici siue parti, alioquin non obesset parti aduersae, & gesta per reuocatum hoc modo procuratorem, tenerent si vergant in praeiudicium ipsius principalis, si autem respicerent commodum ipsius non valerent, nec ratificari possent per ipsummet principalem in praeiudicium partis. Host. loc. cita. de procur. Felyn. in cap. ex parte Decani, nume. 25. de rescrip. vbi de reuocatione procuratoris iudicialis plura congerit conciliando, cap. vlt. de procura. in 6. cum Clem. 1. de renunciatione.

†

DE

DE DENVNCIATIONE *Tit. VII.*

De modo, & forma seruanda à Commissarijs in primo actu fundationis tribunalis sui, quando ad instantiam partis processerint, vel ex denunciationib. in scriptis factis coram Capitulo Generali, vel Prouinciali, seu Dietis, vel coram ipso Generale, aut Præsidēte alicuius Congregationis, vel Ordinis, vel coram aliquo ordinario. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij peruenientes ad ciuitatem, vel Ecclesiam, in qua degunt clerici, cōtra quos erit inquirendum, vel ad monasteriū, in quo principaliter executio commissionis ipsorum erat expedienda, quid primo facient.*

2 *Actuarius qua verborum forma vtetur in describendo in processu fuisse palam lectas literas commissionales.*

3 *Forma procedendi contra scriptores literarum aliquarum, in quib. denunciabatur aut accusabatur apud supremum superiorem, vel eius officiales immediatos, aliquis de aliquo crimine perpetrato.*

4 *Forma interrogandi, seu constituendi eum, cuius nomine literæ huiusmodi fuerint subscriptæ, traditur.*

5 *Commissarijs quid sit faciendum, postquā repererint scriptorem literarum alios incusantiū.*

6 *Forma decreti assignantis terminum voluntario denunciatori, vel accusatori ad probanda denunciata, seu accusata.*

7 *Decreta, & citationes in causa regularium per quem erunt intimandæ tam reo, et eius Aduocato, & Procuratori, quam testibus.*

8 *Relatio huiusmodi intimationis, in qua forma concipietur.*

9 *Forma interrogandi monachos generaliter super scriptore dictarum literarum, sub cuius nominis subscriptione reperiūtur subscriptæ.*

10 *Quid ponderare teneantur Commissarij circa depositionem testium ex officio examinatorum super recognitione dictarum literarum, & scriptoris ipsarum.*

11 *Commissarijs quid sit faciendum, si post accuratissimam inquisitionem non repererint esse plene probatum aliquem scriptorem fuisse ipsarum literarum, sed solum indiciatum, et per contrarias probationes indicia euacuata remansissent.*

12 *Commissarij quomodo procedere teneantur, si repererint denunciatores, non sua sponte, sed vi præcepti sui superioris denunciasse aliqua contra aliquem, & quare.*

13 *Cooperantes in malis operib. aliorum peccatorum participes erunt, & pænarum infligendarum operantibus malum.*

14 *Prælati prudentes quid facere debeant, antequam recipiant denūciationē iudicialē cōtra aliquem sibi præsentatam a denunciatorib.*

15 *Forma interrogandi Prælatos, a quibus iussum fuisse sibi denunciare aliquod maleficium superioribus, ipsi denunciatores asserant.*

16 *Forma ordinis seruandi in examinandis singulis denunciatoribus inuoluntarijs tanquam testibus, vt ex eorum depositionibus possint reperiri varij.*

17 *Forma petitionis faciendæ à denunciatore voluntario, comparente in iudicio ad producenda nomina testium inde examinandorum, vel alias scripturas ad probandum se vera denunciasse.*

18 *Commissarij quid iubere debeant actuario, recepta dicta petitione.*

19 *Instructio pro Iudice ordinario, vel delegato procedēte ex officio suo, excitato ab infamia, vel clamoribus propter aliquod crimen perpetratum in monasterio, vel in diœcesi, vel in aliqua ciuitate cōtra aliquē clericū secularē.*

1 CVm ergo Commissarij peruenerint ad monasterium, vel ciuitatem, in qua executio mandati sibi facti facienda erit, antequam ad actum inquirendi de corpore delicti, & de delinquentib. ipsis processerint, denūciēt Prælato illius monasterij, vel Ecclesiæ ipsius causam aduentus eorū, ostēsis sibi literis commissionalibus, quib. recognitis per illum (si illas recognoscere petierit) alias si verbis ipsorum voluerit fidem præstare, præcipiant quam primum citari eos, qui in testes nominati fuerant a delatoribus: & si agitur contra clericos regulares, mandent congregari monachos commissos, & oblatos in capitulo ad sonū campanellæ more solito, & sic congregatis iubeant eorum actuario supra electo per eos, vt alta & intelligibili voce totam mandati commissionalis seriem legat ad hoc, vt nullus ipsorum de iurisdictione eorum, & de ignorantia causæ eorū aduentus postea possit rationabiliter prætendere, & iubeant ipsi actuario talem actum describere in actis tali, vel simili forma, videlicet.

Fidem facio ego. D.... qualiter die.... hora tali R. D.... & R. D.... Commissarij congregatis in capitulo Reuerendo Prælato, & monachis
2 huius monasterij Sācti.... R. talis. coram R. eius collega aliquali sermocinatione præmissa mihi actuario iam electo dedit in mandatis, vt legerē coram omnibus literas ipsas commissionales, quorum præcepto morem gerens alta, & intelligibili voce me illas legisse præsentibus fateor, & attestor. Eodem die.

D.... Actuarius.

Fundato igitur tribunali si huiusmodi inquisitionis aliquis fuisset promotor, eo quod per literas manu ipsius, vel alterius, sub nomine tamē suo scriptas de aliquo maleficio superiorib. nunciasset quomodolibet, siue per modum que-
3 relæ, siue denunciationis iudicialis, tunc ipsum, vel ipsos, si plures fuissent scriptores, sigillatim interrogabunt Commissarij tali forma, vel simili verborum, & tam interrogationes, quam responsiones ab actuario scribantur, vt latius infra

Die....

Cum R. Patres Cōmissarij supradicti voluissent, vt tenebātur, exequi mandatum sibi factū à R.... de inquirendo super contentis in quibusdam literis sibi directis contra D.... aut desuper dilapidatione, seu furto rerū monasterij, vel delicto alio perpetrato in monasterio p. D.... in ius vocaue-

vocauerunt D..... ætatis .... Dignitatis ... sub cuius nomine fuerint subscriptæ literę prædictæ, quarum principium erat. *Molto R. o Reuerendi .... Il Zelo del honore &c. finita, Dal monasterio..... Di V. P. M. R. figliuolo obedientiss. D...* A tergo vero. *Al molto Re.....* & describatur tota series verborum, quibus literæ ipsæ scriptæ in principio, & fine continentur. Qui-
4 bus peractis ipsi Commissarij exigant iuramentum ab eo, cuius nomine erant subscriptæ dictæ litera de mera, & vera dicenda veritate, & quicquid inde scit iuxta formam supradictam: postea ipsum interrogent, vt infra, & primo.

Interrogatus, se sà la cagione, perche sia stato chiamato in giudicio, ò, se la può immaginare. *Respon.*

Interrogatus, se detto D.... contra il quale era scritto, è suo amico, ò inimico, & perche. *Respondit.*

Interrogatus, se ha scritto, ò fatto scriuere alli R. (ad quos directæ fuerant literæ) & da quanto tempo in quà. *Respon.*

Interrogatus se si ricorda di qual materia gli scrisse. *Respon.*

Interrogatus, se nelle sue letere diceua male di alcuno, & di chi in particolare *Respon.*

Interrog. chi lo mosse a scriuere queste cose contra detto D.... *Respon.*

Interrogatus, sapete che dell'istessa cosa altri ne habbiano scritto. *Respon.*

Interrogatus, (ostēsis dictis literis subscriptis nomine ipsius constituti, & incip. & desinentib. vt supra) se esso deponente, hà scritto detta letera, & riguardi bene il carattere, se lo riconosce per suo. *Respon.*

Interrogatus, se è vero quanto si contiene in dette letere. *Respon.*

Et cum hæc omnia deposita per D.... ad verbū fuissent relecta, in fidem veritatis se subscripsit manu Propria.

Io D.... hò deposto quanto di sopra, & in fede mi son sottoscritto di propria mano.

His peractis Reuerendi Commissarij assignabunt ei, qui asseruerat illas literas scripsisse terminum congruentem arbitrio eorum, habito respectu ad materiæ contentæ in literis probabilitatem facilem, aut difficilem, ipsum monē tes, vt se accingat ad probanda plenè, quæ denū
5 tiauerat contra dictum D..... alias se fore puniendum tanquam calumniatorem pro certo sciat secundum constitutiones pontificias, & Reuerendorum Patrum nostræ Congregationis, vel ordinis nostri, & statim hoc exequantur per speciale decretum, vt omnia in processu appareant infrascripta forma, videlicet.

Die....

Cum Reuerendi Patres Commissarij liberas-
6 sent depositā per supradictū D.... ipsi (vt iuris est) assignauerunt terminū dierum... vel horarum.... ad producendum nomina testium, aut scripturas, vel alia monumenta, ex quib. in Iudicio in primis constare posset de corpore delicti supradicti a se delati, ac deinceps de veritate dictorum contra dictum. D... vt contra ipsum possit procedi ad ipsum denique puniendum iuxta pontificias, & Reuerendorum Patrum Congregationis nostrę constitutiones, alias si defecerit in probatione ipsorum, se puniendum fore (iuxta formam iuris) non ambigat, prout præsenti decreto dictum terminum assignant dierum..... vel horarum .. Datum in monasterio. Die quo supra.

D..... Actuarius.

Et animaduertant Commissarij, quod tam
7 dictum decretum, quam omnia alia erunt dicto constituto intimanda, & eius aduocatis, & testium citationes faciendæ per Actuarium, loquendo de regularibus, cum Regulares non habeant alios ministros ad hoc destinatos, vt aliæ curiæ, Qua propter post eiusdem intimatio-
8 nem, ipsius relatio taliter erit scribenda in actis, videlicet.

Eodem die. Ego D.... acceptaui dictum terminum, & in fidem me subscripsi manu propria.

Et sic seruent Commissarij cum omnib. literatum directatum Reuerendo ... scriptoribus. Attamen si quis ex scriptorib. negauerit se dictas literas scripsisse, vel subscripsisse cum alijs, in quarum subscriptione reperiretur nomen eius scriptum, in tali casu ipsis Commissarijs ela-
9 borandum erit in accuratissima inuestigatione personæ scriptoris: & idem dicimus, si forsan literæ fuissent subscriptæ sub nominib. laicorum, vel nominum peregrinorum, vt bis mihi contigit de huiusmodi literarum scriptoribus inquirere mandato Reuerendorum Patrum nostræ Congregationis Casinensis: in tali casu sciant Commissarij se processuros per inquisitionem generalem interrogando Prælatum, & omnes monachos ipsius monasterij tali forma, seu clericos ipsius Ecclesiæ secularis, videlicet.

Reuerendus P. D..., Abbas monasterij.... in ius vocatus a Reuerendis Commissarijs & medio eiusdem iuramento de mera, & plena veritate dicenda, fuit interrogatus de infrascriptis, & primo.

Interrogatus (ostensis sibi literis, quarum principium est M. R. Con gran fiducia: *& finis.* Dal monasterio.... aut dalla Città di Napoli..d'Agosto 1600. a tergo vero. Alli molto R.... *&c.* Venetia. In San Giorgio maggiore] Se esso R. Padre sà, chi habbia scritte tali letere. *Respondit.*

Interrogatus, se può con fondamento ragioneuole mouersi a credere, chi sia stato lo scrittore di dette letere. *Respon.*

Interrogatus, hora per qual caggione sia mosso a credere, che D..... habbia scritto le sudette letere. *Respon.*

Interrogatus, chi era presente, quando D.... minacciò di vendicarsi di D.... contra il quale sono state scritte dette letere. *Respon.*

Interrogatus, se sà, che detto D. del quale esso deponente hà tal sospitio, ne habbia altre uolte fatta simile opera, doue, & chi altro lo sà. *Respon.*

Interrogatus, se sà che altri credano anco, che detto D.... l'habbia scritto, & come sua P. R. lo sà. *Respon.*

Interrogatus, de causa scientię, de loco, & tempore dixit, vt supra, & postea faciat ipsum propria manu se subscribi dictæ depositioni.

His præmissis ab Actuario subsequentia verba scribantur immediate.

Et cum deposita per supradictum R. Patrem D..... perlecta ad verbum fuissent per eundem, manu propria se subscripsit in fidem veritatis.

Io D..... Abbate hò deposto quanto di sopra. & in

Digitized by Google

& in fede della verità mi sono sottoscritto di mia propria mano.

His peractis ponderent Commissarij qualitates eorum, qui fuerunt vocati io testes aliqua rum circunstantiarum, quibus dicti deponentes credunt literas fuisse scriptas manu D.... & accuratissime illos examinent, & generaliter vt supra, & in specie super dictis circunstantijs, vt oi hil de prædictis remaneat iodecisum, & oon inquisitum, quoniam tali pacto poterunt venire in veritatis productorũ cognitionem, & tali ordine deinceps interrogabunt omnes alios monachos generaliter, & postea in specie in ijs, de quibus fuerunt vocati in contestes; & non ita facilè credaot indiscriminatim depositioni bus testium, memores passionum, humanarũq. fragilitatum, & malignitatum. Vltimus tamen examinandorum erit is, contra quem aliqua inde suborta fuissent indicia; sed si adhuc nullus rationabili indicio grauatus reperiatur, tunc soler tes Commissarij accedant ad singulas cellas monachorum, & perspiciant scripta eorum, comparentq. non solum caracteres singulos cum caracteribus dictarum literarum: verum etiã marcham seu signum cuiusq. folij, seu carthæ, quo niam, vt mihi contigit, tali pacto fuit repertus quidam scriptor infamium quarundam literarum, quæ tamen erant subscriptæ sub nomine laicorum, & fingebatur ibi, scriptas fuisse in ciuitatibus looge distantib. a monasterio, in qno scriptor earum morabatur, & sic debita pœna fuit punitus pro talium literarum infamium scriptura.

His ergo peractis, & ponderatis, si tandẽ scriptorem earum ipsi Commissarij reperire nõ poterunt; vel indicia cõtra aliquem producta fuissent per contrarias probationes elimioata: cessent à prosequutione iudicij. In fine tamẽ actorum tali pacto exonerent conscientias suas red dendo famam in scriptis ei, qui in principio videbatur fuisse infamatus, ex credulitate testium productorum de scriptura dictarum literarum, vt mihi cootigit, dum essem Commissarius in quadam causa; forma huiusmodi decreti erit se quens, videlicet. Die....

Cum post diligentissimam inquisitionem, Nos infrascripti Cõmissarij reperissemus vanè fuisse, & sine vero fundamẽto D..... resperfum infamia de dictarum literarũ scriptura, vt apertissimè ex deductis in actis actitatis in dicta cau sa apparet: Iccirco ipsum iudicauimus innocentem de obiectis, prout præsenti decreto iudicamus, & absoluimus ab iostaotia iudicij, donec alia insurgant contra ipsum indicia. Datum in monasterio.... Die....

D.... Abbas aot Prior
D.... Decanus. } Commissarij.
D.... Actuarius.

12 Sciant quoq. Commissarij, q̃ si aliquando aliquis denũciasset Prælatis, s. Archiepiscopis, Episcopis, vel eorum Vicarijs, aut delegatis ab illis: Vel Reuerẽdis Prælatis regiminis alicuius cõgregationis, vel suo Prælato, non sponte sua; sed iussu superioris denunciatorum ipsorum, in tali n. casu ipsi denunciatores examinandi erunt, vt testes, & oon vt denunciatores, seu accusatores, super contentis in dictis literis: vtendo forma suprascripta, nec compellendi erunt ad proban da contenta io eis: sed denuò examinandi sigillatim, & secreto omni cum industria, vt appareat, ao dicta prima deposit o eorum in tali denunciatione differat ab hac secunda, & sic p cõ-

sequens reperiantur falsum denũtiasse. Sed hoc exequantur Commissarij postquam ipsis constiterit de dicto præcepto, quapropter in ius voca bunt superiorem dictorum scriptorum, vel denunciatorum, tali forma vtẽdo, Ipsum n. interrogabunt, vt infra; oam alias ipsi commissarij, hoc oon animaduertentes comprobabuotur parum eos curare de propria salute, ac honore tã eorum, qui fuerunt sic dennntiati, quam ipsorummet commissariorum. Cum inde peruerterent ordioem essentialem, ac præiudicialem iudicij, ac per consequens conuincerentur sitire sãguinem humanum, tanquam cocodrilli, fomitẽ subministrando maledicis nitentib. varijs modis deturpare optimam famam Monachorũ Deũ timentium, ac zelantium Dei, & religionis suæ decus, sub hac lupina veste fingentes se denunciasse zelo iostitiæ aliorum crimina, forsan nunquã cogitata a mooachis nominans io huiusmodi denuntiationibus. Animaduertaot ergo ante oĩa ad ea, quę hic diximus, sin alias, veh ipsis cooperantib. dedecori booorum Religiosorũ & sciant insuper pro hac incuria a Deo optimo maximo, omninm supremo & solertissimo iudi ce merito damnãdos fore tanquam cooperatores iniquorum calumniatorum. Hoc ipsum oẽs Prælati ponderent, oec & ipsi insipienter efficiaotur participes peccatis scelestorum subditorum; & sciant se non posse excusari (saltem quo ad Deum, & eorũ superiores Iuris peritos, qui in suo regimine Deum prę oculis habent) eo q̃ dicant, q̃ alias non reperiretur, qui eis aliena

13 scelera denuntiaret, & sic non adesset locus iustitiæ. Memores sint ergo, quod oẽs cooperatores malorum operum æternis pœnis erunt addi cendi. Cum scriptum sit in Iure: *a* Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, & Apostolus dixerit, *b* Dignos esse morte, nõ solum ioi qua agentes, verum ẽt facientib. consentientes. De quo tamen, cum in prima parte huius tract. *c* in quo verbum fecimus de abusione Claustralium, §. primo, io quõ specialiter actum fuit de peccato Prælatorum, nõ punientiũ delicta subditorum: ideo hic illa omittemus, cum per se pa teat, non fore audiendos huiusmodi maledicos, nisi se inscripserint tacitè, vel expresse ad pœnã talionis: quod si non probassent vera fuisse obiecta crimina, acerrimè puniantur ab ipsis Prælatis.

14 Qua propter prudentes Prælati, antequã receperint huiusmodi denuntiationes, seu querelas, benignè denunciatores ipsos moneãt, vt animaduertant, an illa plenè possint probare, scieores (quod si plene non probauerint) se fore puniendos eadem pœna, qua de iure fuissent puniti ii, de quibus talia nonciauerant, si probassent plena probatione eos illa perpetrasse; *d* quãdoquidem huiusmodi denunciatores talib. monitionibus assolent retrahi in summum bonũ pacis eorum, & aliorum alias ipsi prælati singula delicta denunciata indiscriminatim recipiendo, & super eis statim procedendo, nunquam quie scent, & rixas, ac odia in suo monasteno contra Dei, & sanctissimi Patriarchę Benedicti, ac aliorum Institutorum, ac constitutionum Reuerendorum Patrum Cõgregationis cuiuscumq. enumerent. Regrediendo mõ ad rem nostram dicimus, Prælatos, a quibus denunciatores inuolun tarii dixerint, sibi fuisse iussum talia in scriptis denunciare, fore omnino, cum iuramẽto ioterrogandos, an res ita se habeat, vt exposuerant dicti denunciatores, & tali forma vtentur, videlicet.

a ca. si. extra. de iniur. et dã. da.
b Ro. c. 1. in fin.
c In prima p. c. 6. §. primo.
d c. 2. extra. de calum. & ibi 3 Doctores.

Die......

Cum Reuerendi Commissarij audissent à
D.... & à D.....&c. quod ipsi denuntiauerint in
scriptis Reuerendo Patri Præsidi, vel Generali,
15 aut Capitulo generali, vel dietæ, seu Concilio
prouinciali nonnulla crimina contra D.... hoc
ipsi non sua sponte, sed iussu Reuer. P. D.... eius
Prælati, & non propria voluntate fecerint, ac
perinde se non teneri ad illa probanda iudiciali
ter. Idcircò ipsis Reuerendis Commissarijs visũ
fuit iustitiæ consonum in ius vocare ipsum R.
P. D... eorum Prælatum, & interrogare de dicto
iussu, & de infrascriptis alijs. Quapropter cum
dictus R. P. D... coram ipsis Reuerendis Com-
missarijs vocatus, se præsentasset præuio ei exhi
bito iuramento de uera, & plena veritate dicen
da de infrascriptis, & quicquid inde sciret, pri-
mo fuit interrogatus, videlicet.

Interrogatus, [se sua P. R. sà che alcuno suo
monacho, ò commesso habbia à se, ò ad altri de-
nuntiato qualche peccato contra alcuno, ò con-
tra] D.... Respondit.

Interrogatus, [come questo sà sua P.R.] Re
spondit.

Interrogatus, [se hà comandato à D. ... & à
D.... che li denontiassero in scritto le cose nota-
te in dette denuntie loro] Respon.

Interrogatus, [qual fù la cagione, che ciò co-
mandò alli sudetti.] Respon.

Interrogatus [che ne fece V.P.R. poi di det-
te denuntie.] Respon.

Interrogatus, (ostensis singulis denunciatio-
nibus quarum principium est) molto R... &
finis, Dal monasterio ... li di ... Io. D. ...) se sua
P.R. sa che queste siano le dette denontie, che
comandò, che facessero li detti monachi denon
tiaton. Respon.

Interrogatus [se sà che dette denontie siano
state scritte di mano di detti denontiatori, &
come lo sà.] Respon.

Interrogatus; [se sua P.R. crede, che sia vero
quanto si contiene in dette denontie.] Respon.

Interrogatus, [perche esso come ordinario nõ
hà proceduto ad inquirere sopra le cose denon
tiategli; per poter poi, come l'obligo suo era, ca-
stigare li malfattori ritrouati, ò gli denonciato-
ri ritrouati falsarij.] Respon.

Interrogatus de causa scientię, &c. & faciant
eum subscribere forma supra sæpius tradita.

His peractis animaduertant Commissarij sa-
pientiam Danielis in examinando denunciato-
res inuoluntarios, vt omnino diuidantur. Qua
propter post examẽn vniuscuiusq. eorum, illum
16 egredi monasterium illud iubeant, ipsum desti
nando in alio, vel in aliqua monasterij possessio
ne, donec huiusmodi denunciatores inuolunta
rij deponant plano in iudicio cum iuramento,
& ut nullus eorum possit alteri communicare
depositionem propriam, & interrogabitur, quis
que ipsorum sigillatim de qualibet circunstan-
tia criminis delati, & non solum, prout ipse de-
nunciauerat, uerum ẽt de alijs pertinentib. ta-
men ad idem crimen, ut inde possint cognosce
re Commissarij falsitatem, uel ueritatem dictæ
eorum denuntiationis.

Quibus omnibus ritè, & rectè exequutioni
mandatis uocent in ius denuntiatores uolunta
rios: uel si ex se ipsis comparuerint, erunt sigilla
tim audiendi intra terminum sibi assignatum,
qui comparentes poterunt uti tali, uel simili for
ma uerborũ in scriptis præsentanda manu eo-
rum propria, si fieri poterit cõmode, uidelicet.

Comparet D...... coram Reuerendis Com-
missarij exponens, quod cum die .... fuisset si-
bi iussum a Reuerendis paternitatibus uestris,
ut infra terminum dierum . .... deberet com-
parere ad producendum quicquid haberet in
17 probationem suæ ueridicæ denunciationis fa-
ctæ coram ipsis ... contra D..... de, & super
eius admisso crimine, scilicet, quod ipse fecerit
.... Qua propter modo comparens præsentat
articulos, & nomina, & cognomina ipsorum te
stium, super quibus erunt examinandi tam su-
per corpore delicti, quam super persona delin-
quentis (nomina uero testium erunt subscripta)
producit, & præsentem scripturam ad idipsum
probandum. Qua propter petit omni meliori
modo, cum omni (qua decet reuerẽtia, sibi sub-
ministrari iustitiam contra denunciatos proce-
dendo ad ipsos puniendos, alias protestatur de
iniustitia sibi administranda, (& omnino dicat
cum Reuerentia, &c. alias posset puniri a Iudi-
ce, seu Commissarijs pro irreuerẽti protestatio-
ne facta) & ita petit sibi, & bono communi to-
tius congregationis, uel ordinis ipsius comparẽ
tis prouideri isto, & omni alio meliori modo,
&c. Nomina testium sunt, uidelicet. D..... D.....
D..... &c.

18 Et ipsi Commissarij pręcipiant actuario ipsã
petitionem admittere si, & inquantum, & super
dictam petitionem faciant describi subsequen-
tia uerba, uidelicet, Die.. Anni... fuit præsen-
tata pręsens petitio per manum D...... & a
Reuerendis Commissarijs fuit admissa, si, & in
quantum, &c.

Et hęc omnia erunt pręmittenda a Commis-
sarijs procedentibus ad inquirendum (antequã
19 incipiant inquirere de corpore delicti) ad instã-
tiam partis, uel propter denuntiatores uolunta-
rios, & etiam inuoluntarios, cum de utrisque di
ctum fuisset; sed si ex off. Iudex ordinarius inqui
reret, uel committeret inquisitionem: tunc inci-
piant per se capere informationes prius de cor
pore delicti, quam inquirant contra personam
delinquentis modo & forma infrascripta; sed si
ex off. ordinarij Iudicis, seu generalis ordinis,
seu Congregationis alicuius excitato ex clamo-
re secularium, uel euidentia facti ad aures ipsius
delati ipsi Commissarij fuissent destinati ad in-
quirendum, tunc poterunt procedere, ut infra
statim dicetur.

De Denunciatione, & eius partitione, & Differentijs. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio alia fraterna, alia iudicialis.*
2 *Denunciatio fraterna trinam monitionem requi rit, secus est de iudiciali.*
3 *Denunciationis Euangelica necessitas cessat, emẽ dato fratre.*
4 *Pertinacia accusationis partes sustinet*
5 *Crimen cum probari non potest, non est iudicia- liter denunciandum.*
6 *Crimen, quod vergit in publicam perniciem; vel in tertia persona incommodum, denunciari potest.*
7 *Vnus testis omni exceptione maior facit semiple- nam probationem.*
Denunciatio iudicialis, etiam fratre emendato, perseuerat ad vindictam.

Tertia,

Digitized by Google

Tertia, ac postrema iudiciorum ratio est De
1 nunciatio. Estque hæc ipsa bipartito modo disiuncta. Vna fraterna, siue euangelica nuncupatur; Altera verò iudicialis. De prima dictū est: Si peccauerit in te frater tuus, corripe, &c. De secunda eodem in loco habet Euangelium: Si te nō audierit, dic Ecclesiæ, quę verba eo spectant, (vt Doctores asserunt) vt Prælato ad fratris emendationem denunciatio fiat. Pluribus autem nominibus hæ differunt. Primum fine. Etenim Euangelica ad fratris emendationem spectat, iudicialis vero ad ipsius temperatā vindictam. Deinde ex impellente. Nam prima charitatis ex fonte manat. Secunda verò, ex iustitiæ zelo proficiscitur. Postea præstare primam generaliter omnibus necesse est. Extat enim ore omnium trita sententia, quod vnicuique de suo proximo mandauit Deus. At secunda eorum tantum est, qui sua id referre iudicant. Demum prima suo ordine, ac
2 ritè non fieret, nisi trita monitio antecederet. In secunda semper ea necessaria non videtur. Innoc. & Doct. in cap. nouit, de iudic. Adde ēt,
3 quod illa fratre emendato cessat, nisi cōtumax esset: vt neque Prælati tanquam Patri crimen fateri vellet, cum probabiliter timere minimè posset, ne ad eius vindictam, vt iudex progredi Abbas decreuisset. Talis enim peruicax homo potest ad causam dicendam cogi, & iudicio su-
4 biici; Si quidem eiusmodi peruicacia accusationis partes egregiè sustinebit. Quod sanè animaduertant Prælati: erit enim satis efficax ad petulantiam coercendam remedium. Ex Soto lib. 5. de iustit. & iure, quæstio. 6 articul. secundo, ac ibi asseritur peruicacem illum posse ad aperiendam veritatem compelli, communiter ex sancto Doctore, secunda secundæ, quæstio. 33. & Caietano ibi, & Petr. de Palude in quarto Sententiarum, distin. 19. Quamquam id omne, duobus limitibus intelligendum esse ijdem dicunt.
5 Primum, si adhibitis testibus in secreta monitione, contumacia probari potest. Deinde si emendandi fratris locus aliquis superest. Nam si duo illa non adsint, à iudicio abstinendum est, idque si peccatum priuatum est. Nam si
6 scelus in perniciem publicam, aut in tertię personæ incommodum serpit, vtcunque frater non emendetur, ac potius in turpiora delabatur, & boni publici euersio consequatur, tum iudicio velit, nolit, subijciatur, ac in eum inquisitio intendatur. Cuius quidem ratio est, quòd cum sit monitus inter duos testes, is, qui adhortationem adhibuit, ac si esset tertius, valebit, vt habetur in capit. in omni, de testamentis.
7 Cum vero omni sit is tertius exceptione maior, vim semiplene probationis, eam adhortationem habere grauissimè, & peritè Sotus sentit. Sed iudicialis denunciatio vsque ad vindictam manet, atque persistit, vt bene docet Speculat. in tit. de denunciatione, §. primo.

Modo de eorum forma videamus, atque etiam quid discrimi- nis inter eam, & accusationem inter- sit.

De forma Denunciationis, & Accusationis, quodque sit inter eas discrimen. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio, & accusatio in duobus differunt, & num. 5*
2 *Denunciatio iudicialis tribus modis fit, & deficiens, qua pœna puniatur.*
3 *Denunciatio sola sine infamia, uel indicijs expressis non inducit inquisitionem.*
4 *Repulsi ab accusatione, & a denunciatione Canonica repelluntur.*
6 *Forma denunciationis Euangelicæ.*
7 *Forma denunciationis iudicialis.*

1 Denunciatio, quæ causa doctrinæ iudicialis nomen tulit, bipartito discrimine ab accusatione differt, & quidem in accusatione criminis probatio requiritur, vt 2. q. 3. ferè per totum, in denunciatione vero plerumque necessaria non est, ita Doct. communiter in cap. quod super his, de accus. licet Iuris periti omnes senserint, non facile eiusmodi denunciationes admittendas; quod scelera torum hominū genus extat: quod vt negotium alijs acerbissimum tutè exhibeat, accusationem quidem prætermittit, ne parem pœnam, si probationem non præstiterit, cogatur soluere: ad denunciationem autem, vt suæ prauitatis asylum, confugit. Itaque nisi homo denuncians spectatæ fuerit probitatis, atque vitæ, non debet iudex eius sermone moneri, ac ad inquisitionem procedere, ita text. in cap. repellantur, de accusat. c. si peccauerit. 2. q. 1. Speculat. in tit. de Denunciatione, §. 1. in princ. Potest autem tripartito de-
2 nunciatio fieri. Primo ad iudicis munus, & officium excitandum, renuens denunciator probandi onus, atque ad finem vsque denunciationem prosequendi. Et hic quidem partem (vt aiunt) in iudicio minime sumit. Verum iudex proprio suo munere inquisitionis peragendæ rationem comparat. Panor. in cap. cum oporteat, de accusat. At plerumque denunciatio in eo versatur, vt incōmodi sui, atque Reipub. rationem quis habeat: eaque ad finem vsque prosequi consilium est. Ac tum ea omnia & facere, & præstare obstringitur, quæ ad accusatorem spectabant. l. 1. §. incidit. ff. ad Turpillian. Bal. in l. per hanc, C. de temp. & repar. appellat. Quare qui apud nos ita denunciandi officium explent, aut literas ad Regiminis, vel Capituli Patres scribunt, vt testes proferant, iudicemque molestius excitent, atque adeo vrgeant: hoc secundo loco habendi sunt, neque veteri, quin si legitimas probationes egregiè non præstent: Talionis (vt aiunt) pœna plectentur, quo sic à calumnijs, ac maledicis literis, falsisque denunciationibus facilius se temperent. Animaduerto præterea per se quidem
3 denunciationem ad instituendam perquisitionem non valere, nisi aut fama præcedens, aut expressa indicia accedant, cap. licet Hely, de simonia. quo loco narratur Abbatem quibusdā de criminibus denunciatum à monachis: nihilominus scelerum inquisitio, quod infamia nō præcesserat, locum non habuit, consentit Bald. in l. ea quidem, C. de accusat. ac Host. in c. qualiter, & quando, el primo, de accus. Quæ quidē sen-

sententia mihi magnopere probatur:cum nostris temporibus detractorum, ac petulantium virus acrius serpit,& numerus exaugetur,ac præcipuè in eos, qui præclari alicuius muneris dignitate præfulgent. Demum eiusmodi denunciatio tūc quidem legitima, & suis omnibus lineis absoluta censenda est, cum trina antecesserit monitio. Assentitur Specu.in titu. de Denunciatione, § 1.
4 addens, quod ij, qui ab accusatione iure repelluntur, à denunciatione quoque arcendi sunt. Nam accusatio,& denunciatio canonica eodem loco habenda est. Andr.de Isern.in constit. literas.Salic.in l.ea quidem,C.de accusatio.Ange.in tractatu malefic.in verfic. necnon ad denuncian.&c. Siquidē perditi, ac criminosi homines, aut infamiæ nota fœdati, qui sui ipsorum curam integrè non habent:qui fieri potest,vt alienæ salutis piam solicitudinem gerant? Atque hæc est prima Denunciationis ratio. Altera verò est, cū Ordinarij iudices habent in remotis regionibus suos promotores, ad quorum profectò denunciationem inquisitio potest constitui. Differunt
5 secundò, quod seueritas pœnarum ex denunciatione non infligitur. At ex accusatione accuratè seruanda est. Idque ex vtrarumque diuerso fine colligitur;altera enim emendationem fratris,altera vltionem poscit. Nunc forma,& earū quasi facies suis est coloribus depingenda. Ex Spec.in tit.de inquisitione.

Forma Denunciationis Euangelicæ.

6 Reuerende Pater, charitate impellente, & quo maximè possum zelo ductus, tibi, vt Patri denuncio, quomodo D. N. contra regularia instituta carnibus vescitur, in sui ipsius perniciem, & fratrum offendiculum. Quare vt eius consulas saluti, aliorumque offendiculo, piè corripiendum censeo. Ego enim, (vt Saluator iubet) debitam monitionem non prætermisi. Hactenus de Euangelica.

Forma Iudicialis.

7 Reuerende Pater. Iustitiæ zelo incitatus, ne crimina inulta remaneant: tibi vt iudici denuncio, qualiter D. N. Cœnobij bona miserè dilapidat, idque fama est diuulgatum. Quocirca tuæ erunt partes, eius rei habere rationem, debitis enim monitionibus antea operā egregiè (ni fallor) dedi, neque idcirco à maleficio abstinuit, iudicio, ac iudicij pœnis modo agendum arbitror. Qua facta iudex modo superius exposito ista denunciatione excitatus, inquisitionem cōstituere non cunctetur. Atque hactenus de actore.

An sit obligatio denunciandi delinquentes in visitationibus, & an possit fieri ante correctionem fraternam. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Quot modi sint denunciationis, & quid sit denunciatio.*
3 *An possit fieri denunciatio iudicialis de peccato iam correcto, concl.1.*
4 *An possit fieri denunciatio de peccatis non correctis, concluf.2.*
5 *An denunciatus, & infamis posint denunciare, & accusare, concl.3.ibid.*
5 *An peccator possit denunciari, licet nō præcedat correctio fraterna, cōcl.4.& cōcl.6.& cōc.7.*
10 *An sit obligatio faciendi hanc correctionem, quando putatur probabile, quod non corrigetur delinquens, concl.8.*
11 *An possit quis corrigere aliquem fratrem suum mediante aliquo alio eius amico putans, quod hoc modo corrigetur melius, concluf.9.*
12 *An teneatur quis denunciare superiori, quod audiuit a gēte infima cōtra eius subditos, cōc.10.*

PRo explicatione eius, quod debet dici in hoc capitulo, notādum est, quod est difficultas, quotuplex sit denunciatio, vt constat ex ijs, quæ tradit Panormitanus, quia D. Antoninus ponit esse duplicem, scilicet, fraternam, & iudicialem: Sotus ponit quatuor, scilicet, fraternam quæ est Euangelica, iudicialem, canonicam, & regularem: Euangelica est, quam dominus vocauit fraternam; iudicialis, quando aliquis denuntiat iudici crimen alterius, quæ dicitur querela; canonica, quando aliquis denuntiat iudici, vt sit remedium; regularis vero, quæ fit in religionibus secundum earum statuta, & leges. Vt tamen in hac varietate sequamur ordinem Aristotelicum fugientes multitudinem membrorum in diuisione, opinio mea est quod debeamus sequi sententiam D.Anton.scilicet quod nō sunt nisi duæ denunciationes, prima est Euangelica, & iudicialis secunda. Pro cuius rei explicatione debet notari, quod Euangelica est duplex, prima, quæ fit prælato tanquam patri, secunda, quæ fit prælato, vt prælato: quæ fit illi, vt patri, accidit, quando aliquis post correctum fratrem nihil profecit, aut quia putauit non correctum, contempsit illum admonere, dicit prælato tanquam patri, vt ipse corrigat putans hoc modo lucraturum illū; quæ vero fit ei tanquam prælato, est, quando obseruatis omnibus, quę pręcipit Euangeliū, nec iuuantibus dicitur prælato, vt corrigat illum coram aliquibus, vt infra dicetur; & iudicialis erit, quando dicitur prælato, tanquam iudici, de qua etiam dicetur. *Pan.2.ca.no.de iud. D. Ant.3. p.tit.19.c.9.So. deteg.secr.m.q. 5.*

2 Secundo debet notari, quod denunciatio est manifestatio criminis facta iudici, aut prelato, vt iuuet, & afferat vtilitatem, & non faciat damnū, cum per illam non prætendatur tam vindicta, quam correctio criminis; & ideo est magna differētia inter accusatione, & denunciationem; quia accusator semper prætendit vindictam, qui vero denunciat, solum pętendit correctionem criminis; & ideo qui accusat, non curat quod frater emendatus sit nec ne; qui vero denunciat, nō habet alium finem nisi emendationem proximi, vt infra dicetur, aliæ differentiæ sunt inter accusationem, & denunciationem, quæ ponentur in cap.5.

3 Prima conclusio. Quando agitur de denunciatione iudiciali, quo ad peccatū commissum, quod est emendatum, solum tenetur denunciare illud, cui ratione officij competit; quia hęc denunciatio in hoc casu est actus iustitiæ, quo prætenditur punitio delinquentis non ob eius vtilitatem, quia iam supponitur esse correctus, sed ob bonū reipub. cui conuenit, ne delicta remaneant impunita, vt tradit Innocentius, & constat ex multis locis iuris, & ideo denunciatio similis cōpetit fiscalis accusatori tanquam patri reip. *Inno. in c. nouit de iud. c. praelatus. 11. q.2.*

4 Secunda Conclusio. Si agitur de denunciatione iudiciali, quo ad peccata facta, & non emendata, omnes tenentur denunciare illa, nisi purēt,

quod

quod ex tali denunciatione proueniet illis aliquod detrimentum, vt ordinatur in iure; quia hæc denunciatio est actus charitatis, vnde omnes fideles tenentur ad illud, vt dicunt Siluester, & Godfredus, vnde qui non denunciat intra terminum positum in visitatione, tenetur denunciare postea, vt resoluit Nauarrus. Vnde clerici cum hoc sit opus charitatis, possunt denunciare in causis criminalibus, quamuis timeatur nimia sanguinis effusio, mors, aut abscissio membri, dummodo protestentur, quod hoc non faciunt, vt delinquentes puniantur similibus pœnis, quia denunciantes sine hac protestatione, si sequatur enormis effusio sanguinis, incurrunt irregularitatem, sic enim tenent Caietanus, Sotus, Nauarrus, & Cou. dicentes quod canones non prohibent clericis facere denunciationes, quod de iure naturali tenentur facere.

c. hac videtur. 22. q. 5.
Sil. verb. denū. & ibi God. nu. 30. Na. in ma. c. 14. nu. 49.
Cait. 2. 2. ar. 7. Sot. de te. sec. memb. 2. q. 5. con. 3. Nau. in c. inter ver. 21. q. 3. corol. 6. Co. in Cle. si furios. 1. p. § 5.
Caie. 2. 2. q. 68. ar. 1. ad 1.

5 Tertia Conclusio. Excommunicatus nominatim excōmunicatione maiori nec potest denunciare, nec accusare, quia hi actus requirunt authoritatem in eo, qui proponit eos, qua carere videntur qui sunt excommunicati in pœnam sui delicti & contumaciæ. Aduertit tamē bene Caietanus, quod quamuis illi non possint manifestare iudici delicta per viam denunciationis, aut accusationis, non ideo sunt priuati, quin alia via possint manifestare monentes delinquente, & de testibus, qui sunt contra eū, & ideo ex officio postea exhibet remedium damno, quod minatur Reipubl. ruinam, & idē dicendum est de infamibus, vt dicit Sotus.

Sot. vbi su. q. 5. con. 3. in fin.

6 Quarta Conclusio. Si peccatum est publicum, statim absque correctione fraterna debet denunciari, aut accusari coram superiori, qui commisit, quia cum sit peccatum publicum, & scandalosum, non potest transire sine punitione publica; & ideo, vt fiat hæc denunciatio, aut accusatio, non debet attendi turbatio, quā recipiet delinquens, sed bonum commune, vt dicit D. Thom. qui notat quod dixit Christus commendans correctionem fraternam, Si peccauerit in te frater tuus, corrige eum inter te, & ipsum solum, non iubet enim, vt corrigamus illum, quando eius peccatum est publicū, quia tunc peccat contra alios scandalizans eos, hanc conclusionem cum communi tenet Sotus, quę debet intelligi, nisi putetur certo, quod peccator, si corrigatur publice, aut secrete, faciet pœnitentiam mutans vitam suam, quia in tali casu, non licet denunciare illum, nec accusare, nisi præcedat correctio fraterna obseruato ordine Euangelij, vt docet Corduba, & quamuis Petrus de Nauarra dicat, quod hoc debet intelligi, quādo peccatum fit coram tribus, aut quatuor testibus, non vero, quando fit coram toto populo, quia tunc remanet scandalizatus, ego tamen nō admitto eius limitationem, quia iam satisfacit dicto publico scandalo faciens publicam pœnitentiam, & emendam causatā ob correctionem fraternam, licet nō sit necessaria denunciatio, nec accusatio. Notetur autem, quod in casu nostræ conclusionis illud esset publicum delictum, quod est manifestum omnibus, quod in iure vocatur notorium, ita vt nullo modo possit celari, & ideo si delictum sit plusquam vni manifestum, de quo adest rumor, ita vt possit occultari delinquens, non est licitum denunciare statim eum, antequam præcedat correctio fraterna secreta, cum per talia crimina non fiat damnum bono publico, vt docet clare, & patenter Diuus Augustinus.

D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. Math. 17.
Cord. in add. ad Sot. d. q. 4. con. 5.

7 Quinta Conclusio. Si crimen est secretum, & in damnum totius reipublic. vt est traditio alicuius ciuitatis, statim debet denunciari, aut accusari delinquens licet non præcedat correctio fraterna, sic enim docet D. Thom. quia hic non peccat contra vnum, sed contra multos, & ideo non est necesse, quod obseruetur ordo Euangelicus, qui habet locum, quando peccatur contra vnum solum, cum dicat, Si peccauerit in te frater tuus, quod limitat D. Thom. nisi in casu, quo denunciator credit firmiter, quod per suam secretam monitionem emendabitur frater, & sic euitabitur damnū publicum, quia quando possumus defendere bonum publicū conseruantes famam, & honorem nostrorum proximorum, tenemur ad illud non solum de lege charitatis, sed etiam de iustitia; hæcque est communis opinio, quam sequuntur Nauarr. & Corduba. Dixi sine ratione, si credit firmiter; quia si dubitat, statim absque correctione fraterna debet recurrere ad denūciationem, quia in dubio magis debet inspici ad bonum commune, quam ad particulare vnius, vt videtur tenere Nau. vnde summa quadā ratione colligi, quod raro in his criminibus debet præcedere correctio fraterna denunciationem, aut accusationem, quia vix potest quis esse ita certus, quod traditor secretus reipub. emendabitur, quamuis secreto moneatur, & ideo statim debet recurri ad denunciationem, quia vt plurimum mora in remedijs similium malorum est periculosa. Et nota, quod crimina in damnum reipub. sunt traditiones, & falsa moneta, vt dicit Nauarrus: & ambitiones, & subornationes in lecturis, & cathedris, alijsque electionib. ecclesiasticis, & secularibus, insultare in itineribus, & generaliter omnia peccata, quæ perturbant communitatem, homicidium tamen, adulterium, furtum reputantur potius crimina in damnum tertij, quam communitatis, quia licet ex illis nascatur damnum reip. hoc est indirecte, & ideo immediatum, & directum obiectū horum vitiorum est damnum particularium, videndus est Sotus.

D. Aug. & ha betur in c. si pec cauerit. 2. q. 1.
D. Tho. vbi su. art. 7.
Nau. in man. c. 18. num 31. Cord. d. quaest. 4. conc. 3.
Nau. in sūma Hisp. c. 24. nu. 22.
Nauar. d. c. 48. nu. 31.
Sot. vbi su. q. 4. du. 2.

8 Sexta Conclusio. Si crimen est in damnum tertij, statim debet denunciari, si non speratur firmiter emendatio; quia melior est conditio innocentis quam rei, & ideo debet inspici magis eius bonum, quam bonum rei. Hæc tamen denunciatio debet fieri eo modo, vt euitetur damnum tertij adhibita diligentia, ne reus recipiat damnum, si possibile fuerit dicente denunciatore, quoddam crimen vult committi, seu committitur, nulla personæ delinquentis facta mentione, quia si possit iudex cum hoc genere monitionis adhibere remedium damno, esset peccatum mortale velle, & prætendere adhibere remedium infamando proximum nominando illum puta coram iudice; & etiam, quia si damnum proximi non est magnum, non debet manifestari persona, quæ fecit, aut quæ intendit facere; & ideo si homo bonæ famæ furatur aliquid pauci valoris alterius, pluris debet æstimari eius fama, quam damnum domini rei furatæ, cum sit maioris valoris, quā sit dictum damnum, vt notat Gabriel.

Gab. sup. can. le. 54. lit. S.

9 Septima Conclusio. Quando delictum secretum solum est in damnum eius, qui peccat, sicut est gula, auaritia, fornicatio &c. nō potest reuelari iudici, nisi præcedat secreta admonitio,

tio, quia facere contrarium esset ire contra formam Euangelij, & contra id, quod petit charitas Christiana, & amor fraternus, cũ hęc peccata solum sint in damnum suæ personæ, quæ mediante correctione potest esse, quod corrigatur, & quamuis non habeat spem emendationis eius, debent manifestari præfato peccata eius, putans, quod si ei reuelentur, non ideo corrigetur, quamuis ipse siue vt iudex, siue vt pater corrigat illum; quia in hoc casu gratis infamat illum coram dicto prælato, & quod deterius est, cum spe, quod deterior inde euadet; & ideo in hoc casu debent, qui sciunt delictum, rogare Deum pro dicto delinquente sufferentes eius defectus cum patientia debita christianis, qui omnes, præcipuè religiosi, secundum id, quod dicit Paulus, tenentur ferre defectus fratrum suorum, cum nullus sine crimine sit; quia quãuis sint liberi ab aliquibus defectibus, quos vident in alijs, inspiciant seipsos, & videbunt alios maioris, & minoris ponderis, & etiam maioris pęnitentiæ: hæc cõclusio est omniũ Theologorum, & adoertant eam omnes, quia si habent spem, quod aliqnis corrigatur cum correctione prælati, eo quod sit prudens, & timoratus in suo regimine, tunc poterit reuelare prælato negotium siue tanquam prælato, & patri, siue tanquam iudici; & ratio huius est, quia viso quod correctio fratris non iuuabit, & iuuabit illa prælati, plus debet respici ad animam, quam ad famam, & reliqua bona temporalia, vt D.Tho. quem sequitur Siluest. Aduertantque visitatores, quod qoando necessario debẽt facere denunciaoonem iudici, quia nõ est altud remedium, prius debet illi fieri tanquam patri, & hoc non iuuante fiat illi tãqnam iudici, quia omnibus modis debet procurari, vt fiat minus damnum proximo in fama, & bonis temporalibus, vt ordinat charitas: hæc sententia est communis omniom.

D.Tho. 2.2.q. 32.ar.6.in corpore art. Siluest. modo correct.

10 Octaua Conclnsio. Certum est, vt diximus in cõclusione præterita, qood ille, qui audit, quod frater suus corrigetur eius monitione, non potest iuste denunciare illum coram eius prælato: hoc tamen debet intelligi, quãdo habet probabilitatem huius correctionis, quia si putat, quod iterum reincidet, tenetur secundum opinionem doctorum hominum denunciare illũ coram prælato, quia ex eo quod hoc non reuelетur, sequetur damnum communitati mediante aliquo scandalo; & certum est, quod plos debetur religioni, quam honori alicuius particularis, qui ratione propriæ fragilitatis sumpta occasione potest perturbare totum id, quod reliqui fratres suo bono exemplo per multũ temporis ędificauerunt, & secundum hoc puto ego glossandum esse, quod dicit Thom. Sotus, Corduba, & Nauar. super hoc puncto. Verum est tamen, quod licet credat visitans quod iterum incidet in idem peccatum non obstãte eius correctione, si putat, quod saltem non continuabit tantum peccatum, & reprimetur in parte, non est bonum statim recorrere ad prælatũ, sed monere illum semel, & iterum, quia cũ prima monitio fecerit, vt aliqualiter abstineret, debet credere, quod si iterum moneat illum charitate, & prudentia in totum adhibebit frenum, & subijciet illum debito christianitatis, quam profitetur; quod probo cum debeamus quærere omnia media possibilia, vt adhibeamus remedia spiritualia fratribus nostris absque iactura honoris sui, & ideo quando, qui scit delictum, putat, quod aut tam minus iuuabit eius monitio, quam illa prælati, ne redeat frater ad peccatũ, tenetur sub pœna peccati mortalis non denunciare illum coram prælato, nec tanquam patri, nec tanquam iudici, sed potius ille debet illum corrigere, quia hoc est, quod petit charitas ipsa: & ideo hucusque dictũ debet intelligi, quando admonitio prælati notabiliter est adiutura magis quam illius, qui scit delictum in particulari, & priuatim.

D.Tho. 2.2. q. 32.art.7. ad 4. Soto, vbi sup.q. 4.conclu.3. vbi Cord. Nau.ca. 24.num.12.

11 Nona Conclusio. Si Petrus videt Ioannem committere aliquod delictum, & scit habere Ioannem quendam amicum bonæ intẽtionis, quem honorat valde, & putat quod eius monitione corrigetur melius, & facilius, quam si ipse moneret, illi licitum est in hoc casu reuelare illud peccatum amico, vt corrigat illũ, si putat ipsum iterum incursurum, si non reuelat illud amico prædicto, qui corrigat illum; hæc conclusio in parte est contra Medinam, quã tenet Durandus, & est sententia Aogust. & probatur, explicaturque quodam exemplo, quod refert idẽ D.August. vt refert Gabriel, & est. Scit aliquis, quod proximus suus est anxius, & afflictus propter quoddam vulnus satis pœnosum, de quo vel est iam sanus, vel proximus sanitati, vnde iam non eget medico, qui curet illum, scit tamen verisimiliter, quod iterũ incidet, quis non videt, quod in hoc casu prudentia, & charitas postulat, & monet hunc, vt moneat dictum fratrem infirmum, aot alium, quem intelligit remedium laturum, vt postqnam incepit acquirere sanitatem, caueat a perditione sua, si est quis crudelis (dicit Hugo explicãs D. August.) qui occultat vulnus fratris sui, quod est in corpore, crudelior est non manifestans vulnus, qđ est in anima, illi, quem scit remedium allaturũ, quamnis sit cũ aliqoa pœna vulnerari: & ideo debet notari hoc vt dicit Gabriel, quia est magni momenti.

Med. in su. li. 1. c.14.§.16.ver. dudaſe. Dur. in 4.di.19.q.4.nu. 4.ad fin. Augu. super c.5. Leui. Gab. super can. lec.74.sub lit. T

Gabr. vbi supra casu 6.

12 Decima Conclus. Non tenetur quis renũciare superiori, quod audiuit contra eius subditos a personis infimæ condirionis, & fidei; ita quod qui præbet fidem eorũ dictis, reputatur homo facilis, quod procedit tanto magis, si credet qđ superior hac visitatione indiguabitur plosquã necesse sit contra denunciatum, & visitatum, vt tenet Nauar. Cord. & Gntierrez; & hoc intelligitur, etiam si præcipiat ei superior ex obedientia, & sub pœna excõmunicationis, vt solet præcipi in edictis visitationum, quod manifestent totum id, quod sciont visu, & auditu, quia debet explicari illud edictum, quod audiuerint à personis fide dignis; intelligitur hoc etiã quando iudex procedit per viam inqoisitionis dicẽs, qui sciuerit, aut andierit aliquid, accedat ad denunciãdum, quia si vocat aliquem, vt sit testis, & præcipit ei, vt dicat tanquã testis, quod scit, aliter debet procedere, vt infra dicetur.

Naua. c.25.nu. 46. Cor. li.1.qq. q.43. in 6.casu Gutier in qq.cano.c.15.

13 Vndecima Cõclusio. Peccat mortaliter, qui denunciat indicialiter aliqoem non potens probare, quod proponit, vt colligitur ex aliquibus canonibus, & decretis, & resoluit Nauarr. & ideo dicit Angelus, quod non obligat præceptũ prælati, quamuis imponat pœnam excommunicationis dicens, quod denuncietur, quod est secretum, vt dictum est in materia excommunicationis.

Cap. plerunque, 2.q.7.c.placuit, 6.q.2. Naua. in ca. inter verba conc.6.num.23 Ang. 5. excom. 3.§.1.

De

Digitized by Google

De Denunciatione. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio quid sit.*
2 *Monitio pracedit denunciationem.*
3 *Differentia inter accusationem, & denunciationem.*
4 *Forma denunciationis qua.*

PEr denunciationem etiam, & frequentius puniuntur regularium delicta, ideo quæ sit, videndum est. Denunciatio nil aliud est, quam reuelatio quædam delictorum iudici
1 facta propter emendam, semper tamen debet præcedere inter denunciationem, & denunciatiũ
2 caritatiua monitio c.licet Hely de Symon. ma-
3 gna tamen est differentia inter accusationem, & denunciationem, siquidem accusatio non potest fieri per literas, denunciatio vtique Abbas in c.licet à Beato de accus.numer.secundo, & in cap.dilectus eod.tit. num. 2. Item denunciatione charitatiua correctio, & accusationem inscriptio præcedit Nauar.consil.3. de accusat. num 4.

Item accusatio facit quem ordinariè puniri, denunciatio extraordinariè, & mitius Anto.de Butr.in cap.dilectus, de Symon, & alleg.cap.2. qui matrim. accus. poss num.5. Item accusatio depositionem, denunciatio correctionem indu xit Hostien.in c.1.de offic.custod. num.17. Abbas in c.super his de accusat.nu.2.Ant.de Butr. in c.2.qui matrimonium accusa.poss.nume.5. Item accusator potest appellare, denunciator non, nec tenetur se subscribere denuntiæ, nec verificare eam, accusator secus Aegid. Bosſ. in tit.de denunt.num.14. Item denunciator, cuius finis est, vt mores corrigantur, potest examinari tamquam testis, accusator nequaquam c.in omni negotio de testibus vbi Butr. Anan. Ioan. Andr. Felyn. Aret. & cæteri Doctores omnes. Denunciatus de crimine, causa pendente non pro mouendus Nauarr. de accusat.consil.3. num.3.
4 Forma autem denunciationis fit & seruatur ad libitum, specificando delictum cum suis qualitatibus, & nominando testes.

De Modo incipiendi Processum per viam Denunciationis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Modus incipiendi processum per viam Denunciationis.*
2 *Denunciatio quadruplex, & quid vnaquaque sit.*
3 *Denunciationes quomodo inter se differant.*
4 *Qui non admittitur ad accusationem, neque ad denunciationem admitti debet.*
5 *Constitutiones Can. Regular. Sancti Saluatoris Accusationem, ac denunciationem aequant.*
6 *Qui ad denunciationem in criminibus exceptis admittuntur.*
7 *De literis absque nomine, quod nulla sint.*
8 *Denunciationem admonitio pracedere debet.*
9 *Exceptis delictis publicis, qua sine praua monitione denunciari queunt.*
10 *Iudex vt denunciationem admittere debeat.*
11 *Denunciator iure communi qua pœna puniatur in probatione deficiens.*
12 *Denunciatio vt ab accusatione differat.*
13 *Forma incipiendi processum per viam Denunciationis.*

1 DEnunciationis via processum formaturus regularium Iudex Primo animaduertere debet, quod Denunciatio est alicuius criminis apud Iudicem competentem ad alicuius emendationem facta delatio. Colligitur hęc definitio ex c.1.ac 3.& super his, & c.cũ dilectus, de accus. & c.nouit.de iudicijs.

2 Quadruplex autem Denunciatio est. Euangelica, Iudicialis, Canonica, & Regularis, Doctor.in cap.nouit de iudicijs, & in cap.si peccauerit.2 q.1. Silu.ver.denunciatio.num.1. Ang. eo.in principio. Dom.So.de ratione tegendi, & detegendi secretum membr.2. q.5. similiter in princip.

Euangelica denunciatio est criminis apud iudicem, vt patrem delatio ad emendationem in fratre procurandam, quam in fraterna correctione obtinere minime potuit, zelo charitatis facta, vt præcipitur Matthę.18 si te non audierit, dic Ecclesię. Iudicialis vero Denunciatio duplex est, publica, & priuata.

Publica est criminis apud iudicem facta delatio, vt Rei puniantur, & quies Reip. conseruetur. Et hæc ad curiæ officiales pertinet fiscalem, & alios, quibus a Iudice, siue a Rep. siue à Principe huiusmodi officium crimina deferendi committitur.

Priuata est criminis apud Iudicem facta delatio pro suimet interesse, vt se, suaque aliquis tueatur.

Canonica Denunciatio est criminum apud iudicem facta delatio ad ea tolléda, damnumque Reip. reprimendum.

Regularis autem est criminum delatio, quæ in Religionibus fit iuxta illarum instituta sine strepitu, & figura iudicij ad ipsorum regulariũ emendationem, & ad commune religionis cuiusque bonum conseruandum. De his vide Angel.ver.denunciatio.per totum.

3 Differunt hæ denunciationes inter se; Euangelica namque zelo charitatis, sine strepitu, & figura iudicij, solam fratris respicit emendationem. Iudicialis publicá Reorum punitionem. Iudicialis priuata, proprium denunciantis interesse. Canonica publicum Ecclesiæ bonum. Regularis vero congregationis particularis item bonum. Præterea Euangelica, & Regularis absque iudicij strepitu fiunt. Iudicialis autem, & Canonica non item.

Gregor.de Valent.tom.2.Comment. Theolog.di sp.5.q.12.punc.1. Denunciationes omnes ad duas tantum reducit; nempe ad fraternam, & iudicialem, siue iudiciariam.

Alij eas confundunt, vnica voce Denunciationis illas omnes comprehendentes, vt Siluest. verbo denunciatio de sola euangelica, qua omnes comprehendit, pertractando. Ego vero Angelum, aliosque nonnullos sequutus ita distinxi; vt Regularium iudex illarum omnium cognitionem haberet.

De Regulari, & Euangelica denunciationibus, cum in illis processum formare non sit necesse, tractationem ommittam. De iudiciali solum, atque canonica breuiter sermonem habebo, quas tamen vnico tractatu comprehẽdam, ambæ namque istæ iuridicæ sunt, eodemq; modo in vtrisque procedendum est paucis mutatis, quod ad nostrum propositum attinet, quin-

immo

immo vt dictum est Valent. loc. cit. ambas istas sub vnico iudiciariæ denunciationis nomine comprehendit.

4 Notandum secundo, quod qui non admittitur ad accusationem, neque ad huiusmodi denunciationem admitti debet, arg. cap qui sine, 3. q. 4. & c. cum dilectus, de accusa. glo. in rubri. v. q. 8. & c. in omni negotio. de test. Bart. in l. diuus, num. 7. ff. de custo. re. Spec. tit. de denunciatio. §. quis possit denunciare, verbo. canonica quoque denunciatio Diaz in pra. crim. can. c. 6. Salic. in l. ea quidem. C. de accus. Angel. de maleficijs, verb. necnon ad denunciandum. Victorin. cap. 14. num. 4. Clar. quæst. 7. loc. cit. Villag. libr. 2. tit. de denunciatione canon. c. 2. concl. 1.

5 Constitutiones nostræ Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris Denunciationē æqualem Accusationi reddunt. c. 13. num. 78. eadem pœna denunciantem in probatione deficientē, qua ipsum accusantem, plectētes prælatumque in hac re dispensare minime posse vetantes, & quidē optima ratione, vt videlicet a calumnijs, falsis denunciationibus, literisq; maledicis subditi temperentur.

Neque id abhorret a D. Patris Augustini regula, in qua præcipitur fieri denunciatio; etenim D. August. tunc solummodo fratrem denū ciare committit, cum per duos, tresve testes cōuinci a denunciante potest.

Itaque a denunciando arcētur, qui ab accusa
6 tione proponenda repelluntur; Nisi denunciario de criminibus exceptis sit; quo casu omnes, (inimicis, & conspiratoribus exclusis,) admittuntur. Aut nisi denuncians suā, suorumque iniutiā prosequatur, quod attinet ad iudicialē priuatam denūciationem, quo etiam casu omnes denunciare queunt eo modo, quo supradictum est, cum de accusatione sermo habitus fuit. nu. 38. & seq. hoc eodem capite. Aut etiam nisi iudicialis publica denunciatio sit, officiales namque omnes ad hoc destinati, licet infames (tales enim vt plurimum isti sunt delatores) denunciare vtique poterunt ad aperiendam iudici viam ad inquirendum contra ipsos Reos, id multis auctoritatibus probat Clar. loc. cit.

7 Notandum tertio, quod contra quemquam via denunciationis nequit procedere iudex intuitu literarum sine nomine ipsi directarum, etiam si in illis testes nominati sint, quod optime docet Clar. q. 5. vers. scias igitur, post medium, & Roderic. tom. 2. quæst. regular. q. 6. ar. 10. & si formetur super illis processus, est ipso iure nullus, c. inquisitionis, §. tertiæ, de accusat. quo loci Panorm. illius rationem reddit, huiusmodi namque literæ, siue potius libelli nullam prorsus infamiam irrogant alicui, cap. fi. de accusat. Iudex autem contra quemquam procedere nequit, nisi aut accusator, aut denūciator, aut infamia adsit, cap. inquisitionis cit. & cap. qualiter, & quando el secondo, eodem titulo, hic autem cum scribentis nomen incertum sit, deest accusator, seu denunciator, & huiusmodi literæ cum nullam irrogent infamiam, aut saltēm ad inquirendum insufficientem (infamia namque a pluribus orta esse debet probis viris, & bonis; non autem a prauis, & maleuolis, cap. inquisitionis, & qualiter, cit. huiusmodi vero literas a maleuolis potius, & prauis, quam à probis, & bonis scriptas fuisse credendum sit,) infamia proculdubio deest. Quare nullum processus ipsius fundamentum cum sit, illum super nihilo formatum corruere necessariū est.

8 Notandum quarto, quod Denunciare quis minime valet, nisi prius denunciandum ipsum de illo delicto, de quo illum vult denunciare monuerit, & noluerit resipiscere. c. si quis, cap. cum dilectus, & c. qualiter, & quando el secondo de accus. c. licet Hely. de simo. glos. in d. cap. si quis, in verbo charitatiue. arg. Mat. 18. Argue eum inter te, & ipsum solum, &c. D Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. & omnes communiter.

Quam charitatiuam admonitionē ipse denunciator se fecisse adhibito iuramento probabit, si solus admonuit. At vero si alio, vel alijs præsentibus monuit id se fecisse nedum præstito iuramento probabit: verum & illius, siue illorum quoque testimonio, qui adfuerunt, c. omni. de test. Panor. in c. nouit. de iudicijs. Nauarr. in Man. c. 25. nu. 33.

Quare iudex denunciantem delat ei iuramento interrogare tenetur, an denunciandum charitatiue monuerit, & an solus, an alio, vel alijs adhibitis id præstiterit, ac deinde testes tā pro monitione, quam pro delicto probando (nisi ijdem fuerint) interrogandos ab eodem nominare, seu producere faciet.

9 Quod autem de admonitione dictum est, intelligi debet, si de priuatis agatur delictis; Etenim si de publicis, & exceptis tractatur, necessaria nequaquam ipsa monitio est argu. 1. Tim. 5. Peccantes (scilicet publice) coram omnibus argue. & refertur 45. dist. idem c. 1. de pœnit. & remiss. D. Tho. loc. cit. Archid. in c. si peccauerit. 2. q. 1. Silu. verbo denunciat. q. 3. Valen. loc. cit.

Immo qui huiusmodi crimina excepta, siue publica non denunciat, peccatum committit; etiamsi iurasset se non denunciaturum. Innoc. in c. qualiter, & quando el secondo de accus. Panor. in c. cum dilectus, de excess. prælat. Nauar. in Man. loc. cit.

Sed neq; cum de priuatis delictis agitur, necessaria tunc monitio est, cum nulla per monitionem huiusmodi speratur in fratre correctio. Diuus Thom. vbi supr. art. 1. Naua. loc. cit. cap. 24. numer. 12. Tole. libr. 5. instr. sacer. c. 57. nu. 5.

Aut quādo graue timetur damnū probabile sibi, vel alijs per huiuscemodi monitionē euēturū. Aut ēt qn̄ tp̄s monitionis nō adest, quia periculum est in mora. de quibus vide Tole. loc. cit.

Neque etiam ab ijs monitio facienda requiritur, qui ex officio crimina in publica iudiciali denunciatione iudici denunciare tenentur. Iul. Clar. vbi supra.

10 Regularium itaque iudex, si denunciantem bonæ famæ, aut alias legitimum esse, bonoque zelo motum fuisse, non autem animo calumniandi cognouerit, ipseque denuncians iurauerit se charitatiue denunciandum admonuisse (cum id facere tenetur) per se, vel tali, siue talibus præsentibus, & dictum denunciandum non resipuisse de tali delicto: quem exprimere debet cum suis circunstantijs loci, ac temporis, vt supra de accusatione dictum est, testesque ad crimen probandum protulerit, illius denunciationem admittere vtique poterit, ac debebit, illum de talionis pœna, si non probauerit, incurrenda protestatus, quo ad nostram attinet Congregationem, ad aliasque, instituta quarum denunciantem in probationem deficientem, æque ac ipsum accusantem puniri cōmittunt.

Quo ad eas verò Congregationes, quæ ius commune in denunciatione seruant, huiusmodi protestatio minime necessaria est.

Etenim

11 Etenim Denunciator si plenè delictum nō probat, talionis pęna ex iuris dispositione nequaquā punitur: Verum suspenditur, donec iuramento, quod tale crimen animo calumniandi non detulerit, se purget, cap. cum dilectus, de calumniatoribus, cum vero taliter se purgauerit, iudicis arbitrio puniri debet, gloss. in cap. cum dilectus, citat. in verbo calumniandi.

Quare Doctorum nonnulli hoc differre accusationē a denunciatione affirmant; quod in accusatione, & in scripto, & plena probatio, necessaria sunt, in denunciatione vero non item, Doctor. in capit. super his de accusat. Poterit vero processus per viam denunciationis hoc modo formari, quo ad illius principium attinet.

Forma incipiendi processum per viam Denunciationis.

IN nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate Domini 1612. die 12. Octobris coram admodum R. P. Priore D. P. & eiusdem monasterij discretis D. F. D. I. & me D. S. discreto, & pro Notario personaliter comparuit D. Obseruans de Otiosis de tali ciuitate, ac denunciauit eidem P. Priori D. Nocentem de Impuris de tali ciuitate de impudica conuersatione cum muliere, cū non paruo aliorum scandalo hoc modo, videl.

Molto R. P. Priore, Trouandomi nel Choro a dire le mie deuotioni quest'anno nel mese d'Agosto il giorno di S. Lorenzo vidi D. Nocēte de gl'Impuri della tal città in Chiesa, che rideua con vna donna. Io trouatolo dipoi da solo à solo, con piaceuolezza lo ripresi di tal fatto: ma egli se ne rise. La festa poi di S. Rocco nell'istesso mese, essendo pure io nel Choro, dou'erano ancora D. G. e D. H. li chiamai, e li mostrai il detto D. Nocente, che pure con l'istessa donna rideua, come l'altra volta; essendo nella Chiesa molti huomini, e donne. Per il che io denontio questo fatto a V. P. M. R. acciò nel miglior modo, che ella può a così fatta temerità, e scādalo proueggа.

Quo audito præfatus P. Prior, detulit eidem D. Obseruāti iuramentum, quod prædictum D. Nocentem charitatiuè (vt asseruit se fecisse) monuerit, & ille non resipuerit, & quod non animo calumniandi; sed bono zelo ductus illum detulerit, prout ipse D. Obseruans tacto pectore, vel scripturis iurauit, & præfatus P. Prior huiusmodi denunciationem admisit si, & in quantum, omni meliori modo, & mandauit d. D. Obseruāti, vt eidem subscriberet, prout fecit. Acta sunt ista in prædicto Monasterio in camera solitę residentiæ præfati P. Prioris anno, die, ac Mense suprapositis, & a me D. S. supradicto descripta.

Pœnæ talionis protestatio apponi poterit in Congregationibus, in quibus Denuncians non probans ea puniendus est. Idcircò quia in omnibus id fortasse minime præcipitur, aut seruatur; in denunciationis forma huiusmodi protestationem nequaquam apposui.

DE DENVNCIATIONE

Titulus VIII.

De forma procedendi per Cōmisarios, quādo fuerint destinati ad inquirendum super aliquo crimine ex off. propter euidentiā facti, vel clamores deductos ad aures Reuerendorum Regiminis supremi totius ordinis, seu Congregationis alicuius. Cap. I.

Quæst. Canonic. & Regul. tom. 4.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij destinati ad inquirendum super aliquo crimine ex off. propter euidentiam facti, vel clamores deductos ad aures generalis, vel supremi tribunalis alicuius Episcopi vel alicuius ordinis, seu Congregationis regularium, quomodo procedere debeant, & quare.*

2 *Graue esse videtur ex domo rei sumere probationes contra eum.*

3 *Quæ bona producat accurata, & repentina inquisitio cellarum, et officinarum monasterij in casu, de quo est sermo in præsenti cap.*

1 CVm ergo huiusmodi Commissarij (de quibus in Rubrica) peruenerint ad monasterium, vel Ecclesiam, in qua exequi tenebuntur proprium mandatum, antequam ad inquirendum processerint, denuntient Prælato Ecclesiæ illius, vel illius monasterij causam aduentus eorum, & pręcipiant in cathedrali Ecclesia clericos, si agitur contra eos, vel monachos congregati in capitulo ad sonum campanellæ, si agitur contra eos, & alta, & intelligibili voce iubeant ab aliquo monachorum, iam electo in Notarium legi seriem verborum ipsius mandati, seu literarum huiusmodi commissionabū, vt inde nullus illorum possit ignorantiam causæ aduentus, & potestans eorum prętendere. Et si inquirendum esset de furto perpetrato in ecclesia seculari, vel in monasterio, seu occupatione furtiua alicuius grauis rei, vel concionabili, siue libelli famosi, vel falsitatis scripturarum, aut inhonestę familiaritatis cum mulieribus, vel de verberibus, aut vulneribus illatis, vel similibus criminibus, quæ assolent perpetrari a personis leuibus, & infamibus, facto sermone, & exposita eorum aduentus causa, hortentur omnes ad

2 deponendum, quæ sciuerint cum omni Dei timore, de quibus loco suo interrogabuntur, & si nimis graue videatur ex domo rei probationes sumi contra ipsum reum, *a* tamen iuxta ritum curiarum ipsi Reu. Cōmissarij præcipiant sibi à clericis, &c. seu a monachis, & cōmissis oib. assignari claues cellarum, & officinarum dicti monasterij, seu dictæ ecclesiæ, & domorū, & statim assumpto Prçlato, vel altero, aut duobus clericis dictæ Ecclesiæ, seu duob. monachis grauib. & Notario, iam electo cōferant se ad domos clericorum dictæ Ecclesiæ, seu ad singulas cellas, et officinas perlustrandas, & accuratissimè perquirant, si aliquod inuenerint indicium, vel instrumentum, quo potuit crimen prætensū perpetrari, & statim illud describi faciant ipsi Commissarij cum oīb. qualitatibus illius rei, & loci, vbi reperta res ipsa fuerit, & conditiones, ac circūstantias oēs, vtputa, repertum fuit in domo, seu in cella D... tale genus armorum, talis scriptura, cuius principium est, .. & finis .. talis pecuniæ quantitas, talia ferramenta, & in cella D... tales literæ minus honestæ, quarum initium erat... & finis .. A tergo verò ... & sic de singulis, & post talē *b* inquisitionē, & adnotationē i scriptis redactam præcipiant ill s vocatis ad interesse tali inquisitioni, vt se subscribant tali actui in fidem veritatis. Quib. peractis sciant, q dictæ res (quę poterūt deseruire Cōmissarijs pro indicijs) nullo pacto erunt relinquendæ in eadem domo, seu cella, vel officina, in qua illæ repertæ fuerint; sed ipsi Commissarij secum deferant, & recludāt in arca tuta ad hoc, vt quotiescunq; opus fuerit ex illis elicere indicia contra pretensos reos, præ manib. eas hēre possint, vt super ipsos possint ipo suo

a l. Nimis graue, C. de test. Bess. in tit. de exam. reorum, n. 9.

b *Clar. in § furtum, ver. Quaro nunqu d, & q. 27. in prin c. Conr. de offic. Prato fol. 630. num. 14.*

Digitized by Google

suo interrogare testes,& deniq; reos, apud quos
illa fuerunt inuenta. Nam inde pro certo sciant
Commissarij se reperturos aliquid, ex quo veniēt
in notitiam aliqualem reorum per cōfrontatio-
nem caracterū, vel aliquo alio exquisito modo,
prout nobis contigit, dum Commissarij munere
fungeremur in quodam arduissimo negocio, *a*
sciant inde Reuer. Cōmissarij, ꝙ ex tali diligen-
tia hæc bona producēda erūt. Nā primò incuti-
tur maximus timor tā criminosis (cōtra quos di-
3 rigenda erit inquisitio) quā reliquis, qui in testes
vocandi erunt; cū & ipsi inde meritò suspicabun
tur aliquod contra eos indicium repertum, vel
forsan de facili reperiendum, & ne conuincan-
tur rei, vel falsum deposuisse; vnde quam facil-
limè interrogati (loco suo) veritatem edicent, ex
qua poterunt ipsi Commissarij faciliori quadam
via procedere ad vlteriora. Secundo ipsi rei, &
complices priuabuntur facultate abscondendi hu
iusmodi res, quæ possent operari indicium ali-
quod contra ipsarum detentores; nec de tali no-
stra monitione poterit hodie quis mirari, cum
huiusmodi diligentiam adhibendi mos inoleue
rit in vtraque curia in similibus casibus. Nam so
lertes iudices inchoare solent iudicium a perqui
sitione, nullius præmissa probatione indicij, sed
statim exhibita sibi de perquirendo commissio-
ne (habito tamen respectu ad personas, contra
quas inquiritur, ad negociū, de quo inquiritur)
talē perquisitionem agunt: etsi hoc non sit ob-
seruandum passim, & in quolibet negocio friuo-
lo, & parui momenti, vel contra personas graues
nobiles, & honestas, cum neque ipsa curia secula
ris tali modo perquirendi in omni negocio vta-
tur, nam vbi nulla fraus, aut scandalum timebi-
tur, talis diligentia poterit omitti. Tali pacto er-
go fundato tribunali, ipsi Commissarij omni cū
modestia, ac grauitate, ac lenitate possibili pro-
cedant ad vlteriora.

a In simili docet Contra. vbi sup. in tit. de cōtumac. fol. 759. num. 2.

De forma procedendi, quando delictum perpetratum est facti permanentis, & de forma exigendi iuramentum a testibus examinandis super ipso facto permanente. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij in primis de corpore delicti accuratè inquirere tenentur, et in processu quomodo de ipso constare debebit.*
2 *Delicta, quæ committuntur, sunt in triplici differentia, & de prima specie ipsorum, nuncupata à Doctoribus delicta facti permanentis.*
3 *Delicta facti permanentis quæ dicātur, et quare.*
4 *De corpore delicti, quando dicatur Commissarijs constare, & quæ ponderanda, & in actis describenda erunt, vt vere constare de corpore delicti dici possit.*
5 *Forma interrogandi testes super recognitione corporis delicti, & generaliter super persona delinquentis, quæ adhuc ignoratur.*
6 *Quid faciendum sit Commissarijs, si reperiri nō poterunt testes cognoscentes cadauer repertum in monasterio, aut in villa monasterij, aut in alio loco Ecclesię, vel ciuitatis, vt hic constare de corpore delicti dici possit.*
7 *Cadauer humatum quando extrahent Commissarij, et quid tunc pręcipere debeant fore in actis describendum ab actuario.*
8 *Commissarij in visitatione hostij fracti, vel incendij, vel similis facti permanentis, quam diligentiam adhibere teneantur, & in actis quid adnotari mandare debeant.*
9 *Forma verborum in actis describendorum in visitatione vulnerati facienda a Commissarijs, & forma depositionis eius recipiendę super vulnerati persona.*
10 *Commissarij aduertant, quod vulnerati, vel verberati assolent duplici de causa negare se cognouisse percussorem, et quid tunc ipsis sit faciē dum, annotatur.*
11 *Commissarij, quando certi essent de persona vulneratoris, quid facient.*
12 *Commissarij quid facient, quando inquirunt de corpore delicti facti permanentis, cuius cognitio perfecta non est eorum professionis*

QVisquis voluerit compilare contra aliquem
clericum secularem, aut regularem, in-
formatiuum processum in causa sibi commissa
criminali, laudabiliter apud Deum, & homines,
infrascripta eius memorię imprimēda erunt. Nā
1 primò inquirendum a Commissarijs, an quid fa
ctum sit, quod alias cōiter Doctores corpus de-
licti appellant *b* Quapropter in primis constare
debebit in processu de corpore delicti modo li-
quido per plenas *c* probationes, vel per indicia,
& coniecturas, *d* sed vt faciliori quodam modo
intelligamus, quādo dicatur cōstare de corpore
delicti. (Quis vero titulus inquisitionis in huius-
modi fuerit inscribendus in subsequenti cap. 6.
2 tradetur: vide ergo ibi.) Sciēdum, ꝙ delicta asso
lent dici, & esse in triplici differentia: nam aliqua
dicuntur delicta facti permanentis, alia facti trā-
seuntis, nonnulla dicuntur delicta facti dubij: ijs
ergo præmissis, Vos non lateat Commissarij Re-
uer. non esse procedendum ad inquirēdum vni-
formiter in qualibet eorū specie, scilicet de cor-
pore delicti permanentis, sicut de corpore deli-
cti transeuntis, vel dubij.

b Clarus in pra. §. fi. q. 4. in prin.
c Mascard. de prob. lib. 2. cōcl. 830. num. 5.
d Becci. in cons. 70. n. 11. et seq. lib. 1.

3 Quapropter sciat Cōmissarij, ꝙ si ad eos quō-
cumq; fuerint delata delicta facti permanentis
sic appellata, pro eo, ꝙ post ipsa perpetrata vesti
gia adhuc remaneāt; qualia sunt homicidia, incē
diū, vulnus, stuprū in virgine, furtū cū fractura,
& similia: vtiq, debebit primò ipsis Cōmissarijs
cōstare de cadauere occisi, de loco incēdij, de vul
nere, & fractura per oculorum inspectionem, vt
dicatur cōstare de corpore delicti. *e* Ideo ex gene
rali cōsuetudine, & cōi iudex, vel alter specialiter
ab ipso directus debebit proprijs oculis videre
cadauer ipsius, seruando sequentē formā in exer
cendo hmōdi actū inspiciēdi cadauer occisi. *f* Nā
annotanda erūt oia, quæ visa repertaq. fuerint;
Verbi gratia, describēdo ętatē, staturā, barbā, &
alia signa specialia cadaueris, & locū, in quo fuit
repertu, quo situ iacebat, particularia vulnera si-
gulatim cū suis qualitatib. & circūstātijs, et quo
genere armorū ipsa vulnera illata sint, vel videā-
tur: & an punctim, vel cæsim, bona, & res, quæ
penes dictum cadauer repertę fuerint, & similia,
g iuxta formam sequentem, videlicet;

e Clar. in prax. q. 4.
f Cla. vbi supra q. 4. ver. Quando vero ibi statim igitur.

Die ... mensis.

Visum, & repertū fuit per me Notariū supra-
scriptū præsentib. Reuer. Commissarijs, & D..
D.. in testes specialiter vocatis ad talē recogni-
tionem faciendā, cadauer cuiusdā clerici, vel mo
nachi iustæ staturę, barbæ nigræ, vel flauę,
vel imberbis, ętatis annorum ...... in
4 circa, indutum infrascriptis vestimentis, &
quod describantur non solum omnia indu-
menta a capite, vsque ad pedes, non tantum
exteriora, verum etiam interiora, & om-
nia alia, vt sunt scripturæ, vel huiusmodi bona,
quæ in ipsis vestibus, vel in domo eius, vel in cel-
la,

g Bossius in sua praxi. tit. de deli. n. 24. Clar. vbi sup. versi. Quādo vero per tot.

lo, aut alio loco, quo iacere cadauer fuerit repertum, & omnia alia, quæ fuerant propè ipsum reperta sigillatim, & expresse per verba clarissima describenda erunt, & si litteræ describantur, & ipse eodem modo, quo diximus denotandas fore literas querelæ, vel denunciationis in secundo capitulo, & ipsæ describendæ erunt, & hęc
a Supra in c. 2. præsentis 2. p. bona custodiantur (vt diximus. *a*) Quibus peractis, & ipse notarius subdat: Hęc oia vidi, & annotaui ego D. . actuarius, vt supra pro veritate præsentibus D. . . & D. . .

His peractis Commissarij examinabunt duos, vel plures testes super recognitione facta dicti cadaueris ad hoc, vt si possibile sit de eius nomine, cognomine, & patria constet de ipso cadauere,
5 & ipsi testes interrogandi erunt tali forma cũ iuramento D. . ætatis . . dignitatis . . testis vocatus, & medio iuramento de dicenda mera, & plena veritate de infrascriptis, & quicquid inde scit, & fuit primò

Interrogatus, se esso testimonio conosce D. . hora morto. *Respon.*

Interrogatus, se sa, ò ha inteso, che hauesse inimicitia detto D. . *Respon.*

Interrogatus, con chi, & da quanto tempo in quà. *Respon.*

Interrogatus, per qual cagione. *Respon.*

Interrogatus, chi altro sà tal inimicitia. *Respon.*

Interrogat. se sà, o ha inteso, che siano alcune volte state parole ingiuriose, ò minaccie, ò pugni o simili cose tra D. . & esso D. morto. *Respon.*

Interrog. in presentia di chi fu questo? *Respon.*

Interrogatus Il Reuer. P. Abbate, ò il Vescouo (quoad clericos seculares) o D. . che era all'hora superiore in monasterio, hà mai saputo tali disgusti tra detto D. morto, & detto D. *Resp.*

Interrogatus, il sudetto Abbate, ò superiore, che rimedio ci hà fatto? *Respondit.*

Interrog. come sapete di tal rimedio. *Respon.*

Interrogatus, se ha veduto, ò ha inteso, che alcuno Monacho habbia tenuto arme nel monasterio, & di che qualità. *Respondit.*

Interrogatus, quanto tempo, & con licenza, ò senza del superiore. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, ò ha inteso a qual effetto tenea queste arme. *Respondit.*

Interrogatus, chi altro sà, o ha inteso, che detto D. tenesse arme in cella, & perche. *Respon.*

Interrogatus de causa scientiæ, &c.

6 Quod si non possint haberi tunc testes informati: puta, quia occisus sit forensis, tunc relinquendum erit cadauer in loco, in quo repertum est bene custoditum, vel in Ecclesiam, vel ad alium locum publicum erit deferendum, vt possit cognosci a prætereuntibus, quod si cognitio prædicta haberi non possit, supra dictis obseruatis, lapso aliquo temporis interuallo cadauer ipsum mandabitur sepulturę, & dicetur, pręmissa
7 tali diligentia seruata constare de corpore delicti; *b* sed si cognitum fuerit a principio, nihil horum fiet; sed si iam cadauer fuisset humatũ omninò extrahendum erit à sepultura, & recognoscendum foret (modo, & forma qua supra) mutatis breuiter mutandis, & additis addendis, *c* & sciendum, quod eadem forma vti debebit notarius in describendis his, quæ reperiuntur, dum visitatur locus incendij annotando reliquias cõbustionis, vel porta, seu ostium fractum, aut pa-
8 ries fractus, mutatis tamen mutandis, prout facti qualitas, & circumstantiæ suadebunt. *d* Aduertendo tamen, vt omnia minutatim annotentur, vt supra fuit dictum.

b Clar. ubi sup. in verb. Quãdo verò ibi, & cũ recognosci.
c Clar. vbi sup. quæst. 55. in ver. quando autem, circa medium, ibi, et cauti sind.
d Cla. vbi sup. q. 4. in ver. quã do verò, in fin.

Forma autem visitationis vulnerati, & depositionis eius recipienda super vulnerantis persona erit talis, videlicet.

Visitatus fuit per me D. . . . Actuariũ de mandato RR. Commissariorum, vel si ipsimet visi-
9 tassent, dicat coram Reuerendis Commissariis, D. . . . iacens in lecto in cella, seu aula suæ solitę habitationis vulneratus vnico, vel pluribus vulneribus, alterum quorum est in capite, alterũ in brachio, & sic de singulis cũ maxima sanguinis effusione, & hoc vulnus, vel vulnera videbantur illata fuisse baculo, vel ense, gladio, prout illata apparebunt, & erant longitudinis ferè vnius palmi, vel (prout erant) quæ ego vidi, si verò vulneri ipsi adhibita fuissent medicamenta, ita, vt ipsius, vel ipsorum qualitas videri non poterit, tũc erit dicendum, ꝙ vulnus propter medicamenta apposita videre non potui, Quæ ego, &c.

Qui vulneratus delato sibi iuramento tacto pectore more religiosorum de mera, & plena veritate dicenda, & quicquid inde sciuerit, dixit vt infra, & primo fuit

Interrogatus, se esso D. . . . ferito habbia in alcun tẽpo hauuto nemicitia con altri? *Respon. sic.*

Interrogatus, con chi? *Respon.*

Interrog. da quanto tẽpo in quà, & p qual cagione habbia hauto nemicitia cõ il detto D. *Res.*

Interrogatus, se voi l'hauete mai offeso, o minacciato con parole, o assaliato? *Respon.*

Interrogatus, chi sà questa vostra nemicitia cõ detto D. . . . *Respon.*

Interrogatus, come lo sà? *Respon.*

Interrogatus, ne volete giustitia di dette ferite contra detto D. . . . ò gli perdonate? *Respon.*

Interrogatus, fu solo, ò accompagnato detto D. . . . quando vi assaltò, & in che luogo? *Resp.*

Interrogatus, erauate armato voi, quando vi assaltò detto D. . . . ò senza arme? *Respon.*

Interrog. chi era presente quando vi minacciò, & quante volte vi minacciò detto D. *Respon.*

Interrogatus, chi fu presente, quando vi ferì detto D. . . . *Respon.*

Interrogatus, con che arme vi ferì detto D. . . . . & come lo conoscesti. *Respon.*

Interrogatus, che hora era all'hora, quando detto D. . . . vi assaltò. *Respon.*

Et poterunt Commissarij alias formare interrogationes iuxta responsiones ab ipso vulnerato factas super dictis generalibus interrogationib.

10 Aduertant tamen quòd huiusmodi vulnerati duplici ex causa assolent negare se nosse vulnerãtem, tum quia timent (forsan) ꝙ sibi inde deterius contingere possit, tum etiam quia intendunt proprias iniurias vlcisci, quod ita facile nõ possent, & sine proprio periculo facere, si detulissent nomina vulnerantium, vel percossorum: Iccirco a Commissariis maxima erit diligentia adhibenda, vt delinquentes huiusmõi (ẽt ab ipso vulnerato) notitiam habeant, *a* quod si id asse- *a Clar. vbi sup. q. 5. in princ.*
qui non poterunt, & videbitur sibi vulneratum prædictum nolle patefacere delinquentem, quia vindictã de per se de vulnerib. sibi illatis sumere intendit, bonum erit, vel præfatum vulneratũ ad carceres conduci facere, vel si qualitas personæ, vel vulneris id non permittat; illum in aliqua speciali aula sequestrare cum custodia omninò studeant Commissarij, ita vt arripere fugã nõ possit. *b* Sed si delinquens esset certus, vel ipsum manifestasset vulneratus, & timor subesset scãdali alicuius, tũc qui vulnera inflixit, si posset apprehendi, statim esset carceri mancipandus (si esset tamẽ infamatus de tali vulneratione p pr*ę*-

b Hercul. de caut. de non offen. c. 3. nu. 11.

Digitized by Google

uiam, & breuem ẽt oretenus captam informatioȇ) ne effugiat, & denuo statim post hmȏdi carcerationem plenius capiant contra ipsum informationem, vt infra suo loco dicetur, quãuis adhuc de delicto ipsius non constasset Cõmissarijs, a & ita obseruari de stilo in curijs vtriusq. fori Doctores asseuerãt, & quidẽ optima rõne, ne dũ Commissarij corpus delicti inuestigant, delinquens ipse impunitus euadat. b Facilius est enim captum liberare, quam liberum capere, & carceribus mancipare, c vt experientia rerum docet magistra. d Si vero nõ esset timor de fuga, capta informatione (vt infra suo loco dicetur) erit ille citandus ad personaliter cõparendum, vel saltem oretenus per actuarium vocandus ante Commissarios, vt infra. Et hæc sufficiant pro aliquali institutione procedendi ad inquirendum de corpore delicti permanentis, ꝙ per Commissarios potest cognosci sine alterius ministerio. e Sed si ea, quæ in iudicium deducuntur, essent quidem de delicto permanente, sed tamen nõ possent iudicari per Commissarios, eo qd non sint eorum professionis, prout exempli gratia, An virgo stu-
12 prata fuerit, an vulnus mortale sit, & sic de singulis: tunc ipsi Commissarij tenebuntur vocare ad se peritos in arte tali, pro recognitione talium factorũ permanentium, f. obstetrices, & chirurgicos, qui vulnera, pudendaq. inspiciant, ac deinde iure iurando volũtario interposito, vel, quod & tutius erit, præuio assensu obtento a iudice, seu gubernatore ciuitatis illius in scriptis, vt possint compellere laicos ad testificandum cum iuramẽto de ijs, quæ necessaria videbuntur, pro expeditione suæ commissionis, alias errarent, & depositio eorum esset nulla, si ipsi Commissarij essent regulares, exigerent iuramentum per vim, cum super eos laicos desit iurisdictio, & sic seruetur semper in examine laicorum, vel aliorum sibi nõ subditorum, alias punientur de vsurpata iurisdictione. Igitur tactis sacris scripturis ipsi laici cũ iuramento deponant. An adsit fractura in adolescentula, an vulnera, & vulnus sit mortale, nec ne. f Et notandum, ꝙ satis erit huiusmodi peritos super prædicta deponere de ipsorum credulitate, & iudicio, cum non teneantur præcisè de veritate talium testificari. Tamen Commissariorum erit ponderare qualitates personarũ hmȏdi peritorum, & depositiones eorum, vt talem fidẽ illis adhibeant, q̃ sibi præstare videbitur. g Cum sæpe contigat eos motos precibus aliorum fratrum, & consanguineorum ipsorum reorum nõ deponere, quod verè sentiunt.

a Clar. vbi sup. q. 4. in ver. quãdo vero.
b Clar. vbi su.
c Arg. in l. si Titio, & ibi Aret. in 5. not. ff. de lega. 1. & in l. fi. C. in quibus cau. rest. in integ.
d c. Quam sit, & c. cupientes, de elect. lib. 6.
e Clar. in prax. §. fin q. 4. ver. ha. autem, circa finem.

De forma procedendi in inquisitione, quãdo delictum est facti transeuntis, non relinquẽtis vestigia expressa post se, aut difficilis probationis. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Delicta facti transeuntis quæ dicantur.*
2 *Quando constare dicatur de corpore delicti facti transeuntis.*
3 *Commissarijs quomodo erit procedendum ad inquirendum, quãdo delicta sunt facti trãseũtis.*
4 *Commissarijs an semper opus sit inquirere de corpore delicti, antequam de persona delinquentis, & a quo abstinere debeant.*
5 *Commissarij poterunt inquirere cõtra suspectos, & procedere ad eos carcerandos, non solum in delictis facti transeuntis, verum etiam facti permanentis etiam sibi prius non constito de corpore delicti, si hoc suaserit cã rõnabilis.*

1 HAbitum sermonem de modo procedẽdi in inquisitione, quando delictum dicatur facti permanẽtis, meritò subsequitur sermo de mȏ procedendi in inquisitione, quando esset delictũ facti transeuntis, quorum vestigia remanere non solent, puta adulterium, percussiones, quæ fiunt manibus, pedibus, vel cum baculo sine liuore, iniuriæ verbales, blasphemiæ, minæ, & huiusmodi: h vel difficilis probationis, vt est furtum sine fractione arcæ, vel ianuæ, falsitas, corruptio iudicis, testium, & aliorum officialium, & hmȏdi, vel q̃
2 solo animo perficiuntur, tunc sufficit annotari in scriptis per notarium coram testibus indicia, & coniecturas ad faciendum constare de corpore delicti, & hoc sine difficultate procedit, quando aliunde super prædictis probatio haberi non possit. i In hac ergo specie delicti facti transeuntis Commissarijs erit procedendũ infrascripto mȏ: non enim erit necesse vti aliqua inuestigatione delicti, sed statim poterunt contra delinquẽtem inquirere, assumendo opportunas contra illum informationes. Attamen non idcirco, quod nos dixerimus, ꝙ non oportet, quod prius constet de cor-
3 pore delicti, ipsis commissarijs sit prohibitum sumere informationes super delictis cuiuscunque generis, sibi quoquo modo ad notitiã deductis. k Habent enim ipsi Reuerendi Commissarij liberam facultatem, accepta querela, vel denunciatione iudiciali, testes examinandi, aliasq. quascunque inuestigationes faciendi, vt delictũ, &
4 delinquentes reperiantur. Abstinere solum ipsos monemus, ne præsumant, antequam de corpore delicti iuxta superius tradita constiterit, aliquem inter reos recipere, & constituere, seu tanquam reum examinare. l Quinimmo aliquando
5 non solum in delictis facti transeuntis, sed etiam in ijs, quæ facti sunt permanentis, licebit illis in continenti habita notitia, quod aliquod delictũ perpetratum fuerit, si periculum fuerit in mora, vel aliqua subsit iusta causa (quæ animum eorum moueat contra suspectos) ad capturam deuenire, vel aliter prouidere, ne ipsi rei arripere fugam possint, quamuis tunc de delicti corpore nõ plenè constaret, & talẽ normã videmus quotidie curias Episcopales, & seculares obseruare, & quidem merito, ne dum Commissarij inquirere inchoauerint de corpore delicti, delinquentes fugam arripientes delusum iudicium, & Commissarios derelinquant; facilius .n. erit carceri mancipatum liberare, quam liberum ad carceres deducere, (vt experientia rerum magistra semper docuit.) m His ergo peractis recipiant Commissarij depositiones testium, qui interfuerunt prædictis indicijs, & cõiecturis, vt de ipsis aliquo mȏ constet in iudicio apud acta, vt dici verius possit constare de corpore delicti facti transeuntis, & hæc erunt memorię imprimenda ab ipsis Reuerendis Commissarijs. n

h Clar. in prax. § fi q. 4. in ver. Quando vero.
i Gand. in tit. de Præsum. & indit. indubita. col. 2. in 6. ver. aliud ẽt notatu dignum. Boss. ĩ prax. tit. de actibus n. 29. et seq.
k Clar. vbi sup. ver. scias tamẽ & in ver. quãdo vero. ib. statim igitur.
l Clar. vbi su. q. 5. in princ. & in ver. sed hic incidenter.
m Clar. vbi su. in q. 4. ver. quãdo vero.
n Arg. in l. si Titius, & ibi Are. in not. 3. ff. de legat. 1. & in l. fi. C. ĩ quib. cau. sis rest. in integr. & in cap. Quam sit, et c. Cupientes, de elect. lib. 6.

De forma procedendi ad inquirendum de corpore delicti facti non permanentis, nec transeuntis, sed dubij, scilicet quãdo in aliquo facto ignoratur, an interuenerit scelus, nec ne. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Cõmissarij quomodo procedent ad inquirendũ de delictis dubijs, & q̃ delicta hic dicãtur dubia.*
2 *Forma interrogãdi testes super d. facto dubio.*

3 *Forma*

3 *Forma subscriptionis testium examinatorum traditur.*
4 *Si signa veneni porrecti appareant in cadauere, an sēper quis veneno necatus dicē dus erit, et quare.*
5 *Cōmissarij faciant annotari omnes maculas repertas in corpore eius, q. dicitur veneno interijsse.*
6 *Forma, et norma procedendi in inquirendo de tali delicto veneni dubio traditur ipsis Cōmissariis.*
7 *Interrogatoria opportuna facienda a Cōmissariis tam medicis, quam aliis testibus examinandis super dicto facto.*
8 *Ratio redditur, quare super dicto facto dubio testes sint accuratissimè examinandi.*
9 *Commissarii quid facient, si post huiusmodi accuratam inquisitionem non possent de iure aliquē habere suspectum de porrectione potus, vel cibi veneno mixti.*

1 QVando facta quomodolibet ad Commissarios, vel indices ordinarios delata essent dubia, an in ipsis adfuerit, necne dolus, & scelus, vt puta aliquis in puteo mortuus inuentus est, & dubitatur, an casu in eo cæciderit, *a* vel sponte in eum se proiecerit instigāte diabolo propter impatientiam, & grauem infirmitatem, vel desperationem, vt sæpe etiam tēpestate nostra contigisse audiuimus, vel quod ab aliquo violentè fuerit proiectus, statim Iudices accuratissimè de veritate facti inquirere tenebuntur, & testium depositiones in scriptis recipere cum iuramento vt ad veritatis facti cognitionem tali pacto randem deueniri possit; Tali ergo, vel simili forma vtendū, & sigillatim testes examinandi sunt super infrascriptis.

a Cla. in prax. §. fin. q. 4. ver. Quando vero.

Die...

2 D... ætatis.... dignitatis.... coram Reuerendis Commissarijs in testem vocatus, & medio eius iuramento de dicenda mera, & plena veritate, & quid quid inde sciat de infrascriptis, & fuit examinatus pro informatione curiæ.

Interrogatus, s'esso testimonio conosce D... qual'è stato trouato morto nel pozzo quel di... *Respondit.*

Interrogatus, da quanto tempo in quà lo conosce. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto D... morto hauea inimicitia con alcuno. *Respondit.*

Interrogatus, qual era la causa della inimicitia fra loro. *Respondit.*

Interrogatus, quanto tempo detta inimicitia durò fra quelli. *Respondit.*

Interrogatus, se altri hanno saputo la detta inimicitia, & la causa d'essa. *Respondit.*

Interrogatus, come sà esso testimonio, che li nominati da lui sapeuano detta inimicitia, & la causa d'essa. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto morto patisse di humori malinconici, & grauemente. *Respondit.*

Interrogatus, se sà che patisse d'altri mali grani, & quali erano quelli. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto D... morto si sia lamentato, che il diauolo gli apparesse, & in qual forma, ò che gli venia pensiero d'ammazzarsi da se. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto D... hora morto solesse imbriacarsi, & quante volte, & come esso testimonio lo sà. *Respondit.*

Interrogatus, se si lamentasse alcuna volta detto D... morto, che alcuno lo minacciasse di dargli la morte, ò ferite, ò bastonate, & di qual persona in particolare. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, ò hà inteso, che detto D... morto stesse mal volontieri in Religione, ò in spetie in quel monasterio, & della Cagione, & come lo sà. *Respondit.*

Interrogatus, se ha veduto alcuna volta detto D.. morto alienato da se, stolido, & come mat to andar per monasterio, ò per Chiesa, ò piazza. *Respondit.*

Interrogatus, qual'atto in spetie facea questo D... hora morto, per lo quale si mostraua fuo ra di ceruello, & quante volte gli hà fatti. *Respondit.*

Interrogatus, in presenza di chi fece D.... morto tali atti per voi hora raccontati. *Respon.*

Interrogatus, di qual morte violenta sia morto detto D... data da lui stesso, ò d'altri. *Resp.*

Interrogatus, qual'è la cagione, che crede, che detto D.... sia stato buttato d'altrui. *Respon.*

Interrogatus, di qual persona in spetie lui creda, che sia stato buttato d'altri nel pozzo detto D... & per qual cagione, & se sà, che l'habbia inteso, che ciò altri credano. *Respondit.*

Interrogatus, come voi sapete, che D.... crede che il detto D... sia stato così buttato nel pozzo. *Respondit.*

Interrogatus de causa scientiæ, de loco, & tempore dixit vt supra, &c.

Et cum hæc depositio per eūdem testem fuisset perlecta ad verbum in fidem veritatis propria manu se subscripsit.

[Io D... hò deposto quanto di sopra, & in fede della verità mi sono sottoscritto di mia propria mano.]

3 Hæc norma erit semper seruanda in subscriptione cuiusq. testis examinati ad maiorē cautellam, & ad obuiandum cauillationibus testiū, de quib. habetur per doctores in cap. Quoniam contra, de probationibus.

His, & alijs interrogationibus congruentibus peractis, prout ex eorum responsionibus elici vi debitur Commissarijs, cum in hoc regula certa dari non possit.

4 Idem erit agendum, quādo fuisset delatū aliquem interijsse veneno, ac præ se ferre signa veneni diceretur: cū non semper hoc cōtingat per causam extrinsecam, s. per sumptum potum, aut cibum veneno admixtum, verum ēt per corruptionem aeris, vel humorum corruptionē, vel alia de cā ingenitū *b* ex quibus experientia rerum magistra, & medicorum cōsultatione posse contingere in corpore malè affecto signa veneni dicimus: & sic pariter homines interijsse, sicut ex

b Boss. in sua prax. tit. de delict. num. 5.

5 potu, vel cibo venenato. Et ante oia iubeant ipsi Commissarij ab actuario annotari oēs maculas sigillatim secundum earum quantitates, qualitates, & situationes, quę respersæ reperiuntur in tali cadauere corā testib. saltem duobus: quos postea examinabunt cum iuramento, depositiq. de eis prout viderunt iuxta formam traditam supra *c* dum sermo haberetur, de mō procedendi de

6 facto permanente, puta homicidio. Quapropter Commissarijs Deum timentibus erit postea accuratissimè inquirendum de cā talis mortis poteruntque cadauer ēt humatum iubere extrahi & vocare medicos, & eos interrogare modo, & forma subsequenti, vel simili, prout ex relatione sibi facta a medicis poterit elici, & ipsorum cada uerum inspectione, & exhibito iuramento, eos tali forma, vel simili interrogabunt, & eorum depositionem scribant in actis, videlicet.

c In c. 4. præsen tis secunda par.

7 Constitutus Excellens D... artium medicinę Doctor ętatis.. & medio (stante facultate Reuerendis Commissarijs indulta a Domino.... Guberna-

bernatore ciuitatis) eius iuramento de mera, & plena veritate dicenda, & quicquid indefecinetur: vel si Commissarij essent delegati ab Episcopo in sua dioecesi contra clericos: tunc non requireretur huiusmodi delegata iurisdictio, quoniam hoc possent virtute suæ commissionis: & primò fuit

Interrogatus, se esso testimonio hà conosciuto detto D.... morto quando era viuo, & da quanto tempo in quà. *Respon.*

Interrogatus, se conosceua la sua complessione, ò l'habbia medicato. *Respon.*

Interrogatus (ostensa macula, quæ erat in gula, in brachio, in scapulis, & sic de singulis nominando loca ipsarum) se esso testimonio può giudicare per mezo della sua arte, & esperienza, da qual cagione possino esser state cagionate tali macchie, & risponda specialmente sopra ogn'una di quelle. *Respon.* quella, che hò veduto nella gola di D.... io giudico che sia stata cagionata... & quella che è nel braccio...

Interrogatus de causa scientiæ, de loco, & tempore dixit, vt supra.

His ergo peractis aduocentur testes alij, qui possent nosse melius complessionem dicti defuncti, & interrogabuntur taliter.

D.... ætatis... dignitatis.... testis vocatus, & medio iuramento, vt supra, fuit primò

Interrogatus, quanto tempo è, che stà in quel monasterio, ò in questa Città (quoad laicos, & clericos seculares.) *Respon.*

Interrogatus, se ha conosciuto D... hora morto. *Respon.*

Interrogatus, se sà se fosse huomo sano, ò infermo, & di che infirmità. *Respon.*

Interrogatus, s'era persona allegra, ò malinconica. *Respon.*

Interrogatus, come lo sà. *Respon.*

Interrogatus, se sà che D.... hora morto hauesse colera con alcuno, ò che alcuno si fosse lamentato di lui di cose graui. *Respon.*

Interrogatus, come sa che D... gli fosse poco amico, & per qual causa. *Respon.*

Interrogatus, se sà che alcuno l'habbia minacciato di vendicarsi di lui. *Respon.*

Interrogatus, se sà, che il giorno innante che detto D... cascasse ammalato, mangiasse qualche cibo dannoso, & poco sano. *Respon.*

Interrogatus, se si ricorda chi lo gouernasse, dopò ch'era ammalato, & gli portasse da mangiare, & in presenza di chi. *Respon.*

Interrogatus, se sà, ò ha inteso che dopò mangiare subito, ò dopo due, ò tre hore, ò vn giorno, se gli aggrauasse l'infermità, & vomitasse. *Resp.*

Interrogatus, se sà, ò ha vdito, di qual colore era quella cosa, che vomitò. *Respon.*

Interrogatus, se sà, ò ha vdito che detto D... hora morto repentinamente dopò mangiare, ò beuuto il sciroppo, ò vino, si sentisse male al cuore, ò alla bocca del stomacho, & gli venisse vomito extraordinariamente. *Respon.*

Interrogatus, se sa che detto vomito fusse stato mostrato al medico. *Respon.*

Interrogatus, chi mostrò tal vomito al medico, & in presenza di chi. *Respon.*

Interrogatus, se sà esso testimonio, ò hà inteso di qual morte sia morto detto D.... *Respon.*

Interrogatus, da chi l'ha inteso, & in presenza di chi. *Respon.*

Interrogatus, che ne crede lui di tal fama sparsa. *Respon.*

Interrogatus, da qual cagione è mosso esso testimonio a creder questo. *Respon.*

Interrogatus, de causa scientiæ &c. & faciant testem subscribere, vt supra, & sic examinent quotquot verisimiliter, & veridicè possent deponere de tali facto dubio proposito hic.

8 Diximus supra dictis interrogationibus fore interrogandos testes, quoniã ex circũstantiis cõtentis in ipsis possent duci Commissarij ad cognitionem veritatis, *a* & per consequens cognoscere, an huiusmodi mortis causa fuerit dolosa porrectio alicuius rei veneno admixtæ, vel proprijs ipsius defuncti humorib. malè affectis. Nã his (quæ inuestiganda diximus) omissis, nõ possent ipsi Commissarij ad dicti dubij facti perfectam notitiam deuenire, ad quam faciendam tacitè Sanctus Ioannes Chrysostomus super Matthæũ nos hortatur, cuius sententia fuit meritò canonizata. *b* Sed si ex tam acuratissima inuestigatione, & dictis depositionib. Commissarijs 9 scelus abesse quomodolibet constiterit, nullo pacto erit ipsis progrediendum: quoniam in tali casu processus silere deberet, ne aliquis innocẽs grauetur, saltem in fama, prout è contra si quæ ex dictis informationibus resultarent indicia ad vlteriora acuratissimè eis erit procedendum, prout hodie communiter obseruatur.

a Bossius in Pra xi tit. de Delictis, num. 8.

b In c. Occidit, 23. q. viij.

De forma vniuscuiusque tituli inquisitionis tam generalis, quam specialis, tam ad instantiam partis, quam ex officio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio quotuplex sit, quotupliciter inquisitores assoleant inquirere de criminibus.*
2 *Inquisitio fieri ad instantiam partis, quando dicatur.*
3 *Inquisitio ad instantiam partis quotupliciter contingat fieri.*
4 *Inquisitio ex officio quotupliciter contingat fieri.*
5 *Cõmissarij inquirere tenebuntur de corpore delicti.*
6 *Forma tituli inquisitionis generalis faciendæ ex officio traditur.*
7 *Forma tituli inquisitionis specialis ex officio faciendæ traditur.*
8 *Forma tituli inquisitionis specialis faciendæ ad instantiam partis assignatur.*

SVpponendo innumera, quæ attulimus de materia inquisitionis generalis, & specialis in nostra praxi canonica criminali, breuitati studentes asseremus solum necessaria scitu pro institutione iuuenum. Sciendum igitur, quod cum 1 duplex sit inquisitio scilicet generalis, & specialis, & dupliciter contingat iudicem descendere ad inquirendum de aliquo scelere admisso, s. ad instantiam partis, & ex officio: ut ad instantiam 2 partis inquisitionem fieri dicẽdum erit, quando aliquis offensus fuerit, vel aliquo pacto ex delicto pepetrato detrimentũ passus fuisset in propria persona, vel in bonis proprijs, aut in personis suorum, vel bonis suorum, vel rebus suorum, vel publicis, vel per delicta, quæ accusari possunt ab omnibus, & ex huiusmodi partis instantia aliquando iudex procedit per inquisitionem generalem vt puta, si corpus delicti appareat, promotor verò inquisitionis ignorat auctorem, vel complices, ipse promotor tamen obsecrat inquiri de auctoribus

Ali-

Aliquando verò procedit ad inquisitionem specialem ad instantiã partis: & tunc dicitur, quando, scilicet, promotor ipsius comparet coram iudice conquerens contra aliquam specialem personam cum notula testium examinandorum contra illum in ipso processu informatiuo. Aliquan
4 do verò ipse iudex, non ad instantiam alterius inquirit, sed ex propr. officio suo, & hoc dupliciter contingere assolet. Nam aut ad inquirendũ mouetur ex insinuatione, & fama orta contra omnes habitantes in aliqua ciuitate, vel monasterio, contra quos fuisset orta fama de dilapidatione bonorum ecclesiasticorum, vel machinatione contra principem, vel prælatum, & huiusmodi: & dicta fama contra aliquem in specie non orta fuisset; tunc tenebitur ordinarius *a* per se, vel per delegatos Commissarios procedere ad inquisitionem generalem formandam, exhibendo iuramentum testibus interrogandis de omnibus preter occulta, vt infra suo loco dicemus. Præmissa tamen aliquali probatione dictę infamiæ ad hoc, vt constare possit Iudici de dicta infamia, quoniam aliàs corrueret *b* processus, vt copiosissimè diximus, & probauimus in nostra praxi eodem titulo. Si verò fama *c* orta sit contra speciales personas, & contra illas eadem forma vti debebit, descendendo ad locum, vbi dicatur talem deliquisse: & inquirat primò de corpore delicti modis, & formis traditis in præcedenti capitulo quarto per totum; inscribendo infrascriptum titulum, vel similem, in qualibet specie inquisitionis, vt infra. & animaduertant Commissarij, quod si ex deductis in inquisitione generali emanant indicia contra aliquos personas speciales, tunc poterit legitimè inquirere contra il-
5 las personas specialiter nominatas, nollo alio nouo processu formato iuxta stylum omnium curiarum hac nostra tempestate: & merito ne delicta aliquo pacto inde punire celeriter impediantur, in graue detrimentum boni publici, quod ex punitione scęlestorum hominum insurgere cõtingit, experientia teste.

a c. Qualiter, & quando el 1. ext. de accus. & ibi per Doct.

b Clar. in prax. §. fin. q. 5. ver. suas etiam de iure communi. c c. Qualiter, et quando el 2. ex de accus. & ibi per Doct.

Forma tituli Inquisitionis generalis ex officio facienda.

6 Hæc est inquisitio, quam intendunt facere R. D.... & R. D.... Commissarij etsi inquisitor est ordinarius, dicat (R. D.... & iodex ordinarios monachorum huius monasterij S....) vt supra specialiter destinati ad inquirendum, de & super crimine.... quod perpetratum dicitur in hoc monasterio, cuius author adhuc ignoratur. Vel si ordinarius est episcopus, & ipse vel eius Vicarius voluerit inquirere per se, vel delegatos, mutet supradicta verba mutanda: & sic dicimus de infrascriptis aliis formis.

Forma specialis Inquisitionis ex officio facienda.

7 Hæc est inquisitio specialis, qua intendũt &c. De & super crimine.... perpetrato in monasterio præsenti in graue damnum D.... quæ inquisitio fit.

Forma tituli Inquisitionis specialis ad instantiam partis.

8 Hæc est inquisitio specialis, quam ad instantiam D..... intendunt facere, &c. vt supra, super crimine.... perpetrato in præsenti monasterio to graue damnum ipsius promotoris.

De Inquisitione. Cap. VI.

SVMMARIVM.

2 *Inquisitionis nomen ambiguum, quia duplex est, præparatoria, & solemnis.*
2 *Inquisitionis solemnis, & præparatoriæ discrimen.*
3 *A visitatoribus, quæ oratio habenda.*
4 *Visitatores oratione facta cum ad ecclesias proficiscantur, perquirant pertinentia ad diuinum cultum.*

1 INquisitionis vis, atque notio latius patet, quam præsens negotium exposcit. Ideoque, quæ minus sunt necessaria, omittemus, ac bipartita eam ratione distrahimus. Nam altera quidem ordinaria, siue præparatoria appellatur, altera verò solemnis: ita Specu. tit. de inquisitione, §. 2. num. 9. Plurimom quoque inter se differunt.
2 Illa enim viendum est, cum Prælatus suam, vel Diœcesim, vel Cœnobium, vel totam familiam, (vt Visitatores solent) visitandi gratia perlustrant, vt adnotauit Spec. in tit. de inquisitione, §. 2. nume. 6. & cauetur in cap. Romana, §. sane, de censi. in 6. & cap. placuit, 10. quæst. 1. Franc. de Aretio in cap. qualiter, & quando, el secondo, in 4. col. de accusat. Panorm. in cap. primo, de officio ordin. & hæc, aut de multis, aut de singulari persona instituitur, & nulla præcedente forma potest institui: Posterior autem nisi illa percrebuerit, vsurpanda non erit. Præterea in illa non modo de maximis, verum etiam de leuioribus criminibus perquisitio facięda est: in ista grauiorum tantom scelerum ratio habenda est. Ad extremum ibi de veritate aperienda in his, quæ ad instaurationem ecclesiæ cum in membris, tũ in capite, attinent, iuramentum a testibus non extorquetur, ex cap. olim, de accusat. & ex Spec. in tit. de inquisitione, §. 2. nu. 13. hic, & iuramentum exhibetur, & c. de quibus inquisitio institui debet Panorm. in cap. qualiter, & quando: sequitur Hostien. ibidem. Sed qoamquam prioris generis inquisitio ad præsens non attineat institutum, nisi vt Visitatorum munus deposcit, pauca tamen erunt a nobis explicanda. Primo namque vbi ad Cœnobium visitationis causa ij venerint, vt nostris institutis capitulis: Quomodo visitationes fieri debent, explicatur, ac decernitur in cap. ea quæ. de statu monachorum. Declaratur verò a Speculatore in tit. de inquisitione, §. secundo, & tertio: ita exordium sument.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Anno ab eiusdem Saluatoris ortu N. die N. mense N. Mandatis a generalibus nostris Comitijs celebratis in Monasterio N. susceptis de monasteriorum visitatione cisappennidorum, vel N. a nobis facienda, nos ipsos contulimus in Monasterio enim vt quod erat nobis munus impositum, exequeremur: sub Pontificatu Sanctissimi Domini nostri Pontificis summi N. hac ratione visitationem instituimus, vt sigillatim inferius descriptum fuerit. Deinde exhortationem habebunt ad scelera, & peccata vitanda, honestaque persequenda, coactis in Capitulo fratribus hac, vel a-
3 lia ratione. Ea est fratres imbecillitas humani animi diuino munere destituti, vt in summa totum ignoratione, vitęque prauitate versari cogatur, nisi opitulii alicuius institutoris opera, deterreatur a malis, ad honestas, rectasque actiones excitetur. Quocirca, sanctissimè quidem, ac prudentissimè ij, quibus fideles rectis legibus, pro-

Die......

Cum Reuerendi Commissarij audissent à
D....& à D.....&c. quod ipsi denuntiauerint in
scriptis Reuerendo Patri Præsidi, vel Generali,
15 aut Capitulo generali, vel dietæ, seu Concilio
prouinciali nonnulla crimina contra D..... hoc
ipsi noo sua sponte, sed iussu Reuer. P. D.... eius
Prælati, & non propria voluntate fecerint, ac
perinde se non teneri ad illa probanda iudiciali
ter. Idcircò ipsis Reuerendis Commissarijs visũ
fuit iustitiæ consonum in ius vocare ipsum R.
P. D... eorum Prelatum, & interrogare de dicto
iussu, & de infrascriptis alijs. Quapropter cum
dictus R. P. D... coram ipsis Reuerendis Com-
missarijs vocatus, se præsentasset præuio ei exhi
bito iuramento de mera, & plena veritate dicen
da de intrascriptis, & quicquid inde sciret, pri-
mo fuit interrogatus, videlicet.

Interrogatus, [se sua P. R. sà che alcuno suo
monacho, ò commesso habbia à se, ò ad altri de-
nuntiato qualche peccato cootra alcuno, ò con-
tra] D..... Respondit.

Interrogatus, [come questo sà sua P. R.] Re
spondit.

Interrogatus, [se hà comandato à D. ... & à
D.... che li denontiassero in scritto le cose nota-
te in dette denuntie loro] Respon.

Interrogatus [qual fù la cagione, che ciò co-
mandò alli sudetti.] Respon.

Interrogatus [che ne fece V. P. R. poi di det-
te denuntie.] Respon.

Interrogatus, (ostensis singulis denunciatio-
nibus quarum principium est) molto R... &
finis, Dal monasterio ... li di ... io. D. ..) se sua
P. R. sà che queste siano le dette denontie, che
comandò, che facessero li detti monachi denon
tiatori. Respon.

Interrogatus [se sà che dette denontie siano
state scritte di mano di detti denontiatori, &
come lo sà.] Respon.

Interrogatus, [se sua P. R. crede, che sia vero
quanto si contiene in dette denontie.] Respon.

Interrogatus, [perche esso come ordinario nõ
hà proceduto ad inquirere sopra le cose denon
tiate gli; per poter poi, come l'obligo suo era, ca-
stigare li malfattori ritrouati, ò gli denonciato-
ri ritrouati falsarij.] Respon.

Interrogatus de causa scientię, &c. & faciant
eum subscribere forma supra sæpius tradita.

His peractis animaduertant Commissarij sa-
pientiam Danielis in examinando denunciato-
res inuoluntarios, vt omnino diuidantur. Qua
propter post examẽn vniuscuiusq. eorum, illum
16 egredi monasterium illud iubeant, ipsum desti
nando in alio, vel in aliqua monasterij possessio
ne, donec huiusmodi denunciatores inuolunta
rij deponant plano in iudicio cum iuramento,
& ut nullus eorum possit alteri communicare
depositionem propriam, & interrogabitur, quis
que ipsorum sigillatim de qualibet circumstan-
tia criminis delati, & non solum, prout ipse de-
nunciauerat, uerum ẽt de alijs pertinentib. ta-
men ad idem crimen, ut inde possint cognosce
re Commissarij fallitatem, uel ueritatẽm dictæ
eorum denunciationis.

Quibus omnibus riè, & rectè exequutioni
mandatis nocent in ius denuntiatores uolunta
rios: uel si ex se ipsis comparuerint, erunt sigilla
tim audiendi intra terminum sibi assignatum,
qui comparentes poterunt uti tali, uel simili for
ma uerborũ in scriptis præsentanda manu eo-
rum propria, si fieri poterit cõmode, uidelicet.

Comparet D...... coram Reuerendis Com-
missarij exponens, quod cum die ...... fuisset si-
bi iussum a Reuerendis paternitatibus uestris,
ut infra terminum dierum ..... deberet com-
parere ad producendum quicquid haberet in
17 probationem suæ ueridicæ denunciationis fa-
ctæ coram ipsis ... contra D..... de, & super
eius admisso crimine, scilicet, quod ipse fecerit
.... Qua propter modo comparens præsentat
articulos, & nomina, & cognomina ipsorum te
stium, super quibus erunt examinandi tam su-
per corpore delicti, quam super persona delin-
quentis (nomina uero testium erunt subscripta)
producit, & præsentem scripturam ad idipsum
probandum. Qua propter petit omni meliori
modo, cum omni (qua decet reuerẽtia, sibi sub-
ministrari iustitiam contra denunciatos proce-
dendo ad ipsos puniendos, alias protestatur de
iniustitia sibi administranda, (& omnino dicat
cum Reuerentia, &c. alias posset puniri a Iudi-
ce, seu Commissarijs pro irreuerẽn protestatio-
ne facta) & ita petit sibi, & bono communi to-
tius congregationis, uel ordinis ipsius comparẽ
tis prouideri iito, & omni alio meliori modo,
&c. Nomina testium sunt, uidelicet. D .... D.....
D. .... &c.

18 Et ipsi Commissarij pręcipiant actuario ipsã
petitionem admittere si, & inquãtum, & super
dictum petitionem faciant describi subsequen-
tia uerba, uidelicet, Die.. Anni... fuit præsen-
tata pręsens petitio per manum D...... & a
Reuerendis Commissarijs fuit admissa, si, & in
quantum, &c.

Et hęc omnia erunt pręmittenda a Commis-
sarijs procedentibus ad inquirendum (antequã
19 incipiant inquirere de corpore delicti) ad instã-
tiam partis, uel propter denuntiatores uolunta-
rios, & etiam inuoluntarios, cum de utrisque di
ctum fuisset; sed si ex off. Iudex ordinarius inqui
reret, uel committeret inquisitionem; tunc inci-
piant per se capere informationes prius de cor
pore delicti, quam inquirant contra personam
delinquentis modo & forma infrascripta; sed si
ex off. ordinarij Iudicis, seu generalis ordinis,
seu Congregationis alicuius excitato ex clamo-
re secularium, uel euidentia facti ad aures ipsius
delati ipsi Commissarij fuissent destinati ad in-
quirendum, tunc poterunt procedere, ut infra
statim dicetur.

De Denunciatione, & eius partitione, & Differentijs. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio alia fraterna, alia iudicialis.*
2 *Denunciatio fraterna trinam monitionem requi rit, secus est de iudiciali.*
3 *Denunciationis Euangelicæ necessitas cessat, emẽ dato fratre.*
4 *Pertinacia accusationis partes sustinet*
5 *Crimen cum probari non potest, non est iudicia- liter denunciandum.*
6 *Crimen, quod vergit in publicam perniciem; vel in tertiæ personæ incommodum, denunciari potest.*
7 *Vnus testis omni exceptione maior facit semiple- nam probationem.*
Denunciatio iudicialis, etiam fratre emendato, perseuerat ad vindictam.

Tertiã,

Digitized by Google

Tertia, ac postrema iudiciorum ratio est De
1 nunciatio. Estque hæc ipsa bipartito modo disiuncta. Vna fraterna, sine euangelica nuncupatur; Altera verò iudicialis. De prima dictũ est: Si peccauerit in te frater tuus, corripe, &c. De secunda eodem in loco habet Euangelium: Si te nõ audierit, dic Ecclesiæ, quę verba eo spectant, (vt Doctores asserunt) vt Prælato ad fratris emendationem denunciatio fiat. Pluribus autem nominibus hæ differunt. Primum fine. Etenim Euangelica ad fratris emendationem spectat, iudicialis vero ad ipsius temperatã vindictam. Deinde ex impellente. Nam prima charitatis ex fonte manat. Secunda verò, ex iustitiæ zelo proficiscitur. Postea præstare primam generaliter omnibus necesse est. Extat enim ore omnium trita sententia, quod vnicuique de suo proximo mandauit Deus. At secunda eorum tantum est, qui sua id referre iudicant. Demum prima suo ordine, ac
2 ritè non fieret, nisi trita monitio antecederet. In secunda semper ea necessaria non videtur. Innoc. & Doct. in cap. nouit, de iudic. Adde et,
3 quod illa fratre emendato cessat, nisi cõtumax esset: vt neque Prælati tanquam Patri crimen fateri vellet, cum probabiliter timere minimè posset, ne ad eius vindictam, vt iudex progredi Abbas decreuisset. Talis enim peruicax homo potest ad causam dicendam cogi, & iudicio su-
4 bijci; Si quidem eiusmodi peruicacia accusationis partes egregiè sustinebit. Quod fanè animaduertant Prælati: erit enim satis efficax ad petulantiam coercendam remedium. Ex Soto lib. 5. de iustit. & iure, quæstio. 6 articul. secundo, ac ibi asseritur peruicacem illum posse ad aperiendam veritatem compelli, communiter ex saoĉto Doctore, secunda secundæ, quæstio. 33. & Caietano ibi, & Petr. de Palude in quarto Sententiarum, distin. 19. Quamquam id omne, duobus limitibus intelligendum esse ijdem dicunt.

5 Primum, si adhibitis testibus in secreta monitione, contumacia probari potest. Deinde si emendandi fratris locus aliquis superest. Nam si duo illa non adsint, à iudicio abstinendum est, idque si peccatum priuatum est. Nam si
6 scelus in perniciem publicam, aut in tertię personæ incommodum serpit, vtcunque frater non emendetur, ac potius in turpiora delabatur, & boni publici euersio consequatur, tum iudicio velit, nolit, subijciatur, ac in eum inquisitio intendatur. Cuius quidem ratio est, quòd cum sit monitus inter duos testes, is, qui adhortationem adhibuit, ac si esset tertius, valebit, vt habetur in capit. in omni, de testamentis.

7 Cum vero omni fit is tertius exceptione maior, vim semiplene probationis, eam adhortationem habere grauissimè, & pertitè Sotus sentit. Sed iudicialis denunciatio vsque ad vindictam manet, atque persistit, vt bene docet Speculat. in tit. de denunciatione, §. primo.

Modo de eorum forma videamus, atque etiam quid discriminis inter eam, & accusationem intersit.

De forma Denunciationis, & Accusationis, quodque sit inter eas discrimen. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio, & accusatio in duobus differunt, & num. 5*
2 *Denunciatio iudicialis tribus modis fit, & deficiens, qua pœna puniatur.*
3 *Denunciatio sola sine infamia, uel indicijs expressis non inducit inquisitionem.*
4 *Repulsi ab accusatione, & a denunciatione Canonica repelluntur.*
6 *Forma denunciationis Euangelicæ.*
7 *Forma denunciationis iudicialis.*

Denunciatio, quæ causa doctrinæ iudicia-
1 lis nomen tulit, bipartito discrimine ab accusatione differt, & quidem in accusatione criminis probatio requiritur, vt 2. q. 3. ferè per totum, in denunciatione vero plerumque necessaria non est, ita Doct. communiter in cap. quod super his, de accus. licet Iuris periti omnes senserint, non facile eiusmodi denunciationes admittendas; quod sceleratorum hominũ genus extat: quod vt negotium alijs acerbissimum tutè exhibeat, accusationem quidem prætermitrit, ne parem pœnam, si probationem non præstiterit, cogatur soluere: ad denunciationem autem, vt suæ prauitatis asylum, confugit. Itaque nisi homo denuncians spectatæ fuerit probitatis, atque vitæ, non debet iudex eius sermone moueri, ac ad inquisitionem procedere, ita text. in cap. repellantur, de accusat. c. si peccauerit. 2. q. 1. Speculat. in tit. de Denunciatione, §. 1. in princ. Potest autem tripartito de-
2 nunciatio fieri. Primo ad iudicis munus, & officium excitandum, tenens denunciator probandi onus, atque ad finem vsque denunciationem prosequendi. Et hic quidem partem (vt aiunt) in iudicio minime sumit. Verum iudex proprio suo munere, inquisitionis peragendæ rationem comparat. Panor. in cap. cum oporteat, de accusat. At plerumque denunciatio in eo versatur, vt incõmodi sui, atque Reipub. rationem quis habeat: eaque ad finem vsque prosequi consilium est. Ac tum ea omnia & facere, & præstare obstringitur, quæ ad accusatorem spectabant. l. l. §. incidit. ff. ad Turpillian. Bal. in l. per hanc, C. de temp. & repar. appellat. Quare qui apud nos ita denunciandi officium explent, aut literas ad Regiminis, vel Capituli Patres scribunt, vt testes proferant, iudicemque molestius excitent, atque adeo vrgeant: hoc secundo loco habendi sunt, neque vereri, quin si legitimas probationes egregiè non præstent: Talionis (vt aiunt) pœna plectentur, quo sic à calumnijs, ac maledicis literis, falsisque denunciationibus facilius se temperent. Animaduerto præterea per se quidem
3 denunciationem ad instituendam perquisitionem non valere, nisi aut fama præcedens, aut expressa indicia accedant, cap. licet Hely, de simonia. quo loco narratur Abbatem quibusdã de criminibus denunciatum à monachis: nihilominus scelerum inquisitio, quod infamia nõ præcesserat, locum non habuit, consensit Bald. in l. ea quidem, C. de accusat. ac Host. in c. qualiter, & quando, el primo, de accus. Quæ quidẽ sen-

Digitized by Google

sententia mihi magnopere probatur:cum nostris temporibus detractorum, ac petulantium vitus actius sespit,& numerus exaugetur,ac præcipuè in eos, qui præclari alicuius muneris dignitate præfulgent. Demum eiusmodi denunciatio tūc quidem legitima, & suis omnibus lineis absoluta censenda est, cum trina antecesserit monitio. Assentitur Specu.in titu. de Denunciatione, § 1. addens, quod ij, qui ab accusatione iure repel-
4 luntur, à denunciatione quoque arcendi sunt. Nam accusatio,& denunciatio canonica eodem loco habenda est. Andr.de Isern.in constit. literas.Salic.in l.ea quidem,C.de accusatio.Ange.in tractatu malefic.in versic. necnon ad denuncian.&c. Siquidē perditi, ac criminosi homines, aut infamiæ nota fœdati, qui sui ipsorum curam integrè non habent:qui fieri potest,vt alienæ salutis piam solicitudinem gerant? Atque hæc est prima Denunciationis ratio. Altera verò est, cū Ordinatij iudices habent in remotis regionibus suos promotores, ad quorum profectò denunciationem inquisitio potest constitui. Differunt
5 secundò, quòd seueritas pœnarum ex denunciatione non infligitur. At ex accusatione accuratè seruanda est. Idque ex vtrarumque diuerso fine colligitur;altera enim emendationem fratris,altera vltionem poscit. Nunc forma,& earū quasi facies suis est coloribus depingenda. Ex Spec.in tit.de inquisitione.

Forma Denunciationis Euangelicæ.

6 Reuerende Pater, charitate impellente, & quo maximè possum zelo ductus, tibi, vt Patri denuncio,quomodo D. N. contra regularia instituta carnibus vescitur,in sui ipsius perniciem, & fratrum offendiculum. Quare vt eius consulas saluti,aliorumque offendiculo,piè corripiendum censeo.Ego enim,(vt Saluator iubet) debitam monitionem non prætermisi. Hactenus de Euangelica.

Forma Iudicialis.

7 Reuerende Pater. Iustitiæ zelo incitatus, ne crimina inulta remaneant: tibi vt iudici denuncio,qualiter D. N. Cœnobij bona miserè dilapidat,idque fama est diuulgatum. Quocirca tuæ erunt partes, eius rei habere rationem, debitis enim monitionibus antea operā egregiè (ni fallor)dedi,neque idcirco à maleficio abstinuit,iudicio, ac iudicij pœnis modo agendum arbitror. Qua facta iudex modo superius exposito ista denunciatione excitatus, inquisitionem cōstituere non cunctetur. Atque hactenus de actore.

An sit obligatio denunciandi delinquentes in visitationibus, & an possit fieri ante correctionem fraternam. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Quot modi sint denunciationis, & quid sit denunciatio.*
3 *An possit fieri denunciatio iudicialis de peccato iam correcto,concl.1.*
4 *An possit fieri denunciatio de peccatis non correctis,conclus.2.*
5 *An denunciatus,& infamis possint denunciare, & accusare,concl.3.ibid.*
5 *An peccator possit denunciari,licet nō præcedat correctio fraterna,cōcl.4.& cōcl.6.& cōc.7.*
10 *An sit obligatio faciendi hanc correctionem, quando putatur probabile, quod non corrigetur delinquens,concl. 8.*
11 *An possit quis corrigere aliquem fratrem suum mediante aliquo alio eius amico putans, quod hoc modo corrigetur melius,conclus.9.*
12 *An teneatur quis denunciare superiori, quod an diuiß a gēte infima cōtra eius subditos,cōc.10.*

PRo explicatione eius, quod debet dici in hoc capitulo,notādum est, quod est difficultas, quotuplex sit denunciatio, vt constat ex ijs,quæ tradit Panormitanus, quia D.Antoninus ponit esse duplicem,scilicet,fraternam, & iudicialem: Sotus ponit quatuor, scilicet,fraternam quæ est Euangelica, iudicialem, canonicam, & regularem:Euangelica est,quam dominus vocauit fraternam; iudicialis, quando aliquis denuntiat iudici crimen alterius, quæ dicitur querela; canonica, quando aliquis denuntiat iudici, vt fit remedium; regularis vero, quæ fit in religionibus secundum earum statuta, & leges. Vt tamen in hac varietate sequamur ordinem Aristotelicum fugientes multitudinem membrorum in diuisione, opinio mea est quod debeamus sequi sententiam D.Anton.scilicet quod nō sunt nisi duæ denunciationes, prima est Euangelica, & iudicialis secunda. Pro cuius rei explicatione debet notari,quod Euangelica est duplex, prima, quæ fit prælato tanquam patri,secunda, quæ fit prælato,vt prælato:quæ fit illi,vt patri,accidit,quando aliquis post correctum fratrem nihil profecit, aut quia putauit non correctum, contempsit illum admonere, dicit prælato tanquam patri, vt ipse corrigat putans hoc modo lucraturum illū; quæ vero fit ei tanquam prælato, est, quando obseruatis omnibus,quę pręcipit Euangeliū,nec iuuantibus dicitur prælato,vt corrigat illum coram aliquibus,vt infra dicetur; & iudicialis erit, quando dicitur prælato, tanquam iudici, de qua etiam dicetur. Pan.2.ca.no.de iud. D. Ant.3. p.tit.19.c.9.So. de teg.secr.m.q. 5.

2 Secundo debet notari, quod denunciatio est manifestatio criminis facta iudici,aut prelato,vt iuuet,& afferat vtilitatem, & non faciat damnū, cum per illam non prætendatur tam vindicta, quam correctio criminis; & ideo est magna differētia inter accusationē,& denunciationem; quia accusator semper prætendit vindictam, qui vero denunciat,solum prętendit correctionem criminis; & ideo qui accusat, non curat quod frater emendatus sit nec ne; qui vero denunciat, nō habet alium finem nisi emendationem proximi, vt infra dicetur, aliæ differentiæ sunt inter accusationem, & denunciationem, quæ ponentur in cap.5.

3 Prima conclusio. Quando agitur de denunciatione iudiciali, quo ad peccatū commissum, quod est emendatum, solum tenetur denunciare illud,cui ratione officij competit; quia hęc denunciatio in hoc casu est actus iustitiæ,quo prætenditur punitio delinquentis non ob eius vtilitatem,quia iam supponitur esse correctus,sed ob bonū reipub.cui conuenit,ne delicta remaneant impunita, vt tradit Innocentius, & constat ex multis locis iuris,& ideo denunciatio similis cōpetit fiscalis accusatori tanquam patri reip. Inno. in c. noui de iud. c. præcipue.11.q.2.

4 Secunda Conclusio. Si agitur de denunciatione iudiciali, quo ad peccata facta,& non emendata,omnes tenentur denunciate illa, nisi putet, quod

quod ex tali denunciatione proueniet illis aliquod detrimentum, vt ordinatur in iure; quia hæc denunciatio est actus charitatis, vnde omnes fideles tenentur ad illud, vt dicunt Siluester, & Godfredus, vnde qui non denunciat intra terminum positum in visitatione, tenetur denunciare postea, vt resoluit Nauarrus. Vnde clerici cum hoc sit opus charitatis, possunt denunciare in causis criminalibus, quamuis timeatur nimia sanguinis effusio, mors, aut abscissio membri, dummodo protestentur, quod hoc non faciunt, vt delinquentes puniantur similibus pœnis, quia denunciantes sine hac protestatione, si sequatur enormis effusio sanguinis, incurrunt irregularitatem, sic enim tenent Caietanus, Sotus, Nauarrus, & Cou. dicentes quod canones non prohibent clericis facere denunciationes, quod de iure naturali tenentur facere.

c. hoc videtur. 22. q. 5.

Sil. verb. denũ. & ibi God. nu. 30. Na. in ma. c. 24. nu. 49.

Caie. 2. 2. ar. 7. Sot. de te. sec. memb. 2. q. 5. con. 3. Nau. in c. inter ver. 21. q. 3. corol. 6. Co. in Cle. si furios. 1. p. §. 5.

5 Tertia Conclusio. Excommunicatus nominatim excõmunicatione maiori nec potest denunciare, nec accusare, quia hi actus requirunt authoritatem in eo, qui proponit eos, qua carere videntur qui sunt excommunicati in pœnam sui delicti & contumaciæ. Aduertit tamẽ bene Caietanus, quod quamuis illi non possint manifestare iudici delicta per viam denunciationis, aut accusationis, non ideo sunt priuati, quin alia via possint manifestare monentes de delinquente, & de testibus, qui sunt contra eũ, & ideo ex officio postea exhibet remedium damno, quod minatur Reipubl. ruinam, & idẽ dicendum est de infamibus, vt dicit Sotus.

Caie. 2. 2. q. 68. ar. 1. ad 1.

Sot. vbi su. q. 5. con. 3. in fin.

6 Quarta Conclusio. Si peccatum est publicum, statim absque correctione fraterna debet denunciari, aut accusari coram superiori, qui commisit, quia cum sit peccatum publicum, & scandalosum, non potest transire sine punitione publica; & ideo, vt fiat hæc denunciatio, aut accusatio, non debet attendi turbatio, quã recipiet delinquens, sed bonum commune, vt dicit D. Thom. qui notat quod dixit Christus commendans correctionem fraternam, Si peccauerit in te frater tuus, corrige eum inter te, & ipsum solum, non iubet enim, vt corrigamus illum, quando eius peccatum est publicũ, quia tunc peccat contra alios scandalizans eos, hanc conclusionem cum communi tenet Sotus, quę debet intelligi, nisi putetur certo, quod peccator, si corrigatur publice, aut secrete, faciet pœnitentiam mutans vitam suam, quia in tali casu, non licet denunciare illum, nec accusare, nisi præcedat correctio fraterna obseruato ordine Euangelij, vt docet Corduba, & quamuis Petrus de Nauarra dicat, quod hoc debet intelligi, quãdo peccatum fit coram tribus, aut quatuor testibus, non vero, quando fit coram toto populo, quia tunc remanet scandalizatus, ego tamen nõ admitto eius limitationem, quia iam satisfacit dicto publico scandalo faciens publicam pœnitentiam, & emendam causatã ob correctionem fraternam, licet nõ sit necessaria denunciatio, nec accusatio. Notetur autem, quod in casu nostræ conclusionis illud esset publicum delictum, quod est manifestum omnibus, quod in iure vocatur notorium, ita vt nullo modo possit celari, & ideo si delictum sit plusquam vni manifestum, de quo adest rumor, ita vt possit occultari delinquens, non est licitum denunciare statim eum, antequam præcedat correctio fraterna secreta, cum per talia crimina non fiat damnum bonu publico, vt docet clare, & patenter Diuus Augustinus.

D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. Matth. 17.

Cord. in add. ad Sot. d. q. 4. con. 5.

7 Quinta Conclusio. Si crimen est secretum, & in damnum totius reipubl c. vt est traditio alicuius ciuitatis, statim debet denunciari, aut accusari delinquens licet non præcedat correctio fraterna, sic enim docet D. Thom. quia hic non peccat contra vnum, sed contra multos, & ideo non est necesse, quod obseruetur ordo Euangelicus, qui habet locum, quando peccatur contra vnum solum, cum dicat, Si peccauerit in te frater tuus, quod limitat D. Thom. nisi in casu, quo denunciator credit firmiter, quod per suam secretam monitionem emendabitur frater, & sic euitabitur damnũ publicum, quia quando possumus defendere bonum publicũ conseruantes famam, & honorem nostrorum proximorum, tenemur ad illud non solum de lege charitatis, sed etiam de iustitia, hæcque est communis opinio, quam sequitur Nauarr. & Corduba. Dixi sine ratione, si credit firmiter; quia si dubitat, statim absque correctione fraterna debet recurrere ad denũciationem, quia in dubio magis debet inspici ad bonum commune, quam ad particulare vnius, vt videtur tenere Nau. vnde summa quadã ratione colligit, quod raro in his criminibus debet præcedere correctio fraterna denunciationem, aut accusationem, quia vix potest quis esse ita certus, quod traditor secretus reipub. emendabitur, quamuis secreto moneatur, & ideo statim debet recurri ad denunciationem, quia vt plurimum mora in remedijs similium malorum est periculosa. Et nota, quod crimina in damnum reipub. sunt traditiones, & falsa moneta, vt dicit Nauarrus: & ambitiones, & subornationes in lecturis, & cathedris, alijsque electionib. ecclesiasticis, & secularibus, insultare in itineribus, & generaliter omnia peccata, quæ perturbant communitatem, homicidium tamen, adulterium, furtum reputantur potius crimina in damnum tertij, quam communitatis, quia licet ex illis nascatur damnum reip. hoc est indirecte, & ideo immediatum, & directum obiectũ horum vitiorum est damnum particularium, videndus est Sotus.

D. Aug. & ra betur in c. si pec cauerit. 2. q. 1.

D. Tho. vbi su art. 7.

Nau. in man. c. 18. num 31. Cord. d. quæs. 4 conc. 3.

Nau. in sũma Hisp. c. 24. nu. 22.

Nauar. d. c. 48 nu. 31.

Sot. vbi su. q. 4. du. 2.

8 Sexta Conclusio. Si crimen est in damnum tertij, statim debet denunciari, si non speratur firmiter emendatio; quia melior est conditio innocentis quam rei, & ideo debet inspici magis eius bonum, quam bonum rei. Hæc tamen denunciatio debet fieri eo modo, vt euitetur damnum tertij adhibita diligentia, ne reus recipiat damnum, si possibile fuerit dicente denunciatore, quoddam crimen vult committi, seu committitur, nulla personæ delinquentis facta mentione, quia si possit iudex cum hoc genere monitionis adhibere remedium damno, esset peccatum mortale velle, & prætendere adhibere remedium infamando proximum nominando illum puta coram iudice; & etiam, quia si damnum proximi non est magnum, non debet manifestari persona, quæ fecit, aut quæ intendit facere; & ideo si homo bonæ famæ furatur aliquid pauci valoris alterius, pluris debet æstimari eius fama, quam damnum domini rei furatæ, cum sit maioris valoris, quã sit dictum damnum, vt notat Gabriel.

Gab. sup. can. le. 54. lit. S.

9 Septima Conclusio. Quando delictum secretum solum est in damnum eius, qui peccat, sicut est gula, auaritia, fornicatio &c. nõ potest reuelari iudici, nisi præcedat secreta admoni-

tio,

Digitized by Google

tio, quia facere contrarium esset ire contra formam Euangelij, & contra id, quod petit charitas Christiana, & amor fraternus, cũ hęc peccata solum sint in damnum suæ personæ, quæ mediante correctione potest esse, quod corrigatur, & quamuis non habeat spem emendationis eius, debent manifestari præfata peccata eius, putans, quod si ei reuelentur, non ideo corrigetur, quamuis ipse siue vt iudex, siue vt pater corrigat illum; quia in hoc casu grauis infamat illum coram dicto prælato, & quod deterius est, cum spe, quod deterior inde euadet; & ideo in hoc casu debent, qui sciunt delictum, rogare Deum pro dicto delinquente sufferentes eius defectus cum patientia debita christianis, qui omnes, præcipuè religiosi, secundum id, quod dicit Paulus, tenentur ferre defectus fratrum suorum, cum nullus sine crimine sit; quia quãuis sint liberi ab aliquibus defectibus, quos vident in alijs, inspiciant seipsos, & videbunt alios maioris, & minoris ponderis, & etiam maioris pęnitentiæ: hæc cõclusio est omniũ Theologorum, & aduertant eam omnes, quia si habent spem, quod aliquis corrigatur cum correctione prælati, eo quod sit prudens, & timoratus in suo regimine, tunc poterit reuelare prælato negotium siue tanquam prælato, & patri, siue tanquam iudici; & ratio huius est, quia viso quod correctio fratris non iuuabit, & iuuabit illa prælati, plus debet respici ad animam, quam ad famam, & reliqua bona temporalia, vt D.Tho. quem sequitur Siluest. Aduertantque visitatores, quod quando necessario debẽt facere denunciationem iudici, quia nõ est aliud remedium, prius debet illi fieri tanquam patri, & hoc non iuuante fiat illi tãquam iudici, quia omnibus modis debet procurari, vt fiat minus damnum proximo in fama, & bonis temporalibus, vt ordinat charitas: hæc sententia est communis omnium.

D.Tho. 2.2.q. 32.ar.6.in corpore art. Siluest. modo correct.

10 Octaua Conclusio. Certum est, vt diximus in cõclusione præterita, quod ille, qui audit, quod frater suus corrigetur eius monitione, non potest iuste denunciare illum coram eius prælato: hoc tamen debet intelligi, quãdo habet probabilitatem huius correctionis, quia si putat, quod iterum reincidet, tenetur secundum opinionem doctorum hominum denunciare illũ coram prælato, quia ex eo quod hoc non reueletur, sequetur damnum communitati mediante aliquo scandalo; & certum est, quod plus debetur religioni, quam honori alicuius particularis, qui ratione propriæ fragilitatis sumpta occasione potest perturbare totum id, quod reliqui fratres suo bono exemplo per multũ temporis ędificauerunt, & secundum hoc puto ego glossandum esse, quod dicit Thom. Sotus, Corduba, & Nauar. super hoc puncto. Verum est tamen, quod licet credat visitans quod iterum incidet in idem peccatum non obstãte eius correctione, si putat, quod saltem non continuabit tantum peccatum, & reprimetur in parte, non est bonum statim recurrere ad prælatũ, sed monere illum semel, & iterum, quia cũ prima monitio fecerit, vt aliqualiter abstineret, debet credere, quod si iterum moneat illum charitate, & prudentia in totum adhibebit frenum, & subjciet illum debito christianitatis, quam profitetur; quod probo cum debeamus quærere omnia media possibilia, vt adhibeamus remedia spiritualia fratribus nostris absque iactura honoris sui, & ideo quando, qui scit delictum, putat, quod aut tam minus iuuabit eius monitio, quam illa prælati, ne redeat frater ad peccatũ, tenetur sub pœna peccati mortalis non denunciare illum coram prælato, nec tanquam patri, nec tanquam iudici, sed potius ille debet illum corrigere, quia hoc est, quod petit charitas ipsa: & ideo hucusque dictũ debet intelligi, quando admonitio prælati notabiliter est adiutura magis quam illius, qui scit delictum in particulari, & priuatim.

D.Tho. 2.2. q. 32.art.7. ad 4. Soto, vbi sup.q. 4.conclu.3. vbi Cord. Naua.ca. 24.num.12.

11 Nona Conclusio. Si Petrus videt Ioannem committere aliquod delictum, & scit habere Ioannem quendam amicum bonæ intẽtionis, quem honorat valde, & putat quod eius monitione corrigetur melius, & facilius, quam si ipse moneret, illi licitum est in hoc casu reuelare illud peccatum amico, vt corrigat illũ, si putat ipsum iterum incursurum, si non reuelat illud amico prædicto, qui corrigat illum; hæc conclusio in parte est contra Medinam, quã tenet Durandus, & est sententia August. & probatur, explicaturque quodam exemplo, quod refert idẽ D. August. vt refert Gabriel, & est. Scit aliquis, quod proximus suus est anxius, & afflictus propter quoddam vulnus satis pœnosum, de quo vel est iam sanus, vel proximus sanitati, vnde iam non eget medico, qui curet illum, scit tamen verisimiliter, quod iterũ incidet, quis non videt, quod in hoc casu prudentia, & charitas postulat, & monet hunc, vt moneat dictum fratrem infirmum, aut alium, quem intelligit remedium laturum, vt postquam incepit acquirere sanitatem, caueat a perditione sua, si est quis crudelis (dicit Hugo explicãs D. August.) qui occultat vulnus fratris sui, quod est in corpore, crudelior est non manifestans vulnus, qđ est in anima, illi, quem scit remedium allaturũ, quamuis sit cũ aliqua pœna vulnerati: & ideo debet notari hoc vt dicit Gabriel, quia est magni momenti.

Med. in su. li. 1. c.14.§.16.ver. dudaso. Dur. in 4.ds.19.q.4.nu. 4.ad fin. Augu. super c.5. Leui. Gab. super can. lec.74.sub lit. T

Gabr. vbi supra casu 6.

12 Decima Conclus. Non tenetur quis renũciare superiori, quod audiuit contra eius subditos a personis infimæ conditionis, & fidei; ita quod qui præbet fidem eorũ dictis, reputatur homo facilis, quod procedit tanto magis, si credet qđ superior hac visitatione indiguabitur plusquã necesse sit contra denunciatum, & visitatum, vt tenet Nauar. Cord. & Gutierrez; & hoc intelligitur, etiam si superior ex obedientia præcipiat ei, & sub pœna excõmunicationis, vt solet præcipi in edictis visitationum, quod manifestent totum id, quod sciunt visu, & auditu, quia debet explicari illud edictum, quod audiuerint à personis fide dignis; intelligitur hoc etiã quando iudex procedit per viam inquisitionis dicẽs, qui sciuerit, aut audierit aliquid, accedat ad denunciãdum, quia si vocat aliquem, vt sit testis, & præcipit ei, vt dicat tanquã testis, quod scit, aliter debet procedere, vt infra dicetur.

Naua.c.25.nu. 46.Cor.li.1.qq. q.43. in 6.casu Gutier in qq.ca no.c.13.

13 Vndecima Cõclusio. Peccat mortaliter, qui denunciat iudicialiter aliquem non potens probare, quod proponit, vt colligitur ex aliquibus canonibus, & decretis, & resoluit Nauarr. & ideo dicit Angelus, quod non obligat præceptũ prælati, quamuis imponat pœnam excommunicationis dicens, quod denuncietur, quod est secretum, vt dictum est in materia excommunicationis.

Cap. plerunque, 2.q.7. c. placuit, 6.q.2. Naua. in ca. inter verba conc.6.num.23 Ang.5. excom. 3.§.1.

De

Digitized by Google

De Denunciatione. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio quid sit.*
2 *Monitio præcedit denunciationem.*
3 *Differentia inter accusationem, & denunciationem.*
4 *Forma denunciationis quæ.*

PEr denunciationem etiam, & frequentius
puniuntur regularium delicta, ideo quæ
sit, videndum est. Denunciatio nil aliud
est, quam reuelatio quædam delictorum iudici
1 facta propter emendam, semper tamen debet
præcedere inter denunciationem, & denunciatū
2 charitatiua monitio c.licet Hely de Symon. ma-
3 gna tamen est differentia inter accusationem,
& denunciationem, siquidem accusatio non
potest fieri per literas, denunciatio vtique Ab-
bas in c.licet à Beato de accus.numer.secundo,
& in cap.dilectus eod.tit. num.2. Item denun-
ciatione charitatiua correctio, & accusationem
inscriptio præcedit Nauar.consil.3. de accusat.
num 4.

Item accusatio facit quem ordinariè puniri,
denunciatio extraordinariè, & mitius Anto.de
Butr.in cap.dilectus, de Symon, & alleg.cap.2.
qui matrim. accus. poss num.5. Item accusatio
depositionem, denunciatio correctionem indu
xit Hostien.in c.1.de offic.custod.num.17. Ab-
bas in c.super his de accusat.nu. 2. Ant.de Butr.
in c 2.qui matrimonium accusar.poss.nume.5.
Item accusator potest appellare, denunciator
non, nec tenetur se subscribere denuntiæ, nec
verificare eam, accusator secus Aegid. Boss. in
tit.de denunt.num.14. Item denunciator, cuius
finis est, vt mores corrigantur, potest examinari
tamquam testis, accusator nequaquam c.in om
ni negotio de testibus vbi Butr. Anan. Ioan.An
dr.Felyn. Aret. & ceteri Doctores omnes. De-
nunciatus de crimine, causa pendente non pro
mouendus Nauarr.de accosat.consil.3. num.3.
Forma autem denunciationis fit & seruatur ad
4 libitum, specificando delictum cum suis quali-
tatibus, & nominando testes.

De Modo incipiendi Processum per viam Denunciationis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Modus incipiendi processum per viam Denunciationis.*
2 *Denunciatio quadruplex, & quid vnaquæque sit.*
3 *Denunciationes quomodo inter se differant.*
4 *Qui non admittitur ad accusationem, neque ad denunciationem admitti debet.*
5 *Constitutiones Can. Regular. Sancti Saluatoris Accusationem, ac denunciationem æquant.*
6 *Qui ad denunciationem in criminibus exceptis admittuntur.*
7 *De literis absque nomine, quod nulla sint.*
8 *Denunciationem admonitio præcedere debet.*
9 *Exceptis delictis publicis, quæ sine præuia monitione denunciari queunt.*
10 *Iudex vt denunciationem admittere debeat.*
11 *Denunciator iure communi qua pœna puniatur in probatione deficiens.*
12 *Denunciatio vt ab accusatione differat.*
13 *Forma incipiendi processum per viam Denunciationis.*

1 DEnunciationis via processum formaturus regularium Iudex Primo animaduertere debet, quod Denunciatio est alicuius crimi nis apud Iudicem competentem ad alicuius emendationem facta delatio. Colligitur hęc definitio ex c.2.ac 3.& super his, & c.cū dilectus, de accus & c.nouit.de iudicijs.

2 Quadruplex autem Denunciatio est. Euangelica, Iudicialis, Canonica, & Regularis, Doctor.in cap.nouit de iudicijs, & in cap.si peccauerit.2 q.1.Silu.ver.denunciatio.num.1. Ang. eo.in principio.Dom.So.de ratione tegendi, & detegendi secretum membr.2. q.5. similiter in princip.

Euangelica denunciatio est criminis apud iudicem, vt patrem delatio ad emendationem in fratre procurandam, quam in fraterna correctione obtinere minime potuit, zelo charitatis facta, vt præcipitur Matthę.18 si te non audierit, dic Ecclesię. Iudicialis vero Denunciatio duplex est, publica, & priuata.

Publica est criminis apud iudicem facta delatio, vt Rei puniantur, & quies Reip. conseruetur. Et hæc ad curiæ officiales pertinet fiscalem, & alios, quibus a Iudice, siue a Rep. siue à Principe huiusmodi officium crimina deferendi committitur.

Priuata est criminis apud Iudicem facta delatio pro suimet interesse, vt se, suaque aliquis tueatur.

Canonica Denunciatio est criminum apud iudicem facta delatio ad ea tollēda, damnumque Reip.reprimendum.

Regularis autem est criminum delatio, quæ in Religionibus fit iuxta illarum instituta sine strepitu, & figura iudicij ad ipsorum regulariū emendationem, & ad commune religionis cuiusque bonum conseruandum. De his vide Angel.ver.denunciatio.per totum.

3 Differunt hæ denunciationes inter se; Euangelica namque zelo charitatis, sine strepitu, & figura iudicij, solam fratris respicit emendationem. Iudicialis publicā Reorum punitionem. Iudicialis priuata, proprium denunciantis interesse. Canonica publicum Ecclesiæ bonum. Regularis vero congregationis particularis item bonum. Præterea Euangelica, & Regularis absque iudicij strepitu fiunt. Iudicialis autem, & Canonica non item.

Gregor.de Valent.tom.2.Comment. Theolog.disp 5.q.12.punc.1. Denunciationes omnes ad duas tantum reducit; nempe ad fraternam, & iudicialem, siue iudiciariam.

Alij eas confundunt, vnica voce Denunciationis illas omnes comprehendentes, vt Siluest. verbo denunciatio de sola euangelica, qua omnes comprehendit, pertractando. Ego vero Angelum, aliosque nonnullos sequutus ita distinxi: vt Regularium iudex illarum omnium cognitionem haberet.

De Regulari, & Euangelica denunciationibus, cum in illis processum formare non sit necesse, tractationem ommittam. De iudiciali solum, atque canonica breuiter sermonem habebo, quas tamen vnico tractatu comprehēdam, ambæ namque istæ iuridicæ sunt, eodemq; modo in vtrisque procedendum est paucis mutatis, quod ad nostrum propositum attinet, quin-

immo vt dictum est Valent.loc.cit.ambas istas sub vnico iudiciariæ denunciationis nomine comprehendit.

4 Notandum secundo, quod qui non admittitur ad accusationem, neque ad huiusmodi denunciationem admitti debet, arg.cap qui sine, 3.q.4.& c.cum dilectus, de accusa.glo.in rubri. v.q.8.& c.in omni negotio.de test.Bart.in l.diuus, num.7.ff.de custo.re.Spec.tit. de denunciatio. §.quis possit denunciare, verbo. canonica quoque denunciatio Diaz in pra.crim. can.c.6. Salic.in l.ea quidem.C. de accus. Angel.de maleficijs, verb.necnon ad denunciandum. Victorin.cap.14.num.4. Clar.quæst.7.loc.cit. Villag. libr.2.tit.de denunciatione canon.c.2. concl. 1.

5 Constitutiones nostræ Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris Denunciationē æqualem Accusationi reddunt.c.13.num.78. eadem pœna denunciantem in probatione deficientē, qua ipsum accusantem, plectētes prælatumque in hac re dispensare minime posse vetantes, & quidē optima ratione, vt videlicet a calumnijs, falsis denunciationibus, litensq; maledicis subditi temperentur.

Neque id abhorret a D. Patris Augustini regula, in qua præcipitur fieri denunciatio; etenim D.August. tunc solummodo fratrem denūciare committit, cum per duos, tresve testes cōuinci a denunciante potest.

Itaque a denunciando arcētur, qui ab accusa
6 tione proponenda repelluntur; Nisi denunciatio de criminibus exceptis sit; quo casu omnes, (inimicis, & conspiratoribus exclusis,) admittuntur. Aut nisi denuncians suā, suorumque iniuriā prosequatur, quod attinet ad iudicialē priuatam denūciationem, quo etiam casu omnes denunciare queunt eo modo, quo supradictum est, cum de accusatione sermo habitus fuit. nu. 38.& seq.hoc eodem capite. Aut etiam nisi iudicialis publica denunciatio sit, officiales namque omnes ad hoc destinati, licet infames (tales enim vt plurimum isti sunt delatores) denunciare vtique poterunt ad aperiendam iudici viam ad inquirendum contra ipsos Reos, id multis auctoritatibus probat Clar.loc.cit.

7 Notandum tertio, quod contra quemquam via denunciationis nequit procedere iudex intuitu literarum sine nomine ipsi directarum, etiam si in illis testes nominati sint, quod optime docet Clar.q.5. vers. scias igitur, post medium, & Roderic.tom.2.quæst.regular.q.6. ar. 10.& si formetur super illis processus, est ipso iure nullus, c.inquisitionis, §.tertiæ, de accusat. quo loci Panorm.illius rationem reddit, huiusmodi namque literæ, siue potius libelli nullam prorsus infamiam irrogant alicui, cap.fi. de accusat. Iudex autem contra quemquam procedere nequit, nisi aut accusator, aut denūciator, aut infamia adsit, cap.inquisitionis cit. & cap. qualiter, & quando el secondo, eodem titulo, hic autem cum scribentis nomen incertum sit, deest accusator, seu denunciator, & huiusmodi literæ cum nullam irrogent infamiam, aut saltēm ad inquirendum insufficientem (infamia namque a pluribus orta esse debet probis viris, & bonis; non autem a prauis, & maleuolis, cap. inquisitionis, & qualiter, cit. huiusmodi vero literas a maleuolis potius, & prauis, quam à probis, & bonis scriptas fuisse credendum sit,) infamia proculdubio deest, Quare nullum processus ipsius fundamentum cum sit, illum super nihilo formatum corruere necessariū est.

8 Notandum quarto, quod Denunciare quis minime valet, nisi prius denunciandum ipsum de illo delicto, de quo illum vult denunciare monuerit, & noluerit resipiscere. c.si quis, cap. cum dilectus, & c.qualiter, & quando el secondo de accus.c. licet Hely.de simo.glos.in d.cap. si quis, in verbo charitatiue.arg. Mat.18. Argue eum inter te, & ipsum solum, &c. D Tho.2.2.q. 33.art.7.& omnes communiter.

Quam charitatiuam admonitionē ipse denunciator se fecisse adhibito iuramento probabit, si solus admonuit. At vero si alio, vel alijs præsentibus monuit id se fecisse nedum præstito iuramento probabit: verum & illius, siue illorum quoque testimonio, qui adfuerint, c omni.de test.Panor.in c.nouit.de iudicijs. Nauarr. in Man.c.25.nu.33.

Quare iudex denunciantem delat ei iuramento interrogare tenetur, an denunciandum charitatiue monuerit, & an solus, an alio, vel alijs adhibitis id præstiterit, ac deinde testes tā pro monitione, quam pro delicto probando (nisi ijdem fuerint) interrogandos ab eodem nominare, seu producere faciet.

9 Quod autem de admonitione dictum est, intelligi debet, si de priuatis agatur delictis; Etenim si de publicis, & exceptis tractatur, necessaria nequaquam ipsa monitio est argu.1.Tim. 5.Peccantes (scilicet publice) coram omnibus argue. & refertur 45.dist.idem c.1. de pœnit.& remiss.D.Tho.loc.cit.Archid.in c.si peccauerit. 2.q.1.Silu.verbo denunciat.q.3.Valen. loc.cit.

Immo qui huiusmodi crimina excepta, siue publica non denunciat, peccatum committit; etiamsi iurasset se non denunciaturum. Innoc. in c. qualiter, & quando el secondo de accus.Panor.in c.cum dilectus, de excess.prælat. Nauar. in Man.loc.cit.

Sed neq; cum de priuatis delictis agitur, necessaria tunc monitio est, cum nulla per monitionem huiusmodi speratur in fratre correctio. Diuus Thom.vbi supr.art.1. Naua. loc.cit.cap. 24.numer.12.Tole.libr.5.instr.sacer.c.57. nu.5.

Aut quādo graue timetur damnū probabile sibi, vel alijs per huiuscemodi monitionē euēturū. Aut ēt qñ tps monitionis nō adest, quia periculum est in mora. de quibus vide Tole.loc cit.

Neque etiam ab ijs monitio facienda requiritur, qui ex officio crimina in publica iudiciali denunciatione iudici denunciare tenentur. Iul. Clar. vbi supra.

10 Regularium itaque iudex, si denunciantem bonæ famæ, aut alias legitimum esse, bonoque zelo motum fuisse, non autem animo calumniandi cognouerit, ipseque denuncians iurauerit se charitatiue denunciandum admonuisse (cum id facere tenetur) per se, vel tali, siue talibus præsentibus, & dictum denunciandum non resipuisse de tali delicto: quem exprimere debet cum suis circunstantijs loci, ac temporis, vt supra de accusatione dictum est, testesque ad crimen probandum protulerit, illius denunciationem admittere vtique poterit, ac debebit, illum de talionis pœna, si non probauerit, incurrenda protestatus, quo ad nostram attinet Congregationem, ad aliasque, instituta quarum denunciantem in probationem deficientem, æque ac ipsum accusantem puniri cōmittunt.

Quo ad eas verò Congregationes, quæ ius commune in denunciatione seruant, huiusmodi protestatio minime necessaria est.

Etenim

11 Etenim Denunciator si plenè delictum nō probat, talionis pœna ex iuris dispositione nequaquā punitur: Verum suspenditur, donec iuramento, quod tale crimen animo calumniandi non detulerit, se purget, cap. cum dilectus, de calumniatoribus, cum vero taliter se purgauerit, iudicis arbitrio puniri debet, gloss. in cap. cum dilectus, citat. in verbo calumniandi.

Quare Doctorum nonnulli hoc differre accusationē a denunciatione affirmant; quod in accusatione, & in scripto, & plena probano, necessaria sunt, in denunciatione vero non item, Doctor. in capit. super his de accusat. Poterit vero processus per viam denunciationis hoc modo formari, quo ad illius principium attinet.

Forma incipiendi processum per viam Denunciationis.

IN nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate Domini 1612. die 12. Octobris coram admodum R.P. Priore D.P. & eiusdem monasterij discretis D.F.D.I. & me D.S. discreto, & pro Notario personaliter comparuit D. Obseruans de Otiosis de tali ciuitate, ac denunciauit eidem P. Priori D. Nocentem de Impuris de tali ciuitate de impudica conuersatione cum muliere, cū non paruo aliorum scandalo hoc modo, vidal.

Molto R.P. Priore, Trouandomi nel Choro a dire le mie deuotioni quest'anno nel mese d'Agosto il giorno di S. Lorenzo vidi D. Nocēte de gl'Impuri della tal città in Chiesa, che rideua con vna donna. Io trouatolo dipoi da solo a solo, con piaceuolezza lo ripresi di tal fatto: ma egli se ne rise. La festa poi di S. Rocco nell'istesso mese, essendo pure io nel Choro, dou'erano ancora D.G. e D.H. li chiamai, e li mostrai il detto D. Nocente, che pure con l'istessa donna rideua, come l'altra volta; essendo nella Chiesa molti huomini, e donne. Per il che io denontio questo fatto a V.P.M.R. acciò nel miglior modo, che ella può a cosi fatta temerità, e scādalo prouegga.

Quo audito præfatus P. Prior, detulit eidem D. Obseruāti iuramentum, quod prædictum D. Nocentem charitatiuè (vt asseruit se fecisse) monuerit, & ille non resipuerit, & quod non animo calumniandi; sed bono zelo ductus illum detulerit, prout ipse D. Obseruans tacto pectore, vel scripturis iurauit, & præfatus P. Prior huiusmodi denunciationem admisit si, & in quantum omni meliori modo, & mandauit d. D. Obseruāti, vt eidem subscriberet, prout fecit. Acta sunt ista in prædicto Monasterio in camera solitæ residentiæ præfati P. Prioris anno, die, ac Mense suprapositis, & a me D.S. supradicto descripta.

Pœnæ talionis protestatio apponi poterit in Congregationibus, in quibus Denuncians non probans ea puniendus est. Idcircò quia in omnibus id fortasse minime præcipitur, aut seruatur in denunciationis forma huiusmodi protestationem nequaquam apposui.

DE DENVNCIATIONE

Titulus VIII.

De forma procedendi per Cōmisśarios, quādo fuerint destinati ad inquirendum super aliquo crimine ex off. propter euidentiā facti, vel clamores deductos ad aures Reuerendorum Regiminis supremi totius ordinis, seu Congregationis alicuius. Cap. I.

Quæst. Canonic. & Regul. tom. 4.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij destinati ad inquirendum super aliquo crimine ex off. propter euidentiam facti, vel clamores deductos ad aures generalis, vel supremi tribunalis alicuius Episcopi vel alicuius ordinis, seu Congregationis regularium, quomodo procedere debeant, & quare.*

2 *Graue esse videtur ex domo rei sumere probationes contra eum.*

3 *Quæ bona producat accurata, & repentina inquisitio cellarum, et officinarum monasterij in casu, de quo est sermo in præsenti cap.*

1 CVm ergo huiusmodi Commissarij (de quibus in Rubrica) peruenerint ad monasterium, vel Ecclesiam, in qua exequi tenebuntur proprium mandatum, antequam ad inquirendum processerint, denuntient Prælato Ecclesiæ illius, vel illius monasterij causam aduentus eorum, & præcipiant in cathedrali Ecclesia clericos, si agitur contra eos, vel monachos congregati in capitulo ad sonum campanellæ, si agitur contra eos, & alta, & intelligibili voce iubeant ab aliquo monachorum, iam electo in Notarium legi seriem verborum ipsius mandati, seu literarum huiusmodi commissionalū, vt inde nullus illorum possit ignorantiam causæ aduentus, & potestatis eorum prætendere. Et si inquirendum esset de furto perpetrato in ecclesia seculari, vel in monasterio, seu occupatione furtiua alicuius grauis rei, vel concionabili, siue libelli famosi, vel falsitatis scripturarum, aut inhonestę familiaritatis cum mulieribus, vel de verberibus, aut vulneribus illatis, vel similibus criminibus, quæ assolent perpetrari a personis leuibus, & infamibus, facto sermone, & exposita eorum aduentus causa, hortentur omnes ad

2 deponendum, quæ sciuerint cum omni Dei timore, de quibus loco suo interrogabuntur, & si nimis graue videatur ex domo rei probationes sumi contra ipsum reum, a tamen iuxta ritum curiarum ipsi Reu. Cōmissarij præcipiant sibi à clericis, &c. seu a monachis, & cōmissis oib. assignari claues cellarum, & officinarum dicti monasterij, seu dictæ ecclesiæ, & domorū, & statim assumpto Prelato, vel altero, aut duobus clericis dictæ Ecclesiæ, seu duob. monachis grauib. & Notario, iam electo cōferant se ad domos clericorum dictæ Ecclesiæ, seu ad singulas cellas, et officinas perlustrandas, & accuratissimē perquirant, si aliquod inuenerint indicium, vel instrumentum, quo potuit crimen prætensū perpetrari, & statim illud describi faciant ipsi Commissarij cum oib. qualitatibus illius rei, & loci, vbi reperta res ipsa fuerit, & conditiones, ac circūstantias oēs, vtputa, repertum fuit in domo, seu in cella D... tale genus armorum, talis scriptura, cuius principium est, .. & finis .. talis pecuniæ quantitas, talia ferramenta, & in cella D... tales literæ minus honestæ, quarum initium erat .. & finis .. A tergo verò .. & sic de singulis, & post talē b inquisitionē, & adnotationē i scriptis redactam præcipiant illis vocatis ad interesse tali inquisitioni, vt se subscribant tali actui in fidem veritatis. Quib. peractis sciant, quod dictæ res (quę poterūt deseruire Cōmissarijs pro indicijs) nullo pacto erunt relinquendæ in eadem domo, seu cella, vel officina, in qua illæ repertæ fuerint; sed ipsi Commissarij secum deferant, & recludāt in arca tuta ad hoc, vt quotiescunq; opus fuerit ex illis elicere indicia contra pretensos reos, præ manib. eas hēre possint, vt super ipsos possint ipse

a *l. Nimis graue, C de test. Boss. in tit. de exam. reorum, n. 9.*

b *Clar. in §. furtum, ver. Quero nunquid, & q. 27. in prin. c. Conr. ac offic. Pietro fol. 630. num. 14.*

Digitized by Google

suo interrogate testes, & deniq; reos, apud quos
illa fuerunt inuenta. Nam inde pro certo sciant
Commissarij se reperturos aliquid, ex quo veniēt
in notitiam aliqualem reorum per cōfrontatio-
nem characterū, vel aliquo alio exquisito modo,
prout nobis contigit, dum Commissarij munere
fungeremur in quodam arduissimo negocio, *a*
sciant indè Reuer. Cōmissarij, q̄ ex tali diligen-
tia hæc bona producēda erūt. Nā primò incuti-
tur maximus timor iā criminosis (cōtra quos di-
3 rigenda erit inquisitio) quā reliquis, qui in testes
vocandi erunt; cū & ipsi inde meritò suspicabun
tur aliquod contra eos indicium repertum, vel
forsan de facili reperiendum, & ne conuincan-
tur rei, vel falsum deposuisse; vnde quam facil-
limè interrogati (loco suo) veritatem edicent, ex
qua poterunt ipsi Commissarij faciliori quadam
via procedere ad vlteriora. Secundo ipsi rei, &
complices priuabuntur facultate abscondendi hu
iusmodi res, quæ possent operari indicium ali-
quod contra ipsarum detentores; nec de tali no-
stra monitione poterit hodie quis mirari, cum
huiusmodi diligentiam adhibendi mos inoleue
rit in vtraque curia in similibus casibus. Nam so
lertes iudices inchoare solent iudicium a perqui
sitione, nullius præmissa probatione indicij, sed
statim exhibita sibi de perquirendo commissio-
ne (habito tamen respectu ad personas, contra
quas inquiritur, ad negociū, de quo inquiritur)
talē perquisitionem agunt: etsi hoc non sit ob-
seruandum passim, & in quolibet negotio friuo-
lo, & parui momenti, vel contra personas graues
nobiles, & honestas, cum neque ipsa curia secula
ris tali modo perquirendi in omni negocio vta-
tur, nam vbi nulla fraus, aut scandalum timebi-
tur, talis diligentia poterit omitti. Tali pacto er-
go fundato tribunali, ipsi Commissarij omni cū
modestia, ac grauitate, ac lenitate possibili pro-
cedant ad vlteriora.

a Ita simili docent Contra. vbi sup. in tit. de cōtumac. fol. 759. num. 2.

De forma procedendi, quando delictum perpetratum est facti permanentis, & de forma exigendi iuramentum a testibus examinandis super ipso facto permanente. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij in primis de corpore delicti accuratè inquirere tenentur, et in processu quomodo de ipso constare debebit.*

2 *Delicta, quæ committuntur, sunt in triplici differentia, & de prima specie ipsorum, nuncupata à Doctoribus delicta facti permanentis.*

3 *Delicta facti permanentis quæ dicātur, et quare.*

4 *De corpore delicti, quando dicatur Commissarijs constare, & quæ ponderanda, & in actis describenda erunt, vt vere constare de corpore delicti dici possit.*

5 *Forma interrogandi testes super recognitione corporis delicti, & generaliter super persona delinquentis, quæ adhuc ignoratur.*

6 *Quid faciendum sit Commissarijs, si reperiri nō poterunt testes cognoscentes cadauer repertum in monasterio, aut in villa monasterij, aut in alio loco Ecclesiæ, vel ciuitatis, vt hic constare de corpore delicti dici possit.*

7 *Cadauer humatum quando extrahent Commissarij, et quid tunc præcipere debeant fore in actis describendum ab actuario.*

8 *Commissarij in visitatione hostij fracti, vel incendij, vel similis facti permanentis, quam diligentiam adhibere teneantur, & in actis quid adnotari mandare debeant.*

9 *Forma verborum in actis describendorum in visitatione vulnerati facienda a Commissarijs, & forma depositionis eius recipiendæ super vulnerati persona.*

10 *Commissarij aduertant, quod vulnerati, vel verberati assolent duplici de causa negare se cognouisse percussorem, et quid tunc ipsis sit faciēdum, annotatur.*

11 *Commissarij, quando certi essent de persona vulneratoris, quid facient.*

12 *Commissarij quid facient, quando inquirunt de corpore delicti facti permanentis, cuius cognitio perfecta non est eorum professionis.*

QVisquis voluerit compilare contra aliquem
clericum secularem, aut regularem, in-
formatiuum processum in causa sibi commissa
criminali, laudabiliter apud Deum, & homines,
infrascripta eius memoriæ imprimēda erunt. Nā
1 primò inquirendum a Commissarijs, an quid fa
ctum sit, quod alias cōiter Doctores corpus de-
licti appellant *b* Quapropter in primis constare
debebit in processu de corpore delicti modo li-
quido per plenas *c* probationes, vel per indicia,
& coniecturas, *d* sed vt faciliori quodam modo
intelligamus, quādo dicatur cōstare de corpore
delicti. (Quis verò titulus inquisitionis in huius-
modi fuerit inscribendus in subsequenti cap. 6.
2 tradetur: vide ergo ibi.) Sciēdum, q̄ delicta asso
lent dici, & esse in triplici differentia: nam aliqua
dicuntur delicta facti permanentis, alia facti trā-
seuntis, nonnulla dicuntur delicta facti dubij: ijs
ergo præmissis, Vos non lateat Commissarij Re-
uer. non esse procedendum ad inquirēdum vni-
formiter in qualibet eorū specie, scilicet de cor-
pore delicti permanentis, sicut de corpore deli-
cti transeuntis, vel dubij.

b Clarus in pra. §. fi. q. 4. in prin.
c Mascard. de prob. lib. 2. cōcl. 830. num. 5.
d Becci. in cons. 70. n. 11. et seq. lib. 1.

3 Quapropter sciat Cōmissarij, q̄ si ad eos quo-
cumq; fuerint delata delicta facti permanentis
sic appellata, pro eo, q̄ post ipsa perpetrata vesti
gia adhuc remaneāt; qualia sunt homicidia, incē
diū, vulnus, stuprū in virgine, furtū cū fractura,
& similia: vtiq, debebit primū ipsis Cōmissarijs
cōstare de cadauere occisi, de loco incēdij, de vul
nere, & fractura per oculorum inspectionem, vt
dicatur cōstare de corpore delicti. *e* Ideo ex gene
rali cōsuetudine, & cōi iudex, vel alter specialiter
ab ipso directus debebit proprijs oculis videre
cadauer ipsius, seruando sequentē formā in exer
cendo hmōdi actū inspiciēdi cadauer occisi. *f* Nā
annotanda erūt oīa, quæ visa repertaq. fuerint;
Verbi gratia, describēdo ętatē, staturā, barbā, &
alia signa specialia cadaueris, & locū, in quo fuit
repertū, quo situ iacebat, particularia vulnera si-
gulatim cū suis qualitatib. & circūstātijs, et quo
genere armorū ipsa vulnera illata sint, vel videā-
tur: & an punctim, vel cæsim, bona, & res, quæ
penes dictum cadauer repertę fuerint, & similia,
g iuxta formam sequentem, videlicet;

e Clar. in prax. q. 4.
f Cla. vbi supra q. 4. ver. Quando vero ibi statim igitur.

Die . . . mensis.

Visum, & repertū fuit per me Notariū supra-
scriptū præsentib. Reuer. Commissarijs, & D. .
D. . in testes specialiter vocatis ad taiē recogni-
tionem faciendā, cadauer cuiusdā clerici, vel mo
nachi iustæ staturę, barbæ nigræ, vel flauę,
vel imberbis, ętatis annorum . . . . . . in
4 circa, indutum infrascriptis vestimentis, &
quod describantur non solum omnia indu-
menta a capite, vsque ad pedes, non tantum
exteriora, verum etiam interiora, & om-
nia alia, vt sunt scripturæ, vel huiusmodi bona,
quæ in ipsis vestibus, vel in domo eius, vel in cel-
la,

g Bessius in sua praxi. tit. de deli. n. 24. Clar vbi sup versi. Quādo vero per tot.

lo, aut alio loco, quo iacere cadauer fuerit repertum, & omnia alia, quæ fuerant propè ipsum reperta sigillatim, & expresse per verba clarissima describenda erunt, & si literæ describantur, & ipse eodem modo, quo diximus denotandas fore literas querelæ, vel denunciationis in secundo capitulo, & ipsæ describendæ erunt, & hæc bona custodiantur (vt diximus. a) Quibus peractis, & ipse notarius subdat: Hæc oia vidi, & annotaui ego D.. actuarius, vel supra pro veritate præsentibus D... & D...

a Supra in c. 2. præsenti 2. p.

His peractis Commissarij examinabunt duos, vel plures testes super recognitione facta dicti cadaueris ad hoc, vt si possibile sit de eius nomine, cognomine, & patria constet de ipso cadauere,
5 & ipsi testes interrogandi erunt tali forma cū iuramento D.. ætatis.. dignitatis.. testis vocatus, & medio iuramento de dicenda mera, & plena veritate de infrascriptis, & quicquid inde scit, & fuit primò

Interrogatus, se essu testimonio conosce D.., hora morto. *Respon.*

Interrogatus, se sà, ò ha inteso, che hauesse inimicitia detto D.. *Respon.*

Interrogatus, con chi, & da quanto tempo in quà. *Respon.*

Interrogatus, per qual cagione. *Respon.*

Interrogatus, chi altro sà tal inimicitia. *Respon.*

Interrogat. se sà, ò ha inteso, che siano alcune volte state parole ingiuriose, ò minaccie, ò pugni o simili cose tra D.. & esso D. morto. *Respon.*

Interrog. in presentia di chi fu questo? *Respon.*

Interrogatus Il Reuer. P. Abbate, o il Vescouo (quoad clericos seculares) o D.. che era all'hora superiore in monasterio, hà mai saputo tali disgusti tra detto D. morto, & detto D. *Resp.*

Interrogatus, il sudetto Abbate, ò superiore, che rimedio ci hà fatto? *Respondit.*

Interrog. come sapete di tal rimedio. *Respon.*

Interrogatus, se ha veduto, ò ha inteso, che alcuno Monacho habbia tenuto arme nel monasterio, & di che qualità. *Respondit.*

Interrogatus, quanto tempo, & con licenza, ò senza del superiore. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, ò ha inteso a qual effetto teneua queste arme. *Respondit.*

Interrogatus, chi altro sà, o ha inteso, che detto D. tenesse arme in cella, & perche. *Respon.*

Interrogatus de causa scientiæ, &c.

6 Quod si non possint haberi tunc testes informati: puta, quia occisus sit forensis, tunc relinquendum erit cadauer in loco, in quo repertum est bene custoditum, vel in Ecclesiam, vel ad alium locum publicum erit deferendum, vt possit cognosci a prætereuntibus, quod si cognitio prædicta haberi non possit, supra dictis obseruatis, lapso aliquo temporis interuallo cadauer ipsum mandabitur sepulturæ, & dicetur, præmissa
7 tali diligentia securata constare de corpore delicti; b sed si cognitum fuerit a principio, nihil horum fiet; sed si iam cadauer fuisset humatū omninò extrahendum erit à sepultura, & recognoscendum foret (modo, & forma qua supra) mutatis breuiter mutandis, & additis addendis, c & sciendum, quod eadem forma vti debebit notarius in describendis his, quæ reperiuntur, dum visitatur locus incendij annotādo reliquias cōbustionis, vel porta, seu ostium fractum, aut pa-
8 ries fractus, mutatis tamen mutandis, prout facti qualitas, & circunstantiæ suadebunt. d Aduertendo tamen, vt omnia minutim annotentur, vt supra fuit dictum.

b Clar. ubi sup. in verb. Quādo verò ibi, & aēt recognosci. c Clar. vbi sup. quaest. 55 in ver. quando autem, circa medium, ibi, et cauti sunt. d Cla. vbi sup. q. 4 in ver. quādo verò, in fin.

Forma autem visitationis vulnerati, & depositionis eius recipienda super vulnerantis persona erit talis, videlicet.

Visitatus fuit per me D.... Actuariū de mandato RR. Commissariorum, vel si ipsimet visi-
9 tassent, dicat coram Reuerendis Commissariis, D.... iacens in lecto in cella, seu aula suæ solitę habitationis vulneratus vnico, vel pluribus vulneribus, alterum quorum est in capite, alterū in brachio, & sic de singulis cū maxima sanguinis effusione, & hoc vulnus, vel vulnera videbantur illata fuisse baculo, vel ense, gladio, prout illata apparebunt, & erant longitudinis ferè vnius palmi, vel (prout erant) quæ ego vidi, si verò vulneri ipsi adhibita fuissent medicamenta, ita, vt ipsius, vel ipsorum qualitas videri non poterit, tūc erit dicendum, q vulnus propter medicamenta apposita videre non potui, Quæ ego, &c.

Qui vulneratus delato sibi iuramento tacto pectore more religiosorum de mera, & plena veritate dicenda, & quicquid inde sciuerit, dixit vt infra, & primo fuit

Interrogatus, se esso D.... ferito habbia in alcun tēpo hauuto nemicitia con altri? *Respon. sic.*

Interrogatus, con chi? *Respon.*

Interrog. da quanto tēpo in quà, & p qual cagione habbia hauto nemicitia cō il detto D. *Resp.*

Interrogatus, se voi l'hauete mai offeso, o minacciato con parole, o assaltato? *Respon.*

Interrogatus, chi sà questa vostra nemicitia cō detto D.... *Respon.*

Interrogatus, come lo sà? *Respon.*

Interrogatus, ne volete giustitia di dette ferite contra detto D...., ò gli perdonate? *Respon.*

Interrogatus, fu solo, ò accompagnato detto D.... quando vi assaltò, & in che luogo? *Resp.*

Interrogatus, erauate armato voi, quando vi assaltò detto D.... ò senza arme? *Respon.*

Interrog. chi era presente quando vi minacciò, & quante volte vi minacciò detto D. *Respon.*

Interrogatus, chi fu presente, quando vi ferì detto D.... *Respon.*

Interrogatus, con che arme vi ferì detto D..... & come lo conosceste. *Respon.*

Interrogatus, che hora era all'hora, quando detto D.... vi assaltò. *Respon.*

Et poterunt Commissarij alias formare interrogationes iuxta responsiones ab ipso vulnerato factas super dictis generalibus interrogationib.
10 Aduertant tamen quòd huiusmodi vulnerati duplici ex causa assolent negare se nosse vulnerātem, tum quia timent (forsan) q sibi inde deterius contingere possit, tum etiam quia intendunt proprias iniurias vlcisci, quod ita facile nō possent, & sine proprio periculo facere, si detulissent nomina vulnerantium, vel percussorum: Iccirco a Commissariis maxima erit diligentia adhibenda, vt delinquentes hmōi (etiā in viro ipso vulnerato) notitiam habeant, a quod si id assequi non poterunt, & videbitur sibi vulneratum prædictum nolle patefacere delinquentem, quia vindictā de per se de vulnerib. sibi illatis sumere intendit, bonum erit, vel præfatum vulneratū ad carceres conduci facere, vel si qualitas personæ, vel vulneris id non permittat, illum in aliqua speciali aula sequestrare cum custodia omninò studeant Commissarij, ita vt arripere fugā nō possit. b Sed si delinquens esset certus, vel ipsum manifestasset vulneratus, & timor subesset scādali alicuius, tūc qui vulnera inflixit, si posset apprehendi, statim esset carceri mancipandus (si esset tamē infamatus de tali vulneratione p prę-

a Clar. vbi sup. q. 5 in princ.

b Hercul. de caut. de non offen. c. 3. nu. 11.

uiam,& breuem ēt oretenus captam informatio nē) ne effugiat, & denuo statim post hm ōdi carcerationem plenius capiant contra ipsum informationem, vt infra suo loco dicetur, quāuis adhuc de delicto ipsius non constasset Commissarijs, a& ita obseruari de stilo in curijs vtriusq. fori Doctores asseuerāt,& quidē optima rōne, ne dū Commissarij corpus delicti inuestigant, delinquens ipse impunitus euadat. b Facilius est enim captum liberare, quam liberum capere,& carceribus mancipare, c vt experientia rerum docet magistra. d Si vero nō esset timor de fuga, capta informatione (vt infra suo loco dicetur) erit ille citandus ad personaliter cōparendum, vel saltem oretenus per actuarium vocandus ante Commissarios, vt infra. Et hæc sufficiant pro aliquali institutione procedendi ad inquirendum de corpore delicti permanentis, ꝙ per Commissarios potest cognosci sine alterius ministerio. e Sed si ea, quæ in iudicium deducuntur, essent quidem de delicto permanente, sed tamen nō possent iudicari per Commissarios, eo qđ non sint eorum professionis, prout exempli gratia, An virgo stu-
12 prata fuerit, an vulnus mortale sit; & sic de singulis: tunc ipsi Commissarij tenebuntur vocare ad se peritos in arte tali, pro recognitione talium factorū permanentium, scilicet obstetrices,& chirurgicos, qui vulnera, pudendaq. inspiciant, ac deinde iure iurando volūtario interposito, vel, quod & tutius erit, prævio assensu obtento a iudice, seu gubernatore ciuitatis illius in scriptis, vt possint compellere laicos ad testificandum cum iuramēto de ijs, quæ necessaria videbuntur, pro expeditione suæ commissionis, alias errarent,& depositio eorum esset nulla, si ipsi Commissarij essent regulares, exigerent iuramentum per vim, cum super eos laicos desit iurisdictio, & sic seruetur semper in examine laicorum, vel aliorum sibi nō subditorum, alias punirentur de vsurpata iurisdictione. Igitur tactis sacris scripturis ipsi laici cū iuramento deponant. An adsit fractura in adolescentula, an vulnera, & vulnus sit mortale, nec ne. f Et notandum, ꝙ satis erit huiusmodi peritos super prædicta deponere de ipsorum credulitate,& iudicio, cum non teneantur præcisè de veritate talium testificari. Tamen Commissariorum erit ponderare qualitates personarū hmōdi peritorum, & depositiones eorum, vt talem fidē illis adhibeant, q̄ sibi præstare videbitur. g Cum sæpe contigat eos motos precibus aliorum fratrum, & consanguineorum ipsorum reorum nō deponere, quod verè sentiunt.

a Clar. vbi sup. q. 4. in ver. quādo verò.
b Clar. vbi su.
c Arg. in l. si Titio, & ibi Aret. in 5. not. ff. de lega. 1. & in l. si. C. in quibus cau. rest. in integ.
d c. Quam sit, & c. cupientes, de elect. lib. 6.
e Clar. in prax. §. fin q. 4. ver. ba. autem, circa finem.

De forma procedendi in inquisitione, quādo delictum est facti transeuntis, non relinquētis vestigia expressa post se, aut difficilis probationis. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Delicta facti transeuntes quæ dicantur.*
2 *Quando constare dicatur de corpore delicti facti transeuntis.*
3 *Commissarijs quomodo erit procedendum ad inquirendum, quādo delicta sunt facti trāseūtis*
4 *Commissarijs an semper opus sit inquirere de corpore delicti, antequam de persona delinquentis, & a quo abstinere debeant.*
5 *Commissarij poterunt inquirere cōtra suspectos, & procedere ad eos carcerandos, non solum in delictis facti transeuntis, verum etiam facti permanentis etiam sibi prius non constito de corpore delicti, si hoc suaserit cā rōnabilis.*

1 HAbitum sermonem de modo procedēdi in inquisitione, quando delictum dicatur facti permanēis, meritò subsequitur sermo de mō procedendi in inquisitione, quando esset delictū facti transeuntis, quorum vestigia remanere non solent, puta adulterium, percussiones, quæ fiunt manibus, pedibus, vel cum baculo sine liuore, iniuriæ verbales, blasphemiæ, minæ,& huiusmodi: h vel difficilis probationis, vt est furtum sine fractione arcæ, vel ianuæ, falsitas, corruptio iudicis, testium, & aliorum officialium, & hmōdi, vel q̄
2 solo animo perficiuntur, tunc sufficit annotari in scriptis per notarium coram testibus indicia,& coniecturas ad faciendum constare de corpore delicti,& hoc sine difficultate procedit, quando aliunde super prædictis probatio haberi non possit. i In hac ergo specie delicti facti transeuntis Commissarijs erit procedendū infrascripto mō: non enim erit necesse vt aliqua inuestigarent de delicti, sed statim poterunt contra delinquētem inquirere, assumendo opportunas contra illum informationes. Attamen non idcirco, quod nos dixerimus, ꝙ opportet, quod prius constet de cor-
3 pore delicti, ipsis commissarijs sit prohibitum sumere informationes super delictis cuiuscunque generis, sibi quoquo modo ad notitiā deductis. k Habent enim ipsi Reuerendi Commissarij liberam facultatem, accepta querela, vel denunciatione iudiciali, testes examinandi, aliasq. quascunque inuestigationes faciendi, vt delictū, &
4 delinquentes reperiantur. Abstinere solum ipsos monemus, ne præsumant, antequam de corpore delicti iuxta superius tradita constiterit eis, aliquem inter reos recipere,& constituere, seu tanquam reum examinare. l Quinimmo aliquando non solum in delictis facti transeuntis, sed etiam
5 in ijsique facti sunt permanentis, licebit illis in continenti habita notitia, quod aliquod delictū perpetratum fuerit, si periculum fuerit in mora, vel aliqua subsit iusta causa (quæ animum eorum moueat contra suspectos) ad capturam deuenire, vel aliter prouidere, ne ipsi rei arripere fugam possint, quamuis tunc de delicti corpore nō plene constaret,& talē normā videmus quotidie curias Episcopales, & seculares obseruare, & quidem meritò, ne dum Commissarij inquirere inchoauerint de corpore delicti, delinquentes fugam arripientes delusum iudicium,& Commissarios derelinquant; facilius .n. erit carceri mancipatum liberare, quam liberum ad carceres deducere, (vt experientia rerum magistra semper docuit.) m His ergo peractis recipiant Commissarij depositiones testium, qui interfuerint prædictis indicijs,& cōiecturis, vt de ipsis aliquo mō constet in iudicio apud acta, vt dici verius possit constare de corpore, delicti facti transeuntis, & hæc erunt memorię imprimenda ab ipsis Reuerendis Commissarijs n

h Clar. in prax. § fi q 4. in ver. Quando verò.
i Gand. in tit. de Præsum. & indit. indubita. col. 2. in 6. ver. aliud ēt notatu dignum. Boss. ī prax. tit. de aelictis n. 29. et seq.
k Clar. vbi sup. ver. scias tamē & in ver. quādo verò. ib statim igitur.
l Clar. vbi su. q. 5. in princ. & in ver. sed hoc incidenter.
m Clar. vbi su. in q. 4. ver. quādo verò.
n Arg. in l. si Titius, & ibi Are. in not. 3. ff. de legat. 1. & in l. si C. ī quib cau. rest. in integr. & in cap. Quam sit, et c. Cupientes, de elect. lib. 6.

De forma procedendi ad inquirendum de corpore delicti facti non permanentis, nec transeuntis, sed dubij, scilicet quādo in aliquo facto ignoratur, an interuenerit scelus, nec ne. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Cōmissarij quomodo procedent ad inquirendū de delictis dubys, & q̄ delicta hic dicātur dubia.*
2 *Forma interrogādi testes super d. facto dubio.*
3 *Forma*

3 *Forma subscriptionis testium examinatorum traditur.*
4 *Si signa veneni porrecti appareant in cadauere, an sēper quis veneno necatus dicēdus erit, et quare.*
5 *Cōmissarij faciant annotari omnes maculas repertas in corpore eius, q dicitur veneno interijsse*
6 *Forma, et norma procedendi in inquirendo de tali delicto veneni dubio traditur ipsis Cōmissariis.*
7 *Interrogatoria opportuna facienda a Cōmissariis tam medicis, quam aliis testibus examinandis super dicto facto.*
8 *Ratio redditur, quare super dicto facto dubio testes sint accuratissimè examinandi.*
9 *Commissarii quid facient, si post huiusmodi accuratam inquisitionem non possent de iure aliquē habere suspectum de porrectione potus, vel cibi veneno mixti.*

1 QVando facta quomodolibet ad Commissarios, vel iudices ordinarios delata essent dubia, an in ipsis adfuerit, necne dolus, & scelus, vt puta aliquis in puteo mortuus inuentus est, & dubitatur, an casu in eo cæciderit, *a* vel sponte in eum se proiecerit instigāte diabolo propter impauenoām, & grauem infirmitatem, vel desperationem, vt sæpe etiam tēpestate nostra contigisse audiuimus, vel quod ab aliquo violente fuerit proiectus, statim Iudices accuratissimè de veritate facti inquirere tenebuntur, & testium depositiones in scriptis recipere cum iuramento vt ad veritatis facti cognitionem tali pacto tandem deueniri possit; Tali ergo, vel simili forma vtendū, & sigillatim testes examinandi sunt super infrascriptis.

a Cla. in prax. § fin. q. 4. ver. Quando vero.

Die...

2 D... ætatis.... dignitatis.... coram Reuerendis Commissarijs in testem vocatus, & medio eius iuramento de dicenda mera, & plena veritate, & quid quid inde sciat de infrascriptis, & fuit examinatus pro informatione curiæ.

Interrogatus, s'esso testimonio conosce D... qual'è stato trouato morto nel pozzo quel di... *Respondit.*

Interrogatus, da quanto tempo io quà lo conosce. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto D... morto haueua inimicitia con alcuno. *Respondit.*

Interrogatus, qual era la causa della inimicitia fra loro. *Respondit.*

Interrogatus, quanto tempo detta inimicitia durò fra quelli. *Respondit.*

Interrogatus, se altri hanno saputo la detta inimicitia, & la causa d'essa. *Respondit.*

Interrogatus, come sà esso testimonio, che li nominati da lui sapeuano detta inimicitia, & la la causa d'essa. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto morto patisse di humori malinconici, & grauemente. *Respondit.*

Interrogatus, se sà che patisse d'altri mali grani, & quali erano quelli. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto D... morto si sia lamentato, che il diauolo gli apparesse, & in qual forma, ò che gli venia pensiero d'ammazzarsi da se. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, che detto D... hora morto solesse imbriacarsi, & quante volte, & come esso testimonio lo sà. *Respondit.*

Interrogatus, se si lamentasse alcuna volta detto D... morto, che alcuno lo minacciasse di dargli la morte, ò ferite, ò bastonate, & di qual persona in particolare. *Respondit.*

Interrogatus, se sà, ò hà inteso, che detto D... morto stesse mal volontieri in Religione, ò in spetie in quel monasterio, & della Cagione, & come lo sà. *Respondit.*

Interrogatus, se ha veduto alcuna volta detto D... morto alienato da se, stolido, & come matto andar per monasterio, ò per Chiesa, ò piazza. *Respondit.*

Interrogatus, qual'atto in spetie facea questo D... hora morto, per lo quale si mostraua fuora di ceruello, & quante volte gli hà fatti. *Respondit.*

Interrogatus, in presenza di chi fece D.... morto tali atti per voi hora raccontati. *Respon.*

Interrogatus, di qual morte violenta sia morto detto D... data da lui stesso, ò d'altri. *Resp.*

Interrogatus, qual'è la cagione, che crede, che detto D.... sia stato buttato d'altrui. *Respon.*

Interrogatus, di qual persona in spetie lui creda, che sia stato buttato d'altri nel pozzo detto D... & per qual cagione, & se sà, che l'habbia inteso, che ciò altri credano. *Respondit.*

Interrogatus, come voi sapete, che D.... crede che il detto D... sia stato cosi buttato nel pozzo. *Respondit.*

Interrogatus de causa scientiæ, de loco, & tempore dixit vt supra, &c.

Et cum hæc depositio per eūdem testem fuisset perlecta ad verbum in fidem veritatis propria manu se subscripsit.

[Io D... hò deposto quanto di sopra, & in fede della verità mi sono sottoscritto di mia propria mano.]

3 Hæc norma erit semper seruanda in subscriptione cuiusq. testis examinati ad maiorē cautellam, & ad obuiandum cauillationibus testiū, de quib. habetur per doctores in cap. Quoniam contra, de probationibus.

His, & alijs interrogationibus congruentibus peractis, prout ex eorum responsionibus elici vi debitor Commissarijs, cum in hoc regula certa dari non possit.

4 Idem erit agendum, quādo fuisset delatū aliquem interijsse veneno, ac præ se ferre signa veneni diceretur: cū non semper hoc cōtingat per causam extrinsecam, s. per sumptum potum, aut cibum veneno admixtum, verum et per corruptionem aeris, vel humorum corruptionē, vel alia de cā ingenitū *b* ex quibus experientia rerum magistra, & medicorum cōsultatione posse contingere in corpore malè affecto signa veneni di- dicimus: & sic pariter homines interijsse, sicut ex potu, vel cibo venenato. Et ante oīa iubeant ipsi Commissarij ab actuario annotari oēs maculas sigillatim secundum earum quantitates, qualitates, & situationes, quę tesperse reperiuntur in tali cadauere corā testib. saltem duobus: quos postea examinabunt cum iuramento, depositiq. de eis prout viderunt iuxta formam traditam supra *c* dum sermo haberetur, de mō procedendi de facto permanente, puta homicidio. Quapropter Commissarijs Deum timentibus erit postea accuratissimè inquirendum de cā talis mortis poteruntque cadauer et humatum iubere extrahi & vocare medicos, & eos interrogare modo, & forma subsequenti, vel simili, prout ex relatione sibi facta a medicis poterit elici, & ipsorum cadauerum inspectione, & exhibito iuramento, eos tali forma, vel simili interrogabunt, & eorum depositionem scribant in actis, videlicet. 5 6

b Bost. in sua prax. tit. de delict. num. 5.

c In c. 4. prasen tis secunda par.

7 Constitutus Excellens D... artium medicinę Doctor ętatis.. & medio (stante facultate Reuerendis Commissarijs indulta a Domino.... Guberna-

Digitized by Google

Aliquando verò procedit ad inquisitionem spe-
cialem ad instantiā partis:& tunc dicitur, quan-
do, scilicet, promotor ipsius comparet coram iu-
dice conquerens contra aliquam specialem per-
sonam cum nomila testium examinandorū con-
tra illum in ipso processu informatiuo. Aliquan
4 do verò ipse iudex, non ad instantiam alterius
inquirit, sed ex proprio officio suo, & hoc dupli-
citer contingere assolet. Nam aut ad inquirendū
mouetur ex insinuatione, & fama orta contra
omnes habitantes in aliqua ciuitate, vel mona-
sterio, contra quos fuisset orta fama de dilapida
tione bonorum ecclesiasticorum, vel machina-
tione contra principem, vel prælatum, & huius-
modi: & dicta fama contra aliquem in specie
non orta fuisset; tunc tenebitur ordinarius *a* per
se, vel per delegatos Commissarios procedere ad
inquisitionem generalem formandam, exhiben
do iuramentum testibus interrogandis de om-
nibus preter occulta, vt infra suo loco dicemus.
Præmissa tamen aliquali probatione dictę infa-
miæ ad hoc, vt constare possit Iudici de dicta in-
famia, quoniam aliàs corrueret *b* processus, vt co
piosissimè diximus, & probauimus in nostra pra
xi eodem titulo. Si verò fama *c* orta sit contra
speciales personas, & contra illas eadem forma
vti debebit, descendendo ad locum, vbi dicatur
talem deliquisse: & inquirat primò de corpore
delicti modis, & formis traditis in præcedenti ca
pitulo quarto per totum; inscribendo infrascri-
ptum titulum, vel similem, in qualibet specie in-
quisitionis, vt infra. & animaduertant Commis-
sarij, quod si ex deductis in inquisitione genera-
li emanant indicia contra aliquas personas spe-
5 ciales, tunc poterit legitimè inquirere contra il-
las personas specialiter nominatas, nullo alio no
uo processu formato iuxta stylum omnium cu-
riarum hac nostra tempestate: & merito ne deli-
cta aliquo pacto inde puniri celeriter impedian-
tur, in graue detrimentum boni publici, quod ex
punitione scęlestorum hominum insurgere cō-
tingit, experientia teste.

a c. Qualiter, & quando el 1. ext. de accus. & ibi per Doct.

b Clar. in prax. §. fin. q. 5. ver. scias etiam de iure communi.

c c. Qualiter, et quando el 2. ex de accus. & ibi per Doct.

Forma tituli Inquisitionis generalis ex officio facienda.

6 Hæc est inquisitio, quam intendunt facere R.
D.... & R. D.... Commissarij etsi inquisitor
est ordinarius, dicat (R.D.... & iudex ordina-
rius monachorum huius monasterij S....) vt
supra specialiter destinati ad inquirendum, de
& super crimine.... quod perpetratum dicitur
in hoc monasterio, cuius author adhuc ignora-
tur. Vel si ordinarius est episcopus, & ipse vel e-
ius Vicarius voluerit inquirere per se, vel dele-
gatos, mutet supradicta verba mutanda: & sic
dicimus de infrascriptis aliis formis.

Forma specialis Inquisitionis ex officio facienda.

7 Hæc est ioquisitio specialis, qua intendūt &c.
De & super crimine.... perpetrato in mona-
sterio præsenti in graue damnum D..... quæ
inquisitio fit.

Forma tituli Inquisitionis specialis ad instantiam partis.

8 Hæc est inquisitio specialis, quam ad instan-
tiam: D..... intendunt facere, &c. vt supra,
super crimine.... perpetrato in præsenti mona-
sterio in graue damnum ipsius promotoris.

De Inquisitione. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis nomen ambiguum, quæ duplex est, præparatoria, & solemnis.*
2 *Inquisitionis solemnis, & præparatorię discrimen.*
3 *A visitatoribus, quæ oratio habenda.*
4 *Visitatores oratione facta cum ad ecclesias profi-ciscantur, perquirant pertinentia ad diuinum cultum.*

1 INquisitionis vis, atque notio latius patet,
quam præsens negotium exposcit. Ideoque,
quæ minus sunt necessaria, omittemus, ac bipar-
tita eam ratione distrahimus. Nam altera qui-
dem ordinaria, siue præparatoria appellatur, al-
tera verò solemnis: ita Specu. tit. de inquisitione,
§. 2. num. 9. Plurimum quoque inter se differunt.
2 Illa enim vtendum est, cum Prælatus suam, vel
Diœcesim, vel Cœnobium, vel totam familiam,
(vt Visitatores solent) visitandi gratia perlu-
strant, vt adnotauit Spec. in tit. de inquisitione,
§. 2. nume. 6. & cauetur in cap. Romana, §. sanè,
de censi. in 6. & cap. placuit, 10. quæst. 1. Franc.
de Aretio in cap. qualiter, & quando, el secondo,
in 4. col. de accusat. Panorm. in cap. primo, de of-
ficio ordin & hæc, aut de multis, aut de singula-
ri persona instituitur, & nulla præcedente for-
ma potest institui: Posterior autem nisi illa per-
crebuerit, vsurpanda non erit. Præterea in illa
non modo de maximis, verum etiam de leuiori-
bus criminibus perquisitio faciēda est: in ista gra
uiorum tantum scelerum ratio habenda est. Ad
extremum ibi de veritate aperienda in his, quæ
ad instaurationem ecclesiæ cum in membris, tū
in capite, attinent, iuramentum a testibus non
extorquetur, ex cap. olim, de accusat. & ex Spec.
in tit. de inquisitione, §. 2. nu. 13. hic, & iuramen-
tum exhibetur, & c. de quibus inquisitio insti-
tui debet Panorm. in cap. qualiter, & quando: se-
quitur Hostien. ibidem. Sed quamquam prioris
generis inquisitio ad præsens non attineat insti-
tutum, nisi vt Visitatorum munus deposcit, pau
ca tamen erunt a nobis explicanda. Primo nam-
que vbi ad Cœnobium visitationis causa ij ve-
nerint, vt nostris institutis capitulis: Quomodo
visitationes fieri debent, explicatur, ac decerni-
tur in cap. ea quæ. de statu monachorum. Decla-
ratur verò a Speculatore in tit. de inquisitione,
§. secundo, & tertio: ita exordium sument.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Anno
ab eiusdem Saluatoris ortu N. die N. mense N.
Mandatis a generalibus nostris Comitijs cele-
bratis in Monasterio N. susceptis de monasterio-
rum visitatione cisappendinorum, vel N. a no-
bis facienda, nos ipsos contulimus in Monaste-
rio enim vt quod erat nobis munus impositum,
exequeremur: sub Pontificatu Sanctissimi Domi
ni nostri Pontificis summi N. hac ratione visita-
tionem instituimus, vt sigillatim inferius descri-
ptum fuerit. Deinde exhortationem habebunt
ad scelera, & peccata vitanda, honestaque perse-
quenda, coactis in Capitulo fratribus hac, vel a-
lia ratione. Ea est fratres imbecillitas humani
3 animi diuino munere destituti, vt in summa re-
rum ignoratione, vitęque prauitate versari co-
gatur, nisi optimi alicuius institutoris opera, de-
terreatur a malis, ad honestas, rectasque actio-
nes excitetur. Quocirca, sanctissimè quidem, ac
prudentissimè ij, quibus fideles rectis legibus,
pro-

Digitized by Google

probisque institutis, informandi cura commissa est: Summorum Pontificum, sacrorumque Conciliorum decreta constituerunt: vti singulis annis ad eos salutaris visitationis gratia pergant. Quo loco, tum in capite, primarijsvè hominibus, tū in mēbris, infimisvè quō alijs res se habeant, accuratius exquirant. Cuius sanè secretam, eandemque grauissimam speciem, in præclarissimo Patriarcha Iacob licet perspicere: qui grauissimum filium suum Ioseph, morum candore nitentem, ad fratrum visitationem direxit, dicens Gen. 37. Vade, visita fratres tuos, & pecora, & renuncia mihi quid agatur. Quam planè vocem nobis, qui Visitatorum vices (licet indigni) sustinemus, vsurpare, atque erga vos (amantissimi Patres, & fratres) te ipsa explere contendimus. Vt iure Pontificio in cap. ea quæ, de statu monach. & normæ nostræ institutis, cap. 35. primæ partis, grauissimè, atq; rectissimè sanctū est. A quibus ne transuersum quid. m vngueni (vt aiunt) quoad eius fieri potest, deflectere propositum habemus. Primò igitur, vt institutionum nostrarum ratio postulat, id vobis cogitandum com animis vestris rogamus, a Deo collata vobis summa beneficia, attento, atque grato animo vt expendatis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum, in quo dubio procul splendidissimum videbitis lumen, æuoque sempiterno constantissimam felicitatem comparabitis. Deinde facultate à Comitijs generalibus nobis indulta, præcipimus, vt si quid prauum, aut dissolutum, vel in capite, vel in membris ceteris, cum in Cœnobij bonis, tum in rebus sacris irrepserit, remoto odio, prauaque abdicata voluntate, significetis. Non enim deerit, aut benignitas in emendando, aut strenuitas in exequendo, aut fides de ijs, quæ apud nos dicentur
4 ad Patres referendi, &c. Quo facto ad Ecclesiam proficiscentes, sacra vel ipsi conficiant, vel summa deuotione audiant. Postea Eucharistiç sacramentum, ceteraque ad Diuinum cultum pertinentia, vt sacrarium, sacrorumque vasorum, & vestium rationem perquirant, scriptisque reperta mandent. Demum fratrum visitationi, (vt sequenti capitulo explicabitur) operam dandam esse, non ignorent.

De solemni Inquisitione. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionem ante quæ præcedere debeant.*
2 *Inquisitionis solemnis forma.*
3 *Infamia probatio desideratur in iudice Delegato, non autem Ordinario, & sub nu. 5.*
4 *Inquisitionis ordo.*

HÆc quidem quod in priuatis criminibus vnius, aut multorum iudicandis, suo ordine versatur, quid sit, ex superiori tradita diffinitione, colligere licet. In qua sanè magni referre
1 re arbitrandum est vt infamia clamorosa vt insinuatio, aut expressa indicia, priusquam instituatur, antecedere debeant. Quæ quidem accusatoris vim habere, sancitum est, c. qualiter, & quando, el 2. de accusa. sic namq; legimus, quod villicus diffamatus fuerit, quasi dissipasset bona ipsius, &c. Posthac verò ad sui muneris rationē reddendam accersitus, ita cum illo actum est: Redde rationem villicationis tuæ: quid hoc audio de te? &c. Quibus verò conditionibus infamia, clamorosave insinuatio contineatur, inferius loco suo proprio manifestabitur. Nunc de eius progressione, & modo dicendum est. Itaq; cum iudex ordinariam habeat in loco potestatem, quoniam probabiliter existimare potest, cū infamiæ, quæ viget, per se se cognitionem habere; merito infamiæ probatio non requiritur vt inquisitionem instituat, potius sine mora hocinuo ad præstandum suum munus se comparet.
2 Nostras cū peruenisset ad aures (fama antecedēte) clamorosavè insinuatione peruulgata; vel si illa non adsint, expressa tamē indicia cōstet, pōt dicia indities expressis impellentibus, quod D. N. Cœnobij bona dilapidat; At sæpius ea de re admonitus, resipiscendi consilium non suscipit, idcirco boni pub. & veritatis tuendæ causa, inquisitio à nobis instituenda est, super eorum vnumquodque intimum, atque annexum, &c. Die 2.
3 Maij in nostræ residentiæ aula, &c. Verum enim cum delegati iuris tantum quis facultatem obtineat, & loco non adsit quo facinora commissa sunt, vt infamiæ vigētis cognitionem capere per se commode possit, infamiç prius probatio constituenda est, quç quidem (vt infra dicetur) duorum testium dictis constare debet. In cuius sanè exordio, his verbis vti commodè potest iudex. Quoniam autem duorum testium legitimis dictis, de infamia, vel clamorosa insinuatione, expressiuè inditijs cōstat nobis D. N. Cœnobij bona prauè decoquisse; ideo boni publici, & veritatis tuendæ gratia, inquisitionem faciemus super eorum singula intima, atque annexa. Die, & anno tali, &c. Habentur hæc ex Pan. in cap. cum oporteat, & in ca. cum dilecti, de accusat. probat etiam Spec. in tit. de inquisitione. Quorum sanè ratio consentanea est, ne flagitiorum scelera cōtra Rempublicam perniciosius grassentur, iudicumve peruersitas exaugeatur. Ordo vero to-
4 tius inquisitionis hac via, & ratione progredi debet. Primum dilapidationis rumor, percrebescit, expressave signa apparent. Ac tunc quidem (vt superiori cap. diximus) ex ipsa dilapidationis natura, ac modo, capitula describi debēt, de quibus per Curiç promotorem, vel Iudicem, vt apud nos moris est; singulatim disquisitio solers, & diligens facienda est: ac id totum quod testes dixerint, literis fideliter mandanuum; eorumque qui ad testificādum accedunt, vniuscuiusque subscriptione apposita. Deinde Reo accersito, capitula quæ sibi opponuntur, aperiēda sunt, eisque exemplum; (si postulauerit) exhiberi par est; internallo etiam temporis præstito, ad se tuendum. Quibus ita compositis, ipse reus singula per capitula examinandus est, quæ dixerit, literis distinctè prodenda sunt. Id autem ad extremum subiungere non piget, quod fama suis (vt explicabimus) instructa conditionibus, certo vel incerto autore excitata, constituendam inquisitionem efflagitat, ne publicum bonum damni quicquam faciat. tex. & Doctores in c. licet Heli, de simo. Panor. in ca. qualiter, & quando, de accus. el 2. Quocirca animaduerto etiam inquisitionem plerumque ex simplici Iudicis munere dimanare. Nullaque tunc denunciatione opus est. Specul. in tit. de inquisitione. §. 3. Plerumque verò ea fit ex aliquo excitante, atque denunciante; qui cum id suscipit, non astringitur denunciati criminis circunstantias (vt aiunt) aperire. Quemadmodum si aliquis decoxisse Cœnobij bona denuncietur, id criminis, in frumento ne, an in vino commissum sit, &c. eius generis indicare nemo tenetur: prætetquam si, his omissis, operis adeo occultatio, & inuolutio, vel

vel dubietas, vel ambiguitas oriretur, vt Iudex veritatem assequi minus posset Petrus Follerius in sua practica criminali, quo loco omnia vberrime probat.

Explicantur ea, de quibus Inquisitio fieri debeat. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio de quibus criminibus fieri debeat; & quæ publica crimina.*
2 *Inquisitio an initium possit, cum crimen sit manifestum, sed persona occulta.*
3 *Inquisitio quando fieri possit de libello infamatorio, authore occulto.*
4 *Criminis effector occultus, aut conscius a Iudice interrogatus, respondere non tenetur. fallit nume. seq.*

QVid sit in hoc sentiendum, non conueniunt Doctores; sed multis prætermissis, breuitati in hac re, & facilitati consulemus. Nam crimen omne, quod in publici boni, aut etiam familiæ existimationis euersionem facit, apta est quasi materia, in qua inquisitio versetur. tex. & ibi Bart. in l. congruit, ff. de off. præsi. Bald. in c. 1. §. iniuria, col. 5. vers. pone quòd inuenitur, de pace iuram. firm. Fely. in c. inquisitionis, de accusa. Ea autem publica crimina sunt appellanda, quę publicum bonum euertunt, vt l. iure mariti, C. de adult. glo. summæ, 2. q. 7. c. cum P. Manconella, de accusat. Ac exemplum nobis sit, bonorum Monasterij decoctio, scortatio, aliave huius generis vitia, ex quibus familiæ æstimatio perditè maculatur; Sed cum plurimæ sint in hac re difficultates, primo loco sese offert ea discutienda:

2 Cum crimen manifestum sit, persona tamen lateat; possitne inquisitio institui? Petrus de Palude in 4. dist. 19. q. 4. assentiturque Tabienę Summæ author, verbo inquisitio, n. 8. sentit, id posse merito fieri, idque tenet Spec. in tit. de inquisitione, §. 2. nu. 7. & in tit. de notorijs criminibus, §. 1. in fine. Nam quamquam peccator lateat, & sit occultus, peccatum tamen manifestum est, vt de occultis, quod iure cauetur, minimè inquisitio haberi videatur. Quod quidem vt intelligatur, exemplis illustrandum est. In Cœnubio si contingat quippiam surripi, aut infamatorium libellum aduersum aliquem affigi; nec tamen de effectore constet. Id quæritur modo, liceat ne, excommunicationis sententiam de veritate aperienda, aut intendi, aut prorsus ferri, inquisitionemque iis de maleficijs adhiberi? Supradicti authores aientem partem tuentur. Quibus mirum in modum aduersatur Caietanus, 2. 2. q. 69. art. 2. & Sotus lib. 5. de iust. & iu. q. 6. art. 2. col. 3. grauissimis quidem, & clarissimis rationibus vtentes. Nam & inquisitio institui nullo iure potest, nisi peccator, aut infamia, aut expressis indicijs sese prodat, quod tamen in eiusmodi euentis abesse dicitur, & excommunicatio nisi monitione præmissa ferri prorsus non potest, c. sacro, de sent. excom. c. 1. de sent. excom. in 6. & idem in c. qualiter & quando, el 2. de inquisitionibus, omnino fieri prohibetur. Neque eorum sententia probanda est. Vt quamquam sigillatim inquisitio confici nequeat, vniuersim verò nihil obest, quo minus fiat. Quid? nonne eodem res ipsa reuoluitur, cum examinandis testibus dicimus, quis admisit tale, vel tale? illi respondendo, ad singularia profectò descendent. Quod sanè abhorret a c. inquisitionis, de accusat. Nam si duo iurati testes (vt ibi dicitur) aliquid se vidisse affirmarent, non tamen inquisitioni locus aliquis datur: sed alia via ingrediendum est. Quanto id euidentius in occulto peccatore curandum erit? Quocirca etsi in more positum sit, in huiusmodi inquisitiones constituere, vt omnes affirmant, præsertim Spec. in tit. de notor. crim. §. 1. in fi. ob quod dicit non esse a tali consuetudine recedendum, per tex. in l. minimè, ff. de leg. c. cū dilectus, de consuet. Videant tamen, qui sic sentiunt, num potius sit eliminādus abusus; quemadmodum omnia refutando argumenta penitissimè Sotus explicauit. Animaduerto tamen duo, ex quibus veritas mirificè elucescit. Primū

3 libello infamatorio conscripto, & vulgato, licet de re ipsa inquisitio confici non possit, quod author occultus sit; tamen signa, vt locum, tempus, characterum formas, & cetera eius generis inuestigari, non abhorret a iure. Quod si ex his, aliquis peculiariter notari contigerit, tum inquisitione adhibita, aduersus eum causam instituere ratio suadet. Deinde nomina traditur generalis, cum crimen in perniciem publicam, tertięve personæ damnum vergit, neque est emēdatum, sed in futurum pendet, inquisitio omni iure cōstitui debet; si autem emendatione fuerit abolitum, tum nullo modo inquisitione vtēdum est. Etenim si ista bona Cœnobij diripiuntur, vt in dies semper id sceleris serpat, potest inquisitionis haberi ratio. Quod etiam de ceteris in eandē rationem cadentibus intelligendum est, ita Sotus, vbi supra. Nec contra obtinet quicquam peruulgatum illud, multa ex hoc inulta crimina remansura. Anacletus enim respondet in cā omnia, 6. q. 1. multa esse Diuino iudicio relin-

4 quenda. Qui itaque horum criminum, aut effector est, aut conscius, si interrogetur, is fateri veritatem cogi non potest. Malè enim suæ existimationi consuleret, si in proborum numero habitus, nunc ore proprio, se vt improbum proderet, nulla necessitate iuris. Atque etiam quicunque peccasse eos sciunt, interroganti prodere nō tenentur; quod si contra faciant, commaculatæ alienę existimationis, crimen incurrunt. Quæ

5 quidem in omnibus rata sunt, præterquam in crimine hæresis, læsæque maiestatis, quodque in Reip. perniciem impendet. Sotus lib. 5. de iust. & iu. q. 6. art. 2. Alio capite explicabimus cetera.

Eorum accuratior explicatio. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *In iudicijs constituendis curanda est iustitia conseruatio.*
2 *Conscius de crimine, & interrogatus de conscientijs, an teneatur eos prodere.*
3 *Interrogatus de cōscientijs in crimine hæresis, atque læsæ Maiestatis, tenetur eos prodere, ita in crimine publico, quam de eo, quod pendet in futurum.*
4 *De criminibus occultis non fit inquisitio, nisi cum vnum est indicium, aut circumstantia alterius.*
5 *Literæ infamatrices incerto author, an habeant vim accusationis, ad effectum inquirendi.*
6 *Denunciatio alia Euangelica, alia iudicialis.*
7 *Purgatio canonica quando indicenda.*

Ni-

1 NIhil ita in iudicijs constituendis curãdum
est, ac iustitię conseruatio: ideoque eò ma-
gis monachis prouidendum est, quo tranquilli-
tatis, & pacis maiorem præ ceteris rationẽ habe-
re debent: iam verò iustitiam si dimittant, nullus
locus superest pacis, sacris literis dicentibus. Ps.
84. Iustitia, & pax osculatæ sunt. Qua de re nul-
modò addubitandum est. An quispiam de vno
2 quodam crimine conuictus, & interrogatus de
conscientijs, aut impulsoribus prodere eos ob-
stringatur. At verò si vsurpatum morem specte-
mus, in promptu est, & facilis explicatio. Nam
simul ac alicuius criminis iudicium quis susti-
net, acerbissimæ ei accedunt interrogationes, in-
figuntur tormenta dirissima, vt conscios pate-
faciat. Sed si delectu quodam iustitiam admini-
stremus, errore, aut crudelitate minimè conta-
minabimur. Cum namque expressa quædam
indicia, aut infamia antecesserint, quibus cõscij
notati erunt, iure de illis interrogatio potest cõ-
stitui, eosq; prodere Reus merito tenetur: Quod
si neque expressis indicijs, neque infamia cõscij
detegantur, nec licet, nec debet de eis quæri, se-
cus si fiat, nihil iniustius, cum ea re socij existi-
mationem per vim ferè violemus. Quod egre-
giè explicatum fuit in c. cum monasterium, de
confessis, in cap. veniens, de testam. in c. nemini,
11. q. 3. in l. fin. C. de accus. l. reperi. ff. de quæstio-
3 nibus. Excipitur hæresis crimen, læsæque maie-
statis: hanc sentẽtiam complexus est Caietanus,
opusc. 16. ac Scotus lib. 5. de Iust. & iure, q. 6. art.
2. Nec tamen positæ conditiones in superiori Ca
pitulo excludendæ sunt: Nempe, vt si crimen sit
publicum, & in ipsius boni publici exitium im-
mineat; pendeatque in futurum, tum quæri de
ipso potest, tametsi occulto: pari ratione, de con-
scijs habere quæstionem nihil prohibet. At si hæ
absint, nullo iure permittitur, præterquam du-
4 plici euentu. Primo, si quis de eo est crimine cõ-
uictus, quod est alterius indicium. Verbi causa,
si quis adulterij crimine fœdatus deprehendi-
tur, adulterque coniux in eius lecto necatus re-
periatur: tunc a ratione alienum non est de ho-
micidio occulto inquisitionem aduersus adulte-
rum conficere. Quod alio etiam exemplo illu-
strius facimus. Interemptus si fuerit quisquam,
ac vestibus spoliatus, penes quem hæ vestes re-
periuntur, homicidij causam is dicere cogatur.
Deinde quando vnum crimen est alterius (vt
aiunt) circumstantia, vt si quis euincetur de con-
suetudinę cum puella, quis dubitet; quæri pos-
se, an violauerit? his autem exceptis euentis, neq;
occulta crimina in disquisitionem venire fas est,
neque latentes conscios producere quisque ob-
stringitur. Quod quidem magnopere nobis re-
ligiosis seruandum est: ne ferarum gentium mo-
re, non Christiana pietate scelera vindicare vi-
deantur. Verum enim id magna in ambiguitate
5 versatur: An literæ infamatrices, & delatorię in-
certo authore scriptæ, vim habeant vt aut accu-
sationis, aut inquisitionis, aut denunciationis ra-
tio ex eis possit constitui. Et quidem de accusa-
tione, res perspicua, & euidens est: cum enim pę-
na talionis puniri accusator debeat, si delatum
crimen non probet, colligitur planè eiusmodi li-
teras, ex quibus accusator, siue scriptor minimè
scitur, nullius esse roboris, si quidem scriptore i-
gnorato, in quem esset talionis pœna imponen-
da, nesciretur. De inquisitione autem res in am-
biguo est, veruntamen facilè veritas elucescit.
Quoniam cum aut sine infamia, aut expressis
indicijs, siue signis præcedentibus institui inqui-
sitio non possit; & hæ delatoriæ literæ, neque in-
famiam queant inducere, neq; expressorum si-
gnorum vim sibi vendicare (cuique enim illas
pro libidine scribere integrum est) patet nihil ex
eis probari: Accedit etiam, quòd Pontificijs san-
ctionibus aduersatur. Nam in cap. inquisitionis
extra, de accusatio. expressè prohibetur fieri in-
quisitionem ad eorum postulationem, qui clam
schedulas in alterius infamiam proferunt: idque
ideo fieri non potest, ait Panorm. in præcitato c.
inquisitionis, §. tertiæ, nu. 4. quoniam schedulæ
infamiam minimè afferunt, vt habetur in c. fin.
de accusat. Quo magis id de delatorijs his lite-
ris incerto scriptis authore intelligẽdum erit. Est
namq; regula generalis, vbi par exemplũ deest,
progrediendum est à similibus ad similia iudi-
canda, vt in c. cum dilecta, de confirma. vti. vel
inut. In postremum, Institutis nostris sancitum
est vt huiusmodi literæ explodantur primæ par.
ordin. cap. 6. de modo scribendi Capitulo gene-
rali. Neque eos aliquid vero similius afferre ar-
bitror, qui sentiunt, si in eiusmodi literis testes,
qui interrogari possint, explicentur, nihil obsta-
re, vt inquisitio fiat. Nam quam futilis hæc sen-
tentia sit, apertè conuincitur. Nisi enim indicia
expressa, aut infamia antecedat, nullus est inqui-
sitioni locus, iuribus supra adductis. Bart. in l. cõ-
gruit, ff. de officio præsid. glo. in cap. primo, de
officio ordin. in glos. prima. Nunc quid valeant
in Denunciatione dicendum est. Iam verò hoc
dubij facilè eluditur, si denunciationis bipartitã
6 rationem complectamur: Quarum vna Euan-
gelica appellata cum trinam antecedentem mo
nitionem exigat, nullo modo ius suum ex illis li-
teris obtinet, quoniam factane sit, an secus, pror
sus obscurum est; Altera vero, quæ dicitur iudi-
cialis, certæ cuiusdam personæ debet esse, cui pos
sit iudex merito fidem adhibere, ac ex eius testi-
monio excitatus, ad inquisitionem aggredi. Rei-
ciantur itaque turpes illæ, & infamatrices literę:
neque de prouocatione ad Romanam Curiam
patres timeant, quoniam in hoc tantum abest,
vt aliqua culpa sit, vt summus insit potius iusti-
tiæ cultus. Cum vero facta inquisitione, nihil
exploratũ, nihil certi, atque firmi collectum est,
7 tum canonica purgatio indicenda est. Vt hi qui
temerè, ac inordinatè sese gerunt, nec Apostoli
hortationi obsecuti, ab omni etiam mali specie
abstinendum putant; ac ea re occasione data in
famia laborant; cogantur suæ existimationis, at
que publici boni iacturam per purgationem re
sarcire. Specul. in tit. de inquisitione, §. 3. versi.
autem crimen. Sotus lib. 5 de Iust. & iu. q. 6. ar. 2
Archiepiscopus Florent. 3. par. tit. 9. c. 8.

De modo procedendi in Inquisitione. Cap. X.

1 *Forma Inquisitionis quæ sit.*
2 *Forma tituli inquisitionis.*
3 *Forma sententiæ diffinitiuæ.*

IN postremum, quoniam labore grauissimo (humanissimi amici) me esse perfunctum lætor, tamen ne aliquid, quod in hac re desiderari queat, prætermittatur, rationem de inquisitione instituenda describere, ita vt nihil breuius, propono. Nam si denunciatio adsit, eodem ordine cuncta sunt peragenda: nisi quod de Denunciatione in titulo mentio habenda est.

1 In nomine Domini, Amen. Inquisitio habẽda
de

Digitized by Google

de dilapidatione bonorum Cœnobij Sanctæ Geltrudis, contra D. Fallacem, sub Pontificatu Sanctissimi Domini nostri Clementis VIII. 1594. die 20. Mensis Iunij, Indictione quarta, &c. Quæ quidem fit per D. Iustum à Flandria Ciuitatis Antuuerpiæ, &c. Selecto in scribæ officium D. Secreto, &c.

Cum nostras deuenisset ad aures infamia præcedente, & clamorosa insinuatione manifestante, quod D. Fallax perditè expilat, atque misere decoquit Cœnobiu sanctæ G. bona, quorum quidem ipse dispensator, & Minister erat, non Dominus, Nos qui Prælati vices (l cet indigni) sustinemus, tam nefario sceleri opportunum adhibere remedium operæ precium fore duximus. Sic enim munus nostrum (iuxta Apostolum) egregiè præstabimus. Ait namque: Qui præest in sollicitudine. Qua de re factis, dimissque, & Pontificijs sanctionibus (vt decet) nitentes, inquisitionem aduersus eiusmodi hominem instituendam iudicauimus. Deinde rem ipsam, de qua inquiritur in Capitula, distribuat ad rationem tabulæ hoc modo, videlicet.

Quod ratiocinia inter se compensata in expenso, & accepto minimè reperiuntur.

Quod cum Cœnobij administrationem suscepit, liberum erat Cœnobium ab ære alieno, modò eo quam maximè grauatur.

Quod donauit cuidam tercẽtum aureos, &c. & sic singula plus minusvè pro causæ ratione digesta ordinet, ac testes modo superius narrato, omni solertia examinet. At quia diximus, quod cum iudex est delegatus, antecedentis infamiæ debet fieri probatio, quæ duobus testibus senioribus, & probatæ vitæ continetur; Tunc hoc titulo exordiendum est.

a In nomine Domini Amen, sub Pontificatu &c. Anno 1577. die &c. & indictione quarta, &c.

Cum de Monasterij expilatione facta a D. Fallaci exorta esset fama, ac percrebuisset: quoniam mihi D. Iusto Iudici delegato id manifestè exploratum iuris notitia non eit, Idcirco ad eius probationem secundum Canones, duobus adhibitis senioribus, & probatæ vitæ testibus, procedendum curauimus, die quo supra in tali, vel tali loco, &c.

D. Nicolaus, & D. Antonius testes, &c. qui ratione superius depicta examinandi erunt. Deinde sententia de hac re erit promulganda hoc modo.

In Christi nomine, Amen.

A quo iudicium meum sic prodeat, vt oculi

b mei videant veritatem. Nos D. Iustus de Flandria Iudex delegatus, vt in nostra anctoritate habetur sub his verbis; Cum alijs detineamur negocijs, & cum D. Fallacẽ Monasterii bona perditè diripere rumor, & fama esset, ne quid iuri pugnas temerè efficeretur, duobus testibus examinatis, eorumque examinatione diligenter excussa, re ipsa compertmus eius de hac re vehementer esse existimationem, & famam commaculatam apud graues viros, atque probatos; idque non vna tantum vice; sed sæpius; vt in actis cõtinetur. Quamobrẽ Christi nomine repetito, & Spiritus sancti numine implorato, a quocuncta &, recta, & integra iudicia extant, dicimus, decernimus, definimus, & declaramus, ipsum D. Fallacem miserè de direptione bonorum Monasterii esse suspectum, infamatumque apud graues, & probatos. Et hæc facimus omni meliori modo, via, & forma, qua de re fieri potest, &c.

Lecta, lata, &c. quemadmodum in alijs fieri oportere descripsimus: Habentur hæc ex Speculatore, & Hostiensi de Inquisitione.

De inquisitione generali. Cap. XI.

1 *Quot sint species inquisitionis. Exhortatio, quam debent facere prælati, quando proponunt visitationem, & quando pro inquisitione generali nõ est necessaria infamia, nec accusator, neque denunciator, concl. 1. nu. 2.*

3 *An inquirens generaliter possit iudex interrogare, an Petrus fecerit tale delictum, conclusione secunda.*

4 *An quis teneatur denunciare de se ipso, concl. 3.*

1 PRo explicatione eius quod in hac materia dicendum est, debet notari, quod inquisitio est legitima inuestigatio, qnam facit iudex ex officio suo interrogans aliqua crimina, aut de aliquo delinquente. Pro cuius rei explicatione est notandum, quod inquisitio alia est generalis, alia specialis: generalis contingit tribus modis vna est ex parte criminis solum, alia est ex parte delinquẽtis solũ, alia est, quãdo interrogatur de crimine, & de delinquente: & eadem distinctio est in inquisitione speciali, & notetur, quòd in generali inquisitione tam ex parte criminis, quã ex parte delinquentis non inquiritur de aliquo crimine in particulari, nec de aliquo delinquente determinato, sed de omnibus in generali, quia quamuis prælatus faciat mentionem in ea de aliquibus criminibus particularibus, non possumus ideo non vocare eam inquisitionem generalem. Inquisitio generalis ex parte criminis solum est, quando inquiritur de aliquo crimine particulari, vt si interrogatur, qualiter obseruetur lex quæ ponit preciũ frumẽto inquisitio generalis ex parte delinquentis est, quando habetur notitia de delicto aliquo, & quæritur in generali, quis commisit illud.

2 Prima Conclusio, vt fiat hæc inquisitio generalis, non est necesse quod adsit infamia, nec quod sit accusator, neque denuntiator, vt resoluit Sotus, & ideo vocatis fratribus existentibus in communitate ante omnia debet prælatus facere exhortationem ostẽdens in ea magis zelum iudicis, & viscera patris, quam literas, & verba. Et facta hac exhortatione, ante quam incipiat visitationem, debet visitare sanctissimum sacramentum Eucharistiæ, & reliquias sanctorum, quę fuerint in illo conuentu, & oleum sanctum, inspiciens an sint decenter reposita: & his visis debet visitare infirmorum locum, & reliquas domus officinas, vt videat, & experiatur, an habeatur curæ cultus diuinus, & debita infirmis charitas, & reliqua subditis necessaria ad eorum sustentationem, & honestatem conuentuum, qui sunt sub sua cura, & deinde debet iubere, vt vocentur monachi singuli seorsum interrogans eos de eo, quod requiritur pro vita communi, & obseruatione regulæ, & statim debet eos interrogare, an obseruẽtur statuta generalia religionis & prouincialia illius prouinciæ, & an sciant de aliquo monacho, qui commiserit aliquod delictum, & peccatum contra tria vota essentialia, & contra præcepta diuina, & Ecclesiastica, & regulæ, capiens eorum visitationem in scriptis, inter-

Soto dè ratio. tegen. & detegen secr. qu. 6. memb. seq.

interrogans de aliquibus delictis in particulari, licet non sint perniciosa Reipub. de quibus non est correctus, nec speratur corrigi frater, vt latius infra dicetur: tenentur etiã reliqui iudices facere inquisitionem generalem peccatorum, quorum supplicium curæ eorum committitur. Notare tamen debent, ne accipiant visitationem alicuius, quin visitatus subscribat manu propria, & si aliqui fuerint, qui dicant nihil habere dicendum, faciant, vt illud scribant, & subscribant, ne finito tẽpore visitationis recordati huius subscriptionis audeant dicere aliquid sine zelo fortitan debito, non solum aliqua inordinata occasione.

3 Secunda Conclusio. Non potest iudex in inquisitione generali quærere in particulari, an Petrus fecerit hoc delictum, solum enim licet ei petere generaliter, quis fecit hoc delictum, vt infra dicetur. Supradictum autem debet intelligi nisi aliqua persona in particulari sit notata infamia illius delicti, vt infra dicetur: & non detineor circa hoc, quia in materia excommunicationis tractatus de monitorijs loquutus sum late de hoc.

4 Tertia Conclusio. Nemo tenetur in hac inquisitione generali declarare peccatum, quod commisit, licet sit publicum, & notorium, nisi interrogetur iuridice a iudice, vt infra dicetur: & ideo dicunt DD. communiter, vt notat Sotus, quod hæc inquisitio generalis non est iudicium, sed præambulum ad iudicium, cum in ipso iudex primum inquirat, an sit aliquod vitium cõtra cõitatem, & aliquis delinquens sit infamia notatus pro eo vitio, & postea inueniens testes procedit ad iudicium, vt tractat Albertinus, & Bartolus, & constat ex iure.

Sot. in rel. in 2. q. 7. con. 3. dubio 1.

Alb. in assertio ni. q. 34. nu. 6. Bart. in l. fi. ff. ex q. c. si deber.

De inquisitione particulari ex parte iudicis. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit occultum aut notorium, & num. 2.*
3 *An sit necesse pro inquisitione particulari alicuius personæ, quod ipsa sit notata infamia de illo delicto, de quo tractatur, concl. 1. & concl. 2. num. 4.*
5 *An possit prælatus, & iudex facere inquisitionẽ de illo, qui commisit delictum, si est publicum & delinquens est occultus, concl. 3.*
6 *An, si delinquens est notatus, & conuictus de aliquo crimine, an solum de hoc, & de nullo alio debeat fieri inquisitio, concl. 4.*
7 *An possint iudices facere inquisitionem, si aliqua persona sit habilis ad quoddam officium, cum notatus non sit inhabilitate, concl. 5.*
An possint iudices condemnare delinquentem, qui confessus est delictum extra iudicium coram multis, quamuis de illo nõ præcesserit infamia; & an possint procedere contra illum, qui coram illis fecit aliquod crimen, & an possint procedere per viam inquisitionis, nisi præcedat infamia, quando crimen, quod committitur, est in damnum tertij. ibidem.
8 *An possint procedere prælati per viam punitionis in re dubia, concl. 6.*

1 AD perfectam eius, quod in hac materia, & capitulo debet dici, explicationem notandum est primo, quod sunt delicta occulta, & sunt delicta manifesta; occultum dicitur multis modis: Primo, quando quid est mentale, & hoc dicitur occultum per se, quia ex natura sua nihil habet, ratione cuius possit ab alijs cognosci: aliud dicitur occultum per accidens, estq; quando aliquod delictum committitur actu exteriori in loco, vbi nullus videt, aut audit; & ideo quantum est ex natura sua, habet aliquid, ratione cuius possit esse publicum, si non est hoc, est per accidens, scilicet, quia factum fuit secreto; & in nullo horum duorum casuum habet locum correctio fraterna, aut iudicialis: tertius modus occultus est, quando vnus, aut pauci id sciunt, nec est deductum in iudicium, immo loquendo de eo stricto modo dicunt Doctores docti, quod occultum est illud, quod ab Ecclesia toleratur, & eius factum non est euidens.

D D. in c. curã, de cohabit. clerico.

2 Secundo debet notari, quod hic terminus, notorium, seu manifestum, non deriuatur a verbo noto, vt dicit Siluest. sed a verbo nosco, & sic est illud, de quo omnes habent notitiam, & considetatur tribus modis, quia vnum manifestum a iure, aliud de præsumptione iuris: notorium iuris est illud, quod in iudicio est notum, aut per sententiam iudicis, aut per confessionem partis, aut per claram probationem testium, vt notatur in iure. Notorium facti est illud, quod est ita notum, vt negari non possit, vt definit quædam gl. vt si quis occidat alium coram multis. Notoriũ præsumptionis iuris est illud, quod ex se non est euidens, sed iudex procedit ad punitionem eius, ac si esset euidens propter præsumptiones, & indicia, quæ sunt de facto, sicut quando clericus detinet mulierem, & cohabitat sub eodem tecto, quam omnes dicunt esse eius concubinam, quia ille punitur sicut concubinarius. Notetur autem, quod ad hoc, vt quid reputetur notoriũ, non potest dari certa regula, vt dicit Sotus, & certius quod in hoc casu possumus verificare est, quod si delictum fuit commissum in aliqua ciuitate, requiritur, vt cognoscatur a pluribus, quam si committatur in aliqua ciuitate parua, aut paruo loco: immo videtur mihi, quod sufficit, quod probetur sciri a decem personis, quia si hoc verificatur, certum est, quod hoc cognoscetur a pluribus, quia credendum est, quod illæ publicabũt alijs. Notetur vlterius, quod licet aliqui posuerint differentiam inter notorium, & manifestũ in iure, tamen inuenimus idem esse, & ideo non est necesse, quod multiplicemus distinctiones. Notetur etiam, quod licet omne notorium sit publicum, è contra non omne publicum est notorium, quia potest esse res publica ratione personarum prauæ conscientiæ, quæ patefecerunt eam, cum non scirent eam pro certo, nec ipsa erat euidens in facto, & ideo potest esse quis ob dictum rumorem infamatus, cum tamen eius peccatum non sit notorium.

Siluest. q. notorium.

Sot. in 4. di. 12 q. ar. 6.

c. quæsitadi cohab. cler. & ca. cum olim de ver. sign.

3 Tertio debet notari, quod vt quis teneatur pro infamato de aliquo delicto, nõ sufficit, quod sit notorium, quod commisit illud coram domesticis eius, quia quousque res extra domum non cognoscatur, reputatur pro secreta; & ratio est, quia supponitur, quod domestici tacebunt, & ideo non potest iudex procedere contra illum, qui hoc modo est notatus infamia, quia correctio non est commissa curæ eius, sed patri illius familiæ, & domus. Hoc vnum tamen sciendum est, quod domus potest esse ita populosa, & magna, quia in ea sint multi familiares, vt possit reputari pro infamato absoluto, quia præsupponitur,

nitur, quod illi multi publicauerint illud. Et notetur, quod illud, quod facit monachus, seu collegialis, sufficit esse notorium in eius monasterio, aut collegio, vt tanquam publicum possit visitari, & puniri; quia licet non præsumatur, quod sint dicturi illud extra domum, eo quod sit graue peccatum, quod tamen faciunt similes personæ, moraliter loquendo ignoratur in ciuitate, vt petamus, quod debeat esse publicum in ea, vt puniri possit, hoc supposito ponentur conclusiones pro resolutione huius materiæ.

4 Prima Conclusio. Inquisitio specialis alicuius personæ potest fieri ad effectum suæ punitionis, quãdo talis persona est notata infamia alicuius delicti, aut quãdo sunt indicia grauia, & notoria maiori parti cõitatis cõtra dictam personam, ita vt si non procederet iudex contra hunc reũ, causaretur scandalum in dicta cõitate; sic .n. tenent Nauar. & Ludou. Lopez. Dixi indicia grauia, quia si non sunt grauia, quamuis sint manifesta, non sufficiunt, vt procedatur contra eum sic infamatum ꝑꝑ illã per viã inquisitionis; potest tamen procedere, quando aliquis accusat, quia in hoc casu hęc indicia habẽtur pro semiplena probatione; & ideo sufficiunt, vt iudex per viam accusationis procedat cõtra reum, & contra testes scientes illud compellens eos, vt manifestent veritatem, vt tenent Nauar. & Sot. post Silu. tunc autem erunt indicia grauia, vt possit iudex procedere contra reum per viam inquisitionis, quãdo euidenter ex illis põt pręsumi malum, non existente in eis coniectura boni, vt sunt amplexus indebiti, & coniunctio aliquorum, de quib. tractatur in iure canonico, tunc vero erunt indicia leuia, quando in illis est parua coniectura mali, & magna alicuius boni, & realiter non nascitur ex eis suspicio grauis, sed leuis, ita vt per illa non efficiatur religiosus infamatus; sicut est videre aliquem religiosum bonæ famæ loqui cum aliqua muliere in loco suspecto, quia hoc non est indicium sufficiens pro infamia.

Na. in M. c. 8. nu. 38. & c. 17. & 15 num. 35. 137. Lup. in instit. con. 2. p. ca. 11.

Na. vbi su. So. li. 5. de iust. q. 6. a. 1. et de te. sec. memb. 2. qu. 6. con. 8. d. 1. f. 51. Sil. ti. vend. & inquisit. 1. qu. 3. et 4. 27. q. 1. c. 3.

4 Secunda Conclusio. Non est licitum iudici facere inquisitionem in crimine occulto de aliqua persona, si de ea nõ præcessit infamia, vt dictum est: quod vt melius intelligatur, & intellectũ practicę mandetur, proponamus exemplum. Est hic Petrus, quem condemnant tres, aut plures testes denuntiantes de eo dicentes vidisse cum muliere aliqua in eodem lecto, de quo crimine Petrus non est infamatus, quia testes solum dixerũt illud prælato secrete, vt adhibeat remediũ in hoc, non potest in hoc casu prælatus publice punire delinquẽtem, nec vocare alios testes, vt inquirat de eius vita, vt expresse determinatum est in iure, in quo referuntur multa loca scripturæ sacræ in comprobationem huius veritatis. Hinc colligitur, quam male faciunt aliqui prælati Ecclesiastici, & regulares, qui puniunt subditos suos publice, licet nemo accuset eos, ob aliquot crimina occulta ab eis commissa probata solum per tres, aut quatuor testes non præcedente infamia contra eos, quod est in causa, vt possit euenire, quod alij subditi committant peccata publica, & scandalosa permittente sic Deo, quia illi, qui propter honorem religionis suæ, & ne accidant scandala publica, procedunt castigantes subditos suos peccantes secreto, & publicant eorum peccatũ contra legem diuinã, & contra sacros canones, iustum iudicium Dei est, quod alij subditi faciant peccata publica, ita vt religio amittat coram hominibus splendorem, quem ipsi sine obseruatione iuris essentialis procurant, & requirunt, non considerantes, quod præter omnia debent procurare honorem, & charitatem Dei, & proximi, & non punire sine animo paternali, quamuis de iure non debent publice punire, & vt procedant cum diuina charitate, notent, quod, quando delictum nõ potest probari cum testibus, & subditus monitus a prælato negat, aut non corrigitur, nõ potest prælatus alterius progredi in negocio, nec potest punire quousque accidat aliquid, quod faciat peccatum manifestum, aut sint indicia, vt inquiri de illo possit, aut testes, quibus possit reus conuinci. Notandum autem est, quod debet procedere charitate, & amore debito considerãs humorem delinquentis; quia si non sit spes emendationis eius punito eo iudicialiter, sed potius creditur, quod fiet peior, melius est relinquere eũ, & commendare illum Deo, cum ex punitione nulla speretur vtilitas, sed potius damnũ, vt tenet Sotus, quẽ sequitur Aragõ, reipublicæ. Dixi melius esse relinquere illum, quod debet intelligi tanquam iudex ad puniendum eum, vt prælatus tamen potest, & tenetur ad illud probato illi delicto per duos testes verberare, & corrigere illũ secrete, quod poterit facere, quamuis dicat, & proponat correctionem, & viam meliorem; & si post hanc secretam admonitionem, & punitionem subditus adhuc ceciderit, iterum potest tunc prælatus tanq̃ iudex procedere cõtra illum imponens illi per obedientiam, vt dicat veritatẽ puniens illum alijs pœnis, cum dicat Christus redemptor noster, quod si delinquens nõ audierit Ecclesiam, puniatur tanquam ethnicus, & publicanus, eius delicto publico existente, & probato alijs testibus, quia si non est probatum cũ testib. aut confessione rei, non potest pręlatus facere supradicta, vt dicit Angelus, si vero post dictã secretam monitionem subditus se correxit, & eius correctio fuerit nota prælato, non põt amplius procedere contra illum, quia cum finis correctionis sit bonum illius, qui corrigitur, ratio naturalis petit, vt illi succurratur eo modo, quo minus dãni illi fiat, at si pręlatus taceat in hoc casu, minus damnum illi fit, quod quidem tenetur facere exemplo boni medici, qui si potest sanare aliquã infirmitatem incidens digitum, nõ amputat manum, sic .n. tenent Aragon, & Ludouicus Lopez cum communi. Est tamen aduertendum, quod supradictum procedit, quando crimen non est contra rempubl. quia cum hæc crimina sint cõtagiosa, & damnosa reipub. sufficit, quod adsit vnus testis, licet nõ sit infamia, vt de illis possint iudices facere inquisitionem contra aliquem, quo delicto probato possit delinquens publice puniri, sic .n. tenent DD. communiter, qui attestantur, quod quando crimina sunt atrocia, licet delinquẽtes nõ sint notati infamia, possunt publice punire, & hanc sñiam tenet Angles expresse: verum est tamen, quod paulo inferius videtur sibi contradicere. Pro cuius explicatione notandum est, quod aliquot peccata sunt, quæ faciunt cõtra communitatẽ, & sunt illa, quibus cõmittens principaliter prætendit facere damnum communitati, & mittere in perditionẽ rempub. vt est crimen læsæ maiestatis, quia non potest esse hoc crimen absq; aliqua turbatione in repub. & eadẽ ratione huius speciei est furtum thesauri publici, & mors, seu occisio alicuius hominis eminentis, ex cuius salute pendeat salus republic. quia in omnibus his casibus reus prætendit iacturam reipublic. vt resoluit Sotus, qui dicit, quod huius speciei ob prædictam rationem sunt assassini, & insultores itinerum publicorum, & aliqui ad-

ca. inquisitioni & c. & quando de sen. exc.

Sot. de ratio. te. sec. mem. 2. q. 4. Ara. 2. 2. qu. 33. ar. 8. pa. 828 col. 1.

Angl. in florib. de corr. frater. art. 2. defin. 7.

Ara. 2. 2. q. 67. ar. 3. in fi. Lup. in inst. c. scient. 2. p. c. 10. in fi.

Doc. in d. c qualiter, & quando.

Angl. de correcti. frater. ar. 2. diffi. 3. con. 1. contra vi. qui diffi. 4. videtur sibi contrarius.

Digitized by Google

dũt esse eiusdẽ rationis subornare, seu corrũpere suffragia in cathedris, aut alijs electionibus, qđ debet intelligi, quãdo fit in fauorem indignorũ, quia clarum est, quod ea electione prætendunt damnum reipublicum; dicunt etiã aliqui, quod crimen detestabile est eiusdem speciei ob suam atrocitatem: dicunt etiam, quod crimen fornicationis in monacho est eiusdem speciei, quando notatur infamia tota communitas; verior tamen opinio est, quod hi vltimi casus, duo nempe non sunt ex natura sua contra communitatem, quia non prætenditur in his ruina reipubl. quamuis verum sit, quod debet illis succurri, ac si essent contra communitatem, si est periculum, quod publicabuntur, & ideo debet curari, ne nascatur hinc infamia religioni. Debet autẽ aduerti, quod crimẽ hæresis super omnia est pernitiosissimum reipubl. quia vt plurimum hoc fundit, euertitq; rempu. ac diuidit in sectas diuersas. Est etiam notandum, quod peccatum blasphemiæ semper debet visitari, quamuis sit auditum coram paucis, quia cum hoc peccato non semper expectanda est infamia, quia vt plurimum homines blasphemantes sunt homines perditi, & qui paruifaciunt bonam famam. Verum est tamen, quod cesset obligatio correctionis fraternæ prius, si esset spes correctionis.

6 Tertia Conclusio. Potest prælatus, & iudex, quando præcessit infamia criminis, nõ vero personæ, quæ cõmisit, procedere faciens inquisitionẽ, verbi gratia, inuenitur homo occisus in quodam loco, de quo delicto adhuc non est vlla persona infamata, licitũ est iudici inquirere, quis occidit eũ: hanc sñiam post multos graues DD. tenẽt Nauarrus, Corduba, Petrus de Nauarra, & Aragõ, qui circa hanc difficultatem refert quatuor opiniones: probatur autem hęc conclusio, quia sicut est lex naturalis, quod nemo se offerat ad perdẽdam vitam, nihilominus licet exponere eam periculo pro defensione reipu. cũ ius naturale seipsum iuuãdi recipiat epicheiam ratione cõseruationis alterius iuris naturalis magis necessarij, quod est conseruare bonum commune; sic licet sit ius naturale non manifestare peccatorem occultum, & non facere, quòd eius peccatum manifestetur, tamen vt conseruetur aliud ius naturale necessarium, quòd est conseruare rempub. & bonum commune, est licitum manifestare illum, & facere inquisitionẽ, vt manifestatus puniatur, quia si hoc non fieret, sequerentur duo magna mala, vnum scandalum respublic. inuidendo delictum graue, & pernitiosum non inquiri, & puniri, secundum, quòd breui tempore respublic. impleretur occisoribus, & malefactoribus; vnde hæc sententia est approbata in quadam lege nouę compilationis. Debẽt tamẽ aduertere iudices, quòd nõ debent in hoc casu facere inquisitionem alicuius personæ particularis, si illa non est notata infamia eius delicti, licet crimen sit publicum, quia solum est licitũ facere inquisitionẽ eius, qui fecit, & cõmisit.

Nau. in c. inter uer. conc. 6. cor. 46. n. 214. Cor. in sum. qu. 64. punct. 1. Na. li. 2. de rest. c. 4. n. 154. Ara. 2. 2. q. 69. a. 1. & 2.

7 Quarta Concl. Si delinquens est infamatus & conuictus de aliquo crimine, de hoc, & non de alio debet inquiri, nisi illud crimen sit ita coniunctum alteri, vt perfectè non possit sine eo cognosci, & ideo iudex, qui particulariter inquirit de concubinatiis, inueniens aliquem habere cõcubinam religiosam potest incidenter inquirere de sacrilegio, licet de eo non pręcessetit infamia: itaq; nostra concl. dẽt intelligi, quando crimina sunt disparata, vt tenent Caiet. & Sot. & eadẽ ratione nõ potest inquiri de complicib. in crimine, nisi aliquo modo sint imposita aliqua contra eos, aut nisi peccatum, de quo fit inquisitio, sit præiudiciale reipub. vt dictum est in concl. secunda, sic enim ordinatum est in nostris constitutionib. generalibus Tolet. secundum sacros canones, vt tenent Caiet. & Sotus.

Caie. 2. 2. q. 69. ar. 2. So. vbi supra q. 9. dub. 4. & concl. 2.

Ord. Tol. c. 6 titu. de la correc. et c. cum ad monast. de confes. & c. vlt. de sessi Caiet. in opusc. resp. 5. Soto vbi sup. con. 4.

7 Quinta Conclusio. Quando iudices faciunt aut facere iubent inquisitionem contra aliquam personam non ad punitionem, sed solum, vt sciant, an sit aliquod secretum impedimentum, aut inhabilitas, ob quam hæc persona non potest promoueri, aut promota confirmari ad aliquod officium, aut non potest illud possidere, nõ est necesse, quod pręcedat aliqua infamia contra dictam personam, sicut non est necesse, quod præcedat infamia contra aliquam personam, quæ vellet contrahere matrimonium cum quadam muliere, vt iudex possit imponere, vt fiat inquisitio, an sit aliquod impedimentum, quod possit illud impedire, vt notatur in iure, & resoluit Innocentius. Hinc sequitur, quod possunt ministri generales, & prouinciales inquirere de meritis, aut demeritis eorum, quos volunt eligere in prælatos, quamuis nulla præcedat de illis infamia; sicut etiam possunt dicti prælati punire aliquem delinquentem, qui confessus sit aliquod crimẽ extra iudicium corã multis, quamuis de eo non præcesserit infamia. Dixi corã multis, quia si aliquis secreto coram vno, aut duobus immo coram prælato non coactus dixit commisisse aliquod crimen, non potest prælatus illum punire iudicialiter, sed solum fraterne, nisi crimẽ sit contra bonum publicum. Potest etiam procedere contra illum, qui coram ipso fecit aliquod crimen. Potest etiam procedere per viam inquisitionis, quando crimen commissum est in præiudicium tertij; sicut si aliquis licet non pręcedat infamia, occideret fratrem, aut furatus esset alienum, vt resoluit Sotus; & in his criminibus possunt inquirere, & castigare publice licet non pręcedat infamia, nec sit accusator per solam denuntiationem, quia in his casibus denunciatio habet vim accusationis, vt dicit idem Sotus.

c. postquam, & c. cum dilec. & c. nihil de elec. c. fi. de clandestina despons. not. Innoc. in c. nihil de exces. prælatorum.

Sot. vbi su. con. 3.

8 Sexta Conclusio. Non debent procedere prælati per viam punitionis in negotiis dubiis subditorum, sed potius debẽt eos habere in bonam opinionem, quamuis dixerint illis aliquid de iisdem personæ non multum dignæ fide. Verum est tamen, quod debent vti cautelis quærentes remedia, & imponentes illa, vt auferatur malum, si forte aliquod fuerit, & tanquam e specula debent inspicere a longe pericula, quæ possunt euenire; sed neque per viam inquisitionis habent licentiam faciendi aliquid, quod maculet famam proximi. Et pro explicatione huius doctrinæ debet multum notari alia doctrina D. Thomæ, qui dicit esse duo iudicia, vnum secundum suppositionem, & aliud secundum definitionem, & determinationem; & iudicium secundum suppositionem accidit, quando prælati tractant de adhibendo remedio in visitationibus ijs, quæ illis a subditis dicuntur vtentes cautelis, & accipientes in malam partem res dubias, vt maiori efficacia adhibeatur dictum remedium; & ideo debent credere esse mendacium, quod dictum est, sed supposito quod esset verum, debent dicere. Ponatur remedium necessariũ, quod non præiudicet famæ proximi visitatis in iudicio tamen secundum definitionem, & determinationem semper debent capere in meliorem partem rem dubiam, quia iactare in peiorem partem esset fratri maius grauamen inferre; vnde

Sot. dict. q. 6. cõ. 3. dub. 3.

D. Th. 2. 2. q. 6. art. 4. ad 3.

recte

Digitized by Google

rectè faciunt prælati, quando in visitationib. inueniunt vnum testem, aut indicia secreta contra aliquem religiosum trahentes illum ad aliū cōuentum, aut imponentes præceptum, quod non ingrediatur quandam domum, si faciant hoc cum prudentia debita inspiciente semper pro honore, & fama visitati, quia alias sæpe volentes occludere foramē aliquod, ex quo nihil infamiæ monasterio sequebatur, aperiuntur aliqua publica, ex quibus nascitur multa nota, & infamia; vnde videant, quomodo inquirunt, & quō adhibent remedium; & ideo si ex mutatione monachi subita finita visitatione sequitur infamia, aut periculū alicuius suspitionis, non possunt recta consciētia mutare illū statim, cum mutare illum in hoc casu in parte sit punitio, ad quam nō potest procedere, cum non sit in hoc casu iudex, & ideo debet differre eius mutationem, commendās superiori conuentus in generali non particularizans de aliquo, vt custodiat domum suam, & adhibeat curam in omnib. reb. visitatis: & non conuenit imponere statim præceptum, quod nō ingrediantur talem domum, si sit consuetū multum ingredi eam, quia ex hoc nouo, & repētino mandato sæpe accidit, quod leuis suspicio, quæ erat talis domus, iaciat maiores radices in cordibus malorū, & qui dormiebant, expergiscantur, & incipiant latrare infamantes domum, & monasterium, colligentes inter dentes sui virulentiæ oris durum lapidē bonæ, & sanctæ vitæ religiosorum pænitentium, quo ipsi tamquam serui diaboli prætendebant ferire illorum corda, vt conuerterent ad dominum; quod accidit sæpius in oppidis, & terris paruis, vbi sæpe adsūt suspectatores magis, quam in ciuitatibus magnis.

De Inquisitione. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio quid sit.*
2 *Per inquisitionem in quibus causis procedatur, vt num. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
9 *Forma inquisitionis quæ.*

Qui agant criminaliter, vt sunt accusator, & denuntiator, supra visum est, modo videndum superest, quibus modis iudex ex se, absque accusatore, seu denuntiatore possit crimina punire, & videtur dicendum quod duob. modis possit, per inquisitionem, scilicet, & per viam no-
1 torij: modò quid sit inquisitio videre licet. Inquisitio itaque est actio criminalis, per quam iudex officio sine accusatore, vel denontiatore perinquirit, l. congruit, ff. de offic. Præsid. Extrauag. ad reprimendum quomodo in læsæ maiest. crimine procedatur, c. qualiter, & quando el 2. de accus. nec hoc casū iudex censetur accusator, vt voluit Bart. l. in senatus, §. an ad eos, ff. ad Turpill. nu. 1.
2 & l. filiusfam. ff. de iudic. Sed quasi denuntiante fama, vel defferēte clamore debitum sui officij exequitur c. qualiter, & quando el 2. & allegat. extrauag. ad reprimendum &c. & maximè hoc
3 procedere debet in delictis sui natura euidentibus, quia tali casu non indiget clamore accusatoris, c. euidentia de accus. Item quæ in iudicijs pu-
4 blicantur, non requirunt accusationem, aut etiā probationem, l. 2. §. si publico, ff. ad leg. Iul. de adult. & stup. l. nullum, C. de testib. Item iudex
5 tenetur procedere contra reum, etiam si fuit accusatus, accusatore renuntiante accusationi, ca. crimina de colluf. deteg. l. 11. C. de abolit. l. pen.
6 ff. de publ. iudic. Item inquirens iudex generaliter vel contra aliquem, & inueniens alterū deliquisse, potest contra eum specialiter inquirere, l. pen. C. si aduers. liber. l. qui eit tandi, C. de condit. ob turp. caus. l. pen. C. de calumn. & allegat. extrauag. ad reprimendum, vt gl. in verbo inquisitionem l. congruit, ff. de offic. Præsid. l. 4. ff. ad
7 leg. Iul. peculat. Item potest procedere in delictis coram eo commissis, l. 1. C. de calumn. l. nollum, C. de testib. l. pe. C. de prob. vt in cartha falsa l. pen. C. de prob. Item in testib. falsis leg. nullum, C. de testib. Item in calumniatore, l. 1. C.
8 de calumn. Item in falso l. vbi C. de falsis. Itē in notorio, l. ea quidem, C. de accusa. quæ & in notorio tenet; proceditur ēt per inquisitionem in delictis transeuntibus, quæ in operatione ipsa consistunt vt Blasphemia &c. Licet frequentius in permanentibus, in quibus post operationem opus ipsum remanet sicuti in homicidio, in quo post vulnera remanet cadauer, quo viso debet iudex inquirere de occisore, l. 1. §. item illud, ff. ad Senat. Sylla. Formatur autem inquisitio hoc modo. Hæc est quædam inquisitio, quæ fit per R. N. contra N. in eo de eo, & super eo, quod ad aures, & notitiam suam peruenit, fama publica præcedente, & clamosa insinuatione subsequente non a maleuolis, sed a fide dignis, nō vno, sed pluribus, quod supradictus N. Deum præ oculis non habens commisit &c. Quæ omnia, & singula commissa fuerunt per prædictum N. Anno, mense, die, & loco. Bar. in l. 2. §. si publico, nume. 12. ff. de adolt. Foller. pract. canon. crim. fol. 91. nu. 39. & est communis opinio, vt dicit Aret. in c. qualiter, & quando de accusa. nu. 116 & sic seruatur in vniuerso mundo notat Angel. in l. ea quidem, C. de accus. nu. 3. super quib. omnibus, & singulis, ac ab eis emergentib. dependentib. & connexis præfatus N. procedere intendit, & delinquentes punire, ita vt eorum omnium, & & singulorum pœna ceteris transeat in exēplū.

DE NOTORIO. Tit. IX.

De Notorio. Cap. vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Notoriè delinquere quomodo intelligatur, & nu. 3*
2 *In notoriis quomodo procedatur.*
4 *In notoriis an detur appellatio.*

Alter procedendi modus, ex officio iudicis absque accusatore, vel denuntiatore, vltra inquisitionem est per viam notorii, quando si
1 quidem aliquis coram suo superiore, & multitudine aliorum delinquit sicuti in refectorio, capitulo, vel choro, & similibus in locis Notoriis, notoriè conuincitur, & notoriè debet puniri vt &c.

„ *Quæ vel nemo negat populo vel teste probatur,*
„ *Vel se subijciant oculis, notoria dicas.*

Io. a Capistrano in c. tua nos, de cohabit. cleric. & mulier. nu. 3. & 13. hoc. n. casu superior, nullo iuris ordine seruato, nisi illico receptis testib.
2 oretenus, reo præsente contumaceuè negante, vel conuicto, incontinenti potest puniri, idem Io. a Capistrano loco. citat. num. 2. & quare allegat Mysinger. in c. de cetero de testib. num. 5. & aliquid incontinenti fieri dicitur intra triduum, vt Bar. in l. cum a ff. de nouat. & delegat. num. 2. aliàs ordinariè procedendo peccat mortaliter; idem Io. a Capistr. loco cit. nu. 10. formatur notorium, & sententia vnico contextu vt in c. de sententiis latius demonstrabitur. Notorium generaliter loquendo dicitur, quod iudex in actu iudicij

dicij propriis oculis vidit, cum aliis assistentibus, vt idem Io. in c. vestra de cohabitat. cleric. & mulier. num. 22. & c. euidentia de accus. vbi Doctores, de aliis autem notorij speciebus. hoc est de mumentaneo, interpellato, vel permanente, qđ strictè vt sup. dictum est, largè, & largissimè accipitur, tūc non per viā notorij, sed inquisitionis tutius agendo procedendū erit, idem Io. a Capistr. in d. c. vestra, nu. 44. & latè spec. in tit. de notor. qđ quidem notoriū non per decem testes probatur, vt idem Io. loc. cit. n. 49. Sed duo tm̄ cū iudice sufficiunt gl. in c. Deus omnipotens, §. quādo autē, in verbo iudicis, 2. q. 1. Salic. in l. ea quidē, C. de accus. nu. 82. Item hoc casu iudex non potest suspectus allegari, idem Io. loco citat. nu. 54. nec à sentētia notorij datur appellatio, vt idem Io. loco cit. nu. 55. tamen si constitutiones religionis, canones, decreta concilij, vel constitutiones Pontificis, pro tali delicto imponerent certam pœnam, quam tamen iudex excederet, tunc non a sententia ipsa, sed ab illo excessu posset appellare vt Bar. & Doctores in l. ab executione C. quorum appellationes &c. nu. 1. & 4. & quia raro, & quasi nunquam per hunc modum notorij proceditur, nam si non castè saltem cautè &c. ideo breuitati studens ad alia me conferā.

DE EXCEPTIONIBVS
Tit. X.

De Modo incipiendi Processum per viam Exceptionis. Cap. Vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dupliciter proponi potest, Ciuiliter, & Criminaliter.*

2 *Processum per exceptionem ciuiliter formaturus iudex, quid faciet.*

3 *Excipiens non probans an, & quomodo sit puniendus.*

4 *In processu per exceptionem apponi debent locus, & tempus.*

5 *Forma incipiendi processum per viā exceptionis.*

EXceptionis tandem via processum formaturus regularium Iudex principio illud animaduertat opus est,

1 Exceptionem dupliciter posse proponi, Ciuiliter nempe, & Criminaliter.

Ciuiliter quoque duplici modo. Aut accusatorem, vel testes, vel etiam iudicem ipsum ab accusatione, vel testimonio ferēdo, vel iudicio peragendo repellendo: Aut aliquem ad dignitates, & officia, vel etiam ad sacros ordines inhabilem ostendendo.

Criminaliter autem accusatorem, siue testes, siue alios nedum a prædictis repellendo, ac inhabiles ad ea ostendendo: sed quoque de illo crimine, quod propterea in exceptione deposuit, illos puniri debere petendo, & instando.

Exceptio ciuiliter contra accusatorem, siue testes proposita in eodem accusationis, aut denūciationis, aut inquisitionis processu videri, ac terminari debet, nec processum specialem requirit. ista nanque ciuilis exceptio solum expostulat, vt accusator, vel testes ab accusatione, vel testificatione reijciantur. in eodem igitur processu iudex ipse poterit (cum Reus accusatorem, vel testes exceperit) de huiusmodi exceptionibus videre, an veræ, vel falsæ, an admittendæ, necne sint; atque determinare, an accusator, vel testes repelli necne debeant.

Huiusmodi autem exceptiones ciuiles dicuntur, quia super illis (etiam probatis) criminalis nulla sententia sequi potest; verum sola ciuilis; nempe repulsionis accusatoris ab accusando, ac testium a testimonio ferendo.

Neque iudex accusatorem, siue testes in exceptione repertos culpabiles, (etiamsi conuicti fuerint) pœna aut ordinaria, aut extraordinaria punire valet.

Tantummodo ex probationibus in huiusmodi exceptione factis iudex contra delinquentem repertum ex officio inquirere, ad illumque puniendum procedere nouo inquisitionis processu poterit, si velit, probat Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 19 ver. vtrum autem scias, & seq.

Accusatus autem excipiens, si in probatione defecerit, puniri minime debet, quia vt se redimeret, ac tueretur, excepit. Specul. 3. par. tit. de exceptio. num. 3.

Exceptio vero criminaliter contra accusatorem, vel testes porrecta in eodem processu accusationis quo ad accusatorem, in omnibus vero quo ad testes vsque terminatur. Etenim constito iudici Testem falsum deposuisse, de quo illū puniri debere accusatus, vel denunciatus, vel inquisitus instetit; iudex illum, & a testimonio ferendo, velut inhabilem repellere, & de falso punire in eodem processu debet, eo nanque casu excipiens accusatoris partes assumit. quare contra ipsum testem velut de falso accusatum proceditur. Clar. loc. cit. vers. criminaliter autē. Contra vero vel ad dignitates, seu officia, vel ad ordines promouendū porrecta exceptio eiusdē generis est, cuius accusatio, aut denūciatio sunt.

Cum itaque in huiusmodi Exceptionibus, vel particularis processus minime requiratur: vel si requiratur, idem sit cum processu accusationis, aut Denūciationis, aut inquisitionis, de quibus iam superius tractatio instituta fuit; Modum in hisce processum incipiendi, aut cōtinuandi, aut etiam terminandi nouum formare non est necesse.

Exceptio autem ciuiliter proposita, vt aliquis a dignitate, vel officio, vel sacris ordinibus repellatur, processum requirit specialem.

2 Hunc igitur formaturus regularium iudex aduertat, quod huiusmodi processum incipere nequit, nisi exceptor siue excipiens adsit, qui exceptionem proponat, aut in scriptis, aut verbotenus, nam inscriptione in tali processu opus non est, c. super his, de accusat.

Aduertat secundo, quod excipiens, Aut excipit contra non confirmatum, quod idem est apud regulares, quod contra promouendum, siue eligendum. (apud multos etenim regulares nulla requiritur confirmatio.) Aut excipit contra confirmatum, siue electum apud regulares, contra illum, ne eligatur, siue promoueatur, siue cōfirmetur, contra istum, vt ab illis remoueatur, vel suspensus declaretur.

3 Si contra electum, siue confirmatum excipiat, nō probans pœna extraordinaria iudicis arbitrio puniendus est, quia ius acquisitum electo, aut confirmato auferre volebat, c. super his cit.

Si vero excipiat contra non electum, siue non confirmatum, eligendum attamen, aut confirmandum, non probans aliqua pœna plectendus est, ne falsis criminationibus locus detur patentissimus; minore tamen pœna mulctandus est ea, qua puniretur, si contra electum, aut confirmatū excepisset, non electo enim, aut non cōfirma-

to

ro ius ita acquisitum non est, nanque aut non eligi, aut non confirmari alia ratione, vel caussa potuisset. Elicitur doctrina hæc ex cap. super his, de accusat. cit. ex doct. ibid. ex Speculato. 3. par. cit. de exceptionibus, & ex Iul. Clar. loc. cit. quæst. 19. ac Villag. lib. 3. pract. Canon. crimina. tract. de exceptionibus.

4 Aduertat tertio, quod in Processu per viam exceptionis apponenda sunt Annus, mensis, dies, & locus, ac tempus delicti in exceptione deducti, siue propositi, quemadmodum in processu per viam accusationis, denunciationis, & inquisitionis. Clar. loc. cit. ver. hinc infertur. Potest vero exceptionis processus hoc modo formari.

Forma incipiendi Processum per viam exceptionis.

4 IN nomine domini. Amen. Anno a natiuitate Domini 1612. di 8. Mensis Augusti.

Coram Reuerendissimo P. D. B. Priore Generali &c. ac eiusdem Congregationis Visitatoribus D. C. D. E. D. F. & me D. S. Visitatore, & pro notario personaliter comparuit D. Zelotes de Inuidis de tali ciuitate, & excepit contra D. Bibacem de Mussolois de Beuania, quod nô debeat eligi in Priorem ex caussa, quâ deposuit, prout infra hoc modo, videlicet.

Padre Generale, e PP. Visitatori. Hauendo presentito, che VV. PP. sono per eleggere per Priore del tal Monasterio D. Bibace de Mussolini da Beuagna, io le dò eccettione, che lui spesso per il troppo bere s'imbriaca, nella qual imbriachezza egli fà, e dice molte pazzie, & in particolare ciò gli occorse quest'anno nel mese di Gennaro il giorno di S. Antonio dopò pranso in Refettorio, essendoui presenti D. H. e D. I. & il mese di Marzo il Giouedi grasso dopò cena, essendo nella camera del fuoco, e vi erano presenti D. M. e D. P. altre volte ancô gli è occorso l'istesso in diuersi tempi, come sanno il Refettorario, & l'Infermario, però a me non pare, che tal huomo debba eleggersi al Priorato. Per il che io le dò quest'eccettione, acciò VV. PP. non l'eleghino.

Quibus auditis præfatus Pater Generalis detulit iuramentum d. D. Zeloti, quod veritatem in omnibus in proposita exceptione contentis dixerit, & quod non animo calumniandi d. D. Bibacem excepterit, prout tacto pectore iurauit, postea d. Reuerendissimus mandauit ei, vt se subscriberet, qua subscriptione habita illum dimisit, & vna cum prædictis PP. Visitatoribus propositam exceptionem acceptauit si, & in quantum omni meliori modo.

Acta sunt ista in Monasterio tali, in camera admodum R. P. Abbatis. Anno, die, ac mense suprapositis, & per me D. S. prædictum descripta.

DE TESTIBVS.
Tit. XI.
De testibus pro informatione Curiæ recipiendis, & de forma illos examinandi. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Quando dicatur constare de corpore delicti ad effectum, vt aliquis inter reos constituatur, seu recipi possit, & denique puniri.*

Testes recipiuntur parte non citata, sed secretò.

2 *Quando examinantur testes in processu informatiuo ad hoc, vt constet de corpore delicti, et etiam per consequens de persona delinquentis pro informatione curia.*

3 *Commissarij quare melius faciant per se examinare testes, quam per actuarium.*

4 *Commissarij quid facere debeant, cum coram ipsis comparuerint testes examinandi pro informatione curia, nu. 9.*

5 *Testis si falsum deponat, quot offendat.*

6 *Testium depositiones quomodo erunt in actis describenda.*

7 *Commissarij describi solum iubentes, quæ testes deponunt contra reum, & non ea, quæ in fauorê ipsius facere viderentur, quibus assimilentur.*

8 *Actuarij obt- m- erâtes Commissarijs iniusta præcipientibus peccant, & an falsarij dicendi, & tanquam tales puniendi sint.*

9 *Commissarij debent inducere testes ad nominandas speciales personas reorum, proprium nomen, cognomen, & atatem, & alias eorum qualitates, sed si ipsos non cognoscerent per nomen, tunc faciant deponere per qualitates infra expressas, nec non vti verbis apertis, & communibus nume. 10.*

11 *Testis deponens aliquid non addendo rationem dicti sui, seu quomodo sciat, nihil facit, & quare.*

12 *Testes deponentes de fama, aut de auditu, quomodo interrogandi erunt, & quare ad hoc teneantur ipsi Commissarij.*

13 *Commissarij omnino studeant examinare testes, quos deponent de auditu nominauerit, vt veritas haberi possit, si dicti testes nominati haberi poterunt, quod si non possent haberi, tunc quid faciant, traditur.*

14 *Ex testium depositionibus factis in informatiuo processu recensetur, quæ emanant mala contra reum inibi nominatum.*

15 *In processu informatiuo omnes admittuntur in testes, etiam quicunque alias de iure inhabiles, & quare.*

16 *Testium de iure inhabilium ad testificandum depositio quando erit valida ad reum condemnandum pœna ordinaria.*

17 *Testium inhabilium depositio quando faciat indicium ad torturam contra reum.*

18 *Commissarij quos de iure possint vocare in testes, ac compellere ad deponendum contra reos, quando, & quare.*

19 *Expleto examine testium, quid faciant Commissarij, antequam iubeant testem manu propria se propria depositioni subscribere.*

20 *Commissarij quæ omnino obseruabunt, si impediti non poterunt perficere examen tam testium, quam reorum; ita quod fit eis omnino necessarium dimiss. re examen ipsorum, illudque perficere post aliquod notabile temporis spacium.*

21 *Commissarij quid faciant, si testes examinandi essent muti, aut surdi a natiuitate vel ex accidenti, vel sint extranei, qui non perciperent interrogationes sibi per eos faciendas idiomate communi illius regionis, vbi exquiritur eorum depositio.*

ETsi per hucusque allata per nos fuerit tradita norma procedendi ad recipiendas probationes, ac testium depositiones, monendos Cômissarios, vt ipsos examinent prævio eorum iuramento de dicenda veritate, vt constare possit ipsis Commissarijs legitimè de corpore delicti: Nihilominus progrediendum erit nobis ad afferendum, & alia scitu necessaria;

quoniam per se patet satis non esse iudicib. con-
stare de corpore delicti ad effectũ, vt aliquis in-
1 ter reos recipiatur, seu vt reus constitui possit, &
deniq; puniatur, nisi & contra eum particularia
præcedat indicia. *a* Idcircò Cõmissariorũ erit ali-
quos testes examinare prius pro informatione
curiæ, ex quorum depositionibus non solum de
corpore ipso delicti, verum etiã de specifica per-
sona deliquentis sibi plenè cõstare possit, vel in-
dè contra aliquem emanent indicia. *b* Sciendũ
igitur primò, quòd tales testes regulariter reci-
pi, ac examinari assolent parte nõ citata, & secre
tò *c* per ipsos Commissarios. (Cum hoc sit con-
sultius) vel si illi impediti fuerint aliquo ratio-
nabili respectu, per actuarium, qui sit peritus, &
practicus in arte, & sit præcipuè conscientiæ ti-
2 moratę. Diximus per Commissarios esse consul-
tius illos examinari: quoniam inde scire poterũt,
quo quisque eorum vultu, audacia, & quo affe-
ctu deponant. Cum ex his circumstantijs *d* ipsi
3 Commissarij poterunt cognoscere testes ipsos,
an possint argui de falsitate; aut subornatione,
vel de hostili animo erga nominatos reos, ab ip-
sis, & nihilominus animaduertant in tali mini-
sterio se exhibere ministros iustitiæ, ac per con-
sequens Dei optimi maximi, apud quem non est
personarum acceptio. Secundo antequam ipsi
4 Commissarij examinent testes ad ferendum te-
stimonium vocatos, debebunt blandis, ac reli-
giosis verbis eos monere ad meram veritatem,
& facti seriem, (de qua interrogabuntur) enar-
randam, postposito omni amore, odio, promis-
sionibus, ac timore; solum Dei omnipotentis ti-
morem præ oculis habentes, qui summa veritas
est. Nam falsidicus testis tribus personis est ob-
noxius. Primum Deo, cuius præsentiam cõtem-
nit. Inde iudici, quem mentiendo fallit. Postre-
5 mo innocenti, quem falso testimonio lædit. V-
terque reus est, & qui veritatem occultat, & qui
mendaciũ dicit: quia, & ille prodesse non vult, &
iste nocere desiderat. Tertiò sciendum, q̃ simpli-
citer erunt redigẽdæ in scriptis testium ipsorum
examinandorum depositiones, nihil prorsus eis
6 addendo, vel minuendo: *e* Cum inde possit ma-
ximum præiudicium generari reis in graue ipso-
rum Commissariorum peccatum. *f* Caueant er-
go omnino Commissarij sequi vestigia aliquorũ
iudicum, qui obliti timoris Domini sanguinem
humanum tãquam Cocodrilli sitientes, & pro-
ximorum, ac totius ordinis, siue Congregationis
famam parui pendentes, proprijs passionibus,
7 vel amicorũ deseruiendo, dum inchoant aliquos
testes examinare, ea tantummodo actuario scri-
benda dictant, quæ contra ipsos inquisitos, vel
aliqua, vel minima infamia respersos facere in-
telligunt, quæ verò illis miseris prodesse possent,
nequaquam describi curant. Immo quandoque
8 scriptis mandari prohibent, *g* & quidem hoc pes
simum, & diabolicum est, cũ inde diuidatur di-
ctum testis, quod indiuisibile esse omnino de-
bet. *h* Quapropter huiusmodi actuarij obtempe
rantes in hoc ipsis Commissarijs vna cum ipsis
grauissimè peccant, & criminis falsi noxa tene-
buntur; cum hæc sit quædam studiosa occulta-
tio veritatis. *i* Quartò exigant Commissarij iu-
ramentum a testibus de dicenda veritate secun-
dum formam supra traditam in capitulo quin-
to, addendo tamen examinatus, & receptus pro
informatione curiæ, & huiusmodi verba, quibus
vsi fuerint in exigendo huiusmodi iuramẽtum,
describi faciant in actis iuxta formam dictam.
9 Quintò Commissarij debent præcipere testibus,

a Clar. in praxi. §. fin. q. 20. in princ.

b Clar. vbi supra, q. 13.

c Clar. vbi supra q. 23. ver. Item quæro. Charit. de execut. sẽtentiæ c. fin. nu. 175.

d Alber. de Male. in trattat. de Testib. c. 7. nu. 72. Scap. de iure non scripto li. 3. c. 51. nu. 15.

e cap. 1. ext. de crim. falsi.

f Foller. in sua praxi cri. princ. num. 30 & 64. Nellus à S. Geminia. in tract. de Testib. p. 1. nu. 98.

g Scapp. de iure non scripto, lib. 2. ca. 51. nu. 18.

h Clar. vbi supra quæst. 23. in princ.

i Bal. in tracta. de testib. 2. par. nu. 24. Iason in præsumptione, nu. 7. C. si contra ius vel vtil. publ.

vt in suis depositionibus vtantur verbis claris &
communibus, vt possint Commissarij bene per-
cipere sensum ipsorum, ita, vt exprimant tempo
ra, & forsan præcisa non recolãt, saltem propin-
qua *k* illis, præcisa nomina personarum, & loco-
rum si possibile fuerit, sin secus saltem facient
supradicta omnia ita dilucidè circumscribere a
testibus per signa cohærentia, vt puta si persona
describenda habet cicatricem in facie, vel colo-
ris albi, nigri, vel medij, vel est oculis capta, stra-
10 bo, siue lusca, aut clauda, aut staturæ breuis, aut
longioris, barba nigra, aut flaua, aut sine barba, *l*
studeant igitur quod per testes designetur, seu
circumscribatur persona rei potius per supradi-
cta signa, quæ mutari nõ possunt, quam per eius
vestes exteriores, & interiores, cum ipsæ quam
facillimè mutari possint, etsi non negemus bo-
num esse etiam, & ipsius Rei vestes, & alia indu
menta corporis illius in actis annotari. Sexto cu-
rabunt Commissarij interrogare testes de Reo-
rum nominatorum patria, consanguinitate, affi-
nitate, inimicitijs, studijs artificijs, nec non de fa
miliaritate eorum cum alijs personis, & quorum
beneuolentiæ ipsi cupidi sint. Septimò Commis
sarij studebant testes interrogare de circunstan-
tijs infrascriptis, vt potè, de qualitate armorum,
& verborũ, quibus vti assolebant tam offendente-
tes, quam offensi; principium rixæ, & quis fuerit
eius auctor, si fuerat solus, vel associatus, & cum
quo, & de alijs huiusmodi, quæ poterunt illis
deseruire ad dilucidationem tam corporis deli-
cti, quam ad cognoscendos ipsos delinquentes.
Octauo præcipuè Commissarijs, erit incumben
11 dum, vt testes in singulis suis depositionibus af
ferant apertas scientiæ causas, alias eorum dictũ
erit nullius valoris. Est .n. ratio talis, & causa tan
quam anima animans dictum illius, alias sine il-
la erit quasi cadauer inutile, nihil valens opera-
ri *m* Inde euidentissimè elicitur, quòd si testis
dixerit, res ita se habet, D. . . . . delinquens fuit,
oportebit eum addere etiam causam dicti sui,
& sic Commissarius dicet ei, quomodo hoc no-
sti, quòd D. . . . . hoc crimen, quod tu dixisti
perpetrasse, commiserit? Quapropter in hoc, cũ
consistat tota virtus testimonij, accuratissimè a
Commissarijs erit inuigilandum. Nam & hu-
iusmodi diligentia Commissarij certiores fient
de veritate, vel falsitate testium, si dictum eorũ
fuerit innixum propriæ eorum sententiæ, quod
quam facillimè poterunt comprehẽdere, si dum
testes interrogãtur de causa scientiæ, ipsã redde-
re non valeant, sed remaneant tanquam stolidi,
ex quo ipsi Commissarij poterunt colligere di-
ctum testem ad supradicta deponenda fuisse mo
tum passione amoris, vel odij, aut timoris erga
nominatum reum, aut offensum, & non quod
reuera ita res se habeat, quòd si hoc sibi conti-
gerit, nullam fidem adhibeant talium testium
dictis. *n* Nonò animaduertendum erit etiã Com
missarijs, quòd quando testis deponet se audisse
hoc, vel de fama huius rei deponat, statim inter-
rogandus erit à quibus, coram quibus, & quo tẽ
pore, quoniam alias testes deponẽtes de auditu,
& de fama orta, nihil probarent. Nam aliter nõ
possent iudicare ipsi Commissarii, an dicta fama
orta faciat aliquod indicium contra aliquem e-
tiam ad inquirendum de crimine, de quo quis
12 fuisset infamatus, eò quod in iudicio constare
debeat de ortu famæ à fide dignis, & grauibus,
& non à maleuolis, vel inimicis, aut leuibus per-
sonis, & quod huiusmodi fama habuerit ortum
ante inquisitionem formatam contra aliquem,

k Foller in sua praxi crim. ver. capiant informationem, nu. 33. vers. debet etiam, Nellus in tracta. de testib. nu. 102.

l Foller. ubi sup. à nu. 33. vsque ad 37.

m Bal. in l. solã, C. de test. & in tract. de test. 3. par. nu. 1. Nellus in tract. de test. 2. p. nu. 137.

n in l. test. & l. testium ff. de testib. Boss. in tit. de opposit. cõtra testes, nu. 43. Iacob. Butriga. de test. nu. 9. & sequẽti, Alberic. de Male. eo. titu. c. 2. nu. 35. Sode. de reprob. testib. num. 7. & seq. Nep. à monte baldo, eo. tit. nu. 36.

aut

Digitized by Google

a c. Qualiter, et quando, el 2. ext. de accusat. Cepha. in cons. 250. n. 19. li. 2. Natta in cons. 362. nu. 9. Foll. vbi sup. in ver. dentur capitula, quòd suffocauit post nu. 29. Hon. in cõs. 99. nu. 27. Clar. vbi sup. qu. 6 in vers. Amplius etiam.

b Cla. in praxi, § fin. q. 6. vers. debent, & ibi, sed hæc opinio.

c Ceph. in cõs. 250. nu. 25. lib. 2. & Natta in consil. 17. nu. 7. lib. 1.

d Menoch. in cons. 98. nu. 5. & 6.

aut infamati capturam, alias corruet proces-
sus, vt supra latius fuit probatum, *a* licet
Commissarijs sufficiet, si testes huiusmodi dixe-
rint se ita publicè audisse dici, etiam si non dixe-
rint, quòd hoc audierint a maiore parte populi,
vt probata dicatur fama, & talis est cõis curiarũ
obseruantia, *b* licet melius facerent, si ita depo-
nerent; quin immo si adderent causam, vnde po
pulus motus sit ad ita credẽdũ, & vnde percepe
rit ille, qui eis dixit, & an ipsi testes ita credãt, pro
ut se audisse dicunt, *c* & si ipsi testes nominaue-
rint alios in testes, a quibus dicãt se audisse talia
de tali nominato reo: illos omnino examinare
curabunt ipsi Commissarij. Sed si aliquo impedi
13 mento detineantur ita, vt eos non possint exami
nare puta, quia mortui sunt, vel peregre profe-
cti fuerunt a loco examinis, vel ignoratur vbi
modo illi se receperint; tunc omnino in actis an-
notari faciãt, quòd taliter nominati fuerunt re-
quisiti per D.... & reperiri non potuerint, &
huiusmodi, vt constet de Commissariorum dili-
gentia, & ratio est, quoniam tales testes de audi-
tu, quando possunt haberi illi, a quibus se audis-
se dixerant; nec præsumptionem quidem faciẽt,
si non habeantur authores, *d* & quidem meri-
tò circa dicta testium erit diligentissima indaga-
tio facienda: cum ex eis capturæ committantur,
tormenta inferantur; sententiæ etiam condem-
14 natoriæ vitam quandoque, & bona adimentes
pronuncientur: & ideo cauti esse debebunt Com
missarij, ne hoc non attendentes, & obseruantes
in districtissimo Dei iudicio condemnentur, ne-
gligenter exequentes munus suum. *e* Decimo
sciant insuper ipsi Cõmissarij inconueniens non
esse, immo summopere opportunum, testes e-
tiam inhabiles ad examen illud admittere; *f* &
quidem in hac generali inquisitione pro infor-
matione Curiæ capienda, practica cuiusque Cu-
riæ obseruat, vt omnes personæ indistinctè exa-
minentur, quare poterunt examinare amicos, &
15 inimicos tam offensi, quam eorum, qui præten-
dunt offendisse, consanguineos, pauperes, mulie
res, pupillos, & etiam infames, prout sunt mere-
trices, lenones, fures, & huiusmodi malæ condi-
tionis: & ratio est, quoniam ex eorum dictis, &
depositionibus, & si sint illæ inhabiles ad puniẽ-
dos reos saltem ex illis elicitur materia inquirẽ-
di, & perueniendi ad cognitionem aliqualem ve
ritatis facti, & eorum, a quib. plenius, & clarius
poterunt ipsi Commissarij inquirere de facti se-
rie, & reorum qualitate. *g* Bene verum est, quòd
dicti testes ipso iure inhabiles non probant regu
lariter, nisi aliud suaserit immanitas criminis, de
quo inquiritur, vel nisi essemus in casibus, in qui
bus veritas facti aliter haberi non possit; ac per
consequens in criminibus occultis, & difficilis
probationis, & in quibus certum est, aut verisi-
mile alios testes nõ adfuisse, dum crimen, de quo
16 quæritur, fuisset perpetratum, sed intelligant
Commissarij, quod nec tunc possent procedere
ex eorum dictis ad pœnam ordinariam a iure in-
dictam infligẽdam dictis reis, licet ex eis possent
procedere ad eos puniendos extraordinaria pœ
na. Cùm verè non plenè probent, etsi faciãt in-
dicium ad torturam. *h* Et hoc intelligendum
erit solum habere locum in alijs probationibus
17 factis ab alijs personis, nõ autem ab infamibus:
nam dictæ probationes ex dictis infamium elici
tæ non facerent indicium ad torturam, nisi in ip
sis prius purgatæ fuissent maculæ infamiæ per
torturam, vt infra in capitulo vndecimo, nu. 5.
& 6. & cap. 19. in fine dicendum erit: in quo tra-

e l. testium, & l. in testibus, ff. de testibus.

f Foll. in praxi crim. in ver. capiant informationem, nu. 18.

g Clar. vbi sup. q. 24. per totũ.

h Cla. in praxi, § fin. q. 4 ver. sciendum est.

demus formulam in hac materia procedendi. *i*
18 Vndecimo ponderent, & obseruent hoc Com-
missarij, quoniam in delictis occultis examinare
eos oportebit cõsanguineos, amicos, familiares,
& affines reorum, vt quodammodo ab eis in-
choetur processus: *k* & ratio istius sententiæ est,
quoniam ipsi proculdubio sunt, vel saltem pos-
sent esse magis cõscij criminis perpetrati, quam
extranei. Quapropter ipsi Commissarij omnino
aduertant, quod si aliquod delictum committa-
tur in aliquo monasterio, vel officina monaste-
rij, vel in domo laicorum, aut clericorum: tunc
in primis examinabunt cum iuramento illos de
monasterio, vel officiales dictæ officinæ, vel illos
de domo laicorum, vel clericorum, vbi dictum
crimen factum fuerit. *l* Et idem, si in ali-
qua vicinia, vel villa fuisset commissum delictũ,
dictum sit, & ratio est, quoniam præsumitur me
ritò ipsos scire, quid factum fuerit in huiusmodi
locis. *m* Duodecimo obliuioni nunquam tradãt
Commissarij, quòd tales de monasterio, tales de
officina, de domo, & de vicinia poterunt in casi-
bus enormibus (vt latius infra in cap. 11. dice-
mus) capi, carcerari, & torqueri, vt indicent de-
linquentem, tanquam verisimiliter informati.
19 Tertiodecimo sciant Commissarij, quòd finito
examine testis, hæc ab actuario describi faciant.
Auditis depositionibus ipsius D..... testis ip-
sum licentiarunt, iniuncto sibi iuramento silen-
tij (si sibi videbitur) ponderata qualitate nego-
tij, super quo fuerat examinatos, præcipientque
eis, vt dent cautionem de se præsentando, si fue
rint laici, aut clerici seculares (si ita ipsis expedi-
re visum fuerit) ad hoc, vt loco, & tempore suo
possint ad ius reuocari pro confrontatione, vel
repetitione eorum, forsan de iure faciẽda ad in-
stantiam partis, vel fisci, vel saltem iuratoriam
cautionem suscipiãt de se repræsentando toties
quoties opus fuerit, & sibi iussum fuerit pro ta-
li causa a Commissarijs: & si sciant legere per se-
ipsos, suam depositionem faciant perlegere ad
verbum, & ipsi depositioni perlectæ subscribere
propria manu sub verbis postea inferendis hic: si
vero scribere nesciant, actuarius pro ipso subscri
bat sub forma infrascripta, & tali pacto faciat
cum omnibus alijs testibus. Et vt magis atque
magis memoriæ deseruiamus Commissariorum,
& pro eorum voto de exequendo iniuncto mu-
nere laudabiliter, & sine conscientiæ scrupulo;
dictam Theoricam examinandi pro informa-
tione curiæ deduximus in practicam, dum spe-
cialiter ageremus de vnaquaque specie delicto-
rum, scilicet facti permanentis, facti transeun-
tis, & facti dubij, cum sigillatim subiecerimus
interrogatoria congruentia pro testibus exami-
20 nandis in vnaquaque dictarum specierum. Vi-
dendum erit ibi, scilicet, in cap. 4. 5. & 6. præsen-
tis partis secundę, cum hic suffecerit tradere vni
uersalia documenta obseruanda a Commissarijs
in recipiendo testes pro informatione curiæ, &
ibi specialia iuxta vnamquamque speciem deli-
ctorum. Quartodecimo animaduertant Com-
missarij, quod contingere assolet propter graui-
tatem criminis, ac multitudinem articulorum,
super quibus ipsi rei, & testes necessariò erũt in-
terrogandi, tam ipsi testes recipiendi pro infor-
matione curiæ, quam alij ad instantiam partiũ,
quod spatium multarum horarum erit in ipsis
interrogandis immorandum, & interim si ipsi
Commissarij impediantur propter grauiora ne-
gotia superuenientia, vel defatigationem maxi-
mam inde incursam, vel per aliam causam ra-
tiona-

i Clar. vbi sup. q 24. ver. Item inferius.

K Foll. in praxi crim. in ver. Capiant in for. nu. 18. in princ.

l Foll. vbi sup. nu. 20.

m Foll. ubi sup. nu. 18. ver. Nec mireris.

tionabilem, ita quòd nō posset perfici examen, tam ipsorum testium, quam Reorum, (cum eadem sit prorsus in hoc ratio.) In tali casu in fine dictæ partis examinis describi iubeant, quòd maioribus negotiis præpediti ipsi Reuerendi Commissarij in examine D..... in testem vocati, vel rei supersederunt cum animo quam primū ad illud perficiendum regrediendi; & faciant, vt ipsi deponentes perlegant (si legere sciuerint) si aliàs, actuarius coram ipsis integram eorum depositionem ad verbum legat. Quin tacto ipse actuarius scribat hæc, vel similia verba. Et cum dicta depositio fuisset perlecta, aut audita ad verbum per ipsummet testem, aut reum, in fidem veritatis manu propria se subscripsit. [Io D.... confesso hauer deposto quantu di sopra si contiene, & in fede della verita mi son suttoscritto di mia ꝑpria mano;] sed si dictus testis, vel reus ignoret scribere, actuarius ipse scribat hæc verba: signum crucis D.... testis, aut Rei scribere nescientis, (vt dixi) faciant tamen, vt ille testis, aut Reus calamo tum manu sua arrepto depingat crucem in fronte talis subscriptionis prope verbum illud † signum crucis tali pactu. Et postquam expediti fuissent a supradicto impedimento dicti Commissarij regredientes ad perficiendum inchoatum examen D..... taliter in actis describat actuarius. Eodem die, vel die... Cum ipsi RR. Commissarij expediti essent a supradicto impedimento, regredientes ad perficiendū examen D.... in ius ipsum vocauerunt, & coram ipsis astantem denuo exhibito iuramento de mera, & plena veritate dicenda, & quicquid inde sciuerit: primò fuit interrogatus &c. & tali examine perfecto faciāt eum subscribi forma supradicta, imponentes silentium; si ita sibi videbitur, sub aliqua pœna ipso facto incurrenda. Quintodecimo sciant ipsi Commissarij, quòd si testes essent muti, aut surdi a natiuitate, vel ex accidenti, vel linguam habeant amputatam, vt loqui nō valeant, neque audire, quæ sibi dicant, quamuis clamoribus secum vtantur, tunc interrogare poterunt consanguineos, & familiares, & eos interrogabunt, an dicti testes necessario examinādi sciant scribere; nam constito in actis, quod illi sciant scribere, poterunt eos interrogare in scriptis inducendo principio in scriptis eos, etiā in scriptis manu ipsorum deponere super interrogatis, *a* sin aliàs per nutus, & signa mediantibus interpretibus ab ipsis Commissariis deputatis, qui tamen sint familiares ipsorum, & sciant ea, quæ ipsi exprimere per nutus intendunt, & hoc ipsi deponant cum iuramento, & hoc si actuarius per se non nouerit declarare. *b* Quod quidem fieri potest, etsi hoc nonnulli negent, cum simus in criminalibus. *c* Sextodecimo sciāt quoque Commissarij, quòd idem obseruent, si voluerint examinare testes extraneos, qui nec latinum, nec vulgatem, aut alium sermonem, quē actuarius intelligat, loqui nouerint, prout latius de vtrisque verbum speciale faciemus in cap. penultimo præsentis partis secundæ. Quamuis ibi exēplificabimus in Reis mutis, surdis, vel ignorantibus loqui secundum idioma Commissariorum, & actuarij. Vide ergo omnino ibi de hac materia, cum locus arguendi ab identitate rationis per ibi allata pateat.

a Mascbard. de probat. lib. 3. conclus. 1358. nu. 36.
b Igneus in lib. 3. §. Ignoscitur, num. 26. ff. ad Syll. Carth. de execu. sententia, c. 20. n. 50.
c Carth. vbi supra nu. 27. vbi de communi testatur. Farinacius in opere suo tit. de oppos. cōtra testes, q. 61. oppsit. 11. n. 50.

De testibus cogendis, & de formæ qualitate, qua vti teneantur Commissarij ad ipsos compellendos ad testimonium ferendum in causa criminali criminaliter mota. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij quid faciant, si testes in causa criminali criminaliter mota refugiant deponere.*
2 *Testificari dicitur munus publicum, & necessarium, & quare.*
3 *Expedit Republica punire maleficos, & quare.*
4 *Commissarij quando de iure poterunt compellere testes.*
5 *Testes nolentes deponere, quæ sciunt, quibus modis possint compelli ad testificandum.*
6 *Citatio monachorum ad testificandum quomodo sit facienda, & in actis postea scribenda.*
7 *Forma Decreti de citando aliquem ad testificandum, qui non sit monachus habitans in eodem monasterio, vbi fuerat erectum tribunal a Cōmissarijs, sed habitet in alio loco.*
8 *Commissarij quomodo procedant in transmittendo huiusmodi decreto.*

Animaduertere debēt Commissarij, quod non desunt, qui in causa criminali criminaliter mota abhorreant testificari contra alios,
1 timentes inde incurrere inimicitias capitales, ac
2 per consequens detrimenta varia in bonis, & proprijs corporibus: iccirco pro ipsorum instructione ad memoriam ipsorum reuocamus, quòd munus testium dicitur publicū, & necessariū, *d* & hoc non solum in causis ciuilibus, aut criminalibus ciuiliter motis, verum etiam criminaliter motis: & ratio istius conclusionis est, quoniā
3 interest Reipublicæ maleficia punire, & prouinciam expurgare malis hominibus, præcipiente domino, ac dicente, [maleficos non sinas viuere.] *e* Quapropter meritò vsu omnium contrarium receptissimum est, vt testes ad testimonium ferendum compellantur, si id facere recusarent,
4 nisi tamen ij sint, quos de iure regulariter iudex compellere non posset, vt sunt Pater contra filium, & è contra; Gener contra socrum, & è contra. Priuignus aduersus vitricum, & è contra: Agnati aduersus Agnatos, affines aduersus affines: Collaterales vsque ad tertium gradum. Vxor contra virum, & è contra, liber contra patronos, & eorum liberos, & è contra, etsi ipsi cogendi erunt ad testimonium ferendum etiam in causa criminali, de quo hic est sermo, contra iam dictos, primò quando aliter veritas haberi non posset, *f* cum in tali casu etiam omnes priuilegiati ad testimonium non ferendum, erunt compellendi ad testificandum: & secundò erunt cōpellendi ij testes, quos rei subtrahunt, non obstante talium testium iuramento delato de non testificando. *g* Tertio qui nolunt testificari timore partis aduersæ. *h* Quarto cum agitur de fama, vel de crimine falsi, *i* necnon dum agitur de crimine coniurationis; nam in tali casu erunt cogendi etiam testes, qui iurauerunt, hoc scelus non detegere, seu non testificare de eo. Sciant & secundò Commissarij, quòd bonum est consilium Iulij Clari dicentis in hoc proposito, quod iudices pro viribus studeant non compellere testes, quos diximus esse regulariter non compellendos. *k* At vbi casus contingeret,

d Glos. in Rubr. extra de Test. & in l. si quando. vbi glos. & Bart. C. de Testib. l. 3. §. lege. ff. eod.
e Exodi. ca. 22.
f cap. Peruenit. el 2. ext. de Testib. cogen. & ibi per Doct.
g c. super eo ext. eodē, & ibi per Doct.
h c. super his & c. cum cōtra de Test. cogen. & ibi per Doct.
i c. fin. ext. eod. et ibi per Doct. communiter.
k Cla. in praxi. §. fin. q. 24. ver. sciās tamē.

Digitized by Google

tigeret, quod veritas aliter haberi nõ posset, & delictum esset atrox, possent ad illorum examen deuenire consulto tamen principe. *a* Hoc tamen licet quoad laicos, vel clericos seculares posset contingere casus: in causis autem regularium, de quibus peculiaris hic fit sermo cum rato, vel nunquam huiusmodi supradicti nominati erunt examinandi: idcirco in illis hoc locum non habebit. Tertiò sciant Commissarij plurib. modis compelli posse testes nolentes testificari, quæ sciunt tam circa corpus delicti, & eius qualitates, quam circa personas reorum, & si quoad laicos, & clericos seculares, loquendo
5 ipsi possent cogi, videlicet mulis, seu pœna pecuniaria indicta, captis pignoribus, aut per exilij comminationem, aut carcerationem, aut torturã, & in subsidium a iudice Ecclesiastico per sententiam excommunicationis, aut suspensionem, aut interdicti; *b* more autem monastico poterũt compelli per impositionem silentij, ieiunij extra ordinarij, & cõmestionis in terra panis, & aquæ addendo etiam, vt dum comedit retineat zonã ad collum, vel per impositionem pœnæ degradationis, vel suspensionis a diuinis, vel carceris, addendo, quod in tali pęnitentia persenerent, donec resipiscendo deponat quicquid sciuerit de, & super crimine.. de quo agitur, & licet (quoad laicos, & clericos seculares loquendo) ipsi possint de iure subijci torturæ ad eruendam responsionem ab eis, seu depositionem, & insimul ad deponendam iniustam contumaciam, tamẽ nisi in rebus arduissimis non laudarem huiusmodi pęnam torturę monachis imponi iuxta stylum curiæ monasticæ. Forma vero citationis te-
6 stium existentium in eodem monasterio, in quo formatur inquisitio, alia non erit necessaria, nisi simplex vocatio in ius, vel per actuarium, vel alios monachos eiusdem monasterij, quæ citatio totaliter describenda erit, scilicet, in principio examinis illius testis taliter scribatur videlicet D. ętatis.. dignitatis.. testis vocatus, & medio eius iuramento præstito de dicenda mera, & plena veritate de interrogandis ab ipso, & quicquid inde sciuerit; primo fuit interrogatus, &c. & si huiusmodi testis non esset in eodem monasterio: tunc per speciale decretum ipsum ad se adducet Cõmissarij, cuius tenor sit hic, vel similis, videl.

Cum nobis Commissarijs visum fuerit pro expeditione negotij impositi a Reuerendo Regimine Congregationis... vel Capituli generalis, vel a Reuerendo P. Pręside per speciale eius rescriptum, necessariam esse personam D... ac eiusdem in iudicio depositio: Idcircò virtute iurisdictionis nobis delegatę præcipimus ipsi D..
7 virtute pręsentis decreti, vt statim recepto præsenti decreto discedens à monasterio, à quo modo reperitur, se conferat ad monasterium.... in quo tribunal nostrum ereximus sub pœna.... in Datum in mon... Die...

D... Abb... aut Prior monasterij
D... Prior, aut Decan. (Item) Commissarij.
D... Actuarius

Et studeant Commissarij in super per priuatas
8 literas hoc ipsum intimare eius Prælato, vt copiam ei, facultatemque exhibeat peruenĩedi ad eosdem Commissarios, & in actis describatur tali pacto, videlicet.

Reuerendi Commissarij dictum decretũ inclusum in dictis literis Reuerendo D...., Abbati dicti monasterij direxerũt per talem, & hic ras responsiuas a dicto Abbate reponat ipse actuarius in actis, vt constet dictum decretum fuisse intimatũ dicto testi ad hoc, vt postea possit puniri, si obedire renuerit tali iussioni, & non possit se excusare de ignorantia illius. Qui testis statim postquam peruenerit ad dictũ monasterium, interrogabitur forma supradicta, & talis est stylus curiarum Congregationis Cassinensis, & forsan omnium aliarum religionum. Redditur ratio, quare dictum fuerit supra quã sæpissimè, quod omninò testes interrogentur cũ iuramento, etiam quod si integrè non possit cõpleri examen inchoatum illico per superuenientes impedimentum ipsis Commissarijs, quod deinde reuocauerint testes ad ipsum examẽ perficiendum: denuo exhibendum erit eisdem iuramentum de dicenda veritate, & hoc fit in sequẽti Capitulo.

b Cap. 2. & ca. Peruenit, el 2. ext. de testibus cogen.

Quando exhibendum sit iuramentum de dicenda veritate. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Bono publico consulitur mediante processu legitimè compilato contra reos.*
2 *Accuratissimè discutitur quæstio illa antiquissima & quotidiana, in qua quæritur, An depositio testis deponentis sine delatione iuramenti de dicẽda veritate validetur per superuenientem huiusmodi iuramenti delationem, & affertur ratio ipsius quæstionis decisionis.*
3 *Episcopo, Archiepiscopo, & Cardinali, non præstabitur sine præstatione iuramenti fides in Iudicio, & quare.*

1 SVmmopere inuigilandum erit Commissarijs, ne sua vecordia, vel ignorantia faciãt processum nullum in graue detrimentum boni publici procedentis ex iustis, & validis processibus, ac proinde ex iudicio ordine iudicij seruando in examinandis testibus, quorum depositio absoluit, vel condemnat reos ipsos de quacumque criminis specie agatur. Sciant ergo primò Commissarij, quod testis deponens sine iuramẽto non facit fidem in præiudicium alterius, & hoc regulariter, nisi a partibus ipsis vtrisque remissum iuramentum fuerit, *c* & sciendum, qđ in totum hæc sententia est vera, quod Augúst. de Anchona in libro de potestate Ecclesiæ, vt refert Felin. in cap. Constitutus num. 16. extra de rescriptis, q. 55. art. vlt. audeat dicere, non posse summum Pontificem dispensare sine consensu partium, vt depositio valida sit in præiudicium tertij sine eius consensu, quod & ipsemet ibi probat innumeris medijs, & ratio potissima per eũdem allata est: quoniam iuramẽtum est de substantia validitatis testimonij de iure diuino, cuius rationem Felinus ibidem multiplic. ter probauit veram. An vero depositio testium facta non præuio iuramento sit valida in præiudicium tertij, si ipsum iuramentum subsequatur eam; maxime inter Doctores fuit altercano. Nam de hac quæstione triplex reperitur sententia, quarũ *d* prima fuit dicentium, quod dictum testis non iurati in casu, quo sibi illud non fuisset a partib. remissum, esset nullius virtutis, etiamsi dictum iuramentum superuenisset, dicendo ego iuro me vera dixisse, & ratio mouens istos est, quoniam vt depositio sit valida requiritur, pręcedentia iuramenti. Secunda *e* vero fuit dicentium in decisione præsenti quotidianæ quæstionis fore viẽ- dum

c c. nuper c. tuis c. de testib. c. fraternitatis, et c. quotiens, ext. de testib. c. pen. 3. q. 9. c. fi. § ausu. 4. q. 2. & in l. iur. et in l. Solon. C. de testib. gl. & Doct. ibi cõiter, Fel. in c. cum dilecta, in princ. ver. ex predictis, et in c. Constit. n. 16. ver. & pro hac ext. de rescript. Archid. in cu. vt circa col. 4. in princ. nu. 3. de elet. in 6. vbi & Gemin. & alij, Lanfran. de Oriano, repert. c. quoniam cõtra, tit. testiũ depositiones, n. 4. de prob. Bart. & Ias. & alij in dictis legib. & in l. Nemo pot. ff. de leg. 1. & Iason in l. admonendi a n. 225. ff de iure. Aug. de Anc. in tra. de potestate Ecclesiæ.

b Innoc. Panor. & cõiter Canonistæ in c. de testib. ext. de testibus. prout ibidẽ dixit Feli. Bal. in c fraternitatis. eod. tit. Salic. in l. iusiurandi, C. de testibus.

Digitized by Google

dum nobis hac distinctione videlicet: aut dictũ iuramentum superuenit ipsi depositioni, statim scilicet, finita depositione, dicendo id omne, qđ dixerat, verum esse modo iuro, non diuertendo ad alia loca: aut post eius depositionem discessit a loco, in quo examinatus fuerat, aut postquam discesserat examinator a curia. In primo proposito casu Doctores istius opinionis dicunt iuramentum subsequens consolidasse depositionem dicti testis a principio non iurati. Quapropter valida esset dicti testis depositio, ac si a principio iurasset. In secundo verò casu proposito, dicunt istius testis depositionem esse nullius virtutis. Tertia Doctorum sententia procedit cum hac distinctione, videlicet, aut testis post depositionem suam factam sine iuramento confirmauit ex se, nulla facta sibi requisitione ab actuario, vel a iudice, aut a parte, de confirmando illam medio iuramento, statim antequam discessisset a loco examinis, & ab actuario, eo quod ad se reuersus memor fuit se in principio examinis non iurasse, vt tenebatur ad hoc, vt debita fides adhibita fuisset depositioni suæ. Aut ipse testis iurauit postquam discessisset a loco examinis, & ab actuario, vel ante discessum suum fuisset requisitus de iurando a parte, vel ab actuario. Nã in primo casu dictum iuramentum consolidabit depositionem factam non præuio iuramento; in secundo proposito casu dictum iuramentum superueniens non consolidasset depositionem factam dicti testis, non iurati a principio; & ratio potissima est, quod inde elici posset ipsum falsum deposuisse: cum inde retractus non fuisset ex timore non iurandi falsum, & sic violandi iusiurandum sibi non delatum, & quod postea requisitus de confirmando eius depositionẽ proprio iuramento, iurauit, ne suspicarentur circũstantes, & requirentes talem iuramenti delationem, quod ipse testis non confirmasset suam depositionem prius factam sine iuramẽto propter eius falsitatem; a & ne quis dictas opiniones esse sine fundamento rationis audeat asserere; Sciendum erit eis, quod prima Doctorũ opinio fundatur in hac ratione, eo quod communiter iura omnia requirunt, quod iuramentum præcedat depositionem testium; & inde sequitur, quod iuramentum erit requisitum de solemnitate extrinseca, & ante actum: ergo actus erit nullus, ipsa deficiente, prout docuerunt cõmuniter Doctores, & meritò, vt inde deterreatur testis a proferendo falsum testimonium propter præuium iuramentum sibi exhibitum de dicenda mera veritate, & c. Secunda verò opinio Doctorum fundatur in hac ratione: quoniam quando testis deposuit, non præuio iuramento, præsumitur ipsum deposuisse quoad primum propositum ibi casum animo statim ex se iurandi se vera deposuisse: & sic cũ simus in his, quæ fiunt simul, & semel, in quib. non datur prius, & posterius, ipsum iuramentum dicetur conualidasse depositionem præcedentem. Cum in tali casu in proferendo depositionem præsumatur cogitasse de inferendo iuramento, & sic in mente sua iam protulit, & ideircò præsumitur veritatem dixisse, propter reuerentiam iuramenti. Non ita poterit dici in
3 materia secundi casus propositi (vt paulo antè diximus in referendo tertiam Doctorum sententiam.) Et hæc omnia ab ipsis Commissarijs tenacissimè memoria retinenda erunt, quia quotidie poterit contingere verecundia examinatorum. Quapropter meritò Doctores asseuerare non erubescunt fidem nullatenus fore præstãdã Episcopis, vel Archiepiscopis deponentibus sine iuramento in iudicio in præiudicantibus alicui, vt apertissimè docuit Gregor. IX. Papa. Idipsũ & docuerunt dicendum Doctores de deponente præiudiciali alicui in iudicio facta a Cardinale & intantum est verum hoc nostrum assertũ de persona Cardinalis, quod si dixerit aliquod præiudiciale alicui, summum Pontificem sibi cõmisisse, non erit sibi credendum, nisi & illud probauerit. c

c Bal. et Cald. in d.l. iusiuran. C. de testib. pro quib. facit text. in l. Petens, C. de pactis, vbi glos. Bart. & Iason, & alij facit et text. in l. modestinus, ff. de solut. & ibi gl. & Doct.

a Felin. in cap. de test b. ext. de testibus.

b c. fin ext. de iuram. calum. gl. in c. cum olim, el 1. ver. fratrũ ext. de priuileg. & ibi Pano. nu. 5. qui & latius in c. sicut, nu. 5. ver. in gl. fi. ex. de sent. excom. Felin. in c. tuis. ext. de testib. & in d. c. sicut in princ. ver. Item nota. Alexa. in consi. 18 incip. in causa, col. 2. quẽ citat, & sequitur Viui. in suo comm. opinio, ver. testis, Iasi. in l. Admonendi in 2. repe. n. 189 per totũ, ff. de iureiuran. & ibi per alios.

c Panor. in ca. cum olim el 1. n. 5. ver. in glo. fi. ext. de Priui.

De forma monendi testem irreuerẽtem, vel falsum testimonium proferentem, & de subijciendo eum torturæ, ac alios infames, & deputandi in carcere eosdem. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Commissarii quomodo procedant contra testes deponentes cum risu, vel alia irreuerentia in iudicio, vel de directo contraria dictis plurium testium maioris authoritatis, quã sunt ipsi testes.*
2 *Forma decreti faciendi a Commissarijs contra testem, qui post monitiones sibi factas perdurauit in sua falsa depositione.*
3 *Intimationis dicti decreti forma describitur.*
4 *Actus carcerationis in processu describendus erit.*
5 *Testes reperti, seu alijs contestibus cõprobati falsum deposuisse, quando torqueri possint, sed ante torturam adhibitam, quę eruũt a Commissarijs inquiranda, ac ponderanda.*
6 *Testes torqueri posse in aliquibus casib. traditur: qui & recensentur, sed & quanto tempore fuerint torquendi, relinquitur arbitrio, ac prudẽtiæ Commissariorum, ponderata qualitate ipsorum, & negotij, de quo queritur, & qualitate testium contrarium deponentium.*
7 *Commissarij quare non teneantur ante torturam testibus indulgere terminum ad producendum quicquid voluerint ad probandum de iure se non posse subijci torturæ.*
8 *Forma decreti faciendi a Commissarijs de torquendo testes infames.*
9 *Forma decreti faciendi a Commissarijs de torquendo testem varium traditur, et num. 13.*
10 *Testem fore torquendum quotuplicuer cõtingat.*
11 *Forma decreti de torquendo testem pro eo, quod aliud dixerit in iudicio cum iuramento, quam dixerit extra iudicium sine iuramento.*
12 *Forma decreti, de torquendo testem negantem se aliquid scire de aliquo facto, quando contrariũ in iudicio constat per testes, & quæ sint ponderanda a Commissarijs ante torturam talium.*
14 *Et quę in conficiendo ipso decreto de torquendo.*

1 Qvam sæpissimè contingit testes diabolica suasione falsum testimonium proferre nõ pertinescere: & aliquando deponere cum risu, & contemptu tribunalis aduersando dictis, quam plurimorum sine aliquo fundamento, sed sola sua pertinacia asseuerantes quædam imaginaria, non verisimilia, & prorsus impossibilia. Quod cum Commissarij animaduertunt, omni cum benignitate possibili ipsum moneant præcisis, vel alijs æquipollentibus eloquijs, quæ omninò describenda in actis mandent actuario, videlicet. [Auertite fratello, & ricordateui, che hauete giurato di dir la verità, & ricor-

ricordateui, che la Maestà Diuina sà il tutto, & è qui presente: onde se voi non direte la verità, & dalla sua diuina giustitia, & da noi sarete castigato seueramente: & ricordateui auãti a quali persone state, onde se non mutate modo di rispondere, noi come essecutori della giustitia di Dio, vi faremo mutar il riso in pianto, onde ri soluereui di dir la verità, & con ogni modestia possibile, & humiltà monastica.] Et si adhuc persistat in negando, & fuisset a Commissarijs reprehensus more monastico de tali sua pertinacia & irreuerentia ridendo exhibita tribunali, & post talem correctionem si velit deponere veritatem cum omni reuerentia, congrua erit admittenda eius depositio, eidem præmittẽdo hęc verba ab actuario, tandem ipse testis ad cor rediẽs petijt veniam de irreuerentia exhibita: & postea subinferat, & fuit denuo interrogatus, & qui respondit.... Aliquando verò testis pertinaciter negat se aliquid scire de ... de quo fuit vocatus in contestem ab alijs, & tunc Commissarij his verbis moneant ipsum, & illa sigillatim omninò describenda in actis iubeant ab actuario, tali pacto videlicet: Interrogatus, & monitus a Reuerendis Commissarijs ipse D... quod omninò dicat veritatem de his, de quibus interrogamus fuit, quoniam apertissimè in sua depositione deprehensus fuit bis, vel ter, scilicet quoties hoc cõtigit in mendacio expresso, & quod saltem modo deponat veritatem, antequam ante ipsum confocij aduocentur in eius maximum dedecus, & fiat inter eos confrontatio; his ergo vtantur verbis statim ab actuario describendis in actis, videlicet D... [fratello, hormai dite la verità, poiche vi habbiamo trouato in bugia già due volte, ò tre volte, &c. in questi capi il primo è ... il secondo è .. il terzo capo è ... & questo ve lo diranno su'l viso i testimonij, con li quali anco erauate quando D... fece... quando nel tal luogo disse, & .... &c. Perche voi dunque volete negare di saperlo, ò hauerlo veduto con tanto danno dell'anima, & del corpo vostro, dicendo che non hauete ... onde vi hauerete da risoluere di dir la verità a tutti i modi, come passa il fatto, altrimente si verrà alla confrontatione de i testimonij, & poi contra di voi pertinace si farà quello, che comanda Dio benedetto, & la santa Chiesa nelle loro leggi.] Hac ergo, vel alia simili præmissa, & in actis descripta monitione, & ipsomet teste ad verbum audiente: fuit denuo interrogatus, [se stà nel medesimo proposito di non voler dire la verità di quanto poco auanti fu interrogato, ò habbia qualche ragione da dire, per mostrare, che habbia detto la verità, perche sarà benignamente ascoltato auanti, che si venga all'atto della confrontatione de' testimonij sopra le sudette sue falsità.] Respõdit, & cũ ex responsione dicti testis non fuisset enervata suspicio dictarum falsitatum, visum fuit ipsis Commissarijs vocare illos contestes coram ipso teste pertinace, vt sic confusus saltem ad veritatem deponendam incitaretur. Et cũ cõtestes aduenissent, & coram dicto pertinace teste ipsi Reuerendi Commissarij sigillatim interrogabũt cum iuramento, an ipse D.. & Dic.. audiuisse dixisse ... & dic ... D... minatum fuisse D.... & si omnes eodem modo confirment coram illo teste pertinace vera esse, quę quisq; eorum deposuisset contra D... ipsi Commissarij denuo monuerunt ipsum testem pertinacem, vt deposita iniqua pertinacia simpliciter dicat veritatem de ijs, de quibus fuerat interrogatus, & eius responsione perpensa, si ipsis Cõmissarijs videbitur illũ deposuisse vera, ipsum moneant, ne deinceps simile quid attentare præsumat, sin alias ex nunc prout ex tunc sciat huiusmodi nefas sibi non fore indulgendũ; sed fore de iure iuxta qualitatẽ falsitatis puniendum, & hic modus erit obseruã dus, si videbunt ipsi Cõmissarij dictum testẽ esse imperitum, & pauidum, & alias virum probum, sed si cognouerint ipsum testem temerarium solitũ similia, vel maiora crimina perpetrare, simpliciter faciant describi ab actuario omnia, quæ ille deponit, aliquali monitione præmissa, & tali receptæ depositioni faciant ipsi Commissarij illum se subscribere: quo peracto poterũt alio die ipsum vocare, & iterum examinare, vt ipsum varium reperire possint; sed si adhuc ille perseuerauerit in sua prima depositione, aut dixerit se de tali re nihil aliud scire, nisi quæ alias deposuit, cui per omnia se remittit, tunc dictam responsionem faciant describi ab actuario, & subscribi ab ipso teste pertinaci, quo peracto in eius cõfusionem, & vt sit conuictus de falso, faciant dictam confrontationem, prout superius diximus, qua facta etiamsi falsus fuerit falsum deposuisse, assignent ei Commissarij terminum ad probandum, quare non fuerit puniendus tanquam testis falsus, nec non ad producendum quicquid voluerit in sui defensionem, & vt infra dicetur, & isto interim prçuio decreto ipsum ad custodiã deputent carceris; vt tempore suo falsitatis, & pertinacię pœnam sentiat, qui noluit pijs monitionibus acquiescere: huiusmodi forma decreti poterit esse hæc, vel eis similis. Die...

Cum Reuerendi Commissarij post monitiones quamplures factas D.. de dicenda veritate & post confrontationes contestium factam ipsũ D... perdurantem in sua falsitate reperissent ipsum formali carceri mancipandum fore ad custodiam decreuerunt, prout præsenti decreto decernunt, a quo non amoueatur, nisi præuio assensu ipsorum; nec non eidem D... assignauerunt, prout præsenti decreto assignant, terminum dierum... ad producendum, probandum, & allegandum in sui defensionem quicquid producere, probare, & allegare voluerit. Dat. in monasterio... Die..

D .... Abbas
D .... Abbas } Commissarij.
D .... Actuarius

Sciant tamen Commissarij se non teneri talibus indulgere terminũ supradictum ad producendum, &c. vt latius paulò post. Quo peracto
3 ipsum decretum intimari ipsi reo faciant per actuarium, cuius intimatio facta in scriptis statim redigatur tali pacto, & in fidem veritatis faciat ipsum reum subscribi.

Die ... per me D. . actuarium fuit intimatum dictum decretum ipsi D... qui reuerenter, & cum gratiarum actione acceptauit, & in fidẽ se subscripsit manu propria.

[Io D.. dico essermi stato intimato il sudetto decreto, & in fede della verità mi sono sottoscritto di mia propria mano.]

Sed si scribere nesciat, faciat per ipsum impeti mi signum crucis, & per actuarium scribi, vt supra, signum crucis D.. &c.

His peractis ipsi Commissarij faciant in actis describi carcerationis actũ ab actuario tali pacto

Fidẽ facio ego D.. qualiter virtute d. decreti
4 D... fuit formalibus carceribus mancipatus, et in fidem me subscripsi. Die ...

D... Actuarius.

Scien-

Digitized by Google

Sciendum insuper omnino erit, quod nō tantum testes poterunt carceri mancipari, si reperiantur falsarij, immo & subijci torturæ ad eruēdā veritatem depositionum ipsorum, verum ēt ad purgandos eos ab infamia, quando ipsi essēt infames, vel fuissent varij. Quapropter omninò Commissarios oportebit ponderare dicta, &
6 qualitates personarum ipsorum testium. Nam ipsi poterunt tormentis subijci varijs ex causis: puta, quia ipsi essent primò infames: secūdò, vel socij criminis: tertiò vel varij: vel quartò extraiudicialiter, & aliter dixisse conuincuntur in iudicio; vel quintò delicto interfuisse, si fuisset probatum; ipsi tamen dicant neminem vidisse, aut cognouisse: sexto vel sunt verisimiliter informati, & sunt suspecti, quod veritatem dicere recusant odio, vel amore: septimò vel sunt viles personæ, & vltronei se ingerunt ad testimonium ferendum: octauò vel sunt conuicti de mendacio ex dicto alterius dignioris licet solius: vel alijs similibus causis. a Qualis verò tortura inferenda sit, & qui modus in ea inferēda seruādus, & an grauis, vel leuis nullo pacto poterit infallibilis regula tradi, & idcirco communiter doctores hoc totum relinquunt pio, & prūdenti iudicio Commissariorum. Nihilominus, vt saltem aliqualis tradatur norma: dicimus ipsos Commissarios posse, vbi casus contigerit iuxta personarum, & factorum qualitatem, arbitrium suū vel moderari, vel extendere. b Hoc omninò Cōmissarij memoriæ commendent: quod licet multi Doctores in aliquibus casibus teneant, quòd antequam ad torturam contra testes deueniatur illis dandus esset terminus ad deducendum, &
7 probandum quicquid voluerint, vt euitent torturam illis adhibendam: c Nihilominus sciant Commissarij, quod communiter sit receptum in practica, vt semper & quādocūq; absq; aliqua disputatione testes de iure torqueri poterunt, cū effectu torquendi erunt, vt euitetur timor subornationis, quæ de facili fieri possit, d & vt quam facilè sit Commissarijs, formare de torquendo aliquem ex dictis testibus decretum. Idcirco gradatim procedendo tradémus illis formam decretorum, & primò tradetur

a Clar. in prax. §. fi. q. 25. per totam, Boss. de tortura testium n. 9. cum duobus sequent.

b Clar. in prax. §. fin. q. 25. ver. torquetur in fi.

c Boss. in tit. de mand. ad homicid. post. nu. 30.

d Clar. vbi sup. in vers. fi. in fi.

Forma decreti de torquendo testem infamem.

Si ergo testis aliqua iuris, vel facti infamia laborauerit, tunc erit ille torquendus, vt diximus ad effectum purgandi eius infamiam, & tollendi a reo facultatem excipiendi contra ipsum, opponendo infamiam ipsius: forma verò erit talis. Die... Reuerendi Commissarij sedētes, &c. visis, &c. stante qualitate D... examinati, & considerata infamiæ nota, qua affectus reperitur propter decretum contra ipsum pænale in causa criminali, contra eundē mota per R... die... ad tollendam ergo dictam infamię maculam; & vt eius dictum magis afficiat nominatum, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauerunt ipsum duci ad locum torturæ, ibique spoliari, & funi applicari, prout pręsenti decreto funi applicari mandant.
Datum in monasterio D... eodem die...

D.... Abbas
D.... Prior } Commissarij
D.... Actuarius.

Forma decreti torquendi socij criminis tradetur infra in cap. 22. num. 11. & fol. 86. vbi sermo erit habendus de confrontatione consociorum. Vide ergo ibi, cum ibi sit locus magis proprius, ne bis eadem repetamus.

Forma decreti de torquendo testem varium, seu vacillantem in sua depositione, duplex traditur; cum huiusmodi vacillatio duplici ex capite ortum habere possit.

Die... R. Commissarij sedentes pro tribunali, &c. visis, &c. ac ponderata vacillatione ipsius D... dicentis in examine facto die.. D...
9 aut furtum perpetrasse, & similia: & modo in præsenti examine negantis se illum vidisse furtum facientem, vel percutientem lapide D... & tali loco, & coram D... modo ait se illum vidisse percutientem ense, & non in loco prius nominato, sed in... Ad tollendam ergo omnem maculam periurij (si qua inesset) ab eiusdem testis persona (& hoc dicatur, si primū dictū fuisset prolatum cum iuramento) vel ad purgandam omnem maculā varietatis, si quæ inesset; & ad sciendum, in quo dicto ipse testis persistat; ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum mandauerunt eundem D... testem examinatum duci ad locum torturę, ibique spoliari, & funi applicari, prout præsenti decreto mandant funi applicari. Datum in monasterio...

D... Abbas
D... Prior } Commissarij.
D... Actuarius.

Et sciendum, quod huiusmodi testes varij nō semper subijciuntur torturæ, vt possint Cōmissarij perspicere, in quo ex dictis eorum persistetint. Nam aliquando hæc vacillatio processit ex subornatione sibi facta ad variandam depositionem præcedentem, ac per consequens ad reuocandum præcedens examen ipsorum, vt puta si D... dixisset se vidisse D... furantem, & ... &
10 huiusmodi depositionem committētur plures circumstātiæ veræ, vel aliqua verisimilia: ita quod si postea dixisset se non vidisse D... sed D... & concludentem rationem non afferat huiusmodi eius variationis, seu reuocationis. Nam huiusmodi testis non erit torquendus ad effectum sciendi, in quo dicto persistat: sed ad hoc vt ipsi Commissarij scire possint, a quo, vel a quibus subornati fuerint pro dicta reuocatione dictæ primæ suę depositionis, vel mutationis. Pręsumitur enim, & meritò, quod a dicto suo priori recessent subornatus, & in hoc in casu non erit Cōmissarijs vtendum præcedenti forma decreti, sed subsequenti, videlicet.

Forma secunda decreti de torquendo varium.

11 Reuerendis Commissarijs sedentibus pro tribunali, &c. visis, &c. & perpensa ad verbum depositione facta per D... testem examinatum die .... in qua asseruit se vidisse D... furantem ... consideratisque pluribus circunstantijs dictam depositionem concomitantibus, quę verificatæ fuerunt, prout in actis latius (si ita essent verificatæ ex productis in actis, alias hoc non dicat in decreto pręsenti) & quæ sunt adeo verisimiles, vt arbitrio boni viri credendum sit ipsum testem in dicta prima testificatione verū protulisse, & in subsequenti alio modo facta sua depositione mētitum fuisse, præsertim cum ea, quæ in sua prima depositiòne deposuerit vltroneus, & de plano deposuerit, & in secunda sua depositione nullam sufficientem, aut verisimilē causam alleget huiusmodi suę variationis. Quapropter valde credibile, ac verisimile est, ipsum D... testem ad dictā eius priorē depositionē reuocandā ab aliquo subornatum fuisse. Ad effe-

tum

ctum ergo clarius id ipsum audiendi ad ipsomet D. .... teste, a quo, vel a quibus subornatus fue rit ad dictam priorem depositionem reuocandā, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectū citra tamen præiudiciū quorumcunq. iurium ip sum puniendi regimini Congregationis Cassin. vel religioni..... aut Episcopo .... vel ipsorū Cōmissariorumcompetentium ex dicta variatione, quibus per præsentem torturā ipsi Commissarij præiudicare, nō intendunt,& nō alias, aliter &c. de quo expresse protestati fuerūt, & protestātur ipsum D.... testem variantem in suis depositionibus mandauerunt duci ad locum torturæ, & ibi spoliari,& funi applicari, prout præsenti decreto spoliari,& funi applicari mandant. Datum in monasterio, D. ....

D. .... Abbas
D. .... Prior vel Dec. } Commissarij.
D. .... Actuarius.

Forma decreti de torquēdo testem, qui aliud in iudicio dixit cum iuramento, quam dixisse extra iudicium deprehenditur iudicialiter.

Reuerendi Commissarij sedentes pro tribunali &c. visis,& perlectis depositione D.....testis in iudicio facta,& depositionibus in eodem iudicio factis a D..... & à D..... & a D..... animaduertentes ipsum D.... testē aliud dixisse in iudicio, aliud vero extra iudiciū cum iuramento coram D.... D.... & ponderatis verbis præcisis per ipsummet testem extraiudicialiter prolatis, de quibus in processu latius, ex quo apertissimè apparet ipsum informatū de veritate facti, & de notitia ipsorū delinquentiū: Ad tollendam igitur omnem maculam periurij, si qua inest, ab eius persona, vel ad purgandū omnem defectū varietatis, si quis inesset,& ad sciendum, in quo dicto ipse testis persistat: ac ad omnē alium meliorem finem, & effectum mandauerunt ipsum D.... testem duci ad locum torturæ, ibiq. spoliari,& funi applicari, prout præsenti decreto, torquendum mandant. Datū in monasterio..... die....

D..... Abbas vel Prior.
D..... Prior vel Dec. } Commissarij.
D..... Actuarius

De forma decreti de torquendo testem asserētem se nihil scire de crimine facto per D.... & tamen constat aliquo pacto contrarium.

Animaduertāt Commissarij, quòd quamplures reperiūtur, qui criminis, de quo quæritur, ad missionē, cui interfuerint, vel aliter bene de ipso, & eiusdem auctore norūt, tamen renuentes deponere de ipso asseuerant se prorsus nihil scire

13 de tali facto; quod cum reperierint ipsi Commissarij, quod scilicet D.... in testē vocatus ab ipsis super quo interrogabitur, esset verisimiliter bene informatus: quia scilicet, tempore commissi delicti constitit in actis ipsum D.... fuisse in loco delicti perpetrati, & potuisse videre, quō facto sese habuisset, & ipse D.... vel negat adfuisse, vel vidisse *a* saltem per vnū testem, qui sit dignior ipso negante, vel constat, quod extraiudicialiter confessus fuerit se habere notitiā facti, & in iudicio postea interrogatus hoc ipsum negauit *b* vel quia est proximus loco delicti cōmissi, vel est domesticus.*c* vel est solitus frequentare viam, in qua commissum fuit delictum:& est alias persona malę opinionis, & famę, *d* aut alia de causa possent ipsi Commissarij conijcere qd ille recuset veritatem fateri, & dictorum & indiciorum probationes in actis appareant, vt dictū fuit supra, scilicet, quod talis testis negans scit, vel scire debet veritatem facti, *e* de quo fuerat interrogatus, & constat de delicto saltem in genere commisso, *f* in frascripta forma decreti ad torturam contra ipsum D.... testem deuenire ipsi Commissarij poterunt, videlicet.

a Foller. in pra xi crim. in uer. Capiant infor. num. 22.
b Folle. vbi su. n. 18.
c Bossius de tor tura testiū, nu. 9 cum duob. sequen.
d Folle. vbi su. nu. 17.
e Foller. vbi su. nu. 24.
f Foller. vbi su pra.

Reuerendi Commissarij sedentes &c. visis &c. Auditis ac perlectis depositionibus testiū deponentium D.... in testem vocatum scire facti criminis seriē,& pluribus monitionibus ipsi testi factis, vt veritatem fateatur, consideratoq. quod constiterit in iudicio aliquo pacto ipsum fuisse præsentem in loco criminis admissi tēpore, quo fuerat perpetratum; vnde verisimile est ipsum vidisse, quomodo dictum factum se habuerit, & qui fuerint delinquentes, aut quibus vestibus induti, quib. armis armati, cuius ætatis, cuius barbę, cuius coloris:& licet ipse testis negare non erubescat delinquentes vidisse, ac consideratis alijs indicijs ex actis ipsis resultantibus, & contra dictum testem facientibus &c. Quapropter ipsi Reuerendi Cōmissarij ad effectum habendi ab ipso D.... teste examinato plenam, & integrā veritatem super præmissis, de quibus (vt dictū fuit) verisimiliter apparet informatus, atque ad omnem alium meliorem finem,& effectū mandauerunt ipsum D.... duci ad locum torturæ, ibique spoliari, funique applicari, prout præsenti decreto torqueri mandant. Datum in monasterio.... Die....

D................ Abbas.
D.................. } Commissarij.
D................... Actuarius.

14 Et animaduertant Commissarij, q. si dictus testis habitaret prope locū, in quo crimen factum fuisset, vel solitus fuisset talem locum frequentare, in quo fuit repertū cadauer, vel furtū factū, vel vulnera illata; ex quib. eliceretur, illum esse facti conscuū, tūc & ipsi supra recensito decreto addant & dictas ponderationes dicendo; considerātes ēt, q. dictus testis &c. vt supra, & postea decretū concludant, vt supra. Secundo, quod ex supra dictis formis poterunt,& ipsi in similibus occurrentibus casib paucis immutatis, procedere ad torturā,& ad formandum decretū torturę cōtra testes. Tertio memores sint ipsi Cōmissarij, ipsos non posse de iure procedere ad torquēdum testes ita grauiter, ac si essent rei criminis, de quo inquiritur; sed leuius arbitrio ipsorum: nam ponderare tenentur qualitates testium, & criminum, de quibus inquiritur. *g* Quarto sciant Commissarij, quòd licet sit regula vulgatissima, in qua habetur, quòd nimis graue sit ex domo rei probationes sumere, *h* nihilominus ipsa regula non habet locum in criminalibus: etenim sæpe sæpius domus reorum perquiruntur ad effectū videndi, an aliquid reperiri possit, ex quo possit facilior probari via ad inquirendū specialiter cōtra reos, qui ex tali inquisitione grauioribus indicijs assolent vrgeri, & aliquando cōuinci. *i* Quapropter ipsi Cōmissarij ponderent,& obseruent omnino, quæ attulimus memoriæ commendanda, & obseruanda ab ipsis in cap. 3. per totum.

g Clarus in pra xi. §. fin. quæst. 25. ver. torquea tur. in fine.
h l. Nimis gra ue. C. de testib. Boss. in tit. de examī. reorum, num. 9.
i Clar. vbi sup. in §. Furtum. ver Quaro nū quid,& q. 27. in princ.

De testibus generatim. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Veritatis manifestatio ex testibus pendet.*
2 *Probationis definitio.*
3 *Probatio alia clandestina, alia euidens, alia minus euidens est.*

Probatio alia plena est, alia semiplena. Et quæ sufficiens ad torturam, vel ad vindictam.

MVlta quæ ad Iudicis, Rei, atque Actoris
vim, & rationem attinebant, hactenus di
lucide (vt mea fert opinio) atque breuiter expo-
sita fuere. Modo instituti operis ratio flagitat, vt
de testibus, quæ necessaria sunt, explicare inci-
1 piamus. At quoniam ex testibus veritatis mani-
festatio, & comprobatio pendet, eo itaq. de pro-
bationibus, vt suo ordine nostra procedat ora-
tio dicere prius incumbit, cuius quidem diffini-
tio ante subijcienda est, quæ his verbis secun-
dum Azonem, & Accursium in Rubr. C. de pro
2 batio. continetur. Probatio est rei dubiæ per ar-
gumenta declaratio. In qua cum ceterorum
vocabulorum sit expedita, & prompta cognitio,
quæ sit argumenti vis, & significatio, non perin-
de, ac oportet, est explicata. Nam hic argumen-
ti nomen non eandem, quam apud Logicos, si-
gnificationem sibi vendicat, vt sit positis ex enũ-
ciationibus conclusionis collectio, sed potius id
omne, cuius vi veritas aperitur: siue sint testiũ
dicta, siue rei, de qua agitur indicia, vel coniectu
ræ, vt à Speculat. de probat. manifeste colligitur.
Verum probationis, licet vnicum sit nomen:
eius vnica certè non est forma, sed varia, ac di-
uersa. Atque vt generatim agamus, tripartito
3 genere illa diffunditur. Alia namque est euiden-
tissima, quæ ex priuilegijs, atque instrumentis, &
literis, (sic enim loquuntur Iuris periti) ceterisq.
que eius generis, eruitur, & cap. licet causam, de
probat. cap. pia, de except. lib. 6. l. si eum, §. qui
pro rei qualitate, ff. de his, qui satisd. cogant. Alia
euidens ex testium dictis, reique euidentia, cap.
tua, de cohab. cler. & mul. c. cum contingat, de
rescrip. c. auditis, de restit. in integ. cap. coniũ, 11.
q. 3. Alia minus euidens, vt quæ constat ex pro-
babilibus coniecturis, quas illi præsumptiones
vocant, cap. afferte, de præsumpt. Butr. in ca. ve-
stra, de cohab. cleric. & mulier. Quas profectò ex
plicatius exponere modo consilium non est: sed
his carminibus continentur.

Aspectus, sculptum, Testis, notoria scriptum
Iurans, confessus, Præsumptio, fama probabũt.

Sunt ergo probationis species nouenario circũ-
scriptæ numero. At nobis, quæ ad crimina vel
refellenda, vel asserenda accommodata sunt, di-
cere est propositum. Ac primum de indicijs ita
dicemus, vt nullam modo rationem de subtilio-
ri eiusdem probationis partitione habeamus. Si
quidem alia (vt aiunt) negatiua est partis, alia
affirmatiuę, &c. Quorum ratio ad exquisitiorem
explicationem iuris spectat. Id tamen non me-
diocriter ad præsentem tractationem refert, vt
probationis vim, & notionem ad bipartitã duci
4 posse rationem sciamus, vt altera quidẽ sit per-
fecta, suisque numeris absoluta, quam doctrinę
causa Doctores dilucidam, vel plenam appella-
runt; Altera inchoata, atque imperfecta, quam
semiplenam Iuris prudentes nuncuparunt ex
Caietano, secunda secundæ, quęst. 69. cõsentiũt-
que Panorm. & alii, extra de probat. Et plena
dubio procul, quemadmodum, & inchoata, du
plici ratione distrahitur. Alia sane est perfecta,
vel inchoata, ad tormentorum tamen vim in-
ferendam idonea veri reperiendi causa. Alia
autem perfecta, vel inchoata ad vindictam e-
tiam reo decernendam ordinata. At ea perfe-
cta non immerito, vel ad condemnationem iu-
dicanda est, vel ad tormenta: cui nihil ad hæc
ipsa iure afficienda deest. Quæ vero aliqua sua
parte vacat, inchoata esse existimatur. Explo-
ratum est enim ijs, qui vel mediocriter in iuris
eruditione versantur, quod sępius probationum
nerui vsque adeo sint imbecilles, vt ex eis sup-
plicia constitui nullo modo possint: cum tamen
earum vi, exculpendæ veritatis gratia, liceat reum
ad tormenta exponere. Quod certe nec decet
ignorare eum, qui iudicandi ceteros potestate
præfulgeat, ne imperfectis perinde, ac perfectio
ribus vtens, aut ea, quæ ad tormenta exhiben-
da apta sunt, tanquam si ad vindicandum ido-
nea forent, impie, atque imperitè vsurpet. De
probationib. itaq. sic in vniuersum esto dictum.

De Indicijs. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Indicij nomen æquiuocum multa significat, & quid apud Iuristas.*
2 *Indicium aliud plenum, aliud semiplenum.*
3 *Indicium plenum plerumque violentum appellatur, & quando.*
Præsumptionum varia sunt genera.
5 *Præsumptio variatur secundum conditionem personarum.*
6 *Indicia plena sunt reo manifestanda, & ob quã causam.*
7 *Indicium vnũ an valeat ad inferenda tormẽta.*
8 *Indicium probabile habet vim inferẽdi torturã, non tamen per talem confessionem absq. testib. poterit condemnari.*
9 *Duo leuia indicia ad idem spectantia vnum constituunt graue.*

1 INdicij nomẽ varia est significatione manãs,
nam latiori specie si vtamur, signum quodli-
bet indicij nomine notatur. Quo quidem modo
tritissima est rei huius vsurpatio; At accuratiori
ratione indicij vis apud Iurisperitos significat
rei, quæ in controuersiam ponitur, explicatiõnẽ,
ac manifestationem, vel vt ait Panormit. in ca-
pit. tua, de cohabitatio. cleric. & mulier. est no-
tabile signum alicuius dicti rei, vel facti, quod
subuenit necessitati probandę. Quod in pri-
mis bipartito modo eosdem apud Authores di
2 rimitur. Vnum namque perfectum, siue ple-
num, alterum autem inchoatum (& vt aiunt)
semiplenum est. Prioris autem explicatio ge-
neris est, rei coniectatio per signa efficacia, ea
quibus animus in aliquo tanquam in vero con-
quiescit, nihil pręterea requirens. Bald. in l. ea
quidem. C. de accusatio. At inchoatum est con
iectura quędam, quam ipse præsumptionem
appellat; acrius crimina vigens ad assentiendũ.
ff. de probat. l. comprobatio. Adiungunt aliqui
& leue, quod id est, cui frequenter contingit ve-
ritatem adesse, neque ad probationis rationem
vllo pacto censendum est. Ista aũt duo grauia ap
pellantur, propterea quod frequenter veritatem
adiunctam habent, ac æquantur præsumptione
iuris. l. metũ. ff. de dolo. Paris de Puteo in tracta.
de syndicatu. Existimo etiam ab instituto nostro
minime esse alienũ, adnotasse, plenũ indicium
3 plerumq. violentum appellari, quando causam
per se obtinet, nec alia opus habet probatione.
Nam, vt ait Panor. in c. cum contingat, de rescr.
numer. 3. citans text. in l. licet. ff. de legat. primo,
& in l. sciant cuncti. C. de probationibus. ex
coniecturis potest dici euidens probatio. Ac
semiplenum, aut quod vehemens: siue
proba-

probabile dicunt, semiplenam etiam probandi vim obtinet. Ex quibus variæ enascuntur coniе-
4 cturæ, quæ (vt dixi) præsumptiones appellantur. Quarum etiam plurimas partitiones attulit Panorm. in cap. quanto, eodem titulo. Nempe q̃d alia sit probabilis, alia vehemens, alia violenta. De quibus consulto nullam habemus rationem: siquidem (vt ipse testatur) ea vocabula a Doctoribus disserendi gratia fuerunt inuenta. Constat namque eadem indicia personarum, varietate considerata, modo temerarium, modo probabilem, nonnunquam vehementem, vel violentam suspitionem afferre. Atque (vt eadem in re versemur) non pari modo luxuriæ crimen in sene, vt in adolescente conijcitur. Etenim Seneca dicit, cum alia vitia cum hominibus senescant; sola auaritia iuuenescit. Neque etiam pari ratione ad animi perturbationes, ac vitia, literarum studiosos, vt ignaros, & imperitos propensos esse arbitrãdum est. Nam cunctorum mater est errorum inscientia, cap. primo. 38. distinct. & fere per totum. At Diuus Hieronymus: Ama scientiam scripturarum, & vitia carnis non amabis. Hactenus Panorm. in cap. quanto, de præsumptionibus. Quocirca vt nostrum ad institutum propius accedamus: si duo obseratis foribus in aliquo domicilio deprehendantur (quod patrum instituto cautum est, ne fiat) id indicij, si in adolescentulis repertum fuerit, aut eos, quorum alter adolescens, alter verò alia ætate, perfectũ eiusmodi & censeri, & appellari certum est, ac eo magis, si nocturno tempore, nullo lumine, aut etiam vestibus detractis, tuncquidem de libidinis vitio probabilis sane est coniectura; semper tamen personarum anteactęque vitę habenda est, ratio ac præcipue occasionis. Q̃d de mulieribus multo magis asseuerandum est. At si duo Decani, ætateve affecti, morumque grauitate prædití, aut locus minus aptus est, vt in id culpę incidant, nulla suboritur libidinis conectura: quo fit, vt pœna tantum transgressi institun suscepta, nihil postea fiat reliquum. Quod de sanguine coniunctis prorsus sentiendum existimo. Panorm. de præsumptionibus, cap. cum in iuuentute. Iudicia tamen plena talia iudicanda sunt: ex quibus non solum factum, sed etiam persona eiusdem facti manifeste dignoscitur.
6 Quæ etiam sunt reo aperienda, cum interrogatur, vt sciat, quonam loco causæ suæ rationes cõsistant, & vtrum respondere teneatur, seque ad defensiones accommodare. Caietanus secunda secundæ, quæst. 69 Demum nulla potest de indicijs certa ratio perscribi, vt quæ perfecta, quęque inchoata existimari debeant. Sed in his omnibus plurimum iudicis arbitrio tribuitur: qui excussis rationibus personæ, loci, temporis, conditionis, &c. id sequatur, quod & iusto magis cõsentiat, & lenitati propensius conueniat. Panor. in cap. cum in contemplatione, de reg. iur. Bart. in l. fi. ff. de quæst. per tex. in d. l. §. eiusdem quoque, ff. de testib. & Caietanus, secunda secundæ, quæst. 69. idemque de indiciorum numero sen-
7 tiendum erit. Vnum enim de aliqua re indicium vim non habet suo genere, nisi ad inferenda tormenta, si tamen fuerit probabile. Bart. in l. prius, ff. ad Syllan. Ex eo autem reus condemnari minime potest, licet id criminis propter tormenta confiteretur, vt est text. cum glo. & ibi Bart. in l. 1. §. Diuus Seuerus, & in l. penult. ff. de quæstionib. præterquam si ipse sponte fateretur, secundum Petr. de Anchar. in Clem. prima, de homic. Aduerte etiam indicia duobus saltem testibus iureiurando pręstito communiri necesse esse. Bart. in l. fi. ff. de quæst. Præterea duo leuia
8 ad idem spectantia, vnum constituunt, cuius vi tormenta possunt offerri. Bar. in l. fi. ff. de quęst.. Quocirca ex his id licet constanter, atque diluci de vt consectarium colligere, quod ex coniecturis, & indicijs præcipuis, euidens probatio existimari potest Panorm. consentir, referens dictum tex. in l. licet, ff. de leg. 1. & l. sciant cuncti, C. de probat. Non tamen eam vim obtinet, vt pęna infligatur talis, ex qua ingens incommodũ condemnato manaret. Vt deputatio ad triremes, vel in perpetuum carcerem abdicatio, in carcerem vero detrudi tormentorum vice, non prohibetur. Pęnas vero eos dare ordinarias, vt condemnatos, nisi accedãt rationes probabiles, omnino negatur. Glossa in cap. fin. §. porro, vt lite non contest. quod quidem asseuerat Panorm. ibi. Ac vltimo animaduertendũ, quod idem ait in cap. tua, de cohab. cler. & mulier. tot possunt esse indicia, & ita vrgentia, quod inducerent iudicem ad credulitatem, & sufficerent ad ferendam sentẽtiam, etiam in criminalibus, l. indicia C. de rei vendicat. l. sciant cuncti, C. de probat. c. afferte, de præsumpt. hęc ille.

De Testibus proprie. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Iudicij integritas ex testium ratione pendet.*
2 *Testes qui non possunt esse in iudicio.*
3 *Laici aduersus clericos in causa criminali nõ admittuntur regulariter in testes, & quando possunt admitti.*
4 *Corpore vitiati, & mutilati repelluntur a testimonio ferendo contra clericos.*
5 *Monachi possunt remoueri ab officio, quando primũ est in aliquorũ offensam, ẽt pendẽt e processu.*

1 IVdicij integritatem, quam maxime ex testiũ ratione pendere omnes consentiunt. Quare plurimum operis, atque laboris ijs admittendis, & examinandis conferendum est. Idq. vt ordine agatur, ignorare minime licet, nõ omnes promiscue ad testimonium dicendum leges admittere. Est enim criminum, & personarũ summus delectus habendus. Multi namque, qui in hæresis crimine admittuntur, in ceteris repudiantur: & quos contra laicos lex recipit, aduersus cleri-
2 cos reijcit. Communi itaq. iure hæ personæ ad testimonium neutiquam admittuntur. Seruus, c. forus, de verb. signific. Quod apud nos est exquisite obseruandum, etenim aut quia eiecti, aut quod alicuius gratiam, & nummos aucupãtur, plerunq. Dei timore aduersus monachos periuria euomunt. Femina, cap. mulierem. 34. quęst. 5. Impuberes, c. 1. 4. q. 3. Mentecapti, cap. 1. cap. tria. 3. q. 7. Infames, cap. præterea, de testib. cogen. Pauperes, cap. testis. 4. q. 3. Infideles. cap. si hæreticus 2. quæst. 7. Inimici, capit. testes. 4. q. 3. Ignoti. Auth. de testibus. §. sancimus. Defensores, & Procuratores, & similes, c. Romana, de testibus, lib. 6. Quæ tamen his carminibus commodè continentur.

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama
Et fortuna, fides, in testibus ista requires.

At doctissimus Sotus libro quinto, de iustit. & iure. quæst. 7. art. 3. triplici capite cunctos complectitur. Quorum vnum est culpa, aut vitium, vt contingit in infidelibus, infamibus, amentibus pueris, militibus. Alterum quod plene liberta i.

Digitized by Google

obsistit, vt in inimicis, & amicis, domesticis, & eiusmodi. Tertium est humiliũ conditio, vt pauperes, viles, atq. serui, qui leuandæ famis causa, nullo pene negotio deprauati possunt. Porro de numero iam diuina lege est cautum: vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Nam etsi satis sint duo, maioris euidentiæ causa tertius si accedat, probatio erit efficacior. Animaduerto etiam, vt optime disputat Bernardus Diaz in ca-
3 pit. 120. communi iure laicos aduersus clericos in criminali causa minime admittendos. Nam oppido illis infestos esse certum est. cap. laicos, 2. q. 7. Quod in Monachis potiori rõne obseruandum est. Verum enimuero, ne quandoque eiusmodi priuilegium (vt aiunt) facinoribus aditum ampliorem prouocet: id totum iudicis arbitrio relinquendum est, qui habita delinquentis monachi, & clericorum, siue laicorum accusantium, criminisque commissi ratione, possent ad testimonium ferendum eosdem iure recipere, vt dicit Panorm. cap. de cetero, de testibus, & sequitur Hippolytus in l. Diuus, ff. de quæstio. quo loco multa huic instituto consentanea intermiscet, nempe, quod veritatis reperiendæ causa quicquam conceditur, quod per se non concederetur. Quare discedit ur a regulis iuris communis. Fallit quoque in notorio crimine, vt ait Panormit. in capit. cum dilectis, de purgat. canon. Nec etiam id admittitur in criminibus exceptis, simoniæ, hæresis, & ceteris. Sed est, quod silentio inuolui non decet, nem-
4 pe quod mutilati membris, vel corpore vitiati nequeunt testimonium aduersus clericum dicere, quorum quidem nomine, in fauorabilibus, (vt aiunt) monachi etiam intelliguntur, vt notat Panormit. in capit. primo, de except. Refert Bald. in sua Margarita, in verbo, mutilati. Idem dicit perpetuo menti esse tenendum Hippolyt. in sua practica criminali. Demum si testes nullo pacto impositum crimen probent, non solum si præcessit infamia, debet purgatio canonica indici. Sed si crimen erit graue, & in multorum offensionem, atque scandalum, pendente processu illico suspendi potest. Panorm. de iudic. cap. At si clerici. Ex quibus colligitur, quòd ij, qui mo-
7 nasterij annexa loca administrant, aut quilibet alius, si criminis grauis, ac magnæ offensionis infamia laborent, possunt, dum inquisitio peragitur, eo ex loco, vel officio dimoueri. Cetera in sequentibus.

Explicatio latior quoad Testes.
Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Vnus testis iuratus plene nõ probat, sed si omni est exceptione maior, sufficit ad inquisitionem instituendam.*
2 *Testes omni exceptione maiores qui sint.*
3 *Rei semper est conditio potior.*
4 *Actor producens plura capitula in libello non se obligat ad probandũ quælibet partẽ copulatiuè.*
Probatio vna facta de bona fama confundit aliã.
5 *Actore non probante reus absoluitur.*
6 *Probatio habetur pro facti euidentia.*
Seruanda in examinandis testibus.
7 *Testium examinatio, & forma examinandi.*
8 *Testes semper prius sunt examinãdi, quam reus.*

IAm satis constat, quod duorum saltem testiũ numero in aliquem supplicia iure possunt decerni, si ijs maculis careant, quarum alio capite
1 ratio est reddita. At si vnus esset testis etiã iuratus, nullo pacto dilucidam efficeret probationẽ, cap. veniens. c. cum a nobis, de testib. Abb. in ca. bonæ memoriæ, el primo, de electio. & in cap. licet, de testib. in princ. & in c. cum a nobis, eo. tit. Quamquã cum is omni esset exceptione maior, redderetq. testimonium de facto, nedum de indicio, valeret non modo, vt Reus ad quæstiones poneretur, sed etiam vt inquisitio vltra tẽderet.
2 Bart. in l. maritus. ff. de quæst. Sed qui testes omni exceptione maiores appellandi sint haud ita manifestum est. Quo circa assero ex Panorm. in c. primo de testib. & in c. primo, de consanguin. & affin. eos habendos esse, qui nulla legitima exceptione reijci queunt. Animaduerto etiam, qđ vnus testis cum confessione facta super constantia actus, licet obiter, nihilominus probat, ex ca. fin. de success. ab intestato. & ibi Panorm. num. 15. Bar. in l. admonendi, ff. de iureiur. Addo quoque, vt si duo sint testes, quorũ quidam pro Reo stet, alter vero ab actore, sp maior est fides adhi-
3 bẽda ei, qui Rei causã tuetur, nisi persona ab Actore faciens aliqua magna dignitate, aut auctoritate, vel probitate eluceret. Quod grauissime habetur à Soto lib. 5. de iust. & iure, q. 7. Postremo testes, qui contra Reum adducti id tantum probant, quod aduersus eum in iudicium affertur; nullo pacto vim habent contra eum, qui eo dem crimine obstringeretur, vt in l. denũciasse, ff. de adulter. & Panor. in c. significasti, de adulterijs. Modo has regulas subijciendas operæpre-
4 cium fore duxi. Primum Actor plura deducens capitula in libello non se videtur obligare ad quamlibet partem copulatiuè: Sed sat est probare, quod ad victoriam obtinendam spectat: Quẽadmodum dixit Abbas in cap. licet, num. 31. de probationib. Deinde probatio vna facta de bona fama, confundit aliam. Abb. in c. cum opor-
5 teat, in fi. de accus. Tertio Actore non probante, Reus absolui debet, tametsi ipse Actor cõfiteretur (vt aiunt) de ĉtnm iuris sui. cap. cum Ecclesia Sutrina, de cau. possess. & propr. Quarto probatio non modo habetur per testes, verum etiam
6 per ipsam facti euidentiam, ca. scelus, 2. q. 1. cap. tua, de cohabit. cleric. & mul. priusquam obtineret per propriam confessionem. Quæ quidem trifaria ratione contingit. Primo proprie, si cũ ore proprio fatetur crimẽ. 15. q. 6. c. primo. Alijs vero duob. modis quasi coniectura quadam, vt per facti euidentiam. Atq. per fugam, & contumaciam, c. decernimus, 3. q. 9. c. nullus dubitat, de præsumpt. Verum enimuerò quod in testium
7 ratione nobis magnopere conuenit obseruare, examinatio est eorum, de qua modo dicere exordiamur. Prior igitur cura in testib. examinandis est, delata vt crimina, per suas (vt appellant) circunstantias, in diuersa capitula, siue (vt aiunt) articulos distinguantur. Quibus quasi vestigijs ad caput maleficij perueniri solet: atq. adeo ipsorum testium veritas vel falsitas egregie deprehendi: quæ his verbis notantur. Quis, Cui, Cur, Quomodo, quando, Vbi, quibus auxilijs atque socijs, &c. Eius generis, q̃ admisso crimini summopere adiacent. Scimus enim, quod ex locorum varietate frequentius testium mendacium compertum fuit; vt etiam ex diuersa loci ratione, quemadmodum in Daniele legimus. Excutiat itaque diligenter, An testes nimis prompte respondeant; signum est enim, quod consensione inter se acta, ad testimonium ferendum se cõtulerunt. Quod si nimis est perplexus, a con-

Digitized by Google

a conscientia deterreri non minimum est indicij. Quamobrem exemplum huius rei adducere dissentaneum non arbitror. Si enim quispiã de carnium esu ad causam dicẽdam cogeretur, proferretq. eius maleficij testes in capite debet eiusmodi delatio diffindi: hoc pacto. Quo die id criminis sit admissum, tum quo loco eius rei actio fuit. Tertio, vtrum solus, an cum alijs carnes ederit. Deinde quo loco ipsi testes manebant, vt eiusmodi crimen perspicerent. Quinto cuius essent generis illæ carnes, quæ edebantur. Atque ne longius, quam par sit, in re promptissima progrediamur: hac ratione, vt ratio postulat, in testium examinatione versari iudex debet. Hoc titulo eorum examinationes describendo, D. Sincerus de Flandria testis vocatus, & medio iuramento examinatus, super processit, & tota cã:& primo interrogatus respondit, &c. Vel si de aliquo Capitulo peculiari testis afferitur, describatur, testis vocatus, & medio iuramento examinatus super tali, vel tali articulo; & primo interrogatus, &c. quemadmodum supra diximus. Et vt nihil hac in re desideretur, subijcio eo sermone esse testium dicta describenda, quo proferuntur ab ipsis necessario modo. Nam quod, vt certum proferunt, tamquam certum describendum est. Quod autem coniectura; aut credulitate (sic enim loquuntur) aperiunt, sic etiam est literis prodendum. In postremũ
8 prius semper curanda est examinatio testium rei, tum quia id moris in pluribus eruditissimis Curijs obseruatur, tum etiam, quia ex testium dictis compertum esse potest, sitne reus carceri custodiæ loco detrudendus, an secus. Quæ quidem omnia pro instituti nostri ratione satis esse, sum ratus. Nam in sequentibus quædam alia, quæ huic proposito non mediocriter deseruiẽt, differentur.

An sit licitum allegare defectus contra testes. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *An sit peccatum mortale imponere testib. crimina falsa, concl. 1.*

2 *An sit illicitum imponere defectus veros, & publicos testi falso, concl. 2. & 3. nu. 3.*

4 *An sit licitum opponere testi crimẽ occultum, quod solus ille scit, qui opponit concl. 4.*

D.Tho. 2.2.q. q.70.art. 3. Vbi Arago.

Materia huius capituli est multum necessaria, de qua agit S. Tho. & qui scribunt super ipsum, & vt clarius resoluatur, ponuntur aliquot conclusiones.

1 Prima conclusio. Imponere testibus crimina falsa semper est peccatum mortale, quamuis imponat ea, qui legitime litigat, eo quod tale mendacium est valde damnosum testib. Hinc infero, quam iniquus, & prauus sit vsus, qui p̃ualet his nostris temporib. inter aduocatos, & procuratores, qui imponunt testib. defectus falsos, de quib. neq. est suspicio, dicentes, quod faciũt hoc, vt redimant suam vexationem, non inspicientes, quod si redimunt vexationem temporalem, incedunt hac via ad vexationem ęternã, quia non est licitum redimere vexationem temporalem mendacijs, & falsitatibus.

2 Secunda Conclusio. Ille, qui habet iustitiam in lite, potest ob suam defensionem imponere defectus testi falso, si sunt veri defectus, quamuis sint occulti, dummodo illorum ratione illius depositio reddatur debilis, & parui momenti: quia si positis dictis defectibus credit, quod non reddetur talis, non est licitum manifestare eos, quia si conceditur illorum reuelatio, est ob defensionem rei, et si eius depositio non redditur debilis illis defectibus, non obtinetur dicta intẽtio defensionis, quæ permittitur cum moderatione debita, ita vt sit inculpabilis, & ideo est necesse, quod habeat tres conditiones: prima, quod manifestare dictos defectus testis sit necessariũ ad litem: secunda, quod aliter non possit reus defendi: tertia, quod non prętendat hac via infamẽ illum reddere, sed solum se defendere secundũ id, quod in alio casu simili resoluunt Corduba, Sotus, & Nauar. & Caiet.

Caie. 2.2.q 95. art.8.Cor. d. b. lib. 1.qq q. 28. dub 1.Soto li 1. de iust.q.1.art. 6.Nauar.l.b.2. de rest. 3.num. 349.

3 Tertia Conclusio. Ille qui opponi testi, qui deponit verum, aliquod crimen publicum, aut manifestum, non peccat, quia in hoc casu non infamat illũ, neq; facit aliquid, quod sit contra eius vtilitatem: quod debet intelligi, dummodo reus defendat se iuste, quia aliter vltra peccatum qd committit contra iustitiam, peccat etiam contra charitatem injciens proximo in faciem suam peccatum, quod commisit.

4 Quarta Cõclusio. Occidit Petrus hominem, cuius mortis nõ est nisi vnicus testis, & scit reus secrete, quod hic est notorius quodã delicto, ob qd non potest esse testis, licitũ est dicto reo opponere illi hoc crimen, quãuis secretum, & occultum, ne eius depositio illi noceat; & idẽ dicendũ est, qñ quis facit testamentũ clausum cũ septem testibus, & scit, qui debet succedere ab intestato, quod duo, aut tres illorum sunt infames, licitum est illis opponere hũc defectũ, licet secrete, vt testamentum reddatur nullum ob defectum solẽnitatis, & sic obtineat bona ab intestato. Hæc doctrina est Soti, quæ, vt sit vera, dẽt modificari sequentib. limitationib. Prima qd reuelatio huius infamię sit necessaria ad bonũ exitum litis. Secũda, quod infamia, quæ sequitur ex manifestatione criminis, habeat aliquo mõ proportionem secundũ arbitriũ boni viri cum damno, quod põt sequi ex eo, qd non manifestetur, quia si quis in lite parui momẽti, vt non sui cõpos [illegible], manifestaret aliqd delictũ testis ita graue, vt eius causa possit cõdẽnari morte, aut incurrere in grauẽ infamiã, sine dubio grauiter peccaret contra id, qd quærit charitas. Tertia est, quod habeatur respectus ad cãm, & modos, cum quib. testis accedit ad iurandũ, quia illi, q propria culpa, aut q̃a sic placet illi, offert se ad deponendum, facilius põt opponi delictum, et annulletur eius depositio hoc modo; ille vero, q sine propria culpa potius cõpulsus a iudice testificatur veritatẽ, quam scit, non est licitum, neq. ęquitati conuenit, quod ita facile opponatur dicta infamia.

Sot.li 5.de iust. q.7.ar.3.

5 Quinta Conclusio. Testis, cui non defertur iuramentum, põt repudiari, quia non valet testis sine præstito iuramento secũdum supra dicta; & ideo aduertant prælati regulares, quod qñ qualificãt aliquẽ processum, & causam, quę coram illis agitur, non sufficit, quod imponant per obedientiã suis subditis, vt dicant veritatem, sed debent illis deferre iuramentum, quia sine illo non substantiatur processus iuridice.

2.10.c.4.n.1.

De testium examine. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Delicta quomodo probentur.*

2 *Testis non citatus redditur suspectus.*

3 *Delatio iuramenti sapit iurisdictionem.*

4 *Testis non nisi ad præsentiam iudicis examinandus cum descriptione illius status, conditionis, & ætatis; & num. 5.*

6 *Testis non iuratus non probat.*

7 *Iuramentum testis debet præcedere dispositionem.*

8 *Testis quomodo interrogandus.*

9 *Testis debet se subscribere depositioni suæ propter duo, vt nu. 10. & 11.*

COmmisso à regulari delicto, & de eo facta
querimonia, porrectaóe denuntia iu-
dici, vel ab eo formata inquisitione, inconti-
nenti ex debito officij sui tenetur videre, an
1 probetur delictum, recipiendo & examinan-
do testes, quorum testimonium valde dici-
tur necessarium Salyc. in l. sed iudex C. de epi-
scopis, & cler. nu. 1. quia ab eo dicti sunt Ant. de
Butr. in c. forus de verborum signif. nu. 25. &
quia testis alter dicitur superior, alter interior, &
vltimus exterior: superior. s. Deus 11. q. 3. c. inter
verba, vbi dicitur ecce in cœlo testis meus c. si
peccatum 22. q. 1. Bal. in l. falsam ff. de his qui
sunt sui vel alien. iur. num. 10. Interior videlicet
conscientia c. inter verba 11. q. 3. exterior verò
est proximus c. nolo 12. q. 1. c. non sunt 11. q. 3. c.
Iubemus de consec. dist. 1. & quoniam testimo-
nium est omne id, quod ex aliqua re externa
summitur ad faciendam fidem Archid. in c. te-
stes 3. q. 9. num. 1. ideo saltem duobus testib. de-
bet comprobari delictum leg. vbi numerus, ff. de
testib. leg. 1. ff. de oper. liber. seu scripturis c. per-
uenit de testibus cog. & l. 1. ff. de fid. instrum. vbi
à contrario sensu hoc notant Doctores leg. opti-
mam Cod. de contr. & com. stip. quia appella-
tione testium veniunt etiam instrumenta Rota
dec. 17. aliàs 245. de testibus in nouis & clem. sæ-
pè de verb. signif. relat. à Iason in repet. l. admo-
nendi ff. de iureiuran. nu. 326. ideo debet man-
dare citari vel vocari testis, nam non citatus te-
stis non probat leg. presbyter Cod. de epis. &
2 cleri. licet practica inoleuit, vt si sunt à parte in-
ducti & iurati co. à iudice, probent gloss. in leg.
potest legatum §. is verò ff. de his, qui. vt indig.
& ita sentit Bald in d. leg. presbyter C. de epi-
scopis & cleric. qui testes necessariò erunt regu-
lares tantùm, nam alij examinari non possunt,
quia superior regularis non habens forum con-
tentiosum & iurisdictionem in seculares, eisdē
minimè iuramentum deferre poterit, quæ dela-
3 tio iuramenti sapit iurisdictionem, clement. vni-
ca de offic. iudic. deleg. c. si qui testium de testi-
bus vbi Abb. nu. 1. in examinandis testibus hæc
omnia necessario requiruntur, primùm vt ad
4 iudicis præsentiam examinentur auth. apud elo
quentissimum C. de fid. instr. l. 4. §. idem ff. de
5 testibus. Item quòd adponantur nomen, cogno-
men, & status ipsius testis c. qualiter. & quando
el 2. §. debet & c. olim de accus. cuius sit ætatis,
nam minor xx. annorum in causis criminalibus
non probat l. testimonium in fi. ff. de testibus. ni-
si esset socius criminis, vtpotè passus crimen
Sodomiæ, quod delictum non committitur prin
cipaliter in iniuriā vel odiū alterius, qui modo
maior vel minor sit admittitur vt arg. ex notat.
à Bart. in l. repen §. is ff. de quæst. num. 1. Cal-
can. consil. 110. num. 3. Quamuis proximus pu-
bertati, dolique capax faciat indicium l. fi. ff. de
libe. cau. & Gomez. in tit. de delict. cap. 12. num.
6 13. in fi. Item vt sit iuratus testis, alias non iura-
tus non probat. l. iurisiurandi C. de testibus cap.
quamquam 14. quæst. 11. Bal. in l. si quando C.
de testibus. l. huic scripturæ ff. ad leg. Aquil. &
iurauerit in diebus non festiuis, quia iuramen-
tum esset nullum & examen, Abb. in cap. 1. nu.
18. de ferijs. Roman. in authen. si quis in aliquo
C. de eden. num. 11. Alex. cons. 213. nu. 4. lib. 2.
quę conclusio procedit in causis ciuilibus & cri-
minalibus, sed ad defensam reorum, ad offen-
sam verò contra reum vtique poterit arg. tex. l.
Prouinciarum C. de fer. & iuramentum præce-
7 dat depositionem l. iurisiurandi C. de testibus. l.
prolatam C. de sent. & inter. om. &c. Item vt in-
terrogetur de loco & tempore Anchar. in cap.
ex tenore de testibus num. 7. nam aliàs non pro-
bat. cap. nos §. item Daniel. 11. quæst. 7. & quia
testis non interrogatus de causa scientiæ ipsam
reddere nō tenetur ex not. in cap. causam de te-
stibus. ideo de ipsis debet diligenter interrogari
ad effectum vt in similibus circunstantijs vide-
re possit iudex, an concordet testis nec nè; &
non concordando non probat cap. nos § item
Daniel 11. quæst. 7. cap. nihil 3. quæst. 9. cap. de
parentella 35. q. 6. maximè cum tempus com-
missi delicti agrauet, & minuat delictum l.
Graccus C. ad leg. Iul. de adult. & stip. l. fi. ff. de
citat: namque tenebræ aptæ sunt ad malum
committendum l. 1. §. item luminaria ff. de vent.
inspicien. & examen formatur sic. Die &c. An-
no in loco &c. coram iudice &c. Frater &c. An-
8 norum &c. Testis ab accusatore inductus, vel a
denunciante productus, aut ex officio assum-
ptus citatus, monitus & iuratus, cui perlecta
querella, denuncia, vel inquisitione de verbo ad
verbum & ab eo bene intellecta interrogatus
quam notitiam habeat de contentis in ei perle-
ctis. Respondet &c. Si respondet nihil penitus
scire, vlterius non est procedendum cum eo, si
verò aliquid deponit, Interrogatur de causa
scientiæ, loco, tempore, & contestibus, & in fine
depositionis se subscribat, vt aliquando negare
10 non possit, ita deposuisse, licet in dubio stetur
pro depositione Bart. in l. in exercendis Cod. de
fide instrum. num. 2. & l. 1. §. si quis negauerit
ff. quemad. testam. aper. num. 14. Ant. de butr.
in c. ad audientiam de præscript. num. 17. Abb.
in c. cum causam el 1. de testib. num. 23. Felyn.
in c. ad audientiam de præscript. num. 9. Mars.
in l. 1. §. ad quæstionem ff. de quæstio. num. 10.
Sed si dubitatur, an testis falsum deposuerit, &
negat ita deposuisse creditur hoc casu ei vt
Grammat. decis 60. num. 18. Marsil. consil. 78.
num. 10. Capic. dec. 94. num. 1. Aret. in l. qui cu-
rasse §. Item Pomponius ff. de iureiur. num. 28.
ideo seruat practica, vt testis se subscribat, &
denuò relegitur eius dictum ad effectum vt ad-
dat vel confirmet, & adponitur in calce deposi-
tionis relectum confirmauit, quia post relectio-
11 nem & confirmationem dictum suum corrige-
re non potest Dyn. regul. quod semel. Imol.
in cap. irrefragabili de offic. ord. num. 5.
Abb. in cap. per tuas de testib. nu. 1.
Capyc. Dec. 60. nu. 1. & clarè
Bero. in c. licet causam de
probat. nu. 82. Fe-
lyn. in cap.
præterea
de
testibus cog. nu-
mero 10.

De

Digitized by Google

De Testibus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 Quæ in cuiusque processus continuatione sint necessaria.
2 Testium plura genera.
3 Testes inhabiles qui sint.
4 Inimici nequeunt esse testes.
5 Etiam in criminibus exceptis.
6 Etiam in crimine hæresis.
7 Etiam inimici præsumpti.
8 Licet inimicitia publica minime sit.
9 Etiam reconciliati.
10 Etiam si ex caussa minus probabili.
11 Ab inimicis descendentes nequeunt esse testes.
12 Consanguinei inimicorum.
13 De domo inimici prodeuntes.
14 Suspecti.
15 Consanguinei accusatoris.
16 Collaterales accusatoris.
17 Familiares accusatoris.
18 Criminosi.
19 Qui de iudicis domo prodijt.
20 Qui de domo prodijt accusatoris.
21 Conspiratores.
22 Domini aduersarij.
23 Qui falsum testimonium alias dixit.
24 Qui non sunt bonæ conuersationis.
25 Laici contra clericos.
26 Licet in minoribus tantum constitutos.
27 Mulieres.
28 Infames.
29 Impuberes ante 20. annos.
30 Accusator contra accusatum.
31 Iudex contra iudicandum.
32 Mentecapti.
33 In caussa communi neuter.
34 Guelfi contra Gibellinos, & e conuerso.
35 Socij criminis.
36 Præsumptionem attamen faciunt, ac indicium.
37 Omnes, qui ad accusationem non admittuntur.
38 Iure diuino, & naturali, qui repellantur a testimonio ferendo.
39 Testes quales esse debeant, præsertim in criminalibus.
40 Probationes maxime in criminalib. quales esse debeant.
41 Testes inhabiles quando possint admitti.
42 Testes inhabiles quid operentur.
43 In criminibus exceptis qui admittantur.
44 Testes inhabiles admittuntur ad defensam, & quid operentur.
45 Testes inhabiles admittuntur, quando habiles haberi nequeunt.
46 Testis minus idoneus, quid cum teste integro operetur.
47 Testes singulares qui dicantur.
48 Testes singulares quid operentur.
49 Testes in circunstantijs necessarijs, & substantialibus conuenire debent.
50 Testes in delicto iterabili singulares quid operentur.
51 Testis omni exceptione maior semiplenam facit probationem.
52 Testes singulares in die solum quãdo probent.
53 Testes singulares de actu continuato probant.
54 Per testes singulares etiam plures nemo condemnari potest.
55 Testis Varius qui dicatur.
56 Si contraria deponit quando probet.
57 Si primo deponat per verbum credo, postea assertiue loquatur, an probet.
58 Si primo se nihil scire dicat, postea de veritate deponat.
59 Si negat primo depositam testificationem, quid agendum.
60 Testi an potius quam notario credatur.
61 Si deponat contrarium eius, quod extra iudiciũ dixit, quid agendum.
62 Iuratum dictum non iurato prefertur. Si cum iuramento contraria dixerit, quid agendum. ibid.
63 Si reuocauerit extra iudicium, quod in iudicio deposuit, quid faciendum.
64 Testi vario non creditur.
65 Testes discordes qui dicantur.
66 Si testes eiusdem partis discordent, quid agendum.
67 Testes in paruis discordes vt probent.
68 Si testes diuersarum partium discordes fuerint, quid agendum.
69 Testes confuse loquentes qui sint.
70 Obscurum dictum ad iuris effectum pro non dicto habetur.
71 Testes obscure, confuse, & ambigue loquentes pluries examinandi.
72 Si tales absint, aut se ignorent declarare quid agendum.
73 Testes de credulitate qui sint.
74 Testes de credulitate quid operentur.
75 Testis de credulitate vt probet, quid opus est.
76 Testis de credulitate non valet regulariter.
77 Testis vacillans qui sit.
78 Testis vacillans vt probet.
79 Testis falsus qui dicatur.
80 Testi falso nulla fides adhibenda est.
81 Testis falsus circa extrinseca solum, & accidentalia probat.
82 Testes in facto principali si concordent, sufficit.
83 Testis falsus quomodo conuincatur.
84 Falsi testis pœna.
85 Testis omni exceptione maior qui sit.
85 Testis omni exceptione maior quid operetur.
87 In dubio testis pro idoneo debet haberi.
88 Bonus quisque præsumitur, nisi de contrario constet.
89 Testes contestes qui sint.
90 Testes contestes quid operentur.
91 Testes contestes probant, licet in minimis discordent.
92 Testes vt legitime probent, quid opus est.
93 Testis non citatus suspectus redditur.
94 Testi non iurato minime creditur.
95 Testis quid iurare debeat.

98 Testes

96 *Testes ordine iuris seruato interrogandi sunt,*
97 *Testes quando veritatem celare queunt,*
98 *Testes quando respondere teneantur,*
99 *Testes de quibus interrogandi.*
100 *Testis de caussa scientiæ, & credulitatis præser tim interrogari debet.*
101 *Testes prius a iudice monendi, & de quibus.*
102 *Testium nomina, cognomina, patria, etc. in pro cessu describenda sunt,*
103 *Testium officiū publicum, & necessarium est.*
104 *Testes vt cogi possint ad testimonium ferendum.*
105 *Clerici, & religiosi ad testimonium ferēdum cogi possunt, & quib. penis.*
106 *Testes qui torqueri possunt.*
107 *Clerici, & religiosi testes torqueri possint, & qua tortura ipsi religiosi.*

DE modo processum continuandi instituenda tractatio erat: Verum enimuero quia
1 in cuiusq; processus continuatione De Testibus, Indicijs, atq; Tortura multoties facienda mentio est, quorum tractatio præsertim de Testibus, ac Indicijs sermone indiget longiori; idcirco antequam de modo processum continuādi sermonem instituam, De Testibus, Indicijs, torturaq; pertractabo.

2 De Testibus itaq; verba facturus, illos multiplices fore animaduerto, quidam etenim Testes inhabiles nuncupantur; quidam Singulares; quidam Varij; quidam Discordes; quidā ambigue, confuseq; deponentes; quidam de Credulitate, quidam Vacillantes; quidam Falsi; quidam omni exceptione maiores; quidam tandem Contestes: & plene probantes.

De quibus vniuersis primo videndū est quid sint, quidve in iudicijs operentur, deinde vt legitime probēt, quid cum illis agere necessarium sit; ceteraq; de ipsis opus est pertractare, vt exactam regularium iudex de huiusmodi habeat cognitionem, quæ illi summe necessaria est.

3 Itaq; Testes inhabiles illi sunt, qui legib. testificari prohibentur.

Qui testes esse non possunt.

AT vero legibus ipsis testimonium ferre ve-
4 tantur. Primo Inimici. ca. accusatores el primo, & duobus seq. 3. q. 5. cap. omnes. ead. quæs. cap. cum oporteat. & c. meminimus. de accusat. authen. si dicatur. C. de testibus Bartol. in l. filius familias. num. 6. ff. de donat. Farinac. q. 12. n. 35. & q. 53. num. 3.

5 Etiam in criminibus exceptis. cap. per tuas. de simo. Bart. in l. in quæstio. ff. ad l. Iuliam. Marsil. consil. 20. num. 27. Crauet. consil. 9. num. 60. Rolan. consil. 20. num. 27. Thom. Gram. consil. 45. num. 18.

6 Etiam in crimine violatæ religionis. Paris. consil. 2. num. 61. lib. 4. qui num. 64. addit, inte gentium inimici testimonium repelli, ego vero adderem iure quoque naturali ipsos reijci. argu. cap. quod suspecti. 3. q. 5. & eorum quæ dixi supra cap. 12. num. 16. direct. inquisit. 3. par. quæst. 67. ibiq; Franc. Pegna comment. 116. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. quæst. q. 28. & alijs criminibus exceptis. Farinac. loc. cit. num. 7.

7 Et nedum inimici veri, sed & quoq; præsumpti. Ias. consil. 167. num. 8. lib. 4. Marsil. consil. 55. num. 7. Gramm. consil. 12. num. 2. & 3. consil. 45. num. 17. & seq. cons. 58. num. 9. Menoch. loc. cit.

8 Et licet inimicitia publica minime sit. Marsil. singula. 178. post Bar. in l. 1. in fine. ff. de his quibus vt ind. Alex. consil. 126. in fi. li. 4. Gramm. cōsil. 3. n. 15. Farinac. q. 53. num. 15.

9 Etiamsi reconciliati sint. c. accusatores. el primo 3. q. 5. & c. qui crimen. 6. q. 1. Imol. in l. filiusfamilias. ff. de donat. ex sententia Innoc. in cap. cum I. & A. de senten. & re iudic. multis probat Tiraquel. tract. quod cessante caussa cessat effectus. limit. 16. num. 7. Couar. li. prac. q. ca. 18. nu. 3. Menoch. vbi supra.

10 Etiamsi ex caussa minus probabili inimicitia hæc ipsa proueniat. arg. ca. veniens el secondo de sponsal. & ibi Ant. Butrius Alex. consil. 99. nu. 3. li. 2. Menoch. loc. cit. Farina. d. q. 53. nu. 20.

Quis vero inimicus dicatur, & sit, io c. 14. nu. 22. superius habes.

11 Secundo legibus a testificando reijciuntur ab inimicis descendentes. l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de excus. tuto. Bald. & docto. ibidem.

12 Tertio Consanguinei inimicorum. c. 1. 3. q. 5. c. accusatores el terzo ead. q. ca. cum oporteat. de accusa. Farinac. vbi supra. num. 34.

13 Quarto de domo inimici prodeūtes. 3. q. 5. c. 1. c. accusatorib. & c. accusatores el terzo.

14 Quinto Suspecti. cap. testes. 2. q. 7. cap. accusatores el primo & duobus seq. & cap. accusatores el terzo 3. q. 5. c. in primis. 2. q. 1. argum. ca. quod suspecti. 3. q. 5. cit.

15 Sexto Consanguinei accusatoris. 3. q. 5. c. 1. & c. accusatores el terzo eadem quæstione.

16 Septimo Collaterales accusatoris vsque ad quartū gradum. argu. l. Cornelia. §. 1. ff. de iniur. Marsil. in l. 1. §. præterea. n. 105. ff. de q.

17 Octauo Familiares accusatoris. 3. q. 5. c. 1. qui vero sint familiares, vide gl. in cap. in litteris. de test. Farinac. ea. q. 53. num. 36.

18 Nono Criminosi. ca. testes. 2. q. 7. c. suspectos. & c. constituimus. 3. q. 5. Farinac. q. 56. num. 128. & seqq.

19 Decimo Qui de domo iudicis prodijt. cap. fina. 4. q. 4. iuncta gloss. argum. cap. caussam. de off. deleg. & l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iudic.

20 Vndecimo Qui de domo prodijt accusatoris. c. in litteris. de test. l. penul. ff. eo.

21 Duodecimo Conspiratores. capit. omnes. 3. quæst. 5.

22 Tertiodecimo Dominus aduersarij. gloss. cap. accusatores el terzo. 3. quæst. 5. argumeo. c. caussam cit. de offic. delega.

23 Quartodecimo Qui falsum alias dixere testimonium. cap. constituimus. 3. q. 5. argum. cap. semel malus. de reg. iur. lib. 6 Farinac. d. quæst. 56. num 186. & seqq.

24 Quintodecimo Qui non sunt bonæ conuersationis c. suspectos. 3. q. 5.

Decimosexto Laici contra clericos 2. q. 7. cap. nullus. & seq. cap. beatus. 6. q. 1. cap. sacerdotes. ead. q. c. 3. 11. q. 1 c. de cetero. de test. cap. cum P. Manconcella. de accusa.

25 Licet in minoribus tantummodo sint. Dom. in c. sicut sacerdotes. 2. q. 7. Fel. in d. c. de cetero. de testibus. in principio.

Neque clericus contra Laicum in criminalib. Farina. q. 61. num 59.

26 Decimoseptimo Mulieres. cap. mulierem. 33. q. 5. c. forus. de ver. signific. iuncta gl. Naua. cons. 5. de accusat.

27 Octauo-

27 Octauodecimo Infames.c.testes.2.q.7.c.constituimus.3.q.5.c.beatus.& seq.6.q.1. Menoch. lib.1.cit.quæst.27.

Spurij,cum sint infames. Farinac. quæst.56. num.400.

28 Decimonono Impuberes ante 20. annos.leg. testa.in fin.ff.de test. cap.si testes.4.quæst.2.& 3.§.in testimonium.

29 Vigesimo Accusator contra accusatum.c.1.& a.4.q.4.&c.multi.2.q.1.

30 Vigesimoprimo Iudex contra iudicandum ab ipso.c.1.& 2.4.q.4.cit.

Aduocatus contra principalem aduersarium sui clientis.c.si testes. §.testes.4.q.3.Farinac.q. 60.num.155.

Procurator similiter.c. insuper. de test.in fin. Farin.ib.num.196.

Sollicitator.ibid.num.244.

Administrator,& negotiorum gestor. l.fin.ff. de testa.Farinac.q.60.cit.num.261.

Tutor in caussa sui pupilli.Farin.ib.nu.262.

31 Vigesimosecundo Mente capti.c. infames.§. 5.3.q.7.& c.præterea.de test.

32 Vigesimotertio In caussa communi duorum testis neuter esse potest. argum.l.illud. ff.de ritu nupti.

33 Vigesimoquarto Guelfi contra Gibellinos, & è conuerso, vbi partes huiusmodi vigent. Bald. in l. vnica.C. de rapt. virg. quem sequitur Io. Royas singula. 200. Farinac. quæst. 53. num.38.

34 Vigesimoquinto Socij criminis.cap. veniens el primo de test.cap.1.de confessis.l.fina.C.de accusat.Nauar.consil.3.de accusat. nu.2.et consil.5.nu.item.2.eod.n.10.2.

35 Præsumptionem attamen faciunt, ac indicium etiam mulieres.cap.quoniam aliqua.iuncta gloss. de test.& ca.significasti.de adulte. Cynus in l.vli.C. de accusa.Panor.ca. t. de confessis.cit.Clar.lib.5 §.fina. q. 21. ver.dictum socij. Farin.q.43.num.146.

37 Vigesimosexto Omnes illi, qui ad accusationem non admittuntur,neque ad testimonium ferendum admitti debent. cap. 1. 4.quæst.2. argum.Deuteron.16.d. cap.accusatores el primo cap.suspectos.constituimus.& omnes.3. q.5 ca. 1.& 2.4 q.4.c.de cetero.de test.in principio.cap. cum oporteat.iuncta gloss.ver.inimicus.de accusat.Spec.3.par.iii.de accusa.§. tertio videndum. ver.& nota,Follet.in prac.crim.canon.ver.accusatione porrecta.c.4.num.3.

Qui autem ad accusationem iure humano non admittantur, superius vide cap. 16. nu.10. & seq.

De his omnibus plene tractat Farina.q.53.ci. & seqq.

38 Iure autem diuino, ac naturali a testimonio saltem ferendo qui arceantur, habes eod.c.nu. 35.& 36.quidquid de accusatione sit.

Et quidem,cum per testium dicta Reus con-

39 uincendus sit,atque condemnandus, testes ipsi in criminalibus præsertim absque vlla infamia, vel suspicione, vel manifesta macula, sola veræ fidei plenitudine instructi esse debent, vt habetur cap. testes.2.quæst.7.& c.1. de exceptio. D. Th.2.2.quæst.70.art.3.argu. 1. Ioan.4.Nolite omni spiritui credere.

40 Eoque magis,cum probationes in caussa criminali necesse sit esse luce meridiana clariores. Sciant cuncti. C. de probat. quod scire vniuersos, & affirmare testatur Boss. in tit. de conuinctis.num.8.Cæsar de Grassis decis. 184.num. 2. Farinac.q.43.num.39.62.& 73.Anton. Gabriel lib. 1. commu.concl.in rubr. de test.conclus. 7. num.7.

De Testibus Inhabilibus.

41 TESTES itaque Inhabiles dicuntur, qui supra positi sunt,legibus ipsis testimonium ferre prohibiti; qui vtique ad testificandum possunt admitti,debentq; in inquisitione,non autem in accusatione,cum aliter haberi veritas minime queat.Farin.q.62. num. 71. quam esse communem docet Decius consi. 342.num.8.Farinac. q. 62 num.50.& seqq.

42 Et licet ad condemnationem nequaquam sufficiant, vt saltem Reus ordinaria pœna puniatur,attamen vel ad inquirendum, vel ad torturam inferendam,vel etiam ad pœnam extraordinariam infligendam sufficiunt. Foller. verbo capiant informationem. num. 18. Clar.loc. cit. q.24.ver.sciendum est tamen. in fine.Ambrosi. lib.1.cap.2.num. 28.argum.cap.fin.de test.Farinac.q 55. num. 71.& 121. ac seqq.& 62.num. 78.& seqq.& num.261.& seqq.ac num.383. & seq.quemadmodum hoc eodem capite num.36. de socio criminis dictum est.

Testes nanque licet patiantur multas exceptiones,possunt nihilominus ex pluribus coadiuuari,& saluari,Cæsar.de Gras.decis.174.num.2. nisi idem met testis plures exceptiones pateretur,quia tunc nullo pacto debet admitti.Farin. q.62.num.80.& 324.

43 In criminibus quoq; exceptis admittuntur vniuersi, præter inimicos,suspectos, & conspiratores Farinac.d.quæst.62.num. 85.quemadmodum superiori capite numer. 40. & duobus sequentibus de accusatoribus dictum est, hi etenim neque in violatæ religionis crimine admittuntur, per doctores allegatos num. 6.huius capitis.

44 Omnes etiam admittuntur ad ipsius Rei defensionem,vt habet optime Cla.d.quæst.24.ver. item scias.cum Specul. 3.par.tit.de inquisi.§.1. num.22.quam communem esse tradit Anton. Gomez.cap. 12.delictorum.num.22. Farinac.d. q.62.n.90.& seqq.

Bene verum est,quod non omnino probant. Farinac. ibid. num. 98.iudicis arbitrio,quanta fides illis adhibenda sit, relinquitur iudicandum.

45 Et quoque admitti debent, cum in eiusmodi loco fuit commissum delictum,in quo habilium testium inueniri copia nequit, vt in Lupanari, Nemore,Sylua,Campis, Cubiculo, vel etiam de nocte.arg.c.fin.de test. Farinac loc.cit. num. 56.quod tunc maxime verum existimo, cum de ipsius delicti corpore constat.

46 Amplius.Quando testis omni exceptione maior vnus adest,cum alio minus idoneo,plenam efficere probationem illum posse docet Bald. in l.si quis ex Argentarijs.§ fin.de eden. quem alij doctores ibidem sequi minime verentur. Cæsar de Graf.decis.174.num.12 Farinac. d.q. 62.nu. 328.& seqq.& num.380.

Quæ tamen opinio (vt mihi videtur) erit securior, si minus idoneo testi ipsa tortura, ad illius tollendam, & purgandam inhabilitatem ex defectu famæ,vel status,non aliam,adhibita fuerit.Farinac.q.67.num.380.

Veruntamen contra producentem huiusmodi testem probat Farinac.quæst. 62. numer. 11. & seqq.

De

De Testibus singularibus.

47 Testes vero singulares illi nuncupantur, qui super diuersis factis deponunt; ita vt eorum quilibet singularis in suo dicto sit. ex.gr. si vnus deponat Ismaelem adulterium commisisse, alter vero eundem furtum perpetrasse; vel vnus Titium alapa Ismaelem percussisse, alter vero fuste, vel vnus delictum perpetratũ fuisse domi, siue die Mercurij alter autem in via publica, siue die Iouis, vel vnus commissum fuisse delictum de mane ante prandium, alter vero vesperi post prandium, vel vnus de Mense Martij, alter de mense Aprilis, licet in delicti specie, ac in delinquente concordent.

48 Huiusmodi testes singulares super diuersa delicti specie, vel in actus ipsius substantia, vel in alijs circunstantijs necessarijs existentes, nihil probant. cap. licet. de probat. Panor. in cap. bonæ. el primo de elect. Marsil. consil. 1. num. 25. Dom. Sot. de iustit. & iur. quæst. 7. art. 2. Pau. Castren. consil. 137. in fine. & consil. 151. similiter in fi. lib. 2. Farinac. q. 64. num. 37. & seqq. Clar. quæst. 53. ver. dixi etiam. Franc. Pegna commen. 121. ver. commissa igitur in 3. par. direct. inquisit. De diuersis enim actibus hi testes, non de eodem loqui videntur, quare nec delictum probant.

49 Testes nanque, in criminalibus præsertim, vbi de maximo agitur præiudicio, de specie delicti, loco, tempore, alijsque circunstantijs necessarijs conuenire debent, alioqui minime probant; factum etenim, de quo tales in hisce non concordantes deponunt, diuersum esse iudicatur, vel saltem præsumitur. arg. c. cum dilecti. de electio. & c. tam litteris. de testi.

Bene verum est, quod testes cõcordandi sunt, si possibile est, etiam ad effectum, vt probent. ca. cum tu. de test. Rui. cons. 5. num. 17. lib. 4. Cæsar de Grassis decis. 73. num. 5. decis. 168. n. item 5. & decis. 75. num. 23. in criminalibus vero nũquam vt probent contra Reum. Farinac. q. 65. nu. 106. Vnus eorum tamen super delicti specie, alijsque circunstantijs deponens, si omni exceptione sit maior, indicium facit. Clar. loc. cit. q. 21. ver. vnus testis, alter vero in illo iudicio nihil penitus operatur.

50 Quod si de eadem specie delicti deponant, quæ iterari queat, cuiusmodi est furtum, adulterium etiam cum eadem, blasphemia, & quid simile, licet de loco, aut etiam de tempore non concordent; quamuis non probent, plusquam semiplenam tamen probationem inducunt, si testes omni exceptione maiores sint. D. Thom. 2. 2. q. 70. artic. 2. ad secundum Caieta. ibid. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 7. art. 2. idque patet consideranti.

51 Testem omni exceptione maiorem doctorũ quoruncunq; consensu semiplenam facere probationem. gl. l. admonendi. ff. de iureiur. Bartol. ib. & nos infra num. 86.

Quare igitur duo tales de eadem prorsus iterabili delicti specie contra aliquem deponentes, vnusquisque per se, probationem semiplenam minime faciet? & consequenter ambo simul plusquam semiplenam? Ex illorum etenim dictis Reum esse furem, vel adulterum, vel quid simile oritur suspicio vehemens, immo violenta. Caiet. loco cit. licet non plena probatio; quia de loco, tempore ve non concordant. Pegna vbi supra.

Nihil autem operantur, si de vno, eodemque facto non iterato, vel iterabili tempore, loco vel dissentiant, quinimmo illorum falsitas ita detegitur; quemadmodum in senibus, qui contra Susannam testimonium dixerant, euenit. Dan. 13. vnica nanque vice iuuenem cum Susanna rem habuisse affirmarat vterque: sed quia de loco delicti, de quo bene poterant meminisse, dissenserunt, de falsitate fuere conuicti.

At vero esse vtique potest ex. gr. quod Titius de Mense Martij in tali loco, talique die furatus sit, vel cum tali muliere adulterium perpetrarit, & de Mense Aprilis iterum in alio loco, aliove die eadem operatus delicta sit, pro quib. duabus vicibus, siue pro quo facto iterato a duobus testibus singularibus deposito, ipse Titius præsumitur vehementer, immo violenter de furto, adulteriove suspectus gl. c. nihilominus. 3. q. 9. Tabie. verbo testis. nu. 6. in fi.

52 Si autem de loco, persona, delicti specie, mense, ceterisque substantialibus conueniant; de die vero vnus dicat, ex. gr. die Lunæ tali; alter autem dicat se non recordari de die præcise, plene vtique probant, suntque contestes, & ad condemnationem sufficiunt. D. Th. loc. cit. eo nanque casu nulla inter eos discordia est.

Secus foret, si vnus diem Lunæ, alter vero diẽ Martis, vel alium ab illo die Lunæ diuersum assertiue deponeret; tunc etenim inter se vtique dissentirent.

Similiter si de loco, & tempore, quæ non sunt de substantia actus vnus dicat se non recordari, suppletur per alium Farinac. quæst. 62. nu. 333. & seq.

53 Simili modo si de vno, eodemque actu continuationem præseferente deponerent, licet vnus post alium vidisset, vt qui per foramen, vel scissuram faterentur vidisse Titium cum tali muliere adulterium perpetrasse vnus post alterum, pleneque probarent. Innocen. & Ioan. And. in cap. qualiter, & quando el secondo de accusat. quo etiam casu sunt contestes. Armil. ver. testis. num. 6. Syl. eod. q. 3.

54 Alio quocunque modo per testes singulares licet plures, nemo condemnari potest. Caiet. vbi supra. Armil. loc. cit. num. 5. in fin. probat Pegna vbi supra ver. his fortassis. & seq. Cæsar de Grassis. decis. 97. num. 5. & decis. 171. nu. 6. tantummodo indicium faciunt ad torturam. Abb. c. super eo. de test. Clar. quæst. 21. ver. vnus testis. & q. 52. ver. dixi etiam. & probationem semiplenam, si super facto deponunt, non autem super indicio. Abb. c. iuramenta. de iureiu. attamen testes singulares iuuandi sunt, vt efficiantur contestes. Cæsar. cit. decis. 137. num. 5.

Pro hac materia vide Fran. Pegnam cit. commen. 121. per totum. in 3. par. direct. inquisito. & Farin. q. 64. per totum.

De Testibus varijs.

55 Testis autem varius dicitur ille, qui Vel contraria deposuit siue in eodem examine, siue in diuersis, Vel primo per verbum credo, dehinc assertiue testificatur. Vel primo se nihil scire ait, postea de facti veritate deponit. Vel primo testimonium affert, deinde se ita deposuisse negat. Vel vnum quid extra iudicium affirmat, postmodum contrarium, seu aliud in iudicio asserere non veretur. Vel tandem vnum quid asserit in iudicio, deinde illudmet reuocat extra iudicium.

De his omnibus quid veritatis, quidque fidei habeant,

Digitized by Google

habeant, quidve operentur, videndum est.
56 Itaque si testis in eodem examine contraria deponat, nec talis cõtrarietatis caussam iustam, seu rationabilem afferat, illi minime credendum est. argum. ca. cum ecclesia. de ca possess. & prop. Alexan. Consil. 20. num. 3. lib. 4 Couar. li. 2. var. resol. cap. 13. num. 8. Clar. quæst. 53. ver. quartus est casus. quod intelligendum est, si contrarium deposuerit circa factum principale; aut circa qualitates substantiales: non autem circa extrinseca, per ea quæ habet idem Clar. ead. quæst. ver. scias tamen.

Si autem in diuersis iudicijs contraria dixerit, cum vtrunq; dictum adhibito iuramento deposuerit, velut periurus, & falsus puniri potest, id affirmant omnes doctores, nemine contradicente; illique non est adhibenda fides.

Si tamẽ in secundo examine primum dictum per se ipsum reuocauerit, dicto secũdo standum erit. Alexan. de præsumptio. regula 2. præsump. 29. num. 7.

Quod intelligendum est si ante triduum reuocauit; nam si post triduum, posttremo illius dicto minime creditur; præsumitur enim subornatus. Cæsar de Graf. decis. 21. nu. 11.

Et quoque idem affirmandum est, si primum examen validum nequaquam fuisset, secundum autem validum; secundæ nanque huiusmodi testis depositioni vtique standum erit, neque testi nocere debet, quod contrarium in iudicio, quod nullum erat, asseruerit. gloss. cap. cum caussam. de testa. Clar. d. q. 53. ver. tertius est casus circa finem.

At vero si in secundo examine, se in primo errasse minime dicat, si possunt illa dicta per iudicem concordari, concordanda sunt. Imo. l. qui bona. ff. si quis stipula. ver. nota ex testa. Abb. in c. cum tu. de testibus.

Quod si concordari nequeant, & admonitus ipse testis de huiusmodi contrarietate, dicat se velle primum dictum corrigere, in continentique corrigat, admittendus est. ca. præterea. de testam. itaque credendum. Farinac. quæst. 66. num. 227.

At si pro primo dicto corrigendo tempus expostulet, non est audiendus. Farinac. loc. cit. num. 228. verum vt falsus, ac periurus puniendus, præsumitur etenim ipsum velle aut cum parte loqui, aut de mendacio cogitare, quod omnes fateri docet Couar. loc. cit. & primo illius dicto standum esse tradit idem Farinac. vbi supra. nu. 124. & 127. nisi probet de errore. Farin. ib. num. 245. verum testis huiusce depositio minime sufficit ad torturam: sed tantummodo ad inquirendum; illius nanque fides vtique diminuta propterea est. Clar. vbi supra. ver. quartus est casus.
57 post medium. Farinac. loc. cit. nu. 164. & 250.

Quod si testis primo deponat per verbum credo, alteriue deinde loquatur, secundo illius dicto tribuetur fides. gl. l. de tutela. ver. probata. C. de in integrum restit. mino. Sonc. consil. 92. nu.
58 87. lib. 3. Clar. loc. cit. ver. vnum etiam.

Si autem ipse testis primo se nihil scire dicat, postea que de facti veritate deponat, nihil proficeto probabit. Clar. d. q. 53. ver. sed quid si testis, vide Farin. q. 66. cit. num. 329. & seqq. eo nanq;
59 casu correctioni locus non est.

At vero si testis in secundo examine dicat se in primo non ita deposuisse, vt in actis reperitur, licet hoc in regularium iudicijs nequeat euenire, cum in eis nedum notarius; verum & Iudices adsint, ipseque testis proprio subscribat examini, in aliorum attamen gratiam dicẽdum videtur; quod si coram iudice, atque notario in primo examine deposuit, reijciendus est, illius; primo dicto credendum. Si vero coram tabellio ne solo deposuit,

60 Si tractetur de falso teste puniendo, tam ipsi testi, quam notario creditur. Specul. tit. de test. §. 1. ver. sed pone. Clar. loc. cit. ver. quintus est casus. & eod. lib. 5 §. falsum. ver. pone testis.

Quod si agatur cui potius credendum sit, dicendum est, quod notario magis quam testi. Cla. vbi supra.

61 Si autem vnum extra iudicium dixerit ipse testis, contrarium vero in iudicio fateatur: si quod extra iudicium dixit minime fuit iuramento firmatum, dicto posteriori, quod in iudicio deposuit, standum profecto est. Farina. d. quæst. 66. num. 193.

62 Iuratum nanque dictum non iurato præfertur. Alexan. consil. 74. num. 8. lib. 1. consil. 222. num. 15. lib. 2. & consil. 66. num. 20. lib. 6. Felin c. inquisitionis. §. tertiæ. in fine. de accusa. Couar. lib. 2. var. resol. c. 13 cit. nu. 7.

Huius attamen testis fides debilitata est. Aretin. consil. 71. num. 1. in fine. Boss. tit. de opposit. contra testes. num. 3. Farinac. loc. cit. nu. 226. quare torquendus erit, illique dicto credendum, quod in tortura asseruerit. Clar. d. q. 53. ver. primus est casus post medium.

Verum si quod extra iudicium effatus est, iuramento quoq; firmauit, cum positus inter duo contraria iuramenta sit, de periurio, & falsitate poterit condemnari. Boss. loc. cit. nullique illius dicto fides adhibenda sine tortura est.

63 Si vero quod in iudicio affirmauit, extra iudicium reuocauerit, primo illius dicto iudiciali iuramento firmato vtique standum erit. Clar. loc. cit. ver. secundus est casus. licet huiusmodi reuocationem in articulo mortis positus faceret. Bart. in leg. si quis in grauit. §. si quis moriens. in fi. ff. ad Syllan. Couar. & Cla. vbi supra. Cæsar de Graf. decis. 21. num. 11.

Generalis tamen conclusio in hac materia illa est; quod Testi Vario minime fides adhibetur. c. cum ecclesia de caussa possess. & propriet. Farinac. vbi supra. num. 13. quare vt illi præstanda sit fides, torquendus erit. Clar. q. 25. ver. item testis varius. Farinac. d. q. 66. num 98. & 160. Iudicijs autem arbitrio leuior, grauiorve tortura, iuxta personæ, varietatis, ac delicti qualitatem, adhibenda erit. Punitur vero testis varius de falso. Farin. d. q. 66. num. 56.

64 (margin: 64)

De Testibus Discordantibus.

65 Testes vero discordes illi dicuntur, qui diuersa, vel contraria deponunt, quæ inter se coaptari minime queunt.

Hoc autem euenire dupliciter solet. Aut in testib. pro eadem parte examinatis, siue ad Rei, siue ad Actoris fauorem. Aut in testibus partium diuersarum; quando videlicet testes pro Actore examinati a testibus pro Reo examinatis dissentiunt.

66 Si eiusdem partis testes inter se discordes fuerint, ex. gr. aliqui dixerint delictum tali die fuisse perpetratum, aliqui vero alia die, & de ij sius delicti non iterabilis, vel iterati corpore constet, ex animi proprij motu, quibus credendum sit, iudex ipse percipere debet, aut ex numero testium, aut ex illorummet dignitate, aut ex caussæ fauore, aut ex negotij, dictorumve conditione.

ne D. Th. 2.2.q.70.artic. 2. ad secundum. Dom. Sot lib. 5. de iustit.& iur.quæst.7.art.2. illisque maiorem fidem poterit adhibere, qui verisimiliora, aptiorave asserverint, vt optime Cæpola, consil.1.& 62.Farinac.q. 65.num.135.& seq.atque etiam illorum contrarietates quam maxime fieri potest concordandæ sunt. Cæsar de Graffis decis.73.num.5.& decis.175.num.23.Farinac.d. q.65.num.36.& seqq.De illorum concordia Farinac.ib.nu.245.& seq.

67 Quod si in rebus parui momenti discordes fuerint, vel in ijs, quæ ad facti substantiam non attinent, ex. gr. aliqui dicant, quod tempus nubilosum erat, aliqui vero serenum, aliqui thalamum fuisse pictum, aliqui vero album, aliqui hora 21. aliqui hora 22. eorum testimonium propterea nequaquam debet infringi ex D.Th.& Sot.loc.cit.

68 At vero si testes pro Reo a testibus pro Actore productis dissenserint, si pares numero, dignitateque fuerint, in Rei fauorem iudicandum est. D.Thom.& Sot. vbi supra. Abb.cap.bonæ.de elect.& c.cum P. de accusat.arg.c.cum sunt.de reg.iur. lib.6.

Quod si pro eorum aliquo plures numero, dignitateve fuerint; pro illo erit vtique iudicandum. Probat Cæsar de Graffis decis. 69.num.4. & decis.106.num.7.Farin.q.65.nu. 107.& 114.

De Testibus confuse, obscure, & ambigue loquentibus.

69 Testes confuse, obscure, ambigueque deponentes appellantur, qui per mihi videtur, per forsan, per non bene, similibusque verbis deponūt; ex quibus clara sententia, apertaque veritas haberi minime potest. Hi profecto nihil probant. Farin.q.68.num. 1.

70 Obscurum etenim, aut confusum, aut ambigūum dictum ad iuris dictum pro non dicto habetur.gloss.in cap.si testes §.in testibus.ver.simpliciter 4.q.3.& in ca. qui episcopus.ver.simplicibus.23.dist.argum. cap. si testes cit. concordat tex.in le.de ætate.§.si interrogatus.ff de interrogato.actio.quod & ipsa æquitas ad plenorem innocentis defensam postulare videtur argu. l. 1.§.si quis vltra.ff.de q. Sonc.regu.498.in fallen.tia 6.10.& 11.

71 Quare si iudex ita necessarium esse perspexerit; huiusmodi testes iterum, atq; iterum interrogare poterit.c.cum clamor. de test.illosque ad elate, distincte, simpliciterq; deponendum cogere, si præsentes habere queat.

72 Si vero absint, aut proprium dictum interpretari minime sciant, ille sensus eo casu ab ipso iudice accipiendus est, qui delictum excludit. l. si quis intentione. ff. de iudic. Innocen. in cap. dudum. de electio. Franc. Pegna commen. 111. in 3. par.direct.inquisito. vers. Sed cum in istis, delictum enim in dubio præsumi non debet. Cæsar cit. decis. 39. numer.2.& maxime si testes contra aliquem deponerent.iuxta cap.cum sunt. de regu.iu. in 6.in benigniorem enim partem interpretandi sunt. Farinac. d. quæst. 68. num.45.

De Testibus de credulitate deponentibus.

73 Testis de credulitate dicitur ille, qui certi nihil affirmat; sed tantum per credo, & non credo deponit.

74 Iste, si credulitas proxima sensui est, quo veritas ipsa percipitur; sue rationabilem suæ credulitatis caussam affert, ac proximam, vtique probat. ex. gr. si dicat credo Titium cum tali muliere adulterium perpetrasse, quia nudum cum nuda vidi, vel solum cum sola se inuicem osculantes, ac impudice tractantes. argum. cap. præterea de test.& l. si vicinis. C. de nuptijs. Bal. in le. 1. C. de fals. cau. adiect. lega. §. testium. ver. præterea.& in l. solam. ver.9. C. de test. Abb. cap. quoties.eod.tit. Felin.ca.inquisitionis.§.quę fiunt. de accusatio. Farinac.d. quęst.68. num.74. 111 & seqq.

Si vero credulitas ab ipso est sensu remota, vel ab actibus, quibus veritas ipsa percipitur, ipse testis de credulitate deponens nihil omnino probat. Abb.loc.cit. ex. gr. si dicat credo Titium cum tali muliere adulterium commisisse, quia illos in via secum alloquentes vidi.

75 Ad hoc enim, vt ipse testis de credulitate deponens probet, necesse est, vt credulitas, siue credendi ratio in eo eliciatur ex actibus, ex quibus homines communiter aliquid factum fuisse præsumunt, aut verisimiliter credunt. Abb. c.c. quoties de test.

Etiamsi credulitatis huiusmodi caussam nullam, vel minus rationabilem attulerit, vt si dicat; scio, quia credo, vel credo, quia ita esse puto, nihil probat. Bal. in l. conuentionum. ver. ex prędictis in fero. C. de Episcopis, & clericis.

Similiter si dicat se pro certo credere, nec subiungat, quare certo credat; nihil probat, etiam præsumptiue. Bald. cit. in l. siue possidetis. ver. sed quæro. C. de probat.

76 Regulariter autem Testis de credulitate non valet. c. relatum. 5. quæst. 2. l. testium. C. de test. Specul. 3. par. tit. de testam. §. opponitur autem. Angel. in authen. de hære.& falcid. §. hinc nobis. nu. 2. Cæsar. decis.76. num. item 2.

Quod si caussam non vsquequaque probabilem suæ credulitatis adduxerit; quamuis plenam probationem minime faciat, quare neque indicium ad torturam, attamen præsumptionem faciet, ac indicium ad inquirendum sufficiens, maxime si de corpore delicti constiterit; verum quis illud perpetrauerit, ignoratur.

De Testibus vacillantibus.

77 Testis vacillans dicitur ille, qui ita deponit. Vidi hic, immo ibi, immo ibi, fecit sic, immo sic, immo sic, vel similiter.

78 Iste si vna vice tantummodo dicat immo ibi, vel immo sic, quasi prius dictum corrigens, non vacillat, sed vtique probat. l. si ita. ff. de hæred. instit. at vero si replicauerit immo ibi, vel immo sic, vtique vacillat; nihilque probat.cap. si testes.4.quæst.2.& 3.& cap.cum ecclesia. de caussa possess.& propriet. & propter huiusmodi vacillationem torqueri potest, ac debet. probat Follerin pract. crimin.cano. vers. testib. diligenter examinatis.cap 8. numer.47. ac vers. tormentis mox subijciantur, ca.31. num. 12. ex cap.illi qui. iuncta glo. ver. vt dum. 5. q. 5. Farinac. quæst. 66. num.98.

De Testibus falsis.

79 Testis autem falsus appellatur, Qui veritatē, quam fateri tenetur, aut negat, aut occultat. Vel qui super certo articulo interrogatus, ait se nihil scire, cū attamen sciat. Vel qui mutauit purā, & meram

tam dicere veritatem, multa vero subticuit essentialia, capitulo primo, de crimine falsi. Panormit. ibid. Farin. quaest. 67. num. 220. & 228. Vel etiam qui de alicuius dicto testimonium ferens, illod in alio sensu, quam fuit prolatum contra illum, qui dixit malitiose deponit; aut minime integrũ referens; aut assertiue prolatum affirmans, quod vel dubitatiue, vel recitatiue, vel interrogatiue dictum fuit. Pegna comm. 122. ver. nec modo, in 3. par. directo. inquisito.

Ad hoc autem, vt falsus testis aliquis vere sit, falsique pœnam incurrat, necesse est; vt interrogatus iuridice fuerit, ac de veritate dicenda præstiterit iuramentum, & veritatem aut occultarit, aut negarit ijs, quibus dictum est modis, cor um ve altero.

80 Testi, qui in sua depositione falsum dixisse cõuincitur, nulla est adhibenda fides. Alexand. con sil. 152. nu. 1. li. 7. quam esse communem affirmat Farin. d. q. 67. num. 58. & seqq. & quidem illi omno non assentitur.

Idque adeo verom est, quod etiam testis, qui in vno falsum circa factum principale, qualitatesve substantiales dixisse conuincitur, tota eius depositio suspecta redditur, atque vitiata: ita vt nullam prorsus in iudicio fidem faciat. Iuramentum etenim indiuisibile cum sit; illud qui semel violauerit, alias quoque de illius iterata violatione suspectus habendus profecto est, iuxta regulam Semel malus, de reg. iur. in 6. ita docent Alexand. in l. si ex falsis, num. 13. C. de transact. & con sil. 27. num. 3. libr. 2. Deci. consil. 105. num. 5. ver. similiter testis. Mat sil. singular. 76. & alij communiter, Clar. quoque, §. fin. libr. 5. quaest. 53. ver. sed quaero, & seq. Farinac. d. q. 67. num. 112. & 139. & seqq.

81 Quod si circa extrinseca, & factum principale, qualitatesve substantiales minime concernentia, falsum dixisse conuictus fuerit, nequaquam dicitur falsus; neque vitiata illius redditur depositio. Imol. in leg. 1. §. si quis simpliciter, num. 35. ver. item inducitur, Alexand. consil. 88. num. 195. qui affirmat hanc esse communem, Cæsar. decis. 75. nome. 9. Farinac. d. quaest. 67. num 159. & seqq. & num. 179.

82 Sufficit enim testes in facto principali concor dare, veritatemque deponere, licet in accessorijs varij, atque etiam contrarij sint, Socin. iun. consil. 102. num. 6. lib. 3. Dec. d. consil. 105. nu. 2. Alexand. consil. 47. numer. 5. lib. 2. ita quoque nullus doctorum non affirmat.

83 Conuincitur vero testis de falso, & quando ipsemet se falsum deposuisse fatetur, & quando siue in eodem, siue in diuerso iudicio contraria dixit, & per alios testes numero plures, qui deponãt contrarium.

Quod si vnus tantum contrarium dixerit, non erit credendum est, Clar. lib. 5. §. falsum, ver. testis, qui falsum, & seq.

84 Pœna falsi testis ad offensam, si videlicet dolo malo contra innocentem deposuit, pœna talionis est, l. 1. §. praeterea, ff. de sicarijs, multis probat Pe gna d. com. 122. ver. sed in contrarium, & Clar. loc. cit.

Quod si ad alicuius defensam deposuit, extraordinaria pœna plectendus est, Clar. vbi supra, Farinac. dict. quaest. 67. numero 18. quæ pœnæ locum quoque habebit, quamuis illius depositio effectum ab eo intentum fuerit nequaquam sortita. Panorm. in capit. 1. de crimin. falsi. Pegna loc. cit. ver. id est autem, tunc enim pœna saltem extraordinaria puniri debet, Farinac. dict. quaestio. 67. num. 193. & seqq. & nu. 219. etiam quod eius dictum non valeat, Palacius Rubius in l. Tauri na 83. Clar. §. falsum ver. tu scis.

Tenetur quoque falsus testis de damno per illius falsitatem sequuto, gloss. in capitul. presbyterum, in gloss. fin. de homicidio, Tolet. libro quinto instrum. sacerd. cap. 59. numero secundo, in fine.

Clerici vero falsi testis pœna depositio, ac in Monasterio detrusio est, cap. si episcopus, 3 o. dist. Archid. ibid. Pan orm. in c. 1. cit. de crim ine falsi. ver. item quaero.

De teste omni exceptione maiore.

85 Testis omni exceptione maior, qui, & idoneus, & integer appellatur ille est, qui fide dignus, iuratus, de facto ipso de visu deponit, siue de scientia, & caussa scientiæ, ac de audito in ijs, quæ solo auditu percipi nequeunt, siue de alio sensu corporeo, ita vt concludat, de tempore quoque ac loco, allisve circunstantijs substantialibus, & cui nulla obiectio, aut exceptio opponi potest, vt a testimonio repellatur, siue vt illius depositio inficietur, cap. licet, de test. gloss. & Abb. capit. ex literis, de consanguin. & affinit. Abbas item in ca pit at si clerici, de iudic. & cap. denique de exceptio. Deci. consil. 429. Clar. quaestio. 21. ver. vnus testis, Pegna commentat. 120. in 3. par. direct. inquisito, ver. vnco autem. Farin. q. 62. numer. 1. & seqq.

86 Huiusmodi testis probationem facit semiplenam, etiam in criminalibus, leg. admonendi, ff. de iureiuran. Bartol. ibidem numero 36. & communiter Doctores, gloss. in leg. bonæ fidei, C. de rebus credit. & ibidem Bald. cum alijs doctori. glo. in leg. 3. C. ad legem Iuliam maiest. & ibi communiter Doctor. quos refert, ac sequitur Anton. Gomez tom. 3. variar. resolut. cap. 12. numero secundo, circa fin. Zabarella, consilio nono, numero septimo, Iason in secunda lectura, numero 92. & alij.

Solusque testis omni exceptione maior legitimum facit indicium ad torturam, licet nulla alia indicia siue leuia, siue grauia concurrant, Roma. consil. 451. numero quarto, Gomez vbi supr. cap. 13. num. 7. Carrer. in pract. crimin. numero 110. ver. primo maius indicium, Clar loc. cit. & quest. 22. ver. vnum tamen Farinac. quaest. 37. numero 54. & 58.

87 In dubio testis idoneus, siue integer, siue omni exceptione maior quisque præsumi debet, si contra illum nihil oppositum fuerit, probat Curtius consil. 56.

88 Bonus etenim regulariter præsumitur quilibet, nisi de contrario constet, Innoc. cap. dudum, el secondo, de electio. Abb. ibid. Felin. in c. fin. nu. 11. de præsump. Cæsar de Grass. decisio. 173. numero septimo, ex lege merito, ff. pro socio.

De Testibus, Contestibus.

89 Testes demum contestes, ac plene probantes illi sunt, qui omni exceptione maiores cum sint, siue idonei, de eodem facto, loco, tempore, personis, alijsque circunstantijs ad facti substantiam attinentibus, ac necessarijs per sensum externum iurati deponunt. ex. gr. Duo probatæ vitæ iurati deponentes Titium percussisse Ismaelem in platea die Dominica post festum S. Francisci cum pugione, quia viderunt d. Titium percutere d. Ismaelem. Vel duo similiter boni viri iurati deponentes Titium blasphemasse B. Verginem in apotheca talis aromatarij de mense Septembris circa festum Sancti Michaelis, quia illum blasphemantem audierunt. Vel etiam duæ obstetrices bonæ famæ iuratæ deponentes Dinam esse virginem incorruptam, quia tactu illam talem esse cognouerunt, hi omnes contestes, ac plene probantes profecto sunt ex D. Tho. 2. 2. q. 70. artic 2. ad secundum, cuius verissimæ sententiæ doctorum nemo non subscribit.

90 Duo testes huiusmodi plene delictũ probant, ad Reumque conuincendum, & condemnãdum sufficiunt, ex cap. quod vero. 4. q. 5. capit. in omni negotio. de testi. c. cum esses, & c. relatum, de testam. argu. Deut. 17. & 19. a Christo ipso confirmatum. Matth. 18. & ab Apostolo Paulo præceptum. 1. Timot. 5. D. Tho. loc. cit. art. 2. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 7. art. item 2. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 14. pun. 2. Farin. q. 63. num. 232. & omnes communiter.

91 Et licet in accessorijs, siue in aliquibus ad facti substantiam minime necessarijs non conueniret, non propterea illorum aut infringitur, aut debilitatur testimonium, quinimmo firmius, & credibilius efficitur ex D. Io. Chrysost. homil. 1. in Matth. & D. Thom. art. a. cit. ad secundum circa fine. Farin. q. 65. num. 16. & ex dictis hoc eodem capite num. 67 & 82.

Etenim si in minimis quoque concordarent, ex condicto eundem sermonem proferre videren tur quare illos conspiratores esse præsumi posset.

Id vero iudici relinquitur discernendum.

Idcirco si in ceteris concordes existerent: sed eorum alter de die præcise non recordetur, dummodo certam diem non assignet a deposita ab al tero teste diuersam, vtique contestes erunt, iuxta illa, quæ hoc eodem capite, num. 52. habita sunt. Et quoque si de actu eodem cõtinuationem præ seferente non simul, sed ab altero post alterum vi so depossuerint, quemadmodum superius nu. 53. dictum est.

In dubio autem testes præsumuntur contestes, & vnus accipit declarationem ab alio. Cæsar de Grass. decis. 67. num. 4. & 5.

De alijs circa testium cognitionem necessarijs.

92 Vt vero testes in iudicio legitime probent, primo necessarium est illos citare, seu quoquo modo vocare.

93 Testis etenim non citatus, aut vocatus vtique suspectus redditur, nec probat. l. presbyter. C. de episc. & cleric.

Secundo illis deferendum est iuramentum, nanque

94 Testi non iurato non creditur, cap. tuis, & cap. nuper, de testi. l. iurandum, C. eod. tit. neque talis facit indicium, gloss. in cap. sicut, de sent. excom. Abb. in cap. cum olim, de test. Farin. q. 73. num. 1. & seqq.

95 Iurare vero testis debet rei veritatem, quam nouit, sincere deponere c. hortamur. 3. q. 9. tactis scripturis. Episcopi, & sacerdotes tacto pectore. Farin. q. 74. num. 82.

96 Tertio, interrogandi sunt iuris ordine seruato, id est, a iudice competente, præcedente accusatione, aut denunciatione, aut exceptione, aut infamia legitime probata, aut indicijs sufficientibus, alioqui testes dicere veritatem nequaquam

97 tenentur: sed illam celare quoquo modo absque mendacio tamen vtique possunt D. Tho. 2. 2. q. 70. cit. ar. 1. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 7. ar. item primo. Nau. in man. c. 18. nu. 61. & c. 25. nu. 43. quare processus viran profecto posset.

98 At vero testes iuris ordine seruato a iudice cõpetente interrogati, respondere tenentur. argum. Matth. 23. Quæcunque dixerint vobis seruate, & facite, D. Thom. & Sot. locis cit. D. Anton. 2. part. titu. 1. cap. 18. Nauar. d. cap. 25. num. 44. Tole. lib. 5. instr. sacer. c. 59. & alij communiter.

99 Interrogãdi vero sunt ipsi testes de facto, personis, tempore, loco, contestibus, caussa scientiæ, vel credulitatis, alijsque ad rem ipsam necessarijs, ac spectantibus circunstantijs, vt & veritas eniatur, & ipsum eorum testimonium validum, ac firmum reddatur.

100 Meminerit præsertim ipse iudex testes interrogate de caussa scientiæ, siue credentiæ, ex. gr. quod Titius delictum tale commiserit, quomodo id sciant, vel quare credant illum tale delictum perpetrasse, hæc namque testis ipsius, siue testimonij illius quasi anima est, qua sine testificatio minime valet. Bald. in l. solam. C. de testi. Ambrosi. in processu informatiuo. lib. 2. c. 2. nu. 16. Corne. lib. 2. consi. 232. & lib. 3. consi. 216. Farin. q. 70. nu. 1. 3. & seqq.

101 Vt autem ipsi testes facilius veritatem deponant; admodum conueniens erit illos prius admonere, quam sit graue scelus, & veritatem negare, & falsum iurare, & contra innocentẽ odio, ira, aliave passione, aut caussa deponere Pegna. comment. 17. in d. 3. par. direct. inquisit. Ambros. loc. cit. num. 38.

102 Vt quoque processus firmior, validiorque sit; recte operabitur ipse iudex, si nomina, cognomina, patriam, ætatem, officium, siue statum ipsorũ testium in eo describere fecerit, eorumque dicta nedum eodem sermone, quo ab ipsis prolata: sed etiam eo modo, quo ab illis deposita fuerint, clara videlicet clare, dubia dubie, & huiusmodi, simi liter scriptis in eodem processu mandare iusserit.

Ac demum testi committere, vt proprio subscribat examini, vel scribere si nesciat, propria manu signum crucis apponat ipso lecto prius tamen eidem.

Illud quoque non ignoret iudex opere pre-

103 cium est, quod cum Testis officium publicum, necessariumque sit, quemadmodum affirmat glo. in rub. de test. cogen. & Ambros. vbi supr. c. 3. num. 1.

104 Testes, qui deponere noluerint, ad testimonium ferendum velint, nolint, cogi vtique possunt, Clar. lib. 5. §. fin. q. 24. vers. successiue videamus. Ambros. vbi supra, nu. 3. arg. c. quisquis. 11. q. 3. & leg. si quando. C. de test. ac toto fere tit. de test. cogen.

105 Etiam clerici, & religiosi per illorum iudices com-

competentes, c. quâquam, 4. q. 2. Compelli vero poterunt Regulares pœnis cuiusque Congregationis instituto conuenientibus, & quoque (si casus exposcat) censuris ecclesiasticis, c. cum contra, de test. cogen.

106 Quod si aliqui testes inhabiles existant, vt infames, criminosi, socij criminis, & alij, de quibus hoc eodem capite, numer. 3. & sequentibus dictum superius est; aut varij, aut vacillantes, aut factum quoquo modo occultantes, aut confuse, obscure, & ambigue loquentes, & alij huiusmodi, ad eorum dicta valida, certaq; reddenda torqueri poterunt. Bosfi. in tit. de tortura testium. Clar. loc. cit. q. 25. Villag. lib. 8. pract. cri. can. cap. 6. per totum, quos vniuersi sequuntur.

107 Etiam ipsi clerici, & religiosi. Præpositus in c. presbyteri, el primo, 5. q. 6. Foller. in pra. crim. can. ver. testibusque diligenter examinatis, cap. 8. num. 47. Clar. loc. cit. ver. sed nunquid, Farin. q. 41. num. 2. & seqq.

Regulares attamen religiosa tortura, de qua c. 5. infra tit. 17. nume. 59. sermo fiet, torquendi erunt.

DE CORRECTIONE Fraterna.

Titulus XII.

Quomodo denunciator, accusator, & testes debent corrigere fratres suos, antequam denuncient, aut testificentur in casibus, in quibus tenentur facere dictam correctionem. Cap. Vnicum.

SVMMARIVM.

An de iure diuino, naturali, & positiuo sit obligatio corrigendi fratres, concl. 1. nu. 1.

Qualiter, & quando obliget correctio fraterna, et conditiones, quæ debent interuenire, & an debeant corrigi in peccatis venialib. concl. 2. n. 2.

Quando, & quomodo sit licitum monere proximum, vt caueat, quia volunt alij illum occidere. ibi.

An, qui est in peccato mortali, possit corrigere, concl. 3. nu. 3

An teneatur homo particulariter monere fratrem suum, quem videt in aliquo errore constitutu, & facis bona fide aliquid illicitu, concl. 4. nu. 4

An, si non iuuat correctio fraterna, teneatur, qui corrigit, monere illum coram tribus, aut duob. testibus, concl. 5. nu. 5

An teneatur quis corrigere fratrem suum cum periculo vitæ suæ putans, quod si non corrigit illum, morietur in peccato mortali, concl. 6. nu. 6.

An teneatur prælatus de lege charitatis, aut iustitiæ cum periculo vitæ suæ corrigere fraterne subditos, concl. 7. nu. 7

An teneatur prælatus sub pœna peccati mortalis extollere peccata venialia, ibi.

POstquam vidimus, quod qui denũciat, & qui accusat, & qui testificatur, in multis casibus tenetur corrigere fraternaliter fratrem ante denunciationem, aut manifestationem criminis coram iudice, consequens videtur, quod debeamus agere de obligatione ad correctionem fraternam, & in quibus casibus obliget, pro cuius rei resolutione.

1 Sit prima Conclusio. De iure naturali, diuino, & positiuo tenentur omnes corrigere fratres à peccatis, quæ in illis vident: hæc enim est communis omnium sententia. & non solum est obligatio corrigendi peccata futura, sed etiam facta, & obligat hoc præceptum ad correctionẽ cuiuscunque peccati mortalis, cum eius finis sit salus spiritualis proximi, quę amittit ob quodcumque peccatum mortale, & quia per peccatum veniale non amittitur hęc salus spiritualis, non est obligatio corrigendi proximum de eo, nisi sit eius conditionis, quod disponat ad peccatum mortale, quia ratione huius periculi tenebitur corrigere illum, vt si quis videat alium ingredi quandam domum, in qua familiariter tractat cum quibusdam mulieribus, & in eorũ conuersatione interueniunt peccata venialia, quæ in similibus casibus disponunt ad mortalia; hæc opinio est Soti, & post alios tenet eam, & tanquam ab omnibus receptam Nauarr. Ex dictis colligitur teneri aliquẽ corrigere peccantem cum aliqua ignorantia crassa, aut fragilitate, cum hæc non excusent à peccato mortali. *Nau. in c. inter verb. 11. q. 3. cor. 59.*

2 Secunda Conclusio. Correctio fraterna non obligat in omni loco, & tempore, sed solũ, quando conuenit ad correctionem fratris, quia cum præceptum eius sit affirmatiuum, non obligat semper, & ad semper, sed solum pro tempore, & loco, in quo correctio potest fieri, ita vt sit actus ordinatus ad eius finem, qui est correctio fraterna; & ideo requiruntur sex circunstantię, vt fiat, sicut debet fieri, quarum tres se tenẽt ex parte corrigentis, quas refert Gerson, & tres ex parte correcti: illæ, quæ se tenent ex parte corrigentis, sunt sequentes. Prima, quod habeat notitiam peccati. Secunda mansuetudinem. Tertia commoditatem. Tres, quæ se tenent ex parte correcti, sunt hæ, videlicet. Prima, quod peccatũ sit mortale, aut veniale disponens ad mortale, vt dictum est. Secunda, quod sit spes correctionis. Tertia, quod non expectet tempus magis opportunum. Nunc vero explicemus prius tres primas conditiones, & statim explicabimus secũdas. Circa primam conditionẽ ex parte eius, qui corrigit, est notandum, quod Adrianus tenet sufficere, vt aliquis corrigat, & teneatur ad illud, quod habeat probabilem cognitionẽ peccati, quamuis non sit certum: quod potest habere locum, quando ex eo, quod non fiat talis correctio, potest euenire magnum damnum illi, qui debet corrigi monente, qui corrigit fratrẽ, quod non corrigit illum, quia certo sciat peccatum ab eo committi, sed quia dubitat, & desiderat eius vtilitatem spiritualem, & vult dare modum, quo euitetur damnum, quod imaginatur esse venturum: quando vero non timetur hoc periculum, nõ est necesse fieri dictam monitionem existente solum probabili cognitione peccati, quia cum illa inferretur multa pœna correcto, & ideo poterit irasci tanquam homo. Circa secundam conditionem, quæ est mãsuetodo, nota hanc conditionem esse valde necessariam, præcipuè quando inferior corrigit superiorem, sicut si subditus corrigit prælatum suum, quia debet illum corrigere occultissime, & non debet illum reprehendere, sed apponere illi ante oculos grauitatem peccati cum debita humilitate, & si adsint patres qualificati, & seniores, qui hoc faciant non est rationi consonum, quod hoc a iunioribus præstetur, vt post S. Thom. tener Arag. Circa tertiã cõditionẽ, quæ est opportunitas, debet aduerti, quod si sunt aliæ personę ido- *Gerso tract. 14. de corre. Adrian. in 4. de correct. Aragon. 2. 2. q. 33. ar. 4. p. 809. col. 1.*

idoniores ad corrigendum proximum, quæ velint hoc facere, non tenetur persona minus idonea ad illud, vt tenent omnes post S. Thomam; & sic debet intelligi, quod supra diximus loquendo de subdito, qui reprehendit prælatum, quod si scilicet sint seniores, qui hoc faciant, non faciant illud iuniores. Explicatis ergo conditionibus ex parte corrigentis conuenit explicare tres alias, quæ se tenent ex parte correcti, & quo ad primam conuenit scire, quod materia correctionis debet esse peccatum mortale, aut veniale, quod disponat ad mortale, de qua iam satis supra dictum est. Circa secundam, quod sit spes emendationis, est notandum primo, quod ille, qui scit, quod non nocebit sua correctione, quamuis dubitet, an iuuaturus sit, tenetur facere eã; hæc autem doctrina est contra Caietanum, quã post Adrianum tenet Sot. & est sententia Diui Chrysosto. quia quamuis simus dubij de correctione alicuius, sicut non est licitum non commendare illum Deo, sic non erit licitum cessare a correctione fraterna, cum etiã sit eleemosyna spiritualis. Verum est tamen, quod ille, qui dubitat, an correctio fraterna nocitura sit bono communi præcipue religionis, non tenetur ad illam, & ideo si aliquis subditus timet, quod si corrigat prælatum suum, irascetur, ita quod causet aliquam perturbationem magnam in communitate, & motum, tunc nulla erit obligatio corrigendi, vt tenet S. Tho. vnde quando quis dubitat, an correctio sit damnum allatura spirituale fratri suo, non tenetur illam facere, quia in hoc casu cessat aliquo modo finis correctionis, qui est vtilitas spiritualis correcti. Debet tamen notari, quod, quando peccatũ, de quo aliquis vult fraternaliter corrigere fratrem suum, est damnosum reipub. aut alicui tertio, vt si quis cogitaret de occidendo aliquo, tenetur monere illum, quem putat posse impedire illud malum nullo facto damno delinquenti, sed potius iuuando illum, si vult admittere eius correctionem, quãuis sciat, quod eius admonitio non iuuabit spiritualiter, sed potius capiet occasionem maioris iræ videns esse manifestam suam cogitationem, immo est obligatio in hoc casu, si adsint testes, denuntiandi talem delinquentem, licet nõ præcedat correctio fraterna, cum teneamur inspicere bonum commune; vnde dicunt Doctores cõmuniter, quod licet sciamus, quod delinquens incidet in infirmitatem, eo quod videat cognosci peccatum suum, non debemus omittere monitionem, ne eueniat malum communitati, si ex dicto peccato proueniet illud malum, quod est maioris ponderis, quam sit ægritudo illius; eadem ratione si cognoscatur, quod correctio est profutura specialiter correcto, non debemus illum sinere, quamuis sciamus, quod ex ea proueniet illi grauis infirmitas corporalis, quia salus spiritualis animæ debet præferri corporali. Debet etiam multum aduerti, quod si Petrus scit, quod Ioannes vult occidere Paulũ, aut surripere eius bona, erit licitum dicere dicto Paulo, quod aliqui habent hanc intentionẽ faciendi illi hoc malum non nominata vlla persona in particulari, immo possit fieri sine detrimento illius qui facit hoc. Neque obstat, quod non est curæ hominum priuatorum defendere vitam, & bona proximi, præcipuè si ex hoc potest alius recipere infamiam; quia ad hoc respõdeo, quod est obligatio defendendi vitam innocẽtis, quando aliquis vult illam auferre, si hoc possit fieri sine damno eius, qui vult illam defendere; & si faciendo hoc amittit delinquens famam, hoc euenit illi culpa peccatorum suorum, quib. meretur hoc damnum. Verum est tamen, quod in hoc casu tenetur, qui scit dictum crimen, quærere omnia alia remedia possibilia, vt impediat hoc prauum propositum Ioannis tractans rem cum illis, qui sancte, discrete, & occulte possint adhibere remedium, antequam moneat dictũ Paulum de crimine; & etiam putarem ego non esse verum supradictum in casu, quod Paulus est homo ita bellicosus, & diabolicus, vt procuraret occidere Ioannem, aut alium, de quo præsumeret dictum malum, quia nemo tenetur euitare damnum temporale vnius cum damno temporali alterius. Et noteot aliqui parũ discreti, qui absque vlla consideratione solent facere huiusmodi monitionem, quia quantumuis pacatus homo sit, alterabunt eum, vt procuret facere malum illi, de quo præsumit se malum recepturum, & poterit esse, quod exequatur irã suam in aliquem, qui est innocens, nec recordatur talis mali. Circa tertiam conditionem, quod non spectet tempus opportunius, debet notari esse necessariam in casu, quod putetur, quod ex eo quod differatur correctio, incidet delinquẽs in aliud peccatum grauius, scilicet, quod administrabit sacramentum Eucharistiæ in peccato mortali; si vero ex dilatione correctionis nõ sequitur aliud damnum nisi perseuerare delinquentem in peccato, donec corrigatur, tunc poterit expectari, & differri admonitio ad tempus magis opportunum, si credatur, quod tunc derelinquet peccatum maiori cautela expertus suam fragilitatem in perseueratione prauæ vitæ, vt tenet Arag.

3 Tertia Conclusio. Si aliquis, qui est in peccato mortali, potest corrigere fratrem suũ iuuando illum spiritualiter, potest, & debet corrigere illum in hoc casu, cum sit actus idoneus obtinẽdi finem correctionis, vt dicit S. Thom. si vero ob eius peccatum putat, quod eius correctio nõ erit vllius vtilitatis, non tenetur illum corrigere, si sit homo priuatus, nec tenetur emendare vitam faciens pœnitentiam peccati sui, vt sic melius possit corrigere, sicut nõ tenetur prodigus quærere nummos, quos prodige consumpsit ad effectum succurrendi proximo suo, qui existit in extrema necessitate, sic enim tenet cum communi Ludouicus Lopez. Dixi si sit homo priuatus, quia si est prælatus, & videt, quod mutare vitam est necesse, vt sic subditus suus capiat bonum exemplum, & corrigatur ab eo, tenetur mutare illam ad hunc effectum, vt tenẽt Sotus, & Aragon. immo tenetur homo priuatus mutare vitam suam, si videt, quod scandalizat, corrigens alios existens ipse in eisdem, aut forte maioribus peccatis, cum iudicet fratrem suum in illo, in quo ipse est condemnatus, vt dicit Nicolaus de Lyra, quem sequitur Bannes.

4 Quarta Conclusio. Non tenetur homo priuatus monere fratrem suũ, quem videt existere in aliquo errore bona fide, & faciat rem illicitã bona fide, si præsumat, quod talis admonitio delinquenti non expediat, si error, & ignorantia non præiudicat alijs, vt tenent Adrianus, & Aragon. Hinc infertur, quod ille, qui scit Petrũ non esse verè coniunctum cum Ioãna vxore sua ob quoddam impedimentum secretũ, quod ab eis ignoratur, nõ tenetur eos monere de tali impedimẽto credens probabiliter, quod nihil faciet, nec tenebitur monere eos eorũ cõfessarius, quia dicta admonitio solũ deseruiet, vt cõstituat eos in

mala

omnes post D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2.

Caie. ver. corr. frat. Adri. in 4. de corre. fra. a. 3. So. de teg. sec. membr. 2. q. 3. 3. c. p. 4. D. Chrisost. ho. 44. sup. 1. epist. ad Cor.

D. Th. q. 33. ar. 2. ad 3.

Arag. 2. 2. q. 33. ar. 2. p. 793. col. 1. & 2.

D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 5.

Lud. in inst. cõf. 1. q. c. 16. n. 135

Soto de teg. sec. memb. 2. q. 3. Arag ubi supr. art. 5.

Lyr. super Matth. 7. cap. in illis verbis quid vides festucã. Bannes 1. d. art. 5.

Adrian. in 4. de conf. q. 5. dub. 7. & quolib. 5. ar. 3. Ara ubi sup.

Digitized by Google

Adr. vbi su. Couar. in 4 p. 2. c. 6. nu. 16. Nau. in c. si quando nu. 69. de pæn. d. 7.

Soto in 4. d. 28. q. 1. ar. 3. Cano. de pæn. 5. q Medi. de confes. tra. sta. Co. & Na. vbi supr.

mala fide; nec eorum prælati tenentur mouere eos in hoc casu, si non putant, quod iuuabit, vt post Adrianum tenent Couarr. & Nauarr. Debet tamen notari, quod qui prædicat, aut legit publice, tenetur dicere veritatem, licet sciat, & intelligat aliquos auditorum esse ibi, qui existunt bona fide in suis erroribus, & ignorantijs, & mediante prædicatione amittent bonam fidem, non vtentes vtilitate doctrinæ, quia doctrina publica non est ordinata vtilitati priuatæ, sed communi, vt dicunt Sotus, Canus, Medina, Couarr. & Nauarr. Et aduertatur, quod id, quod diximus secundum opinionem DD. non habet locum in illis, qui habent ignorantiam inuincibilem iuris naturalis, quia si proximus ignorat inuincibiliter aliquod præceptum decalogi, verbi gratia, quod simplex fornicatio sit peccatum mortale, quicunque, quamuis sit particularis, & priuatus, tenetur corrigere illum, licet intelligat, quod nihil proficiet, quia non pôt esse similis ignorantia sine aliqua irreuerentia honoris Dei, & sine graui damno reip. Christianæ, vt tenet Arag.

Arag. 2. 2. q. 33 art. 2.

5 Quinta Conclusio. Si proximus non proficiat, nec mutetur correctione fraterna secreta, tunc si sit spes, quod mutabitur, si fiat illi admonitio coram duobus, aut tribus testibus, tenetur proximus facere dictam monitionem corã illis, vt præcipit Euangelium, quãuis huiusmodi testes ignorent illud peccatum, & sit notum illi, qui corrigit, cum Euangeliũ, quod præcipit fieri hanc monitionem, præcipiat, vt fiat peccato existente secreto, dicens, si peccauerit in te, ac si diceret, vt explicat D. August. te solum cognitore peccati, nec obstat, quod hoc modo infamabitur delinquens, quia ratio, propter quam dominus iubet, quod reprehendatur coram testibus, est, quia confessus corrigatur, & timens, quod comprehendetur in vitio, procuret viuere cautius: hęc est cõis opinio, quam post multos alios tenet Corduba, Bannes, & Nauarr. Debet tamen aduertere pius Christianus, quod tenetur facere hanc monitionem coram testibus non solum semel, sed sæpè putãs, quod proficiet: quoties autem debeat fieri, relinquitur arbitrio boni, & prudentis viri, vt dicunt DD. allegati, & si intelligit, quod dictæ monitiones nihil facient intra spatium vnius anni, quamuis trãsacto anno iuuabunt, non tenetur expectare hoc tẽpus longum, sed statim potest illis vti, quia minus refert, quod aliquis homo sit in peccato mortali per spatium vnius anni quam quod crimen eius fiat notorium duobus, aut tribus testibus. Aduertat amplius, quod si frater factis his admonitionibus non corrigitur, & intelligitur probabiliter, quod si dicatur prælato, obstinatior fiet in peccato, & faciet maiora peccata, debet tacere, & non denunciare illum: hæc opinio est contra Panormitanum, qui dicit, quod non obstante, quod dictum est supra, debet denunciari prælato, cuius opinionem puto veram, quando peccatum est scandalosum, & in præiudiciũ reipub. & cõitatis, vt erit v. g. simplex fornicatio alicuius religiosi, quia potent manifestari populo, sic. n. dicit Aragon. Aduertat amplius ꝙ si nõ inueniat testes idoneos, vt coram illis corrigat fratrem suum, & putat, quod admonitio paternalis prælati sui iuuabit, tenetur statim referre se ad prælatum monens illum de casu tãquam patrem omittens admonitionẽ illam corã testibus, cum in hoc casu non possit aliter remediũ afferri fratri: Tunc vero non erũt idonei testes, quando putetur, quod non seruabunt secretũ, sed quod est occultum illis, fiet manifestũ alijs causantibus scandalum populo. Notet vlterius, quod si putat, quod admonitio corã testibus est illi profutura plusquam admonitio prælati, dẽt facere dictam admonitionem corã testibus, cũ admonitio coram testibus sit mediũ suauius, & gratius delinquenti, quã correctio prælati, quãuis tanquam patris, quia cũ eo quotidie versatur; si vero putat, & sperat, quod admonitio prælati sit magis profutura, quam corã testibus, & constat illi, quod prælatus est homo prudens Christianus, & pius, & quod procedet in negotio, cum magna prudentia consolãdo delinquẽtem, & constat illi, quod non inde capiet occasionem dandi pœnam, aut molestiam subdito in alijs rebus paruis, quæ solent tractari corã prælatis, licitum erit tunc monere prælatum de hoc tanquam patrem, nõ iudicem, quod probatur, quia existentibus his circunstantijs hoc est medium facillimum, & suauissimũ, sed si nõ est certus de his rebus, & circunstantijs, non debet statim recurrere ad prælatum ante monitionẽ corã testibus: quod probatur, quia in vsu receptũ videtur, quod hoies quãuis sint prudẽte, & pij ante dignitates, postea in illis facti prælati mutant stylum, & volunt magis videri iudices, quã patres, quod non deberet sic esse, sed econtra.

Aug. et hẽtur in c. si peccaue. 22. q. 1.

Cord. in adnot. ad Sotũ, mẽb. 2 8. 4. col. 6. Bãn. 2. 2. q. 33. art. 8 ad 1. Naua. de resti. lib. 2. ca. 4 nu. 26.

Pano. in c. nouit. nu. 1.

Arag. 2. 2. q. 33 art. 8. pag. 827. col. 2.

6 Sexta Conclusio. Quãdo aliquis putat, quod eius frater est moriturus in peccato mortali, nisi moneat, & corrigat illum, tenetur cum periculo vitæ suæ corrigere illum, quia vt dicitur per S. Ioannem, sicut Christus posuit vitam suam pro nobis, sic nos debemus ponere vitam pro fratribus nostris, quod debet intelligi, quando videmus fratrem nostrum in articulo mortis mori cum peccato suo, sic. n. tenet Corduba cũ Soto, quod est ita verum, vt dicat Nauar. sequens Adrianum, quod quisque tenetur corrigere fratrem suum cum periculo vitæ suæ, si videat illũ morientem in peccato mortali, quãuis eius peccatum procedat ab ignorantia affectata, aut fragilitate, dummodo non procedat ex malitia eo modo, quo quis tenetur succurrere cum periculo vitæ suæ puero morien sine baptismo, vt moriatur eũ, quia hoc petit ordo charitatis, qui postulat, vt postponatur vita corporalis spiritualis proximi positi in extrema necessitate; ꝙ debet sequi, quamuis Sotus teneat, quod non tenetur quis cum periculo vitæ suæ procurare salutem spiritualem talis pueri. Verum est quidẽ, quod si non sit proximus positus in tam extrema necessitate spũali, non tenetur ponere vitam corporalem pro illa, nec facere notabilem iacturã famæ suæ, aut bonorum temporalium, cũ, si nõ existat in dicta extrema necessitate, supersit tẽpus, quo cũ adiutorio diuino potest exire a peccato, & ideo omittere correctionem in hoc casu erit solum peccatum veniale, vt dicit Cordu. qđ debet intelligi, nisi qui scit peccatum, pro certo teneat, quod non corrigetur, neque emendabitur, si non fuerit per suam monitionẽ, & sic monetur in peccato; quia in hoc casu tenebitur monere sub pœna peccati mortalis, dummodo non patiatur notabile detrimentum in sua fama, & vita, vt dicit Sot.

Cor. su. Sot. de leg. memb. 2. q. 8. conf. 6. Nau. in man. c. 24. n. 13. in fin.

Sot. vbi supr. con. 8.

7 Septima Conclusio. Si teneatur opinio grauium DD. quod prælatus non solũ de lege charitatis, sed de lege iustitiæ tenetur corrigere fraterne subditos suos, quãuis eorũ peccata nõ procedant ex ignorantia, clarum est, quod tenetur dictus prælatus monere eos cum periculo vitæ

suæ, sic enim tenet Sotus, qui addit, quod ex eo, quod prælatus tenetur corrigere populum suum ratione officij sui, tenetur etiam expurgare rempubl. suam a iuramentis leuibus, & alijs prauis consuetudinibus peccandi venialiter, si fieri possit, & ad hoc tenetur sub pœna peccati mortalis, quia peccata venialia, quãdo sunt nimis frequentia in republ. quamuis non efficiant notabile d mnum in singularibus personis eius, prout tamen afferunt graue damnũ, & publicum communitati, valde refert extirpare similia vitia; quod si verum est vch prælatis segnibus in exhortando populo suo; & sic plangit super eos Ludouicus Lopez allegans Sotum in tractat. de iustitia, & iure. Cum vero hoc, quod est prælatos corrigere fratem aliter subditos secundum sententiam Caietani, sit obligatio non de iustitia, sed de charitate, quia tunc non faciunt illud tanquam prælati, sed tanquam priuatæ personæ, vt dicit Aragon sequens Caietanum stando in hac opinione non debemus obligare dictos prælatos ad dictam monitionem cum periculo vitæ. Verum est tamen, quod peccabunt grauiter non extirpantes consuetudines peccandi venialiter, si sunt, aut possunt esse occasio peccandi mortaliter, quia si non sunt occasiones peccatorum mortalium, ego non video, qua ratione possint condemnari ad mortale, ex eo quod non extirpent vitia venialia, quia non tenetur magis prælatus inspicere rempub. quam priuatus homo animam propriam; & certum est, quod priuatus homo, qui non exgrauat animam suam a peccandi venialiter consuetudine, non peccat mortaliter, dummodo huiusmodi consuetudines non sint causa propinqua peccandi mortaliter. Ex dictis sequitur, quod paterfamilias tenetur corrigere familiam suam; & ideo si consensit, quod seruus suus retineat domi suæ concubinam, peccat mortaliter. Verum est tamen, quod si habeat dictam concubinam extra eius domum, non tenetur ejicere illum a domo, vt relinquat illam prauam conuersationem, quia si hoc faciet seruo suo, & amittet eum dominus, vt dicit frater Ludouicus Lopez, & fugitiuus factus fiet peior: nec tenetur paterfamilias corrigere filios suos, & familiares tantum quantum prælatus oues suas, quia quamuis paterfamilias tenetur habere maiorem curam necessitatum corporalium, instructio tamen quoad bonos mores magis incumbit curæ prælatorum. Viso ergo in quibus casibus sit licitum denunciare, & accusare reum præcedente correctione fraterna, & quando sit licitum iudici per viam inquisitionis, denunciationis, aut accusationis procedere contra reum, vt de eius delicto instruatur, conuenit, quod agamus, quomodo, & quando possit illum capere, ac mittere in carcerem, & quomodo teneatur reus stare in carcere, & an possit fugere ab eo ante sententiam latam; non tractabo tamen hic de hoc, quia supra tomo primo, verbo, carcer, remanet sufficienter dictum, quod remanet, est tractare de obligatione, qua tenetur reus confiteri veritatem coram iudice.

Lop. in instr. cõ sil. 1. p. c. 55. in prin Caiet. 2. 2. q. 33. art. 2. & ibi Arag.

Lop. ubi sup. ca. 55. co. 400.

DE CONVICTIS PER Depositionem Testium.

Titulus. XIII.

De Conuictis. Cap. Vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Quis de delicto conuincitur per depositionem duorum testium saltem.*
2 *Testes in quibus debent esse concordes.*
3 *Singularitas quæ attendatur, & quæ non.*
4 *Testes actus reiterabiles, & successiuos deponendo non dicuntur singulares.*
5 *In testibus quæ requirantur.*
6 *Testis inhabilis testi habili habilitatur.*

EX depositionibus testium examinatorũ sit reus conuictus, vt in præsenti, vel indiciatus vt in sequenti demonstrabo &c. cõuictus quis reputatur, quãdo per
1 depositionem saltem duorum testium examinatorum probatur delictum, & delinquentem fuisse N. l. vbi numerus, ff. de testib. l. 1. ff. de oper. liber. Gome. in tractat. de delict. c. 12. nu. 9. Necessariò tamen isti testes debent esse concordes, vt videlicet.
2 „Res, Persona, gradus, locus, hæc sunt consona tempus, vt notant Innoc. in c. 2. de testib. nu. 1. alias dicuntur testes singulares, & vt minus idonei non probare, c. cum dilectus. §. nos vero ibi cum contra hoc eorum, &c. de electio. quę tamen singularitas, si depẽdet ex actis, quæ
3 successiuè fiunt, probat, probando actus incessiuos, & reiterabiles tendentes ad vnum & eundem finem &c ca qualiter, & quando il 2.
4 vbi Innoc. de accus. cap. super eo, de eo qui cog. cons. vxor. suæ exemplo euangelistarum qui passionem D. N. Iesu Christi describendò, concluserunt crucifixum fuisse, licet varijs verbis vsi sint, vt Cor. cons. 2. volum. 1. nu. 9. & quamuis alio modo possint rei quam per testes conuinci vt per instrumenta Dec. in c. ad si clerici de iudicijs nume. 2. vel probationes indubitatas l. sciant cuncti C. de probat. aut per argumenta vt Bossius in tit. de conuict. num. 5. nihilominus & instrumenta indicia ac argumenta per testes probantur Rota Roman. dec. 1. num. 4. de con
5 stit. in nou. requiruntur tamen in testibus videlicet.
„ *Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,*
„ *Et fortuna, fides, in testibus ista requires*
qui aliàs falsum deposuit repellitur, nam semel malus in eadem genere mali semper præsumitur malus, c. qui semel de reg. iur. in 6. Ao. asius pro amasia vel amasia repellitur Bald. in cap. in literis de testib. nume. 3. Item affinis vel consanguineus Dec. consi. 463 num. 19. Grammat. decis. 34. num. 18. minor repellitur vt supradictũ est, Ebrius repellitur Dec. in c. placuit de testib. num. 8. auxiliator, defensor, vel protector criminosi Innoc. in c. qualiter, & quando 2. de accusat. nu. 1. & seq. Item consimilem causam habens c. personarum de testib. Fely. in c. per tuas de testibus num. 1. Item apostata quia est excõmunicatus, c. 2. ne clerici vel monac. in 6. Item nec confessarius sacramentalis admittitur in teste, quia eius depositio non probat, quoniam illa

Digitized by Google

illa confessio fuit facta Deo non homini, & sacerdos in iudicio vti tessis homo est, & hominem repræsentat tex est in cap.si sacerdos de offic.iud.ord.nam facta fuit huiusmodi confessio in pœnitentia & propterea non probat in iudicio vt in allegat.c.si sacerdos notat Ioann.de Anan. num.6.& latè Bal.in l.Archigerentes C.de episcopali audientia nume.2.& idem Bald.in alleg. cap.si sacerdos nume 7. Sed de licentia confitentis potest examinari vt text.in cap.nemo de Symon vbi Ioann Andr. numero 3.Ioann.de Anan.nume.2.& capit.significasti de adult. vbi Abbas,nume.5.Ioan.Andr.nume.1. Zabarella num 3.Anto.de Butrio num.3 Hostien. nume. 26.Imol.in cap.consanguinei de sententia & re iudica.nume.5. Lapus allegat.94. incip.quidam presbyter in principio versicul. in contrarium & tenet hoc idem Didacus in 2.par 4.decret.cap.8.§.12.nume.9.10.& 11. si tamen agitur ad defensam reorum, & ad subleuandum de peccato, tunc de licentia confitentis confessarius admittitur,& eius probat depositio,& ita iudicatum fuisse,attestatur Felyn.in capit. cum Matth. de Sym.nu.1.& glo.in hoc singularis in c.tua nos de spons.& matrim.in verbo qualiter tibi confiteri, R.pa de remed.ad curand. pest. numero 107.& sequen.quod hæc omnia requirantur in testibus tenet Innoc.in d.cap.2.de testibus & O.ho in summa sua titu.de iudic.poss. debent esse testes de visu capit. cum causam de testibus vel de proprio auditu cap.præterea de testibus & si testis quoquo modo infamis, aut grauatæ labefactatæque existimationis fuerit non probat cap.denique de excep.cap. testes 11.q.7 cap.testimonium de test bus adiuuatur tamen
6 testis inhabilis depositio, & confirmatur depositione testis habilis qui fuerat omni exceptione maior Bald.in l.si quis §. quid enim in principio ff.de edend.Ias.in l.cunctos populos versic. sic.istam regulam ponit Bald.in 2.lectura.C.de summa Trini.& fid.Catholi.

DE PATRONO

Tit. XIV.

Caput Vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati definitio,atque eius partes.*
2 *Forma petitionis capitulorum.*
3 *Aduocatus quomodo se gerere debeat defendendo reum.*
4 *Quando refutari potest iudex, & quomodo in talibus procedendum sit.*
5 *Aduocatus quomodo captabit iudicis beneuolentiam.*
6 *Crimina vel sunt refellenda, vel extenuanda, aut causa in longum protrahenda.*
7 *Aduocatus ex crimine obiecto debet pro reo formare capitula.*
8 *Testis examinatus in inquisitione generali non facit fidem in iudicio singulari.*
Testis non iuratus non est fide dignus.
9 *Testis cum fama in criminibus occultis vim habet probationis.*
10 *Testis de auditu quandoque valet, & ad quid.*

1 PAtronus is iure optimo dicitur, qui ipsius auctoris, aut rei causam tuendam suscipit. Cuius quidē opera omnis versabitur in eo, vt innocentem a iudicij vi, aut delatorum calumnijs vindicet, atq. liberet. Quamobrem cum suo otiune defensionis munus egregiè præstari minimè possit, nisi inimicorum aggressiones, atque iacula, qua se habeant ratione, fuerint patrono perspecta, & explorata, Debet in primis factæ delationis, exhibitorumque Capitulorum exemplum, atq. exscriptionem petere; vt inde quid agendum sit, optimè noscat. Eiusmodi autem postulatio quā Iurisperiti comparationem suo vocabulo nuncupant, ijs describetur verbis In nomine Domi
2 ni, Anno 1577. Mense Iunij, die vigesima, corā Reuerendo D. Iusto, Congregationis nostræ Præsid. vel si fuerit delegatus iudex dicat, corā Reuerendo D. Iusto iudice delegato ad iustitiā ministrandam, & c. præsto est D. Innocentius ac decenti cum submissione animi, & obseruantia petit, ac flagitat: t quoniam crimina aduersus eum sunt accusatione in iudicium delata; exscriptionem, & exemplum delationis, & capitulorū sibi largiatur. Quo sic suæ saluti quoquo pacto consulere valeat, seseque a iudicij castigatione, ac pœnis tueri. Simulque sibi iudici nudā veritatem super controuersa causa manifestare possit. Petit etiam, vt idoneum sibi indulgeatur interuallum temporis, quo in horū meditatione, atque discussione ad sui ipsius, & iustitiæ tutelam commodo versetur. Nam quamquam ex Apostoli sentētia ipse habeat. Non vosmetipsos defendentes charissimi: tamen partes suas id desiderare arbitratur, vt paratam sibi calumniā sibi tuto iudici apertam faciat: vt & D. Paulum in Actis Apostolorum fecisse scimus. Alioqui nisi hac exscriptione ponatur; id omne, vt inane, & irritum testatur: quod aduersum se fuerit in eiusmodi causa effectum, & attentatum. Sic igitur petit, & omni meliori modo, &c. Habita autem eiusmodi postulatione, non leuiter, sed magno studio delatio ipsa expendenda erit, atque capitula; videndumq. an se offerat ratio aliqua ex qua impositum crimen incredibile reddatur; aut testes, ceterasque eiusdem facti rationes, aliquam in se continere varietatem, & diuersitatem planum fiat. Ex quibus calumniam instru-
3 ctam esse iudex colligere possit. Prouideat quoque, vt ex addictis a reo testibus, ij adsint, qui accuratius, & clarius obiecta crimina informēt, atque reijciant. Demum magnæ illi sit curæ; iudicis vt animus ad suam causam optime sit affectus: studeatq; eius summa ope inire gratiam, aut eiusdem inimicum animum, aut iniustum, qualibetve alia macula respersum peruestigare, & perspicere, perspectumque sanare. Ex quibus profecto accommodatio cuiusque causæ defensio nullo plane negocio conficietur, idque vt exemplis illustremus. Cum iudex, de quo primum patrono ratio habenda est, descriptis in
4 secundo capite prauis conditionibus, & a iudicio alienis fuerit, videlicet, vel potestate vacās, vel inscitia laborans, &c. Tum exceptiones hac forma in eum exhibebit. Quoniam Regis honor ex Psalmistæ voce iudicium diligit. Iudiciū autem ipsam iustitiam flagitat, secundum illud: Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ. Idcirco coram te Reuerendo Præside, aut aliud ponatur nomen pro causæ ratione. D. Innocētius hoc exceptionis libello sistit se, excipiens, quod iudicium cogitur dicere coram Dom. Antonio,

qui suus non est iudex aut ordinarius, aut delegatus, quin etiam iudicandi scientia prorsus vacat, vt vsurpatum, & temerarium, & erroneum, ac peruersum iudicium, ab eodem effectum iri non mediocriter dubitatur, quod quidem in eiusdem rei magnum incommodum manaret, & ad iustitiæ extinctionem redundaret. Petit itaque, ac potius flagitat, vt ab hoc iudicio discedat, nec vlla ratione se intromittat. Alioquin testatur, & anticipatione asserit id omne, quod fiet, fore irritum & inane, a sacrisque legib. magnopere abhorrens. Quod si causam dicere eū quispiam velit, adeat propriū iudicem, aut qui delegata potestate præfulgeat, iudicandique eruditione minime careat. Sic igitur petit, & omni meliori modo, &c. Anno 1577. die 2. Septembris. Ad summam ergo cùm Patronus vel in Iudice, vel in delatoribus, aut in testibus, aut in procedendi ratione vitium, aliudve impedimentum deprehenderit, suprascripti libelli formulam vel similem in iudicium proferet. Denique diligentius animaduertat, quibus rationib. possit Iudicis sibi conciliare beneuolentiam, ijs, aut eius generis verbis. Erecto atque celso ani-
5 mo me (Reuerende P.) esse, vt nūquam fuerim perspicio, quando de esu canium mihi apud te causa dicenda est. Non enim vereor, quod cum & probitate cunctos superes, & iustitia magnopere excellas, me huius rei prorsus immunem comprobaris. Quid enim? Ego qui quotidie summis vigilijs, magnisq. laboribus litteris studium adhibeo, ac Institutionum nostrarum obseruationem plurimi faciam, me deiecisse cogitari potest, vt gulæ perditissimo vitio, tanta cum conscientiæ, & existimationis iactura inseruierim? Et quidem non mihi est incognita tua humanitas, vt si carnes edēdi facultatē petijssem, denegasses, &c. Ad cuius quidem exemplum ceteris de causis defensiones sunt informandę; Vt
6 crimina aut extenuet, aut in longam causam producat, quo sic causę veritas temporis beneficio aperiatur, aut demum diluat, atque refellat, vt docet Speculator de officio aduocati. Modo ad præcipua descendamus. Cum aliquod obiectū crimen Patronus refellere curabit; de eiusdem
7 causæ veluti sinu, capita pro Reo sūma ratione depromet: Testesque eiusdem rei conscios adhibebit atque proferet hac formula. Sit crimen obiectum de esu carnium. Primo Iudici suggerat, vt de loco, tempore, ceterisque causæ adiacentib. delatorem interroget. Dehinc, si vesperi, tali hora, vel circa, talique loco edisse carnem delator Reum criminetur. Contra Patronus elaboret, testibus adhibitis, ostendere, quod tali tēpore, alio in loco manebat: aut locus ille, in quo crimen patratum asseritur: non huic rei consentaneus, neq. ēt in promptu, vt id fieret, neq. si factum esset, videri inde potuisset, &c. Quæ ex ijs facile est colligere, atq deducere. Modò sciat, quod criminosi confessio de conscijs, socijs aut impellentib. fidem ad vindictam infligendam non facit, licet aliquam cōiecturam afferat. Cui si aliæ accederent, valeret tūc quidem pro testibus, vt in c. cum super, de confess. Panor. hęc dixit. Quocirca non temerè ēt ex ijs, quæ crimino si, carceribus ve mancipari aduersus aliquē deferunt, & fatentur, quemquam vel ad quęstiones exponi, vel ad pœnam luendā cogi. Sed prudēs iudex semper perditorum hominum in bonos inuidiam suspectam habeat. Quod planè inter nos non mediocri cura est obseruandū. Testis ēt
8 in inquisitione generali nullam facit fidem in iudicio singulari cōtra aliquem, nisi iterum iusiurandum suscipiat. Panorm. in cap. præsentata de testibus. Accedit quoque, testem tametsi reli giosum, nisi iuratum, fidem sibi non vsurpare. Panor in cap. nuper, de testibus licet etiam non iuratus aliquam faciat coniecturam. Ange. in l. iudices, C. de fide instrumentorum. Verum id animo est altius recondēdum, quod testis vnus
9 cum fama, atque alijs adminiculis, probationē affert in ijs criminibus, quę occultè fieri solent. Vt apud nos de carnis lapsu, atque carnium esu affirmari potest. Hostien. l. extra, de testibus. Verum enimuero quamquam omnium ore sit tri-
10 ta sententia, quod testis de auditu nullius est ponderis. Id quidem verum est, si de alieno auditu intelligatur, vt audiui id dicere ab eo, qui audiuit, cap. testes, 3. quæst. 9. Abb. in cap. tam li teris, num. 5. & in ca. licet, de testa. præterquam si de fama quæreretur. Tum namque vim eiusmodi testis fanè haberet. Tamē cum de eo quęritur, quod ipsius auditus tantum instrumento percipitur, vt contumeliosa verba aduersus aliquem quis, nisi desipiens, eius generis testimonium ad probandum accommodatum esse negauerit? Quod & de ceteris sensibus intelligendum esse Doctorum auctoritate assero. Vt si de cibo controuersia institueretur: certe ipso gustu, eius rei certum testimonium haberetur. Ij autem, qui de credulitate, testes appellantur; nullam merentur fidem, nisi cum eiusmodi credulitas sensibus fuerit coniuncta, vel grauem aliquam de ea causam afferant. Non enim licet temere de aliquo praua sibi persuadere, & commentari. Quod habetur in c. quoties de testam. & per Abb. ibi, per Cynum in l. testium, C. de testam. Quorum quidem omnium diligens Patronus ad causam tuēdam rationes accommodabit, semper exceptiones componendo: quod testes sunt de credulitate, sunt amici, sunt inimici, aut simili causa inuoluti: quemadmodum Specu. in propria tractatione accuratissime descripsit.

DE REO IN GENERE

Tit. XV.

De reo. Caput Vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Reus quid, & interrogatus secundum iura fateri veritatem cogitur.*
2 *Reus interrogatus, non seruato iuris ordine, potest prudenter subterfugere, dummodo mendacium euitet.*
3 *Reus in quibus casibus iure interrogatur a iudice, & quomodo se gerere debeat in respondendo num. 4.*

1 Reus is iure dicendus est, qui causam dicere aliqua de re in iudicio cogitur. c. forus, de verb. sign. 15. q. 3. cap. vlt. De quo nunc dicere incipiamus. Primum scire Reus debet se diuino, ac naturæ iure astrictum admissi sceleris pęnas date. Quocirca, cum a proprio, ac legitimo Iudice iuris seruatis legibus de crimine interrogetur, quamquam non adhibeatur Iuramentum, fateri tamen veritatem tenetur. Sanctus Doctor. 2. 2. q. 69. art. primo. Sotus lib. 5. de Iust. & Iur. q 6. art. pri-

primo. Cum vero nullo iuris ordine de sceleribus veritatem aperire cogeretur; mendacio, excluso, quod semper vitandum est, eiusdem rogationibus, qua potest ratione, occurrat, nec se prodat, idque ex sententia D. Ioannis Chrisostomi, quæ habetur in cap. quis aliquando, de pœn. d. prima. Non dico tibi vt te prodas in publicum, & apud alios te accuses, &c. Tria igitur sunt, ex
3 quib. Reo respondendi necessitas incumbit. Primum infamia, alterum indicia expressa, tertiũ probatio semiplena. His exceptis, iniustè iudex interrogat, licetq. Reo, aut tacendo, aut ad maiorem iudicem prouocando, aut quo potest modo, tegere veritatem argum. tex. in c. si omnia, 6. q. 1. & in c. 2. de maior. & obed. & in c. 2. de cõfess Sanctus Doct. vbi supra, & Sotus etiam qui eodem loco dicit, quod iura omnia, quæ patrati criminis euidentiam accusatore non egere decernunt, tunc locum habent, cum ipse effector, aut per se manifestus est, aut infamia detectus.
4 Præterea cum a iudice interrogationes Reo (vt moris est) offerantur, nisi eorum quicquam, de quibus paulo superius diximus antecessisse iudi cauerit, atq. adeo certum habuerit; se ad respondendum cogi non posse sciat. Alioquin perfidus suæ existimationis violator argueretur, si iuris ordine non seruato, occulta sua scelera manifestaret. Id tamen ego consilij simul cum Soto, Iudicibus dederim; vt priusquam ad criminum confessionem Reos incitent: qua id ratione, & iure efficere obligentur, aperire non grauentur. At vero optime ait Sotus, quod cum sumus in ... Monachus Prælato suo, quem probum moribus, scientia quoque peritum, & prudentem cognouerit, fidem nulla alia manifestatione adhibere obstringitur. Quæ omnia, etsi ceteris omnibus curanda sint: tum maximè monachis; quorum omne Iudicij causa emendandi socios suscipiendum est, ex Soto vbi supra.

De Persona Rei. Cap. II.

SUMMARIUM.

1 *Forum sortitur quis ex quatuor causis.*
2 *Clerici exempti sunt a iurisdictione laicali.*
3 *Clerici quando possint trahi ad iudicium laicorum.*
4 *Forum ratione domicilii sortitum est precipuum.*
5 *Laici quando possint trahi ad iudicem Ecclesiasticum.*

QVattuor modos, quibus sortitur quis forum alicuius iudicis, enumerat tex.
1 cap. vlt. de for. comp. videlicet ratione delicti, contractus, rei & domicilij idem in l. qua in prouincia, C. vbi de crimin. & in cap. 1. de foro competen. in 6. vbi gloss. vers. contrahentes, explicat forum ratione contractus.

Vltra autem hos modos attenditur etiam in sortitione fori status & conditio personarum, vt nimirum miles coram magistro militum cõueniatur, & similia, l. per iniquum, C. de iurisd. omn. iud. Hinc & clericus coram iudice laico conueniri non potest, cap. si diligenter, de foro competen. ne quidem in crimine læsæ Maiestatis, vt probat Thom. Gramm. consi. 1. nume. 30. & in facto iudicatum fuisse in Curia Neapolitana testatur Genuen. in sua prax. cap. 90.

Et ne quidem depositus clericus iudicari debet ab alio quam ab episcopo seu iudice Ecclesiastico, Decian cap. cum non ab homine, de iudic. in 6. si nimirum fuerit depositus, sine traditione Curiæ seculari, hæc enim traditio non in omni depositione fit, vt clare constat ex tex. ca. at si clerici, de iudic. in fine. Host. in sum. de hæretic. num. 10.

2 Neque posset iudicari clericus a laico etiam de consensu sui Episcopi, cap. quanto, cap. decernimus, loc. cit. de iudic. gloss. singularis, in c. significasti, ver. clerici, de foro comp. Gramma. cit. decisi. 29. num. 11. vbi notat, quod neque Papa possit facere, vt clerici conueniantur coram iudice seculari, si nimirum mandaret hoc fieri generaliter, nam alioquin causam singularis alicuius clerici siue ciuilem, siue criminalem in facto occurrentem committere potest laico, cap. Meminam, 2. quæst. 4. in, gloss. ver. arbitrio, & probat gloss. in c. decernimus, cita. ver. non præsumant.

Neque ipsemet clericus potest se subijcere iurisdictioni laicali, cap. at si clerici, de iudic. cit. & si de facto se subijceret, iudicium esset nullũ, & clericus ipse esset districtè puniendus, Gram. cit. loc. nu. 7. quinimmo iudex Ecclesiasticus tũc posset repetere clericum a iudice laico, etiamsi ipse clericus confessus fuerit se esse laicum, dũmodo constet in contrarium. Coua. pract. quęst. cap. 33. num. 2. vltra quod iudex ipse laicus iudicans huiusmodi clericum incurrit pœnas bullæ Mart. V. & plerunque casus huiusmodi includitur bulla Cęnę Domini, tenor autem dictę constitutionis Mart. V. est huiusmodi.

Ad reprimendas, & infra. Nos igitur aduersus talia præsumentium temeritatem remedia apponere, & super his salubriter prouidere cupientes, ac Conc. Mileuitani, ac fe. rec. Inn. PP. III. prædecessoris nostri constitutionib. sup hoc editis auctoritate Apost. ex certa scientia, hac nostra irrefragabili constitutione perpetuo duratura tenore pñtium statuimus, decernimus, ac et ordinamus, quod cẽs, & singulæ personæ Ecclesiasticæ seculares & regulares ordinũ quorumlibet quacunq. exemptione suffultæ etsi Patriarchali, Episcopali, Abbatiali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, quæ aliquam personam Ecclesiasticam, collegium, vel conuentum, in actione reali, mixta, vel personali, ciuili, vel criminali et occasione cuiusc unq. submissionis, et iuramento vallatæ, vel alias ad forum siue iudicium laicale, directè vel indirectè (de qua in foro Ecclesiastico ordinari consueuerit, possit, vel debeat, de iure, vel consuetudine aut alias cognosci) trahere præsumpserit causam ipsam, & omne ius ei siue eis, in possessorio, vel petitorio, in re, vel ad rem, causa, vel occasione huiusmodi quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus, & amittant, & singulares personæ excommunicationis, capitula vero, & conuentus suspensionis, & interdicti sententias incurrant ipso facto, & si personæ ipsæ, & eis in præmissis adhærentes, & seruientes, in aliquo rebelles fuerint, & in continenti non obedierint, omnes illas, per priuationem suorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, quæ obtinebant, & in quibus, & ad quæ eis ius quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia imposterum obtinenda, coerceri, & compelli volumus ante dictas, & nihilominus omnes, &

singu-

singulos iudices, & executores, communitates, dominia, laicos, & laicales personas, postquam exceptum fuerit de nulla iurisdictione eorum, aut euidēter appareat huiusmodi cognitionem ad eos de iure non spectare, talia præsumentes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine, & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel fauorem, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, gradus, vel conditionis existant, seculares personas, eorum videlicet singulos quocunque nomine censeantur, & consiliarios, & priuatas personas, q̃ præmissorum principales perpetratores existerent, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullosque ab eisdem sententijs per alium, quam per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, absolui valeat, siue possit, & præmissa omnia non tantum ad futura, sed etiam ad præsentia, & pendentia extendimus auctoritate memorata, quodque ēt procurator fiscalis causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, contra culpabiles in præmissis, desuper summaria informatione præhabita, per se vel per alium, seu alios agere, & procedere possit & valeat, nihilominus concedentes. Nō obstante si aliquibus communiter, vel diuisim a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de eorum proprijs nominibus, ac indulto huiusmodi mentionem, quibuslibet constitutionibus, priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis, de quibus etiam plena, & expressa, ac de verbo ad verbum, in nostris literis habenda est mentio specialis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ, ka. Feb. anno 1429. Pontificatus nostri, ann. 12.

Vnde neque teneret processus apud iudicem secularem contra clericum factus, nec posset reputari clericus contumax, si citatus non compareat coram huiusmodi iudice, etiamsi citetur ad docendum de suo clericatu, dummodo vulgo habeatur pro clerico, non enim potest licitè comparere, neque bannum ob contumaciam huiusmodi contra ipsum latum illi præiudicaret, vt probat multis Grammatic. citat. vbi supra.

Dantur tamen aliqui casus, in quibus regula huiusmodi generalis non procedit, quos latissime tractat Aufrer. per regulas quatuor. Cū suis limitationibus, in trac. de potest. seculari in Ecclesiasticos, nos singulariores tantum casus referemus.

Vnde primo ratione feudi, quod possidet a laico clericus, coram Domino ipsius feudi cōueniri potest, cap. verum, de foro comp. ibique
4 Host. in sum. num. 13. Felyn. in c. ceterum, num. 3. de iudic. vbi dicit hanc opinionem esse communem.

Item ratione reconuentionis, vt si clericus ageret contra laicum coram iudice laico, & ibidē reconueniretur, teneretur ibidem respondere, vt & e conuerso laicus potest reconueniri coram iudice Ecclesiastico, c. 2. de mut. petit. Host. ibi. in sum. num. 3. §. restat igitur. Felyn. in cap. verum, cita. nu. 4. Reconueniri tamen non potest pro causa spirituali, cuius incapax est laicus, neque criminaliter, neque si dolo fecerit se trahi laicus ad iudicem, vt reconuenire possit; huiusmodi enim dolus ipsi suffragari non debet, Maran. de ord. iudic. 4. p. d. 6. num. 43. neq. demum coram iudice appellationis, coram ipso enim reconuentio fieri non potest. Innoc. in cap. 1. de mut. petit.

Eiusdem reconuentionis virtute clericus agens contra laicum apud iudicem secularem, si in causa succumbat, ab eodem iudice condemnari potest in expensis, Fel. loc. cit. executionem tamen tam in bonis, quam in persona clerici, iudex laicus facere non potest, sed est facienda per iudicem Ecclesiasticum, Abb. in cap. postulasti, de foro competen. Franch. in cap. seculares, numero 6. ib. & est communis Doctorum sententia.

Vlterius subijcitur Iudici laico clericus minorum ordinum, si non habeat requisita. Cōc. Tri. c. 6. sess. 23. de ref.

Item & clericus etiam maiorum ordinum incedens sine habitu, & tonsura licitè potest apprehendi per ministros Curiæ secularis, sed tamen postea remitti deberet ad iudicem Ecclesiasticum, si allegaret se esse clericum. Boer. dec. 33. Et quidem si fuerit notorium ipsum esse clericum, absque aliqua cognitione debet remitti: sin minus, probare prius debet clericatum, cuius cognitio licet ad iudicem Ecclesiasticum pertineat, cap. si iudex. de sen. excom. in 6. & notat Couar. loc. sup. cita. cap. 33. esse opinionem communem, in pluribus tamen locis practicatur, quod hoc casu iudex laicus antequam remittat clericum detentum, informat se prius de asserto clericatu. Zer. in sua prax. vers. clericus, ad 3.

Clericus item apostata, qui pro laico se gerit, & habetur, vel militiam seu alia negotia secularia exercet, per Ecclesiam non defenditur, ca. 1. de Apostat. Leo autem X. rescripsit Galliarū Regi, vt tales apostatæ, post quam fuerint deprehensi per quatuor menses incedere sine habitu clericali, possint capi a curia seculari; quod rescriptum incipit. Romanum decet Pont. de an. 1516. Kal. Octob. Pont. ann. 4. refert Castan. in lib. constit. Burg. tit. de instit. nu. 51.

Præterea si clericus deprehendatur in crimine vel rixa, licitè potest capi, & detineri per curiam secularem, dummodo sine mora tradatur iudici Ecclesiastico. Dec. in c. cum non ab homine. cit. numero 10. Viuius Comm. opin. verb. iudex laicus, vbi dicit esse opinionem communem.

Item si clericus assumat administrationem, officium, seu seruitium apud dominum secularem, si tertio monitus non desistit ab exercitio officij, puniri potest a domino seculari ratione præuaricationis in ipso officio, cap. sacerdotibus, ne cler. vel mon. ibique Innoc. Aufrer. lo. cit. Reg. 1. fall. 17. vbi probat trinam huiusmodi monitionem debere esse specialem, non autem generalem contra quoscunq. neq. sufficere vnam pro tribus, sicut neque in alijs omnibus casibus, in quibus ius expresse disponit præmittendam trinam monitionem.

Ad extremum clericus degradatus, & traditus curiæ seculari, subest iudici laico. Abb. in capitu. nouimus, de verbor. significa. & in citat. cap. cum non ab homine, ibique Dec. vbi differentiam assignat, inter depositum, & degradatum, quia nimirum non eodem modo traduntur curiæ seculari.

Et quemadmodum de persona Ecclesiastica iudex laicus non cognoscit præter casus, expressos, ita neque de causis spiritualibus. cap. Ecclesia sanctæ, M. de constitu. nisi forte inciden-

denter, & cum quæstio incidit super facto vt si agatur, an fuerit contractum matrimonium inter aliquos. Afflict.in decis.Reg.decis. 2. nume. 5. vel si compellat aliquos ad seruandum matrimonium, quod constet ritè fuisse contractum. c.nō est, de sponsal. Vel si agatur de iudicio possessorio, vt de possessione decimæ, beneficij, possessio enim est quid temporale, Couar.loc.sup. cit.c.35.num.1

Ex præcedentibus itaque constat, directè ac propriè clericum subesse Iudici Ecclesiastico, ac propterea reus in iudicio episcopali merito censebitur clericus, ita quod non possit declinare iurisdictionem sui ordinarij, vt testatur Ho. vbi sup de foro compet. numero 14. si nimirū siue ratione delicti, siue ratione cōtractus, domicilij vel rei, de qua agitur, ipsi sit subiectus.

Ratione delicti, vbi enim quis deliquit, ibidē est puniendus. c.placuit. 6.q.3.c.1.de raptor.

Ratione contractus, prout contractus sumitur pro omni obligatione, si nimirum solutio non destinatur alibi. Fel.in c.vlt.loc.cit. de foro comp.nu.19.

Ratione rei vbi nimirum illa sita est, siue mobilis, siue immobilis. Host. vbi supra nu. 5.

Ratione domicilij, quod quomodo constituatur, diximus alias. Et ratione istius sortitum forum est præcipuum, & Ordinarium, concurritque cum alijs omnibus, ita quod iudex domicilij, etiam ratione delicti alibi commissi, vel contractus alibi initi, siue rei alibi possessæ iudicare posit, & citare reum etiam extra territorium suum existentem, & etiam excommunicare alibi degentem taliter subditum pro delicto in territorio suo commisso, vel quod sumpserit initium in suo territorio, vt potest excommunicare non residentem in suo beneficio. Concil. Tridentino sess. 23. cap. 1. de refor. quod tamen iudicibus ex reliquis tribus capitibus iurisdictionem habentibus, non est concessum, vt latè Felyn. vbi sup. numero 11.23. & 24. Teneretur tamen iudex domicilij, delinquentem, si ipsum nondum ipse castigauerit, præmissa summaria cognitione super veritate inculpati delicti, requisitus remittere ad iudicem loci delicti in criminibus grauioribus gloss. in clemen. pastoralis, verbo. de more. de senten. & re iud. Couarru. vbi supra cap. 2. a numero 4. quinimmo etiam non expectata requisitione ex vrbanitate remittunt aliqui. Similiter, & in casu quo quis iuramento firmauerit se certo loco soluturum, eodem remitti debet. Couat. vbi su. c. 10.

Laici etiam, licet proprium habeant forum coram iudice laico. cap. licet, cap. ex tenore, lo co cit. de foro compet. in certis tamen casibus dici possunt subesse iudici Ecclesiastico, quos casus enumerat. gloss. in cap. cum sit generale, 6 verb. malefactores, & alia, glo. in c. licet verb. vacante, & item alia in c. ex tenore, verb. iniustitia loc. cit. de foro. comp. & comprehenduntur his versibus.

Hæreticus, Simon, seuus, periurus, adulter.
Pax, priuilegium, violentus, sacrilegusque,
Si vacat imperium, si negligit, ambigit an sit,
Suspectus iudex, si subdita terra, vel vsus,
Rusticus, & seruus, peregrinus, feuda viator,
Si quis pæniteat miser aut sit, causaque mixta,
Si denunciat Ecclesia, quis iudicat? ipsa.

Mixti autem fori sunt, vsura, concubinatus, adulterium, sacrilegium, sortilegium, Sodomia. Clarus, in pract. crim. quæst. 37. Austerius, autem in suo tractatu de iurisdictione Ecclesiastica in seculares, colligit 149. casus, in quibus laici corrigi possunt per iudicem Ecclesiasticum, quem consule: nobis sufficiat meminisse illius regulæ generalis, quod videlicet in omni delicto iure Pontificio inducto extendatur iurisdictio Ecclesiastica in laicos, cap. 1. de off. ordin. in glos. verb. secundum, & testatur Auf. er. loc. ci. num. 1. in princ. Similiter, & in omni casu ratione peccati vel saltem quoad salutarem pœnitentiam iniungendam, ca. nouit. de Iudic. Abb. ibidem.

DE REORVM CAPTVRA

Tit. XVI.

De captura Reorum, & forma mandati de capiendo, & carceri mancipando. Cap. vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij quid facient, postquam per diligentem inquisitionem, & testium depositionem aliqua indicia claruerint contra aliquē.*

2 *Commissarij quæ ponderare debent, antequam procedant ad capturam reorum indiciatorū, non præuia eorū citatione ad informādū.*

Postquam per accuratissime factam inquisitionem, & testium depositionem ipsis Cōmissarijs claruerint aliqua indicia contra nominatos reos alicuius momenti, ex quibus veniat grauata fama eorū, & ipsi Commissarij merito possint deuenire in suspicionem, quod auctores criminis sint D.... &
1 D.... vel vnus solus, tunc poterunt eos ad ius vocare, si ex tali citatione non adsit periculum fugæ ipsorum; sed si talis fugæ esset rationabilis metus, tunc contra eos procedent ad capturam ipsorum, si haberi poterunt, & post quam fuerint carcerati, citabuntur ad informandum, id est, circundati hominum custodia euocabuntur a carceribus ad tribunal ipsorum Commissariorum, vt examinentur super repertis indicijs, sed si fugā arripuissent, vel alias essent absentes: tunc contra eosdem in ipsorum contumaciam procedetur seruatis seruandis, de quo latius infra in cap. 25. in contumaciam erit no-
2 bis præscribenda norma ipsis Commissarijs legitime deueniendi ad capturam indiciatorum. Quapropter sciant hodiernis temporibus in qualibet curia hoc esse arbitrarium, ponderata tamen qualitate criminis, de quo agitur, scilicet, an sit occultum, an graue, an difficilis probationis, an possit producere alia delicta: & persona an sit vilis, an solita delinquere, an aliqua infamiæ nota respersa, an fugitiua: & hoc considerandum erit circa personam rei nominati, circa verò indicia ipsa deducta in iudicium ponderabunt ipsi Commissarij, an ipsa grauia, & vrgentia sint, an proxima, an verisimilia, an clara & huius generis, an vero è contra. Nam circa hoc vera, & vniuersalis regula dari non poterit, & ratio procedendi ad huiusmodi reorum capturam. a In huiusmodi autem captura regularium carceri mancipandorum non assolent vocari laici biruarij, nec manifestentur huiusmodi crimina sine causa; nisi non habita copia famulorum, & ipsi regulares nollent obedire mandato Prælatorum ipsos carceri deputantium, & si regularis carcerādus non esset in monasterio, in quo & ipsi Commissarij reperientur, tunc possent & tenerētur præ-

a *Clarus supra. §.fi.q.28.versi. sciat aut, in fi.*

præcipere, modestis tamen literis directis prælato illius monasterij, vt dictum regularem ipse talis prælatus carceri formali mancipet, & ibi perseueret, donec ipsi aliud annuerint in scriptis, & talis est consuetudo regularium omniũ.

DE INDICIIS, AC TORTVRA.

Tit. XVII.

Quid faciendum sit Commissarijs, & quæ obseruanda ab ipsis erunt, captis reis. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *A Commissarijs quæ libranda sint post carcerationem Rei, & antequam ipsum constituant, seu examinent, vt postea in interrogatorijs illi faciendis possint procedere gradatim, & prudenter, & quare.*

2 *Rei potius conuincuntur, & ad confessionem criminum per eos perpetratorum inducuntur prudentibus interrogatorijs Commissariorum, quam tormẽtis sibi adhibitis, & quare.*

3 *Commissarij non procedant ad reos torquendos, nisi præmisso eorum etiam duplici examine, & pluri, si sibi visum fuerit, & quare.*

4 *Tortura quare dicatur tormentum subsidiariũ.*

5 *Norma infallibilis res interrogandi etsi tradi non possit ipsis Commissarijs, tamen quædam regula optima traditur.*

6 *Tria principaliter ponderanda occurrunt ipsis Commissarijs, vt sciant elicere ex deductis in actis interrogatoria, quibus argutè possint vti in reorum examine, quorum primum respicit personam earundem Commissariorum.*

7 *Commissarij non debebunt promittere impunitatem reis de plano confitentibus, si postea non possent, vel nollent stare promissis, sed si possent, et plures essent cõplices, utiq. poterunt alicui ex cõplicib. promittere impunitatẽ, si detegerint cõplices alios, & quare.*

8 *Commissarij quid facient, antequam ad interrogandos reos insurgant, & quare tali diligentiã erit eis vtendum.*

9 *Consideranda quæ erunt a Commissarijs circa personam Rei, vt inde possint eos argutè interrogare, vt tenentur.*

10 *Commissarij quæ ponderare tenebuntur circa rem ipsam, de qua agendum erit.*

1 POstquam carceribus deputarunt ipsi Commissarij nominatum reum, quantocius poterunt, inuigilent primo per scrutari omnia indicia resultantia ex probationibus contra ipsum productis, tam ijs, quæ eliciuntur ex fama probata, quam ex singularibus depositionibus testium, & scripturis in iudicio productis, cum ex illis elicere teneantur interrogatoria, quibus ipsum reum conuincere possint, aut de veritate criminis perpetrati, aut indiciorum probatorum contra ipsum. *a* Qua propter concludendum erit, ipsos Commissarios teneri maxima cum vigilantia omnia illucusque allata in actis contra reum rimari, ac inuestigare, nec non circa accuratissimum examen reorum; *b* quod alias vulgo assolet vocari constitutum, eo quod a verbo illo, constitutus soleat initium sumere, *c* & memores sint Commissarij, se esse dignos non modica laude, & præmio, si benè, ordinate, clare, subtiliter, & accommodate processerint ad interrogandos ip
2 sos reos, & mediantibus prudentibus interrogatorijs illuc eos adducerẽt, vt quodammodo fatẽtem inuiti, & inaduertenter veritatem criminis per eos admissi fateantur; cum ex talibus prudentibus interrogatorijs potius assoleant rei deuenire ad confessionem criminum, de quibus agitur, quam ex tormentis (experientia teste.) cum ipsis magis mẽs reorum angustietur, quã tormentis corporalibus, eo quod semper ambigant, per ipsa falli a iudicibus, & in tormentis possint vti silentio, vel semper eadem negatiua verba repetere, & licet non expertibus in arte hoc negotium facile videatur; tamen reuera est difficillimum, & maximi ingenij. *d* Secundo ipsi Commissarij debebunt patienter reos interrogare, & longa interrogatoriorum, & argumentorum serie causam continentem, prætensumq.
3 crimen examinare, ac per eos frequens taliter veritatem facti extorquere, & non statim prosiliãt ad ipsum torquendum: & ratio est, quoniam sæpe contingit, quod dum Commissarij seuerius crimen perpetratum punire festinant, nullo legum temperamẽto adhibito iniustã pœnam infligent innoxijs, quod quidem impium, & irreparabile damnum inde reis imminet. *e* Quapropter ponderandum erit ipsis Commissarijs torturam esse tormentum subsidiarium, quod idcirco tale nomen sortitum est, quia tunc solum ad illud confugiendum esse voluerunt doctores, quando alia remedia fuissent tentata. *f* Ter
4 tio, etsi exoptaremus ipsis Commissarijs tradere veras, & infallibiles regulas interrogandi ipsos reos: Tñ cũ facta, crimina, & circũstãtiæ, seu qualitates ipsorũ, super quib. examina fieri cõun
5 gant, varia sint, ideo norma certa ab aliquo hominũ assignari nequibit. *g* His tñ nõ obstantib. nõnulla generalia afferemus hic ipsis Cõmissarijs, ex quib. artẽ quãdã, & regulã interrogandi elicere ipsi per semet Deo optimo Maximo fauẽte possint. Quã pp tria põderãda ab ipsis propo
6 nemus primũ quorũ est, vt semetipsos examinẽt de infrascriptis. Sdm, vt cõsiderẽt personam Rei examinãdi, a quo elicere veritatẽ facti desiderãt. Tertiũ negotiũ, ac cãm ipsã, de qua agendũ erit. Et vt oĩa iã generaliter descripta facilius memoriæ ipsorũ commissariorũ imprimãtur, sciant φ quoad psonã ipsorũ spectat; illud in primis obseruãdũ ipsis erit, vt Deũ timeant, animũ mundũ habeant, mẽte, & corpore in opus, φ ag grediuntur, incũbãt: veritatẽ facti solã, (prout sæpe rius fuit dictũ) perquirant: *h* ipsos commissarios tantũmodũ illius inquisitores esse, & ministros iustitię (hoc est) ipsius Dei optimi, a quo ois emanat iustitia meminisse debebũt. *i* Deinde ipsi Cõmissarij ita se ad examẽ reorũ accingere debẽt, vt ni passione penitus spoliati nullã apud se habeãt psonarũ acceptionẽ, *k* sed ipsos reos siue in minorib. constitutos, siue in dignitate quãtacũq. maxima, siue doctos, siue in doctos ęquis oculis respiciãt, ac si nullũ inter eos discrimẽ esset. *l* Nã non debẽt aliqua de cã timidiores, aut audaciores se ostẽdere ad veritatẽ indagãdã, sed oẽs reos ita habere, ac si essẽt ęquales dignitate, & statu, & eadẽ seueritas, ac grauitas sit erga oẽs, *m* etsi nõ negemus eos posse, & teneri ad procedendũ vrbanius, lenioribusq. verbis vtendo cũ cõstitutis in dignitatib. q̃ cũ minorib. monachis & clericis reis, sed omnino eis erit fugiẽdũ reorũ familiaritas, quia eorũ inde dignitas contẽptibilis appareret in graue dedecus tribunalis. Abstine-

a Chart. 1 prac. interrog. reorũ. lib. 1. c. 3. nu. 6.

b Char. vbi su. nu. 13.

c Char. vbi su. c. 1. nu. 6. & 7.

d Char. vbi su. li. 1. in præfatione, nu. 3.

e Blanc. in tra. de Iudic. in epistola ad studiosos legum scholasticos.

f Char. vbi su. q. 64. ver. debet etiam.

g l. neq. leges in glo. magna. ibi. ff. de legib.

h Char. vbi su. li. 2. c. 1. n. 2. & seq.

i Scapp. de iure non scrip. lib. 5. c. 22. nu. 6.

K Foller. in praxi crim. in ver. studeam se ornare, nu. 5.

l Folle. vbi sup. num. 1

m Char. in prat. interrog. reorũ, lib. 2. cap. 3. nu. 7. & seq.

Digitized by Google

7 tinere proculdubio tenebuntur Commissarij a promissione impunitatis, nec per ipsam reos ad confitendum compellant, & hoc pręsertim, si huiusmodi impunitatem non esset eorum condonare reis, aut vellent (cum hoc sit quędam proditionis species, a qua Commissarij Deum timētes abstinent) sed vbi quamplures essent complices alicuius criminis grauis, & difficulter veritas haberi possit, tunc consulendi erunt generales, seu Pręsidentes religionis, vel alter ordinarius, a quibus fierant creati Commissarij, & de eorum mandato possent polliceri impunitatem, si illi hoc eis indulgerent promittere posse eam, & ita quotidie a prudentibus Commissarijs prędicatur. Pręterea ipsis Commissarijs opus erit scrutari accuratissimè, ac inquirere naturā qualitates, & circunstantias delicti, ac possidere, & a indiciorum ex processu compilato resultantiū plenam notitiam habere, illaque memorię commendare, ac retinere, vt plenius, & faciliùs ipsis interrogandi, & arguendi suppetere possit materia. b Denique omninò Commissarij compilato processu informatiuo eliciant summarium indiciorum productorum contra reum, & hoc cum maxima diligent a. Nam vt diximus, ex ipsis elicienda erit forma ipsorum interrogandi (& non ex productis) vna cum omnibus circunstantijs, & qualitatibus ipsorum, & non solum de pertinentibus ad factum ipsum, verum etiam ad tempus pūctuatim, in quo producta indicia concludunt contra reum. Nam tunc omnia inde interrogatoria facienda, quasi essent repręsentata in speculo perspicient, & tunc etiam cognoscent ipsi Commissarij, quibus interrogationibus erunt aggrediendi rei, quę verò ommittendę: quibus argumentis vti contra reum poterunt ad ipsum conuincendum, animaduertent: quibus obseruatis sciant ipsum processum maxima cum iustitię diuinę laude, & non sine pręconio ipsorummet Commissariorum ad debitum finem perducent, vt experientia Deo optimo maximo fauēte nos docuit, dum tali munere causa in arduissima sungeremur, & hęc dicta sufficiant quoad obseruanda a Cōmissarijs respicientia propriam ipsorū pśonā, vt meritorie exequātur munus sibi iniūctū.

a *Chart. vbi supra cap. 2. num. 1.*

b *Chart. vbi supra num. 3.*

9 De secundo proposito examinando, scilicet de obseruandis a Commissarijs respicientibus principaliter personam reorum, plura erūt Deo optimo maximo duce afferenda, quę ipsis subministrabunt copiam reos examinandi, ac contra eos argumentandi: puta, ętas, sexus, valetudo, figura, vires, natio, quę sunt corporis virtutes, vitia, studia, artes, inertia, quę ad animam pertinent. Genus, affinitates, amicitię, opes, honores, quę omnia sunt fortunę munera: An ira, odio, amore, metu, spe, vel cupiditate ad delinquendū moueri potuerit, vbi fuerit, vbi visus sit, & in cuius, vel quorum societate; an aliquid pręparauerit, an cum aliquo sermonem habuerit, vel aliquē conuenerit. An socios fautores, particeps, et auxiliatores aliquos habuerit. An in aliquo loco prater solitum, vel insolito tempore, vel absque causa, vel non cum cōsuetudo habitu, aut certo armorum genere, aut cum aliquibus bonis, aut pecunijs sibi non concessis a suo Pręlato. An aliquod protulerit verbum, vel quid piam fecerit, quod ad delictum prętensum inferat: puta minas, iactationes, verba timorem, vel spem prę se ferentia, & hęc an intercesserint ante delictum, vel tēpore delicti; an paulò post. Pręterea qualitas personę summopere ponderanda erit, cum ex ipsa elicient, quam facillimè normam reos ipsos interrogandi. Nam si inquisitus sit persona grauis, erit diligenter, & cum aliquo decore interrogandus, si simplex simplici interrogatione, & ab ipsamet natura deducta vtendū erit, si doctus, rationibus solidis, & argumentis, & ex deductis in actis secum erit concertandum, vt conuincantur, sed si reus ipse fuerit pertinax, suspectus, vel verbosus, diligentius in eorum interrogationibus erit Commissarijs insistendum; afferendo in medium ea, quibus rei examinandi arbitrio excitetur. Nam assolent tali pacto trahi ad fatendum delictum. Non erit inutile aliquid ipsum monere, ne sit ingratus Deo, qui non permisit ipsum mori in tali crimine. c

De tertio autem proposito, s. de modo seruanda a Commissarijs circa rem ipsam (de qua agitur) scilicet, de crimine prętenso. In primis erit ipsis inuigilandum, vt sciant qualitatem tituli imponendi crimini, de quo erit inuestigandum, scilicet an de furto, rapina, homicidio, stupro, adulterio, verberatione, vulneratione, falsitate librorum computorum, literarum priuatarū, vel de falsitate facta in depositione in iudicio, de periurio, & secundariò considerabunt grauitatē delicti, vel damnum illatum proximo, scandalū indè natum, an sit publicum, vel occultum, & huiusmodi, vel leuis, an factū fuerit in loco profano, vel sacro, an corā Iudice, aut populo, quibus armis, & vnde illa sumpta fuerint.

c *Blanc. in tract. de inst. n. 246. & sequent.*

De criminum varietate. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Reus ob quam causam subire iudicium debet.*
2 *Crimina quadrifaria ratione distinguuntur, vt grauia, grauiora, & grauissima, & qua.*
3 *In criminibus puniendis hominum, ętatumq. ratio habenda est.*

1 Qvoniam autē subire iudicium idcirco reus debet, quod criminibus se obligauit, ob id criminum varietas accuratè describenda est. Nā licet in superioribus bipartito discrimine accommodate fuerint a nobis diuisa; modò minutius eorum distractionem faciemus. Siquidem ex facinorū magnitudine, vindictę etiā ratio sumēda est, vt 24 Regulę nostrę c. continetur. Crimina
2 itaque peritè quadrifaria ratione distinguūtur. Nam alia leuia appellantur, vt ea, in quibus dolus non adest, & per imperitiam, vel culpam sine dolo aguntur: aut quando res, in qua versatur, minima est: Panor. in cap. tuę, de pęnis, hęc aūt ea existimanda sunt, quę in c. de opere manuum quotidiano explicantur, atque de his qui ad mensam, vel ad laudes tardè occurrunt, in c. 46. Grauia verò ea sunt, quorum ratio in capit. quod post completorium nemo loquatur, apertissimè traditur, quibus, & carnium esus, scurrilium q. verborum prolat o adnumeranda erunt, cum ex regulę contemptu fiant. At grauiora cēsenda sunt, de quib. in c. de excommunicatione culparum agitur. Quo loco Card. Turrecre. diligenter animaduertit, sex gradus crimi nū manifestè describi. Postremò grauissima nuncupari merentur, quę ponuntur in c. 28. de ijs qui sępius correcti, non se emenda uerint; hoc est animi peruicacia, ac petulantia, & (vt aiunt) incorrigibilitas, grauissimo criminis loco habenda sunt. Verū n. in ijs facinorū gradib. quamuis plurimū iudicis arbitrio, deferēdum sit, vt Pan. in d. c. tuę
3 asserit hominū tū, ętatūq; rō prudenter hnda ē.

Vt colligitur ex 30. Regulæ cap. de pueris mino
ri ętate. Sed ratione quoque hoc descrimen ac-
cipiendum est, vt in leuibus fecimus, & quidem
grauia ea iudicanda sunt, in quib. & dolus inest,
& magnum Reip. aut alterius personæ incom-
modum affertur. Grauiora verò ea esse sentio,
quæ publica sunt, & in familiæ dedecus verge-
rent. Grauis generis exemplum, periurium, fur-
tum, contumacia, castitatis violatio, ac volunta-
riæ paupertatis, acquisitio peculii, corruptio.
At grauioris publica scortatio, vel sodomiticum
vitium, ceteraque eius generis perniciosissima
scelera. Grauissima autem erunt, suscepti crimi-
nis nulla emendatio, animi obduratio, qua non
modò salutarem emendationem admittere refu
git; sed etiam temere minus, & procacitate de-
prauata, facinora defendere, aut verbis, aut re
ipsa nititur. Omissis ergo culpis leuioribus iudi-
dicij vis omnis in tria reliqua genera conferen-
da erit. Debent verò Prælati studium suum in
ijs rectè considerandis conferre: ne horum di-
scrimen iustitiæ detrimento confundant.

De Infamia. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Infamia descriptio.*
2 *Infamia, quæ sufficit ad inquisitionem instituẽdã.*
3 *Infamia altera iuris, altera facti, & quæ repel-
lat a testimonio ferendo.*
4 *Capitulum generale, potest purgare ab infamia.*
5 *Infamia facti quomodo contrahitur.*
6 *Semel repulsus non potest amplius testimonium
ferre, & quid de fugitiuis, & expulsis.*
7 *Infamia cum constet, & quæ sufficiens est ad in-
quisitionem, an infamatum trahere possit ad
tormenta.*

NOn mediocriter huc spectant, quæ de in-
famia ab eruditis tractari solét, opera ita-
que nostra in huiusmodi explicatione mõ ver-
sabitur: hoc vel uti notiore inducto exordio. In-
1 famia est existimationis apud probos viros fa-
cta commaculatio, vel, vt ait Panormitanus in
cap. vestra, num. 12. de cohabitione cleric. & mu-
lier. est communis locutio ex verisimilibus con-
iecturis, & dixit notanter ex verisimilibus, quia
alias propriè non est fama, saltem quoad iuris
effectum; sed sunt vanæ voces populi, appella-
turq; rumor, id est, parocularis insinuatio ex su-
spicione sola, & incerto authore exorta. Quæ
quidem duo in sua ratione complectitur. Quo-
2 rum vnum si desit, eadem ad inquisitionem in-
stituendam inepta prorsus reddetur, neque ali-
cuius probationis vim babebit. Primò, vt eiusmo
di rumor a pluribus disseminetur, non enim sa-
tis erunt duo, vel tres: sed vt optimè sensit glossa
& Doctores in cap. inquisitionis, in cap. cũ opor-
tet, de accusationibus, Bart. in l. de minore, §. tor
menta, ff. de quęstionibus; nam infamia est ve-
hemens, cum ij, qui huiusmodi sei cognitionẽ
habere possunt, id peruulgant. Affertque exem-
plum. Quod si Episcopus cum clericis degens,
infamia laboret, eius probatio ex portiori illorũ
numero pendet: potiorem autem numerum in-
telligo, omittendo pueros, & mulieres; numeran
do graues viros, atque probos. Deinde id quod
in famiæ notam inducit, non vnica tantum vice,
sed plusquam trina, vt perferatur, necesse est.
Postremo nusquam infamiæ turpitudine quem
quam commaculari sentiendum est, si ab ini-
micis, facinorosisvè hominibus id rumoris dis-
seminetur, aut ab ijs, qui aliqua infamia, aut
vilitate notantur. Sed viri desiderantur gra-
ues, quique longe a calumnijs abhorrere iudi-
centur. Quod inter nos magno studio curan-
dum est, cum quorundam in eo cura omnis ver
setur, vt probos viros, præclarisque muneribus
honestatos, suis dicacitatibus, atque dicterijs,
quoquo pacto obscurent, suique similes pro vi-
rili sua reddant. Iam verò, vt latius horum ra-
tionem indagemus, sciendum est, infamiæ no-
3 men bipartita ratione partiri, vt quędam
sit iuris, quędam verò facti. Prima quidem na-
scitur ex facto sententiavè, de qua iure cauetur,
vt l. quid ergo, §. ex compromisso, & sequenti, ff.
de ijs, qui notantur infam. & per Innocent. in c.
qualiter, & quando, de accusar. Ac is, qui tali la-
4 be aspergitur, nulla est fide dignus; & ob id ad
testimonium ferendum neutiquam idoneus re-
putatur. Est namque fides testimonij funda-
mentum, in cap. forus, de verbo. significatione.
Cumque eius generis macula variè contrahatur,
exempla tamen instituto nostro consentanea af
feremus. Quicunq; publicam inter nos (vt aiũt)
pœnitentiam agunt, videlicet ex suæ professio-
nis gradu deiecti, carceri mancipati, voceve acti
ua (vt aiunt) & passiua destituti, vel qui, vt ma-
ledici, & detractores condemnati sunt. Hostien.
in Summa, in tit. de maled. & est valde notabi-
le; hi omnes ad testimonium ferendum, aut ac-
cusandum nulla ratione idonei cẽsentur. Cuius
quidem est ratio, quod sicut Imperator auferẽs
alicui insignia, aut in exilium mittens, infamẽ
eum reddit, ff. de his, qui not. infa. multò id ma-
gis de supradictis intelligendum est. Quocirca,
apud nos nulla queunt dignitate ornari, neque
ad Comitia generalia familiæ nomine in nũcios
deligi. Nam qui parum sui ipsorum rationem
habuere, consentaneum non est, vt veritatis, &
fidei integrè habeant. Animaduerto tamen, qđ
sicut in Principis, atque Imperatoris potestate
4 positum est, detracta insignia restituere, sic Co-
mitijs generalibus, aut septem virorum integrũ
est, eiusmodi infames purgatos reddere pristino
que cãdori restituere, Pano. c. cũ te, d. sent. & re
iudic. Quod ẽt intelligendũ est de ijs, qui periu-
rij crimine iure fuerint cõdẽnati, c. cũ dilectus,
in fi. de ord. cogn. nisi sententia esset ab arbitro,
d. l. quid ergo, ff. de his, qui not. infa. Infamia aũt
5 facti, quoties ex crimine capitali contrahitur in
c. infames 6. qu. 1. Et si perseuerant, sine dubio a
testimonio ferendo sunt repellẽdi, præterquã si
emendentur. Eadẽ quoq; rõne repellitur, qui a-
6 lias a testimonio repulsus, ut criminosus fuit, vel
apud bonos viros criminis labe, & infamia macu
latur, in c. testimonium, de testib. Quib. profectò
ẽt ij adnumerandi sunt, qui è religione, aut sunt
eiecti, aut ipsi spõte sua aufugerunt. Nõ est quo-
que silentio prætereundũ eius generis infamiã
duob. testib. comprobandã apud graues, atq. bo-
nos viros. Vt eruditè Goffred. & Ioan. Andr. ex
gl. in c. insiquisitionis, §. quæsiuit, de accus. ani-
maduertetũr. Quib. fermè oẽs recensiores sum-
7 ma consensionẽ subscribunt. Dubiũ est, an sola
infamia (cũ iam cõstet eã satis esse ad inquisitio-
nẽ constituendã) vim habeat ad tormenta, vel ẽt
vindictam inferendã? Atq; de primo graniter in-
ter se se dissentiunt Doct. Nam And. Gand. i Ru
brica de quęst. alentem partem tuetur, dicẽs, se-
miplenæ probationis eiusmodi infamiã vim ha-
bere, atq; vno testi esse non absimilẽ, c. illud, &
ibi gl. ext. de pręsump. & c. si quis, extra de purg.
can. Contra alij cẽsuerũt, quos breuitatis cã nũc
omitto.

Digitized by Google

omitto. Id tamen addens, quod ubi aliud indiciũ accesserit, oẽs tormenta adhiberi posse sentiunt, sin aũt nullo pacto, Ang. de malef. & Bart. in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæst. eam sententiam complexi sunt. Vt si infamia esset vehemens, atque a bonis viris exorta, tormenta adhibẽda esse prorsus sentiant, atque decernant. Qua de re iudicis arbitrio plurimum in hac causa esse deferendũ, Bart. sentit in l. fin. ff. de quæst. licet id rarum, sit
8 & constans, quod infamia vigẽte, & inquisitione instituta, si certi nihil reperitur, reus absoluẽdus nõ est, nisi Canonica purgatione indicta. Aequũ est enim, ut is, qui prudentiæ luce abiecta, pravoque ordine progrediens existimationi suæ labem intulit, eiusdem decorem ad aliorum offensionem tollendam, purgatione suscepta restituere cogatur. Quemadmodum habetur de purgatione Canonica. Quæ quidem non solum ex infamia potest constitui, verum etiam cum graue offendiculum, vehemensque suspicio fuerit suo vitio oborta. Cuius certè modus, & ratio loco alio describenda erit.

De Indicijs. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Indicium unde dictum.*
2 *Indiciorum diuisio.*
3 *Indicij definitio.*
4 *Indicij sufficientia ad torturam qua.*
5 *Indicij definitio secunda.*
6 *Indiciorum definitio tertia.*
7 *Indicia nõ sufficientia ad torturam unde oriatur.*

IN vniuersa criminali praxi, alia difficilior nõ reperitur materia, quam ipsa indiciorum non ex sui natura, quamuis circa obscura versetur,
6 sed ex tot, tantisque iurisconsultorum opinionibus, sparsim traditis, & diuersimodè concludentibus, ut arbitrium duntaxat referuetur iudici, licet aliter leges determinent, ius disponat, & ra
1 tio ipsa suadeat. Indicium itaque ab indicando dictum est, ut indicatur, & notificatur, c. studijs, de præsumpt. l. solent, ff. eod. Indiciorum alia leuia, alia grauia, & grauissima Doctores appel-
2 lãt, Blanc. in l. fi. ff. de quęst. nu. 10. alij alio modo distinguunt, ut quædam sint dubitata, alia indubitata Milleus in tract. de indic. num. 4. Quidam verò iuxta tẽpora diuiserunt, ut oriatur, vel ante, in, aut post delictum, Franc. Cason. de indic. & tortur. nu. 7. & Blanc. in d. leg. fi. ff. de quæst. nume. 66. Nonnulli tenuerunt, quod indicium ortum suum haberet, ex persona, causa, facto, vel ex delicto, ut idem Franc. Cason. loco cit. nu. 1. Quamplurimi appellarunt argumentum, Aeg. Boss. tit. de indic. & consid. ante tortur. nu. 4. Multi voluerunt, ut indicium diceretur præsumptio, Abb. in c. 3. loco de probat. allegat. a Mileo in tract. de præsumpt. n. 31. Ceteri, ut esset semiplena probatio arg. l. cum probatio iunct. glo. ff. de probat. glo. in l. fi. ff. de quęst. & aliqui indicium pro coniectura habuerunt, ut Bald. in illa l. non hoc, &c. C. unde legitimi. Indicium igitur quodcunq; descendit, aut ex facto delicti minus concludenter probato, ut si testis unicus omni exceptione maior per proprium sensum uisus, ut eleganter not. Bar. in l. si quis, C. ad l. Iul. maiest. nu. 5. Abb. in c. at si clerici, de indicijs nu. 14. vel proprij auditus, habens uocem notam deponat de delicto, &c. Talis etiam depositio sicut prima de

uisu facit indicium ad torturam, ut latè tradit gl. in l. 6. C. ad l. Iul. maiest. c. si de iureiur. Abb. in c. 1. de deposit. nu. 6. & hoc casu, indicium dicitur
3 delicti semiplena probatio sufficiens ad quęstionem ad eruendam veritatem. Aut oritur ex circunstantijs præcedentibus, concomitantibus, vel
4 sequentibus ipsum delictum, quę circunstantiæ, aut per se se tantum sunt punibiles, vel non nisi secuto delicto. Primæ dicuntur indicia sufficientia ad torturam, aliæ ad inquirendum, & ad carcerandum, ut loquendo de primis sunt minæ de occidendo, quo occiso postea reperto poterit minans torqueri, l. metum, C. quod met. caus. ubi glo. & Doctores in l. fi. ff. de hęred. instit. l. unica, C. si quis Imperatori maledix. confessio extraiudicialis de aliquo crimine commisso, quo perpetrato, talis confessio contra confitentem sufficit ad torturam, Felin. in c. olim de rescript. n. 5. vtroque enim modo supradicto videtur talis minãs, seu post confitens etiam si verum non dixerit, & errorem confessionis f. ctæ nõ probauerit reprehensionem mereri ob animum vltorem, quem habet contra talem, & memini me in ciuitate Ferrariç scientiarum facilè matre, ac nutrice obseruari vidisse, ut si quis iustè timeat aliquem, & timorem per testem licet vnicum probet arctatur minans fideiubere de non offendendo eum, alias incarceratur, & fugiens bannitur prout in suo statuto lib. 3. c. 37. clarè legitur, & cõtinetur quod quidem decretum cum a duodecim sapiẽtibus viris illius inclytæ ciuitatis emanatum fuerit, in quorum numero inter alios adfuisse legitur Franciscum Corneum, Ioannem Baptistam Pignam, Prosperum Pasetum, Hippolitum Riminaldum Pręceptorem meum excellẽtiss. Ronatum Catum Comitem Aluarotum, Equitem Bonifacium Rugerium, Paulum Leonum postea Episcopum Ferrariensem omnes iurisconsultos clarissimos, quorum scriptis tota iam ipsa legalis philosophia, & gloriatur, & illustratur, adhibito placito, & assensu Serenissimi, ac inuictissimi Principis ALFONSI Aestini secundi Ducis Ferrariæ V. Domini mei clementissimi, propterea secuto delicto, iure merito sufficiens indicium erit ad torturam, cum eo adhuc nõ per acto nescio quomodo punitur, ut dictum in vim illius decreti statutorum licet prudentissimi, religiosissimi, ac iustissimi omni tempore, quacunque ætate semper habiti. Alię punibiles per semetipsas sunt, ut mendacium iudici allegatum leg. vnius, §. testes, ff. de quæstion. cap. literas de præsumpt. Anchar. consil 288. & omnis alia coniectura per se quouis modo reprehensibilis, vel punibilis sufficiens erit ad tortu-
5 ram, & indicium hoc poterit definiri, ut sit coniectura ex probabilibus per se etiam punibilis, cuius pœna de alijs etiam quęstio haberi possit, & tali casu lex reum non aggrauat, nam vnico contextu puniendo illud delicti principium mediante quæstione, & tortura, quęrit veritatem alterius grauioris criminis, cuius fuit coniectura, & tunc indistinctè deuenitur ad torturam, licet vltra torturam ipsam reus grauissimè puniatur propter tale commissum indicium, quo ad alia grauiora delicta, sed punibile etiam per se solum, ut de furto dici potest, nam si quis rem raptam penes se scienter retinebit, poterit torqueri pro inueniendo raptore, et furatore, sed quia tantum punit lex raptorem, quam rei raptæ detentorem leg. crim. . n, C. ad l. Iul. de vi public. ideo post indicium ad torturam sufficiens, poterit pœna legis puniri. Ad prob-

dumque indicium huiusmodi requirũtur testes idonei, & concludentes Paul. de Castro in l. Lucius, ff. de his qui not. infam. & Doctores in leg. admonendi de iureiur. & si concurrunt plura indicia similia, tortura infertur grauis, ac bis, & ter repetitur, l. repeti, ff. de quæstion. vbi Marś. num. 1. 2. 3. 4. & seq. vsque ad num. 25. diuerso, & interpellato tempore. Cetera autem indicia per se tantum non punibilia faciunt indicium ad inquirendum, & ad carcerandum quando agitur inter seculares, de quorum fuga timetur, quod secus dicendum est de regularib. Indicium
6 hoc dicitur coniectura, ex probabilibus, & non necessarijs orta, a quibus potest abesse veritas, Bal. in d. l. non hoc, C. vnde legit. num. 6. indicia similia probantur etiam per testes minus idoneos, & si sint mille, non constituunt vnum sufficiens ad torturam, sunt. n. ad instar peccatorum Venalium, quorum numerus vnum non facit mortale. Indicium huiusmodi facit publica vox
7 & fama sine authore, Marś. consil. 3. num. 4. Ias. in repet. l. admonendi, ff. de iureiurán, num 207. Item inimicitia præcedens, Blanc. in l. fin. ff. de quæst. num. 175. Dictum vulnerati, Angel. in l. si quis in graui, §. si quis moriens nume 1. ff. ad senat. Syla. casu tamen, & fortuitò occursi alias si a latronibus publicis probat ad torturam, Abb. num. 5. Buti. num. fi. in cap. 1. de confess. Salyc. in l. quoniam liberi, C. de testib. num. 6. seu crimen passi, Bossius in tit. de stup. detens. in masc. nu. fi. quod procedit si de corpore delicti nõ constat; Sed constando probat concludenter ad torturam, etiãsi sit minor (nam maior muliebra passus non esset) casu quo fortuitò proditorè, vel per vim, & metum stupratus fuerit, vt elegãter in hoc proposito consuluit Plot. inter consil. crim. diuers. consil. 132. lib. 1. numer. 23. & 24. Adeoquod cum alio vult, vt probet concludenter delictum, ita Lodouic. de Alferijs loco citato consil. 143. num. 8. & 9. & Calcan. consil. 110. per totum. Hæc enim per se non faciunt indicium ad torturam, nisi cõcurrant supra allegata, adeo vt in Sindicatu non teneatur Iudex: Sunt enim multum leuia ad quæstionem maxime in Religiosos, & Sacerdotes claustrales, pro quibus indicia supradicta sufficiant.

De Indicijs, ac Tortura. Cap. V.

S V M M A R I V M.

1 *Indicia quid sint.*
2 *Indicia quædam leuia, quædam grauia, quædam grauissima.*
3 *Leuia indicia quæ sint.*
4 *Grauia indicia quæ sint.*
5 *Grauissima indicia quæ sint.*
6 *Leuia indicia quid operentur.*
7 *Ex leuibus indicijs probi, ac bona famę viri capi non debent.*
8 *Regularium iudex in delictis grauissimis vt procedere debeat.*
9 *Indicia grauia quid operentur.*
10 *Indicia vehementia ad condẽnationẽ vt sufficiãt.*
11 *Regularis ex indicijs vehementibus condemnari potest.*
12 *Indicia vehementia quid operentur.*
13 *Indicium idem respectu diuersorum leue, & graue est.*
14 *Luxuria vitium in sene, ac in iuuene nequaquam præsumitur.*
15 *Vitia non sunt in mor gerato, & studioso, ac in parum honesto, ignaro, & otioso suspicanda.*
16 *Ignorantia cunctorum vitiorum est mater.*
17 *Otium vitiorum omnium magister est.*
18 *Iudex leuia, grauia, & grauissima indicia indicare debet.*
19 *Indicia multa, & quæ principaliora sint.*
20 *Confessio extraiudicialis quod indicium sit, & quid operetur.*
21 *Confessio sacramentalis nulli nocere debet.*
22 *Confessio a iudice incompetente vi, aut metu extorta non efficit.*
23 *Confessio coram iudice incompetẽte facta sine vi, aut metu facta graue indicium est.*
24 *Confessio coram iudice incompetente facta, si coram iudice competente reuocetur, quid agendum sit.*
25 *Cõfessio iudici vi persona priuata facta vt noceat*
26 *Confessio in tortura facta deinde reuocata indiciũ ad torturam reiterandam est.*
27 *Tortura vsquequo reiterari ex reuocatione confessionis in ipsa factę queat.*
28 *Solitus delinquere qui dicatur.*
29 *Delinquendi consuetudo quod indicium sit, et quid operetur.*
30 *In fraganti crimine captus, aut repertus, vt a iudice tractandus est.*
31 *Socij criminis dictum quid operetur.*
32 *Duo socij criminis deponentes, aut duo testes inhabiles quid operentur.*
33 *Dictum socij criminis tortura confirmatum quid operetur.*
34 *An aliquando fine tortura sufficiat ad torturam.*
35 *Assertio vulnerati, sollicitati, corrupti, vel mandatarij quid operetur.*
36 *Fama quod indicium sit, & quid operetur.*
37 *Fama vehemens ad torturam sufficiens indicium est.*
38 *Fama vehemens, quæ sit.*
39 *Fama sola quandoque indicium ad torturam sufficiens est.*
40 *Moribus deprauati facilius in peccata labuntur.*
41 *Fama cum fuga graue indicium est.*
42 *Fama cum vno teste, aut alio adminiculo sufficit ad torturam.*
43 *Infamato, si per triennium bene vixerit, fama probata minime nocet.*
44 *Fuga delinquentis, quod indicium sit, & quid operetur.*
45 *Fugiens de carcere, quod indicium facit.*
46 *In carcere detentus indebite fugere potest.*
47 *Statim post fugam ad carceres rediens non est puniendus, vt fugitiuus.*
48 *Inimicitia quod indicium sit, & quid operetur.*
49 *Minæ quod indicium sint, & quia operentur.*
50 *Phisionomia quod indicium sit, & quid operetur.*
51 *Res furata apud aliquem inuenta, quod indicium sit, & quid operetur.*
52 *Res alicuius in loco delicti inuenta quod indicium sit, & quid operetur,*
53 *Testis qui vis de visu quod indicium faciat.*
54 *Indicia duo per se insufficientia si concurrãt, quid faciant.*
55 *Testis de auditu, alijsue sensibus, quod indicium faciat.*
56 *Testi deponenti se vidisse de nocte vt creditur.*
57 *Variatio, Vacillatio, & mendacium, quod indiciũ faciant, & quid operentur.*
58 *Rubor, Palor, Inconstantia, tremor, & similia, quod indicium faciant.*
59 *Indicia oportet esse probata, & quomodo probẽtur.*

60 *In-*

Digitized by Google

60 Indicia probanda quæ sint.
61 Indicia a quibus petenda sint, & per quos probanda.
62 Tortura genera, quibus Iudices vtuntur, Regularibus minime conueniunt.
63 Tortura regularibus adhibenda quæ.
64 Regulari carcer ad custodiam vt dari queat.
65 Cum Regulari datur carcer ad custodiam, vel ad torturam, id in actis ponendum est.
66 Carcer ad pœnam Regulari datus illum reddit infamem.

1 DE Indicijs, quæ signa sunt quædam præsumptionem præferentia, quod quis delictum aliquod perpetrauerit, verba facturus,
2 primo illa cum Doctoribus in leuia, grauia, grauissimaque distinguam: quorum omnium notitia iudici maximè necessaria est, præsertim cum Inquisitionis via procedit, enimuero ad ipsum delinquentem inuestigandum opus est, vt generatim assumat indicia, speciatim vero, si certus est ipse delinquens. Alias indiciorum diuisiones qui volet, videat apud Farinac. q. 36. nu. 35. 44. 58. & 65.
3 Leuia indicia, siue simplicia, quæ & suspiciones leues appellari queunt, illa dicuntur, quæ ex leuibus coniecturis procedunt, vt dictum testis inhabilis, fama sola, vulnerati assertio, & similia; quæ licet ad inquirendum contra nominatum sufficientia sint: non attamen ad illum constituendum, neque ad torturam illi, si negauerit, inferendam sufficiunt.
4 Grauia indicia, siue vrgentia, quæ & suspiciones vehementes, & semiplenæ probationes nuncupari queunt, illa dicuntur, quæ ex magnis, & solidis proueniunt coniecturis, vt confessio delicti extra iudicium ab inquisito facta; fuga ipsius post perpetratum delictum ante inquisitionem formatam, & captas informationes; dictum testis inhabilis tortura firmatum, & eiusmodi: quę nedum ad inquirendum contra aliquem: verum & ad torturam eidem inferendam sufficientia sunt.
5 Grauissima indicia, siue indubitata, quæ & violentæ suspiciones, & plusquam semiplenæ probationes nominari possunt, illa dicuntur, quę ex maximis, & iudicis animum conuincentibus coniecturis nascuntur, ex. gr. si quis de aliqua domo vnum tantum ostium habente cum euaginato ense, ac sanguinolēto, facieque turbata visus exire fuerit; & in illa domo occisus homo reperiatur, illum tale homicidium commisisse violentum hoc erit indicium: si quis cum alterius vxore in lecto iacere inuentus fuerit, illum adulterium cum ea perpetrasse violentum quoque indicium profecto erit; & huiusmodi alia, quæ ad condemnationem quoque, nedum ad torturam sufficiunt: eliciuntur hæc ab ipsis Doctoribus, præsertim a Iulio Clar. lib. 5. §. fi. quæst. 20. & Prosp. Farinac. q. 36. & seqq.
6 Circa indicia leuia notandum est, quod sufficiunt ad inquirendum, & ad informationes cōtra nominatum capiendas, atque etiam ad illius capturam, si de fuga dubitetur: non tamen ad illum constituendum sufficiunt; & multo minus ad illum tormentis examinandum. At vero iudex (quod attinet ad nominati capturam) caute procedere debet.
7 Ex leuibus namque coniecturis, ac indicijs ad viri probi, & honesti capturam deuenire minime debet: verum contra illum secreto inquirere potest, etsi plusquam leuia indicia emerserint, tunc procedere poterit ad capturam ex iis, quæ habet Fr. Pegna comment. 80. in 2. par. Dir. inquisito.
8 Quo modo Regularium iudex in delictis grauissimis procedere potest, ac debet. Etenim regulares inter captura, aūt carcere ad custodiam nisi in huiusmodi grauissimis delictis vti minime debet: verum aut silentium indicere, aut Monasterium, aut cellam pro carcere, aut quid simile in grauioribus delictis in virtute sanctæ obedientiæ inquisito assignare poterit ipse iudex, in omnibusq; procedere iuxta delicti grauitatem, personarum qualitatem, ac sumet prudentiam.
9 Circa indicia grauia notandum est, quod sufficientia sunt nedum ad nominati capturam: verum & ad ipsum constituendum, siue interrogandum: atque etiam ad torturam illi, si delictū fassus minime fuerit, inferendam: non autem ad illius condemnationem sunt satis.
10 Nemo etenim ex præsumptionibus, ac indiciis vehementibus in criminalibus, pœna saltem ordinaria condemnari debet.
Præsumptio enim licet ad absoluendum sufficiat: ad condemnandum tamen minime satis est, l. merito, ff. pro socio. nisi testis vnus ei saltem adiungatur: probat Cæsar de Graf. deci. 174. nu. 12. Sed bene alia pœna iudicis arbitrio puniri potest; vt optimè docet Boer. in decis. 164. num. 6. quem refert, ac sequitur Pegna loc. cit. verfic. sed hanc sententiam.
11 Qua pœna arbitraria Regularis, cōtra quem indicia huiusmodi vehementia fuerint, poterit condemnari; maximè cum regulares inter in vsu tortura, qua hæc purgantur indicia, minime fit, per dicta ab Ant. Gomez, tomo 3. Var. resol. cap. 13. quo casu tamen caute procedendum est, & indicia meridiana luce clariora sint, necessarium est.
12 Circa indicia vero grauissima notandum est, quod licet ad condemnationem sufficiant, cum in illis iuris præsumptio sit, ex qua ad criminalem punitionem, & pœnam ordinariam Criminis imponendam deueniri potest. Barto. in l. sīc est manifestus, num. 1. ff. de furtis. Ludou. Bologni. l. sciant cuncti, C. de probat. Farinac. qu. 52. numero 54. aliqua tamen probatio, excusatioue Rei admittenda est: quemadmodum superius cap. 10. nu. 15. dictum fuit; & quoque pœna extraordinaria iudicis arbitrio puniri Reus ipse debet: nisi delictum esset atrocissimum, vt assassinium, simonia, crimen læsæ maiestatis, aut violatæ religionis, & huiusmodi: hæc namque & mitior, & securior sententia est, quam probat Clar. d. q. 20. cit. ver. scias tamen, circa finem, & seq. & quæst. 21. vers. penul. Farinac. loc. cit. nume. 59. & seq.
Aduertendum præterea est, in hac indiciorū materia regulam tibui certam minime posse. Idem namque indicium est vnius respectu leue, quod alterius respectu graue iudicandum est, & è conuerso. ex gr.
14 Luxuriæ indicium in sene, ac in iuuene; in viro honesta, bonæque vitæ, ac in eo, qui inhonestus, & prauæ conuersationis est, par esse nequit.
15 Simili modo vitia reliqua non ita facile in viro morigerato, ac studioso, ac in viro liberę vitæ, aut ignaro, aut otioso suspicanda, pręsumendave sunt.
16 Cunctorum etenim vitiorum mater ipsa in-
17 scitia est, cap. 1. 38. distin. eorumque magister otium. Eccl. 33. Multam malitiam docuit otiositas.

Digitized by Google

18 Quare iudicis prudentis arbitrio, quæ lenia indicia sint, quæue grauia, & quæ grauissima, relinquitur iudicandum. Contad. Lancel. in pract. tit. de Inquisit. nu. 33. Farin. q. 8. num. 46. Nonnulla tamen principaliora adducam indicia, ex quibus ipse iudex cetera discernere poterit, illa vero sunt.

19 Confessio extraindicialis. Delinquendi consuetudo. Deprehensio in fragranti. Dictum socij criminis, aut sollicitati, aut vulnerati, aut corrupti, aut mandatarij. Fama, siue Infamia præcedens. Fuga post perpetratum delictum ante formatam inquisitionem, & informationes assumptas. Inimicitia grauis, & Capitalis. Minæ præcedētes. Physionomia. Res furata apud aliquem reperta. Res alicuius inuenta circa locum, vel in loco delicti. Testis de visu, vel de auditu, vel alio sensu. Variatio, seu vacillatio, seu mēdacium, seu inconstantia, seu pallor, seu rubor, seu tremor ipsius Rei. Hæc omnia qualia indicia sint, quidue operentur, explicabo.

De Confessione Extraiudiciali.

20 PRimum itaque indicium Confessio extraiudicialis est. ex. gr. si quis inter amicos, alibive existens se tale furtum, vel adulterium, vel quoduis aliud genus delicti perpetrasse dixerit, huiusmodique delicta commissa fuisse constiterit, si confessio huiusmodi per duos testes conformes legitimè probata fuerit; contra confessum indiciū vehemens est, & ad illum torquendum, si delictum negauerit, sufficiens. Farinac. q. 33. num. 16. & q. 37. num. 47. idque omnes vno ore fatentur, probat Pegna. comment. 110. in 3. pat. Dir. inquisit. in appendice, post Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 13. nume. 8. & 9. Clar. loc. cit. q. 21. ver. confessio extraiudicialis.

21 Quod verum est, nisi talis confessio soli Sacerdoti legitime facta fuisset, illeque, aut ebrietate, aut malitia ductus delictum propalasset, eo namque casu talis confessio nullum effectum contra confessum produceret, probat idem Pegna commen. 22. in 2. pat. dicti Direct. inquisit. ver. omissis multis, ex cap. si sacerdos, de offic. ordina. post Gomez. loc. cit. Farinac. quæst. 51. nu. 97. Pegna com. 25. in 2. pat. Dir. inquis. post medium, vers. ommissis multis.

22 Aut etiam nisi a iudice incompetente vi, aut metu extorta fuisset, neque enim etiam tunc ipsi confesso noceret, Doctores ita sentire ait Aug. Berous in c. at si clerici, de iudi. nu. 126. Farinac. q. 37. nu. 96. 97. & 104.

23 At vero absque vi, metuque facta confessio coram iudice quouis incompetente vehemens indicium, ad torturamque sufficiens profecto est, probat Clar. d. q. 21. ver. sed hic quæro, & se-

24 quenti, licet coram iudice competente fuerit reuocata, nisi forte in huiusmodi reuocatione spōte ab ipsomet reuocante facta, ipse affirmaret, se ita coram iudice incompetente dixisse tormentorum metu. Clar. vbi supra, versic. sed quid si Reus. Verum in tali casu ipse iudex consideratis considerandis, quid agendum sit, poterit iudicare.

Confessio quoque in vno iudicio facta, licet non valeat ad condemnandum in alio, attamen valet ad inquirendum, probādum, ac torturam, probat Cæsar de Graf. decis. 148. nu. 6.

25 Et quoque si coram iudice vti priuata persona quis delictum confiteretur; huiusmodi confessio indicium faceret ad torturam. ex ea tamen Reus condemnari minimè posset, vtrunque multis probat idem Clar. loc. cit. ver. sed hic cadit, & Cæsar loc. cit. nu. 9.

26 Amplius, si delictum quis in tortura existens confiteretur; ad ratificandum huiusmodi confessionem postea ductus, illam reuocaret; denuo torqueri posset; quod vsu receptum esse docet Iacobus Simancas de hæret. cap. 63. nu. 42.

27 Attamen procedendum in infinitum non esset, si quis iterum, & sæpius huiusmodi reuocationem faceret: verum vsque ad tres vices, & nō vltra retorqueri posset. Clar. vbi supra, ver. vlterius quæro. Farinac. q. 38. nu. 99. & 105. Pegna. d. com. 31. Gomez, Carrarius, & alij. Id nanque innocentiæ signum esset, illumque tormētorum vi superatum, quod non fuit operatus, confiteri, & hoc verum est, si Reus tormentorum vi se cōfessum fuisse dixerit, alia de caussa spatium ei tribuendum est ad probandum adducta. Vide Farin. vbi supra, num. 102.

De consuetudine de'inquendi.

28 SEcundum indicium est Delinquendi consuetudo, nam qui delinquere solitus est in aliquo criminis genere, alias quoque in eodem genere delinquere præsumi potest, iuxta regulam semel malus, de reg. iu. lib. 6. & l. si cui, §. 1. ff. de accusationibus.

Solitus autem delinquere dicitur, qui eodem genere mali bis, vel ter deliquisse conuictus est. Farinac. q. 20. num. 43. Innoc. in cap. 1. de fideiusso. ex. gr. qui bis, vel ter blasphemasse cōuictus fuerit, alias quoque illum blasphematurum fore præsumitur, & sic in alijs delictis.

29 Consuetudo ista delinquendi per se leue indicium est, Batt. & Salic. in l. fina. C. de quæst. at quomodocunque adminiculata graue facit indicium, & ad torturam sufficiens. Bald. in l. quidem, C. de accus. Iason. in l. 1. cod. tit. Farin. q. 23. nu. 22. & si per triennium quis bene, & laudabiliter vixerit; consuetudo ista illi nocere minime debet. Farin. loc. cit. nu. 26.

De Deprehensione in frangranti crimine.

30 TErtium indicium Deprehensio in fragranti crimine est. ex. gr. siquis a Satellitibus captus fuerit, aut a superiore cum testibus repertus in aliena domo, vel officina, vel cella de nocte; aut solus cum sola clauso ostio, & spoliatus. Et in huiusmodi casibus, in quibus delictum non constat, sed præsumitur fuisse commissum, nam si quis repertus esset in fragranti, dum delictum commisit, iam hoc non diceretur indicium delicti, sed ipsummet delictum notorium.

Hoc indicium est vehemens, & valde graue, ideoque ita captus, vel repertus continuo a iudice interrogari super facto ipso vtique potest, & si confessus fuerit, condemnari, si vero negauerit, grauiter torqueri. Quare in huiusmodi casibus Deprehensio in fragranti indicium per se ad torturam erit, nullo alio adminiculo requisito. Clar. loco cit. quæst. 19. vers. primo.

Digitized by Google

De dicto socij criminis vulnerati, &c.

31 QVartum indicium est dictum socij criminis, aut vulnerati, aut sollicitati, aut corrupti, aut mandatarij.

Istorum quorumcunque dictum, si ipsi accusatores sint, aut denuntiatores, iudici viam aperit ad inquirendum super tali delicto ab illis proposito contra accusatum, vel denunciatum. Blancus de indicijs, nu. 389. qui hanc ibi affirmat esse communem.

Si vero iurati aliquem veluti testẽ nominauerint, leue indicium faciunt ad inquirendum, & ad informationes capiendas vtique sufficiẽs: non autem ad Reum constituendum, nec ad torturam, cum testes inhabiles illi sint. Boer. decis. 319. Ioan. de Anania, cons. 59. Thom. Grammat. nu. 14. Farin. q. 43. num. 39. iunctis, nu. 147. & 155. Vide Mascar. de probat. concl. 1311 nu. 14. iuncto, nu. 53. & hęc verior, & receptior sententia est.

Quod si aliquod aliud indicium cum tali dicto concurrat, constitui, ac torqueri Reus ipse tunc poterit. Salic. in l. fi. circa finem, ver. sed ego respondeo, C. de accusat. Bossi. de indic. nu. 149. quos alij Doctores passim sequuntur.

32 Si autem duo socij criminis aliquem contra deponant, si ille negauerit, tormentis quoque subijci poterit.

Quod etiam est affirmandum, si duo testes alias inhabiles de ipso facto contestes deponant. Boer. d. decis. 319. Clar. d. qu. 21. vers. sed pone. Farin. q. 43. nu. 39.

Testes nãque alias inhabiles ex pluribus coadiuuantur, & supplentur. Cæs. de Graf. decis. 174. num. 2. Numerus enim testium defectum supplet. probat idem decis. 175. num. 8. licet omnes illi exceptiones patiantur. ibi. num. 9. Iac. Butrig. & alij, quod intelligendum est ad torturam, non ad condemnationem. Farin. loc. cit.

33 Similiter dictũ socij criminis tortura illi propterea adhibita firmatum, vehemens indicium est, atque ad torturam sufficiens. Clar. q. 45. ver. fin. Farinac. d. q. 43. num. 137. nisi inimicus, criminosus, vel huiusmodi sit. Farinac. num. 179. id nemo non asserit; tormento namque purgata illius infamia est, non autem aliæ inhabilitates. Hier. Gigas de crim. læsæ maiest. vers. scias autẽ.

34 An vero aliquando sine tortura sufficiat, Cla. loc. cit. ver. scias autem. negat. Iaco. vero Simancas, tit. 46. de catholicis instit. affirmat: personarum, delictorum, & aliarum circumstantiarum attenta qualitate, maius, minusve indicium facere: cuius opinio dubia est: certior aũt prima, atq; securior. Menoch. de arb. iud. q. casu 474. nu. 50. Mascar. de probat. vol. 3. concl. 1311. nu. 38.

35 Assertio similiter vulnerati, sollicitati, corrupti, & mandatarij est ad inquirendum satis: verum ad torturam (nisi adsit aliud adminiculum) minime sufficit, vt superius dictum est. Clar. d. quæst. 21. ver. ex hac, & vers. assertio vulnerati. Boss. loc. cit. num. 160. vt Fuga, Fama, Minæ, vel etiam alicuius delatio. Farinac. q. 46. nu. 35. & 52. & q. 44. num. 2. vel inimicitia. Io. Mar. Monticel. reg. cri. 4.

De Fama.

36 QVintum indicium Fama ipsa, siue Infamia est, dicitur autem Fama rumor publicus, quod quis delictum aliquod perpetrarit, quæ ortum ducere debet a viris: nisi sit de re melius, vel æque feminis perspecta. Farina. q. 47. nu. 161. Fama sola regulariter leue indicium est ad inquirendum: non autem ad torturam sufficiens. Bartol. in l. milites, C. de quæst. Ant. de Butrio, & communiter Doctores in cap. veniens el primo, de test. Ioan. Andr. in additio. ad Speculat. tit. de probat. §. videndum, ad nume. 19. verbo sciant. Marsil. singul. 97. Petrus Duenas. in regu. 30. Fallentia 4. Clar. d. q. 21. ver. 1. Farina. d. q. 47. nu. 4. & seq. & alij communiter.

37 Nisi fama vehemens illa sit. Bart. consilio 191. Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace tur. fir. in vsi. feud. Felin. in capit. veniens el primo, de test. Mars. in pract. crim. §. diligenter, numero 19. Tho. Grammat. decis. 34. num. 52. Duenas in regula 301. limit. 1 Farin. d. q. 47. nume. 28. & seq. Martin. Delrius, to. 1. Disq. Mag. lib. 5. sect. 3.

38 Vehemens autem fama dicitur, quæ a personis honestis, & fide dignis originem trahit, quæ bonos, & amicos aliquem contra mouere solet. Et quæ statim oritur aliquem contra perpetrato delicto, & similes, quas iudicis arbitrio relinquendas fore iudicandas docet Marsil. in l. de minore, §. plurimum, num. 30. & Gramm. decis. 34. num. 53.

Ideo qui huiusmodi laborat infamia, vel quẽ eiusmodi fama lædit, absque alio indicio constitui, tormentisque, si negauerit, subijci poterit, quod præcitati Doctores affirmant vniuersi.

39 Et quoque fama sola sufficiet, cum alias malę opinionis, & famæ, malisque moribus præditus ipse infamatus erat. Gandinus tract. de maleficijs, in rubr. a quo, vel a quibus possit incipere fama, nu. 12. Duenas in d. reg. 301. limit. 3.

40 Qui etenim deprauatis morib. præditi sunt, facilius in mala, & peccata labuntur.

41 Amplius Fama cum ipsius infamati Fuga indicium quoque ad torturam facit, authen. de exhibendis reis, §. si vero, authen. de sanctissimis episcopis, §. si quis autem. Ioan. Imola, & Felin. in ca. nullus, de præsumptio, nu. 6. Gomez, to. 3. var. resol. c. 13. nu. 10. ver. quartum indicium.

42 Præterea Fama cum vno teste indicium est ad reum, siue infamatum tormentis examinandum sufficiens. Bart. consi. 191. Paris de Puteo in tractat. Sindicatus, ver. fama, num. 3. Blancus, tr. de iodicijs, nu. 315. siue cum alio quouis adminiculo. Gratus cons. 57. nu. 8. lib. 2. Clar. d. q. 21. versic. 1. cit.

43 Quod si diffamatus per triennium proximũ, & continuum se bene, laudabiliterque vixisse, bonæque vocis, conuersationis, & famæ fuisse probauerit; mala fama contra illum probata, illi nequaquam officiet; verum tanquam in tortura purgata censebitur. Salic. in l. si minorem, nu. 2. C. de in integr. restit. mino. Gramm. super c. Regni. nu. 7. Clar. loc. cit. in fine. Mascar. lib. 2. de probat. concl. 748. num. 8. Fama vero probata esse debet, de qua re vide superius, non autem procurata, & affectata. Bal. & Salic. in l. ea quidem, C. de accusat. Farin. d. q. 47. num. 180.

De Fuga delinquentis.

44 SExtum indicium Fuga delinquentis est, quæ iodiciũ ad torturã sufficiẽs est, si ante formatam inquisitionem, aut captas informationes post delictum commissum aliquis fugiat. est .n. huiuscemodi Fuga delicti ab eo commissi vehemens argumentum, & graue. Bossius de iodicijs, nume. 49. Mascar. lib. 1. de probat. conclu. 531.

&

Digitized by Google

& 819. At vero si post ipsam inquisitionẽ formatam, vel post citationem fugiat, Fuga nequaquam contra illum sufficiẽs indicium est, id omnibus doctoribus in confesso est. Blancus de indicijs, num. 181. Gomez. l. 76. Taur. num. 12. & tom. 3. var. resol. cap. 13. num. 10. Carrer. in pr. crimi. num. 112. vers. tertium indicium. Clar. d. q. 21. vers. Fuga delinquentis. Farinac. quæst. 48. nu. 27. & 30.

Quod attamen est in capitalibus caussis tantummodo verum; naturale etenim cuique est mortem ipsam, illiusvè periculum declinare, in caussis autem nõ capitalibus siue ante, siue post aliquis fugiat, Fuga cum Fama coniunctа indicium ad torturam sufficiens est. Ioa. de Amicis, consi. 37. num. 5. & consi. 131. nu. 5. Farin. loc. cit. num. 33.

Quod si citatus sponte comparuerit; ipsa Fuga contra eum nullum, vel leue facit indicium. Bartol. in l. quis sit fugitiuus, §. 1. ff. de ædi. edic. quem nemo ceterorum Doctorum non sequitur, vt affir. Ioan. de Amicis cit. consi. 7. nu. 19. & consi. 85. num. 8. Farinac. q. 48. numero eodem, & sequentibus.

45 At vero si quis de carcere publico, in quo legitime detinetur, carceribus fractis aufugiat; huiusmodi Fuga contra illum plenam delicti probationem inducit. Boer. dec. 215. nu. 9. Gomez. cap. 9. delicto, num. 11.

Quod si absq; carceris fractione fugiat, quia iuris ordine minime seruato, vel indebite fuit carceratus: nequaquam pro confesso habendus est, hanc affirmat esse communem Rol. consi. 7. num. 47. lib. 1.

46 Potest namque indebite detentus in carcere, si commodum illi sit, ab ea fugere. Couuar. lib. 1. var. resol. cap. 2. nu. 11. Duenas regula 393. lim. 4. neque tenetur ad carceres redire, etiam si iuraſset se rediturum, glos. in Clemen. pastoralis, ver. per violentiam. Couuar. loc. cit. num. 7. Nauar. in Man. c. 12. nu. 18. & alij communiter.

47 Si autem post fugam sponte redierit, minime puniendus vt fugitiuus est. Boer. d. decis. 215. nu. 18. & seq. Clar. loc. cit. ver. tertio autem, in fine, iuncta vero Fuga cum alijs adminiculis indiciũ facit ad torturã sufficiẽs. Farin. loc. cit. nu. 69.

De Inimicitia.

48 Septimum indicium Inimicitia ipsa est: euidens tamen, & probata in specie. Farin. q. 49. nu. 127. & seqq. probatur vero coniecturis, ibid. num. 130. Quæ si leuis existat, nullum facit indicium. Si vero grauis, & capitalis est, indicium plusquam leue facit ad inquirendum, & ad capiendas contra inimicum informationes, atque etiam ad illius capturam, & constitutum, Blanc. de indicijs, num. 175. Clar. d. q. 21. ver. inimicitia, nisi de offendente constet, vel offensus habeat plures inimicos, eo namque casu attenditur grauior, & recentior, ac pluribus indicijs adminiculata, Farin. d. q. 49. nume. 114 & seqq. minime tamen sola absque alio indicio satis ad illum torturæ subijciendum est. Gomez. cap. 13. delicto. nu. 11. Carrer. in pract. crim. num. 118. Tho. Grammat. voto 30. num. 20. & voto 34. num. 7. Boss. titu. de indicijs, nu. 47. at vero cum alio adminiculo erit vtique indicium ad illum torquendum sufficiens, ex Doct. supracitatis, & Farin. d. q. 49. num. 102. & seqq. sola quoque facit indicium ad torturam sufficiens in delictis occultis, & difficilis probationis, Farin. ibid. nu. 109.

De Minis.

49 Octauum indicium Minæ delictum præcedentes existunt, quæ a viro quocunque prolatæ indicium faciunt ad inquirendum contra illum, qui minatus est, si delictum fuerit cõsequutum, ex. gr. vulneratus est Ismael, Titius cum illo die quadam præcedenti verbis contenderat, & illi fuit minatus eum, nequaquam impunitum relicturum, vel quod se vlcisceretur, vel alijs verbis, aut etiam nutu manus, vel digiti motu, huiusmodi minæ contra Titium indicium ad inquirendum vtique sunt, etsi ignoretur quis Ismaelem vulnerauerit, & alius nõ adest inimicus, ad ipsum Titium quoque torquendum sufficiunt. Imola in l. fin. numero 10. ff. de hæred. instit. Carrer. vbi supra, numero 126. Blãcus loc. cit. num. 183. Farinac. quæst. 50. numero primo, & seqq. quam teneri communiter affirmat Bossius, vbi supra, num. 44. & multo magis si aliqua adminicula accesserint. Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 89. nu. 62. Farinac. loc. cit. nu. 29.

De Physionomia.

50 Nonum indicium Physionomia est, quæ per se quidem nullum, vel leue, facit indicium; at cum alio adminiculo plusquam leue facit, non tamen ad torturam sufficiens, at solũ ad inquirendum, ad capiendas informationes, & ad constituendum illum, qui malæ physionomiæ est. Bald. in l. 2. C. quo. appel. non recip. Marsil. in pract. crim. §. expedita, numero 53. & seq. Farinac. q. 52. num. 105. & seq.

Quemadmodum enim ex bona Physionomia homo ad virtutem inclinatus præsumitur: ita ex mala Physionomia illum ad scelera esse clinem iudicatur; iuxta sapientis dictum. Eccli. 19. Ab occursu faciei cognoscitur homo, & Platonis sententiam in Symposio, quo loci dicebat. Vt sunt quidam fontes, qui potu pecudũm, atque etiam hominum cutem, & pilos tingunt albo, nigroue colore; ita relucet etiam in ipso hominis vultu, & fronte, quibus præceptis imbutus sit &c. Indicium tamen hoc in multis valde fallax esse ipsa docet experientia.

De Re furata apud aliquem inuenta.

51 Decimum indicium est Res furata apud aliquem inuenta, quæ contra malæ famæ personas indicium est ad torturam sufficiens; nisi a quo habuerint ipsi dicant, ac probent. Bar. in l. fin. num. 5. ff. de quæst. quam esse communẽ tradit Marsil. consil. 130. numero 42. & Roland. consi. 45. nume. 39. & seq. Farinac. quæst. 37. numero 48.

Quod si apud aliquem bonæ famę virum, vel etiam apud illum, qui huiusmodi res mobiles vendere publicè solet reperta fuerit, & rem illã furatam palam teneat; nulla contra eum suspicio erit. Clar. d. q. 21. ver. si res furata.

De Re alicuius inuenta circa locum delicti.

52 Vndecimum indicium est Res alicuius inuenta in loco, vel circa locum delicti. ex. gr. occisus fuit Ieroboamus in tali loco, in eodẽ loco apud occisum, vel circa illum inuentum est pallium, vel pileus, vel gladius, vel quid aliud, quod testibus idoneis Titij esse probatur, tale quid

quid inuentum graue contra Titium ad torturam sufficiens indicium est: nisi quomodo illud ibi fuerit asportatum, & docuent, & probauerit, præsumitur etenim illud ibi Titium reliquisse, vt citius fugeret, vel sibi non aduertenti cecidisse, aut in delicti commissione, aut perpetrato delicto, ex Docto. cit. præsertim Farin. d. quæst. 52. num. 74.

De Testibus de visu, auditu, aliisve sensibus.

53 Duodecimum indicium est Testis de visu, vel auditu in his, quæ solo auditu percipi queunt, cuiusmodi sunt blasphemiæ, minæ, iniuriæ, & similia, vel etiam de aliis sensibus corporeis tactu, olfactu, gustu in ijs, quæ solis huiusmodi sensibus percipiùtur. ex. gr. de tactu, quod aliqua corrupta sit necne, de olfactu, quod aliquis vinum biberit, necne, vel quod puluerem sclopetarium, aut muscum, aut quid simile contrectauerit, de gustu quod vinum, acetumve esset, & huiusmodi.

Testis alias inhabilis de maleficio deponens de visu cum de corpore delicti constat, ad inquirendum contra nominatum, & ad informationes contra illum assumendas indicium leue est. Boss. tit. de indiciis cit. num. 6. Clar. d. quæst. 21. vers. vnius testis. Farinac. q. 37. num. 56.

54 Cum fama vero iunctus, aut cu in alio teste inhabili, siue alio indicio graue indicium facit ad torturam sufficiens, quemadmodum supra num. 40. dictum est, idem dicendum est, quando duo indicia insufficientia concurrunt; vt fama cum fuga, fuga cum inimicitia, minæ cum fuga, & huiusmodi.

Testes quoque singulares circa idem delictū proxima indicia deponentes, vt si vnus diceret, vidi Titium vulnerantem Acabum: alter vero vidi Titium cum ense euaginato, & sanguinolento fugientem; indicium faciunt ad torturam.

Quod si testis omni exceptione maior sit, & de visu deponat, vel de alio sensu corporeo, ita vt concludat; semiplenam facit probationem, & indicium ad torturam sufficiens, vt supra dictum est cap. 17. num. 86. & seq. nisi contra illius depositionem esset aliqua coniectura, Farin. d. q. 37. num. 57.

Testis vero de auditu ex. gr. qui diceret audiui Titium percutientem Eleazarum, quia illius vocem cognoui, idem quod testis ipse de visu operatetur, si adeo ipsius Titij vocem haberet notā, vt decipi minime posset. Clar. loc. cit. Farinac. q. 62. num. 45. & q. 69. num. 164.

Attamen huiusmodi vocis iudicium admodū fallax est; & in ijs, quæ visu percipi queunt, non ita facile admittendum.

55 In ijs autem delictis, quæ voce consumuntur testis de auditu idem, quod testis de visu operabitur, simili modo testis de alio sensu, creditur enim obstetrici deponenti cum iuramento aliquam esse, vel non esse corruptam, & hęc est doctrina communis.

56 Quod si testis aliquis de visu deponat se de nocte vidisse, nisi dixerit, quod Luna lucebat, siue quod ibi lumen erat accensum; illi minime creditur, Boss. num. 72. loc. cit. Clarus vbi supra. Farinac. d. q. 62. nu. 39. & alii communiter, videtur etenim, & præsumitur stulte loqui: nisi forte in loco propinquo esset, quod videre etiam de nocte posset, maxime si acuti visus esset. Farin. ibidem num. 42.

De Variatione, Vacillatione, Mendacio, Rubore, &c.

57 Tertiumdecimum indicium Variatio est; vacillatio, mendacium, inconstantia, rubor, pallor, tremor, & huiusmodi. Variatio, Vacillatio, ac Mendacium, si committantur circa delicti substantiam ab eo, qui non est aut obliuiosus, aut stupidus; vtiq; indicia ad torturam sufficientia erunt. Paris de Puteo in tract. Sindicatus, verbo tortura, el primo, vers. nisi de indicijs. Carrer. in pract. crim. num. 119. & seq. Farinac. q. 52. nu. 20. & seq. & q. 66. nu. 100.

Quod si circa extrinsecas, & remotas delicti circumstantias committantur, non facient indicium graue, ad torturamq; sufficiens huiusmodi variationes. Pegna comm. 110. in 3. par. Direct. inquisito. vers. sed in hoc articulo.

Neque etiam si circa substantialia; si varians, vacillans; & mendax incontinenti se correxerint, aut obliuiosi, stupidive fuerint.

Potest quoq; esse, quod aliquis variet, vacillet, & huiusmodi timore iudicum, infamiæ, ac magnitudinis periculi: quod prudens index debebit aduertere, ipsumque constitutum de his amabiliter admonere.

Si etiam cum variatione, vacillatione, ac mandacio alia concurrant adminicula, ex. gr. quod varians, vacillans, mendax, suspectus alias, aut infamatus de eodem fuerit delicto: indicia in tali casu ad torturam sufficientia illa erunt. Pegna loc. cit. ver. rursus præter. ex Iul. Clar. loc. cit. & Simanca de Cathol. instit. tit. 65. nu. 33. Farin. d. q. 52. num 48.

58 Rubor autem, Pallor, Inconstantia, Tremor, & similia, indicia minime sufficientia sunt ad torturam: aliqualem tamen præsumptionem inducunt. Bart. in l. fin. nu. 3. ff. de quæst. & Carrer. loc. cit. nu. 120. quam esse communem affirmat Simancas de hæret. c. 63. nu. 24.

Iudicis prudētis arbitrio, an indicium aliquod huiusmodi passiones faciant, relinquitur iudicā dum, qui personarum, & rei considerata qualitate, quid agendum sit, iudicabit, aliqui enim etiam innocentissimi ad ipsorum indicum præsentiam, ac superiorum ita obmutescunt, vel turbantur ob naturaliter illis insitam timiditatem, vt vel non respondeant, vel quid dicant, nesciant: licet alias, & sapientissimi, & prudentissimi sint, vt recte aiunt Paris de Puteo loc. cit. Clar. vbi supra, ver. ceterum, & Pegna, d. comm. 110. ver. quamobrem. Nouel. reg. 143. Farinac. d. quæst. 52. num. 47.

Ex adductis indiciis poterit Regularium iudex, quid in alijs quamplurimis illi agendum sit, ac indicandum, considerare.

59 Illud attamen aduertat necesse est, Indicia nullius roboris pœnitus esse, nisi probata fuerint prius ad minus per duos testes idoneos, ita docet Marsil. in practic. crimin. §. diligenter, & in l. 1. §. idem, ff. de quæstio. & est communis, vt testatur Ioan. de Amicis, Cons. 127. num. 11. idem tenuit Bart. in l. fin. nu. 7. ff. de quæst. & plenissime probat Clar. q. 22. & Farin. q. 37. nu. 13. & seq. de qua re nos quoque superius c. 16. nu. 93. quo ad famam attinet, diximus.

60 Indicia vero, quæ probari debent, illa sunt: Confessio extraiudicialis, Delinquendi consuetudo, Fama, Fuga, Inimicitia, Minæ, & huiusmodi, quæ indigent probatione, vt iudex legitime illa cognoscat.

Peten-

61 Petenda vero indicia sunt a nominatis in inquisitione generali, vel speciali, a vicinis, familiaribus, ac verisimiliter informatis, & huiusmodi, si nullus particulariter fuerit nominatus, atque etiam si nominatus quis fuerit, & per eosdẽ probanda sunt. Clar d.q.22. Pegna comm.19.in 3 par. Dir.inqui. ver.fi.& alij communiter. Non debent vero probari per testes singulares, argu. eorum, quæ habet Alciat. consi.372. nume.2.& Cæsar de Graf.decis.97. num.4. nisi essent indicia proxima delicto, & subordinata. Farinac.loc. cit.nu.38.

De Tortura.

62 AT vero cum in hoc, & præcedenti capitibus de Tortura facta mentio sit, quando videlicet pro veritate ipsa tum a testibus, tum a Reo habenda possit adhiberi. De Regularium tortura paucis dicam, quod sentio.

Funis, Ignis, Taxilli, Vigilia, aliaq; huiusmodi tormentorum genera, quibus iudices vtuntur seculares, atque etiam ecclesiastici, in ijs Congregationibus, in quibus in vsu minime sunt, neque introduci vllo pacto debent, velut Dei seruis ab ipso in summet obsequio particulari electis admodum indecentia; nisi fortassis in aliquibus atrocissimis delictis homicidij, assassinij, & similium: ijs namque casibus violẽter, aut etiam vehementer indiciatus delictum negans, (ne huiusmodi scelera impunita remanerent) illis torqueri ad eruendam facti perpetrati, de quo constaret fuisse commissum, veritatem posset.

In alijs autem criminibus grauioribus, aut etiam grauissimis, cum de iure testis vel Reus tor-
63 queri debet, religiosa tortura regularibus ipsis est adhibenda, nempe in grauissimis carcer cum inædia, in grauioribus autem Cella, vel Monasterium pro carcere cum præcepto non exeundi sub pœna carceris, vel confessi delicti respectiuè; subtractio cibi, vel potus, vel vtriusque: silentiũ: in terra comestio quousque veritatem deponat, vel fateantur, aliaeve pœnæ iuxta cuiusque Congregationis instituta.

Qualis autem pœna loco torturæ imponenda sit, iudicis prudentis arbitrio relinquitur delicti, ac personarum habita ratione, iudicandum.

64 Qui regularium Iudex aduertat, quod cum delictum grauissimum est, ac de fuga delinquẽtis dubitatur, illum in carcere ponere ad custodiam poterit, ac debebit.

65 Quando autem Reus in carcere ponitur, siue pro custodia, siue pro tortura: illud in actis describendum, ac declarandum est: ne Reus infa-
66 miæ notam incurrat, quam carcer ad pœnam datus inurit vt in Tit. de Iudicib. Regularium. dictum superius est.

DE MODO PROCESSVM continuandi a Iudice Regularium.

Tit. XVIII.

Caput Vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Modus continuandi processum per viam Accusationis.*
2 *Testium nomina, cognomina, patria, ætas, status, &c. in actis describenda sunt.*
3 *Forma continuandi processum per viam Accusationis.*
4 *Forma examinandi testes.*
5 *Testibus examinatis quid faciet ipse iudex.*
6 *Reus quomodo interrogandus.*
7 *Forma examinandi Rei.*
8 *Si Reus non fuerit confessus quid agendum.*
9 *Confrontatio Rei cum testibus licita.*
10 *Reus cogi potest ad veritatem dicendam, & quomodo.*
11 *Reo siue conuicto, siue confesso defensiones tribuendæ sunt.*
12 *De Rei defensionibus.*
13 *Reus quomodo se defendere queat.*
14 *Forma torquendi testem inhabilem.*
15 *Forma secundi constituti pro Reo torquendo.*
16 *Forma confrontandi Reum, ac testes.*
17 *Petitio, & datio defensionum.*
18 *Modus continuandi Processum per viam Denunciationis.*
19 *Forma continuandi dictum processum.*
20 *Modus continuandi Processum per viam Inquisitionis generalis quo ad personas tantum.*
21 *Testes in tali Processu de quibus interrogandi.*
22 *Forma continuandi dictum Processum in delicto facti permanentis.*
23 *Si delictum facti sit transeuntis, quid agendum sit.*
24 *Modus continuandi Processum per viam Inquisitionis generalis quo ad delicta solum.*
25 *Modus continuandi Processum per viam inquisitionis specialis.*
26 *Forma continuandi dictum Processum.*
27 *Forma examinandi testes super fama.*
28 *Fama probata quid agendum sit.*
29 *Testes de quibus interrogandi fama probata in Inquisitione speciali.*
30 *Forma examinandi testes super facto fama probata in Inquisitione speciali.*
31 *Modus continuandi Processum per viam exceptionis.*
32 *In processu per viam exceptionis rigor non obseruatur.*
33 *Nisi contra excipientem, ac testes, si fuerit inuenta conspiratio.*

DE Testibus, Indicijs, Torturaque habita tractatione, ad modum formandi processum nunc redeundum est. Cum autem illius incipiẽdi modus, & forma, c.16.a nobis tradita fuerint, in præsenti capite modus eundem prosequendi siue continuandi afferendus est, illiusque forma, primo quidem per viam accusationis, deinde per viam denunciationis, postmodum per viam inquisitionis, tandem per viam exceptionis.

De Modo continuandi processum per viam Accusationis.

1 REgularium itaque iudex cum accusationẽ, siue in scriptis, siue in uoce porrectam acceptauerit, illamque cum testium ab accusatore productorum nominibus in actis redigendam, siue describẽdam curauerit, ad ipsorum testium examen procedere debet.

2 Quorum nomina, cognomina, patriam, ætatem, religionis tempus, officium si quod habent, statumque per uicenotarium in actis describere faciet, quemadmodum c.17. num.102. habitum est, de quibus interrogationes, ac responsiones in processu describere non est necesse: at satis e-

nit,

Digitized by Google

rit, vt iudex huiusmodi nesciens, antequam testes interroget iuramento delato, illa ab eis de pleno petat.

Ipsosque testes singulariter, siue sigillatim, ac secrete coram se, solisque visitatoribus, aut discretis respectiue citatos, seu quoquo modo vocatos, ac monitos, prout eodem cap. 17. num. 92. & 101. dictum est; iuramento eis de veritate super interrogandis mere, ac realiter dicenda delato, interrogabit, primo. An sciant caussam suæ vocationis, deinde An cognoscant Accusatum, illius nomen exprimendo, de caussa talis cognitionis, de temporeque, cuius famæ sit apud alios, cuius opinionis sit apud ipsos, an sciant illum tale delictum commisisse, quomodo sciant, quo loco, quo tempore, quibus præsentibus comisit, si viderint ipsi, vel audierint in ijs, quæ solo auditu percipiuntur. Si vero ab alijs aud uerint, a quibus, quo loco, quo tempore, quibus præsentibus. Posttremo an odio, vel amore, aliave passione, aut caussa moti talia deposuerint.

Finitoque examine, illos propria manu subscribere faciet, aut scribere nescientes signum crucis apponere, ac dimittet, illis præcipiendo (si ei visum fuerit expedire) vt sub tali pœna, aut in virtute sanctæ obedientiæ, aut sub iuramento, ea quæ deposuerunt, & de quibus fuerunt interrogati, reticeant, nec aliquibus reuelare præsumant. Poterit vero Processus ita continuari.

Forma continuandi processum per viam Accusationis.

3 Post quæ præfati PP. Visitatores consideran tes, quod huiusmodi blasphemię crimen tale, tamque graue est, quod sine creatoris iniuria pertransiri absque punitione nec potest, nec debet, illosque necesse esse, vt iustitiam accusatori ministrent: processerunt ad testes ab accusatore productos examinandos per modum, qui sequitur.

Forma examinis Testium.

4 Die, & loco supradictis coram præfatis PP. Visitatoribus D, F. de talibus, de tali ciuitate eiusdem Monaster j Vicarius, ætatis suæ annorum 35. religionis vero 20. testis productus super primo, vocatus, & monitus, ac iuramento ei delato de veritate super interrogandis dicenda, prout tacto pectore more sacerdotum iurauit, ad opportunas interrogationes deposuit vt infra videlicet.

Interrogatus an sciat causam suę vocationis, Respondit. Io non lo sò, ne posso imaginarmela.

Inter. An cognoscat D. Turpilium de Improbis de tali ciuitate.

Respon. Io lo conosco benissimo, & hora stà qui per stanza.

Inter. quomodo illum cognoscat, & à quo tempore.

Respon. Io lo conosco, perche siamo stati insieme a Bresa, & a Bologna, e qui gia sono cinque mesi, e sono da dodici anni, ch'io lo conosco.

Inter. Cuius famæ sit d. D. Turpilius apud alios.

Respon. Io non sò in che conto lo tengano gli altri, perche badoa casi miei.

Inter. Cuius opinionis sit apud ipsum.

Respon. Io per me lo tengo per buon compagno, è vero che alle volte và in collera, e si lascia vscire da bocca qualche biastema.

Inter. Quomodo sciat illum esse iracundum, & quandoque blasphemare.

Respon. Perche l'ho vdito alle volte biastemare con le mie orecchie.

Inter. Quo loco, ac tempore illum blasphemias proferentem audierit.

Respon. In molti luoghi, e tempi l'ho vdito, & in diuerse occasioni.

Inter. An vnquam illum in clau stro, & in Refectorio blasphemantem audierit, & quo tempore.

Respon. Padre io mi ricordo particolarmente, che il giorno di S. Lorenzo nel claustro dopò pranso biastemò assai il nome di Dio.

Inter. Quas blasphemias dixerit.

Respon. Egli disse al corpo, al sangue, & altre simili, essendo saltato in collera per non sò che.

Inter. An alij essent præsentes, quando tales blasphemias protulit.

Respon. Vi erano D. Inquieto de Malitiosi, e D.G. de tali.

Inter. An ipsum reprehenderit.

Respon. Io non volsi dirli altro, perche essendo in collera, dubitauo, che non mi dicesse villania, e di non mi dar di parole con lui.

Inter. An amore, vel odio, vel alia passione motus talia deposuerit.

Respon. Io li voglio bene, e quello, che ho detto, l'hò detto per essere cosi la verità.

Tunc admodum Reuerendus Pr. D.C. maior visitator mandauit dicto D. F. vt proprio examini subscriberet, prout lectis eidem prius dictis depositionibus propria manu subscripsit. Qua subscriptione habita, & acceptatis illius depositionibus si & in quantum &c. eum dimisit, illi præcipiens in virtute sanctæ obedientiæ, ne cui de his omnino loqueretur.

Die, & loco, vt supra D.G. de talibus &c. testis alter ab acccusatore productus super primo vocatus, ac munitus, &c. vt supra. Eodem namque modo cæteri testes examinandi sunt.

Quod si diuersis diebus examinetur: initio examinis testis dicēdum est. Die vero tali eiusdem mensis, & anni. D.G. de talibus, &c.

Testes vero super secundo hac forma seruata examinari poterunt.

Eisdem die, ac loco D.H. de talibus &c. testis ab accusatore super secundo productus vocatus, ac monitus, &c. vt supra.

Testibus autem super secundo vltra prædictas interrogationes post interrogationem, An alij essent præsentes, ac testis responsionem. Iudex subiungere debet interrogationes super iniurijs, hoc modo.

Interrogatus an d. D. Turpilius vnquam fuerit de talibus blasphemijs reprehensus.

Respondit. Quando D. Turpilio biastemò in refettorio dopò pranso il giorno di S. Rocco, fù ripreso da D. Inquieto de Malitiosi.

Inter. Quid ad huiusmodi reprehensionem dixerit d. D. Turpilius.

Resp. Si voltò in collera contra il detto D. Inquieto, e li disse molte villanie, in particolare, ch'egli era vn furfante, vn sciagurato, vn magno, & vn' hipocrita.

Inter. An alius adesset cum talia iurgia d. D. Inquieto dixit.

Respon. Vi era Fra N. Refettorario D. Inquieto, & io, e non altri.

Inter.

Interrog. An amore, vel odio, &c. vt supra.

Eisdem die, ac loco Fr. N. de talibus, de tali loco Refectorarius &c. testis alter ab accusatore super secundo productus, vocatus, ac monitus, &c. vt supra.

5 Testibus ab accusatore productis eo, quo dictum est, modo examinatis; illorum depositiones considerare iudex ipse debet, vt quid faciendum illi sit, cognoscere queat, nanque si eos aut singulares, aut discordes aut varios, aut vacillantes, aut alias nihil concludentes inuenerit; Accusatum vocare, aut constituere, aut interrogare minime debet. Sed Accusatore vocato illum admonere poterit, vt vel ab accusatione desistat, vel testes alios producat.

Si accusator destiterit, ac humiliter se gesserit, iudex cum illo mitius agere poterit, aut leuem aliquam pœnitentiam salutarem eidem iniungendo; aut graui admonitione illum impune dimittendo pro sui prudentia, cum accusatus fatigatus non sit.

At vero si accusator in sua persistens malitia testes alios protulerit; qui examinati nihil quoque concludant aut pœna talionis, aut alia graui extraordinaria illum plectere vtique debebit, illius malitia id expostulante.

Quod si testes contestes fuerint, aut eorum alter omni exceptione maior ita deposuerit, vt factum ipsum concluserit, aut ex testium dictis indicia aliqua grauia, & sufficientia, quemadmodum præcedenti capite dictum est, adfuerint, quibus motus ipse index Reum ipsum indicauerit de iure fore constituendum: illum citare, aut vocare quoquomodo debet: formatisque ex testium depositione capitulis eum interrogare, delato eidem prius iuramento de veritate super interrogandis dicenda.

Illud autem aduertat index opus est, quod Reum interrogare nequit, nisi de criminibus siue delictis, de quibus accusatus est, aut denunciatus, aut exceptus, aut de quibus infamia, indiciave præcesserint. Marsil. in pr. crim. §. secunda, num. 13. cui Doctorum nemo non assentitur.

6 Interrogandus autem Reus, siue accusatus a longe est, paulatimque ad factum deueniendū; vt veritas ipsa facilius eruatur. In actis vero scribenda sunt ipsius Rei nomen, cognomen, patria, ætas, aliaque vt supra de testibus dictum est, illiusque responsiones eodem sermone, ac modo, quibus ipse protulerit.

Poterit vero sequenti modo interrogari.

Forma examinis Rei, siue Constituendi Reum.

7 Die vero 15. eiusdem Mensis D. Turpilius de Improbis de tali ciuitate sacerdos, ætatis suæ annorum 40. religionis vero 24. accusatus, de quo supra, vocatus, ac personaliter constitutus coram præfatō admodum Reuerendo D. C. & me. D. I. A. Visitatoribus, monitusque, ac delato eidem iuramento de veritate super interrogandis dicenda, prout tacto pectore iurauit, ad opportunas interrogationes respondit, vt infra.

Interrogatus, An sciat caussam suæ vocationis. Respondit Padre nō io, se non mi vien detta.

Int. A quanto tēpore in hoc Monasterio sit.

Respon. Ci sono venuto alla dieta passata, assignatoui per stanza.

Inter. Vnde discesserit tempore proximæ præteritæ dictæ.

Respon. Io mi sono partito da Reggio, e venuto quì.

Interrog. An fuerit in alijs Monasterijs commoratus.

Respon. Io sono stato in molti; a Fano, a Mantoua, a Bressa, a Bologna.

Interrog. Cum quibus fuerit, præsertim Brixiæ, & Bononiæ.

Respon. Io sono stato con diuersi Canonici: ma in particolare col P. Vicario quì D. F. & in Bressa, & in Bologna, & ancora con D. G. che pure sta quì di stanza in Bologna, & hora qui con tutti due loro me ne stò.

Interrog. An verba vnquam cum aliquo habuerit in aliquo eorum monasteriorum, in quibus commoratus est.

Respon. Io non me ne ricordo, perche sono cose, che passano.

Interr. An vnquam cum D. Inquieto de Malitiosis verba fecerit.

Respon. Non me ne ricordo, potrebb'essere: ma serà stata qualche bagatella.

Admonitus vt recordetur, ac veritatem fateatur; quia in actis constat illum verba grauia cum d. D. Inquieto habuisse.

Respon. Io mi ricordo, che già molti giorni sono, io hebbi parole in Refettorio con il detto D. Inquieto.

Interr. Qua de caussa huiusmodi verba cum dicto habuerit.

Respon. Non me ne ricordo: & erubuit, totusque mutatus est.

Admonitus autem vt dictam caussam exponat, quia mitius secum agetur; sin minus cum rigore procedetur.

Respon. Padre io sono vn poco collerico, e quel giorno riscaldato dal vino dissi non sò che bestemmie; e perche lui mi riprese, io le dissi villania.

Subinterrog. Quas blasphemias dixerit.

Respon. Io veramente non me ne ricordo, perche ero in collera.

Interr. An alias blasphemauerit.

Respon. Quando io sono in collera, me ne scappano di bocca alle volte.

Quibus habitis præfatus Pr. D. C. Visitator mandauit eidem D. Turpilio, vt proprio examini subscriberet, prout sibi prius lectis dictis eius depositionibus subscripsit, qua subscriptione habita, præfatus Pr. Visitator præcepit ei, vt recto itinere iret ad propriam cellam, nec inde discederet, neque cum aliquo loqueretur sub pœna carceris ad arbitrium dd. PP. Visitat. illumq; dimisit.

8 Si vero delictum fassus minime fuerit; præmissis admonitionibus hortabitur illum iudex, vt veritatem fateatur; et si mēdacia dixerit, vt a mendacijs caueat.

Quod si incepta duritie perstiterit, faciet ei legere testium depositiones; quibus auditis, aut excipiet ipsos testes, aut non excipiet.

Si non exceperit, iam conuictus est, si duo adsint contestes iuxta dicta cap. 17. num. 90.

Si autem exceperit, & exceptiones rationabiles fuerint, dilationes cōgruentes, ac termini eidem tribuendi sunt ad illas probādas: et si forte tunc non exceperit, sed petat sibi dari processus copiam, vt contra testes excipere possit; dicta copia illi tribuenda est, ac terminus assignandus ad excipiēdum, ac ad se defendendum iuxta dicta cap. 11. num. 22. nomina quoque testium, accusatorisque illi aperienda sunt, vt eod. m cap. nu. 25.

Digitized by Google

num.23. & seq. habitum est, quæ omnia in actis describi necesse est.

9 Poterit quoque iudex ad Reum negantem magis conuincendum (si expediens illi visum fuerit) ipsos testes cum eo confrontare, illos in ipsius faciem sigillatim venire faciens, vt illo præsente deponant, siue prius deposita ratificêt, ac vt ipsemet iudex ex facierum mutatione, dictis, modo dicendi alijsque circũstantijs (quas omnes accurate obseruare debet) an ibi aliqua conspiratio sit, cognoscere queat, hic namque modus tutissimus est, quo sagax, prudens, cautusque iudex veritatem plene cognoscere, ac diiudicare potest, omniaque in actis ponentur. De confrontatione, nu.16. infra dicetur.

10 Cogere quoque Reum ad veritatem aperiendam pœnis illum affligendo poterit, iuxta dicta superius, c.18.nu.58.& seq.

11 Aduertat vero Iudex, quod si Reus confessus delictum, aut de illo conuictus fuerit; illum vtique condemnare potest, attamen defensiones aliquæ illi etiam non petenti tribuendæ sũt, quib. si non a toto, saltem a tanto se tueri queat, Clar.lib.5.§.fin.q.49. ver.est igitur, & quæst.64. ver.si autem reus, & q.55.ver.fin. Farinac. q.39. nume.32.33.& 35. Est enim Tyrani iudicis, ac valde iniqui contra indefensum pronunciare.

Et si aliquas defensiones, aut excusationes attulerit, benigne illum audiat, aliaque exequatur, quæ agenda sunt.

Quod si nullas habere se defensiones dixerit, ad sententiam definitiuam contra illum pronunciandam poterit deuenire.

Si vero confessus minime fuerit, & defensiones illi petenti datæ fuerint, audiat, examinet etiam iterum ipsos testes, si fuerit opus, diligenter omnia perscrutetur, neque plus accusatori, quam Reo, neque Reo plus quam accusatori deferat, licet in dubijs, & paribus ad Rei fauorem iudicare debeat, iuxta iura, & ca.cum sunt, de reg. iuris, lib.6. & l.fauorabiliores, ff.eod.tit.

De Rei defensionibus.

12 QVoniam de Rei defensione facta mentio est, de huiusmodi ab eo faciendis defensionibus pertractabo.

Itaque Reus quisque defendere se potest, neque illi vllo pacto defensiones, etiamsi periculum subornationis immineret, denegandæ sunt. Boss.tit. de indicijs, num.75. Ambros.lib.3. procesinform.capit.1.numero 9. Farinac.quæstio. 39. nume.68. etiam quod confessus sit, vel conuictus. Guido de Suzzar.tracta.de indic. & tort. num.64. Putæus de synd. ver.condemnatio.c.4. cum illi defensiones iure competant naturali. vt capit.12. nume.9. habitum est, terminusque illi tribuendus, ac prorogandus est, prout necessarium fuerit ad illas faciendas. Clar. d.quæst.49. & nos, c.11.nu.22. quem terminum, neque ipse princeps illi negare põt, vel auferre. Clar.loc.cit.

13 Modus autem, quo defendere se Reus ipse valet, est:

Aut excipiendo quod non constet de delicto, (si delictum facti sit permanentis) de quo accusatus, vel denunciatus, vel exceptus, vel inquisitus est, de qua re cap.16.nu.51.& seq. dictum est.

Aut excipiendo contra iudicem, quod sit incompetens, vel suspectus, de quo supra cap.14. per totum. Vel quod iudex non seruauerit, quæ de iure seruanda sunt, de quibus in ca.10. 11, 12. & 13. actum est.

Aut excipiendo contra Accusatorem, quod illegitimus sit, de quo vide, quæ diximus capit.16. nu.10.& seq.

Aut excipiendo contra testes, de quibus c.17. per totum habitum est.

Aut probando similibus, paribus, vel pluribus testibus contrarium, de quo vide cap.17.cit. num.68.

Aut etiam errorem a se in propria confessione factum probando, si quem rationabili fultũ ratione poterit inuenire de quo Clar.d quæs.55. ver.finali. Paris de Puteo, loc.cit.& confessio licet iurata sit, reuocari potest, probat Cæsar de Graf.decis.90.nu.2.

Aut probando se id licite facere potuisse, si res illa modo aliquo fieri licite queat. Clar.q.56.

Aut probando se alias de illomet delicto non iterato, vel iterabili punitum fuisse, neque enim etiam Deus ipse iudicat bis in idipsum, argum. Nahum 1. Non consurget duplex tribulatio, c. de his de accusat. l.qui de crimine, C.eo.tit.Cla. q.57. Farinac.q.4.num.43.

Aut alias excusationes afferendo, prout sibi melius videbitur expedire, nempe ætatem, iram, ebrietatem, ignorantiam, metum, vim, prouocationem, sui, vel amicorum defensionem, suarum rerum, vel sui honoris tuitionem, furorem, credulitatem, quod operari tale quid posset; & similes. Vide Clar. q.60.loc.cit.& Farina. d.q.39. & nota, quod etiam post sententiam, & condemnationem defensiones minime denegantur, l.1. §.si quis vltro.ff.de quæst.

De Tortura Testium, ac Rei.

IVdex autem, si testis inhabilis existat, vel quia infamis, vel quia socius criminis, vel quia varius, vel quia vacillans, aut mendax, aut huiusmodi est, ad illius testimonium validum reddendum, ut magis Reum afficiat, illum torquere poterit, vt cap.17.num.106.& sequen. habitum fuit, religiosa tortura, de qua in præcedenti cap. num 59. dictum est, minis, videlicet, ac pœnis, iuxta rei exigentiam facto decreto hoc modo.

Forma torquendi testem inhabilem.

14 AT vero cum D. G. de talibus, de quo supra socius criminis existat, aut varius, &c. ad tollendam huiusmodi notam, seu varietatẽ &c. ac vt illius depositio magis afficiat d.D. Turpilium accusatum, præfatus R. P. Visitator me consentiente, grauibus, ac minacibus verbis mandauit eidem D.G. vt ad cellam recto itinere iret, nec inde exire præsumeret sub pœna carcens, ibi mansurus, soloque pane, & aqua victurus, donec veritatem puram, atque sinceram fateatur.

Qui lacrymans dixit. Faccino V V. PP. quello, che vogliono, che io nõ dirò mai altro, che quello, che hò deposto, aut, vltimamente deposto, perche cosi è la mera verità, quibus auditis illum dimiserunt.

Et quoque si Reus fateri noluerit veritatem, & indicia contra illum vehementia sint, ad eruendam ab eo veritatem poterit iudex, & ipsũ torquere. Primo tamen vocari, aliaque vice constitui debet, ac denuo interrogari, atque audiri, si quid forte dicere, vt se a tortura tueatur, uelit.

Poterit autem hoc modo constitui, contraque illum decretum formari.

Forma secundi constituti pro Reo torquendo.

15 Die vero 16. eiusdem Men. denuo vocatus D. Turpilius de quo supra accusatus, & vehementer indiciatus coram præfato admodum R. D. C. & me D. I. A. Visitatoribus constitutus, ac iuramento sibi delato, Interrogatus si velit, ac se disposuent veritatem fateri super ijs, de quibus alias interrogatus fuit.

Respondit, Quello, ch'io dissi l'altra volta è la verità, e non dirò mai altrimenti.

Monitus iterum, atque iterum, vt velit ab obstinatione, ac mendacijs desistere, quia constat in actis illum blasphemasse, ac iniurius Do. Inquietum affecisse.

Respondit, Io non hò biastemmato altrimenti, nè hò minacciato alcuno, e non dirò mai altrimenti, perche non è la verità.

Tunc præfatus Pr. Visitator D. C. me quoque consentiente d. D. Turpilij duritiem agnoscens, ac pertinaciam, decreuit ad habendam ex eo veritatem, vt loco torturæ maneat in cella clausus, silentium cum omnibus obseruãdo, ac pane, & aqua ieiunando, quousque veritatẽ fateatur, & eidem Do. Turpilio talia obseruari mandauit sub pœna confessi delicti, eumque dimisit illi præcipiens, vt recto itinere ad propriã cellam pro grederetur, nulli omnino loquendo.

Si vero ita expedire iudicauerit ipse Iudex Reum, ac testes confrontare poterit, vt supra dictum est, id autem hoc modo exequi valebit.

Forma confrontandi Reum, ac Testes.

16 Tunc præfatus P. Visitator D. C. me quoque D. I. A. Visitatore consentiente d. D. Turpilij duritiem, ac obstinationem cognoscẽs ad illum multo magis de mendacio conuincendum, & ad veritatem confitendam disponendũ, & ad omnem finem, & effectum meliorem præcepit, vt vocaretur D. F. testis productus, & alias examinatus, qui cum adesset delato ei iuramento de veritate dicenda, prout &c. vt supra. Testes enim in confrontatione iterum iurare debent. Farinac. q. 72. num. 148.

Interrogatus, An cognoscat D. Turpilium hic præsentem.

Respondit, Padre sì, io lo conosco benissimo.

Deinde ab eodem P. Visitatore Interrog. D. Turpilius an d. D. F. cognoscat.

Respon. Ancor io conosco lui.

Denuo Interrog. D. F. An ea, quæ tali die talis mensis, & anni deposuit contra Do. Turpilium ibi præsentem fuerint, ac sint vera, illaque pro veritate dixerit, ac deposuerit, modoque eadem intendat in eius faciem ratificare.

Respondit, Padre sì, che tutto quello, ch'io dissi nell'altro mio essamine, è vero, e per verità, e conscienza lo dissi, e son qui per mantenerlo in faccia di D. Turpilio. Sapete ben voi D. Turpilio, che la verità stà così.

Tunc præfatus P. Visitator mandauit, vt fortiter legeretur examen alias factum, siue depositiones alias habitas ab ipso D. F. die 14. Mensis Septembris currentis, quibus lectis, & per dictos bene auditis.

Interrog. D. F. An hæc eadem sint, quæ alias deposuit contra personam d. D. Turpilij.

Respon. Padre sì, che questo e quello, ch'io dissi l'altra volta contro D. Turpilio qui presente, e come vero lo confermo hora, e ratifico in faccia di lui.

Tunc Interr. D. Turpilius quid modo ad huiusmodi respondeat.

Respondit, Io non sò altro che dire, se non, che lui non dice la verità, e mi marauiglio molto di lui, che dica queste cose.

Ita quoque alij testes, vnusquisque per se, vocabuntur, & confrontabuntur, & continuabitur hoc modo processus.

Quibus auditis præfatus Pr. Visitator dimisit D. F. & vocari fecit D. G. alium testem productum, & alias examinatum, qui cum adesset, &c. vt supra.

Post confrontationem vero Processus ita cõtinuabitur, Tunc d. P. Visitator cum vnusquisque persisteret in dicto suo, mandauit D. Turpilio, vt rediret ad cellam suam, & se prępararet ad se defendendum; quia licet veritatem fateri noluit, illum attamen pro conuicto habet.

17 Qui D. Turpilius petijt sibi dari copiam indiciorum, & assignari sibi tempus conueniens ad proprias defensiones faciendas, & prorogari quatenus opus sit, prout ideo Pr. Visitator me consentiente decreuit illi tribuendam esse d. copiam, & assignauit ei trium dierũ terminũ ad suas defensiones faciendas.

De quibus defensionibus dictum superius est, nu. 12. ac 13. huiusmet capitis.

De Modo continuandi Processum per viam Denunciationis.

18 Eodem modo procedet iudex per viam Denunciationis continuando Processum, quẽadmodum superius dictum est de modo illum per viam Accusationis prosequendi, mutando nomen accusationis, & accusati, in nomen Denunciatoris, ac Denũciati, hoc modo videlicet.

Forma continuandi Processum per viam Denunciationis.

19 Post quæ præfatus P. Prior attendens, quod huiusmodi impudica, & scandalosa conuersatio sine iniuria creatoris, cuius ecclesia domus orationis, non turpitudinis est; aut sine graui scandalo tolerari, vel conniuentibus oculis prætereri nequit: processit, habito dictorum discretorum consilio, & assensu, ad testes a d. D.; Obseruante denunciatore contra d. D. Nocentem productos examinandos per modum, qui sequitur. Videlicet.

Die, & loco supradictis coram præfato admodum R. P. Priore illiusque discretis prædictis D. G. de talibus, de tali loco sacerdos, ætatis suæ, &c. vt supra in dicto modo continuandi processum per viam accusationis.

De Modo continuandi Processum per viam Inquisitionis generalis quo ad personas tantum.

20 In Inquisitione generali quo ad personas, speciali vero quo ad delicta, examinandi primo loco sunt testes nominati ab offensis, vel si nullus sit nominatus vicini, & verisimiliter informati, deinde alij, donec aliquis nominetur, siue donec indicia sufficientia contra aliquem, aut aliquos adsint.

In hisce autem inquisitionibus examinari possunt quicunque testes, etiam inhabiles, qui

Digitized by Google

qui licet ad condemnationem nequaquam suffi ciant, ad inquirendum tamen indicium præstãt, vt dictum fuit cap. 17.

In actis vero describenda sunt ipsorum testium nomina, cognomina, &c. vt supra in modo continuandi processum per viam accusationis dictum est.

21 Interrogandi vero sunt ipsi testes circa offensum, vel offensos, nominatum, vel nominatos, si qui fuerint offensi, & nominati.

Si vero nullus fuerit offensus, aut nominatus interrogandi sunt primo. An sciant caussam suæ vocationis, deinde, Vbi fuerint tali tempore, ac tali hora, An sciant tale delictum fuisse commissum, quomodo id sciant, quem credant commisisse, quare ita credant, cuius famæ sit ille, an solitus talia perpetrare sit, an ab alijs audiuerint dici de huiusmodi, & alijs similibus interrogationibus.

Si autem quis offensus fuerit puta occisus, & penitus quis occiderit ignoratur, interrogandi sunt ipsi testes, Vbi tali tempore fuerint, an strepitum aliquod audierint, vel aliquem clamantem, & quem, & qua hora. An sciant tale delictum perpetratum fuisse, quomodo id sciant; & alia vt supra: & præterea an sciant occisum habere aliquem inimicum, quomodo id sciant, qui sit, an sciant aliquem minatum illi fuisse, qui sit, quomodo id norint, a quibus audiuerint, quo tempore, quo loco, quibus præsentibus: & alijs huiusmodi, quæ ipsius iudicis sagacitati relinquuntur inuenienda, vt delinquens patefiat.

Forma continuandi Processum per viam Inquisitionis generalis quo ad personas tantum.

22 POst quæ præfatus Pater Abbas ad cameram suæ solitæ residentiæ vna cum eisdem discretis se recepit, habitoque cum eis consilio super commisso delicto, considerans quod tale est, tamque graue, quod sine maxima Dei, ac proximi offensione tolerari, ac pertransiri nequit, vna cum eisdem discretis processit ad testes examinandos pro delinquente inuestigando per modum, qui sequitur.

Eisdem loco, & die coram præfato admodũ Reuerendo P. Abbate, ac discretis prædictis D. Venantius de Veridicis de tali ciuitate, &c. vt supra de Accusatione dictum est.

Hi vero testes interrogabuntur primo, an sciant caussam suæ vocationis, deinde an cognoscant D. Maledicum, quomodo cognoscant; an sciant illum fuisse vulneratum, quomodo sciãt; si audierunt dicere: a quo, quo loco, qua occasione, quibus præsentibus.

An sciant illum habuisse verba cum aliquo, cum quo, qua occasione, quibus præsentibus, quomodo id sciant, an credant Do. Vindicem illum vulnerasse, quare ita credant; an minatus fuerit d. D. Maledico, & huiusmodi; postremo, an odio, vel amore, &c. deposuerint: & reliqua eodem modo, quo supra dictum est in modo continuandi processum per viam accusationis.

Et hoc modo procedendum est in delictis facti permanentis, cuiusmodi est in ipsa inquisitione positum.

23 Si autem delictum facti sit transeuntis, ex. gr. si cui fuerint ablatæ pecuniæ, aliave mobilia, vel claue ficta, vel per fenestram, vel alio modo, nullo commissi criminis relicto vestigio.

Si quis nullo præsente aggressus aliquem fuerit, & sine liuore, aut cicatrice percusserit, & huiusmodi: & coram superiore de his conqueratur percussus, factumque denunciet, cum de delicto minime constet, neque testis vllus de facto adsit, aliter procedendum est.

Accepta namque furati, vel percussi denunciatione ipse superior, siue iudex iuramento illi delato, quod ita sit, quod vere furatæ illi fuerint pecuniæ, vel quod percussus fuerit; ad inquirendum super huiusmodi procedere poterit. Sed primo testes examinare debet de fama, & bona opinione furati, siue percussi denunciantis, vt in actis legitime constet, an illi credendum sit; ad hoc vt inquisitio formari queat. ex Marsil. §. principium, numero 6. & sequen. in pract. crimin. argumen. Deutero. 22. alioqui processus velut super nihilo fundatus, esset ipso iure nullus.

Interrogabit igitur in talibus casibus iudex testes aliquos, monitione, ac iuramento adhibitis. primo. An sciant caussam suæ vocationis, deinde An talem cognoscant, furatum, vel percussum nominando: quomodo cognoscant; cuius opinionis, & famæ sit apud alios, & apud ipsos; an sit homo mendaciorum effictor; quare ita credant; si norint, vel credant illum pecunias, vel tales res mobiles habuisse; quomodo id sciant, vel quare ita credant; an de præsenti illa habeat; quare non habeat, si credant illa ei furto fuisse sublata, quare ita credant, & huiusmodi.

Fama denunciantis probata, ille iterum vocandus a iudice est, delatoque illi rursus iuramento interrogandus, an vere talia sibi fuerint ablata, quem credit abstulisse, quare ita credat; aliaque indicia deponat opus est, si quæ habet, ac testes nominet, qui factum, aut delinquentem nosse possunt.

Denique testes vocandi, atque super ipso facto interrogandi, credulitate, caussa credulitatis, &c. & cum repertus fuerit aliquis indiciatus, contra ipsum specialem formare inquisitionem poterit ipse iudex iuxta inferius dicenda, in modo formandi, siue continuandi processum per viam inquisitionis specialis.

De Modo continuandi Processum in Inquisitione generali, quo ad delicta solum.

24 EX dictis in præsenti, & in 16. capite, numero 89. inquisitionis generalis quo ad delicta, specialis vero quo ad personas processum continuare quisque iudex per se poterit. In cuius continuatione illud obseruandum est, quod testes adhibendi sunt illi, qui delinquentes ipsos norunt, qui eis sunt familiares, aut cum eis conuersantur, vicini, atque illi vniuersi, qui de illorum vita, moribus, conuersationeque verisimiliter informati esse queunt.

Interrogandi autem erunt iuramento adhibito ipsi testes primo, An sciant causam suæ vocationis. deinde An tales agnoscant; quomodo illos cognoscant, a quo tempore norunt, cuius opinionis, & famæ sint apud alios, & apud ipsos, quare tali fama laborent, a quanto tempore de illis talis opinio sit, quomodo id sciant, de quibus delictis infamati sint, quomodo id sciant; An ita esse credant, quare ita credant, an aliquando ipsi viderint eos, aut eorum aliquos delictũ quoduis perpetrare, quale delicti genus, quos viderint, quo loco, quo tpe, quib. præsentib.

An ab alijs audiuerint, a quibus, quo loco, quo tempore, quibus præsentibus, & huiusmodi, per quæ sagax, prudensque iudex veritatem ipsam inuestigari posse crediderit.

De modo continuandi Processum per viam Inquisitionis specialis.

25 IN huiusmodi processus continuatione primo examinandi sunt testes super fama, vt fundetur processus, quomodo autem illa probanda sit, habetur in capit. 16. superius, numero 93. pro qua re illud obseruandum est, quod duo testes de fama, seu infamia præferuntur alijs contrarium dicentibus. Innocen. in capit. inquisitionis, de accusationibus Roma. consi. 177. Cœpo. consilio 39. Fulgent. consilio 135. Biancus, in practic. crimin. §. ijs præmissis, numero 31. Vide Farinac. quæst. 47. numero 167. & sequen. & Ludou. Peguerum, decis. crim. 7. numero 13. qui eam attendi volunt, quæ dignioribus testibus comprobata est, & quæ ex verisimilioribus caussis, & coniecturis originem habuit.

Quomodo vero, & de quibus interrogandi sint ipsi testes de fama, habetur d. capit. 16. loc. cit. Poterit autem huiusmodi processus, ita continuari.

Forma continuandi Processum per modum Inquisitionis specialis.

26 POst quæ considerans Præfatus Pater Prior, quod non sine maxima creatoris iniuria, proximorumque scandalo crimen huiusmodi tolerari, aut conniuentibus oculis pertransiri potest; consilio cum dictis Monasterij discretis habito, decreuit super eo inquirere contra d. Fr. Impium, an apud viros probos, & bonos vere infamatus de tali crimine blasphemiæ sit, & ad se informādum, ac testes examinandos processit per modum, qui sequitur.

Forma examinandi testes super Fama.

27 DIe, atque loco suprapositis coram præfato P. Priore, illisque discretis prædictis. D. T. de talibus de tali ciuitate ætatis suæ annorum 50. Religionis vero 35. Sacerdos, & Vicarius d. Monasterij testis vocatus, & monitus, iuramento ei delato de veritate super interrogandis dicenda, prout tacto pectore iurauit, ad opportunas interrogationes deposuit, vt infra. videlicet.

Interrogatus. An sciat caussam suæ vocationis.

Respondit. Io non la sò altrimenti, se V.P. non me la dice.

Interr. An cognoscat Fr. Impium de Execrabilibus.

Resp. Padre si.

Interr. Quomodo illum cognoscat, & a quanto tempore.

Resp. Io lo conosco, perche son stato con lui a Fiorenza, e qui, e deuono essere circa sei anni, ch'io lo conosco.

Interr. Cuius famæ sit apud alios, & apud ipsum.

Resp. Lui è tenuto per buon compagno, & io ancora lo tengo per tale.

Interr. An fama sit, quod ille blasphemias proferat.

Resp. Padre si, che di lui è tal Fama.

Interog. quid sit fama.

Respon. E quello, che si dice publicamente.

Interrog. Quomodo sciat talem famam de illo esse.

Resp Lo sò, perche l'ho sentito dire da molti.

Interrog. A quibus audiuerit.

Resp. Da molti: ma in particolare dal Padre fattore, da D Sigismondo, e da Fra Patiente.

Interrog. Quomodo ab illis audiuerit, & qua occasione.

Respon. In diuerse occasioni, e ragionamenti secondo che occorre: ma in particolare domenica passata essendo io nel Claustro con il detto P. Fattore, e D. Sigismondo si venne in ragionamento del detto Fra Impio, e tutti due dissero, come si diceua da tutti, ch'egli era vn gran bestemiatore.

Interr. An ipse vnquam audierit illum blasphemantem.

Respon. Io veramente non l'ho mai vdito bestemiare.

Interrog. A quanto tempore d. Fr. Impius de blasphemia sit infamatus.

Respon. Sono molt'anni, ch'io ho vdito dire, che lui biastema, sino quando stauo a Fano, che deuon'essere dodic'anni.

Interr. An sciat vnde ortum duxerit huiusmodi fama contra illum.

Respon. Io non so, che alcuno li vogli male, perche del resto è buon compagno, ma credo che tal infamia sia nata dal suo biastemare.

Interr. An odio, vel alia passione motus ista deposuerit.

Respon. Quello, che ho detto, l'ho detto solamente per essere così la verità.

Quibus habitis præfatus Pater Prior mandauit d. D. T. vt proprio examini subscriberet, qui, lectis eisdem ab illo factis depositionibus, subscripsit. & d. Pater Prior acceptatis d. depositionibus si & inquantum, &c. illum dimisit, præcipiens illi in virtute sanctæ obedienniæ, ne de his cum aliquo loqueretur.

Eisdem die, ac loco coram prædictis D. F. de talibus, de tali ciuitate, &c. vt supra.

Et eodem modo testes omnes de fama examinari debent, quousque probata sit per duos, vel tres probos viros, & beneuolos.

28 Fama hoc modo probata, ad inquirendum super facti veritate procedet ipse iudex: Testesque infamato ipsi familiares, præsertim viros probos, Deumque timentes (si haberi possint) vocet; sin minus alios, ab eisque non amplius de fama: verum de ipso facto inquiret, illos delato

29 eis iuramento interrogando. An sciant caussam suæ vocationis, An cognoscant Fr. Impium, quomodo illum cognoscant, & a quo tempore. An illum vnquam blasphemantem audiuerint, quas blasphemias protulerit, quo loco, quo tempore, quibus præsentibus, quoties. An illum reprehenderint, quid ipse dixerit.

Si dixerint se ab alijs audiuisse, a quibus, quo loco, quo tempore, quibus præsentibus, & huiusmodi, per quæ facti veritas habeatur. Postremo an amore, vel odio, &c. vt supra. Quæ omnia in actis describenda sunt.

Poterit autem d. Processus hoc modo continuari.

Forma

Forma prosequendi examen testium super facto, & fama probatis in Inquisitione speciali.

30 POstmodum præfatus Pater Prior scire volens, an clamor, qui ad ipsum venit, ac in actis constat, opere compleatur; & an famæ iam peruersę veritas ipsa respondeat; vna cum prędictis discretis processit ad se informandum, & ad testes super ipso facto examinandos per modum, qui sequitur.

Die vero 15. eiusdem Mensis coram præfato P. Priore, ac discretis prædictis D. V. de talibus, de tali ciuitate &c. testis vocatus, ac monitus, &c. vt supra in modo continuandi processum per viam accusationis.

Interrogabit autem eos Iudex proxime dictis interrogatorijs.

Factoque ipso saltem semiplene probato iuxta ea, quæ cap. 18. habita sunt, Reum ipsum constituet eo modo, quo supra dictum est in Accusatione, & reliqua ibi dicta obseruabit, vsque ad Rei condemnationem exclusiue.

De modo continuandi Processum per viam Exceptionis.

31 MOdus, & forma processum per viam exceptionis idem erit, qui in processu per viam accusationis obseruatur, mutatis nominibus, quemadmodum de modo processum per viam Denunciationis continuandi superius diximus.

32 Aduertat porro Iudex, quod in hoc processu rigor ille minime obseruandus est, qui in superioribus obseruatur; cum nequaquam ad punitionem, verum ad impediendum a dignitatis, vel officij consequutione ipsum exceptum solummodo tendat. Quare de plano eruenda veritas est.

33 Nisi aliqua forte conspiratio excipientis, ac testium, vel falsitas detegatur, eo nanque casu contra illos procedere cum rigore debet, ne peruersis conspirationibus, falsitati, malignisque criminationibus aditus aperiatur.

DE EXAMINE, SEV INTERrogatione Reorum.

Tit. XIX.

De forma constituti, seu examinis reorum tam primi, quam secundi, & aliorum, si quod erit faciendum a Commissarijs. Cap. I.

S V M M A R I V M.

1 *Forma constituti, seu examinis reorum tam primi, quam vlterioris, & quæ in ipso describenda generaliter erunt, antequam deueniatur ad speciales interrogationes super facto ipso, de quo quęritur, & quare.*

2 *Interrogationes a Commissarijs faciendæ Reo, antequam interrogandi erunt super facto ipso, de quo quæritur principaliter, vt occurratur altitijs ipsius.*

3 *Commissarij quomodo interrogabunt reos de facto, de quo in processu informatiuo producta fuerunt indicia contra eos.*

4 *Monitio, qua vti debebunt Commissarij erga reos negantes ea, de quibus extant inditia, & in processu etiam delata, quæ sit.*

5 *Commissarij quomodo studebunt conuincere reũ negantem delictum à se perpetratum, de quo fuerat interrogatus.*

6 *Confitentem reum quomodo Commissarij interrogabunt de complicibus.*

7 *Commissarij quæ describenda in actis mandabunt, audita confessione Rei.*

8 *Reus quare examinandus sit medio eiusdem iuramento de dicenda veritate.*

9 *Commissarij ex quibus elicient interrogationes faciendas ipsis reis.*

10 *Commissarij, quando bene facerent in primo Rei examine, non vtendo omnibus interrogationibus, quæ fieri per ipsos possent, & quare.*

11 *Qua industria vti oportebit Commissarios in impugnatione eorum, quæ à Reis dicuntur in sua depositione.*

12 *Forma verborum, qua vti tenebuntur Commissarij in secundo examine Rei faciendo.*

13 *Expleto secundo examine, quę describenda in actis mandabunt Commissarij actuario.*

14 *Commissarij quare præcipiant Reis se subscribere proprijs depositionibus.*

15 *Commissarij in vltimo Rei constituto quid aduertere debeant, & quibus verborum circuitibus reos interrogare, & quare.*

16 *Commissarij quid facere debeant, si Reus responderit se velle fateri veritatem facti.*

SErmonem habitum de rebus pręmeditandis ante interrogationem reorum meritò subsequitur sermo de forma seruanda à Commissarijs, qui meritoriè sibi iniunctum munus exequi studebunt. Quapropter sciãt ipsi principiũ

1 constituti tali pacto fore firmandum, videlicet: vt ex primatur tempus, locus examinis, nomen Commissariorum, nomen actuarij scribentis, nomen Rei, & nomen patris, patriæ, & cognomen ipsius Rei, ætas, dignitas, munus, seu exercitium, & erit facienda mentio de delatione iuramenti sibi facta per commissarios, vel actuarium, & de exhibitione ipsius iuramenti facta à reo, & vt omnia magis magisque appareant aperta, pro instructione ipsorum Commissariorum, & actuariorũ subijciemus formam huiusmodi principij tali pacto.
Die . . . . mensis . . . . Anni . . . .

Constitutus personaliter D. . . . ætatis . . . dignitatis . . . . clericus talis Ecclesiæ, vel ciuitatis, vel monachus talis monasterij coram Reuerendis Commissarijs, & me sæpius nominato actuario, delato sibi iuramento de mera, & plena veritate dicenda, & quicquid indè sciuerit, & præmissa monitione, quod confessionem proprij criminis teneatur sub pœna peccati mortalis, stãtibus tot indicijs contra eum in actis delatis, fuit interrogatus tanquam principalis quoad se, & testis quo ad alios de infrascriptis, & primo.

Interrogatus, se sà la cagione esso deponente della sua carceratione, ò se la può imaginare in qualche modo. *Respon.*

Interrogatus, se sà la cagione perche sia hora stato chiamato auanti essi Commissarij. *Respon.*

Interrogatus, quanto tempo è, che si ritroua carcerato. *Respon.*

Interrogatus, per ordine di chi fù carcerato. *Respon.*

2 *Interrogatus*, se hà qualche inimico, lo nomini per nome proprio, & cognome. *Respon.*

Interrogatus, come sà, che D. . . gli è nimico. *Respon.*

Interrogatus, chi era presente, quando questo D. . . vi minacciò, & disse. *Respon.*

Interrogatus, s'hauete mai fatto pace insieme. *Respon.*

Interrogatus, de quãto tempo in quà. *Respon.*

Interrogatus, chi sà che si sia inimicitia tra di loro. *Respon*

Interrogatus, se crede, che per cagione di tali parole già molto tempo fà dettegli D.... hora gli porta colera. *Respon.*

Interrogatus, se lo tiene per buon monacho, o chierico da bene. *Respon.*

Interrogatus, perche lo tenete, per maligno, & vostro nemico. *Respon.*

Interrogatus, potete voi ciò, che hauete detto di D... prouarlo. *Respon.*

Et talem formam interrogandi reos in principio constituti curabunt seruare Commissarij, circa personam omnium, qui fuerant nominati ab ipso reo, inimici, & sibi suspecti; antequam ad alias interrogationes deueniant ipsi Commissarij, vt inde possint occurrere obiectionibus astutis reorum; nam assolent ex interrogationibus sibi factis aliquo pacto deuenire in cognitione testium, qui hoc contra eos deposuerant, & statim illos nominare inimicos, quod facere nequibunt ita facile. a

a *Natta in cons. 242. num. 8.*

Et hoc contigit nobis in quadam causa criminali arduissima, in qua quidam testis, qui maxima deponebat contra reum: dum ipse reus fuisset interrogatus, vt prononciaret sibi suspectos, vel inimicos, non nominauerat illum: immo interrogatus si habeat ipsum D..... pro viro conscientiæ timoratæ, ita vt non mentiretur, vel falsum aliquando dicturus esset, dictus reus ipse fassus fuit illum non posse mentiri. Quapropter cum opus fuisset confrontationem fieri Reus ipse obstupuit, & nominabat frustra ipsum malæ conscientiæ, & falsarium. Hæc ergo memoriæ commendent ipsi Commissarij, alias possent falli a Reis, cum possent cõtra illos obijcere, si huiusmodi interrogatio, & eorum responsio in principio non fieret, sufficiet ergo hæc annuisse, dictis ergo generalibus interrogatorijs præmissis paulatim deueniant. Commissarij ad particularia tali pacto, videlicet.

Interrogatus, se esso deponente conosce D.... *Respon.*

Interrogatus, da quãto tempo in qua. *Respon.*

Interrogatus, doue cominciò à conoscerlo. *Respon.*

Interrogatus, quanto tempo è, che non l'hab-
3 bia veduto, ò parlato. *Respon.*

Interrogatus, chi era presente, quando gli parlò l'vltima volta. *Respon.*

Interrogatus, in qual luogo, & hora gli parlò? *Respon.*

Interrogatus, di qual materia gli parlò. *Resp.*

Interrogatus, se quando vi partiste da lui, restasti con lui in pace. *Respon.*

Interrogatus, che parole coleriche furono quelle, che tra voi passorno. *Respon.*

Interrogatus, che cosa teneuate in mano, quãdo gli parlaste? *Respon.*

Interrogatus, chi vi ha dato licentia da tenere quelle arme in monasterio, ò in vostra casa. *Resp.*

Interrog. quãto tempo l'hauete tenute? *Resp.*

Interrogatus, doue l'hauete ascoste? *Respon.*

Interrogatus, chi ve l'haueua date, & in presenza di chi? *Respon.*

Interrogatus, perche vi faceste dare dette arme. *Respon.*

Interrogatus, doue tenete hora dette arme? *Respon.*

Interrogatus, auanti che partiste con dette arme che cosa diceste al detto D....? *Respon.*

Interrogatus, quante ferite furono quelle, & in qual luogo del suo corpo? *Respon.*

Et si negaret se detulisse arma, vel illum percussisse, & in negando persistere auderet, ipsi Cõmissarij illum monere tenebuntur tali pacto, vel simili. Et hæc verba omnino in actis describenda erunt ab actuario.

Et cum Reuerendi Commissarij audissent di-
4 cti D..... constituti negationem taliter eum allo-
quuti fuerunt, videlicet, fratello non è più tem-
po di negar l'istessa verità, della quale per detto
di tanti testimonij siete tanto inditiato, & quasi
conuinto, & statim coram ipso deferri faciãt ea-
dem arma, quibus vulnerauerat D.... & ipso
descripto per proprium nomen commune, vel
secundum idioma patriæ, faciant hæc describi in
actis, videlicet.

Et perpendentes Reuerendi Commissarij di-
cti D.... Rei pertinaciam in negando iusserunt
afferri gladium sanguinolentum latitudinis....
longitudinis... cum manico.... & sic de singu-
5 lis armis.... Et ipso euaginato, & ostenso dicto
D... Reo, ipsum denuo monuerunt, vt dando
gloriam Deo supremo Iudici, saltem modò non
neget veritatem facti, & talibus eum alloquen-
tes dixerũt: Come hora potete negare la verità?
ecco il coltello, ò pugnale, o schiopetta, & sic de
singulis armis, con il quale hauete ferito D,...
Horsù dite la verità hora almeno. *Respon.*

Interrogatus, se si confida molto sù le braccia, perche à tutti i modi l'hauerete da confessare sù la corda. *Respon.*

Et si quasi conuictus affirmauerit se reum præ-
senti criminis, tunc habita tali confessione inter-
6 rogetur vt infra, si verisimiliter, non potuisse so-
lus tot vulnera infligere, & hoc est, in omni ge-
nere delicti, vt communis doctorum sententia
semper docuit, vt infra suo loco dicetur.

Interrogatus, chi l'accompagnò, quando ferì D.... *Respon.*

Interrogatus, con chi n'haueua parlato per prima di far tal effetto. *Respon.*

Interrogatus, che cosa gli rispose D..... col quale di ciò parlato haueua. *Respon.*

Interrogatus, chi era presente, quando di ciò gli ne parlò. *Respon.*

Interrogatus de causa scientiæ, &c.

Et cum dictam Confessionem audissent Commissarij, per eos fuit supersessum in examine, cũ animo iterum, & quoties ipsis visum fuisset denuo eum interrogare: & iusserunt eundem subscribi more solito dictæ depositioni, & sic seruata formam supra de subscribendo traditam. Et si Commissarijs videbitur, dictum reum amplius non examinare, tunc poterunt, vt infra suo loco dicetur, concedere ei defensiones, de quibus infra.

8 Diximus quoque reum examinandum me-
dio eiusdem iuramento. Nam etsi olim aliqui
Doctores non minimę authoritatis tenuissent,
Iudices non posse deferre iuramentum reis: Ta-
men vsu ipso omnium curiarum, & communi-
ter, immo hoc ipsum ferè vniuersalis Doctorum
recentiorum sententia docet posse Iudices exhi-
bere eis iuramentum, & illos teneri deferre in
causa propria iuramentum. Et si falsum dixerint
periurij rei habebuntur in foro poli, & Deum
habebunt vltorem, non tamen venient de tali
periurio puniendi pœna ordinaria periurij in
foro fori: prout communis Doctorum sententia

sem-

Digitized by Google

semper docuit, quos retulimus in nostra praxi canonica criminali lib. 1. cap. 5. conclus. 4. in fi. tit. de accusat.

9 Hæc pauca interrogatoria produximus, vt aliqualem formã traderemus: cum re vera plura his facienda erunt, si hoc Commissarijs suggerent indicia in actis producta: nam super indiciis productis in actis sigillatim erit insistendum a Commissarijs. Nec vno eodemque examine illa absoluenda, nisi leuitas causæ suadeat, vel promptitudo confitendi appareat in Reo: quoniam si ipsi Commissarij viderint ipsum quasi spõte fateri delictum, & omnes eius qualitates, de quib. facta esset mẽtio in iudicio, & producta fuissent in processu: meo iudicio non esset ei danda copia cogitandi super statu suo: quoniam forsitan tũc eiusdem Rei peccatum obcęcauerat mentem eius, ita vt non posset cogitare finem dictæ confessionis, diuina iustitia sic disponente. Vnde frustra fieret per plura, cũ posset idem fieri per pauciora, & æquè bene. Aliàs ipsi Commissarij bene
10 facient, si de aliquibus interrogent in primo examine, & leuiter, & statim ad alia se transferrent, & postea in alio examine districtius de ijsdem, & alijs interrogarent reos, & sic lento gradu ad factum ipsum per opportuna interrogatoria deuenirẽt. *a* Et summopere studeant Commissarij ponderare responsiones reorum: quoniam ipsis
11 opponere eos oportebit, quæ falsitatem, vel impossibilitatem, vel improbabilitatem, seu inuerisimilitatem dictarum responsionum coarguant, & ideo dicant inter alia Commissarij ipsos non allegasse causam euidentem, qua possent tueri falsam eorum depositionem, etsi videantur assignare causam, poterunt replicare ipsam friuolam, & nullam, & assignent ipsi causam nullitatis, & omnis huiusmodi oppugnatio facta a Cõmissarijs, & responsio reorum facta describẽda ad verbum omnino erit in actis. Vitandum autẽ erit ipsis Cõmissarijs in interrogatorijs suis velle tacitè vn quadam suggestione, sed solum vtantur simplici interrogatione, *b* & quando secundo voluerint ipsi Commissarij reum examinare eadem forma supra præscripta vtantur, & statim infrascriptas interrogationes subinferant.

a Chart. in pra. interr. Reorũ, lib. 3. c. 1. nu. 10. & seq.

b Chart. vbi supra li. 3. c. 3. nu. 21. & 27.

12 *Interrogatus*, se esso constituto si è pur disposto a cõfessar la verità meglio di quello, che fece nel dì .... quando vn'altra volta fu esaminato. *Respon.*

Interrogatus, se gli occorre dir altro di quelle cose, delle quali voi fuste interrogato nell'altra vostra esamina fatta il dì ... mese ... nell'istesso anno. *Respon.*

Deinde deuenient Commissarij ad interrogãdum de ipso facto, etsi animaduertent ad sufficientiam interrogasse: Tunc post inscriptionem (in forma sæpius dicta) per ipsum reum factam facient hæc verba ipsi Commissarij describi ab Actuario.

13 Tunc Commissarij acceptatis &c. pro nunc, tarditate horæ præuenti, vel alijs impeditis negotiis, examen dimiserunt, & ipsum D.... constitutum mandarunt retrudi in carceribus, vel quid simile, animo tamen continuandi examen, &c. & iniuncto ipsi constituto, vt suæ depositioni subscribat, prout se subscripsit, vt infra & seruetur forma subscribendi superius in c. 2. nu. 9. annotata.

14 Et sciant Commissarij, quod expedit iubere ipsos reos subscribi, etiamsi aliàs crederetur actuario, & ipsis, *c* ratio est, quoniam tunc reus subscribens consentire videtur ijs, quæ continentur in scriptura, quam subscribit, & præsumitur, quod illa legerit, & de contentis in ea notitiam habuerit: & si diceretur, quod non legit, & quòd postea diceret se deceptum fuisse, deberet ipse hoc probare, & hoc idem operatur signum crucis factum per hominem illiteratum. *d* Ex quib. Doctorum monitionibus apparet tutiorem formam subscriptionis, quam in capitulo 6. tradidimus, ita vt addat, postquam per me ad verbũ supradicta deposita fuerunt perlecta.

c Alex. in cons. 143. nu. 4. & sequen. lib. 2. Ruin. cons. 291. nu. 1. lib. 2. & communiter Canonistæ, in c. Quoniã contra. ext. de Probat.

d Cla. in praxi. §. fin. q. 53. ver. Quintus est casus.

Animaduertant Commissarij, & maximè in vltimo constituto, epilogare omnia indicia contra ipsum reum, & quæ alia ex eius confessione emanauerunt, & denuo ipsum interrogare de ta-
15 libus, vt confusus dicat facti seriem tali pacto, & taliter scribat actuarius. Et postquam Reuerendi Commissarij ipsum D.... monuissent, vt deposita sua pertinacia, saltem modo confusus de plano confiteatur facti seriem: circa l'homicidio, ò furto, ò bastonate, ò letere false, ò infamatorie scritte, & simili; poiche i testimonij dicono questo, & questo. Et voi nel primo constituto diceste questo, & nel secondo questo, & questo: dalli quali detti siete pur conuinto hauer fatto tal'eccesso. Horsù da laudem Deo, & confessa il tuo peccato humilmente, acciò possi ritrouar appresso Iddio, & suoi ministri qualche misericordia, altrimenti ciò lo direte con li tormenti. *Respon.*

Interrogatus, come potrete questo più negare contra tanti indicij *Respon.*

Interrogatus, con che faccia vi chiamate innocente, & che non sia prouato in processo contra voi cosa alcuna? poiche ecco vn testimonio dice questo: & eius depositio ei perlegatur sine nomine testis, & ita faciat in recensendis alijs testium dictis, & subdat, & se sà che detti testimonij ciò non direbbono, se non fusse il vero; horsù disponeteui a tutti i modi a dir la verità, come passò il fatto. *Respon.*

Interrogatus &c. sibi dicto quod iam appareat manifestè de pertinacia ipsius D.... constituti, qui non solum delictum a se commissum agnoscere recusat; sed viros probos, & fide dignos, qui iuramento astricti veritatem testificati fuerunt, falsarios audeat appellare: quomodo enim modò tales illos vocat, quos sibi ad faciẽ adductos, & confrontatos, eorumque depositionem tam benè, tam clarè, & animosè confirmantes vix ipse constitutus aspicere ausus fuerit pallore, & tremore correptus? Ideo fuit benignè monitus, vt ab huiusmodi pertinacia discedens humiliter fateatur facti seriem per ordinem, & fuit sibi dictum: Horsù D.... lasciando da canto l'ostinatione, raccontate come passò il fatto della morte di D. ... *Respon.*

Animaduertant Commissarij, quòd huiusmodi argumentationib. oportet eos vti contra reos pertinaces: cum ex talium responsionibus sæpe inaduertenter ipsos nonnulla fateri contingat: super quibus inculcandæ erunt aliæ interrogationes correspondentes eorum responsionibus iuxta varietatem verborum, & factorum, & ideo certa alia dari non poterit.

Etsi tãdem Rei defatigati interrogationibus, vel confusi interrogationibus, tandem responderint se velle fateri veritatem: tunc totius facti seriem per ordinem enarratam a Reis ad verbũ faciant describi ab actuario, & postea subscribi, vt supra.

16 Circa prædicta autem aduertant Commissarij, vt cum reus delicta, super quibus interrogatur,

tur fateri cœperit, nunquam illum sic fatentem dimittant, donec omnia fassus fuerit, quæ ab ipso super facti enarrationem requiruntur, etiamsi instet hora prandii, cœnæ, dormitionis, aut quid simile, nam illud pro tūc omittendum eis erit, *a* quoniam, vt dicunt Doctores iuris os, & offam possent multa contingere: & data Reo dilatione, & tempore ad deliberandum, & de se maturius cogitandum, sępe ammittent Commissarii, quod pluribus laboribus fuerant adepti, *b* & sciant reos respondentes interrogationibus non esse interrumpendos: quoniam experientia docet, quòd inde possent auerti a confessione iam simpliciter inchoata; et si Commissariorum erit aliis interrogationibus ipsum reum aggredi, donec perfectè confiteatur suum delictum cū omnibus circumstantiis eius necessario exprimendis. *c* Sciant nouissimè Reuerendi Commissarii, quod omnia supra dicta locum obtinebunt in Reo, qui scit & potest loqui, ac intelligere interrogationes sibi factas a Commissariis, non autem in Reo muto, vel surdo, aut ignorante loqui iuxta idioma interrogationum sibi factarū: nam in tali casu ipsis Commissariis aliter erit procedendum ad eos interrogandos, ac per consequens ad recipiendas eorum confessiones, aut depositiones: de quo tamen vide infra in cap. penult. per totum.

a Chart. in sua praxi supra dicta li. 2. c. 2. nu. 20.

b Chart. ubi supra.

c Chart. vbi supra nu. 21.

Quid faciendum sit Commissarijs, si nollent Rei respondere factis interrogationibus, vel præcisè affirmatiuè, vel negatiuè, vt tenentur, vel allegent eos suspectos iudices. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij quid facient, si eorum Rei nollent respondere interrogatoriis factis, sibi negatiuè, aut affirmatiuè, vel penitus nolunt respondere.*
2 *Actuarius quam actis describet, quando reus nollet respondere præcisè ad interrogata.*
3 *Reo semel respondente ad interrogata, si rursum interrogatus de iisdem nolit respōdere, sed se remitteret ad iā dicta, quid facient ipsi Commissarij.*
4 *Forma, & norma ad torturam procedendi contra reum nolentem respondere ad interrogata, aut affirmatiuè, vel negatiuè.*
5 *Ante torturam, quā pro recipienda præcisa rei affirmatione, vel negatione, uel responsione danda esset, an Commissarij teneantur concedere reis terminum ad probandum, & allegandum se non posse torqueri pro dicta causa.*
6 *Decretum huiusmodi torturæ quibus verbis sit concipiendum.*
7 *Tortura adhibēda reis pro extorquenda respōsione affirmatiua, vel negatiua an debeat esse leuis.*
8 *Commissarij quomodo procedant contra reos nolentes respondere, affirmatiuè, vel negatiuè, allegando ipsos Commissarios suspectos, & proferant causas suspicionis eorum.*
9 *In causis regularium Commissarij allegati sibi suspecti à Reis regularibus, quare regulariter non erunt audiendi ipsi Rei.*

NOn minima alteratio oriri solet inter Commissarios, & reos; cum non pauci Rei verstuti dubitantes capi a Commissariis in sermone
1 nolunt respōsum dare interrogationibus sibi factis, & alii nolunt respondere præcisè affirmando, aut penitus negando, sed dubitatiuè dicēdo, non recordor, fortisan non est ita, vt asseritur: nō est credendum ita facile, & huiusmodi. Quapropter ipsi Commissarii interrogabunt more solito, & si Rei nollent respondere præcisè, vel penitus; tunc mandabunt actuario describere, eos no- 2
luisse respōdere penitus, vel affirmatiuè, vel negatiuè, vt possit cōtra tales vti remediis opportunis indultis a iure, vt statim dicemus, vt sic in actis constet de causa, propter quam Cōmissarii adhibuerint huiusmodi remedia. *d* Sciant Commissarii se oportere dictos reos monere ad respōdendum præcisè sub pęna confessati, aut sub tortura adhibenda, & similibus comminationibus in scriptis redactis infligere contra eos, *e* & si adhuc illi perdurauerint in non respondendo præcisè post prædictas monitiones sibi factas, & tunc ad ipsa remedia adhibenda se accingent ad interrogatione præmissa.

d Chart. in sua praxi interrog. lib. 2. c. 2. nu. 1.

e Chart. vbi supra n. 2. 3. & 4.

Interrogatus ipse D.... Constitutus, & monitus per Commissarios, vt prædictæ interrogationi præcisè respondeat pro veritate absque eo, quod se referat ad iam dicta. *Respondit.* Io mi rimetto a quello, che hò detto, & che è scritto, & non hò da dire altro.

Interrogatus, & monitus sub pęna confessati criminis, de quo imputatus fuit, vel sub pœna periorum, aut torturæ, vel alterius pœnæ, vt dicat veritatē. *Respondit*, quello, che ho detto, è scritto.

Interrogatus, & monitus, vt se disponat ad melius, & congruentius respondendum, & recedat a sua obstinatione. *Resp.* nō voglio dir altro.

Interrogatus, & denuò monitus, vt præcisè respondeat, aliàs deuenietur ad irrogationem dictarum pœnarum comminatarum contra ipsum, declarando in illas fuisse eum incursum? *Respondit* Io non voglio dire altro.

Et cum Reuerendi Commissarii quam sępissimè eundem D.... constitutum monuissent, vt deposita pertinacia responderet præcisè, vt voluerit, scilicet affirmatiuè, aut negatiuè, & vidissent eundem immobilem a sua pertinacia, & nolentem respondere aliud, quæ ego actuarius scripta audiui &c. his præmissis actuarius infra, in actis describat, videlicet.

Tunc animaduertentes Reuerendi Commissarij obstinationem, & inobedientiā dicti D..... constituti, pœnarumque prædictarum sibi comminatarum contemptum, reseruatam sibi iure semper & quandocumque decernendi, & pronunciandi ipsum D.... incurrisse dictas pœnas quodcumque mandatum desuper necessarium, & opportunum relaxandi, pro nunc ad ulteriora procedentes, Interrogauerunt an persisteret in sua pertinacia, &c. (Quamuis vsu ipso curiarum receptum sit hæc describenda Commissarios demandare) Cum viderint ergo, ipsi Reuerendi Commissarij dictarum pœnarum contemptum, præceperunt deuentū ad torturæ remedium, existentibus aliquibus tamen leuibus indicijs, vel diffamatione. *f* Aut si reus non allegauerit causam legitimam, quare noluerit respōdere.... *g* dummodo de corpore delicti constet: nec refert, an fuerit interrogatus super facto substātiali, an super circumstantijs substantialibus, de quibus sit verisimile ipsum reum posse recordari, quod quidem arbitrio ipsorum Commissariorum remitti solet: & ideo facient ipsi Commissarij secundum dictamen conscientiæ eorum præuia oratione. *h*

f Char. ubi sup. c. 2. nu. 31.

g Char. ubi sup. nu. 35.

h Char. ubi sup. nu. 17.

3 At si reus vna vice interrogatus respondit, 3

alia

alia vice denuo interrogatus de eisdem dicit se
referre ad iam dicta, nec voluerit aliud respon-
dere: tunc relinquitur arbitrio iudicis, an vellet
ipsum ad secundò respondendum compellere,
3 vel non. Quapropter prudentes Cõmissarii pon
derabunt, an ipse reus sit suspectus de perpetra-
tione criminis, de quo quæritur, & tunc omnino
ipsum compellent respondere, & reiterare iam
dicta. *a* Et vt omnia faciliter exequi possint ipsi
Commissarii, subdemus formam verborum, qua
vti eos oportebit, dum voluerint torquere reos
nolentes respondere, vel præcisè negando, vel
affirmando ea, de quibus interrogantur: videli-
cet forma torquendi reum nolentem responde-
re præcisè erit hæc, videlicet.

a Char. vbi supra nu. 39. & seq.

4 Interrogatus, & monitus D. . . . . constitutus,
vt recedat ab huiusmodi obstinatione, & respon
deat præcisè euacuando interrogatorium sibi fa
ctum, non se referendo ad iam dicta, vel omit-
tendo eius solita verba hucusque prolata scili-
cet, Non recordor, posset esse & similia, quia a-
lia contra ipsum necesse fuerit pro dicta respon
sione habenda ad opportuna iuris, & facti re-
media deuenire. *Respondit*, quello, che hò detto
è scritto; a quello mi rimetto, vel non mi ricor-
do, potria essere, & se mi volete dare la corda,
daremi prima le defensioni mie, & poi fate quel
lo, che vi pare. Et tunc Commissarij faciant hæc
verba in actis describi per actuarium in respon-
sionem dicti rei, videlicet.
5 Quibus auditis Reuerendi Commissarij di-
xerunt dicto D. . . . Reo, quòd in huiusmodi ca
sibus deuenitur ad torturam reorum, non pro
extorquenda veritate, sed solum extorquenda
responsione affirmatiua, vel negatiua eorum, de
quibus fuerat interrogatus, & iccircò nullæ dan
tur defensiones, cum pateat, quòd per eos nulla
euidens, & legitima excusatio afferri possit, luce
meridiana clarius. Respondeat ergo præcisè ad
interrogata, vt sic possit vitare huiusmodi tortu-
ram, & abijciat alia fatua subterfugia, & cauilla-
tiones: sciens quòd de illis nulla ratio fuerit ha-
benda. *Respondit*, voi mi fate torto, & aliud re-
spondere noluit.
Et studeant charitatis ardore ipsi Commissa-
rii sæpius ipsum constitutum monere superiori-
bus, vel alijs similibus verbis vtendo; post quod
actuarius scribat subsequentia, videlicet: Quæ
ego, &c. & licet pluries per Reuerendos Com-
missarios institutum fuerit pro dicta responsio-
ne habenda, semper ipse constitutus idem res-
ponsum dedit, quæ omnia ego &c.
6 Tunc ipsi Reuerendi Commissarii sedentes
pro tribunali &c. visa pertinacia ipsius D. . . . .
constituti nolentis respõdere, vel præcise, & iux
ta interrogata, pro dicta responsione, vel pro pre
cisa, & congrua responsione habenda super præ
dictis, cum aliter ab eo dictum responsum ha-
beri non possit, mandauerunt ipsum D. . . . . ad-
duci ad locum tormentorum, seu torturæ, ibi-
que spoliari, ligari, & funi applicari. Qui D. . . .
sic ad locum torturæ adductus dum spoliare-
tur, & ligaretur fuit per ipsos Commissarios be-
nignis verbis adhortatus, & monitus, vt omnino
vel saltem modo disponatur ad responsionem
dandam interrogationi sibi factæ, vel ad præci-
sè, & congruenter respondendum super iis,
de quibus interrogatur aliàs, sciat pro certo sta-
tim in altum eleuandum, & sic torquendum
pro dicta solum responsione extorquenda. *Re-
spondit*, Io hò detto, & quel che è detto, è
detto.

Tunc ipsi Reuerendi Commissarii cum vide-
rent ipsum D. . . . constitutum adhuc in sua cõ-
tumacia persistere, mandauerunt ipsum in altũ
eleuari ad effectum prædictum solummodo.
Sciant etiam ipsi Reuerendi Commissarii,
quòd tempus torturæ pro tali causa adhibendæ
7 eorum arbitrio relinquitur; habito respectu ad
qualitatem causæ, de qua agitur, ad grauitatem
indiciorum, conditionem personæ torquendæ,
& similia. Cum hæc omnia eis ponderanda e-
runt, vt iustitia suum sortiatur effectum, absque
eo quòd aliquis indebitè grauetur, *b* sed si reus
adhuc negat, se velle respondere, & allegat ipsos
Commissarios suspectos, & de ipsis non confide
re, allegando causas spectionis, & diffidentiæ, v-
tique erit supersedendum in prosecutione pro-
cessus, donec delegans consulatur, & mandet,
vel causam per aliũ cognosci, vel per ipsos Com
missarios, non obstantibus allegationibus supra-
8 dictis, *c* sed vt docet quidam Doctor, si Com-
missarii deberent omnino abstinere a prosecu-
tione huiusmodi causæ pro dicta exceptione: ni-
si sibi mandaretur a superioribus suis prosecutio
causæ in virtute Sanctæ obedientiæ, vel sub ali-
qua pœna, cum forsan causæ allatæ (prout in
religiosis in dies probatur,) essent friuolæ, & si-
ne fundamento, aliàs sequeretur, quòd quoties-
cunque committeretur aliqua causa criminalis
regulari alicui perito, & zelanti Dei honorem,
& religionis suę, ac odio habenti vitia, & immo-
rigeratos regulares; statim ipsi Rei indiscrimi-
natim allegarent eos suspectos, scientes ab ipsis
intrepidè, & absque acceptione personarũ sub-
ministrandam iustitiam, quam effugere exo-
ptant; & tali pacto supremi superiores ad stricti
essent, non sine maximo, & euidentissimo detri-
mento religionis, & dedecore totius ordinis, cau
sas delegare regularibus imperitis, & parum cu-
rantibus de bono regularium, ceterorum pace,
& honore, quibus consulitur dum inquieti pu-
niuntur, iuxta formam iuris, & constitutionum
9 particularium suæ religionis. Quapropter ipsi
Commissarij competentes Reos malitiosè alle-
gasse eos suspectos iudices, tunc poterũt eos au-
dire in productione causarum suspicionis, quæ
si sint graues, & notoriæ, poterunt si voluerint,
stante tali notorietate, deputare alium. *d* Dixi-
mus, si voluerint, quoniam in causa regularium
non habenda videtur regulariter talis ratio: cum
non detur facultas ipsis appellandi a corre-
ctionibus prælatorum suorum. *e* si ergo, non po-
terunt appellare a correctionibus Prælatorum,
indè sequitur; nec posse recusare ordinarios,
nec eorum delegatos. Cum ipsi Prælati per
suos delegatos intendant inquirere, & punire
iuxta disciplinam regularem ipsos Reos. Nec ob-
stat id, quod communiter dicitur, pessimum es-
se iudicari à Iudice suspecto, & ideo Iudex suspe
ctus reo poterit ab ipso recusari. Non inquam
hæc regula generalis obstat in causa regula-
rium, vt docuit apertissimè Innocentius Papa
III. his præcisis verbis vtens, *f* videlicet. [Sta-
tuimus, vt si allegauerit se Iudicem habere su-
spectum, coram eodem causam iustè suspectio-
nis assignet, & ipse cum aduersario: vel si fortè
aduersarium non habeat, cum Iudice arbitros
communiter eligat: qui de suspectionis causa co-
gnoscant, & si nequiuerint in vnam recordare
sententiam, aduocent tertium: vt quod duo ex
ipsis decreuerint, robur obtineant firmitatis:
sciantque se ad id fideliter exequendum ex in-
iuncto à nobis in virtute obedientiæ sub obte-
statio-

b Vlpel. in cons. crim. 34.

c Bertaz. in cõs. 8. nu. 39. lib. 1. Conrad. de offic. prætoris. fol. 83. nu. 9.

d c. si quis, extra de foro compet. et ibi per Doct.

e c. ad nostram. el 1. & c. reprahensibilis, de appell.

f c. cum speciali. § Statuimus, extra de appellationibus.

statione diuini Iudicij districtô præcepto teneri: causa verò suspicionis legitima coram ipsis infra competentem terminum non probata, sua iurisdictione Iudex vtatur. At ipsa probata, legitimè de recusatoris assensu personæ idoneæ committat negotium recusatus, vel ad superiorem transmittat, vt in eo ipso procedat secundum quòd fuerit procedendum.] Hæc ibi & in §. fin. eiusdem, cap. cum speciali. hæc ad verbum habentur, videlicet. [Ceterum has duas constitutiones præmissas nolumus ad regulares extendi contra suas speciales obseruantias.] Hæc ibi; vbi glo. in vers. has constitutiones, his verbis vtitur, videlicet. Has constitutiones, & illam idest, infra in c. sacro. de senten. excommunic. & gl. in ver. regulares, dicit supra eodem tit. cap. reprehensibilis, & supra eodem cap. 3. iam supra per nos citatos, vbi expresse prohibita fuit regularibus facultas appellandi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, iis præcisis verbis ibi in §. fi. cap. reprehensibilis tex. vtitur. videlicet. [Præcipuè verò hoc in religiosis volumus obseruari, nè religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem Prælati sui, & capituli disciplinam appellare præsumant: sed humiliter, & deuotè suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum.] Hæc ibi, & in d. cap. ad nostram, el primo, eod. tit. Alexander Papa III. iis præcisis verbis vsus fuit, videlicet. (Ad nostram, & infra. Quia verò remedium appellationis non ideo est inuentum, vt alicui a religionis, & ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua nequitia patrocinium exhibere, Mandamus quatenus, si quando quilibet subditorum tuorum ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & institutionem ordinis corrigas, & castiges:) Hæc ibi.

Idem in c. Iudex de off. deleg. in 6. & in cap. Cum inter priorem, §. Inquisitioni extra, de except. & in c. cum super, extra de off. deleg. vbi Felinus recitat recusationis quatuor causas suspicionis, licet Glo. ibidem recenset tres causas. Prima causa ergo secundum Felin. est si mecum contendit in iudicio. Secunda, si denegasset actus humanitatis solitos exerceri cum æqualibus meis. Tertia si mihi esset minatus, quod noceret si posset. Quarta si non resalutat, qui solitus erat salutare: Eadem docuit ibidem Panormitanus, & Decius.

Idem statuit Papa Celestinus III. & habetur in cap. secundo requiris, §. Tertio postulas extra de appell. vbi hæc habentur videlicet. [Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum aliquis proponit se habere suspectum, suspitionis causam coram eodem allegare tenetur: sed partes, vt in aliquos non valde remotos conueniant per eundem iudicem debere cogi, coram quibus si causa suspitionis infrà terminum competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate sua iudex vtetur. Quod si coram ipsis causa suspitionis probata fuerit, causæ cognitioni supersedere tenebitur recusatus, ipsa namque ratio dictat, quod suspecti, & inimici iudices esse non debent] hæc ibi; & in c. Placuit 2. q. 6. dicitur quod qui queruntur de Episcoporum iudicijs, à vicinis episcopis audiantur, vel ab alijs ex eorum consensu adhibitis: & Nicolaus Papa, & habetur in c. Quod suspecti. 3. quæst. 5. docuit inimicos, & suspectos iudices esse non debere, multis exemplis, & quod suspicionis causa, non probetur coram iudice suspecto, sed coram arbitris de consensu partium, & iudicis suspecti, & quod possit terminum statuere ipse iudex suspectus, in quo sententiam diffinitiuam fulminet, docuit Greg. IX. & habetur in cap. suspitionis extra de offic. delegati, & apertius in cap. legitima, de appell. in 6. in quo Ioan. IV. docuit quod Iudex, qui recusatur, statuat competens tēpus arbitris ad finiendam causam principalem, quo elapso si finita non fuerit, in principali ipse procedat. Causa vero suspitionis excipienda, ac proponenda erit regulariter ante litis contestationem, vt in cap. Inter Monasterium extra de sentent. & re iudic. & in cap. Pastoralis extra de except. & in l. nemo, C. de iurisdict. omn. iudic. & in l. Apertissimi iuris, C. de Iudicijs. Diximus regulariter: quoniam de iure Canonico, vt in dicto cap. Pastoralis, & ibi per Panor. & alios conceditur terminus ad probandam suspitionem iudicis repellendi, seu repudiandi, quam regulariter non audiatur quis elapso termino concesso à iudice ad dilatorias proponendas [nisi fortè vt dicitur, in dicto cap. Pastoralis, aliqua de nouo competens exorta fuerit; vel is, qui voluerit eam opponere fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam peruenisse] hæc ibi ad verbum, & in hac materia vide per doctores in supra citatis iuribus: & de quotuplicitate causarum suspitionis, propter quas mentò esset hæc exceptio recipienda à Iudice; Vide Specul. in titul. de Recusat. iudic. §. superest, & per Hostien. in summa, titul. de offic. delegati, §. quæ sunt iustæ causæ. Ioannem And. & alios Docto. in dicto cap. legitima, & præcipuè per text. in cap. secundo requiris, extra de appellat.

Id ipsum statuit felicis recordationis Eugenius Papa IV. in priuilegio nono nostræ Congregationi Cassinensi concesso sub anno salutis 1436. Pridie Kalend. Iulij Pontificatus vero anno sexto, & rursus idipsum statuit felicis recordationis Gregorius XIII. concedens Reuerendis Prælatis Congregationis nostræ Cassinensis, vt procedant in causis criminalibus, & ciuilibus, & ad punitionem monachorum sibi subditorum simpliciter, summariè &c. Et quòd ipsi monachi non possint a correctionibus, & pœnis sibi iniūctis etiam ad sedem Apostolicā appellare, & si appellauerint, huiusmodi appellatio nō impediat huiusmodi pœnæ inflictæ executionē, vt apertius in dicto rescripto sub Datum Romæ Anno.... Die.... Ex iis ergo omnibus elicere possunt Commissarij, quomodo procedāt in huiusmodi recusationibus factis a regularibus sibi subditis virtute commissionalium literarum, & negocij per eos expediendi: & hoc intelligimus procedere, quando non ageretur contra regulares ad pœnam capitalem, vel ad pœnam carceris perpetui imponendam, vel similem aliam, sed ad pœnam regularem; quoniam in causa grauissima agitata contra ipsos haberet locū, quod hic diximus de iis, qui allegarent Commissarios suspectos, & ordine supra dicto probassent suspicionem esse legitimam, sicut infra dicemus de appellatione regularium. a Videnda sunt etiam quæ supra attulimus de exhibenda copia processus ipsis regularibus Reis. b

a infra ca. 10. a nu. 11. vsque ad 14. inclusiue.
b infra c. 17.

De

De Depositionibus Testium, vel confessionibus compli cum criminis in facie reorum legendis, & de forma illas legendi, & de confrontatione Testium cum reis tam in tormentis, quam extra.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij animaduertentes reos perseuerare in sua negatiua quid facient.*

2 *Forma, qua vtentur Commissarij in testium confrontatione cum reis ipsis, traditur.*

3 *Commissarij poterunt requisiti concedere testibus repetendis coram Reo, antequam repetantur, vt coram eisdem perlegatur propria eorum depositio.*

4 *Confrontatio testium cum Reo quæ operetur.*

5 *Testes examinati in processu informatiue ex se non faciunt fidem, nisi repetiti fuerint parte citata.*

6 *Confrontatio testium cum Reo, an sit de substantia, & validitate processus, & quid sit loco eius, & an sit omittenda, & quando omnino seruanda.*

7 *Testis quando dicatur directè contrariari alteri testi, & quando non, exemplificatur.*

8 *Confrontatio facienda per testem non cognoscendum Reum nisi de visu, quomodo facienda sit.*

9 *Forma interrogandi Reum, antequam testis confrontatio fiat cum ipso Reo.*

10 *Actus confrontationis testis cum Reo quomodo erit describendus in actis ab actuario.*

11 *Reus, dum coram Commissariis interrogatur super depositis à teste, cum quo facta fuerat confrontatio, an possit admitti ad interrogandum ipsum testem, nec nè.*

12 *Testis postquam fuerit interrogatus à Reo, vt supra, an denuo erit repetendus super sua depositione.*

13 *Commissarij quam diligentiam facient, antequam eis constet de corpore delicti; si meritò habeant aliquem suspectum de aliquo crimine, & quare.*

14 *Suspectum de scriptura literarum prohibita quomodo interrogabunt Commissarij.*

15 *Testes quomodo examinabuntur super recognitione characterum literarum infamium, & aliarum scripturarum, vt ad cognitionem scriptoris illarum deueniri legitimè possit.*

16 *Commissarij quomodo interrogabunt Reos super recognitione literarum scriptarum, si post diligentem requisitionem, non poterunt reperire aliquam scripturam in cella, vel domo Rei suspecti.*

17 *Contra reum negantem se scire scribere, quomodo Commissarii procedent.*

CVm Commissarij teneantur omni industria ex confessione Rei peruenire ad realem notitiam facti, & per consequens ad consulendum bono publico, quod ex talium iusta punitione resultaret in dies, prout experientia, rerum magistra, docet; Iccircò cum inter alia
1 ad hunc finem optatum quàm facillimè posse Commissarios perduci ex manifestata reis deposition e testium per se pateat. Ideo ipsi Commissarij, si viderint Reos perseuerare audacter in sua negatiua, tunc poterunt eos alloqui tali, vel simili forma: Quomodo audes negare te non fuisse die.... in loco.... cum... testis deposuerit cum iuramento te ibi vidisse cum armis,... te percussisse D.... vel quid simile, de quo interrogandus erit iuxta indicia in processu deducta per testium depositiones, & illis sigillatim super quolibet indicio lectis, interrogabūt eos sigillatim. Quid ergo dicis ad hæc? & eius responsio describenda erit, *a* vnà cum omnibus gestibus corporis, & alterationibus vultus, & si quid aliud contigerit: Cum ex descriptis singultibus, geminibus, alteratione vocis, defixione oculorum, vel mutatione coloris, vel tremoris, & huiusmodi possent ipsi Commissarij argumentari, & præsumptiones elicere de innocentia, vel iniquitate eorum, & dictas repentinas alterationes sigillatim, prout contingunt fieri ab ipsis. Ipsi Reuerendi Commissarii alta voce præcipiant actuario scribenda puta, Respondit fixos oculos in terram immobiliter tenens, & dixit vel suspirans, vel lacrymans, vel quid simile fecit, & dixit.... Nam ex huiusmodi scriptura sæpe ipsi Rei deueniunt in quandam confusionem mentis, & aliquando trahuntur ad confessionem, credendo se fuisse iam manifestatos à dictis testibus, & non posse amplius negare. Quo pacto si adhuc immobiles ipsi Rei permanerent in sua negatiua: tunc ipsi Commissarii descendant ad confrontationem testium tali forma vtendo, videlicet.

a Chart. in prax. interr. lib. 3. c. 3. nu. 24.

Commissarii sigillatim vocabunt coram ipso Reo perdurante in sua negatiua, & præstito iu-
2 ramento de dicēda veritate, primò ipsum testem coram dicto Reo interrogabunt, & tali pacto faciant scribi ab Actuario. Die.... &c.

Cùm Reuerendi Commissarii vidissent pertinaciā D.... constituti in negando ea, de quibus deposuerant testes contra ipsum, iusserunt eos sigillatim vocari, & sigillatim interrogari de infrascriptis, & primò vocauerunt D.... testem coram dicto D.... Reo, & præuio iuramento eidem præstito de dicenda veritate, ipsum interrogauerunt, & primò,

An ipse D.... in testem vocatus cognoscat hunc D.... præsentem. *Respon.*

Io lo conosco, & si chiama D...

Quo peracto ipsi RR. Commissarii interrogabunt ipsum D... Reum stantem coram dicto teste tali forma vtentes, videlicet.

Ipsi Reuerendi Commissarii audita recognitione D.... interrogauerunt ipsum D... Reum tali pacto, videlicet.

Interrogatus versa vice præfatus D... constitutus Reus, se conosce D... presente qui, & come si chiama. *Respon.*

Padre si, che conosco quest'huomo qui presente, che hauete fatto venirmi in faccia, & si chiama D...

Quo peracto, Commissarii iubebunt facta tali mutua nominum, & personarum recognitione, tam Reum ipsum, quam testem denuo iurare de dicenda mera, & plena veritate, & quicquid indè sciant, & Actuarius scribat taliter. Et postquam testis cognouisset D... Reum per nomen, & cognomē ipsius, vice versa D.... Reus ipsum testem eodem modo, fuit ipse D... testis interrogatus de infrascriptis, & primò

Interrogatus, se è questo D.... delquale hà deposto il giorno... *Respon.*

Questo

Digitized by Google

Questo è quello, del quale hò parlato, e depo sto il sudetto giorno.

Interrogatus, che vegga di conoscerlo bene, & non faccia errore. *Respon.*

Io non fò errore altrimente, perche lo conosco bene.

Tunc præcipiant ad verbum legi depositionem dicti testis in faciem dicti Rei. Quo peracto interrogetur ipse testis tali pacto, videlicet.

Interrogatus, se si ricorda di hauer deposto, quanto gli è stato letto, & se riconosce la sua sottoscrittione. *Respon.*

Quanto io ho inteso leggere nella mia depositione, io l'hò deposto, & riconosciuto hò la sottoscrittione di detta deposinone esser stata scritta di mia mano in fede della verità; sed si nesciret scribere, & apposuisset signum † Crucis tunc dicat: & conosco il segno della croce, che signai, quando m'esaminai, non sapendo scriuere il giorno....

Quibus auditis Commissarij eundem testem interrogent tali pacto, videlicet:

Interrogatus, se quanto è scritto in detta sua depositione, è vero. *Respon.*

Padre si quanto ho detto in essa mia depositione è verissimo. *a*

a Chart. in sua praxi interr. li. 3.c.3. nu.28.

His accuratissimè peractis, tunc ipsi Commissarij vice versa interrogent ipsum Reum præsentem, & præcipiant describi interrogationes, & responsiones eius, tali forma utendo, videlicet.

Et cùm dicti Reuerēdi Commissarij animaduertissent dictum D... testem repetijsse, & confirmasse suam depositionem coram D.... Reo post ipsius recognitionem pro tali, de quo deposuerat, vt saltem confusus fateatur humiliter proprium crimen cum omnibus circunstantiis, & qualitatibus suis, ipsum D.... Reum coram dicto teste interrogauerunt modo, & forma sequenti, videlicet.

Hotsù D.... hai inteso bene quello, che hà deposto D.... & hora te l'hà confermato sul viso, che cosa vuoi tu dire? *Resp.* Io hò inteso quāto hà detto costui, & dico, che non dice la verità, & replicante ipso D... teste, & dicente: Io dico, che è vero quello, che hò detto.

Et poterunt Commissarii huiusmodi replicationes describi facere in actis, post quas descriptas annotentur & hęc verba, videlicet:

Et cum Reuerendi Commissarij viderent vnumquemque eorum perdurare in suo dicto, mandauerunt dictum D... adductum in testem remoueri a loco examinis, & vocari D..... qui cum & ipse coram dictis Reuerendis Commissarijs & dicto Reo esset constitutus, vterque coram fuit præstito iuramento,

Interrogatus, &c. & seruanda erit forma supra tradita cum omnibus testibus confrontatis ab ipsis Commissarijs.

Sciant insuper primò Commissarij, quòd si te-
3 stis huiusmodi adductus pecierit sibi legi eius depositionem, vt melius recordari, & affirmare illam valeant, poterunt illam ipsis legi mandare. *b* Nisi tamen ex aliqua causa aliter faciendum censuerint. *c* Sciant & secundò, quòd hæc confrontatio fieri assoleat ad effugiendam re-
4 pentionem testium, eorumque dicta, ac depositiones conualidandas; *d* & ratio potissima est, quoniam alias testes huiusmodi fuerint pro informatione curiæ examinati tantum parte non citata, & nihil ex se probant, nullumq. faciunt
5 iudicium, nisi deinde citata parte repetantur;

b Blanc. de q. n. 22. Honded. in cons. 101. nu. 32. lib. 1.
c Aymo. in cōs. 115. num. 7. & seq.
d Clarus in praxi. §. fin. qu. 45. vers. sed in proposito.

cuius quidem citationis, & repetitionis vicem obtinet ipsa confrontatio. *e* Quapropter quando huiusmodi testes haberi poterunt, semper potius illi cum reo confrontandi erunt, quàm in Rei absentia repetere curent; quia vltra quòd huiusmodi confrontatio magis Reum vrgeat: *f* aperit etiam plurimum mentem ipsorum Commissariorum, nec non & audax inficiatio ipsius testis, & negatio Rei poterunt adducere Commissarios ad quandam credulitatem, quomodo res se habuerit. *g* Nisi tamen aliqua subsistet ratio, quare à dicta confrontatione abstinendum sit: vt puta, si deposuisset timidus contra potentem, & huiusmodi, & ratio est, quoniam huiusmodi confrontatio non est necessaria regulariter, neque est de substantia processus, adeo quod si illa omittatur corruat processus. Qua propter illa Commissarijs vtendum non erit, nisi in actibus, in quibus a consuetudine, & praxi recepta reperitur, *h* cùm loco eius habeamus testium repetitionem, & sic remedium ordinarium; vnde ad extraordinarium, & subsidiarium recurrendum non erit. *i* Est non negemus in aliquo casu huiusmodi confrontationem esse necessariam; ita vt sine ipsa non poterit rectè constare processus, videlicet: primò, quando testes deponentes super aliquo delicto
6 sunt inuicem de directo contrarij, vt puta, si alter dicat Petrum vulnerasse Paulum cęsim, alter vero punctim; vel si vnus dicat Petrum fuisse præsentem: Petrus verò negat affuisse. *K* Secundo quando aliquis testis directè contrariatur depositioni alicuius rei: Verbi gratia, Testis dicit vidisse Petrum vulnerasse Paulum: Pe-
7 trus verò hoc negat, dicens non vulnerasse, *l* & diximus, de directo contrariatur; nam vbi de directo non contrariaretur; verbi gratia: Petrus dicit, die decima Decembris fuisse Neapoli, & Neapolim peruenisse super equam sibi a Martino accommodatam; Martinus verò dicit nullam equam habere, vel non recordari, an commodauerit, *m* certè hoc casu facienda non est confrontatio, *n* quia isti sunt testimonij separati, quorum alter alterum non sequitur, neque priuatiuè, neque positiuè. *o* Tertio quando ad Rei constituti recognitionem deuenire non possumus, nisi mediante illius inspectione, puta, si dicant testes aliquem tale delictum commisisse, illumque se non nosse, nisi de facie, aut de vestimentis, aut de aliqua alia circunstantia visibili, tunc est omnino Reus ipsis testibus exhibendus, vt inspiciatur & cognoscatur, an sit illemet, de quo deposuerunt. *p* Talis autem confrontatio fiet ipso Reo posito inter alios, puta, inter tres, quatuor vè alias personas ipsi Reo magis similes facie, vestimentis, ac statura: vt euitetur, quantum fieri possit, suspicio subornationis, & tali praxi vtuntur boni Commissarij, *q* & ratio huius accuratæ diligentiæ faciendæ in tali confrontatione est, quoniam ex se omnis confrontatio est odiosa, & species suggestionis. *r* Animaduertant insuper Commissarij, quòd semper ipsa testis confrontano facienda erit (vt diximus supra, hanc Theoricam deducendo in practicam) in præsentia tam Rei, quam aliorum, deferendum omnino ipsis eis iuramentum veritatis dicendæ, *s* quo per ipsum præstito, interrogandus erit, an inter alios, qui sibi fuerant exhibiti, adsit ille, quem nominauit in suo examine, dicendo ipsum delictum commisisse, vel a quo dixerat verba.... audiuisse: & si responderit, quod sic, tunc

Com-

e Chart. in praxi. interr. lib. 3. c. 1. nu. 84 & sequent.
f Char. vbi sup. nu. 83. & 89.
g tex. in l. 3. §. ideoque Diuus: ff. de test. Char. vbi sup. lib. 4. c. 1. nu. 57. vers. ibi declarat et Bursatus.
h Clarus in praxi cri. §. fin. qu. 45. vers. sed in proposito.
i Bart. in l. edictū ff. de quæst. Aymo in consil. 287. nu. 2.
K Feder. de Senis consil. 167. Alex. in consil. 34. vol. 3. nu. 4.
l Char. vbi sup. q. 45. ver. sed in proposito.
m Oldr. consil. 136. Bald. in c. cum venissent. nu. 3. extra de testit. spoliat.
n Moron. in quodam noto manu scripto in quadam causa Bononiensi.
o Moron. in tract. de pace & tregua, qu. 118. num. 62.
p Clar. in praxi. §. fin. qu. 45. vers. sed in proposito, in fine.
q Bonacossa in tracta. commun. opinio. li 5. ver. Testes falsi fol. 168.
r Bursat. in cōs. 201.
s Clar. vbi sup. q. 45. ver. sed in proposito, in fi.

Commissarij mandabunt illi testi, vt ipsum manibus tangat: mox in eius faciem omnia per ipsum testem adductum testificata mandabunt repeti coram ipso teste, & illa confirmari iubeant ordine, & forma supra tradita, *a* & hæc, quæ pro theorica signanda diximus, deducemus in practica pro instructione Commissariorum, & statim hæc literis commendare iubeant ipsi Commissarij ab actuario tali forma, videlicet.

Vide et Char. sua prac. iter 3.li.3. nu.29. in dub.seq.

Reus constitutus quid dicturus sit, si testes 9 fide digni ipsum D.....recognoscent esse illum, qui die..... de sero fuit in cella, &c. vel quod simile indicium, de quo deposuerant ipsi testes D....

Interrogatus cum iuramento D..... Reus constitutus, [che direbbe, se li testimonij degni di fede riconoscessero lui esser quello, il quale nel giorno..... alle hore..... di notte fù veduto entrare in cella di D..... con vn bastone, & arme, &c.] & sic de singulis, de quibus deposuerant illi testes. Respondit, [se nessuno ardirà di dire tal cosa, ch'io il giorno.... sia stato, &c. dirà la buggia, & nessuno con verità mi potrà riconoscere per tale, perch'io non ci son stato.

Quibus auditis debent ipsi Commissarij demandare actuario, vt describat omnia infrascripta, videlicet.

10 His auditis Reuerendi Commissarij sedentes, &c. ad conuincendum ipsum D.... Reum constitutum de mendacio, & ad disponendum eum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauerunt per D.... accersiri testes alios facie, & statura, & ætate ipsi D..... Reo similes, & cum eodem Reo in ordine collocari. Quibus sic vocatis, scilicet, D...D....D....eisque in ordine collocatis cum reo, ipso reo tenente secundũ aut tertium locum, ipsi Commissarij mandauerunt ad eorum faciem sigillatim testes, qui talia deposuerant contra ipsum D.... constitutum, & primo D.... qui adductus, & delato sibi iuramento veritatis dicendæ, & per ipsum recepto, fuit interrogatus per Reuerẽdos Commissarios, vt infra.

Interrogatus, Ben D..... risguardate bene frà queste quattro persone, se vi fosse quello, qual hauete detto nella vostra esamina hauerlo veduto nel giorno...all'hora...di notte.... entrar in cella, ò in casa di D..... con le tali arme, &c.] & sic de singulis gradatim: prout deposuisset. Respondit, [Padre sì, che fra questi quattro è colui, del quale hò parlato nella mia esamina il giorno...

Et sibi dictum à Reuerendis Commissariis, [mostrate à dito, qual è colui, del quale nella altra vostra esamina, voi parlaste?] Respondit, mouendo se de loco ad locum, & manibus propriis tangendo D..... qui alias primus erat in ordine supradicto, & disit Reuerendis. Padri, [questo, che hò toccato con la mano, è quel huomo, che viddi entrare quella sera in casa, ò in cella di D....con le sudette arme,] & sic de singulis.

Tunc Commissarii interrogabunt ipsum D..... indicatum manu præuio iuramento de dicenda veritate, vt supra latius tali forma vtentes, videlicet: [D.... fratello, ecco che D.... te l'hà pur detto in faccia, come potrai negarlo?] Respondit. [Reuerendi Pa-

dri, costui dice la bugia, io non sò quel, che egli dica: Io non fui in detta casa, ò cella, nè hò tenuto arme, &c.

His auditis Reuerendi Commissarij mandauerunt mihi actuario, vt legerem integram depositionem dicti D.... testis ad claram Rei, & ipsius testis intelligentiam, qua perlecta, & in scriptis annotatis omnibus responsionibus, & replicationibus amborum, vt superius docuimus, complebitur huiusmodi confrontatio forma sæpius supra repetita.

Insuper sciendum erit ipsis Commissarijs pro perfecta instructione præsentis materiæ, quod inter Doctores duplex altercatio, non minima agitata repetitur: quarum prima est, an testis confrontatus possit in ipsa confrontatione a reo, cum quo confrontatur, ad libitum in-
11 terrogari: secunda est: An postquam fuerit tali modo interrogatus, possit, aut teneatur postea repeti ad instantiam ipsius Rei super suis interrogatorijs, & breuibus studendo multa dicenda complecti. Circa primam propositam quæstionem dicimus, quod Reus poterit ipsum testem ad eius faciem confrontatum arbitrio suo interrogare: & ratio potissima est, quoniam confrontatio nihil aliud operatur es-
12 sentiale, quam supplere defectum citationis, vt diximus supra in capitulo præsenti; sed si testis interrogari non possit, non hoc operaretur. *b* Circa vero secundam quæstionem propositam talis distinctione erit nobis vtendum: Nam aut testis ipse in confrontatione fuit sufficienter interrogatus, ita, & taliter, vt resultet idem effectus, qui resultaret ex repetitione facta citata parte; & tunc repeti non debebit super interrogatorijs Rei: *c* aut non fuit sufficienter interrogatus, & debebit repeti super interrogatorijs per Reum datis; si ille instat, quod repetatur, alias nullam fidem faceret eius depositio, *d* quod procedit etiamsi publicatus esset processus: vbi tamen Rei dolus abfit, *e* & hæc omnia erunt summopere memoriæ commendanda à Commissarijs Deum timentibus, cum vsu ipso practicarum vtriusque fori fuerint recepta: & merito ponderatis ijs, quæ attulimus supra. *f*

b Bart. in auth. qui semel.col.si. n.3.C. de prob. Clarus in praxi § fi q.45.vers. sed in proposita. Honded. cõs. 31.nu.26.li.1.
c Honded. cõs. tot.n.29.lib.1.
d Hond. ubi su. num.26.& 28.
e Maranta. de ordi.iudiciario. §.6.n.7 mẽb.de interro. nu. 19. et Honded. ubi sup num.26.
f Bursat. consi. 311.n.4. et seq. li.2.& Hond. ubi sup.nu. 28.

Denique memores sint ipsi Commissarij, quòd in capitulo tertio inter alia, quæ diximus, est, quod etsi regulariter, nimis graue videatur inchoari iudicium a domo Rei, nihilominus in quam plurimis casibus ibi allatis ipsorum erit inquirere in domo reorum, antequam con-
13 stet sibi de veritate delicti contra aliquem in specie. Cum indè poterunt elicere indicia facientia contra suspectos de crimine perpetrato, etsi in principio verè non constet de eius auctore.

Nam diximus ibi, quod scripturæ, arma, & alia, quibus possent ipsi deuenire ad aliqualem notitiam criminosi in domo, seu in cellis, vel officinis monasterij, vel ipsius Rei, in actis describenda erunt sigillatim, annotando in cuius cella, vel officina, aut domo fuissent reperta cum omnibus specificis eorum qualitatibus, quæ postea reseruanda cautissimè erunt per aliquem ad id idoneum specialiter deputandum: & hoc non sine causa ita accuratè monuimus Commissarios, quoniam tempore opportuno ipsa essent omnino demonstranda, tam testibus examinan-

Digitized by Google

dis ex officio super recognitione ipsorum, vt dicant, si sciant apud quem talia viderint: quam ipsismet inquisitis ad ipsos conuincendos, non solum de corpore delicti, verum etiã de auctore delicti; nam sæpe talia oblata recognoscenda ipsis à Commissarijs, assolent ipsos suspectos mouere ad exprimendum aliquod signum extrinsecum in voce, vel facie, vel oculis, aut in toto corpore: ex cuius ponderatione quasi conuincuntur de perpetrato crimine a prudentibus Commissarijs, & exemplificabimus, in primis ad interrogandum ipsum Reum de scriptura literarum infamium, ad modum libelli famosi, vel literarum lasciuarum, & continentium quid simile prohibitum. Tunc præstito iuramento, (vt sæpius diximus, & præmissa depositione testium cum iuramento super recognitione characterum, & eorum confrontatione, & signorum, seu marchæ paginæ, seu solij plius, cum alijs scripturis repertis manu Rei ipsius, cum subscriptione ipsius, & si ex talium testium familiarium Reorum elicitur inditium contra ipsos Reos, statim ipsi Commissarij tali forma verborum, vel similium vtendo se accingent ad ipsum Reum interrogandum super dictis infamibus literis, videlicet.

Cum Reuerendi Commissarij voluissent de
34 iure procedere contra D. ..... suspectum de scriptura literarum supra recensitarum in ius ipsum vocantes, præuio iuramento, &c. ipsum interrogauerunt de infrascriptis, & primo.

Interrogatus, an si videret aliquam scripturam sua manu confectam, illam recognosceret. *Respon.* Padre si, che la riconoscerò.

Et statim iubeant Commissarij exhiberi dictas literas, & ab Actuario hanc exhibitionem scribi in actis forma subsequenti, videlicet.

Quo audito ipsi Reuerendi Commissarij coram me Actuario exhibuerunt quasdam literas, sub Datum .... die..... Incipiente molto ven. Padre sapia, &c. cum subscriptione di V. P. m. V. aut di V. S. Affettionatissimo, &c. D. ...., & cum inscriptione à tergo, al m. V. Padre D. ... &c. Alla Magnifica Signora Madama Polissena. Et si huiusmodi literæ fuissent repertæ in cella, seu domo eiusdem constituti, exprimatur in actis, alias exprimatur, vbi fuissent repertæ, apud quem, & coram quo, & in cella ipsius Rei, vel apud D. ..... quibus per ipsum D. ..... constitutum benè recognitis, sed non lectis intus, tunc Commissarij interrogauerunt ipsum dicendo D.... [queste letere a voi mostrate, & da voi vedute, sono state scritte di vostra mano? *Respon.* Padre si che sono di mia mano propria scritte.]

Deinde ipsi Reuerendi Commissarij, parum explicantes literas prædictas coram ipso D...., constituto: ita, vt sola subscriptio ipsarum videri possit, & non tenor earum, & illis sic partim explicatis exhibitis ipsi D..... fuit ipse interrogatus, [se la sottoscrittione di detta letera, è scritta di tua mano. *Respondit.* Io hò visto questa sottoscrittione, & dico che è di mia mano, ò almeno se gli assimiglia.

His peractis Commissarij plenè ipsas literas explicantes dicto D..... constituto tradiderunt recognoscendas, & ipsum interrogauerunt dicentes: [D.... ecco che vi habbiamo aperta la detta letera, hora leggetela, & dite se l'hauete scritta di vostra mano. *Respondit* Io hò veduto la detta letera, la qual comincia.... & finisce.... & vi dico che è scritta tutta di mia mano.

Hac confessione recepta, ipsis Commissarijs erit procedendum ad vlteriora, & ad perficiendum processum, prout iuris erit, præstitis defensionibus, vt infra suo loco dicetur. Attamen si ipse reus negaret se scripsisse huiusmodi literas, tunc accurati Commissarij poterunt altero ex his modis procedere ad inuestigandũ de veritate, & conuincendum ipsum Reum. Nam aut Reus scit scribere, aut non: si scit scribere, tunc perquirant scripturas alias repertas in sua domo, aut cella, vel alibi, quæ fuerant communiter existimatæ manu sua scriptæ, & aduocent testes fide dignos, & sibi familiares, vel eos, ad quos eius literæ alias peruenissent, & moto ipso D. .... Reo constituto; præstito iuramento de dicenda veritate, &c. interrogabunt sigillatim ipsos tali forma verborum, vel simili. Die....

D..... ætatis... dignitatis... vocatus in ius
35 a Reuerendis Commissarijs, & in testem ad infrascripta medio eiusdem iuramento præstito de dicenda plena, & mera veritate, & quicquid inde sciat: fuit primò

Interrogatus, se conosce D. .... & da quanto tempo in qua. *Respon.*

Interrogatus, se sa esso testimonio, che detto D.... sappia scriuere. *Respon.*

Interrogatus, come sà, che detto D.... sappia scriuere. *Respon.*

Interrogatus, se ha riceuuto, ò veduto mai alcuna sua letera diretta ad esso testimonio, o ad altre persone. *Respon.*

Interrogatus, se il charattere di detto D.... s'auicina alla letera cancellaresca corsiua, o formata, ò tonda, ò mercantile. *Resp.*

Interrogatus, se vi fosse mostrata vna letera, potresti voi giudicare, se fosse stata scritta di mano di detto D..., o d'alcuno suo amico, ò parente, o d'altra persona. *Respon.*

Et ostensis dictis literis, non explicatis ipsi Commissarij ostensaque solum suprascriptione dixerunt, [Ecco qua la soprascritta di quella letera, qual dice al molto..... riguardate bene ogni carattere scritto in essa, & andateui ricordando, se simili caratteri habbiate veduto scritti, & da quali personæ.] Quibus per testem benè recognitis. Respondit [à me pare che siano questi caratteri scritti di mano di D. ....

Interrogatus, Perche cosi giudica esso testimonio. *Respondit*. Perche a me più volte esso D..... ha scritto, & formata cosi li caratteri della scritta letera, ma meglio la riconoscerò nella sua sottoscrittione, & nel suo solito modo di dettare le letere.

Quibus auditis Commissarij explicantes dictas literas, & taliter explicatas tradentes ipsi D. .... in testem vocato, dixerunt ei, [Horsù considerate bene il charattere, & il modo della sottoscrittione di detta letera, & la frase, & modo di scriuere contenuto in essa, & dopò considerate le sudette cose, mettendoui Dio auanti gli occhi, dite sinceramente quello, che ne giudicate.] Respon.

Tunc ipsi Commissarij si habeant alias scripturas repertas in domo, vel cella dicti D.... Rei, vel alibi, dicant ipsi testi. [Ecco quest'altra

tra

tra scrittura, che vi pare l'habbia scritta, dite la verità. *Respon.* Io sò che questa scrittura, la qual comincia così .... & è signata con lo segno, seu marca nella carta .... è stata scritta di mano di D ....

Interrogatus, come lo sapete voi? *Resp.* perche detto D .... me l'hà detto in occasione di dispute, &c.

Interrogatus, & denuo ostensis dictis literis prius eiusdem testi ostensis, & traditis ad ipsas recognoscendas, fuit a Reuerendis Commissarijs ipse D .... testis monitus, vt comparare omnino vellet characteres contentos in dictis literis, & illos contentos in dicta scriptura paulo ante recognita, [& che dica la verità di quello, che sente, & se può giudicare, chi habbia scritta detta letera. Respondit, se beneteneua per fermo che D ..... hauesse scritto detta letera, sì per hauer considerato il suo carattere, come il tenor di quella, hora hauendomi mostrato le PP. V V. m. R R. la sudetta scrittura, lo giuro che à mio giuditio altra persona non scrisse detta letera che D ....

Hac testificatione recepta, & completa secundum formam consuetam supra sæpius traditam, & subscripta ab ipso teste, aduocabunt Commissarij, & alios testes, & in eorum testificationibus recipiendis vtantur eadem forma, vel simili verborum, quam seruari diximus in supradicto teste examinando, & hæc obseruabunt Commissarij, si reperiretur aliqua scriptura scripta manu eiusdem Rei, sed si non reperiretur, tunc ipsi Commissarij facient, vt infra.

Animaduertant Commissarij quod ex accurata requisitione in cella, vel domo, vel officina Rei, si non reperiretur aliqua scriptura, (&

16 si hoc videatur impossibile in Reis religiosis scribere scientibus) tunc interrogationibus sequentibus aggredientur ipsos Reos, sic eas describendo, videlicet.

Die .... D .... constitutus, & medio iuramento, &c. tanquam principalis quoad se, & testis quo ad alios, & primo fuit.

Interrogatus, se egli sappia scriuere. *Respon.* Padre si.

Tunc præcipiant ei accipere calamum, & aliquam integram orationem manu propria in eodē processu scribere: quod & fecit, & animaduertant Commissarij, quod faciant scribere aliquam orationem conformem alicui orationi, seu periodo existenti in literis, de quarum scriptore inquiritur, vt ex identitate dictionum scriptarum per Reum in processu possit elici identitas characteris existentis in dictis literis, diuerso tamen tenore vtendo tam per peritos in arte scribendi, *a* quam per ipsomet Commissarios, cum ita etiam de stylo obseruetur omnium criminalistarum.

a Chart. in sua pract. interrog. in 11. excusat. f. 209. & 250.

Quod si Reus negauerit se scire scribere, &

17 tunc Commissarij studebunt ipso Reo amoto examinare testes sibi familiares, taliter interrogando, vt sic conuinci possit de mendacio.

Die ..... D ..... Etatis ..... dignitatis ..... testis vocatus, & medio eius iuramento de dicenda plena, & mera veritate &c. fuit interrogatus, vt infra.

Interrogatus, se conosce D .... *Respondit*, Padre si.

Interrogatus, da quanto tempo in quà, & doue. *Respondit.*

Interrogatus, se sà esso testimonio, che detto D .... sappia scriuere letera cancellaresca, corsiua ò d'altra maniera di letera. *Respon.* Io non sò, che sappia fare tal carattere, ma sò che sà scriuere.

Interrogatus, come sà che D .... sappia scriuere? *Respondit.*

Et depositionem curent Commissarij subscribi more solito. Et sciant Commissarij, quod si possent ipsum conuincere de mendacio, examinando testes, qui deponerent alias ipsum vidisse scribere, vel quid simile, prout melius fieri poterit; tunc non leue indicium contra ipsum eliciet, *b* quo possent contra ipsum deuenire ad torturam, vt in simili dicemus infra in cap .....

b Clarus §. fi. q. 21 ver. Mēdaciū. Natta consi 449. n. 7. vol. 3. & infra in capitulo finali, num .....

Quomodo possit iudex capere confessionem rei, & in quibus casibus teneatur dicere veritatem, & declarare complices delicti sui. Cap. IV.

SVMMARIVM.

An possit reus iuridice interrogatus negare veritatem sciens, quod propter depositionem suam est morte puniendus: aut amittet honorem suū concl. 1. nu. 1

An cōdemnatus morte, qui negauit delictum suū, teneatur confiteri illud, conc. 2. nu. 2.

An reus nihil respondens iudici sit visus confiteri delictum, & an possit petere tempus ad respondendum, & quomodo debet respondere, conclu. 3. n. m. 3

An reus interrogatus cum iuramento teneatur respondere secundum mentem iudicis, conclusione 4. num. 4

An reus conuictus de aliquo delicto possit interrogari de alio, conc. 5. nu. 5

An reus interrogatus legitime peccet mortaliter mentiens in rebus paruis momenti, conclus. 6. num. 6

An interrogatus iuridice possit negare quandam rem, quam fecit bona fide, & an, qui iurauit de calumnia, possit negare aliquod delictum secretum, conclusione septima, nu7

An sit licitum iudici, vti aliqua dissimulatione, vt inueniat veritatem, conclusio 8. numero 8.

An teneantur rei, qui confitentur crimina sua, declarare complices, concl. 9. nu. 9

Prima Conclusio. Potest licite index iuridice interrogare reum, & per consequens tenetur dicere veritatem, siue pœna sit temporalis, siue spiritualis, siue procedat iudex ex officio, siue ad instantiam partis, siue crimen sit notorium, siue ex fama. Dixi interrogatus iuridice, quia debet attendi, an talis iudex procedat postquam præcessit infamia, & indicia sufficientia, quia si non præcesserit hoc, non potest interrogare, & per consequēs non tenetur reus respondere, vt dicunt S. Tho. Caie. Sotus, Suarez Antonin. Gomez, Cord. Nauar. Alcoc. & Petrus de Nau. quod debet intelligi in causis ciuilibus, & criminalibus, in quib. timetur parua pœna: in causis vero magnis, & capitalibus, alijsque, vbi agitur de fama, dictante sic æquitate naturali, potest reus recta conscientia celare veritatem non mentiendo dacium dicens, sed vtens amphibologijs, & ver-

D. T. 2. 2. q. 59. ar. 1. ubi Ca. So. vbi su. q. 7 cō. 1 Su. l. 4. ti. de les turas l. 2. prin. Go. 3 var. c. 12. n. 15. Co. l. 3 qq. q. 43 du. 3. Na. in c. inter uerb cō cor. 55. Cor. in pr. qq. q. 18. r. 7. ad fin. Alc. in sum. ca. 26. 9. ci reo Na. li. 2 de rest. c. 4. nu. 138.

Digitized by Google

& verbis æquiuocis, quia naturale est homini illius defendere se, & si consanguineus non potest compelli testimonium dicere contra alium suum consanguineum in singulis casibus, videtur, quod non potest compelli secundum æquitatem naturalem aliquis testificari contra seipsum, quando ex ea depositione debet illi euenire magnum detrimentum vitæ, & famæ, aut saltem, si compellatur a iudice, poterit occultare veritatem verbis æquiuocis, & ideo videmus, quod præcipit iudex aliquem condemnatum morte, quod stet in carcere, & nõ fugiat qui ēt iuste poterit nõ obedire, & fugere, quia difficillimũ est, quod nõ fugiat quis faciem mortis, si aliqua via possit: hanc opinionem tenet Petrus de Nauar. quem sequitur Salz. & hoc modo debet intelligi, quod tradit Nau. Nota autem tunc sequi magnum damnum in honore, in casu, quo quis sit homo honore habitus, & pro tali reputatus; & si confiteatur suum delictum occultum remanetet infamatus de facto, & de iure; in quam infamiam non caderet nisi confessus esset delictum, sed remaneret in priori fama, & existimatione; si vero est homo infimę conditionis, & honoris non ita sublimis, ego non auderem admittere hanc opinionem, quia sic est dare licentiam cuicunq. delinquenti, vt neget veritatem, cum quicunq. per suam positionem amittat honorem suum.

Na. vbi su. nu. 142. Sal. i prac. cri. c. 16 p. 431. Na. in Ma. ca. 25. nu. 36.

2 Secunda Conclusio. Si iuridice interrogatus negat semel delictum, & hoc non obstante cõdemnatur morte, aut alia pęna, quamuis peccauit mortaliter negans veritatem, non tenetur tamen postea illã confiteri, nisi ex negatione eius resultet graue damnum alicui homini priuato; hanc opinionem tenet Nau. & Segura; vnde nõ debet teneri opinio contraria Medinæ, qui dicit absolute, quod si non confitetur delictũ, nõ debet illum absoluere confessarius ob grauem iniuriam, quam facit iudici, insinuans per hoc, qđ sine culpa condemnat illum, quæ quidem ratio est nullius momenti, quia quamuis reus sit innocens, non est dedecus iudicis condemnare illũ, si ex processu substantiato iuridice inuenit illũ delinquentem; & ideo cum iudici nullum veniat damnum, non est, quod affligamus delinquentes condemnatos morte negando illis cõsolationem absolutionis.

Na. d. c. 25. nu. 38. Seg. in dire. 2. p. c. 17. n. 39. Med. in sum. f. 78. p. 2.

3 Tertia Conclusio. Reo legitime interrogato, si nolit respondere, potest illi pręcipi iuste, quod respondeat; & si non respondet, præsumitur in iure exteriori fecisse delictum, vt affirmat Rodericus Suarez, dicens sic fuisse iudicatum in Hyspania super quodam negotio grauissimo; & Iulius Clarus affirmat sic esse in praxi positum: & ita statim tenetur respondere, vt non possit petere a iudice dilationem, aut tempus ad deliberandum ad respondendum, vt affirmat Salzedus. Verum est tamen, quod vt iuridice interrogetur, est necesse, quod sit vnus testis occulatus sine defectu aliquo, aut indicia, quę sint ęquiualentia illi, & quod talis probatio contineatur in processu, & detur copia parti, vt sciat, an teneatur respondere, quia si non datur non tenetur ad illud, vt dicunt San. Th. Nau. Sotus, & Alcocer, potestq. reus petere dilationem non ad respondendum, sed ad videndum id, quod contra illum est in processu, & secũdum illum videre, an teneatur respondere, quod dicit Alcocer, qđ debet notari multum, quia vix est iudex, qui obseruet supradictum, neq. habeat propositum illud obseruandi, & non videmus, quod ideo non obseruantur a suis confessarijs, nec ob alias causas similes; nec valet consuetudo in contrarium iudicum, quia est contra legem naturalẽ, vt dicit Salzed. notans quod non debet dari copia reo informationis, sed solum debent iudices præcipere, vt legatur coram illis, quod est in processu absque eo, quod explicentur nomina testium, & eandem opinionẽ videtur tenere Gutierez, hæc tamen opinio videretur mihi admittenda, quando delictum, quod imponitur reo, est parui momenti, quia loquendo regulariter tenentur iudices manifestare nomina testium reo facto processu contra illum, vt defendat se non solum a sentẽtia, quam timet, sed etiam ab obligatione, qua tenetur respondere, vt resoluit Bonifacius reprehendens iudices, qui faciunt contrarium, & tenent Antonius Gomez, & Gregorius Lopus, & præcipitur in quadam lege nouæ compilationis, & alia, quæ tractat de peccato nephando. Notetur autem quod si reus dubitat, aut testis, an iudex quęrat iuridice, & existente in eodem dubio confessario, debet iudicare in fauorem rei, scilicet, quod non quęrit iudex iuridice, pręcipue in casu graui, quia peius esset in hoc casu occidi hominem, aut mitti ad triremes in perpetuum ob eius depositionẽ, quam nolle obedire iudici; hæc adnotatio est Soti, quam doctrinam debent notare sacerdotes, qui accedunt ad audiendos hosce delinquentes; & quia iudices communiter deficiunt in quærendo iuridice, & nolunt ostendere, quod est in processu contra delinquentes, vt secundum illud obligentur ad respondendum, & quia etiã sæpius non conuenit petere manifestationẽ processus, quia ex hac petione capiunt occasionem ad præsumendum malum, & afferunt molestiã delinquentibus cum torturis extraordinarijs, mea opinio est, ꝙ in hac perplexitate, & dubio ꝓcedant cũ debita prudentia, & non petant ꝓcessum, nisi quando aliud non potuerit fieri inspectis circumstantijs, nec obligent delinquẽtes ad manifestandum suam confessionem, si ex ea est periculum euidens vitæ, & honoris. Aduertatur autem, quod si sint certi, quod iudex est rectus, & quod quamuis petant manifestationem processus, non sequitur inconuenientia retrodicta, tenentur petere processum, & secundum illum iudicare obligationem, qua tenentur delinquentes respondere.

Sua. vbi su. n. 1. Cla. l. 5. rece. sẽ. §. fi. q. 45. versi. sed pone Salz. e. vbi su. c. 126. p. 428.

D. Th. 2. 2. p. 69 ar. 1 & 2 Nau. vbi su. n. 36. So. li. 5. de iust. q. 9. ar. 2. Alco. vbi su. f. 85. pag. 2.

Salz. vbi sup. p. 432. c. 2. Guti. i qq. can. c. 11.

Bon. in tract. de malef. in reg. de inq. & earum. for. n. 15. f. 267. in magnis.

Sot. de teg. secr. m. q. 7. p. 62. c. 1

4 Quarta Conclusio. Reus interrogatus cũ iuramento tenetur respondere ad mentem iudicis iuridice interrogantis, quia si iurat contra hanc intentionem, peccabit mortaliter, sic enim tenẽt Sanc. Thom. Caietanus, & Sotus; & idem dicendum est respondendo cum æquiuoco iuramento, quod componitur ex verbis simulatorijs artificiose, ita vt possit habere duplicem sensum, quia cum iudex deferat hoc iuramentum licite, non est tamen licitum vti hac amphibologia, quia esset inferre illi magnã iniuria, sic. n. tenet Sot. Dixi delato licite iuramẽto a iudice, quia alias licitũ est vti quacũq. amphibologia, quã vsus communis admittit sine mẽdacio; quia si verba secundum vsum communem non admittunt sensum verum, tunc esset dicere mendacium, quod est illicitum, vt dicunt Corduba, & Sotus quamuis alij teneant contrarium, quorum opinio est recepta, vt constat ex ijs, quę dixi in primo tomo in materia iuramentorũ. Et vt radicitus intelligatur supradictũ, debet necesse aduerti, ꝙ totũ illud procedit, qñ iudex procedit, vt sæpius repetiui, iuridice, quia si non proce-

dat

D. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 7. ad 4. et ibi Ca. Sot. li. 8. de ius. q. 1. ar. 7.

Sot. vbi sup.

Sot. li. 5. de iust. q. 6. ar. 2. con. 7. p. 445. Cord. de casib. q. 65.

Digitized by Google

dat iuridice, non tenetur reus respondere, quãuis iudex tanquam eius prælatus præcipiat illud in virtute sanctæ obedientiæ, vt resoluit Aragon. tunc vero iudex non quærit iuridice, quãdo non est legitimus, nec competens; vnde si interroget eos, qui non sunt subiecti eius iurisdictioni, possunt licite celare veritatem sine mendacio; idemque debet dici, quando iurisdictio eiusdem iudicis est suspensa ob aliquam appellationem: dicetur etiam non quærere iuridice, quando contra reum non est infamia, vt dictum est supra. Nec ideo est iniqua, & mala consuetudo aliquorum tribunalium ecclesiasticorum, vbi interrogant eos, qui obtenta iam dispensatione a Papa volunt contrahere matrimonium, an cognouerint se carnaliter, de quo peccato adhuc non sunt infamati, quia quamuis Salzedus reprobet hanc consuetudinem, non debet tamen condemnari. Primo quia est necesse, vt sciatur dicta copula ad videndum, an valeat dispensatio secundum dicta in materia matrimonij. Secundo, quia ob nostra peccata in nostra Hyspania non putatur peccatum infamatorium cognoscere se carnaliter consanguineos, qui volunt contrahere, & miserunt Romam pro dispensatione.

Ara. 2. 2. q. 4. 8.

Salz. vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Reus conuictus de vno crimine non potest interrogari de alio crimine aut suo, aut sociorum, cum de alijs non sit notatus infamia, vt dicunt Sotus, Nauarrus, & Alcocer. Aduertatur autem, quod reus conuictus de aliquo delicto potest interrogari, an commiserit alia eiusdem speciei; & ideo qui non confitetur aliquod furtum, potest interrogari, an commiserit alia furta, quod dicit. Nauarrus habere locum, quando hic ob infam am, aut aliter per indicia clamorosa videtur frequentasse huiusmodi delicta; & ideo famosus latro, qui confessus est aliquod furtum, potest interrogari, an commiserit plura furta; si vero solum est infamatus de vno furto, & non est suspicio, quod commiserit alia, nõ possunt illum interrogare, an commiserit plura.

So. li. 5. de iu. q. 6. ar. 2. post me. & de teg. secr. vbi sup. q. 6 a. 2. Na. d. c. 25. nu. 35. Al. d. c. 26. Nau. in rub. de iud. numero 91. Na. li. 2. de res. c. 4. n. 171. Abb. & Doct. in c. afferte.

6 Sexta Conclusio. Si reus, aut alius quiuis testis interrogati legitime a suo iudice mentiatur in rebus parui momenti, non peccant mortaliter, quod procedit, quamuis iudex sit prælatus regularis, & præcipiant sub obedientia subdito, vt manifestet illi veritatem alicuius rei parui momenti, quia hic non peccat mortaliter non obediens, eo quia prælatus in rebus paruis non potest imponere præceptum obedientiæ, quod obliget ad mortale; quod si dubitat, an sint parui momenti, tenetur obedire, nisi inde sequatur graue damnum proximo, vt dicit Aragon, & diximus in materia obedientiæ: supradictum autem debet intelligi, nisi mendacium confirmet cum iuramento, quia tunc peccat mortaliter, vt dicunt Sotus, & Nauarrus.

Arag. 2. 2. q. 69 ar. 2. p. 504. So. de teg. sec. mẽ. 2. q. 4. a. 3. Ma. i. tanter ver. cor. 7 15. nu. 154.

7 Septima Conclusio. Si aliquis accusatur falsé de aliquo crimina corã iudice, & ingressus est quãdam domum bonafide, quod sciret iudex, capiet occasionem, & indicium ad exponendũ illum torturæ in hoc casu, quamuis interroget illum iuridice, an sit ingressus domum illam, non tenetur confiteri ingressum fuisse eam, si non potest probare bonam fidem, qua ingressus fuit; & ratio est, quia de hoc ingressu non interrogat iuridice, quia vult ex eo capere occasionem exponendi torturæ, qui cum fuerit innocenter ingressus, non potest de iure esse occasio supplicij, & torturæ; hoc autem colligitur ex eo, quod resoluit Sotus, vbi probat, quod non obstante iuramento de calumnia, qui defertur actori, & reo in principio litis, quod non negant, quod putauerint esse verum, si postea fuerit reus interrogatus de aliquo crimine in particulari, de quo nec est infamia, nec indicia, non tenetur illud confiteri, nec peierat, quamuis neget, quia qui iurauit se dicturum veritatem, intellexit de veritate, de qua fuerit legitime interrogatus, & quamuis ipse non intellexerit tunc, sic sufficit, quod a iure sic interpretetur.

So. de teg. secr. 2. q. 7. cõ. 3. p. 62 co. 1. & 2.

8 Octaua Conclu. Licitum est iudici vti aliqua simulatione, vt verificetur negotium, quod tractatur inter reum, & actorem dubitando de eius veritate, vt resoluit Cou. & notant Abbas, & DD. communiter, nec potest iudex loquendo regulariter aliquem reum denuntiatum de certo crimine condemnare solum propter eius depositionem ad pœnam ordinariam, si extraxit ab eo dictam depositionem promittens illi, quod si diceret veritatem, non puniret illum, cum extraxerit ab eo dictam depositionem per fraudem credente reo, quod obseruaret illi promissum; & ideo confidens in eo potest esse, quod sit confessus, quod deposuit, vt sic liberaretur a carcere, qua detinebatur oppressus. Dixi loquendo regulariter, quia si reus sciebat, quod iudex erat defectuosus a promisso, & nihilominus perseuerauerit in depositione, absque dubio poterit puniri pœna ordinaria; & addit Couarruuias, quod si vltra confessionem adsunt coniecturæ, quod commiserit illud crimẽ, non faciet iudex contra iustitiam condemnans reum ad pœnam ordinariam, præcipue si reus non reuocat depositionem suam, postquam factus fuit certus, quod iudex simulabat, quæ tamen simulationes debent euitari, vt docent doctores.

Cou. li. 1. va. r. ca. 2. nu. 16.

9 Nona Conclusio. Tenentur rei, qui fatentur crimina sua, declarare complices in illis, si interroget iudex credens, quod sint adhuc parati committere noua peccata continuato vitio cum graui damno reipubl. aut proximorum, & credens, quod non corrigentur, quamuis illis fraterne dicatur, vt accidit quotidie in latronibus, & falsificatoribus monetæ, hæreticis, strigibus, & alijs aruspicibus, quia conuenit manifestare hanc turbam malefactorum iudici, quãuis non interroget de illis, vt resoluit Nauar. & ideo tenentur confessarij monere reos, vt denuntient illos, vt monet Sotus, & peccant absoluentes eos, cum absoluant impænitentes, vt dicunt Nauarrus, & Alcocer. Nota tamen, quod hoc procedit procedente iudice in inquisitione, & interrogatione iuridice, quia alias neque se, neque complices tenetur manifestare. Est etiam notandum, quod non debet iudex interrogare de complicibus, nisi in casibus, in quibus disponitur a iure; neque debet interrogare de aliquo complice in particulari dicens dic mihi, an N. fuerit tibi socius in delicto; & tenentur iudices declarare reis, in quibus modis, & casibus tenentur manifestare complices, aut concedant licentiam illis, vt possint consulere homines doctos, & si nolint illis dare licentiam, dicit Nauarrus, quod non auderet liberare eos a peccato mortali, præcipue si hoc faciant persuasi, quod est iustum quacunque via inuenire delicta, & vt sic teneatur esse iudices rigidi compellentes reos, vt manifestent complices, contra quos nulla est infamia, nec indicia, sed potest esse,

Na. in d. c. iter verba corol. 6. So. de se se. mẽ. 1. q. 8 p. 17. Na. c. 18 n. 58. Alc. vbi su. f. 86.

Na. vbi sup.

Digitized by Google

quod coram Deo sint correcti: immo addit idē Nauarrus, quod nec liberaret illos a peccato mortali, quando cum torturis vellent illos cōstringere ad illud cessante dicta infamia, & indicijs, nisi peccatum declaratum a reo esset talis conditionis, vt non posset fieri sine socio, vt est peccatum sodomiticum, adulterium, &c. Est etiam licitum iudici interrogare de complicibus, quamuis nulla præcesserit de illis infamia, quando interrogat, non vt puniat, sed vt corrigat, vt pater, vt tenet Corduba; quod notent prælati regulares pro suis visitationibus, cum dirigantur ad hoc, vt tanquā patres adhibeant remedium malo, quod cognouerunt. Notent etiam subditi, quod non capiant hinc occasionem reuelandi prælatis tanquam patribus, quod de iure est illicitum manifestare tanquam iudicibus, cum non constet illis, nec possit constare, quod procedeot tanquā patres: & moneo confessarios, quod, quando præcipiunt reis, vt manifestent complices, inspiciant bene negotium non confidentes solum in suo iudicio; quia ego etiam in minoribus casib. non confido in meo, & si aliquo modo possint liberare reum ab hac obligatione manifestandi complices, inclinentur ad illud; & quando aliter non potuerint facere, doceant reos, ne manifestent nisi eos, quos petit necessitas publica, & particularis.

Cord. super So. de reg. secr. q. 4. contr. 7.

Cord. su. So. de reg. secr. q. 4. cō. 7.

DE REIS CONFESSIS.

Titulus XX.

Caput Vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Confessio quotuplex & num. 3.*
2 *In confessis partes iudicis in condemnando.*
4 *Confessi etiam audiendi se defendendo.*
5 *Reuocatur confessio quoties non vera sit.*
6 *Sponte confesso indulgendum.*

1 Confessio reorum duplex est, vna quæ fit proprio ore, alia quæ fit per contumaciam, vt si aufugerit, aut vocatus se præsentare noluerit registrata citatione in processu, vel diligentia cursoris, tunc tamquam interrogatus & confessus habebitur l. eius qui delatorem ff. de iure fisci l. qui ad certum ff. locati & l. singularia ff. si cert. pet. quia tali casu, idest confessi, partes iudicis sunt vtiq;
2 in condemnando cap. 2. de confess. Quæ citatio
fit hoc modo, & registratur in processo. Hic in refectorio hora prandij, (discumbentibus fratribus) & de mandato Reuer. Fratris, &c. citatur frater N. quatenus in termino, &c. debeat corā D. S. R. personaliter se præsentare ad effectū respondendi quibus interrogatus fuerit, alias cōtra ipsum contumacem, & confessum D. S. R. vt iuris fuerit procedet non obstātibus, &c. Sed loquendo modo de prima vera iudiciali confessione, dicitur quod confessus quis intelligitur, quotiescunq. dubitari non potest, vt cōfessio metus causa facta fuerit l. 1. §. si quis vltro ff. de q.
3 Anchar. consi. 24. num. 2. Aliquando non metu
criminis imminentis, sed tædio vitæ, vel impotētia doloris quis sibi mortē opperit vel manus in se infert, ideo ei insistendum est l. 1. §. si quis nō metu ff. ad Syll. & §. si tibi manus loco citato, nā quandoq. confessus ebrius est, vel mēte captus, aut spontè periturus, quo casu debet iudex diligenter circunspicere; Igneus in l. 3. §. subuenitur ff. ad Sylla. n. 87. Quia talis non tenet confessio glo. in c. ex literis de diuortijs & in omnem casū non obstante, vt sit spunte confessus, & de confessione dubitari non possit, adhuc terminum
4 ad faciendas suas deffensiones competentē reo
iudex assignare debet Grammat. super constit. reg. Neapol. fol. 23. num. 23. & l. 1. §. si quis vltro ff. de quæstion. l. 1. §. si quis in nulla ff. ad Sylla. nec vllo modo denegari potest. Alexan. consi. 66. vo. 1. incipien si preces. sunt enim defensiones de iure naturæ quæ nec ab Imperatore, neq a summo Pontifice tolli possunt cle. pastoralis de re iud. l. defensionis facul. C. de iure fisci lib. 10. quia posset reus confessus probare contrariū per euidentiam facti l. inde Neratius §. fi. ad leg. Aquil. & l. proinde ff. eod. vel alio modo reuo-
5 care confessionem suam tamquam per errorem
factam, probando errorem, & tunc incontinenti reuocari potest Guid. de Suzar. de in dic. & tort. num. 48. & talis probatio debet admitti, & est communis opinio Aret. in ca. cum dilecti de
6 accusat. in vlt. verbis. Hæc sponte rei confessio
facta operatur, vt confessus mitius puniatur: est hæc communis omnium opinio vt tenet Symanc. de hæret. c. 55. nom. 6. Berò in c. at si clerici de iudic. num. 88. quæ tamen conclusio non procedit in eo, qui primum negauit, postea vero confitetur Bart. in l. eum qui ff. de iureiur. nu. 4. Socin. in l. non fatetur ff. de excep. nu. 7 Viuius opin. 136. nisi videatur penitens, & confiteatur, non quia se vidit conuictum, vel probationibus superatum, sed quia veniam petit, & delictum, pro vt commisit, fatetur, etiam cum omnibus, & singulis suis circunstantijs alias tandem confessus & conuictus non solum detinendus est, sed etiam in Vinculis conijciendus donec feratur sententia, & executioni mandetur l. c. nullus C. de exhiben. reis & l. si confessus ff. eod. tit.

DE DEFENSIONIBVS Reorum.

Tit. XXI.

De Publicatione processus, & defensionibus Reis dandis: & de modo procedendi in eis, quando agitur contra regulares, de quibus fuit sermo. Cap. I.

SVMMARIVM:

1 *Procedendi norma contra laicos, & clericos seculares in causa criminali, quæ sit, & an ipsa ad vnguem seruanda sit in causis criminalib. motis contra regulares, & quare.*
2 *Copia Capitulorum, & dictorum testium an Reis regularibus sit danda, dum conceduntur eis defensiones, & quare.*
3 *Commissarij in causis regularium quomodo facultatem in perlustrandis processibus compilatis contra ipsos regulares concedent eorum procuratoribus, & aduocatis, numero 25. & 44.*
4 *Regularibus Reis quare regulariter non tradatur copia depositionum testium cum eorum nominibus, & cognominibus.*

Commis-

Digitized by Google

5 Commissarij in grauissima causa criminali regularium quare tenebuntur saltem concedere aduocatis, & procuratoribus Reorum, vt perlegant totũ processum informatiuum modo iam dicto.

6 Rei, in quibus casibus subiici possint torturæ ante sibi præstitas defensiones, & an hoc habeat locum in regularibus.

7 Commissarii in progressu compilandi processus informatiui reperientes Reum incidisse in excommunicationem maiorem, quid facient.

8 Absolutionis ab excommunicatione incursa à Reo forma, & decretum quomodo sit concipiendum.

9 Decreti forma de indulgendo Reis terminum ad se defendendum, & probandum quicquid sui tutelam producendum fore putant.

10 Quis fungetur vice berruarii in curia regularium in citandis Reis, testibus, aduocatis, & in quolibet alio actu legitimo iudiciali faciendo, & quomodo in actis referat se citasse supradictos.

11 Commissarii quid consulere debeant Reis volentibus imprudenter renunciare defensionibus sibi concessis.

12 Defensionum acceptatio, vel renũciatio per Reũ facta quomodo describenda in processu erit ab actuario.

13 Commissarii quomodo tenebuntur Reis regularibus assignare aduocatum, & procuratorem, ut incumbant defensioni ipsorum.

14 Decreti forma pro indulgendis dictis aduocato, & procuratores ipsis regularibus Reis.

15 Decretum supradictum, quomodo, & quibus intimandum erit, & eius intimatio quomodo describenda in actis fuerit ab actuario.

16 Commissarii quid ponderare debeant circa valorem terminorum contentorum in decreto indultarum defensionum.

17 Commissarii poterunt prorogare terminum concessum ad defensiones faciendas.

18 Commissarii an teneantur tradere copiam processus, nondum legitimati, & quomodo processus legitimetur, et quare non teneantur illam tradere non legitimato processu.

19 Commissarii quid facient, si Reus dixerit se nolle habere testes pro ruè, & legitimè examinatis, & repetitis.

20 Testes examinati in processu informatiuo, si instante Reo, quod repetantur, repetiti non fuerint, an probent contra ipsum Reum.

21 Decretum pro indulgendis defensionibus, quare contineat verba illa, videlicet, saluis exceptionibus, & repetitione.

22 Decretum supradictum quare contineat verba hæc, sine præiudicio vlterioris processus, & examinis.

23 Copia indiciorũ, vel processus informatiui quando non erit statim danda Reis, peroptima monitio, & ratio redditur.

24 Clausula illa in decreto indultarum defensionũ inserta, videlicet: Habitis prius testibus, &c. quando non erit in ipso decreto inserenda.

25 Commissarii quid animaduertere debeant post dictum decretum.

26 Forma petitionis copiæ processus informatiui ab Aduocatis, & procuratoribus regularium, nec non & prorogatiuis termini iam concessi.

27 Actuarius quæ scribere debeat, super petitiones præsentatas à Reis, vel eorum aduocatis, aut procuratoribus.

28 Forma decreti prorogationis termini, et perlegendi acta iuxta petitionem aduocati, & procuratoris Rei regularis.

29 Super præsentatos articulos probatorios ab Aduocatis Rei quid scribat actuarius.

30 Decretum faciendum a Commissariis super admissione articulorum probatoriorum sibi exhibitorum.

31 Commissarii quæ accuratè obseruabunt, receptis dictis articulis probatoriis.

32 Commissarii quare articulos tendentes ad formam libelli famosi teneantur delere, vel corrigere, & num. 34.

33 Testis quis reprobari non possit.

35 Commissarii quid facient, si testes examinandi non sint in monasterio, in quo tribunal erexerunt.

36 Commissarii quomodo procedent contra testes nolentes se subscribere propriæ depositioni.

37 Decreti forma fulminandi aliquam pœnalẽ sententiam contra testem nolentem se subscribere propria depositioni post multas monitiones sibi factas.

38 Intimationis dicti decreti forma, & quid inde in actis scribendum fore mandare debeant ipsi Commissarii.

39 Commissarii dictam contumaciam non relinquant impunitam ad exemplum aliorum, & quod decretum inde faciant.

40 Commissarii expedito examine testium productorum in defensionem reorum, quid facient.

41 Aduocatus, & procurator Reorum comparentes coram Commissariis, verbo & scriptis quid petere debeant, postquam fuissent certiorati de expleto examine super articulis à se præsentatis.

42 Actuarius quid annotare debeat super petitiones in actis præsentatas ab Aduocatis, & procuratoribus Reorum.

43 Decreti forma de permittendo perlustrari depositiones testium productorum ipsis aduocato, & procuratori, & quomodo illis intimandum erit.

44 Commissarii elapso termino perlustrandi depositiones testium productorum in defensionem reorum quid faciant: si sibi viderint Reum fore torquendum, vt cautius procedant.

45 Assignatio processus consultori, & postea eius restitutio, quomodo in actis sit describenda, & num. 46.

47 Forma voti consultoris asserentis post accuratissimam perlustrationem processus sibi videri Reum torquendum, taliter concipi poterit, & quomodo consultor, & Commissarii ipsi voto de torquendo Reum se subscribant.

48 Commissarii quare studere debeãt, vt torturæ Reo regulari adhibendæ intersit consultor, & alia persona grauis regularis, qui post acta actitata in torquendo Reum manu propria testificetur se interfuisse dictæ torturæ adhibitæ.

49 Commissarii quid facient, antequam Reis traderetur copia actorum: si ipsi noluissent habere testes examinatos, in processu informatiuo, pro legitimè examinatis, & repetitis, &c.

1 ET si in processibus contra seculares clericos formatis, postquam Iudices cõpleuerint examen testium pro informatione curiæ receptorum, alijsque indicijs, præsumptionibus, & coniecturis ad fisci intentionem fundandam deductis, Reisque semel, & pluries constitutis, & examinatis, processuque bene constructo; soleant ipsi Rei poni ad lar-

Digitized by Google

ad largam, & ipsis assignatur terminus ad fa-
ciendum eorum defensiones, & decernitur da-
ri copia processus, vt super indicijs prædictis
defensiones Reorum tam in facto, quam in iu-
re deduci possint, eorumque aduocati, & procu
ratores audiantur, vt si possibile sit indicia præ-
dicta taliter purgata remaneāt, *a* quod vide-
tur elici ex pontificia lege: cum ibi præcipia-
tur, non solum Reo examinato, verum etiam
eidem, dum erit facienda contra ipsum specia-
lis inquisitio propter depositionem testium, qui
deposuissent in inquisitione generali fore expo
nenda illa capitula, de quibus fuerit inquiren-
dum contra ipsum, vt facultatem habeat defen
dendi seipsum: & non solum dicta, sed etiam no
2 mina ipsa testium sunt ei, vt quid, & à quo sit
dictum appareat, necnon exceptiones, & repli-
cationes legitimæ admittendæ, ne per suppres-
sionem nominum, infamādi; per exceptionum
vero exclusionem deponendi falsum audacia
præbeatur. *b* Etsi hoc concessum sit in causis
laicorum, & clericorum secularium, de quibus
ibi sermo habetur, nihilominus in causis cleri-
corum regularium, in quibus expediendis erit
procedendum summarie, simpliciter, & de pla-
no, absque strepitu, & figura iudicij, nō erit idē
prorsus iudicium faciēdum. *c* Nam & si alter-
catio olim fuerit de hoc inter Doctores: Cum
Panormitanus (alioquin eruditissimus cano-
nistarum) grauissimis adductus rationibus, nō
fore tradendam copiam huiusmodi docuerit. *d*
Hostiensis vero asserit Testium dicta fore ma-
nifestanda, non autem ipsorum nomina, dicen
do ipsa pertinere ad subtilitatem iuris, quæ non
erit obseruanda contra regulares personas, &
quidem hoc videtur elici ex tex. ipso dict. cap.
qualiter, & quando, el 2. in fi. vbi hæc habentur
[Hunc tamen ordinem contra regulares perso
nas nō credimus vsquequaque obseruandum,
quæ cum causa requirit, facilius, & liberius a
suis possunt administrationibus amoueri,] hæc
ibi: sed illæ duæ ipsorum Doctorum sententiæ
poterunt insimul concordari. Nam ibidem Ho
stiensis subdidit, quod causæ (habita ratione eo
rum) nomina manifestari poterunt: & rursus
idem Panormitanus dicit in d. cap. qualiter, &
quando, el 2. quod in causa crim. & grauissima
dari poterunt ipsa nomina: Thomas *e* tamen
Triuisanus in sua praxi de modo, & ordine pro
cedendi criminaliter inter Regulares in ca. 15.
de defensionibus reorum: mediam graditur viā
his præcisis verbis vtens post nonnulla, videli-
cet: Dico igitur, quod non datur copia; sed ipso
Reo præsente, & intelligente publicatur ipse
processus, & eidem intelligenti legitur ad effe-
ctum, vt summariè pariter Reus defensiones
suas facere, & allegare possit, etiam ante rigo-
rosum examen. & quidem huius doctoris sen-
tentia esset admittenda in causis criminalibus
motis contra regulares, vbi non venirent ipsi re
gulares puniendi pœna mortis naturalis, vel si-
milis. Nam cum & ipsi regulares Rei, vt in plu
ribus, in iudicio ignorent se tueri, nescientes pō
derare virtutem indiciorum resultantiū ex de-
positione testium, & licet forsan essent eruditi
in forensibus causis, tam propria passio, quam
breuitas temporis, in quo sibi leguntur huius-
modi indicia, non sineret eos ponderare dicta
testium, vt decet, ad hoc, vt fas sit postea eis cō-
tra illa opponendo, se iuste & legitimè tueri; sed
nec integra processus copia eis deneganda, vel
concedenda videtur a Commissarijs, quando

a Marsil. in pra. §. post quā n. 5. Follerius in pr. crim. ver. & facta litis cōtestatione, n. 10. Cōrad. de off. Prætor. ti. de negat. crim. n. 6. f. 498

b c. Qualiter, & quando el 2. §. debet. extra, de accus. & ibi per Doct.

c c. Qualiter et quando, el 2. §. fi. extra, de acc.

d Pan. in c. olim & in c. Qualiter, & quādo el 2. extra de acc.

e Thomas Triuisan. in praxi cri. contra reg. c. 15.

in eorum religione hoc vsu nō fuisset receptū.
Cum inde videatur detrimentum generari de-
cori religionis, si per manus laicorum Doctorū
aduocatorum, procuratorum, & scribarum, hu
iusmodi processus essent defetendi. Qua pro-
pter dum nos essemus constituti Commissarij
in arduissima causa criminali, & ex deductis in
processu informatiuo aliqui Rei essent adeo
indiciati, quod omnino contra eos esset nobis
deueniendum ad examē rigorosum, scilicet, ad
torturam, antequam ad indulgendas eis defen
siones necessario omni iure concedendas de-
scenderemus, consuluimus nostræ Congrega-
tionis Præsidem, (qui in alijs religionibus nun-
cupatur generalis) an possemus in dando ipsis
defensiones concedere aduocatum, Doctorem,
& procuratorem laicos, qui respondit fore eis
illos concedendos, quibus facultatem inde in-
dulsimus in nostra aula hospicij, in qua habita-
bamus, vt perlustrarent ipsi ad verbum totum
processum informatiuum iam formatum, &
completum, tribuimusq. etiam paginam, cala-
mum, & atramentum, & tempus (coram tamē
nobis, ne aliquid mali contingeret in causa sic
ardua) & facultatem eliciendi ex ipso, quicquid
sibi eliciendum fore videretur expediens ad for
mandos articulos nobis postea præsentandos,
super quibus voluissent examinari testes in de-
fensionem Reorum, & pro eneruatione indi-
ciorum ibi iam allatorum, & probatorum; & sic
occurrimus multis expensis faciendis pro copia
ipsius processus, tradenda & alijs opprobrijs fu
turis inde, & sic non fuit denegata copia defen-
sionis, nec inde introduximus nouum ritum in
nostra Congregatione, cum alias nunquam fue
4 rat alicui concessa huiusmodi copia, sed solum
copia indiciorum per modum epilogi sine no-
minibus, & cognominibus testium: & quidem
non sine causa: cum inde euitantur odia intesti
na, & bella ciuilis, quæ possent in dies succresce
re inter regulares: & ipse reus quidem ex dicta
copia indiciorum regulariter posset vtique de-
uenire in cognitionem testium, & cum ipsi te-
stes quam sæpissime insimul cum ipso Reo habi
tauerint in eodem monasterio, quam facillime
poterunt conijcere nomina deponentium talia
5 indicia: Attamen, vt diximus, in grauissima cau
sa, vbi agebatur de vita hominis, nos supradicta
forma procedendi vsi fuimus: quod quidē Deo
optimo maximo fauente dictus modus conce-
dendi defensiones in tali causa perplacuit ferè
omnibus Reuerendis nostris Prælatis, ad quos
ille deuenit, & non paucis Doctoribus seculari
bus. Quapropter in simili causa Commissarios
dicta forma vti obsecro: quia alias si Rei suas
defensiones commodè facere non permitteren
tur, & per consequens eorum aduocati nō pos-
sent eorum articulos fundare, & interrogatoria
ipsis Commissarijs præsentare pro reorum de-
fensione, & ex tali causa sola supponerētur Rei
torturæ iniustæ: & de hoc conquerentur apud
supremos iudices, aut Sedem Apostolicā, & ita
fuisset iudicatum: grauiter se de iure puniendos
fore pro certo sciant. Nam quomodo ipsi Com
missarij poterunt vnquam tuta conscientia in
causa criminali grauissima ad actū torturę de-
uenire, cum ipse sit subsidiarius, actus *f* qui nō
nisi legitimis indicijs præcedentibus inferri de
iure poterit, *g* & quidem de iure communi pœ
na Capitali plectendi erunt, qui inquisitos iniu
stè torxerint, *h* & ideo nec ipsi Commissarij de-
bent de facili deuenire ad torturam reorum
& præ-

f Conra. de offprato. ti. de neg. crim. nu. 6.

g Alex. cōs. 65. vo. 1. Rol. consi. 12. n. 31. et seq. lib. 3.

h Mar. cōs. 8. n. 28. Rol. cōs. 12. num. 66. & seq. vol. 3.

Digitized by Google

a Boss. pr. cr. titu. de iudic. nu. 75.

& præsertim non plene indultis ipsis reis defen
sionibus, quæ non solum lege naturali, diuina,
ciuili, & canonica nobis permissæ sunt, sed &
bestijs quoque & animalibus brutis competũt,
6 a & intantum hoc est verum, quod etiam, si in-
de timor subornationis immineret, essent de-
fensiones indulgendæ ante torturam, cũ termi-
no ad illa producta indicia purganda, & ita vsu
ipso hæc praxis, vt diximus, recepta fuit, & lau-
data à prudentibus, & licet nõ negemus in ma
gna curia Vicariæ Neapolitanæ, & in curia gu-
bernatoris Romæ esse cõsuetum, quod ex præ-
eminentia sibi indulta à prorege, & à Papa in
duobus casibus Rei subijciantur torturæ, non
præcedentibus defensionibus indultis Reis, sci
licet, primo contra notorios insignesque latro-
nes, deroboratoresque stratarum, incendiarios,
& alios similia enormia, & notoria crimina per
petrantes, concurrente tamen infamia, & leui-
tate vitæ aliorum. Et secundo in aliquibus alijs
grauissimis delictis, præsertim vbi celeritate o-
pus esset ob cõplices, aut ad exemplũ, vel alijs
iustis de causis, præcedente tamen facultate à
supremis gubernatoribus concessa iudicibus, vt
possint in tali casu tunc concurrente vti tali præ
eminentia. Hoc tamen non habet locum in re-
gularibus multis de causis, quas hic recensere,
& longum, & infructiferum esset; cũ illas quis-
que prudens possit ex se cogitare: cum huiusmo
di infames non adsint, & vt docuerunt Docto-
res b mitius agendum erit in tortura clericorũ,
quam ageretur in tortura laicorum.

b Diaz in sua praxi, c. de Tortura.

Animaduertant insuper ipsi Commissarij, quod
si ex depositionibus testium, vel confessione ip-
7 sius Rei comperissent ipsos incurrisse in senten
tiam excommunicationis statim ipsos absolue-
re studeant quoad actum tantum standi in iudi
cio, & ipsum prosequendi, & præsentandi
quicquid habuerit in sui fauorem; quoniã alias
non possent audiri, non præuia tali absolutio-
ne, quod si audirentur vtique acta inde secuta
essent nulla iuribus vulgaribus: forma vero hu-
iusmodi absolutionis erit subsequens, quæ om-
nino erit in actis describenda, vt constet ibi de
ipsa.

Cum Reuerendi Commissarij comperissent
8 D.... Reum ex confessione ipsius facta in iudi-
cio coram ipsis, vt in folio .... fuisse incursum in
excommunicationem maiorem latam à Reue-
rendo .... pro eo quod præceperat sub pœna ex-
communicationis latæ sententiæ, tale quid non
faciendum, vel faciendum, ipsum D..... absol-
uerunt à dicta excommunicatione, ad effectum
solum astandi in iudicio, & se tuendi omni me-
liori modo, &c. Cum ipse non posset probare se
fuisse absolutum ab illa.

Datum ..... Die....

D....... Abbas }
D....... Prior } Commissarij.
D....... Actuarius.

Expleto, vt diximus, processu informatiuo, re
ceptaque eorum depositione, ab ipsis Commis-
sarijs erunt offerendæ defensiones ipsis Reis, &
terminus congruus ad illas commodè peragen
das: forma vero huius decreti talis erit.

Reuerendis Commissarijs visum fuerit in-
dulgere D.... Reo terminum dierũ ... ad pro
ducendum quæcumque monumenta, ac proba
tiones, quibus sibi videatur se innocentem pro-
bare in delato crimine contra ipsum, & ad eli-
9 denda indicia in processu contra ipsummet al-
lata, & copiam repertorum sibi dari, habitis ta-
men ab eo prius testibus pro ritè, & rectè rece-
ptis, & legitimè examinatis: saluis exceptionib.,
& repetitione, &c. & sine præiudicio vlterioris
processus, & examinis omni meliori modo, &c.
Prout Præsenti decreto huiusmodi supradictũ
terminum dierum .... indulserunt, & dictam
copiam repertorum. Datum in monasterio, ...
Die ...

D...... Abbas }
D......, Prior } Commissarij.
D...... Actuarius.

10 Et cum in curia regularium desint berruarij,
prout supra diximus, actuarius ipse poterit no-
tificare omnia decreta, & postea referre in actis
huiusmodi intimationem, cũ subscriptione ma-
nus ipsius Rei, ne postea auderet dicere hoc si-
bi nõ innotuisse, vtetur ergo infrascripta forma.

Et cum per me D...., actuarium fuisset su-
pradictum decretum intimatũ dicto D... Reo,
& ipse coram me ad verbum illud legisset, acce
ptauit dictum terminum, & defensiones indul-
tas, & in fidem manu sua se subscripsit.

Die ....

Ego D..., acceptaui defensiones, & termi-
num ad illas peragendas, & in fidem manu pro
pria me subscripsi.

11 Animaduertant Commissarij etiam, quoniã
non pauci simplices statim renunciant oblatis
defensionibus, quod cum audierint ipsi Cõmis-
sarij, si essent in causa leuis momenti, poterunt
ipsam renunciationem acceptare, & demandẽt
illam scribi subtus supradictam relationem tali
forma.

Et cum per me D....., actuarium fuisset su
pradictum decretum intimatum D.... Reo,
& ipse coram me ad verbum illud legisset, gra-
tias agens dixit se renunciare omnibus sibi com
petentibus defensionibus, & se remitti pietati
Commissariorum, vel huiusmodi, & in fidẽ ma
nu propria ipse D.... se subscripsit Die....

Ego D.... renunciaui defensionibus mihi
oblatis, & in fidẽ me subscripsi manu propria.

Sed si causa esset criminalis, & arduissima,
non ita facilè assensum præbeant ipsi Commis
sarij hmõi renunciationi defensionum, cũ hoc
sæpè procedat ex ignorantia, & imprudentia
Rei credentis nihil fuisse in processu probatum
contra se. Quapropter etsi non negamus vnicui
que licere renunciare iuri sibi competenti, ac
per consequens ipsis Reis, consulimus tamen
Commissarijs, vt hortentur ipsos regulares reos
ad benè cogitandum, quid faciant, ne postea
frustra doleant se renũciasse defensionibus tot
iuribus sibi competentibus, eo magis quod non
semper in rei veritate reperitur in processu pro-
ductũ, prout quis præsumit. Sciat ergo, hæc ver
12 ba coram se ex charitate prolata, faciat modo
ipse quidquid voluerit, et si acceptauerit defen-
siones, faciat talem acceptationẽ annotari iux-
ta formam supra positam.

Sciant etiam Commissarij, quod si causa es-
set arduissima, & Reo pœna grauissima esset im
13 ponenda, nisi se purgauerit de indicijs produ-
ctis in actis contra ipsum omnino præuia supra
dicta facultate tenebũtur vna cum decreto in-
dultæ confessionis indulgere ipsi Reo aduoca-
tum, & procuratorem, & tunc vtebũtur tali for
ma, videlicet.

Reuerendi Cõmissarii volentes de iure pro-
cedere in causa tam graui, tamquam de iure
debent, fuit per eosdem prouisum, & decretum
14 dari supra dicto D.... prætenso Reo copiam
reper-

Digitized by Google

repertorũ habitis tamen ab eo testibus pro rite, & rectè acceptis, & legitime examinatis: saluis exceptionibus, & repetitione & c. ac sine præiudicio vlterioris processus, & examinis omni meliori modo &c. prout in actis, terminumq; dierum ... ad producendum quicquid sibi placuerit in sui defensionem; & ad elidenda indicia in actis producta. Nec nõ fuit sibi oblatus, & assignatus in aduocatum D.... vtriusque iuris Doctor, & in procuratorem D.... prout præsenti decreto dictus terminus dierum .... & dictus D. ... in aduocatum, & dictus D. ... in Procuratorem assignantus. Datum in monasterio ... die ....

D....... Abbas
D....... Prior } Commissarij.
D...... Actuarius.

Quod quidem decretũ intimetur dicto Reo, forma, vt supra, & referat, vt supra, & manu actuarij faciat assignari dicto Deo reperto cõtra ipsum, vt se tueri possit tali forma, videlicet.

Die ... cum supradicta reperta totius processus informatiui contra D. ... compilata fuissent mandato Reuerendorũ commissariorũ, per me D. ... actuarium assignata ipsi D. .... prætenso Reo ipse illa acceptauit gratias agens, & in fidem veritatis se subscripsit manu propria.

Io D. ... Ho riceuuto quanto di sopra, in fede mi sono sottoscritto di propria mano.

16 Animaduertant Commissarij, & memoriæ commendent infrascripta pro vera intelligẽtia ferè omnium verborũ contentorũ, in forma decreti traditi in indulgendis Reo defensionibus sibi de iure competentibus. Sciãt ergo primò, quod 17 terminus dierum sibi assignatus poterit toties, quoties expedire Commissarijs videbitur, prorogari. *a* Et secundò, habitis prius testibus, &c. vt inde cesset omnis suspicio fraudis, s. antequã re-18 petantur testes, illi à toto discedant, vel dicere cogantur, aut inducantur contrarium, & sic repetiti, & perdurare in primo eorũ dicto minus valeant, iuraque curiæ seu iustitiæ propterea destruãtur, *b* & ratio proxima istius decisionis est, quoniam non tenetur de iure iudex tradere copiam processuum, nisi is prius compilatus, & legitimatus fuerit, & sic testes pro curiæ informatione citã, & secretò examinati absque citatione partis; parte deinde citata fuerint repetiti, vel ad faciem Rei confrontati, *c* secundũ formam confrontationis testium supra recensitã. Sciant tertiò Commissarij, quod esti processus nõ suisset legitimatus, non esset danda copia &c. Reo: nisi ipse vel eius procurator expresse in actis declarauerint, se habere testes in processu informatiuo, seu pro curiæ informatione compilato examinatos pro ritè, & rectè examinatis, quoniam alias sine tali expressa Rei, aut eius legitimi procuratoris declaratiõne, non sufficerẽt dicti decreti verba, idem præcipientis: nec tacitus quasi ipsius Rei cõsensus, vel procuratoris sui, copiam prædictam cum dicto decreto acceptantis, & ita seruatur in practica: quapropter in tantũ hæc (de quibus moneimus Cõmissarios) sũt vera; vt et si Reus instituisset pro hmõi copijs eũ oblatione de habendo testes pro rite, & recte receptis, nihilominus procedere possent, essent tã pro talibus habiti, nisi expresse in scriptis protestẽtur se habere eos pro rite, & recte receptis. *d* Et ratio est, quoniã causa reorum est fauorabilis ita, ut nonnulli Doctores dixerint ad hoc propositũ, quod & facta dicta declaratione poterit Reus re integra, s. antequã copiã recepisset, pænitere, & consensum prædictũ reuocare: *e* & ideò Cõmissarij expresse prohibeant actuario assignare dictam copiam dicto Reo, vel eius procuratori legitimo, non præuia dicta declaratione in scriptis facta ab altero eorum. Cũm aliter processus non diceretur legitimatus, nisi testibus in dicto processu informatiuo semel examinatis de nouo citata parte repetitis, vel confrontatis. *f* sed si Reus dixerit se nolle habere testes pro examinatis rite, & rectè: tunc ipsi Cõmissarij citari, seu moneri faciant Reum forma infrascripta ad vidẽdũ repeti testes, & ad dãda eis interrogatoria, si voluerint. aliàs solũm ad videndum illos repeti, & citãtur testes, 19 qui comparentes repetentur, etiam super interrogatorijs à Reo exhibitis, qui testes si non repetantur instãte Reo, super datis interrogatorijs, nullam profectò fidem depositio eorũ faceret contra ipsum reum. *g* Hæc tamen obseruanda 20 erunt in causa criminali ardua mota contra clericum secularem, vel contra regulares, nõ alias contra regularem in causa non ardua. Quartò 21 dictum fuit in dicto decreto, [saluis exceptionibus & repetitione,] Vt ipse Reus declarans se velle habere testes pro ritè repetitis, & examinatis, valeat contra illorum personas, & dicta opponere, quicquid Reus ipse voluerit super suis interrogatorijs: quatenus opus sit facere eos repeti: aliàs enim si dicta reseruatio non fieret, non esset licitum postea contra huiusmodi personas, & dicta aliquid opponere. *h* Quintò dictum fuit in decreto, [sine præiudicio vlterioris processus, & examinis:] vt semper, & quandocunq; sit Cõmissarijs reseruatum ius alios testes examinandi, & al a iura ad curiæ fauorem facientia deducendi: & licet non desinãt Doctores dicentes, hanc vltimã clausulam [sine præiu-22 dicio] &c. esse superfluam: quia etiam illa non apposita, potest Iudex post publicatum processum alios testes de nouo recipere ex officio: *i* Nihilominus ipsi Commissarij omnino in suis decretis similibus semper illam clausulã apponant: & ratio est, quoniam inde ostenditur animus iudicis propensus ad alias probationes admittendas. *K* Cũm & illã clarissimi Iudices in similibus decretis apponere consueuerint. Sciãt 23 insuper Cõmissarij, quòd si plures reperti fuerint Rei, quorũ aliqui sunt carceri mancipati, & alij non; nunquam huiusmodi copia depositionum, aut indiciorũ danda esset Reis carceratis: nisi prius alijs Reis absentibus in eorũ cõtumacia (seruatis seruandis) condẽnatis, *l* & ratio potissima est: quoniam si talis copia daretur Reo prætenso: ipsi Rei contumaces docerentur de contentis contra eos in processu, *m* & vbi post contumaciã condemnatiõne Reo præsenti copia tradenda esset, tunc erunt in dicta copia describenda nomina contumaciũ per literam N. *n*

Animaduertant insuper Cõmissarij, quod dicta 24 clausula inserta in supra recensito decreto defensionum, videlicet, [habitis prius testib. &c.] non erit inserenda, si danda esset copia Reo iã confesso crimen: & ratio est, quoniã subsequẽs Rei confessio satis superq; processum ipsum legitimauit, ita vt non sit opus alia testium repetitione, vel confrontatione: sed poterunt contra talẽ deuenire ad sententiã condemnatoriam. *o*

Nolo fugiat Cõmissarios causæ, in qua agitur de pœna capitali, vel quasi, quoniam assignati Aduocatus, & Procurator pro defendendo Reo non solent esse contenti sola notula repertorum, sed assolent petere facultatẽ recipiẽdi copiam

a Alex. in l. 2. nu. 5. ff. de re iu dic. Clar. in pra ci. crim. §. fi. q. 48. ver. quæro.

b Foller. in pra. crim. in ver. de tur copia capitulorum. nu. 5.

c Char. in pra. lib. 3. c. 3. n. 56. vsque ad 67.

d Gabr. in cõsi. 177. nu. 17. & seq. lib. 1.

e Honded. consil. 101. nu. 33. lib. 1.

f Chart. in pra. li. 3. c. 4. nu. 63.

g Honded. vbi sup. nu. 28.

h Chart. in pra xi. interrog. lib. 3. c. 3. nu. 70. & seq.

i Natta in consil. 359. li. 2. Clar. in pract. §. fi. q. 61. ver. sed quæro.

K Clar. vbi su. q. 93. in fin.

l Boss. in praxi. de communi. attestans in tit. de sent. nu 85. Clar. vbi sup q. 49. ver. sed pone.

m Boss. & Clarus vbi sup.

n Clar. vbi sup.

o Clar. vbi sup. q. 64. ver. fin autem, & q. 65. in princ.

piam

Digitized by Google

piã totius processus informatiui, vt inde elicere
possint, quæ videntur posse per depositionẽ te-
stiũ, aut scripturas indicia, ex deductis ibi ener-
25 nare. Cũ reuera ex talium accurate ad verbum
perlustratione elicere possent aliquas contradi-
ctiones in testiũ depositionibus, vel aliqua non
verisimilia, vel testes in dictis suis nõ cõcluden
tes: Iccircò ad petitionẽ eorundem poterunt fa
cultatem concedere illis in propria audientiæ
aula processum lustrandi ad votum, & curẽt, vt
appareat in actis huiusmodi facultas sibi con-
cessa, præmissa in scriptis eorum petitione, quæ
erit talis, videlicet.

Coram admodum Reuerendis Cõmissarijs
comparẽt D.... & D.... Aduocatus, & procura-
tor D.... in carceribus constituti, precantes, vt
terminum dierũ .... eorũ principali indultũ pro
rogare dignentur, cũ fuerit breuis, nec nõ & cõ
cedere copiam totius processus, vel saltẽ facul-
tatẽ illum ad verbum perlustrandi in aula au-
dientiæ eorũ coram ipsis Reuerendis Cõmissa-
26 rijs, vt inde fas sit eis elicere ea, quæ ad defen-
sionẽ dicti Rei facere videãtur, nec nõ se accin-
gere ad formãdos articulos probatorios, vt in-
dicia, quæ viderentur exorta contra eorũ princi
palẽ, elidi possint, & inde innocẽtia eius eluce-
scat, quod in gratiã singularẽ recipiẽt: & isto, &
omni alio meliori modo sibi prouideri instant.

Actuarius super petitionem scribat hæc ver-
27 ba, videlicet: Præsẽtata fuit per ipsos Dominos
aduocatum, & Procuratorem die .... & postea
Commissarij decretum tale faciant.

Perpensa rationabili petitione Dominorum
aduocati, & procuratoris D.... prætensi Rei, ip-
sam admittentes Reuerẽdi Cõmissarij, si, & in-
28 quantũ, præceperunt prorogari terminum iam
concessum, concedentes alios dies .... ad produ
cenda, quæ in defensionẽ Rei sibi videbuntur,
nec non dari facultatem cõmode perlustrandi
ipsum processum, prout præsenti decreto conce
dunt dictum terminum dierum .... & copiam
perlegendi ipsum processum, vt fuerat petitum.
Dat. in monasterio .... die... mensis .... Anni ....
D....... Abbas
D....... Prior } Commissarij.
D...... Actuarius.

Animaduertant Commissarij, quod quando
aduocatus, & Procurator Rei præsentauerint
articulos probatorios, mandent actuario super
præsentatis articulis scribi tali forma.

29 Præsentati fuerunt præsentes articuli per Do
minos .... & .... Aduocatum, & Procuratorem
Die .... mensis .... Anni ....

His peractis formetur tale decretũ, videlicet.

30 Cum Dominus .... & dominus Aduocatus,
& Procurator D. Rei prætensi comparuissẽt co
ram Reuerendis Commissarijs, precantes ipsos
articulos probatorios admitti, & super illos exa
minari testes ibidem nominatos pro defensio-
ne eorum principalis. Visum fuit ipsis Reueren
dis Commissarijs ipsos admittere si, & in quan-
tum, prout præsenti decreto admiserunt. Dat.
in monasterio... D.... mensis .... Anni ....
D...... Abbas
D...... Prior } Commissarij.
D...... Actuarius.

Receptis articulis probatorijs studeãt primo
ipsi Commissarij accuratissimè perlegere illos,
et si repererint aliquem illorum specimen præ-
se ferre potius libelli famosi, quam honestæ de-
fensionis, illos in totum, aut in partem, è medio
aliorum articulorum auferant, vt sibi in domi-
no videbitur. Idipsum faciendum diximus de
31 propositis articulis impertinẽtibus, & nihil ad
rem propositam facientibus, cum hoc sibi non
solum facere liceat, verum et iuribus vulgarib.
32 adhoc teneantur, & ratio est potissima: quoniã
alias viderentur cooperatores scandalorũ, quæ
indè prodire consueuerunt. Secundo animad-
uertant ipsi Commissarij, quod sæpe contingit
incuria aduocatorum, & procuratorũ, & igno-
33 rantia ipsorum Reorum, vt in præsentatis arti-
culis nominẽtur in testes ij, quos alias reproba-
uerant in eodemmet iudicio, vel in alio, imme-
mores, quod in iure cautũ sit testem a illũ repro
bari nõ posse, quem quis ante, vel post in eadẽ,
vel alia causa in sui fauorem in testem nomina-
uerint, cum taliter nominando in sui fauorem,
approbasse tacite eum comprobetur, vt nobis
34 contigit in quadam arduissimã causa. Tertio
sciant quoque Commissarij Reos inferere ali-
quando in articulis, quę resultarent in maximũ
præiudicium alterius, & in parium adiutoriũ
ipsorum, dum talia proferunt probando in exci
piendo contra testes in processu informatiuo
examinatos: Nam in tali casu, si publice constet
talia in aliquo articulo contenta esse falsa, non
debebunt tales articulos admittere reddendo
(si sibi videbitur) ibi in fronte articuli rationẽ
illius reprobationis, vel oretenus ipsi Reo, aut
eius procuratori reddendo hmõi rationem (in-
quiens) ad placandum animum forsan turba-
rum producentium tales articulos, quos forsan
fugiebat contenta in eis esse falsa, & ideo credi
derunt inde sibi irrogatam iniustè iniuriã suis-
se. Quarto sciant ipsi Commissarij, quod si te-
35 stes examinandi in defensionem reorum, non
reperirentur in eodẽ monasterio, sed in alio, tũc
poterunt eos citare ad se præsentandos in dicto
monasterio audientiæ infra terminũ competen
tem (habito respectu ad distantiã illius mona-
sterij, in quo tunc illi habitabunt, à monasterio,
in quo ipsi Commissarij habitant) per literas
priuatas, subscriptas tamen manu amborũ Cõ-
missariorum, sed si ipsi essent multi, & expedire
sibi videbitur ad eosdem se conferre, & quod
esset hoc consultius multis de causis, tunc post-
quam perueniissent ad dictum monasterium, in
examine primo vocari in testẽ subsequentia ver
ba, vel similia scribi faciãt ab actuario, videlicet.

Die .... mensis .... Anni .... Cum Reuerendi
Commissarij voluissent de iure procedere in cã
agitata contra D... & examinare testes notatos
in sui fauorem à dicto D... præsente Reo, nec-
non consulere indemnitati ipsius Rei, & mona
sterij ... à quo opus erat dictos testes illius expẽ
sis aduocare ad monasteriũ ... in quo ipsi tũc re
periebantur; iccirco se conferentes ad dictũ mo
nasterium vocauerunt infrascriptos testes sigil-
latim examinandos super præinsertis articulis,
seu capitulis, habentes hic infra pro expressis
oĩa contenta in illis, breuitati studẽtes ipsi R.R.
Commissarij legerunt intelligibili voce vnum-
quodque ipsorũ capitulorũ ipsis testib. sigilla-
tim, tamen præcipiendo ijsdẽ, & præuio iuramẽ
to de dicenda mera, & plena veritate sup inter-
rogandis super illis, & quicquid inde sciẽt. Vo-
catus ergo fuit D... ætatis ... dignitatis, & prio
dicto iuramẽto per ipsum præstito, fuit primo

Interrogatus, &c. seruetur forma supra sæpe
repetita, & finito examine vniuscuiusque testis
iuxta formam supra relatam ad vlteriora ipsi
Commissarij procedant, vt infra statim dicetur.
Quinto moniti sint ipsi Commissarij, quod
aliquan-

a *l. si quis in testem. C. de Testib. & ibi cõiter per Doctor.*

Digitized by Google

Questo è quello, del quale hò parlato, e deposto il sudetto giorno.

Interrogatus, che vegga di conoscerlo bene, & non faccia errore. *Respon.*

Io non fò errore altrimente, perche lo conosco bene.

Tunc præcipiant ad verbum legi depositionem dicti testis in faciem dicti Rei. Quo peracto interrogetur ipse testis tali pacto, videlicet.

Interrogatus, se si ricorda di hauer deposto, quanto gli è stato letto, & se riconosce la sua sottoscrittione. *Respon.*

Quanto io hò inteso leggere nella mia depositione, io l'hò deposto, & riconosceitto hò la sottoscrittione di detta depositione esser stata scritta di mia mano in fede della verità; sed si nesciret scribere, & apposuisset signum ✝ Crucis tunc dicat: & conosco il segno della croce, che signai, quando m'esaminai, non sapendo scriuere il giorno....

Quibus auditis Commissarij eundem testem interrogent tali pacto, videlicet.

Interrogatus, se quanto è scritto in detta sua depositione, è vero. *Respon.*

Padre si quanto ho detto in essa mia depositione è verissimo. *a*

His accuratissimè peractis, tunc ipsi Commissarij vice versa interrogent ipsum Reum præsentem, & præcipiant describi interrogationes, & responsiones eius, tali forma vtendo, videlicet.

Et cùm dicti Reuerendi Commissarij animaduertissent dictum D... testem repetijsse, & confirmasse suam depositionem coram D.... Reo post ipsius recognitionem pro tali, de quo deposuerat, vt saltem confusus fateatur humiliter proprium crimen cum omnibus circumstantiis, & qualitatibus suis, ipsum D.... Reum coram dicto teste interrogauerunt modo, & forma sequenti, videlicet.

Horsù D.... hai inteso bene quello, che hà deposto D.... & hora te l'hà confermato sul viso, che cosa vuoi tu dire? *Resp.* Io hò inteso quãto hà detto costui, & dico, che non dice la verità, & replicante ipso D.... teste, & dicente: Io dico, che è vero quello, che hò detto.

Et poterunt Commissarij huiusmodi replicationes describi facere in actis, post quas descriptas annotentur & hęc verba, videlicet:

Et cum Reuerendi Commissarij viderent vnumquemque eorum perdurare in suo dicto, mandauerunt dictum D... adductum in testem remoueri a loco examinis, & vocari D..... qui cum & ipse coram dictis Reuerendis Commissarijs & dicto Reo esset constitutus, vterque eorum fuit præstito iuramento,

Interrogatus, &c. &c. & seruanda erit forma supra tradita cum omnibus testibus coofrontatis ab ipsis Commissariis.

Sciant insuper primò Commissarij, quòd si te-
3 stis huiusmodi adductus penerit sibi legi eius depositionem, vt melius recordari, & affirmare illam valeant, poterunt illam ipsis legi mandare. *b* Nisi tamen ex aliqua causa aliter faciendum censuerint. *c* Sciant & secundò, quòd hæc confrontatio fieri assoleat ad effugiendam re-
4 petitionem testium, eorumque dicta, ac depositiones conualidandas; *d* & ratio potissima est, quoniam alias testes huiusmodi fuerint pro informatione curiæ examinati tantum parte non citata, & nihil ex se probant, nullumq; faciunt
5 iudicium, nisi deinde citata parte repetantur; cuius quidem citationis, & repetitionis vicem obtinet ipsa confrontatio. *e* Quapropter quando huiusmodi testes haberi poterunt, semper potius illi cum reo confrontandi erunt, quàm in Rei absentia repetere curent; quia vltra quòd huiusmodi confrontatio magis Reum vrgeat: *f* aperit etiam plurimum mentem ipsorum Commissariorum, nec non & audax iniciatio ipsius testis, & negatio Rei poterunt adducere Commissarios ad quandam credulitatem, quomodo res se habuerit. *g* Nisi tamen aliqua subsistet ratio, quare a dicta confrontatione abstinendum sit: vt puta, si deposuisset timidus contra potentem, & huiusmodi, & ratio est, quoniam huiusmodi confrontatio non est necessaria regulariter, neque est de substantia processus, adeo quod si illa omittatur corruat processus. Quapropter illa Commissarijs vtendum non erit, nisi in actibus, in quibus a consuetudine, & praxi recepta reperitur, *h* cùm loco eius habeamus testium repetitionem, & sic remedium ordinarium; vnde ad extraordinarium, & subsidiarium recurrendum non erit. *i* Etsi non negemus in aliquo casu huiusmodi confrontationem esse necessariam; ita vt fine ipsa non poterit rectè constare processus, videlicet: primò,
6 quando testes deponentes super aliquo delicto sunt inuicem de directò contrarij, vt puta, si alter dicat Petrum vulnerasse Paulum cęsim, alter vero punctim; vel si vnus dicat Petrum fuisse præsentem: Petrus verò negat affuisse. *k* Secundo quando aliquis testis directè contrariatur depositioni alicuius rei: Verbi gratia, Te-
7 stis dicit vidisse Petrum vulnerasse Paulum: Petrus verò hoc negat, dicens non vulnerasse, *l* & diximus, de directò contratiatur; nam vbi de directò non contrariatetur; verbi gratia: Petrus dicit, die decima Decembris fuisse Neapoli, & Neapolim peruenisse super equam sibi a Martino accommodatam; Martinus verò dicit nullam equam habere, vel non recordari, an commodauerit, *m* certè hoc casu facienda non est confrontatio, *n* quia isti sunt termini separati, quorum alter alterum non sequitur, neque priuatiuè, neque positiuè. *o* Tertio quando ad Rei constituti recognitionem deuenue non possumus, nisi mediante illius inspectione, puta, si dicant testes aliquem tale delictum commisisse, illumque se non nosse, nisi de facie, aut de vestimentis, aut de aliqua alia circumstantia visibili, tunc est omnino Reus ipsis testibus exhibendus, vt inspiciatur & cognoscatur, an sit illemet, de quo deposuerunt. *p* Talis autem confrontatio fiet ipso Reo posito inter alios, puta, inter tres, quatuor vè alias personas ipsi Reo magis similes facie, vestimentis, ac statura: vt euitetur, quantum fieri possit, suspicio subornationis, & tali praxi vtuntur boni Commissarij, *q* & ratio huius accuratæ diligentiæ faciendæ in tali confrontatione est, quoniam ex se omnis confrontatio est odiosa, & species suggestionis. *r* Animaduertant insuper Commissarij, quòd semper ipsa testis confrontanto facienda erit (vt diximus supra, hanc Theoricam deducendo in practicam) in præsentia tam Rei, quam aliorum, deferendom omnino ipsis etiuramentum veritatis dicendæ, *s* quo per ipsum præstito, interrogandus erit, an inter alios, qui sibi fuerant exhibiti, adsit ille, quem nominauit in suo examine, dicendo ipsum delictum commisisse, vel a quo dixerat verba.... audiuisse: & si respondeat, quod sic, tunc

Com-

a Chart. in sua praxi interr. lib. 3. c. 3. nu. 28.

b Blanc. de q. n. 23. Honded. in consil. 101. nu. 32. lib. 1.

c Aymo. in cõs. 315. num. 7. & seq.

d Clarus in pra xi. §. fin. qu. 45. vers. sed in proposito.

e Chart. in pra ctic. interr. lib. 3. c. 1. nu. 84 & sequent.

f Char. vbi sup. nu. 83. & 89.

g tex. in l. 3. §. ideoque Diuus: ff. de test. Char. vbi sup. lib 4. c. 1 nu. 57. vers. ibi declarat et Bursatus.

h Clarus in pra xi cri. §. fin. qu. 45. vers. sed in proposito.

i Barr. in l. edi ctis ff. de quest. Aymo in consil. 257. nu. 2.

K Feder. de Senis consil. 167. Alex. in consil. 34. vol. 3. nu. 4.

l Char. vbi sup. q. 45. ver. sed in proposito.

m Oldr. consil. 136. Bald. in c. cum venissent. nu. 3. extra de restit. spoliat.

n Moron. in quo dam noto manu scripto in quadam causa Bononiensi.

o Moron. in tra ctat. de pace & tregua, qu. 118. num. 62.

p Clar. in pra xi, §. fin. qu. 45. vers. sed in proposito, in fine.

q Bonacossa in tracta. commu. opinio. li 5. ver. Testes falsi fol. 168.

r Bursat. in cõs. 201.

s Clar. vbi sup. q. 45. ver. sed in proposito, in fi.

Digitized by Google

Commissarij mandabunt illi testi, vt ipsum manibus tangat: mox in eius faciem omnia per ipsum testem adductum testificata mandabunt repeti coram ipso teste, & illa confirmari iubeant ordine, & forma supra tradita, *a* & hæc, quæ pro theorica signanda diximus, deducemus in practica pro instructione Commissariorum, & statim hæc literis commendare iubeant ipsi Commissarij ab actuario tali forma, videlicet.

a Vide et Char. in sua prac. iter reg. li. 3. nu. 29. cum duob. seq.

9 Reus constitutus quid dicturus sit, si testes fide digni ipsum D.... recognoscent esse illum, qui die..... de sero fuit in cella, &c. vel quod simile indicium, de quo deposuerant ipsi testes D....

Interrogatus cum iuramento D..... Reus constitutus, [che direbbe, se li testimonij degni di fede riconoscessero lui esser quello, il quale nel giorno..... alle hore..... di notte fù veduto entrare in cella di D..... con vn bastone, & arme, &c.] & sic de singulis, de quibus deposuerant illi testes. Respondit, [se nessuno ardirà di dire tal cosa, ch'io il giorno.... sia stato, &c. dirà la buggia, & nessuno con verità mi potrà riconoscere per tale, perch'io non ci son stato.

Quibus auditis debent ipsi Commissarij demandare actuario, vt describat omnia in frascripta, videlicet.

10 His auditis Reuerendi Commissarij sedentes, &c. ad conuincendum ipsum D.... Reum constitutum de mendacio, & ad disponendum eum ad veritatem fatendam, ac ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandauerunt per D.... accersiri testes alios facie, & statura, & ætate ipsi D..... Reo similes, & cum eodem Reo in ordine collocari. Quibus sic vocatis, scilicet, D...D...D....eisque in ordine collocatis cum reo, ipso reo tenente secundu aut tertium locum, ipsi Commissarij mandauerunt ad eorum faciem sigillatim testes, qui talia deposuerant contra ipsum D.... constitutum, & primo D.... qui adductus, & delato sibi iuramento veritatis dicendæ, & per ipsum recepto, fuit interrogatus per Reuerêdos Commissarios, vt infra.

Interrogatus, Ben D..... risguardate bene frà queste quattro persone, se ui fosse quello, qual hauete detto nella vostra esamina hauerlo veduto nel giorno....all'hora....di notte.... entrar in cella, ò in casa di D..... con le tali arme, &c.] & sic de singulis gradatim: prout deposuisset. Respondit, [Padre si, che fra questi quattro è colui, del quale hò parlato nella mia esamina il giorno....

Et sibi dictum à Reuerendis Commissariis, [mostrate à dito, qual è colui, del quale nella altra vostra esamina, voi parlaste ?] Respondit, mouendo se de loco ad locum, & manibus propriis tangendo D..... qui alias primus erat in ordine supradicto, & dixit Reuerendiss. Padri, [questo, che hò toccato con la mano, è quel huomo, che viddi entrare quella sera in casa, ò in cella di D....con le sudette arme,] & sic de singulis.

Tunc Commissarii interrogabunt ipsum D.... indicatum manu præuio iuramento de dicenda veritate, vt supra latius tali forma vtentes, videlicet: [D.... fratello, ecco che D.... te l'hà pur detto in faccia, come potrai negarlo?] Respondit. [Reuerendi Padri, costui dice la bugia, io non sò quel, che egli dica: Io non fui in detta casa, ò cella, nè hò tenuto arme, &c.

His auditis Reuerendi Commissarij mandauerunt mihi actuario, vt legerem integram depositionem dicti D.... testis ad claram Rei, & ipsius testis intelligentiam, qua perlecta, & in scriptis annotatis omnibus responsionibus, & replicationibus amborum, vt superius docuimus, complebitur huiusmodi confrontatio forma sæpius supra repetita.

Insuper sciendum erit ipsis Commissarijs pro perfecta instructione præsentis materiæ, quod inter Doctores duplex altercatio, non minima agitata reperitur: quarum prima est, an testis confrontatus possit in ipsa confrontatione a reo, cum quo confrontatur, ad libitum in-
11 terrogari: secunda est: An postquam fuerit tali modo interrogatus, possit, aut teneatur postea repeti ad instantiam ipsius Rei super suis interrogatorijs, & breuibus studendo multa dicenda complecti. Circa primam propositam quæstionem dicimus, quod Reus poterit ipsum testem ad eius faciem confrontatum arbitrio suo interrogare: & ratio potissima est, quoniam confrontatio nihil aliud operatur es-
12 sentiale, quam supplere defectum citationis, vt diximus supra in capitulo præsenti; sed si testis interrogari non possit, non hoc operaretur. *b* Circa vero secundam quæstionem propositam tali distinctione erit nobis vtendum: Nam aut testis ipse in confrontatione fuit sufficienter interrogatus, ita, & taliter, vt resultet idem effectus, qui resultaret ex repetitione facta citata parte; & tunc repeti non debebit super interrogatorijs Rei: *c* aut non fuit sufficienter interrogatus, & debebit repeti super interrogatorijs per Reum datis; si ille instat, quod repetatur, alias nullam fidem faceret eius depositio, *d* quod procedit etiamsi publicatus esset processus: vbi tamen Rei dolus abfit, *e* & hæc omnia erunt summopere memoriæ commendanda à Commissarijs Deum umentibus, cum vsu ipso practicatum virtusque fori fuerint recepta: & merito ponderatis ijs, quæ attulimus supra. *f*

b Bart. in auth. qui semel. col. fi. n. 3. C. de prob. Clarus in praxi § fi q. 45. versi. sed in proposito. Honded. in cõsi. 31. nu. 26. li. 1.
c Honded. cõsi 101. n. 29. lib. 1.
d Hond. ubi su. num. 26. & 28.
e Maranta. de ordi. iudiciarii. §. 6. n. 7. mẽb. de interro. nu. 19. et Honded. ubi sup num. 26.
f Bursat. consi. 311 n. 4. et seq. li. 2. & Honde. vbi sup. nu. 28.

Denique memores sint ipsi Commissarij, quòd in capitulo tertio inter alia, quæ diximus, est, quod etsi regulariter, nimis graue videatur inchoari iudicium a domo Rei, nihilominus in quam plurimis casibus ibi allatis ipsorum erit inquirere in domo reorum, antequam con-
13 stet sibi de veritate delicti contra aliquem in specie. Cum indè poterunt elicere indicia facientia contra suspectos de crimine perpetrato, etsi in principio verè non constet de eius auctore.

Nam diximus ibi, quod scripturæ, arma, & alia, quibus possent ipsi deuenire ad aliqualem notitiam criminosi in domo, seu in cellis, vel officinis monasterij, vel ipsius Rei, in actis describenda erunt sigillatim, annotando in cuius cella, vel officina, aut domo fuissent reperta cum omnibus specificis eorum qualitatibus, quæ postea reseruanda cautissimè erunt per aliquem ad id idoneum specialiter deputandum: & hoc non sine causa ita accuratè monuimus Commissarios, quoniam tempore opportuno ipsa essent omnino demonstranda, tam testibus examinan-

dis ex officio super recognitione ipsorum, vt dicant, si sciant apud quem talia viderint: quam ipsismet inquisitis ad ipsos conuincendos, non solum de corpore delicti, verum etiã de auctore delicti; nam sæpe talia oblata recognoscenda ipsis à Commissarijs, assolent ipsos suspectos mouere ad exprimendum aliquod signum extrinsecum in voce, vel facie, vel oculis, aut in toto corpore: ex cuius ponderatione quasi conuincuntur de perpetrato crimine a prudentibus Commissarijs, & exemplificabimus, in primis ad interrogandum ipsum Reum de scriptura literarum infamium, ad modum libelli famosi, vel literarum lasciuarum, & continentium quid simile prohibitum. Tunc præstito iuramento, (vt sæpius diximus, & præmissa depositione testium cum iuramento super recognitione characterum, & eorum confrontatione, & signorum, seu marchæ paginæ, seu folij ipsius, cum alijs scripturis repertis manu Rei ipsius, cum subscriptione ipsius, & si ex talium testium familiarium Reorum elicitur indicium contra ipsos Reos, statim ipsi Commissarij tali forma verborum, vel similium viendo se accingent ad ipsum Reum interrogandum super dictis infamibus literis, videlicet.

Cum Reuerendi Commissarij voluissent de
14 iure procedere contra D. ..... suspectum de scriptura literarum supra recensitarum in ius ipsum vocantes, præuio iuramento, &c. ipsum Interrogauerunt de infrascriptis, & primo.

Interrogatus, an si videret aliquam scripturam sua manu confectam, illam recognosceret. *Respon.* Padre si, che la riconoscerò.

Et statim iubeant Commissarij exhiberi dictas literas, & ab Actuario hanc exhibitionem scribi in actis forma subsequenti, videlicet.

Quo audito ipsi Reuerendi Commissarij coram me Actuario exhibuerunt quasdam literas, sub Datum ... die.... Incipiente molto ven. Padre sapta, &c. cum subscriptione di V. P. m. V. aut di V. S. Affettionatissimo, &c. D. ...., & cum inscriptione à tergo, al m. V. Padre D.. . &c. Alla Magnifica Signora Madama Polissena. Et si huiusmodi literæ fuissent repertæ in cella, seu domo eiusdem constituti, exprimatur in actis, alias exprimatur, vbi fuissent repertæ, apud quem, & coram quo, & in cella ipsius Rei, vel apud D. .... quibus per ipsum D. .... constitutum benè recognitis, sed non lectis intus, tunc Commissarij interrogauerunt ipsum dicendo D.... [queste lettere a voi mostrate, & da voi vedute, sono state scritte di vostra mano? *Respon.* Padre si che sono di mia mano propria scritte.]

Deinde ipsi Reuerendi Commissarij, parum explicantes literas prædictas coram ipso D...., constituto: ita, vt sola subscriptio ipsarum videri possit, & non tenor earum, & illis sic parum explicatis exhibitis ipsi D. .... fuit ipse interrogatus, [se la sottoscrittione di detta letera, è scritta di sua mano. *Respondit.* Io hò visto questa sottoscrittione, & dico che è di mia mano, ò almeno se gli assimiglia.

His peractis Commissarij plenè ipsas literas explicantes dicto D. .... constituto tradiderunt recognoscendas, & ipsum interrogauerunt dicentes: [D. ... eccoche vi habbiamo aperta la detta letera, hora leggetela, & dite se l'hauete scritta di vostra mano. *Respondit* Io hò veduto la detta letera, la qual comincia. ... & finisce .... & vi dico che è scritta tutta di mia mano.

Hac confessione recepta, ipsis Commissarijs erit procedendum ad vlteriora, & ad perficiendum processum, prout iuris erit, præstitis defensionibus, vt infra suo loco dicetur. Attamen si ipse reus negaret se scripsisse huiusmodi literas, tunc accurati Commissarij poterunt altero ex his modis procedere ad inuestigandũ de veritate, & conuincendum ipsum Reum. Nam aut Reus scit scribere, aut non: si scit scribere, tunc perquirant scripturas alias repertas in sua domo, aut cella, vel alibi, quæ fuerant communiter existimatæ manu sua scriptæ, & aduocent testes fide dignos, & sibi familiares, vel eos, ad quos eius literæ alias peruenissent, & moto ipso D. .... Reo constituto; præstito iuramento de dicenda veritate, &c. interrogabunt sigillatim ipsos tali forma verborum, vel simili. Die....

D.... ætatis... dignitatis... vocatus in ius
15 a Reuerendis Commissarijs, & in testem ad infrascripta medio eiusdem iuramento præstito de dicenda plena, & mera veritate, & quicquid inde sciat: fuit primò

Interrogatus, se conosce D.... & da quanto tempo in qua. *Respon.*

Interrogatus, se sa esso testimonio, che detto D.... sappia scriuere. *Respon.*

Interrogatus, come sa, che detto D.... sappia scriuere. *Respon.*

Interrogatus, se ha riceuuto, ò veduto mai alcuna sua letera diretta ad esso testimonio, ò ad altre persone. *Respon.*

Interrogatus, se il charattere di detto D.... s'auicina alla letera cancellaresca corsiua, ò formata, ò tonda, ò mercantile. *Resp.*

Interrogatus, se vi fosse mostrata vna letera, potresti voi giudicare, se fosse stata scritta di mano di detto D.... ò d'alcuno suo amico, ò parente, ò d'altra persona. *Respon.*

Et ostensis dictis literis, non explicatis ipsi Commissarij ostensaque solum suprascriptione dixerunt, [Ecco qua la soprascritta di questa letera, qual dice al molto..... riguardate bene ogni carattere scritto in essa, & andateui ricordando, se simili caratteri habbiate veduto scritti, & da quali personæ.] Quibus per testem benè recognitis. Respondit [à me pare che siano questi caratteri scritti di mano di D......

Interrogatus, Perche cosi giudica esso testimonio. *Respondit*. Perche à me più volte esso D..... ha scritto, & formaua cosi li caratteri della scritta letera, ma meglio la riconoscerò nella sua sottoscrittione, & nel suo sotto modo di dettare le letere.

Quibus auditis Commissarij explicantes dictas literas, & taliter explicatas tradentes ipsi D..... in testem vocato, dixerunt ei, [Horsù considerate bene il charattere, & il modo della sottoscrittione di detta letera, & la frase, & modo di scriuere contenuto in essa, & dopò considerate le sudette cose, mettendoui Dio auanti gli occhi, dite sinceramente quello, che ne giudicate.] Respon.

Tunc ipsi Commissarij si habeant alias scripturas repertas in domo, vel cella dicti D.... Rei, vel alibi, dicant ipsi testi. [Ecco quest'al-

Digitized by Google

tra scrittura, che vi pare l'habbia scritta, dite la verita. *Respon.* Io sò che questa scrittura, la qual comincia cosi. . . . & è signata con lo segno, seu marca nella carta. . . . è stata scritta di mano di D . . . .

Interrogatus, come lo sapete voi? *Resp.* perche detto D. . . . me l'hà detto in occasione di dispute, &c.

Interrogatus, & denuo ostensis dictis literis prius eiusdem testi ostensis, & traditis ad ipsas recognoscendas, fuit a Reuerendis Commissarijs ipse D. . . . testis monitus, vt comparare omnino vellet characteres contentos in dictis literis, & illos contentos in dicta scriptura paulo ante recognita, [& che dica la verità di quello, che sente, & se può giudicare, chi habbia scritta detta letera. Respondit, se bene teneua per fermo che D. . . . hauesse scritto detta letera, si per hauer considerato il suo carattere, come il tenor di quella, hora hauendomi mostrato le PP. VV. m. RR. la sudetta scrittura, Io giuro che à mio giuditio altra persona non scrisse detta letera che D. . . .

Hac testificatione recepta, & completa secũdum formam consuetam supra sæpius traditam, & subscripta ab ipso teste, aduocabunt Commissarij, & alios testes, & in eorum testificationibus recipiendis vtantur eadem forma, vel simili verborum, quam seruari diximus in supradicto teste examinando, & hæc obseruabunt Commissarij, si reperiretur aliqua scriptura scripta manu eiusdem Rei, sed si non reperiretur, tunc ipsi Commissarij facient, vt infra.

Animaduertant Commissarij quod ex accurata requisitione in cella, vel domo, vel officina Rei, si non reperiretur aliqua scriptura, (&
26 si hoc videatur impossibile in Reis religiosis scribere scientibus) tunc interrogationibus sequentibus aggredientur ipsos Reos, sic eas describendo, videlicet.

Die. . . . D. . . . constitutus, & medio iuramento, &c. tanquam principalis quoad se, & testis quo ad alios, & primo fuit.

Interrogatus, se egli sappia scriuere. *Respon.* Padre si.

Tunc præcipiant ei accipere calamum, & aliquam integram orationem manu propria in eodẽ processu scribere: quod & fecit, & animaduertant Commissarij, quod faciant scribere aliquam orationem conformem alicui orationi, seu periodo existenti in literis, de quarum scriptore inquiritur, vt ex identitate dictionum scriptarum per Reum in processu possit elici identitas characteris existentis in dictis literis, diuerso tamen tenore vtendo tam per peritos in arte scribendi, *a* quam per ipsomet Commissarios, cum ita etiam de stylo obseruetur omnium criminalistarum.

a Chart. in sua pract. interrog. in 11. excusat f. 209. & 250.

Quod si Reus negauerit se scire scribere, & tunc Commissarij studebunt ipso Reo amoto
27 examinare testes sibi familiares, taliter interrogando, vt sic conuinci possit de mendacio.

Die. . . . D. . . . Etatis. . . . dignitatis. . . . testis vocatus, & medio eius iuramento de dicenda plena, & mera veritate &c. fuit interrogatus, vt infra.

Interrogatus, se conosce D. . . . *Respondit*, Padre si.

Interrogatus, da quanto tempo in quà, & doue. *Respondit.*

Interrogatus, se sà esso testimonio, che detto D. . . . sappia scriuere letera cancellaresca, corsiua ò d'altra maniera di letera. *Respon.* Io non sò, che sappia fare tal carattere, ma sò che sà scriuere.

Interrogatus, come sà che D. . . . sappia scriuere? *Respondit.*

Et depositionem curent Commissarij subscribi more solito. Et sciant Commissarij, quod si possent ipsum conuincere de mendacio, examinando testes, qui deponerent alias ipsum vidisse scribere, vel quid simile, prout melius fieri poterit; tunc non leue indicium contra ipsum elicient, *b* quo possent contra ipsum deuenire ad torturam, vt in simili dicemus infra in cap. . . . .

b Clarus § fi. in q. 21 ver. Mẽdaciũ. Natta in consi 449. n. 7. vol. 3. & infra in capitulo finali, num. . . .

Quomodo possit iudex capere confessionem rei, & in quibus casibus teneatur dicere veritatem, & declarare complices delicti sui. Cap. IV.

SVMMARIVM.

An possit reus iuridice interrogatus negare veritatem sciens, quod propter depositionem suam est morte puniendus: aut amittet honorem suũ concl. 1. nu. 1

An cõdemnatus morte, qui negauit delictum suũ, teneatur confiteri illud, conc. 2. nu. 2.

An reus nihil respondens iudici sit visus confiteri delictum, & an possit petere tempus ad respondendum, & quomodo debet respondere, conclu. 3. num. 3

An reus interrogatus cum iuramento teneatur respondere secundum mentem iudicis, conclusione 4. num. 4

An reus conuictus de aliquo delicto possit interrogari de alio, conc. 5 nu. 5

An reus interrogatus legitimè peccet mortaliter mentiens in rebus parui momenti, conclus. 6. num. 6

An interrogatus iuridice possit negare quandam rem, quam fecit bona fide, & an, qui iurauit de calumnia, possit negare aliquod delictum secretum, conclusione septima, nu 7

An sit licitum iudici, vti aliqua dissimulatione, vt inueniat veritatem, conclusio. 8. numero 8.

An teneantur rei, qui confitentur crimina sua, declarare complices, concl. 9. nu. 9

PRima Conclusio. Potest licite iudex iuridice interrogare reum, & per consequens tenetur dicere veritatem, siue pœna sit temporalis, siue spiritualis, siue procedat iudex ex officio, siue ad instantiam partis, siue crimen sit notorium, siue ex fama. Dixi interrogatus iuridice, quia debet attendi, an talis iudex procedat postquam præcessit infamia, & indicia sufficientia, quia si non præcesserit hoc, non potest interrogare, & per consequẽs non tenetur reus respondere, vt dicunt S. Tho. Caie. Sotus, Suarez Antonin. Gomez, Cord. Nauar Alcoc. & Petrus de Nau. quod debet intelligi in causis ciuilibus, & criminalibus, in quib. timetur parua pœna: in causis vero magnis, & capitalibus, alijsque, vbi agitur de fama, dictante sic æquitate naturali, potest reus recta conscientia celare veritatem non mendacium dicens, sed vtens amphibologijs,

D. T. 2. 2. q. 59. ar. 1. ubi Ca. So. vbi su. q. 7 cõ. 1 Su. l. 4. ti. de las iuras l. 2. prin. Go. 3 var c. 12. n. 15. Co. l. 1 qq. q. 43 du. 3. Na. in c. inter verb cõ cor. 55. Cor. in pr. qq. q. 18. n. 7. ad fin. Alc. in sum. ca. 26. §. circa Na. li. 2 de rest. c. 4. nu. 135.

& verbis æquiuocis, quia naturale est hominibus defendere se, & si consanguineus non potest compelli testimonium dicere contra alium suum consanguineum in singulis casibus, videtur, quod non potest compelli secundum æquitatem naturalem aliquis testificari contra seipsum, quando ex ea depositione debet illi euenire magnum detrimentum vitæ, & famæ, aut saltem, si compellatur a iudice, poterit occultare veritatem verbis æquiuocis, & ideo videmus, quod præcipit iudex aliquem condemnatum morte, quod stet in carcere, & nõ fugiat qui et iuste poterit nõ obedire, & fugere, quia difficillimũ est, quod nõ fugiat quis faciem mortis, si aliqua via possit: hanc opinionem tenet Petrus de Nauar. quem sequitur Salz. & hoc modo debet intelligi, quod tradit Nau. Nota autem tunc sequi magnum damnum in honore, in casu, quo quis sit homo honore habitus, & pro tali reputatus; & si confiteatur suum delictum occultum remaneret infamatus de facto, & de iure; in quam infamiam non caderet nisi confessus esset delictum, sed remaneret in priori fama, & existimatione; si vero est homo infimę conditionis, & honoris non ita sublimis, ego non auderem admittere hanc opinionem, quia sic est dare licentiam cuicuq. delinquenti, vt neget veritatem, cum quicunq. per suam positionem amittat honorem suum.

Na. vbi su. nu. 142. Sal. i prac. cri. c. 26 p. 431. Na. in Ma. ca. 25. nu. 36.

2 Secunda Conclusio. Si iuridice interrogatus negat semel delictum, & hoc non obstante cõdemnatur morte, aut alia pęna, quamuis peccauit mortaliter negans veritatem, non tenetur tamen postea illã confiteri, nisi ex negatione eius resultet graue damnum alicui homini priuato; hanc opinionem tenet Nau. & Segura; vnde nõ debet teneri opinio contraria Medinæ, qui dicit absolute, quod si non confitetur delictũ, nõ debet illum absoluere confessarius ob grauem iniuriam, quam facit iudici, insinuans per hoc, quod sine culpa condemnat illum, quæ quidem ratio est nullius momenti, quia quamuis reus sit innocens, non est dedecus iudicis condemnare illũ, si ex processu substantiato iuridice inuenit illũ delinquentem; & ideo cum iudici nullum veniat damnum, non est, quod affligamus delinquentes condemnatos morte negando illis cõsolationem absolutionis.

Na. d. c. 25. nu. 38. Seg. in dire. 2. p. c. 17. n. 39. Med. in sum. f. 78. p. 2.

3 Tertia Conclusio. Reo legitime interrogato, si nolit respondere, potest illi pręcipi iuste, quod respondeat; & si non respondet, præsumitur in iure exteriori fecisse delictum, vt affirmat Rodericus Suarez, dicens sic fuisse iudicatum in Hyspania super quodam negotio grauissimo; & Iulius Clarus affirmat sic esse in praxi positum: & ita statim tenetur respondere, vt non possit petere a iudice dilationem, aut tempus ad deliberandum ad respondendum, vt affirmat Salzedus. Verum est tamen, quod vt iuridice interrogetur, est necesse, quod sit vnus testis occulatus sine defectu aliquo, aut indicia, quę sint ęquiualentia illi, & quod talis probatio contineatur in processu, & detur copia parti, vt sciat, an teneatur respondere, quia si non datur non tenetur ad illud, vt dicunt San. Th. Nau. Sotus, & Alcocer, potestq. reus petere dilationem non ad respondendum, sed ad videndum id, quod contra illum est in processu, & secũdum illum videre, an teneatur respondere, quod dicit Alcocer, quod debet notari multum, quia vix est iudex, qui obseruet supradictum, neq. habeat propositum illud obseruandi, & non videmus, quod ideo non obseruantur a suis confessarijs, nec ob alias causas similes; nec valet consuetudo in contrarium iudicum, quia est contra legem naturalẽ, vt dicit Salzed. notans quod non debet dari copia reo informationis, sed solum debent iudices præcipere, vt legatur coram illis, quod est in processu absque eo, quod explicentur nomina testium, & eandem opinionẽ videtur tenere Gutierez, hæc tamen opinio videretur mihi admittenda, quando delictum, quod imponitur reo, est parui momenti, quia loquendo regulariter tenentur iudices manifestare nomina testium reo facto processu contra illum, vt defendat se non solum a sentẽtia, quam timet, sed etiam ab obligatione, qua tenetur respondere, vt resoluit Bonifacius reprehendens iudices, qui faciunt contrarium, & tenent Antonius Gomez, & Gregorius Lopus, & præcipitur in quadam lege nouæ compilationis, & alia, quæ tractat de peccato nephando. Noretur autem quod si reus dubitat, aut testis, an iudex quęrat iuridice, & existente in eodem dubio confessario, debet iudicare in fauorem rei, scilicet, quod non quęrit iudex iuridice, pręcipue in casu graui, quia peius esset in hoc casu occidi hominem, aut mitti ad triremes in perpetuum ob eius depositionẽ, quam nolle obedire iudici; hæc adnotatio est Soti, quam doctrinam debent notare sacerdotes, qui accedunt ad audiendos hosce delinquentes; & quia iudices communiter deficiunt in quærendo iuridice, & nolunt ostendere, quod est in processu contra delinquentes, vt secundum illud obligentur ad respondendum, & quia etiã sæpius non conuenit petere manifestationẽ processus, quia ex hac petione capiunt occasionem ad præsumendum malum, & afferunt molestiã delinquentibus cum torturis extraordinarijs, mea opinio est, quod in hac perplexitate, & dubio procedant cũ debita prudentia, & non petant processum, nisi quando aliud non potuerit fieri inspectis circumstantijs, nec obligent delinquẽtes ad manifestandum suam confessionem, si ex ea est periculum euidens vitæ, & honoris. Aduertatur autem, quod si sint certi, quod iudex est rectus, & quod quamuis petant manifestationem processus, non sequitur inconuenientia retrodicta, tenentur petere processum, & secundum illum iudicare obligationem, qua tenentur delinquentes respondere.

Sua. vbi su. n. 1. Cla. l. 5. rece. sẽ. §. fi. q. 45. versi. sed pone Salze. vbi su. c. 126. p. 428.

D. Th. 2. 2. p. 69 ar. 1 & 2 Nau. vbi su. n. 36. So. li. 5. de iust. q. 9. ar 2. Alco. vbi su. f. 85. pag. 2.

Salz. vbi sup. p. 432. c. 2. Guti. i qq. can. c. 11.

Bon. in tract. de malef. in reg. de inq. & earum, for. n 15. f. 267. in magnis.

Sot. de teg. secr. m q. 7. p. 62. c. 1

4 Quarta Conclusio. Reus interrogatus cũ iuramento tenetur respondere ad mentem iudicis iuridice interrogantis, quia si iurat contra hanc intentionem, peccabit mortaliter, sic enim tenẽt Sanc. Thom. Caietanus, & Sotus; & idem dicendum est respondendo cum æquiuoco iuramento, quod componitur ex verbis simulatorijs artificiose, ita vt possit habere duplicem sensum, quia cum iudex deferat hoc iuramentum licite, non est tamen licitum vti hac amphibologia, quia esset inferre illi magnã iniuria, sic. n. tenet Sot. Dixi delato licite iuramẽto a iudice, quia alias licitũ est vti quacũq. amphibologia, quã vsus communis admittit sine mẽdacio; quia si verba secundum vsum communem non admittunt sensum verum, tunc esset dicere mendacium, quod est illicitum, vt dicunt Corduba, & Sotus quamuis alij teneant contrarium, quorum opinio est recepta, vt constat ex ijs, quę dixi in primo tomo in materia iuramentorũ. Et vt radicitus intelligatur supradictũ, debet necesse aduerti, quod totũ illud procedit, quando iudex procedit, vt sæpius repetiui, iuridice, quia si non proce-

D. Tho. 2. 2. q. 87. ar. 7. ad 4. et ibi Ca. Sot. li. 8. de iust. q. 1. ar. 7.

Sot. vbi sup.

Sot. li. 5. de iust. q. 6. ar. 2. con. 7. p. 445. Cord. de casib. q. 65.

dat

Digitized by Google

dat iuridice, non tenetur reus respondere, quãuis iudex tanquam eius prælatus præcipiat illud in virtute sanctæ obedientiæ, vt resoluit Aragon tunc vero iudex non quærit iuridice, quãdo non est legitimus, nec competens; vnde si interroget eos, qui non sunt subiecti eius iurisdictioni, possunt licite celare veritatem sine mendacio; idemque debet dici, quando iurisdictio eiusdem iudicis est suspensa ob aliquam appellationem: in dicetur etiam non quærere iuridice, quando contra reum non est infamia, vt dictum est supra. Nec ideo est iniqua, & mala consuetudo aliquorum tribunalium ecclesiasticorum, vbi interrogant eos, qui obtenta iam dispensatione a Papa volunt contrahere matrimonium, an cognouerint se carnaliter, de quo peccato adhuc non sunt infamati, quia quamuis Salzedus reprobet hanc consuetudinem, non debet tamen condemnari. Primo quia est necesse, vt sciatur dicta copula ad videndum, an valeat dispensatio secundum dicta in materia matrimonij. Secundo, quia ob nostra peccata in nostra Hyspania non putatur peccatum infamatorium cognoscere se carnaliter consanguineos, qui volunt contrahere, & miserunt Romam pro dispensatione.

Ara.2.2.q.4.8.

Salz.vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Reus conuictus de vno crimine non potest interrogari de alio crimine aut suo, aut sociorum, cum de alijs non sit notatus infamia, vt dicunt Sotus, Nauarrus, & Alcocer. Aduertatur autem, quod reus conuictus de aliquo delicto potest interrogari, an commiserit alia eiusdem speciei; & ideo qui non confitetur aliquod furtum, potest interrogari, an commiserit alia furta, quod dicit. Nauarrus habere locum, quando hic ob infam am, aut aliter per indicia clamorosa videtur frequentasse huiusmodi delicta; & ideo famosus latro, qui confessus est aliquod furtum, potest interrogari, an commiserit plura furta; si vero solum est infamatus de vno furto, & non est suspicio, quod commiserit alia, nõ possunt illum interrogare, an commiserit plura.

So.li.5.de iu.q.6.ar.2.post me. & de teg. secr. vbi sup.q.6 a.2. Na.d.c.25.nu.35. Al.d.c.26. Nau.in rub.de iud.numero 91. Na.li.2.de res.c.4.n.171.Abb. & Doct.in c.af ferre.

6 Sexta Conclusio. Si reus, aut alius quiuis testis interrogatus legitime a suo iudice mentiatur in rebus parui momenti, non peccant mortaliter, quod procedit, quamuis iudex sit prælatus regularis, & præcipiant sub obedientia subdito, vt manifestet illi veritatem alicuius rei parui momenti, quia hic non peccat mortaliter non obediens, eo quia prælatus in rebus paruis non potest imponere præceptum obedientiæ, quod obliget ad mortale; quod si dubitat, an sint parui momenti, tenetur obedire, nisi inde sequatur graue damnum proximo, vt dicit Aragon, & diximus in materia obedientiæ: supradictum autem debet intelligi, nisi mendacium confirmet cum iuramento, quia tunc peccat mortaliter, vt dicunt Sotus, & Nauarrus.

Arag.2.2.q.69 ar.2.p.504.So. de teg.sec.mẽ.2 q.7 co.3. Na.i c.inter ver.cor.7 55.nu.154.

7 Septima Conclusio. Si aliquis accusatur falso de aliquo crimine corã iudice, & ingressus est quandam domum bonafide, quod si sciat iudex, capiet occasionem, & indicium ad exponendũ illum torturæ in hoc casu, quamuis interroget illum iuridice, an sit ingressus domum illam, non tenetur confiteri ingressum fuisse eam, si non potest probare bonam fidem, qua ingressus fuit; & ratio est, quia de hoc ingressu non interrogat iuridice, quia vult ex eo capere occasionem exponendi torturæ, qui cum fuerit innocenter ingressus, non potest de iure esse occasio supplicij, & torturæ; hoc autem colligitur ex eo, quod resoluit Sotus, vbi probat, quod non obstante iuramento de calumnia, qui defertur actori, & reo in principio litis, quod non negant, quod putauerint esse verum, si postea fuerit reus interrogatus de aliquo crimine in particulari, de quo nec est infamia, nec indicia, non tenetur illud confiteri, nec peierat, quamuis neget, quia qui iurauit se dicturum veritatem, intelexit de veritate, de qua fuerit legitime interrogatus, & quamuis ipse non intellexerit tunc, sic sufficit, quod a iure sic interpretetur.

So.de teg.secr.2.q.7.co.3.p.62 co.1.& 2.

8 Octaua Conclu. Licitum est iudici vti aliqua simulatione, vt verificetur negotium, quod tractatur inter reum, & actorem dubitando de eius veritate, vt resoluit Cou. & notant Abbas, & DD. communiter, nec potest iudex loquendo regulariter aliquem reum denuntiatum de certo crimine condemnare solum propter eius depositionem ad pœnam ordinariam, si extraxit ab eo dictam depositionem promittens illi, quod si diceret veritatem, non puniret illum, cum extraxerit ab eo dictam depositionem per fraudem credente reo, quod obseruaret illi promissum; & ideo confidens in eo potest esse, quod fit confessus, quod deposuit, vt sic liberaretur a carcere, quo detinebatur oppressus. Dixi loquendo regulariter, quia si reus sciebat, quod iudex erat defecturus a promisso, & nihilominus perseuerauerit in depositione, absque dubio potest puniri pœna ordinaria; & addit Couarruuias, quod si vltra confessionem adsunt coniecturæ, quod commiserit illud crimẽ, non faciet iudex contra iustitiam condemnans reum ad pœnam ordinariam, præcipue si reus non reuocat depositionem suam, postquam factus fuit certus, quod iudex simulabat, quæ tamen simulationes debent euitari, vt docent doctores.

Cou.li.1. va.1. ca.2.nu.16.

9 Nona Conclusio. Tenentur rei, qui fatentur crimina sua, declarare complices in illis, si interroget iudex credens, quod sint adhuc parati committere noua peccata continuato vitio cum graui damno reipubl. aut proximorum, & credens, quod non corrigentur, quamuis illis fraterne dicatur, vt accidit quandoque in latronibus, & falsificatoribus monetæ, hæreticis, sortilegibus, & alijs aruspicibus, quia conuenit manifestare hanc turbam malefactorum iudici, quãuis non interroget de illis, vt resoluit Nauar. & ideo tenentur confessarij monere reos, vt denuntient illos, vt monet Sotus, & peccant absoluentes eos, cum absoluant impænitentes, vt dicunt Nauarrus, & Alcocer. Nota tamen, quod hoc procedit procedente iudice in inquisitione, & interrogatione iuridice, quia alias neque se, neque complices tenetur manifestare. Est etiam notandum, quod non debet iudex interrogare de complicibus, nisi in casibus, in quibus disponitur a iure; neque debet interrogare de aliquo complice in particulari dicens dic mihi, an N. fuerit tibi socius in delicto; & tenentur iudices declarare reis, in quibus modis, & casibus tenentur manifestare complices, aut concedant licentiam illis, vt possint consulere homines doctos, & si nolint illis dare licentiam, dicit Nauarrus, quod non auderet liberare eos a peccato mortali, præcipue si hoc faciunt persuasi, quod est iullum quacunque via inuenire delicta, & vt sic teneantur ille iudices rigidi compellentes reos, vt manifestent complices, contra quos nulla est infamia, nec indicia, sed potest esse,

Na.in d.c.inter verba corol. 6. So.de te se.mẽ. 1.q.8 p.17. Na. c.18 n.58. Alc. vbi su. f.86.

Na.vbi sup.

Digitized by Google

quod coram Deo sint correcti: immo addit idē Nauartus, quod nec liberaret illos a peccato mortali, quando cum torturis vellent illos cōstringere ad illud cessante dicta infamia, & indicijs, nisi peccatum declaratum a reo esset talis conditionis, vt non posset fieri sine socio, vt est peccatum sodomiticum, adulterium, &c. Est etiam licitum iudici interrogare de complicibus, quamuis nulla præcesserit de illis infamia, quando interrogat, non vt puniat, sed vt corrigat, vt pater, vt tenet Corduba; quod notent prælati regulares pro suis visitationibus, cum dirigantur ad hoc, vt tanquā patres adhibeant remedium malo, quod cognouerunt. Notent etiam subditi, quod non capiant hinc occasionem reuelandi prelatis tanquam patribus, quod de iure est illicitum manifestare tanquam iudicibus, cum non constet illis, nec possit constare, quod procedent tanquā patres: & moneo confessarios, quod, quando præcipiunt reis, vt manifestent complices, inspiciant bene negotium non confidentes solum in suo iudicio; quia ego etiam in minoribus casib. non confido in meo, & si aliquo modo possint liberare reum ab hac obligatione manifestandi complices, inclinentur ad illud; & quando aliter non potuerint facere, doceant reos, ne manifestent nisi eos, quos petit necessitas publica, & particularis.

Cord. super So. de teg. secr. q. 4. contr. 7.

Cord. su. So. de teg. secr. q. 4. cō. 7.

DE REIS CONFESSIS.

Titulus XX.

Caput Vnicum.

SVMMARIVM.

1 *Confessio quotuplex & num. 3.*
2 *In confessis partes iudicis in condemnando.*
4 *Confessi etiam audiendi se defendendo.*
5 *Reuocatur confessio quoties non vera sit.*
6 *Sponte confesso indulgendum.*

1 Confessio reorum duplex est, vna quæ fit proprio ore, alia quæ fit per contumaciam, vt si aufugerit, aut vocatus se præsentare noluerit registrata citatione in processu, vel diligentia cursoris, tunc tamquam interrogatus & confessus habebitur l. eius qui delatorem ff. de iure fisci l. qui ad certum ff. locati & l. singularia ff. si cert. pet. quia tali casu, idest confessi, partes iudicis sunt vtriq;
2 in condemnando cap. 1. de confess. Quæ citatio fit hoc modo, & registratur in processu. Hic in refetorio hora prandij, (discumbentibus fratribus) & de mandato Reuer. Fratris, &c. citatur frater N. quatenus in termino, &c. debeat corā D. S. R. personaliter se presentare ad effectū respondendi quibus interrogatus fuerit, alias cōtra ipsum contumacem, & confessum D. S. R. vt iuris fuerit procedet non obstātibus, &c. Sed loquendo modo de prima vera iudiciali confessione, dicitur quod confessus quis intelligitur, quoticsunq. dubitari non potest, vt cōfessio merus causa facta fuerit l. 1. §. si quis vltro ff. de q.
3 Anchar. consi. 24. num. 2. Aliquando non metu criminis imminentis, sed tedio vitę, vel impotētia doloris quis sibi mortē opperit vel manus in se infert, ideo ei insistendum est l. 1. §. si quis nō metu ff. ad Syll. & §. si tibi manus loco citato, nā quandoq. confessus ebrius est, vel mēte captus, aut spontè periturus, quo casu debet iudex diligenter circunspicere; Igneus in l. 3. §. subuenitur ff. ad Sylla. n. 87. Quia talis non tenet confessio glo. in c. ex literis de diuortijs & in omnem casū non obstante, vt sit sponte confessus, & de confessione dubitari non possit, adhuc terminum
4 ad faciendas suas deffensiones competentē reo iudex assignare debet Grammat. super constit. reg. Neapol. fol. 23. num. 23. & l. 1. §. si quis vltro ff. de quęstion. l. 1. §. si quis in nulla ff. ad Sylla. nec vllo modo denegari potest. Alexan. cons. 66. vo. 1. incipien si preces, sunt enim defensiones de iure naturæ quæ nec ab Imperatore, nec a summo Pontifice tolli possunt cle. pastoralis de re iud. l. defensionis facul. C. de iure fisci lib. 10. quia posset reus confessus probare contrariū per euidentiam facti l. inde Neratius §. fi. ad leg. Aquil. & l. proinde ff. eod. vel alio modo reuo-
5 care confessionem suam tamquam per errorem factam, probando errorem, & tunc incontinenti reuocari potest Guid. de Suzar. de indic. & tort. num. 48. & talis probatio debet admitti, & est communis opinio Aret. in ca. cum dilecti de
6 accusat. in vlt. verbis. Hęc sponte rei confessio facta operatur, vt confessus mitius puniatur: est hæc communis omnium opinio vt tenet Symanc. de hæret. c. 55. num. 6. Berò in c. at si clerici de iudic. num. 88. quæ tamen conclusio non procedit in eo, qui primum negauit, postea vero confitetur Bart. in l. eum qui ff. de iureiur. nu. 4. Socin. in l. non fatetur ff. de excep. nu. 7 Viuius opin. 136. nisi videatur penitens, & confiteatur, non quia se vidit conuictum, vel probationibus superatum, sed quia veniam petit, & delictum, pro vt commisit, fatetur, etiam cum omnibus, & singulis suis circunstantijs alias tandem confessus & conuictus non solum detinendus, est, sed etiam in Vinculis conijciendus donec feratur sententia, & executioni mandetur l. c. nullus C. de exhiben. reis & l. si confessus ff. eod. tit.

DE DEFENSIONIBVS Reorum.

Tit. XXI.

De Publicatione processus, & defensionibus Reis dandis: & de modo procedendi in eis, quando agitur contra regulares, de quibus fuit sermo. Cap. I.

SVMMARIVM:

1 *Procedendi norma contra laicos, & clericos seculares in causa criminali, qua sit, & an ipsa ad vnguem seruanda sit in causis criminalib. motis contra regulares, & quare.*
2 *Copia Capitulorum, & dictorum testium an Reis regularibus sit danda, dum conceduntur eis defensiones, & quare.*
3 *Commissarij in causis regularium quomodo facultatem in perlustrandis processibus compilatis contra ipsos regulares concedent eorum procuratoribus, & aduocatis, numero 25. & 44.*
4 *Regularibus Reis quare regulariter non tradatur copia depositionum testium cum eorum nominibus, & cognominibus.*

Commis-

5 *Commissarij in grauissima causa criminali regularium quare tenebuntur saltem concedere aduocatis, & procuratoribus Reorum, vt perlegant totũ processum informatiuum modo iam dicto.*

6 *Rei, in quibus casibus subiici possint torturæ ante sibi præstitas defensiones, & an hoc habeat locum in regularibus.*

7 *Commissarii in progressu compilandi processus informatiui reperientes Reum incidisse in excommunicationem maiorem, quid facient.*

8 *Absolutionis ab excommunicatione incursa à Reo forma, & decretum quomodo sit concipiendum.*

9 *Decreti forma de indulgendo Reis terminum ad se defendendum, & probandum quicquid sui tutelam producendum fore putant.*

10 *Quis fungetur vice berruarii in curia regularium in citandis Reis, testibus, aduocatis, & in quolibet alio actu legitimo iudiciali faciendo, & quomodo in actis referat se citasse supradictos.*

11 *Commissarii quid consulere debeant Reis volentibus imprudenter renunciare defensionibus sibi concessis.*

12 *Defensionum acceptatio, vel renũciatio per Reũ facta quomodo describenda in processu erit ab actuario.*

13 *Commissarii quomodo tenebuntur Reis regularibus assignare aduocatum, & procuratorem, ut incumbant defensioni ipsorum.*

14 *Decreti forma pro indulgendis dictis aduocato, & procuratores ipsis regularibus Reis.*

15 *Decretum supradictum, quomodo, & quibus intimandum erit, & eius intimatio quomodo describenda in actis fuerit ab actuario.*

16 *Commissarii quid ponderare debeant circa valorem terminorum contentorum in decreto indultarum defensionum.*

17 *Commissarii poterunt prorogare terminum concessum ad defensiones faciendas.*

18 *Commissarii an teneantur tradere copiam processus, nondum legitimati, & quomodo processus legitimetur, et quare non teneantur illam tradere non legitimato processu.*

19 *Commissarii quid facient, si Reus dixerit se nolle habere testes pro ritè, & legitimè examinatis, & repetitis.*

20 *Testes examinati in processu informatiuo, si instante Reo, quod repetantur, repetiti non fuerint, an probent contra ipsum Reum.*

21 *Decretum pro indulgendis defensionibus, quare contineat verba illa, videlicet, saluis exceptionibus, & repetitione.*

22 *Decretum supradictum quare contineat verba hæc, sine præiudicio vlterioris processus, & examinis.*

23 *Copia indiciorũ, vel processus informatiui quando non erit statim danda Reis, peroptima motio, & ratio redditur.*

24 *Clausula illa in decreto indultarum defensionũ inserta, videlicet: Habitis prius testibus, &c. quando non erit in ipso decreto inserenda.*

25 *Commissarii quid animaduertere debeant post dictum decretum.*

26 *Forma petitionis copiæ processus informatiui ab Aduocatis, & procuratoribus regularium, nec non & prorogationis termini iam concessi.*

27 *Actuarius quæ scribere debeat, super petitiones præsentatas à Reis, vel eorum aduocatis, aut procuratoribus.*

28 *Forma decreti prorogationis termini, et perlegendi acta iuxta petitionem aduocati, & procuratoris Rei regularis.*

29 *Super præsentatos articulos probatorios ab Aduocatis Rei quid scribat actuarius.*

30 *Decretum faciendum a Commissariis super admissione articulorum probatoriorum sibi exhibitorum.*

31 *Commissarii quæ accuratè obseruabunt, receptis dictis articulis probatoriis.*

32 *Commissarii quare articulos tendentes ad formam libelli famosi teneantur delere, vel corrigere, & num. 34.*

33 *Testis quis reprobari non possit.*

35 *Commissarii quid facient, si testes examinandi non sint in monasterio, in quo tribunal erexerunt.*

36 *Commissarii quomodo procedent contra testes nolentes se subscribere propriæ depositioni.*

37 *Decreti forma fulminandi aliquam pœnalē sententiam contra testem nolentem se subscribere propriæ depositioni post multas monitiones sibi factas.*

38 *Intimationis dicti decreti forma, & quid inde in actis scribendum fore mandare debeant ipsi Commissarii.*

39 *Commissarii dictam contumaciam non relinquant impunitam ad exemplum aliorum, & quod decretum inde faciant.*

40 *Commissarii expedito examine testium productorum in defensionem reorum, quid facient.*

41 *Aduocatus, & procurator Reorum comparentes coram Commissariis, verbo & scriptis quid petere debeant, postquam fuissent certiorati de expleto examine super articulis à se præsentatis.*

42 *Actuarius quid annotare debeat super petitiones in actis præsentatas ab Aduocatis, & procuratoribus Reorum.*

43 *Decreti forma de permittendo perlustrari depositiones testium productorum ipsis aduocato, & procuratori, & quomodo illis intimandum erit.*

44 *Commissarii elapso termino perlustrandi depositiones testium productorum in defensionem reorum quid faciant: si sibi viderint Reum fore torquendum, vt cautius procedant.*

45 *Assignatio processus consultori, & postea eius restitutio, quomodo in actis sit describenda, & num. 46.*

47 *Forma voti consultoris asserentis post accuratissimam perlustrationem processus sibi videri Reum torquendum, taliter concipi poterit, & quomodo consultor, & Commissarii ipsi voto de torquendo Reum se subscribant.*

48 *Commissarii quare studere debeãt, vt torturæ Reo regulari adhibendæ intersit consultor, & alia persona grauis regularis, qui post acta à Elicitata in torquendo Reum manu propria testificetur se interfuisse dictæ torturæ adhibitæ.*

49 *Commissarii quid facient, antequam Reis tradetur copia actorum: si ipsi noluissent habere testes examinatos, in processu informatiuo, pro legitimè examinatis, & repetitis, &c.*

1 ETsi in processibus contra seculares clericos formatis, postquam Iudices cõpleuerint examen testium pro informatione curiæ receptorum, alijsque indicijs, præsumptionibus, & coniecturis ad fisci intentionem fundandam deductis, Reisque semel, & pluries constitutis, & examinatis, processuque bene constructo; soleant ipsi Rei poni ad lar-

ad largam, & ipsis assignatur terminus ad faciendum eorum defensiones, & decernitur dari copia processus, vt super indicijs prædictis defensiones Reorum tam in facto, quam in iure deduci possint, eorumque aduocati, & procuratores audiantur, vt si possibile sit indicia prædicta taliter purgata remaneat, *a* quod videtur elici ex pontificia lege: cum ibi præcipiatur, non solum Reo examinato, verum etiam eidem, dum erit facienda contra ipsum specialis inquisitio propter depositionem testium, qui deposuissent in inquisitione generali fore exponenda illa capitula, de quibus fuerit inquirendum contra ipsum, vt facultatem habeat defendendi seipsum: & non solum dicta, sed etiam no-

2 mina ipsa testium sunt ei, vt quid, & à quo sit dictum appareat, necnon exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum, infamandi; per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum audacia præbeatur. *b* Etsi hoc concessum sit in causis laicorum, & clericorum secularium, de quibus ibi sermo habetur, nihilominus in causis clericorum regularium, in quibus expediendis erit procedendum summariè, simpliciter, & de plano, absque strepitu, & figura iudicij, nō erit idē prorsus iudicium faciēdum. *c* Nam & si altercatio olim fuerit de hoc inter Doctores: Cum Panormitanus (alioquin eruditissimus canonistarum) grauissimis adductus rationibus, nō fore tradendam copiam huiusmodi docuerit. *d* Hostiensis vero asserit Testium dicta fore manifestanda, non autem ipsorum nomina, dicendo ipsa pertinere ad subtilitatem iuris, quæ non erit obseruanda contra regulares personas, & quidem hoc videtur elici ex tex. ipso dicti cap. qualiter, & quando, el 2. in fi. vbi hęc habentur [Hunc tamen ordinem contra regulares personas nō credimus vsquequaque obseruandum, quæ cum causa requirit, facilius, & liberius a suis possunt administrationibus amoueri,] hæc ibi: sed illæ duæ ipsorum Doctorum sententiæ poterunt insimul concordari. Nam ibidem Hostiensis subdidit, quod causæ (habita ratione eorum) nomina manifestari poterunt: & rursus idem Panormitanus dicit in d. cap. qualiter, & quando, el 2. quod in causa crim. & grauissima dari poterunt ipsa nomina: Thomas *e* tamen Triuisanus in sua praxi de modo, & ordine procedendi criminaliter inter Regulares in ca. 15. de defensionibus reorum: mediam graditur viā his præcisis verbis vtens post nonnulla, videlicet: Dico igitur, quod non datur copia; sed ipso Reo præsente, & intelligente publicatur ipse processus, & eidem intelligenti legitur ad effectum, vt summariè pariter Reus defensiones suas facere, & allegare possit, etiam ante rigorosum examen. & quidem huius doctoris sententia esset admittenda in causis criminalibus moos contra regulares, vbi non venirent ipsi regulares puniendi pœna mortis naturalis, vel similis. Nam cum & ipsi regulares Rei, vt in pluribus, in iudicio ignorent se tueri, nescientes pōderare virtutem indiciorum resultantiū ex depositione testium; & licet forsan essent eruditi in forensibus causis, tam propria passio, quam breuitas temporis, in quo sibi leguntur huiusmodi indicia, non sineret eos ponderare dicta testium, vt decet, ad hoc, vt fas sit postea eis cōtra illa opponendo, se iuste & legitimè tueri; sed nec integra processus copia eis deneganda, vel concedenda videtur a Commissarijs, quando in eorum religione hoc vsu nō fuisset receptū. Cum inde videatur detrimentum generari decori religionis, si per manus laicorum Doctorū aduocatorum, procuratorum, & scribarum, huiusmodi processus essent deferendi. Quapropter dum nos essemus constituti Commissarij in arduissima causa criminali, & ex deductis in processu informatiuo aliqui Rei essent adeò indiciati, quod omnino contra eos esset nobis deueniendum ad examē rigorosum, scilicet, ad torturam, antequam ad indulgendas eis defensiones necessario omni iure concedendas descenderemus, consuluimus nostræ Congregationis Præsidem, (qui in alijs religionibus nuncupatur generalis) an possemus in dando ipsis defensiones concedere aduocatum, Doctorem, & procuratorem laicos, qui respondit fore eis illos concedendos, quibus facultatem inde indulsimus in nostra aula hospicij, in qua habitabamus, vt perlustrarent ipsi ad verbum totum processum informatiuum tam formatum, & completum, tribuimusq. etiam paginam, calamum, & atramentum, & tempus (coram tamē nobis, ne aliquid mali contingeret in causa sic ardua) & facultatem eliciendi ex ipso, quicquid sibi eliciendum fore videretur expediens ad formandos articulos nobis postea præsentandos, super quibus voluissent examinari testes in defensionem Reorum, & pro eneruatione indiciorum ibi iam allatorum, & probatorum; & sic occurrimus molus expensis faciendis pro copia ipsius processus, tradenda & alijs opprobrijs futuris inde, & sic non fuit denegata copia defensionis, nec inde introduximus nouum ritum in nostra Congregatione, cum alias nunquam fuerat alicui concessa huiusmodi copia, sed solum

4 copia indiciorum per modum epilogi sine nominibus, & cognominibus testium: & quidem non sine causa: cum inde euitantur odia intestina, & bella ciuilia, quæ possent in dies succrescere inter regulares: & ipse reus quidem ex dicta copia indiciorum regulariter posset vtique deuenire in cognitionem testium, & cum ipsi testes quam sæpissime insimul cum ipso Reo habitauerint in eodem monasterio, quam facillime poterunt conijcere nomina deponentium talia

5 indicia: Attamen, vt diximus, in grauissima causa, vbi agebatur de vita hominis, nos supradicta forma procedendi vsi fuimus: quod quidē Deo optimo maximo fauente dictus modus concedendi defensiones in tali causa perplacuit ferè omnibus Reuerendis nostris Prælatis, ad quos ille deuenit, & non paucis Doctoribus secularibus. Quapropter in simili causa Commissarios dicta forma vti obsecro: quia alias si Rei suas defensiones commodè facere non permitterentur, & per consequens eorum aduocati nō possent eorum articulos fundare, & interrogatoria ipsis Commissarijs præsentare pro reorum defensione, & ex tali causa sola supponerētur Rei torturæ iniustæ: & de hoc conquerentur apud supremos iudices, aut Sedem Apostolicā, & ita fuisset iudicatum: grauiter se de iure puniendos fore pro certo sciant. Nam quomodo ipsi Commissarij poterunt vnquam tuta conscientia in causa criminali grauissima ad actū torturę deuenire, cum ipse sit subsidiarius, actus *f* qui nō nisi legitimis indicijs præcedentibus inferri de iure poterit, *g* & quidem de iure communi pœna Capitali plectendi erunt, qui inquisitos iniuste torxerint, *h* & ideo nec ipsi Commissarij debent de facili deuenire ad torturam reorum

& præ-

a Mars. in pra. §. post quā n. 5. Follerius in pr. crim. ver. & facta litis cōtestatione, n. 10. Cōrad. de off. Prator. ti. de negat. crim. n. 6. f. 498

b c. Qualiter, & quando el 2. §. debet. extra, de accus. & ibi per Doct.

c c. Qualiter et quando, el 2. §. fi. extra, de acc.

d Pan. in c. olim & in c. Qualiter, & quādo el 2. extra de acc.

e Thomas Triuisan. in praxi cri. contra reg. c. 15.

f Conra. de off. prato. ti. de neg. crim. nu. 6.

g Alex. cōs. 65. vo. 1. Rol. consi. 12. n. 31. et seq. lib. 3.

h Mar. cōs. 8. n. 28. Rol. cōs. 12. num. 66. & seq. vol. 3.

a Bos∫.pr.tr.ti. tu.de iudic.nu. 75.

& præ∫ertim non plene indultis ip∫is reis defen∫ionibus, quæ non ∫olum lege naturali, diuina, ciuili, & canonica nobis permi∫∫æ ∫unt, ∫ed & be∫tijs quoque & animalibus brutis competũt,
6 a & intantum hoc e∫t verum, quod etiam, ∫i inde timor ∫ubornationis immineret, e∫∫ent defen∫iones indulgendæ ante torturam, cũ termino ad illa producta indicia purganda, & ita v∫u ip∫o hæc praxis, vt diximus, recepta fuit, & laudata à prudentibus, & licet nõ negemus in magna curia Vicariæ Neapolitanæ, & in curia gubernatoris Romæ e∫∫e cõ∫uetum, quod ex præeminentia ∫ibi indulta à prorege, & à Papa in duobus ca∫ibus Rei ∫ubijciantur torturæ, non præcedentibus defen∫ionibus indultis Reis, ∫cilicet, primo contra notorios in∫igne∫que latrones, deroboratore∫que ∫tratarum, incendiarios, & alios ∫imilia enormia, & notoria crimina perpetrantes, concurrente tamen in∫amia, & leuitate vitæ talium. Et ∫ecundo in aliquibus alijs grauissimis delictis, præ∫ertim vbi celeritate opus e∫∫et ob cõplices, aut ad exemplũ, vel alijs iu∫tis de cau∫is, præcedente tamen facultate à ∫upremis gubernatoribus conce∫∫a iudicibus, vt po∫∫int in tali ca∫u tunc concurrente vti tali præeminentia. Hoc tamen non habet locum in regularibus multis de cau∫is, quas hic recen∫ere, & longum, & infructiferum e∫∫et; cũ illas qui∫que prudens po∫∫it ex ∫e cogitare: cum huiu∫modi infames non ad∫int, & vt docuerunt Doctores *b* mitius agendum erit in tortura clericorũ, quam ageretur in tortura laicorum.

b Diaz in ∫ua praxi, c. de Tortura.

Animaduertant in∫uper ip∫i Commi∫∫arij, quod ∫i ex depo∫itionibus te∫tium, vel confe∫∫ione ip-
7 ∫ius Rei comperi∫∫ent ip∫os incurri∫∫e in ∫ententiam excommunicationis ∫tatim ip∫os ab∫oluere ∫tudeant quoad actum tantum ∫tandi in iudicio, & ip∫um pro∫equendi, & præ∫entandi quicquid habuerit in ∫ui ∫auorem; quoniã alias non po∫∫ent audiri, non præuia tali ab∫olutione, quod ∫i audirentur vtique acta inde ∫ecuta e∫∫ent nulla iuribus vulgaribus: forma vero huiu∫modi ab∫olutionis erit ∫ub∫equens, quæ omnino erit in actis de∫cribenda, vt con∫tet ibi de ip∫a.

Cum Reuerendi Commi∫∫arij comperi∫∫ent
8 D.... Reum ex confe∫∫ione ip∫ius facta in iudicio coram ip∫is, vt in folio .... fui∫∫e incur∫um in excommunicationem maiorem latam à Reuerendo .... pro eo quod præceperat ∫ub pœna excommunicationis latæ ∫ententiæ, tale quid non faciendum, vel faciendum, ip∫um D..... ab∫oluerunt à dicta excommunicatione, ad effectum ∫olum a∫tandi in iudicio, & ∫e tuendi omni meliori modo, &c. Cum ip∫e non po∫∫et probare ∫e fui∫∫e ab∫olutum ab illa.

Datum ..... Die....

D....... Abbas }
D....... Prior } Commi∫∫arij.
D....... Actuarius.

Expleto, vt diximus, proce∫∫u informatiuo, receptaque eorum depo∫itione, ab ip∫is Commi∫∫arijs erunt offerendæ defen∫iones ip∫is Reis, & terminus congruus ad illas commodè peragendas: forma vero huius decreti talis erit.

Reuerendis Commi∫∫arijs vi∫um fuerit indulgere D.... Reo terminum dierũ ... ad producendum quæcumque monumenta, ac probationes, quibus ∫ibi videatur ∫e innocentem probare in delato crimine contra ip∫um, & ad eli-
9 denda indicia in proce∫∫u contra ip∫ummet allata, & copiam repertorum ∫ibi dari, habitis tamen ab eo prius te∫tibus pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis: ∫aluis exceptionib., & repetitione, &c. & ∫ine præiudicio vlterioris proce∫∫us, & examinis omni meliori modo, &c, Prout Præ∫enti decreto huiu∫modi ∫upradictũ terminum dierum .... indul∫erunt, & dictam copiam repertorum. Datum in mona∫terio, ... Die ...

D...... Abbas }
D...... Prior } Commi∫∫arij.
D...... Actuarius.

10 Et cum in curia regularium de∫int berruarij, prout ∫upra diximus, actuarius ip∫e poterit notificare omnia decreta, & po∫tea referre in actis huiu∫modi intimationem, cũ ∫ub∫criptione manus ip∫ius Rei, ne po∫tea auderet dicere hoc ∫ibi nõ innotui∫∫e, vtetur ergo in fra∫cripta forma.

Et cum per me D...., actuarium fui∫∫et ∫upradictum decretum intimatũ dicto D... Reo, & ip∫e coram me ad verbum illud legi∫∫et, acceptauit dictum terminum, & defen∫iones indultas, & in fidem manu ∫ua ∫e ∫ub∫crip∫it.

Die ,...

Ego D...., acceptaui defen∫iones, & terminum ad illas peragendas, & in fidem manu propria me ∫ub∫crip∫i.

11 Animaduertant Commi∫∫arij etiam, quoniã non pauci ∫implices ∫tatim renunciant oblatis defen∫ionibus, quod cum audierint ip∫i Cõmi∫∫arij, ∫i e∫∫ent in cau∫a leuis momenti, poterunt ip∫am renunciationem acceptare, & demandẽt illam ∫cribi ∫ubtus ∫upradictam relationem tali forma.

Et cum per me D....., actuarium fui∫∫et ∫upradictum decretum intimatum D.... Reo, & ip∫e coram me ad verbum illud legi∫∫et, gratias agens dixit ∫e renunciare omnibus ∫ibi competentibus defen∫ionibus, & ∫e remitti pietati Commi∫∫ariorum, vel huiu∫modi, & in fidẽ manu propria ip∫e D.... ∫e ∫ub∫crip∫it Die ....

Ego D.... renunciaui defen∫ionibus mihi oblatis, & in fidẽ me ∫ub∫crip∫i manu propria.

Sed ∫i cau∫a e∫∫et criminalis, & ardui∫∫ima, non ita facilè a∫∫en∫um præbeant ip∫i Commi∫∫arij hmõi renunciationi defen∫ionum, cũ hoc ∫æpè procedat ex ignorantia, & imprudentia Rei credentis nihil fui∫∫e in proce∫∫u probatum contra ∫e. Quapropter et∫i non negamus vnicui que licere renunciare iuri ∫ibi competenti, ac per con∫equens ip∫is Reis, con∫ulimus tamen Commi∫∫arijs, vt hortentur ip∫os regulares reos ad benè cogitandum, quid ∫aciant, ne po∫tea fru∫tra doleant ∫e renũcia∫∫e defen∫ionibus tot iuribus ∫ibi competentibus, eo magis quod non ∫emper in rei veritate reperitur in proce∫∫u productũ, prout quis præ∫umit. Sciat ergo, hæc ver-
12 ba coram ∫e ex charitate prolata, faciat modo ip∫e quidquid voluerit, et ∫i acceptauerit defen∫iones, faciat talem acceptationẽ annotari iuxta formam ∫upra po∫itam,

Sciant etiam Commi∫∫arij, quod ∫i cau∫a e∫∫et ardui∫∫ima, & Reo pœna graui∫∫ima e∫∫et im-
13 ponenda, ni∫i ∫e purgauerit de indicijs productis in actis contra ip∫um omnino præuia ∫upra dicta facultate tenebũtur vna cum decreto indultæ confe∫∫ionis indulgere ip∫i Reo aduocatum, & procuratorem, & tunc vtebũtur tali forma, videlicet,

Reuerendi Cõmi∫∫arii volentes de iure procedere in cau∫a tam graui, tamquam tenentur de iure debent, fuit per eo∫dem prouisum, & decretum
14 dari ∫upra dicto D.... prætenso Reo copiam reper-

piã totius processus informatiui, vt inde elicere
possint, quæ videntur posse per depositionẽ te-
stiũ, aut scripturas indicia, ex deductis ibi ener-
25 uare. Cũ reuera ex talium accurate ad verbum
perlustratione elicere possent aliquas contradi-
ctiones in testiũ depositionibus, vel aliqua non
verisimilia, vel testes in dictis suis nõ cõcluden
tes: Iccircò ad petitionẽ eorundem poterunt fa
cultatem concedere illis in propria audientiæ
aula processum lustrandi ad votum, & curẽt, vt
appareat in actis huiusmodi facultas sibi con-
cessa, præmissa in scriptis eorum petitione, quæ
erit talis, videlicet.

Coram admodum Reuerendis Cõmissarijs
comparẽt D.... & D.... Aduocatus, & procura-
tor D.... in carceribus constituti, precantes, vt
terminum dierũ .... eorũ principali indultũ pro
rogare dignentur, cũ fuerit breuis, nec nõ & cõ
cedere copiam totius processus, vel saltẽ facul-
tatẽ illum ad verbum perlustrandi in aula au-
dientiæ eorũ coram ipsis Reuerendis Cõmissa-
26 rijs, vt inde fas sit eis elicere ea, quæ ad defen-
sionẽ dicti Rei facere videãtur, nec nõ se accin-
gere ad formãdos articulos probatorios, vt in-
dicia, quæ viderentur exorta contra eorũ princi
palẽ, elidi possint, & inde innocẽtia eius eluce-
scat, quod in gratiã singularẽ recipiẽt: & isto, &
omni alio meliori modo sibi prouideri instant.

Actuarius super petitionem scribat hæc ver-
27 ba, videlicet: Præsẽtata fuit per ipsos Dominos
aduocatum, & Procuratorem die .... & postea
Commissarij decretum tale faciant.

Perpensa rationabili petitione Domioorum
aduocati, & procuratoris D.... prætensi Rei, ip-
sam admittentes Reuerẽdi Cõmissarij, si, & in-
28 quantũ, præceperunt prorogari terminum iam
concessum, concedentes alios dies .... ad produ
cenda, quæ in defensionẽ Rei sibi videbuntur,
nec non dari facultatem cõmode perlustrandi
ipsum processum, prout præsenti decreto conce
dunt dictum terminum dierum .... & copiam
perlegendi ipsum processum, vt fuerat petitum,
Dat. in monasterio .... die... mensis .... Anni ....

D....... Abbas } Commissarij.
D....... Prior }
D ...... Actuarius.

Animaduertant Commissarij, quod quando
aduocatus, & Procurator Rei præsentauerint
articulos probatorios, mandent actuario super
præsentatis articulis scribi tali forma.

29 Præsentati fuerunt præsentes articuli per Do
minos .... & .... Aduocatum, & Procuratorem
Die .... mensis .... Anni ....

His peractis formetur tale decretũ, videlicet.

30 Cum Dominus .... & dominus Aduocatus,
& Procurator D. Rei prætensi comparuissẽt co
ram Reuerendis Commissarijs, precãtes ipsos
articulos probatorios admitti, & super illos exa
minari testes ibidem nominatos pro defensio-
ne eorum principalis. Visum fuit ipsis Reueren
dis Commissarijs ipsos admittere si, & inquan-
tum, prout præsenti decreto admiserunt. Dat.
in monasterio... D.... mensis .... Anni ....

D...... Abbas } Commissarij.
D....... Prior }
D...... Actuarius.

Receptis articulis probatorijs studeãt primo
ipsi Commissarij accuratissimè perlegere illos,
et si repererint aliquem illorum specimen præ-
se ferre potius libelli famosi, quam honestæ de-
fensionis, illos in totum, aut in partem, è medio
aliorum articulorum auferant, vt sibi in domi-
no videbitur. Idipsum faciendum diximus de
31 propositis articulis impertinẽtibus, & nihil ad
rem propositam facientibus, cum hoc sibi non
solum facere liceat, verum ẽt iuribus vulgarib.
32 adhoc teneantur, & ratio est potissima: quoniã
alias viderentur cooperatores scandalorũ, quæ
indè prodire consueuerunt. Secundo animad-
uertant ipsi Commissarij, quod sæpe contingit
incuria aduocatorum, & procuratorũ, & igno-
33 rantia ipsorum Reorum, vt in præsentatis arti-
culis nominẽtur in testes ij, quos alias reproba-
uerant in eodemmet iudicio, vel in alio, imme-
mores, quod in iure cautũ sit testem a illũ repro
bari nõ posse, quem quis ante, vel post in eadẽ,
vel alia causa in sui fauorem in testem nomina-
uerint, cum taliter nominando in sui fauorem,
approbasse tacite eum comprobetur, vt nobis
34 contigit in quadam arduissima causa. Tertio
sciant quoque Commissarij Reos inserere ali-
quando in articulis, quç resultarent in maximũ
præiudicium alterius, & in paruum adiutoriũ
ipsorum, dum talia proferunt probando in exci
piendo contra testes in processu informatiuo
examinatos: Nam in tali casu, si publice constet
talia in aliquo articulo contenta esse falsa, non
debebunt tales articulos admittere reddendo
(si sibi videbitur) ibi in fronte articuli rationẽ
illius reprobationis, vel oretenus ipsi Reo, aut
eius procuratori reddendo hmõi rationem (in-
quiens) ad placandum animum forsan turba-
tum producentium tales articulos, quos forsan
fugiebat contenta in eis esse falsa, & ideo credi
derunt inde sibi irrogatam iniustẽ iniuriã fuis-
se. Quarto sciant ipsi Commissarij, quod si te-
35 stes examinandi in defensionem reorum, non
reperirentur in eodẽ monasterio, sed in alio, tũc
poterũt eos citare ad se præsentandos in dicto
monasterio audientiæ infra terminũ competen
tem (habito respectu ad distantiã illius mona-
sterij, in quo tunc illi habitabunt, à monasterio,
in quo ipsi Commissarij habitant) per literas
priuatas, subscriptas tamen manu amborũ Cõ-
missariorum, sed si ipsi essent multi, & expedire
sibi videbitur ad eosdem se conferre, & quod
esset hoc consultius multis de causis, tunc post-
quam peruenissent ad dictum monasterium, in
examine primo vocati in testẽ subsequentia ver
ba, vel similia scribi faciãt ab actuario, videlicet.

Die .... mensis .... Anni .... Cum Reuerendi
Commissarij voluissent de iure procedere in cã
agitata contra D... & examinare testes notatos
in sui fauorem à dicto D... præsente Reo, nec-
non consulere indemnitati ipsius Rei, & mona
sterij ... à quo opus erat dictos testes illius expẽ
sis aduocare ad monasteriũ ... in quo ipsi tũc re
periebantur; iccirco se conferentes ad dictũ mo
nasterium vocauerunt infrascriptos testes sigil-
latim examinandos super præinsertis articulis,
seu capitulis, habentes hic infra pro expressis
oĩa contenta in illis, breuitati studẽtes ipsi R.R.
Commissarij legerunt intelligibili voce vnum-
quodque ipsorũ capitulorũ ipsis testib. sigilla-
tim, tamen præcipiendo ijsdẽ, & præuio iuramẽ
to de dicenda mera, & plena veritate sup inter-
rogandis super illis, & quicquid inde sciret. Vo-
catus ergo fuit D... ætatis ... dignitatis, & prço
dicto iuramẽto per ipsum præstito, fuit primo

Interrogatus, &c. seruetur forma supra sæpe
repetita, & finito examine vniuscuiusque testis
iuxta formam supra relatam ad vlteriora ipsi
Commissarij procedant, vt infra statim dicetur.

Quinto moniti sint ipsi Commissarij, quod
aliquan-

a *l. si quis in testem. C. de Testib. & ibi cõiter per Doctor.*

Digitized by Google

36 aliquando testes ita temerarij sunt, ꝙ post corū
depositionem requisiti, vt illi se subscribant ma
nu propria (vt moris est omniū curiarum) ipsi
audeant insipienter respondere se nolle subscri
bere, & si asseuerent se vera deposuisse, nescien
tes huius cōtumaciæ causam assignare, sed solū
dicunt sibi ita placere, vel videri; tunc vt oīa le-
gitimè procedant, & consulatur decori tribuna
lis, & insimul cōpatiatur ignorantiæ talium te-
stium, ipsorū Commissariorū erit post monitio-
nes blandasq; adhortationes, vti minis de ip-
sis puniendis pro tali eorum insulsa temerita-
te, quòd si nec ipsis præmissis illi voluerint se
subscribere propriæ depositioni, sed si adhuc p-
tinaciter responderint se nolle subscribere, ni-
hilq; opponentes, sed solū asseuerauerint, se alia
velle deponere, quæ scribēda fore ipse velit ibi-
dem (vt nobis in quadā cā ardua contigit,) tunc
ipsi Cōmissarij aduocare studeant Prælatū dicti
monachi testis, aut aliā grauē personam io testi
moniū correctionis paternæ ipsi testi factę à Cō
missarijs, & corā illo dicant denuo ipsi testi, vt
iā deposita pertinacia se subscribat propriæ suæ
depositioni, & ꝙ enarret, quæ vellet ibi fore de-
scribenda. Nā si ad rē peruuneriot, & ad cōten-
ta in articulo, super quo ad instantiā Rei fuerat
in testē vocatus, demandabunt ipsa statim scri-
bi: sin aūt incompetentia rei (de qua agitur) no-
lunt, vt ibi scribantur, vt ordo iudiciarius serue-
tur: Cū possit postea diē sequenti in iudicio cō-
parere producturus, quæ sibi videbitur, & tunc
dictū eius acceptabitur, & habebitur de ipso ea
rō, quæ de iure habenda erit: & si adhuc ille te-
stis, nec se subscribere vellet, nec enarrare, q̄ scri
benda in actis vellet, tūc ne eorū tribunal vile-
scat, & alij exēplo taliū inde punitorū pertime-
scāt talia attentare, sed potius studeāt humiliter
obtēperare iustis mādatis ipsorū. Ipsi Cōmissarij
contra talē pertinacē tale decretum fulminent.

Die .... mensis .... Anni .... Cum Reuerendi
Cōmissarij sepissimè admonuissent D... supradi
ctum in testem vocatū, vt vellet proprię supra-
dictæ eius depositioni manu propria se subscri-
bere, prout reliqui testes fecerāt, semperq; ipse
testis respōdisset, se nolle subscribere, nisi prius
describerentur ibidē oīa dictanda per ipsū D....
qua temeritate audita, & perpendentes, hoc ca
dere in maximū dedecus non tantum ipsorum
Commissariorum, verum ēt totius Congrega-
tionis suæ, compatientes tamen dicti testis ve-
cordiæ, accersiri fecerunt Reuer. Patrē D... Ab-
batem dicti monasterij, & denuo corā ipso mo-
nuerunt ipsum D.... vt iam cessaret ab incepta
pertinacia, & se subscribat, alias perseuerans in
ea deputabitur carceribus, nec non ꝙ enarret,
quæ exoptat in actis describenda. Nam si ipsa
37 erunt attinentia ad materiam articuli, sup quo
ad instātiam D... prætensi Rei fuerat in testem
vocatus, & iam examinatus, illico Reuer. Com-
missarij ibidem fore describenda mandabunt,
sin alias die sequenti hora audientiæ compare-
re deberet audiendus libentissime, & cum ipse
D.... persisteret io sua contumacia, ipsi Reuer.
Commiss. mandauerunt dictū D... formali car
ceri mancipari, & ibi perseuerare donec ad cor
rediens se subscribat, & dignū se reddat miseri
cordia, prout præsenti decreto carcerib. forma-
libus detineri vsque ad dictum tempus mādāt.
Dat. in monasterio die .... mensis ... Anni ...
D....... Abbas } Commissarij.
D....... Prior
D...... Actuarius.

Quod decretū ipsi Cōmissarij mandent inti-
mari per actuarium, & in actis referri quicquid
exequutū fuerit, s. ꝙ fuerit carceri mancipatus,
38 tali forma vtēdo, videlicet: Ego D... Actuarius
fidem facio dictum decretum fuisse intimatum
per me dicto D.... & fuisse pro supradicta causa
ipsum D.... cum effectu carceri formali manci-
patum die .... D... Actuarius, vel si se humilias
testis petat veniam offerens se subscribere mo-
re solito, & hoc ipsum in actis referat vtēdo hac
vel simili forma verborum, videlicet.

Die ... mensis ... Anni .... Cum per me D....
Actuarium fuisset supradictum decretum inti-
matum dicto D... in testē vocato, statim ipse ge
nibus flexis misericordiam sibi exhiberi à Reue
rendis Cōmissarijs suppliciter expostulauit, &
remitti sibi pęnā carceris, se offerens promptis-
simū ad perficiendā quamcūq; aliā pœnitentiā
sibi pro dicta pertinacia iniungendā. Quib. au-
ditis Reuer. Comissarij iusserunt tradendū fo-
re calamū dicto D.... ad se subscribendū dictæ
suæ depositioni, & sic ibi dictus D.... se subscri-
psit, forma subscriptionis est, quæ supra anno-
tata sæpius fuit.

Sed animaduertant nihilominus Cōmissarij
dictum testē fore aliqua alia pœna puniendū,
& non permittendum ab omni pęnitentia im-
39 munem effici, vt ceteris metus, & reuerentia
erga tribunal incutiatur; poterunt verò tale vel
simile decretum edere.

Visa supradicta subscriptione D.... & humili
eius deprecatione audita, vt secū misericorditer
ageretur, ipsi Reuer. Cōmissarij compatientes
eiusdē D.... infirmitati remiserunt ei pęnā car-
ceris, & iniunxerunt D.... coram D.... vt die se-
quenti comederet in terra in pane, & aqua in
refectorio cōmuni monachorū Zonam, seu co-
rigiā habens in collo, prout præsenti decreto re
mittunt dicto D.... dictam pœnam carceris, &
iniungunt dictam comestionē in terra in refe-
ctorio cum Zona ad collum. Datum in mona-
sterio.... Die.... Mensis.... Anni....
D. ... Abbas } Commissarij.
D. .... Prior
D. .... Actuarius.

Memores sint Cōmissarij, quòd expedito exa
mine testium productorum ad instantiā & de-
40 fensionē Rei regrediātur ad monasterium vbi
reperitur carceratus Reus, ad quod cum perue
nerint, certiores reddere studeant tam Reum,
quam eius aduocatum, & procuratorē de per-
fecto examine hac forma vtendo, videlicet.

Postquam Reuer. Commiss. expedito exami-
ne testium nominatorū, & productorum in fa-
uorem D.... prætensi Rei, se contulissent ad ci-
uitatem ... & monasteriū ... in quo tribunal ere
xerant, certiores facere studuerunt dictū D... &
eius Dominos aduocatū, & procuratorem de di
cto perfecto examine, prout præsenti decreto ip
sos certiores reddi mandant per me D... Actua
rium. Datum in monasterio ... Die .... &c.
D....... Abbas } Commissarius
D ...... Priot
D...... Actuarius.

Die ... &c. Cum per me D... Actuarium fuis
sent certiorati de dicto perfecto examine tam
D... prætensus Reus, quam Domini Aduoca-
tus, & Procurator ipsius, ipsi Domini gratias
egerunt, & in fidem veritatis me subscripsi.
Ego D.. ... Actuarius.

Tūc cōparētes Aduocatus, & Procurator pos
sēt tali forma petitionis, vti, vel simili, videlicet.
Com-

Digitized by Google

41 Comparent magnificus Dominus..... vtriusq; iuris Doctor, & magnificus D..... Procurator D..... prætensi Rei coram Reuerendis Cõmissarijs, & intellecto q fuerint examinati testes nominati super capitulis, seu articulis per eosdem productis ad defensionem dicti inquisiti, petunt ab ipsis Reuerendis Commissarijs, vt iuxta ritũ, & Priuilegia iam allegata Congregationis Cassinensis, siue ordinis... velint sibi copiam dictorum testium examinatorũ exhiberi cum termino dierum octo, vt ipsi consulere possint, an aliud sit eis agendum pro cõpleta defensione dicti D.... Inquisiti alias protestantur, &c.

42 Aduertat actuarius describere super petitionẽ ipsam diem præsentationis, dicendo: Præsentata fuit præsens petitio a Dominis Aduocato, & Procuratore D...... Die.... Et hac petitione perlecta a Commissarijs poterunt edere infrascriptum decretum, videlicet.

Audita iusta, ac rationabili petitione dictorũ Dominorum Aduocati & Procuratoris dicti D.... prætensi Rei, ipsi Reuerẽdi Commissarij mandauerũt sibi assignari reperta dictarum de-
43 positionum dictorum testium, & indulgeri octo dierum terminum iuxta eorum petitionem, prout præsenti decreto assignari dicta reperta mandant, & dictum terminum indulgent. Datum in monasterio..... Die.... mensis.... Anni....

D.... Abbas
D..... Prior } Commissarij.
D..... Actuarius.

Et vt omnia in actis actitata compareant, hæc verba post dictum Decretum scribat actuarius, videlicet.

Die...., Cum per me D...... Actuariũ fuisset assignata dicta reperta depositionum dictorũ testium Dominis Aduocato, & Procuratori D.... prætensi Rei, ipsi gratias agendo illa receperunt, & in fidem me subscripsi... ... D... Actuarius.

Memores sint quoq; ipsi Commissarij, q in capitulo præsenti, nu. 25. cum sermo haberetur de tradenda copia processus informatiui in causa capitali agitata contra regularem, & omnino
44 instarent aduocati pro sibi concedenda totius processus copia, non contenti copia repertorum; Diximus posse concedere facultatem perlustrãdi totũ processum in propria eorum aula corã ipsis, vt inde ipsi aduocati elicere possint ea, quib. aduersari voluerint pro defensione Rei. Id ipsũ dicimus de facultate sibi cõcedenda perlustrandi omnes depositiones testium examinatorũ ad defensam Rei, & hoc nõ obliuiscantur Cõmissarij obseruare, vt sic propriç saluti, & reorũ consulãt.

Transacto ergo dicto indulto termino, & si aduocatus, aut procurator dixerint se nõ habere aliud producendum in fauorem rei, etiãsi oretenus hoc dixerint, vel infra talem terminum non comparuerint, tunc tale decretum promulgent.

Die... Cum elapsus fuisset dictus indultus terminus aduocato, & procuratori D.... Rei prætensi ad sibi cõsulendũ, an vellet in iudicio aliud
45 proferre in fauorem sui principalis, aduertissent Reuerendi Cõmissarij, nihil aliud productũ fuisse pro parte dicti D.... volentes legitimè ad vlteriora procedere in ipsa causa, decreuerunt ipsi Cõmissarij exhibere totum processum hucusq; formatum in causa supradicta Eccellentissimo D..... Vtriusq; iuris Doctori in eorum consultorem electum oretenus, & nunc in scriptis: eũq; coram me D.... Actuario rogantes, vt quanto citius ac omnibus in ipso processu contentis perpensis, votum seu consilium suum in scriptis illis

46 tradere dignaretur, quod & dictus Dominus corã me actuario promisit. Quapropter cum effectu iussu dictorum Commissariorum per me ipsi Domino..... V. I. D. fuit facta consignatio dicti processus die, quo supra, & in fidem veritatis me manu propria subscripsi.

D... Actuarius manu propria.

Restitutio dicti processus facta ipsis Cõmissarijs a Iurisconsulto fiat tali forma: Die.... accessit ad ipsos Reuerendos Cõmissarios coram me D..... Actuario præfatus D.... consultor electus, & ipsis restituit ipsum processum cum eius voto manu eiusdem scripto, & subscripto, eiusq; solito sigillo munito, post summariũ totius processus per eundem elucubratum, & dispositum, ac deniq; illis dimissum: postquam cum ipso Domino consultore non semel colloquiũ habuerint ipsi Commissarij super meritis productorum in actis iam formatis, tandẽ mihi actuario iusserunt ipsi Reuerendi Commissarij tenorem voti illius in actis registrare, & per præfatum consultorem manu ꝓpria ipsius subscribi, me actuario præsente, & in fidẽ veritatis me manu ꝓpria subscripsi.

D... Actuarius manu propria.

Forma verò voti, seu decreti consultoris poterit esse ista, vel similis, mutatis mutandis iuxta qualitatem delicti, & indiciorum contra Reum in processu informatiuo productorum.

Quib. supradictis ita se habentib. et super inde habita matura consideratione, nec non & colloquio cum ipsis Reuerendis Commissarijs, Tandem mihi infrascripto visum fuit ipsum carcera
47 tum, nempe D... tanquã nõ leuiter suspectum de crimine illati homicidij, vel vulneris inflicti, vel similis grauis iniuriæ, & hmõi, de quo quis fuerat inquisitus, cum moderatæ rationis temperamento rei necessitas exigit torquendũ esse sparte... cũ trib. ictib. seu squassis funis, vel alio additamento iustis de causis, factis ei opportunis interrogationib. respicientib. substantialia ipsius processus, & ea, quç magis vrgent, quas interrogationes in tormentis dicto D.... faciendas, si placuerit, & quatenus opus fuerit in scriptis decernemus, & vbi nihil emergat, dimittatur pro nunc quoad homicidiũ, seu vulnus illatum &c. & salua, et excepta pena ipsi imponenda ad arbitrium Reuerendorũ Patrum pro furtiua occupatione, & aliarũ rerum ipsius D.... cum de taliũ perpetratione iam deposuerit in processu folio. Quòd si confitebitur, confessio deferatur ad superiores, ad quos spectat, antequam ad sententiam diffinitiuam procedatur. Post quod votum ipse consultor se subscribẽs suo voto hac forma, vel simili vti poterit.

Et ita, vt supra proximè scriptum est, censui ego D.... Consultor electus, & in fidem requisitus a Reuerendis Commissarijs manu propria subscripsi. Die... mensis... Anni...

Post cuius subscriptionem immediatè subscribant Cõmissarij tali forma. & sic nos Commissarij supradicti inhærẽtes suprascripto voto decreuimus præfatum D.... torquendum esse modo, & ordine, de quibus in ipso voto. Datum in monasterio... Die... mensis.... Anni...

D..... Abbas
D..... Prior } Commissarij.
D..... Actuarius

Et omnino Commissarij regulares multis de causis studeant inducere cum effectu consultorẽ ipsorum, vt intersit torturç adhibendæ ipsi Reo,
48 necnon & aliquam aliam personam grauem,

Ff & in

Digitized by Google

& in dignitate constitutam eiusdem Congregationis, vel ordinis, vt sint præsentes ijs, quæ fiũt, dũ Reus torquetur, vt sic amoueatur omnis fomes, & occasio malignis calumniandi ipsos Cõmissarios adscribentibus ipsis vel credulitatem, vel remissionẽ, seu ignauiam, vel animum esseminatum, necnon procurent cum effectu, q; ipsi actui torturę, & inde confessioni extortę, vel denegationi coram ipsis factis dictus consultor, dicta persona grauis, & Actuarius in fidem veritatis propria manu se subscribentes hac forma verborum vtantur, vel simili, mutatis tamen mutandis nominib. & dignitatib. eorundem, videlicet.

Io D. . . . . Priore affermo esser stato presente, quando D. . . . fù ligato alla cord. , & là stãdo fù interrogato da' Reuerendi Commissarij, & lui rispose come è scritto nel processo, & in fede della verità mi son qui sottoscritto di ꝓpria mano. Et hæc omnia obseruanda erunt, quotiescunq;
49 Rei petẽtes sibi indulgeri copiam processus informatiui expresse declarauerint se habere testes examinatos in processu informatiuo pro informatione curiæ pro repetitis & legitime examinatis, vt latius supra diximus in cap. præsenti: sed si protestantur Rei illos se nolle habere pro repetitis, & legitimè examinatis, tunc ipsi Reuerendi Commissarij tenebuntur ipso Reo citato dictos testes repetere, formam seruando, vt inf. latissimè dicemus.

De Defensionibus reorum. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Reo edenda copia indiciorum ante tormenta, & quando, ac quomodo num. 2. & 3.*
4 *Iudex tenetur quærere defensiones reorum.*
5 *Quatuor modis reus se defendere potest.*
6 *Contra iudicem quid opponi potest.*
7 *Contra delictum similiter.*
8 *Contra testes pariter.*
9 *Quid excipere possit reus contra propriam confessionem.*

POstquam reus de plano constitutus fuerit, ei vtique edenda esset copia indiciorũ quate-
1 nus tamen ab eo petita l. 2. C. de eden. c. qualiter & quando el. 2. §. debet igitur de accusa. l. vnius §. cognituri rum ff. de quæst. in verbo reo postulante vbi Hippol. de Mars. num. 36 & est ratio iuxta regulam illam, quod officium iudicis non im-
2 partitur nisi petenti l. 4. §. hoc autem & quæ ibi notantur per Doctores ff. de damno infect. maximè ante rigorosum examen vel torturam, vt notat Bossius in tit. de indicijs num. 79. Quam dicit esse communem Alexan. de Neuo consil. 86. num. 4. & si reus minimè regularis esset, quia regularis hoc casu deberet obtinere expẽsas aduocatorum a monasterio, & alios sumptus litis, alias esset priuare monachum defensione sua, quæ nec diabolo litiganti & se iure naturę defendenti deneganda esset, Abb. in cap. cum contingat de for. compet. num. 27. Et ideo ita extraiudicialiter procedendo facilius & liberius possunt regulares a suis administrationibus amnioueri ca. qualiter & quando el. 2. de accusat. in vltimis verbis mandando etiam vt ieiunent in pane & aqua processus suos sic sine notario & testibus expediẽdo, nam vbi de bona fide agitur, de apicibus iuris non disputatur, præsertum cum tendant ad correctionem morum, a qua appellatio non datur cap. reprehensibilis de appellat. Sed sine figura & forma iudicij procedunt Lapus allegat. 73. num. 5. & 6. & quanta oriantur scandala, homicidia, & apostasiæ, satis superque constat, & hoc euenit ob malam prælatorum conscientiam, de his loquendo, qui reprehendendi veniunt, nam non puniendo, emendando, & corrigendo delinquentes, omne studium & diligentiam adhibent, in se vindicando de iniurijs receptis, aut de alijs proprijs affectibus & interesse, inferiores infamando & Deus tantum sit, quo ducti sint, vndeque hoc eueniat & ex qua causa delicti, scilicet vel vt non habeant vocem in proximo capitulo celebrando, ideo pro iustificatione tam iudicis quam rei necessaria est aliqua breuis & substantialis praxis procedendi inter ipsos, quæ iam diu fuit a Follerio edicta, sub tit. de ordine procedendi contra monachos licet nimis strictè, & obscurè quam par erat, tractaue-
3 rit. Dico igitur quod non datur copia, sed ipso reo præsente & intelligente publicatur ipse processus, & eidem intelligenti legitur, ad effectum vt summariè pariter reus defensiones suas facere & allegare possit, etiam ante rigorosum examen, quod autem ante diffinitiuam sententiam minime dubitandum est, etiamsi sit confessus dicit Salyc. in l. 2. num. 7. C. de custod. reorum Angel. de malefic. in verbo qui iudex dictus inquisitus in primis verbis, & Marian. Socin. in repet. cap. qualiter & quando de accusat. numer.
4 232. Paris de Puteo de Syndicat. fol 459. cap. 6. in fi. quibus defensionibus reo assignatis, renunciare poterit per pactum expressum glo. in l. pactum inter hæredes in verbo liceat ff. de pactis Didacus super 4. decretal. fol. 202. numer. 16. & hanc esse communem attestatur Anton. Gomez. in cap. 1. delictorum. numer. 66. alias reo se non defendente, iudex tunc tenetur defensiones suas inuenire Marsil. consil. 16. num. fin. & in pract. §. vltimo numer. 12. fol. 170. tex. in l. si non defendantur ff. de pœnis l. 1. in fin. ff. de quæst. multis igitur modis reus se defendere
5 poterit, opponendo, scilicet contra iudicem, de-
6 lictum, testes ac contra confessionem suam propriam, contra iudicem plurima opponere reus poterit. Primo vt iudex si eius inimicus capitalis, ob aliquam grauem iniuriam receptam, iuxta tex. in principio cap. veniens de iureiurand. Felin. in cap. repellantur de accusat. numer. 6. & ideo, quia crudelis dicitur, qui famam suam negligit, ideo necessario reputatur inimicus capit. nolut 12. quæst. 1. capit. non sunt 11. quæst. 3. Abb. in cap. magnæ num. 13. de voto & vot. redempt. quia preciosa res est Alberic. in authen. testis colum. 2. C. de testibus & magnum propterea est damnum famam suam amittere l. infamia C. de decurion. lib. 10. & licet iudex se inimicum non ostendat, sufficit tamen si reus iustam causam inimicitiæ allegauerit & probauerit Felin. in cap. cum oporter de accusat. numer. 14 Ias. in l. apertissimi C. de iudic. num. 7. & Marsil. in l. 1. §. præterea ff de quæstion. numer. 3. & singul. 178. incipien. inimicus. Secundo si est affinis vel consanguineus querelantis, aut alias interessat in causa, cap. absens 4. quæst. 8. Item si sit excommunicatus cap. ad probandum de sententia & re iudic. capit. dilecti filij de except. capit. si vero de sententia excommunic. capit. cum speciali in fin. de appellat. Item si iudex antea ipsum accusauerat de crimine capitali, ex qua oritur capitalis inimicitia gloss. est in l. licet

Digitized by Google

eet ff. de arb. & in §. item inimicitiæ in verbo si capitales instit. de excusat. tut. Abb. & Socin. in c. accedens. el 2. vt lite non contest. quæ etiam procedit conclusio quando accusatio non est criminis capitalis, prosequendo duntaxat suam, vel suorum iniuriam l. 1. §. 1. & §. fin. ff. de iniur. & §. patitur, instit. eod. Vnde in omni casu lex accusatorem appellat inimicum text. est in cap. 1. §. illum ibi nec inermes inimic s, de restitut. spoliat. in 6. & in cap. item cum quis eod. tit. & in cap. meminimus de accusat. & vbi adest animus offendendi, licet sine effectu, præsumitur talis inimicus accusatione nulla resultante Ioan. de Anan. in capit. cum P. de accusat. item ex atroci iniuria patatur inimicitia grauissima Bart. in l. 3. §. fin. ff. de adimen. lega. Item capitalis inimicitia dicitur contracta quoties cunque offensus directè vel indirectè se vindicaret Lucas de penna in l. 1. colum. 2. vers. Item propter homicidium C. de his qui se defen. lib. 10. Adducit text. qui hoc determinat in cap. fin. de sponf. Item detinens & detentus in vinculis adinuicem præsumuntur contrahere inimicitiam argum. text. in l. in ipsius C. familiæ herciscundæ & ibi Bald. not. 11. & latè Blanc. in l. fin. ff. de quæst. numer. 99. Item dicens se inimicum est inimicus capit. inquisitionis §. ad hæc versic. aut etiam aduersus eos de accusat. Item expellens aliquem de suo monasterio præsumitur odio prosequi expulsum, & eius inimicus iudicatur vt Blanc. in d. l. fin. num 100. & quia verbis, rebus, & factis quis propriam voluntatem declarat vt Blanc. loco cit. numer. 181. Ideo ex minis inimicitia præsumitur gloss. in l. licet ff. de arbitr. Bart in l. 3. §. fin. ff. de adimen. leg. Item ex verbis fit l. 1. & l. Item apud Labeonem §. 1. ff. de iniuri. Item & literis l. vnica C. de iniur. & fam. libell. & talis iniuria vni facta intelligitur facta etiam omnibus de cognatione leg. 1. 2. & 3. ff. de lib. caus. l. sororem C. de his quibus vt indig. gloss. in clemen. 2. in verbo quo modolibet. de sententia excommun. & cognatio vsque ad quartum gradum intelligitur Bald. in cap. vassallus el primo si de feud. fuer. controuer. quem sequitur Felin. in cap. cum oporteat de accusat. numer. 12. Item inimicus præsumitur, qui non salutat, quem solitus erat salutare cap. si inimicus 93. distinct. Lucas de pena in leg. 1. Cod. de his qui se defen. lib. 10. Item non obediens suo superiori præsumitur inimicus gloss. in cap. si quis diaconus in verbo & inimicos 50. distinct. cap. quoniam vetus 24. q. 2. Item iudex de recenti reconciliatus tamquam suspectus repellitur Iaf. in l. apertissimi colum. 2. in fin. Cod. de iudic. Contra delictum ipsum, pluribus exceptionibus reus defenditur. Primo exceptione præscriptionis temporis annorum 20. a die commissi criminis; nam eo temporis spatio præscribitur omnis accusatio criminalis l. quædam Cod. de fals. Abb. in cap. cum haberet numer. 4. de eo qui duxit in matrimonium & cet. Boer. decis. 26. num. 6. Marsil. consil. 117. num. 40. hæcque conclusio procedit duntaxat, quando agitur ad pœnam corporalem, sed si agatur ad restitutionem intereffe alicuius tunc vsque ad 30. annos durat actio, vt tenet Igneus in lag. in cognitione ff. ad Syllan. num. 185. Sed hæc penitus actio videtur extincta ex voto paupertatis, quod emittunt regulares vt supra pluribus in locis dictum fuit, In crimine adulterij §. annorum spatio præscribitur actio l. mariti §. hoc quinquennium ff. ad leg. Iulia. de adult. & stup. In simplicibus fornicationibus spatio annorum 3. præscribitur grammat. consil. 50. in ciuil. numer 6. Opponitur siquidem etiam exceptione rei iudicatæ, vtpotè si alias super eisdem fuerit absolutus, vel condemnatus, denuo super eisdem iudicari non debet ca. his. de accusat. Angel. de malef. in verbo ad querellam numer. 90. Item opponitur ex euidentia facti, vt si constat delictum, de quo inquiritur minus esse commissum, puta quia talis qui dicitur vulneratus, vulnera non habet vt a simili tradit Bald in l. si quis testibus non fin. C. de testibus. Vltimo probando negatiuam coarctatam loco & tempore, vt si dicat delictum hoc non commisisi, quia tali die, & hora alibi præsertim in tali loco eram, talis exceptio probata, concludenter operatur absolutionem gloss. in cap. bonæ el primo in verbo per rerum naturam de elect. quam communem allegat Paris, in cap. quoniam contra numer. 8. de probat. Felin. in cap. in nostra numer.
8 8. in fin. de testibus. Ex parte testium pariter exceptiones quamplurimæ reperiantur, vt probando inimicitiam non admittitur ad testificandum l. testium in principio ff. de probat. & ceteras oppositiones contra iudicem supra enarratas, item probando falsitatem testium debet absolui reus, testes vero condemnari l. qui falsa ff. de testibus. Item si sint singulares in eorum dictis non probant. Marsil consil. 1. num. 25. Item si testis deponit impossibilia, non probat Hyppol. consil. 20. numer. 62. vol. 6. Parif. consil. 75. volum. 3. Alex. consil 162. numer. 8. lib. 6. Cornel. consil. 56. num. 4. volum. 1. Curt. Iun. consil. 17. num. 66. prima parte. Crauet. consil 115. num. 12. Item testis non probat quando ex suo dicto potest sibi ascribi laus vel vituperium Abb. in cap. cum dilecti de elect. num. 12. ibi Anton. de Butr. num. 40. Alex. consil. 141. numer. 9. lib. 1. & consil. 86. num. 9 lib. 2. Cornel. consil. 67. numer. 3. volum. 1. Cur. Iun. consil. 165. num. 21. parta 1 Item si testis extra iudicium deposuerit se iudicialiter falsum deposuisse minis & instigationibus producentis vel iudicis, licet fides primi dicti minuatur, tamen standum erit primo dicto ita in terminis consuluit Alex. consil. 124. numer. 5. volum. 6. & quod omnino primo dicto iudicialiter & cum iuramento deposito standum sit, & talis assertio minime attendenda veniat, voluit Imol. in cap. sicut nobis de testibus numer. 1. Cornel. consil. 261. numer. 29. volum. 4. Riminal. præceptor meus consil. 78. num. 18. & consil. 103. numer. 2. vol. 2. & latè Bart. in l. generaliter Cod. de non numer. pecun. numer. 16. & ratio est; quia depositio facta in iudicio valido prævalet factæ in non valido Alex. in l. eos ff de fals. Boe. quęst. 108. par. 1. & quod primo dicto in iudicio ferua tis feruandis habito standum omnino sit notat Abb. in cap. sicut nobis de testibus cogn. num. 1. In capit. inquisitionis §. 3. num. 9. de accusat. & cap. per tuas de probat. numer. 11. Felin. in c. sicut de testibus num. 2. Alex. consil. 74. numer. 8. lib. 1. Barb. consil. 40. colum. 2. vol. 3. Marf. singu. 212 incipit communis omnium, Salyc. in l. nullum C. de testibus num. 6. quæ conclusio adeo vera est, vt primo dicto standum sit, non autem secundo, vt procedat etiamsi secunda depositio iudicialis fit, quinimmo etiam si prima depositio facta fuerit extraiudicialiter, secunda vero iudicialiter & cum iuramento nihilominus & hoc casu primo dicto standum erit de secundo poterit puniri de falso Abb. in conf. 52. vol. 1. n. 1. Alex. conf.

conf. 237. num. 7. libr. 6. & conf. 8. num. 2. lib. 3. Corn. conf. 170. num. 5. vol. 3. Felin. in cap. cum in tua, de testibus versic. 4. conclusio num. 15. Ioan. Andr. in c. non est sine culpa de regul. iur. in 6. num. 11. 13. & 15. Antonius de Butrio in c. cum in tua diœcesi de testib. & attest. num. 1. & seq. Io. de Anan. in c. per tuas de probat. num. 4. & in c. inquisitionis §. tertiæ de accusat. num. 7. Card. Zab. in clem. testibus. de testib. num. 11. Bart. in l. eos ff. ad leg. Cornel. de fals. num. 8. & & semper hæc opinio penes me habita fuit magis communis, quæ procedit, quando depositiones sunt penitus diuersæ & contrariæ, sed si secunda declarat primam, vel diuersimodè testis fuerit interrogatus secunda vice, quam prima, vtrique tunc stabitur & argum. eorum quæ notantur a Bart. in l. eos qu ff. ad leg. Cornel. de fals. num. 4. ab omnibus communiter recepta, vt s. depositiones non diuersè sed contrariæ, super eodemmet interrogatorio, & quatenus de eadem causa, & inter easdem personas ageretur, nisi concurrant præmissa, talis testis minime de falso puniri debet, vt late Abb. in capit. cum in tua de testibus num. fin. & ibi in addit. in litera B. versic. pone &c. Alias resultantes contrariæ primæ standum erit vt Bald. consil. 44. num. 4. vol. 4. Imol. in cap. cum causam quam de testibus num. 20. Vltimo contra propriam confessionem etiam reus excipere poterit, vt sit emanata dum stabat ægrotans, per errorem factam, & sic probando errorem reuocabitur Aret. in cap. cum dilecti de accusat. in vltim. verbis & hæc est communis opinio ex so a confessione nuda, adeo quod alibi, nec aliunde de delicto non constet, nec adsunt indicia, ex tali confessione, non debet reus condemnari Marsil. in practica §. postquam numer. 48. quæ conclusio procedit, quando confessio non fuit absoluta, sed qualificata, quo casu cum sua qualitate debet acceptari in totum vt Bart. in l. Aurelius §. idem quæsijt num. 2. ff. de lib. leg. alias si cum confessione concurrunt indicia, tunc confessio diuiditur, & confessio stat pro curia contra reum, & qualitas adiecta debet a reo probari vt Bar. in l. Aurel. o §. Caius ff. de lib. leg. Quoniam vigore concilij Triden. in cap. 3. sess. 6. de reformat. cap. 14. sess. 7. de reformat. capit. 8. sess. 21. Itidem de reformat. ordinarij contra regulares extra clausuram degentes habent omnimodam authoritatem ipsos corrigendi & castigandi, quinimmo in vim dicti concil. cap. 14. sess. 25. de regular. & monial. Formant ordinarij processus, & postea, vna cum persona remittunt superioribus suis regularibus, vt ab ipsis puniantur, debent ipsi superiores permittere vt regulares processati iuris ordine seruato, & receptis testibus secularibus simili modo quoque defensiones suas facere possint, dando interrogatoria, repetendo testes, recipiendo testes seculares ad defensam, vt vterque processus tam informatiuus quam defensiuus ab vnomet iudice, & vnomet ordine fabricatus, vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè procedendo, adeo quod superior regularis non nisi propalationem suæ sententiæ habeat, quod ego pluries obseruari feci hanc practicam &c.

DE TORTVRA REORVM.

Tit. XXII.

A quibus tortura erit inchoanda, quando plures Rei essent torquendi, & de remedijs, quibus ipsi torquendi assoleant vti in tortura existentes, vt nullum sentiant dolorem. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Tortura a quo sit inchoanda, quando plures essent inchoandi propter praueDta in eodem processu.*

2 *Commissarij quæ ponderabunt circa maleficia, quibus passim rei torquendi se muniunt.*

3 *Commissarij quomodo cognoscent reos ante torturam se munisse maleficiis, ne sentirent dolorē aliquem, dum torquentur.*

4 *Commissarij quomodo procurabunt, maleficia ne habeant locum in ipsis torquendis.*

ANimaduertant omnino Commissarij, quod si
plures fuerint Rei torquendi, Commissa-
rios oportebit seruare talē ordinem. Nam ab illo
1 ipso erit incipiendū, a quo melius, clarius, & faci-
lius, ipsi possent veritatē, & seriem criminis cō-
missi audire vna cū omnib circumstantijs, et qua
litatib. *a* Vt puta, prius a femina postea a masculo, licet hoc aliquādo fallat, *b* & quoad masculos
prius a timidiore, iuniore, & debiliore quā e cōtra,
& prius a suspectis, quales sunt hoies malę vitæ,
opinionis, et famę habētes malū, & turpe nomē,
siue malā physionomiam, qui vē cadauer occult,
2 vel aliud crimē, de quo agitur, reperietur. *c* His
ergo ponderatis, & obseruatis sciant etiam Com
missarij, quod in dies experientia ipsa nos docuit, quod
dū carcerati sibi sunt conscij, timentes ne tortu-
rę subiecti veritatē perpetrati criminis fateri in-
uiti cogantur, plura, & diuersa procurant malefi
cia, quæ vulgo remedia contra torturā appellāt,
vt tormentorū cruciatus non sentiant; quę ma-
leficia, diabolo forsan (Deo permittente) operā
te, inania ea esse experētia nos docuit, *d* prout
sępissime contigisse audiuimus. Quapropter ip-
sis Cōmissarijs inuigilandum erit, vt pro viribus
huiusmodi maleficijs eneruandis occurrant. *e*
Sciāt ipsi ergo huiusmodi maleficia, vt plurimum,
constare ex verbis & notis descriptis, siue cara-
cteribus incognitis communiter, & designatis
in aliqua chartula papiri, siue membranę, quam
ea quā vocant virginem, quas quidē chartulas ali-
quando deferunt in aliqua parte corporis secreta, vel
in vestimentis. *f* Idcircoquē ipsi Cōmissarij ad-
3 uerterint Reos tormenta paruipendere, vel in
eis dormire, aut eius corpus intumescere, vel spu
mā ex ore profluere, siue aliqua alia signa ipsi vi
derint, vnde conuincere poterunt illos se malefi
4 cijs aduersus tormēta pœnæ se muniuisse Poter
runt, vel tormēti genus mutare, *g* vel ipsum Reū
alteri carceri mācipari iubere, expresse prohiben
do, ne quid ex alio carcere secū deferat, *h* vel ve-
stimenta omnia, ipsam etiam subuculam coram
exuere, aliaq. diuersa superinduere. *i* Omnesq.
personæ partes, et os, fotamen narium, & aurium,
siue ruptoriū, vel incisio in corpore Rei adfuerit,
diligēter perquiri faciant. *k* Itē capillos capitis,
et pilos in toto corpore abradi facere, *l* quam qui
dem abradationem capillorum solum esse pote-
tissimum remedium [illegible] eruditissimus
expertus est. Propterea huiusmodi carceratis
non erat permittendum de foris aliquid comme-
dendū afferri, vel bibēdum. *m* Cum ad illos ali-
quando

a Bal. de prin. in tract de q. & torm n 7. Conrad. de offi prat. tit de neg crim. nu. 40. fol. 251.

b *Bal. et Scapp. in loco sup. cit. Cla. su praxi, §. fi q. 64 ver quæro si plures.*

c *Carrer in sua prac. in c. incip. habitis iudiciis fol. 88 in prin. Conrad. ubi supra num. 4.*

d *Pau. Ghirlā. in tract de q. & tortura q. 4 nu. 13. et seq. Char. in pract. interrog. in li. 4 c. 1. nu 210. & seq.*

e *Char. vbi su. num 219.*

f *Char. vbi sup. num. 117.*

g *Franc. Casarel. per Scarp. in tract. de iure non scrip. li. 5. c. 120. nu. 5.*

h *Char. ubi sup. n. 212. versic. 3. mutare.*

i *Char. ubi su. vers. quarto.*

k *Char. ubi su.*

l *Scapp. de iure non scrip. lib 5. c. 120. num. 6.*

m *Chart. vbi sup. ver. sexto.*

quando trāsmittuntur cibaria superstitiosa. Sciát insuper q aliquando contingit ipsos torquendos nihil superstitiosum habere in sua persona; sed solū memoriç commendasse nonnulla verba superstitiosa, quç student dum torturç alligātur submissa voce recitare, quod cum aduerterint ipsi Commissarij, debebunt ipsum varijs sermonibus aggredi, vt ipsum talia recitantem interrumpant, vel alijs clamoribus non permittere illum talia recensere.

De modo, & forma procedendi contra reos ad quçstionem, seu torturam, quam alias rigorosum examen appellant passim Doctores, cum formis decernendi ipsam torturam adhibendam.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Commissarijs quando liceat torquere reos.*

2 *Commissarijs quibus tormentis vti debeant contra reos, vt ab ore ipsorum possit haberi veritas criminis admissi.*

3 *Commissarij quę ad memoriā reuocare debeāt, antequam ad torquendos Reos descenderint. n. 5. & 6.*

4 *Tortura adhibenda Reo non erit, nisi precedentibus indicijs sufficientib. in iudicio probatis contra Reum.*

7 *Commissarij quando non poterunt coniungere plura indicia ad vnum perfectum iudicium constituendum contra Reum.*

8 *Commissarij antequam incipiant Reum subijcere tortura, quomodo alloquentur ipsum.*

9 *Decretum de Reum torquendo, ipsam Rei torturam precedere debet simul, et semel, & quare*

10 *Commissaris prudentes quid obseruare debeant, antequam pronuncient reum fore torquendum, & quare, nu. 14.*

11 *Reus etiam antequam applicatus fuerit tormentis, potest appellare ab ipsis ad superiorem, nō autem postquam applicatus fuerit ipsis tormentis.*

12 *Monachis Congregationis Cassinensis an liceat appellare á decreto torturę, vel aliorū tormentorum sibi applicandorum, pro eruenda eorum cōfessione in causa criminali, vbi ageretur de pęna capitali, vel quasi.*

13 *Tortura dicitur malū irremediabile, & quare.*

15 *Commissarii in actu practico aliquem tortura subijciendo; quomodo procedent, forma traditur elegantissima, & breuissima.*

16 *Annotari in actis quæ mandanda erunt a Cōmissariis immediate, antequam Rei torqueantur, & de quib. eosdem Reos interrogabūt ipsi Commissarii, & qua forma verborum.*

17 *Actuarius scribet in actis omnia pręcisa verba, & suspiria prolata a Reis respondentibus super interrogatoriis sibi factis a Commissariis.*

18 *Commissarii quomodo interrogabunt Reum de singulis indiciis in processu allatis, antequam torqueant, Reum sed si ille semper perstiterit in negando: tunc Commissarii præcipiant illū torturæ alligari, & Commissarii expressè protestari debent per eos non torqueri reū pro delictis, de quibus sua propria confessio præcesserit, vel dictis testium fuerat conuictus.*

19 *His peractis iubere debent Commissarii, ipsum Reum iam funi applicatum in altum eleuari, & sic torqueri, et sic eleuatum denuo ipsum interrogare de prætensis contra ipsum delictis, & describenda erunt in actis ad verbū omnia verba tam interrogationum, quam responsionum.*

20 *Cōmissarii quando mandabunt Reum tortū a tortura deponi: actuarius quō hoc describet in actis.*

21 *Commissariis quæ erunt ponderanda, antequam ad repetitionem torturæ Reorum descendant.*

22 *Tortura quib. vicibus inferri possit in eadem causa, & an statim post cibum sumptum a Reo.*

23 *Decreti forma de repetenda tortura traditur.*

24 *Actuarius quomodo in actis describet secundā torturam reorum, seu repetitionem ipsius torturæ.*

25 *Commissarii qua forma verborum in repetitione torturæ vti debebunt.*

26 *Commissarii videntes Reum adhuc perseuerantem in negatiua sua, quid in actis describi mandent, & quid contra ipsum exequantur.*

27 *In depositione Rei a tortura quæ verba describenda erunt in actis.*

28 *Reo perseuerante adhuc in negatiua, quomodo procedent ad vlteriora Commissarii, & Reus quoties poterit torqueri.*

1 CONcessis defensionib. ipsis Reis cum competenti dierum termino, ipsi Commissarij statim ipso termino elapso cum assignatione copię in casib. supra recensitis, a vel si factis p Reos defensionib. adhuc indicia, quæ contra ipsum ex processu desuper fabricato resultāt, minimè purgata, nisi talia essent indicia, quæ iudicantis animum ad sniam condemnatoriam ferendam valeant impellere, & constet prius de corpore delicti, b poterunt ipsi Commissarij pro veritate capienda ad tormēta cōtra ipsum Reū deuenire. c

Animaduertant primo ergo ipsi cōmissarij, q
2 licet plura diuersaq; fuerint tormentorum genera ad veritatem ab ore Rei eruendam excogitata, puta, ligatio manuum in manicis ferreis, cōbustio pedū vnctis pedib. lardo porcino ad ignē continuus, alligatio brachiorum post terga, & eleuatio in funem facta, quod vsitatissimum est. d Ipsi tamen Commissarij vti debebunt tormentis solitis in religione sua. e Sed si ibi varia soleat
3 adhiberi tormenta: ipsi tunc vtentur his, quæ sibi magis expedire videbūtur ad eruēdam veritatem a Reo, & sint modestiora. f Secundo memores sint ipsi Commissarij se esse Christianos, & religiosos, ac ideo moderatos fore, & misericordes erga reos, quantū ęquitas eis suggeret, in inferendis tormentis, g ipsosq; reos tortos, vel innocētiæ, vel supplicijs incolumes fore seruādos. h Tertio sciant torturam dici, & esse quoddā remedium subsidiarium, tanq. ad illam confugiē
4 dū esse, quando aliter habere veritatem eis non liceat. i Nam neq; indistinctè in omnib. delictorum generib. illam adhibendam fore, sed tātum modo in his, pro quib. veniret corporalis pęna
5 de iure infligenda. k Quarto non obliuiscantur Commissarij, q ipsa tortura de iure inferri non poterit, nisi legitimis pręcedentib. contra Reum indicijs legitimè probatis, & sufficientib. vt neminem iniustè torqueri contingat, a quo plurib. de causis Commissarius abstinendum erit. l Qua
6 propter pręuia oratione ad Deum opt. max. tuta pro impetrando lumine rectè iudicandi de indicijs adductis in processu, erunt ipsa indicia accuratissimè ponderanda, an ipsa sint ad torturam sufficientia iuxta formam iuris, licet non negetinus, hoc esse summopere repositum in arbitrio iudicis Deum timentis, & iureperiti, decernere scilicet, quando indicia ad torquendos Reos sint sufficientia, huiusmodi tamen arbitrium esse non debet a iuris tramite alienum. m

a *Clar. in prac. crim. §. fi. q. 49. ver. Quæro qd. in fi. initii.*

b *Fran. Personal. in tract. de Inquit. & tortura nu. 11.*

c *Scapp. de Iure nō scrip. lib. 5. c. 109. nu. 20.*

d *Cōrad. de off. prætor. in tit. de negat. crim. nu. 43. fol. 513.*

e *Clar. in prac. §. fi. q. 64. versi. Item debet. & ver. sequenti.*

f *Char. i pract. interrog. lib. 4. c. 1. num. 8.*

g *Gome. varia. resol. tom. 3. ca. 13. num. 5.*

h *l. Quæstionis. ff. de quæstio. & ibi Doct.*

i *Clar. vbi sup. ver. debet etiā.*

k *Clar. ubi sup. ver. præterea debet.*

l *Boss. in pract. titu. de tortura, nū. 31. Clar. ubi sup. ver. primo, & ver. Dixi etiam.*

m *Cla. vbi sup. vers. Dixi. uer. non sufficit. & uer. Dixi quoq;*

Digitized by Google

a Bursa. cons. 201. post n. 42. vol. 2. Casa in pract. crim. tit. de Torm. c. 6.
b Scapp. de iure non scrip. lib. 5. c. 97. nu. 12. & 13. Boss. de Ind. num. 17.
c Masc. concl. 462. n. 18 et 19.
d Aym. cons. 6. num. 12.
e Scapp. vbi supra. c. 97. n. 12. & 13.
f Bal. in consil. 78. li. 4. Simon. de Prat. consil. 15 num. 18.
g Bece. in cons. 85. nu. 2 Simo. de Prat. consil. 15 nu. 18.
h Aud. Rom. de indic. & tortura, q. 37. nu. 34.
i Char. in praxi interrog. lib. 4. c. 8. nu. 18.
k Clarus vbi supra.

7 Sed æquitati conforme. *a* Quinto erunt ipsa indicia libranda, ac discutienda, an essent luce clariora in sua specie certa non dubia, nō equiuoca, concludenter probata in genere suo, & ad delictū, de quo quæritur inferentia, probabilia, verisimilia, & a iure approbata. *b* & concludēter probata *c* in genere suo, ita vt sola penè superesse rei torquendi confessionē de se videatur. *d* Cōmissarij .n. debent esse quodāmodo certi, antequam torturæ supponant illum tale delictū cōmisisse *e* ac de indiciorum verisimilitudine per probationes, non autem per diuinationes sibi constare facere. *f* Aduertant ēt ne plura insimul coniungantur indicia ad vnū perfectum indicium constituendū, si illa diuersa essent, nec ad eundem spectent rei finem *g* Et si non negemus, q̄ quandoq; indicia licet remota insimul cōiuncta sufficiant ad aliquem torquendū, si vnum aliud coadiuuerit, ac tenderit ad eundem rei finē: *h* Sexto Cōmissarij sciant q̄ antequam ad torquendos
8 Reos descendāt, erit ab ipsis Reus interrogationib. & admonitionib. suadendus ad farendā veritatē super his, de quib. extant contra ipsum indicia in processu, *i* quodā tamen diuerso modo, & ratione tunc vtendum erit ipsis: quapropter statim, & incontinenti interrogabūt ipsos reos de facto, de quo agitur, non per tot circuitus verborū, vt fieri expedit, & consueuit, dū examinantur in primo eorū examine nō rigoroso *k* Et si Reus adhuc in sua pertinacia perstiterit: tunc in vnum recollecta, & quasi per modū epilogi repetāt indicia varijs in locis processus existētia, & vrgentia contra Reū quasi illa attingendo hortabūtur Reum ad confessionem facti, cum iam sit quasi de illis conuictus, & negare non possit, sed si adhuc persistat in sua negatione, comminentur illi
9 torturā ante decretum de torquendo. *l* Sed ipso in pertinacia perdurante deuenire debebunt ad torturā ei adhibendam interposito prius decreto de ipsū torquendo forma infra statim tradenda. Septimò & vltimò memoriç cōmendare non desinant Cōmissarij introductū esse stylū hodie in curijs, vt euitetur impedimentum torturæ, q̄ Cōmissarij volentes de iure torquere reos interponunt ipsum decretum de torquendo eos ita secrete, vt statim vnico contextu post illud promulgatum ad torturam deueniatur, ne detur occasio Reo appellandi. *m* Ideoq; solent practici Commissarij p̄euijs dictis monitionib. & Comminationib. de torquendo pronunciare, decernere, & mandare Reum adhuc negantem duci ad locū torturç, ibiq; spoliari, ligari, & funi, applicari; sed
10 adhuc melius facerent, si antequā ipsi Commissarij eos moneant, iubeant ipsum Reum duci ad locum torturç, & ibi ipsum quasi vnico contextu verborū moneant, decernantq; torqueri, & spoliari, et funi applicari. Cum tali repentino tremore ipsi Rei assoleant ita terreri, vt quodā modo ignorent, quid sibi contigerit, & sic non recordātur appellare a decreto torturæ, *n* & ratio istius doctrinç est, quoniam postquam reus torturç applicatus fuit, vel alijs tormentis, si tunc appellaret eius appellatio recipienda non esset, prout regulariter recipi deberet, si Iudex pronunciasset palam Reū esse extorquendum, vel extare indicia contra illum ad torturam sufficientia. *o* Equidem licet tam de iure communi, *p* quam ex priuilegio felicis recordat. Eugenij IV. & Gregorij XIII. concesso Congregationi Cassinensi non
12 possint monachi Cōgregationis Cassinen. appellare a correctione, & pœnitentijs sibi iniūctis, aut iniungendis, in tantum q̄ ipsis appellationibus

l Char. vbi supra li. 4. c. 1. nu. 59. & seq.
m Clar. in praxi. §. fin. q. 64. vers. sed quid agendum.
n Clar. vbi supra.
o Clar. vbi sup. et Char. i prac. interrog. li. 4. c. 1. nu. 69 et seq
p c. Reprehensibilis. & c. Ad nostrā el 1. extra, de appell.

non obstantibus puniri poterunt a suis prælatis, et si relinquatur eis aditus conquerendi contra suos Prælatos, forte eos iniustè punientes, per se cta tamen iniuncta pœnitentia, seu pœna sibi inflicta. Nihilominus quando sumus in causa criminali ardua, in qua agitur de vita monachi, aut de pena triremium, vel carceris perpetui, & huiusmodi: tunc procul dubio Commissarijs non prodesset supradicta decisio Pontificia, quæ non habet locum in casu, de quo modo loquimur; vt ex contextu verborum ibi contentorum apertissimè elicitur. Nam ibi dicitur non impedire Prælatos appellationem factam sibi a subditis a correctione, vtiq; secundum regulam, quin ipsa nō obstante poterunt illos punire; & quia hoc patet ad sensum, cum in fine dicti *q* c. qualiter & quando, el 2. agatur de causa non ardua. Cum ibi dicatur, [qui facilius poterūt a suis administrationibus remoueri,] & in c. 3. & c. Reprehensibilis, extra de appellationib. sermo habeatur de punitione secundum disciplinam regularem Prçlati sui, & capituli: & notorium est, q̄ in regula non continetur pena mortis, aut triremium, vel carceris perpetui, quç pena alias mors ciuilis appellatur.

q c. qualiter, et quando, el 2. in fine. extra de accusat.

13 & ideo memores esse Commissarios volo, quod tortura dicitur malum irremediabile ratione effectus, qui inde emanare posset. s. confessionis delicti, ac per consequens congruæ pœnæ inflictio, & ideo cauti sint ipsi Commissarij, vt ad verbum obseruent ea, de quib. eos monuimus, ne detur regularib. Reis aditus appellandi a decreto tor-
14 turæ. Nam si huiusmodi cautelam nō obseruassent, & ipsi Rei antequam funi torturæ fuissent applicati, appellassent ab ipsa tortura ad summū Pontificem, non auderemus nos aliud asserere, nisi quod in tali casu non esset procedendum ad vlteriora, nisi consulto summo Pontifice, vel alio superiore ipsorum Commissariorum, ad quos tales Rei appellassent: & hæc est nostra sententia, cui neminem ex prudentibus Iureconsultis contradicturum fore per se patet, sed se illi subscripturum nō ignoro, in dicta causa, in qua esset imponenda pœna mortis, triremium, vel carceris perpetuis.

Forma procedendi in actu practico Reum torquendi talis est.

Pręmissas monitiones factas Commissarijs de modo procedendi ad torquendum Reum, & de obseruandis ab illis, in quib. processimus per modum cuiusdā theoricæ elicitç a doctissimis viris;
15 meritò subsequetur quędam praxis, quā seruare debeant ipsi Commissarij, dū actu decreuerint iuxta scita sanctionū vtriusq; censurç Reos torquere ad eruendam eorū confessionē, et incipiendo a tormento funis (tāquam magis vsitato modo torquendi, & regina tormentorū appellata) iuxta instructionem superius ipsis Commissarijs traditam, postquā vero adductus Reus fuerit ad locum vbi est parata ipsa tortura, seu tormētum funis, tali forma verborum Commissarij ipsum alloquantur. Postquam nonnulla infra scripta verba prænotata fuissent, vt infra statim.

Die...., mensis.... Anni.....

Constitutus D.... & ex carcerib extractus, et adductus coram nobis D..... et D.... Commissarijs, & magnifico D...... vtriusq; iuris Doctore, & consultore electo existentibus in monaste-
16 rio.... Ciuitatis.... in loco vulgo, nuncupato.... vbi extabant omnia ad torquendum bene disposita, fuit ei dictum per alterum ex Commissarijs.

D....

Digitized by Google

D.... con tutto che dalle cose, che habbiamo nel processo formato da noi secōdo la cōmissione hauuta dalli Reuerendi Padri del regimēto della Congregatione o religione nostra, per l'occasione del pretenso delitto, ferite, o furto, [& sic de singulis criminibus, de quib. actitatum fuisset,] in persona del P.... ò nella robba di D.... Noi siamo assai ben chiariti della vostra colpa: tuttauia siamo venuti in resolutione di volerne sapere la verità di vostra propria bocca, intorno al fatto delitto, ò ferite &c. si come vi esortiamo à dirla liberamente, potendoui per questa via aprir la strada à qualche misericordia, altrimente si passerà più oltre, come vi può dar ad intendere il tormento, che vi stà preparato, & fatete sforzato a dirla con maggior vostra confusione, però risolueteui, & dite, quāto vi piace.

His præmissis describantur omnia & singula verba, quæ ipse reus protulit, & etiam lacrymas,
17 & suspiria in responsione *a* supra dicti interrogatorij, & etiam verba impertinentia, si quę protulerit. verbi gratia.

a Clarus in pra ctic. §. fin. q. 21. ver. reuenta. Char lib. 4. c. 1. nu. 49. & 82.

Qui D.... Respon. [ho detto la verità: & di quanto son stato ricercato, io dico di nono, che non ne sò niente, onde altro non dirò mai.

Tunc dictū ei fuit: [già che voi restate nella vostra ostinatione, & che nō volete de plano (come meglio sarebbe) dar conto di quanto vi si è ricercato, & hora vi si replica eccitandoui a tutti questi particolari la cā, che vi mosse a cōmetter tal delitto, o bastonar, ò ferire, ò robbar, [& sic de singulis deductis in processu]. contra D....

Respon. [Io non sò niente di tal cosa, &c.] & describantur omnia verba prolata ab ipso. Et sic Commissarij procedant in interrogationib. alijs semper tamen fundatis, & excerptis ex capitib. indiciorum deductorum ex processu formato contra reum: & exempli gratia nonnullæ subnectentur interrogationes.

Tunc fuit dicto D.... dictum, [già che voi restate nella vostra ostinatione, & che non volete de plano (come sarebbe meglio) dar conto di quanto si è ricercato, & hora vi si replicha, eccitandoui à tutti questi particolari qual fu la cagione, che vi mosse à commetter tal delitto nella persona ò robba del P. D....

Respond. [Io non ne sò niente,] & vt diximus eodem modo erit interrogandus, de specialibus indicijs exortis contra ipsum reum, & sigillatim, & si noluerit illa fateri, tunc Commissarij his verbis vtantur, & describi faciant in actis, videlicet.

18 Et tunc iussimus ipsum D.... expoliari, & funi alligari, quod dum adimpleretur fuit eidem D.... dictum. [Auertite, che questo tormento, che vi si da, nō vi può seruire per rispetto del spolio, seu robbamento delle cose di D.... che già nella vostra esamine de plano hauete confessato,] & idem dicat de alio crimine sine tortura à Reo acceptato, [perche quanto a questo vi si darà quel castigo, che merita l'eccesso, come à Reo confessato, & così vi si protesta. *b* Qui nihil respondit, sed si respondisset, essent omnino omnia verba describenda post talem protestationē, nihil illis addendo, vel minuendo, cum eiusdem rei verba singula sint accurate ponderanda ab ipsis Commissarijs.

b Clar. vbi sup. q. 64. ver. veritatis, Scap. de iure non scrip lib. 5. c. 111. in prin.

Tunc deniq; iussum fuit ipsum D..... expoliatum, & funi alligatum eleuari in altum, & sic eleuatus fuit interrogatus. *Qual fu la cagione, che vi indusse a commettere tal delitto nella persona di D..*

Qui respondit, *Io non ne sò cosa alcuna. ò Dio aiutami, ohime, io son innocente*, & sic describantur omnia eius verba tunc prolata, & deinceps sigillatim interrogetur (vti diximus) si per capi-
19 tibus indiciorum extantium contra ipsum reū, & ipse interim suspensus perdurabit, & postea ipse tortus post aliqualem interrogationem sibi factam, & eiusdem responsionem torqueri poterit ictib. funis, ipsum eleuari iubēdo, & statim ipsum violenter dimitti, & sic dari squassum, seu ictum funis (ita communiter dictum) & hoc repeti bis, vel amplius iuxta tamen qualitatem indiciorum in actis probatorum. Cum hoc remittatur arbitrio iudicum peritiorum, qui hoc arbitrium elicient tum ex robustitate reorum, tum ex deductis indicijs in actis, eo q circa hoc non possit dari regula certa, vel documentum inuiolabile, cū variæ sint indiciorum qualitates, & reorum complexiones. *c* Et quoniā aliquando videbitur Commissarijs, & consultori iterū die sequēti, vel alia torqueri eundem reum, & tunc mandent actuario post responsiones, exclamationes, et inuocationes factas in tortura a reis descriptas
20 vti supra docuimus infrascripta ad verbū in actis describi ab actuario in fine actus torturæ. Et fuit per Reuerendos Commissarios, & excellentem consultorem iussum dictum D.... deponi de tortura. & fuit sic supersessum in tortura cū animo iterū, & pluries ipsorum D.... torquendi, quatenus opus fuerit. & ipsis Reuerendis Cōmissarijs, & ipsi Domino consultori videbitur, & fuit iussum iterū ipsum carceri mancipari. *d* et animaduertant Commissarij q si de iure ipsis. & consultori eorū videretur iterum eundem reum postero die torqueri leuius, vel grauius, vel solum eleuari iuxta qualitatem indiciorum purgandorum tunc.

c Char. 1 prac. interrog. lib. 4. c. 1. nu. 105.

d Clar. 1 prac. §. fi q. 64. ver. vltimo videndum et quid significet clausula. quatenus opus sit, etc. vide per Chart. vbi supra c. 1. num. 110. & seq.

21 Ad torturę repetitionem antequam perducantur, infrascripta erunt ponderanda, videlicet, primo; vt sit cā iusta illam denuo inferendi. *e* videlicet criminis prætensi immanitas, conditio Rei, grauitas, vel leuitas torturę pręcedentis, & indiciorū contra reum militantium natura optimè perpensa, *f* & si de iure videatur illā repeti posse propter indicia noua primis vrgentiora superue
22 nientia. *g* nihilominus practica retū magistra obseruat, vt arbitrio iudicis tortura repetatur, & quidem hæc decisio vera est, quando prima tortura leuis fuisset, consideratis in tali casu considerandis. vel si repetatur, vt pandantur socij, vel mādatores etc. vel alia delicta, vel aliæ causę adsint. *h* Tortura ergo repeti poterit vsq; ad tertiā vicem, & qualibet vice poterit reus ter quassari, i dest trib. ictib. funis concuti, *i* sed sciant Cōmissarij neminem fore torquendum post cibū sumptum; sed post multas horas a cibo sumpto, ita vt merito credatur illum digessisse cibum prægustatum. Die... mensis.... Anni..

e Scapp de iure non scrip lib. 5. c. 108. nu. 4. & 15. Clar. q. 64. versi. vlt.

f Cla vbi sup. ver. dêt igitur.

g Carre. 1 prac. crim. cap. circa sextum, nu. 1. fo 93 Clar. vbi supra.

h Carrer. vbi sup & Cla vbi sup. in ver. successiue.

i Char. 1 prac. interrog. lib. 4. c. 1. nu. 8. 131. & seq.

D.... Abbas
D.... Prior } Commissarij.
D.... Actuarius.

Forma decreti repetitionis torturæ.

Visu per nos Cōmissarios vna cum supra dicto Domino consultore rigoroso examine habito hesterno die à D..... in tormētis, vt supra, eoque mature considerato, nec non perlectis præcedentib. examinib. de plano eiusdem D.... etc. Decreuimus ipsum denuo, conduci in locum tormentorum, rursusq; admoneri ad fatendum veritatē, facta sibi comminatoria dę illū subijciendo iterum torturæ, prout præsenti decreto prædicta de causa adduci ipsum D.... in dictum locum

cum, & torqueri mandamus. Datum in monasterio.... Die quo supra.

D.... Abbas
D..... Prior } Commissarij.
D..... Actuarius.

Forma describendi secundam torturam adhibitam eodem die de mane.

Et cum a Reuerendis Commissarijs iussu fuisset adduci D... ad dictum locum tormētorum, & ipse D... constitutus esset coram ipsis Reuerendis Cōmissarijs & dicto Domino consultore, ipsi R R. patres his præcisis verbis D.... constitutum alloquuti fuerunt. [Perche da quello, che hieri si trattò con voi in questo luogo, e dalle vostre risposte sopra li particolari, che vi furono
24 cercati, noi non restiamo satisfatti, & tuttauia ci pare, che andate occultando la uostra colpa, della quale però ne habbiamo molti inditij, & argomenti, perciò vi habbiamo di nuouo fatto cōdurre in questo luogo, acciò sapiate, che oltra l'esperientia che si fece hieri di voi cō il tormēto della corda, se ne aggiügerā q̄sta mattina, & vi si replicheranno li tormenti, quali vi pareranno molto più acerbi delli primi, quando non vi risoluerete di dir meglio la verità, alla quale vi aspettiamo.

Qui Resp. & describantur singula eius verba.

25 Tunc fuit eidē D.... ab eisdē Commissarijs dictū. [Poiche ve ne state pure nelli primi termini della negatiua, & che non volete dirci quella verità, che andiamo cercādo, vi diciamo non esser bene chiarita, che il fatto] (& enarretur factum prætensum) [passa cosi,] & proferat indicia contra ipsū insurgētia ex deductis in actis, & postmodū addat & hęc verba, videlicet. [Però risoluetevi hora volta di dir la verità liberamente, & sinceramente, come passò il fatto della morte, ò ferita,] & sic de singulis, [altrimente farete di nuouo spogliato, & ligato alla corda, & vi si darà tormento.

Qui Resp... & eius responsio ad verbum describatur, & si viderint Cōmissarij dictum D... reum persistentem in sua negatiua, tunc iubeant hæc describi.

Et cum videremus nil vltra ab eo haberi posset iussimus ipsum D. ... expoliari vestib. suis, et in fune torturæ ligari, qui ligatus corā Reuerendis Commissarijs, et cōsultore his præcisis verbis
26 vsus fuit ipse D... Reus videlicet. [Dio sà, che sono innocente, & son stato assassinato, &c.] & præcisè describantur singula eius verba.

Quo ligato, & conducto ad locum torturæ, ex quo inchoantur extolli in altum, ipse torquendus, fuit iterum sibi dictum; [volete dir altro.] Qui respondit, & describantur singula eius verba præcisa, gestus, lachrimationes, & huiusmodi alij gestus ipsius corporis.

27 Tunc iussū fuit ipsum D.... altius eleuari, et interrogatus opportunis interrogationibus. Ipse D.. semper clamabat &c. redigant in scriptis oīa eius pręcisa verba, & post hæc quādo ipsis visum fuerit deponi a tortura eundem, præcipiāt ipsum deponi a tortura leniter, & in actis talia verba describi mandent ipsi Commissarij videlicet.

Et cum videretur Reuerendis Cōmissarijs ipsum D..... multū pati, & perseuerare in sua externa negatiua, fuit iussū ab ipsis Commissarijs, & D..... consultore de iure de tortura fore deponendū, & sic paulatim deponi, ipso Don. ... semper dicente..... & in actis describantur omnia eiusdem præcisa verba. Quod si adhuc reus sustinuerit torturam nihil fatendo, & inde remanserint purgata omnia contra ipsum a la-

a *Clarus in pract. §. fin. q. 64. vers. illata Reo*

borantia, non enim vltra tertiam vicem in tortu
28 ra esset procedendum, cum Commissarij in torquendo Reum non debeant procedere in infinitum; absolui reus debebit cum clausula tanquā non repertus culpabilis, nec de iure puniblis, ex hactenus deductis vel etiam quoad clericos seculares relaxati cum cautione de se præsentando toties quoties, &c. b Et si non negandum sit, q̄ vsu hodie sit receptum, quod huiusmodi Rei, vbi contra eos indicia vrgentissima viguisseot, condemnabuntur ad pœnam extraordinariā. Et hæc omnia obseruabunt accuratissime Commissarij, si Rei nullo pacto fuissent confessi, sed si cōfiterentur crimina, de quibus fuerant inquisiti, tunc aliud indicium erit faciendum, vt in seq. c. copiosius erit sermo.

b *Clarus in pract. §. fi. quæ. 64. vers. illata Reo tortura, & ver. & in hoc proposito.*

Commissarijs quid faciendum sit, si Reus in tormentis defecerit. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Reuerendi Commissarij quid iubebunt describi ab Actuario in actis, quando, dum Rei torquentur, in ipsa tortura deficiunt.*
2 *Quomodo cognoscent Commissarij Reos in tortura deficere.*
3 *Reuerendi Commissarij quid facient, vt detegere possint astutias reorum deficientium.*
4 *Reuerendi Commissarij studeant interesse torturæ Reorum, donec deponantur.*
5 *Depositio reorum deficientium in tortura quomodo describetur.*
6 *Describēda in actis erunt remedia exhibita reis deficientibus in tortura, vt reuiuiscant.*
7 *Reuerendi Commissarij quando poterunt rursus torquere, vel cessare a tortura dictorum reorum deficientium.*

Cum prudentis sit præcauere futura, & quā sępissime contingat, quòd rei, dum torquētur, assoleant in ipsis tormentis deficere. Quapropter cum in superiorib. actum per nos fuerit de forma seruanda in torquendo reum; merito hic agendum erit de modo procedendi per Reuerē-
1 dos Commissarios, quando ipsi Rei; dum torquentur, deficerent. Sciant ergo primo ipsi Reuerendi Commissarij, quòd si ipsi rei deficerent, tunc iubebunt actuario, vt in processu describat tam modum deficiendi, quam demandatę depositionis de tormentis, aspersionis aquæ vel aceti in faciem Rei torti, qui defecit, & omnium aliorum remediorum adhibitorum ipsi reo, necnon omnium motuum eiusdem torti. c Secundo ipsi Commissarij sicut non debebunt contemnere, sed potius describendos fore mandare motus, qui fiunt per ipsos reos, dum pendent in tormētis, cum ex ipsis poterunt coniectutare, quòd hu-
2 iusmodi tormenta ferre non valeant, & quòd in eis illi deficient; vt pūta, si spumas ex ore emittant, si pallescant nimis, si in sudorem nimium vertantur, si loqui nō possent, & similia. Ita vice versa ipsi Commissarij non debebunt esse nimis creduli, & timidi, si prædicta signa viderint adhoc, vt statim mandent de tormentis deponi. Cum sępissime hæc procedant ex astutia reorū talia fingentium, vt ipsis visis deponantur a tormentis vlterius inferendis. Quapropter in tali casu ipsi Commissarij poterunt, & debebunt huiusmodi reos vehementius, & crebrius vrgere ad
3 respondendum: quassari faciendo ipsam torturæ funem, eius oares, vel sulfure, vel charta, vel pe-
tijs

c *Clarus vbi supra q. 6. vers. In dex autem.*

Digitized by Google

ctis lineis, aut aliis similibus accensis suffumicari, vt dignoscere possint, an reuera reus tortus defecerit, an vero defecisse se dissimulet. Quod & faciendum est, vbi reus dormit, vel dormire fingat. His enim artibus pluries maliciosorum reorum artes deteguntur, & eliduntur, prout experientia ipsa sæpe docuit, & euentus comprobatus in dies nos edocet: & ideo prudentes esse debent Commissarii ne incidant in aliquem extremorum. Nam si sibi nimis creduli essent, decipientur, aut dum nimis duri extiterint, reos tortos neci tradent. a Quapropter ipsos Reuerendos Commissarios & tertio monemus, vt semper, dum reus est in tormentis, præsentes illi adsint, nec illius curam alteri committãt: Quoniã si quid mali acciderit, nequaquam excusabuntur ex eo, q̃ præsentes non fuerint, à pœna saltẽ extraordinaria pro modo culpę. b & omnino tenebuntur in stricto Dei omnipotentis iudicio, corã quo omnium factorum nostrorum nobis ratio erit reddenda: forma autem describendi in processu huiusmodi actũ est infrascripta, videlicet.

a Bossius in sua praxi, tit. de tortura, n. 35. Cla. in pract. §. fi. q. 64. vers. Iudex autem.

b Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. casu 340. nu. 13. vers. in dubio.

Et cum dictus D.... constitutus videretur in tormentis deficere, ipsi Reuerendi Commissarii mandauerunt ipsum leuiter de tortura deponi, & super sede lignea, vel bancho, accommodari. Qui sic depositus, & super dicta sede lignea accõmodatus, cum licet pluries interrogatus, commotus, & quassatus responsum nõ daret, ad animum rediret, immo semimortui imaginem præseferret: Ipsi Reuerendi Commissarii mandauerunt in eius faciem aquam frigidam guttatim inspergi, vel eius frontem, & tempora, & nares, & guttur, aceto rosaceo madefieri, vel nares ipsius sulfure, aut petiis lineis accensis suffumigari, & alia remedia adhiberi: (expresse nominan-
6 do illa). Quibus peractis præfatus constitutus D.... in se rediens, fuit per Reuerendos Commissarios interrogatus.

Tunc si ipsis Cõmissariis videbitur, & quarto ex aliqua cã in tortura vlterius procededo, si falsa subessent signa, & causæ, mãdabũt ipsum reũ denuo in tortura eleuari hoc modo, videlicet.

7 Tunc Reuerendi Cõmissarii, cum viderint dictum constitutum nullo modo grauari; sed ipsum commenticias causas, & signa ad torturam euitandam excogitasse, & confinxisse, mandauerunt eundem in funem denuo eleuari. Et quintò, animaduertant Commissarii, quod possent etiam ad maiorem cautelam accersire facere aliquem medicum, per quem dictum tortum vidére faciant, & si ille referret, non esse periculum, & posse procedi ad ulteriorem torturam, ad illã animosè progredi ipsi Commissarii poterunt, hoc modo describi faciendo dictum actum repetendi ipsam torturam uidelicet.

Tunc ipsi Reuerendi Commissarii mandauerunt vocari excellentem Dominum .... medicinæ Doctorem ad effectum inspici faciendum dictum D.... reum, nunquid vere aliquo accidente laboret, quo minus vlterius torqueri valeat: Qui medicus vocatus delato sibi iuramento de veritate dicenda, præuio consensu gubernatoris illius ciuitatis, (quando non esset subditus iurisdictioni Commissariorum) & quicquid inde sciuerit, & cum ei presentari facerent reũ tortũ, fuit eidem dictum, [che volesse bene risguardare per tutto il corpo di D.... reo, & risoluere, se a detto reo, senza pericolo della vita, si potesse di nuouo dar la tortura,] & per ipsum medicũ bene viso, & recognito dicto reo, eiusque pulsibus, fronte, & pectore manu pertentatis, ad opportunas Reuerendorum Commissariorum interrogationes respondeat. Respon. che senza pericolo di vita si harebbe potuto dargli la tortura vn'altra volta.

Tunc ipsi Commissarii visis, & auditis prædictis, mandarunt ipsum constitutum denuo in funem eleuari, vel dislígari (si dixisset medicus, q̃ sine euidenti periculo vitæ non posset alias torqueri) & ad locum suum reponi, & alia prout annotauimus supra facienda post torturam reorum facere.

De ratificatione confessionis factæ à Reo in tormentis, & quomodo Commissarij procedant ad illam recipiendam.

Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Reo confitente crimen (de quo contra ipsum inquisitum fuerat) quid faciãt ipsi Commissarij pro recipienda ab ipso ratificatione dicta Confessionis, vt occurrant astutiis aliorum detentorũ in carcere, qui assolent eos auertere a dictis confessionibus.*

2 *Ratificatio dicta confessionis factę à Reo, quando poterit recipi à Commissariis, & quomodo.*

3 *Commissarii ratificationem factam a Reo intẽdẽtes recipere, qua forma verborũ vti debeãt.*

4 *Ratificatione confessionis a Reo facta, quid facient Commissarii.*

5 *Terminus aliquorum dierum omnino a Commissariis indulgendus erit reo (etiã ipso non postulante) ac per cõsequens eius procuratori et aduocato vna cum copia saltẽ perlegendi illius confessionẽ, & ratificationem, vt possent aliquo modo aduersus eam se tueri, & quare.*

6 *Elapso dicto termino Reus, & procurator, ac aduocatus eius erunt citandi ad cõcludendũ in causa: & ad maiorem cautelã poterit eis concedi alius terminus*

7 *Forma decreti citationis ad concludendum in causa & relationis factę citationis, traditur.*

8 *Confessiones Reorum timore tormentorum facta etiam millies ratificatę, erunt omnino verificanda, vna cum suis circunstantijs ad hoc, vt ex ipsis Commissarij de iure deuenire possint ad puniendum Reum.*

9 *Confessiones Reorum quasi de plano facta extra tormenta, etiamsi timore tormentorum, non indigent aliqua ratificatione.*

10 *Rei iam confessi quando de nouo sint torquendi, & quibus verbis ante huiusmodi torturam sit interrogandi; & an ante talem torturam sit interponendum decretum de ipso torquendo.*

11 *A Commissarijs qua ponderanda erunt ante torturam Rei confessi, & qua in actis describi mandabunt.*

12 *Confessum reum funi tortura alligatum quibus verbis alloquentur Commissarij, & eleuatus postea reus de quibus interrogandus erit.*

13 *Reo perseuerante in negatiua super aliis delictis, & alijs complicib. & postea deposito a tortura, quid facient Commissarii.*

14 *Reo confitente alios cõplices, vel alia delicta, quid facient Commissarii.*

15 *Comparentes corã Comissariis aduocatis, et Procuratores reorũ, et allegantes in voce, et scriptis in fauorẽ reorum; Cõmissarii ipsi benignè suscipere debent, & accurate perlegere præsentatas allegationes, & postea processui illas inserere post dictã citationẽ ad concludendum in causa.*

Habi-

Digitized by Google

HAbitum sermonem de Reorum tortura, &
de modo procedendi in ipsa adhibenda, &
post ipsam, qn̄ Rei semper perstitissent in nega-
tiua; meritò subsequitur sermo de modo seruan
do a Commissarijs in procedendo contra reos
1 iam confessos. Sciant ergo, Commissarij, quod si
Reus fassus fuisset crimen, de quo inquisitus fue
rat, dicta confessio extra locum tormentorū ra-
tificanda erit ab ipsomet reo confesso: quoniam
alias ipsa confessio ipsi reo non præiudicaret.
a Verum quia pluries contingit, vt qui in tormē
tis cōfessi fuerint, aliorum carceratorum horta-
tu impulsi, quandoq. etiam minis, & verberib.
moti confessionem iam factam reuocare conen
tur. Iccirco habita huiusmodi confessione, inte-
rim donec tempus ratificandi adueniat poterūt
ipsum Reum mandare reponi in aliquo alio lo-
co separato; si commoditas carceris supperat: *b*
& si subsit, timor ne metu pœnæ sibi infligendæ,
sibi mortem consiscat, vel aliquid mali sibi ipsi
moliatur, poterunt, & tenebuntur omnia instru-
menta, quæ huiusmodi prauum conatum adiu-
uare valetēt, a suo carcere iubere auferri, & per-
sonaliter ipsi Commissarij deberent ad carcerē
descendere, vt hoc ipsum melius exequeretur,
2 vel fidelē personam ibi constituere, vt a tanto
malo impedire reum, posset, vel quid simile iux-
ta causarum, & personarum qualitatem. Rati-
ficatio verò confessionis iam factæ accipi solet
die sequēti, & quāuis confessio emanasset ante-
cedenti sero; poterit illa nihilominus sequenti
mane apud acta recipi, sic obseruatur de stylo cu
riarum, licet nonnulli affirmauerint certum ho-
rarum numerū ipsam ratificationem præcedere
debere. *c* Habita igitur a Reo confessione: Ip-
sum die sequenti in aliquem locum a tormēto-
rum loco separatū, si possibile sit, educi iubebūt,
deinde ea, quæ fassus fuerat, vt saltem in substā-
tia repetat ipse Reus, studebunt procurare Com
missarij, & dicto Reo suam propriam confessio-
nem de verbo ad verbum clara, & alta voce per
actuarium scribentem legi mandabunt, ac deni-
que infrascriptis interrogatorijs vtantur videli-
cet: [D.... voi hauete inteso bene quello, che
hieri confessasti di propria bocca hauer fatto cir
ca tal delitto secondo il modo, che è stato scritta
la vostra confessione, & hora l'ha letta D. Actua-
rio in vostra presenza con voce intelligibile.] Re
spondit. [Padri Reuerēdi io ho cōfessato di ha-
uer fatto tutto quello, che è stato scritto nella cō
fessione mia hieri in vostra presenza, qual ho-
ra l'ha letta il detto Padre D. Actuario.

Interrogatus [Volete voi D.... approuare, &
ratificare esser così la verità del fatto, come hieri
cōfessasti, & hora l'hauete inteso leggere in pre
senza vostra. *Respondit*. Io nō voglio dir bugia,
& per questo approuo, & ratifico esser vero, quā
to confessai hieri, & hoggi in vostra presenza
m'è stato riletto.

3 *Interrogatus* se a quanto disse hieri vorrà ag-
giungere, ò sminuire cosa alcuna. *Respondit*. Ha
uendo detto hieri la verità, come passa il fatto,
hora non ho da giungere, ò sminuire cosa al-
cuna di quanto dissi hieri, & hoggi m'è stato ri-
letto. *d*

*Interrogatus & simul monitus tali forma ver
borum*. D.... fratello vorrei, che pensaste bene
al fatto vostro, poiche si tratta della vostra vita,
& honore, per tanto dite solo la verità del fatto
senza mescolarci bugia, e nè per timore de tor-
menti lasciar di reprouar quello, che hieri dice-
sti: sapendo voi, che non fusse vero. *Respondit*.
Io ho detto la verità semplicemente, come passò
il fatto, hora mi rimetto alla prudenza, & cle-
menza di V. V. P. M. Reuerende, pregandole
che me habbiano compassione.

Interrogatus, Dunque ratificate voi hora, quā
to hieri diceste, dicendo quello esser verissimo in
tutto, & tutto, come fu da voi cōfessato, & dal scri
uano scritto, & hora hauete inteso leggerui sù la
faccia? *Respondit*. Padri si, ch'io ratifico, quanto
dissi hieri, & hora mi ha letto il scriuano, & dico
di nuouo esser verissimo.

4 Hac ratificatione audita Commissarii ad ma-
iorem cautelā iubeant reo se manu propria sub-
scribere dictæ ratificationi more solito, & tale
decretum edant, videlicet.

Reuerendi Commissarii sedētes pro tribuna-
li &c. Acceptatis &c. examen D.... Rei dimi-
serunt, & mandauerunt sibi, & eius aduocato, &
procuratori exhiberi copiā, vel facultatē perlu-
strandi contenta in confessione, & constituto, &
ratificatione facta a dicto Reo, si illā noluerint
infra terminum dierum.... & faciēdas suas de
fensiones omni meliori modo &c. prout præsen
ti decreto dictam copiam infra dictum terminū
assignari illis mandant, Datum in monasterio...
Die...&c.

D..... Abbas
D..... Prior } Commissarij.
D..... Actuarius

5 Et cum per me Actuarium fuisset intimatum
dictum decretū dicto D. .. Reo, & eius aduo-
cato, & procuratori, ipsi gratias egerunt, & in fi-
dem veritatis me subscripsi. die...mensis...anni..

D................. Actuarius.

Et sciant Commissarii, quòd iste terminus die
rum .... licet possit assignari breuior, *f* tn̄ dan-
dus erit omnino aliquis terminus ad dicendum
contra dictam suam confessionem; & ratio est,
quoniam poterit Reus contra propriam confes-
sionē multa deducere, & probare, *g* immo pote
rit etiam illam reuocare, probando erroneā esse,
& esset absoluēdus facta tali probatione. *h* Ani-
maduertant insuper Commissarij, quòd licet
Reus confessus terminum prædictum non pe-
teret dari sibi, dandus ei omnino erit ab ipsis in
6 dicto termino, si Reus, vel eius aduocati petie-
rint dictam copiam, per Actuarium assignetur,
& elapso dicto termino, de nouo citetur reus ad
concludendū in causa, & alius terminus ad maio
rem cautelam ipsis assignetur ad producenda,
quæ sibi uidebuntur in defensionem ipsius Rei
confessi, uel non confessi sub sequenti tortura, ui-
delicet.

Cum Reuerendis Commissariis uisum fuisset
de iure fore concludendum in causa præsenti,
7 & illam expedire, vt omnia ritè, & rectè proce-
derent, mandauerunt dictam conclusionem, &
acta actitata in tortura, & post illam tam dicto
D..... Reo, quam Dominis ... Aduocato, &
procuratori eius concedentes iisdem Dominis
facultatem perlustrādi ipsa acta actitata ad hoc,
vt in excusationem, vel defensionem dicti D....
Rei possint in scriptis, & in voce, & in fauorem
ipsius allegare infra terminum dierum ... quic-
quid sibi placuerit, prout præsenti decreto di-
ctum terminum, & facultatem dicto D....Reo,
& eiusdem Dominis Aduocato, & Procuratori
concedunt. Datum &c. Die.... Anni....

D..... Abbas
D.... Prior } Commissarij.
D.... Actuarius.

Hoc decretum erit intimandum tam Reo ip-
si,

a *Clarus in prac. §. fin. q. 64. ver. Caeterum si Reus.*

b *Clar. vbi supra ver. Caeterū si Reus* Scapp. *de iure nō scrip. lib 5. ca. 101. in fine.*

c *Clar. vbi sup. vers. & circa.* Chart. *vbi sup. lib. 4. c. 1. num. 140. cum pluribus seq.*

d *Mars. in sua pract. crimin. §. Quoniam nu. 1. fol 67.* Char. *in pract. interrog. li. 4. c. 1. nu. 145. cum seq.*

e *Mars. vbi su.*

f *Clarus in sua prac. §. fi. quæst. 64. vers. fin autem.*

g *Clar. vbi supra, quæst. 55. per totam.*

h *Clar. vbi su. quæst. 51. vers. sed pone.*

Digitized by Google

si, quam aduocato, & Procuratori eius per actuarium, & relatio intimationis taliter in actis describenda erit, videlicet.

Cum per me infrascriptum Actuarium fuisset intimatum suprascriptum decretum citationis tam ipsi D.... quam Dominis Aduocato, & Procuratori eius, & eisdem exhibita ipsa acta actitata in tortura eiusdem D..... Rei, & post ipsam, in fidem veritatis manu propria me subscripsi. Die....mensis. .. .anni....

D. . . . . Actuarios.

8 Commissarij memoriæ commendent primo, quòd omnes confessiones reorum, etiam si essent millies ratificatæ, semper tamè essent verificandæ cum omnibus suis circunstantiis, prout peritissimi iudices Deum timentes obseruant. a & secundò, quod id, quod sup. diximus de ratificationibus, quæ in tormentis, vel metu tormentorum factæ fuissent, & non de confessionibus,

9 quas ipsi Rei quasi de planu fecissent, nullo scilicet tormentorum terrore eis illato: quoniam huiusmodi confessiones nulla ratificatione indigent. b Tertio memores sint Commissarij, quod reorum-recepta ratificatione assolent ipsi Rei torqueri, vt alia delicta fateantur, si non omnia, de quibus fuerant indiciati, fuissent confessi, nec non vt fateantur complices, fautores, & recepta

10 tores, vel alia de causa. Nam in tali casu nō erit interponendum decretum supradictum statim post ratificationem acceptam; sed vlterius erunt interrogandi ipsi Rei hoc, vel simili modo, videlicet.

a Mass. in prac. crim. §. quoniam, nu. 1. Maran. in Spec. cul. §. 6. actu. 14. num. 15.
b Char. in prac. fol. 9. nu. 9.

D.... supradictus interrogatus modo pro vlteriori veritate, vt dicat, [quali furono gli compici, & fautori, che l'aiutarono à fare quelli delitti, de' quali ha confessato nel di.... & ratificato hoggi.... *Respondit.* Io quando feci.... non hebbi compagno alcuno,] aut dicat, [mi aiutò D.... & D... & D....] & statim subdant Commissarij, & omnia describantur in actis.

Et Reuerendis Commissarijs dicentibus dicto D.... Reo, [non è cosa verisimile, che voi, & doi cōpagni da voi nominati soli facesti questo.... poiche a far questo vi bisognaua adoperar piu aiuto per questi rispetti.... primo perche.... poi perche.... & sic de singulis. *Respondit.* Io non ho hauuto altri in aiuto, ò complici delli delitti, che ho confessato.

11 His auditis Commissarii si in actis constitit plures nominatos a dicto Reo confesso, aut non esse verisimile, quòd plures non fuerint propter deducta in processu de ipso facto. Tunc recollectis omnibus causis, quibus mouentur ad credendum Commissarii plures fuisse complices in perpetrato delicto iam confesso, & ratificato à D.... Reo in decernendo illi torturam tali forma vtantur, videlicet.

Reuerendi Commissarij visis, & ponderatis productis in actis contra D..... Reum confessum, & depositionibus testium dicentium D.... Reum fuisse associatum à pluribus, quam fuit nominati ab ipso in sua depositione, considerata qualitate criminis perpetrati & iam confessati, quòd omnino quisque prudens iudicabit cōmitti non potuisse solum a tribus; & veritas circa alios complices difficillime aliter haberi posset, quam ab ipso D..... Reo confesso; attenta etiam persona ipsius D.... Rei; & postquā ab ipso D..... Reo prædictorum verisimilium veritas haberi non possit; ipsi Reuerendi Commissarij mandauerunt ipsum D.... constitutum adduci ad locum torturæ; ibique expoliari, ligari, & funi applicari, & hoc sine præiudicio quorumcunque iurium Curiæ quomodocumque, & qualitercunque competentium, de quibus ipse D..... quomodocunque esset conuictus, vel confessus, super quibus modo aliquo ipsi Reuerendi Commissarii non intendunt ipsum torquere, quinimmo explicitè protestantur ipsum super illis se non torquere, & huiusmodi protestationem in quolibet actu repetitam fore, & esse ipsi Reuerendi Commissarij dixerunt, & intenderunt, & quod pro repetita semper habeatur supradicta protestatio; sed tantum ipsum D..... torqueri facere intendunt, pro vlteriori veritate habenda super al js criminibus per ipsum verisimiliter commissis, & contra ipsum Reum in iudicio deductis, & super cōplicibus, fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus, non alias, nec alio modo, de quo solemniter, & expressè protestati fuerunt; & protestantur ipsi Reuerendi Commissarij, prout præsenti decreto ipsum D..... Reum adduci ad locū torturæ, ibique expoliari, ligari, & funi applicari sine supradicto præiudicio mandant. Datum &c.

D........ Abbas } Commissarij.
D........ Prior }
D......... Actuarius.

His peractis studeant Commissarij, vt alias eos monuimus c supra, vbi traditur forma reos torquendi, dictum decretum de torquendo nō promulgare, sed iam in actis descripto ipso, mandent ad locum tormentorum ipsum Reum adduci, & præmissa breui monitione de dicenda veritate super alijs delictis ipsius, non confessis, de quibus in processu est indiciatus, & de complicibus, fautoribus, non nominatis ab ipso: & videntes Reuerendi Commissarij ipsum D.... pertinacem, statim mandent spoliari eum, & applicari funi torturæ, ne possit cogitare de appellatione interponenda à tortura sibi commiTata (vt latius vbi supra diximus, & probauimus.) His benè obseruatis faciant in actis subsequentia verba describi ab actuario videlicet.

c in capitulo vigesimo præsentis 2. par. nu. 9. & 10.

Et cum fuisset D..... spoliatus, ligatus, & funi applicatus iussu Reuerendorum Commissariorum, ipsi Reuerendi Commissarij ipsum

12 D.... constitutum denuo benignè monuerunt hortantes ad completam veritatem dicendam super dictis delictis verisimiliter à se commissis, & non dum confessis, & super fautoribus, & auxiliatoribus. Qui D..... *Respondit.* Io hu detto quello, che io doueuo dire, & non vi posso dir altro, hora fate quello, che vi pare, ma mi fate torto.

Tunc ipsi Reuerendi Commissarij repetita protestatione, de qua supra in dicto decreto de ipsum torquendo, illi firmiter inhærentes mandauerunt ipsum D.... in altum eleuari, qui sic eleuatus cœpit dicere. [Homine Santa Maria da Loreto aiutatemi, ohime mi fate torto,] & deinde tacuit, & monitus per Reuerendos Commissarios, con dirli hormai lasciate da canto questa vostra pertinacia, & dicete la verità, che da voi si ricerca sopra gli altri vostri delitti verisimilmente commessi; & confessate li nomi di coloro, che furono complici, & fautori vostri in cōmetter tal delitto già da voi confessato? *Respondit.* Io non ho fatto altri delitti, & non ho hauuto compagno, ne nimo mi ha aiutato.

Deinde dixit ex se. Io non ho fatto male alcuno, e quello, che io confessai l'altro giorno, io dissi la bugia.

Et

Et Reuerendis Commissarijs dicentibus. [voi nõ fete hora interrogato di quello, che già haue te cõfessato, cioè che hauete fatto.... *Respon.* &c.

Finito dicto rigoroso examine, & reo supra su pradictis sufficienter torto arbitrio Cõmissariorum, poterunt Reum facere deponi leniter, & hæc mandent describi in actis, videlicet.

Tunc Reuerendi Commissarij acceptis, &c. cum aliud à dicto D.... haberi non posset, man dauerunt ipsum leniter de tortura deponi, post-quam manifestet in ea suspensus sine aliqua quas
13 satione per spatium.... & dissolui, brachia re-aptari, & reuestiri, & ad eosdem carceres duci cũ termino dierum.... ad dicendum, & producẽdũ, & probandũ quicquid voluerit in sui defensionem; prout alias tradidimus supra.

Vltimo loco sciant Commissarij ipsi, q. si dictus Reus confessus fuerit & alios fuisse cõplices
14 ipsos nominando, necnon & alia delicta à se perpetrata, de quibus indiciatus erat; tunc, & talem confessionem, ac nominationem die sequenti oportebit eum ratificare modo, & forma supra à nobis recensita in præsenti capitulo.

Memores sint Commissarij procedere contra nominatos in confessione, & ratificatione facta à Reis modo, & forma tradita de procedendo contra ipsos Reos.

His ergo omnibus hucusq. recensitis, bene ac legitimè obseruatis Deo Opt. Max. duce, si comparuerint aduocatus, & procurator reorum allegantes in voce, vel in scriptis in fauorem illorum, erunt ipsi benignissime audiendi, & allegationes ipsorum ad verbum perlegendæ, & de contentis in ipsis habenda eis erit illa ratio, quæ de iure habenda foret, & ipsę allegationes inserantur in ipso processu post dictam citationem ad concludendum in causa, & postea citentur tam Reus, quam eius aduocatus, & procurator ad audiendam sententiam diffinitiuã, quæ si aliqua rationabili de causa non poterit promulgari in eodem monasterio, vbi reus est carceratus: tunc cõcipiatur decretum ipsius citationis vt infra; sed si promulganda esset in eodem monasterio, tunc idem decretum deseruiet addendo (pręsenti monasterio) & postea actuarius ipsum decretum illis intimet, & postea hoc ipsum in scriptis statim referat in infrascripta forma, prout dicemus & docebimus paulo post, scilicet, post tractatum de purgatione canonica.

Quando erit licitum iudici adhibere torturam, & quando erit licitum reo verum respondere. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Quando sit licitum adhibere torturam reis. conclusione prima.*
2 *Qui possint torqueri conclus. 2.*
3 *An sit licitum laico torquere clericum, concl. 3.*
4 *Ad quid teneatur iudex, si faciat deponere reum aliquod delictum, cum minis, et torturis non seruans terminos iuris. conclus. 4.*
5 *An possit reus iuste interrogatus confiteri delictum suum, vt fugiat torturam sciens, quod ob suam depositionem condemnabitur morte, conclus. 5.*
6 *An peccet reus deponens veritatem, et infamans se. conclus. 6.*
7 *An peccet reus reuelans complices ratione torturæ non iuridice interrogatus. concl. 7.*

1 Prima Conclusio. Licitum est iudici adhibere torturam reis, vt dicit quædam gloss. cum communi, & tractat Nauarrus concurrentibus sequentibus conditionibus. Prima, quod præcedant indicia sufficientia, aut semiplena probatio, quia alias esset peccatum mortale cum obligatione restitutionis, vt dicit Siluester, non solum eius, quod debetur iniuriæ, sed etiam omnium damnorum, quæ inde sequentur, & ideo confessio, quam facit reus sine indicijs sufficientibus, est nulla. Secunda conditio est, quod non possit iudex aliter scire veritatem, & ideo peccat mortaliter iudex torquens reum, si aliter potest scire veritatem: vnde dicit Nauarrus, quod peccant mortaliter iudices, qui reos cõuincũt cum testibus de suis delictis, vt sic confitentes amittant beneficium appellationis, nisi quan do illi omittunt confiteri solum ad effectum differendi executionem iustæ sententiæ, quæ contra illos est lata, vt cum communi Theologorũ, & Canonistarum resoluit Nauarrus. Et nota, quod huiusmodi rei iam conuicti iuridice de suo crimine interrogati à iudice in tortura, an commiserint tale delictum, tenentur dicere verum, quia quamuis iniuste torqueantur, cũ sint sufficienter conuicti, sunt tamen iuste interrogati, vñ tenentur dicere verũ, vt dicit Couarruuias, si vero iam sint condemnati, non tenentur confiteri crimen, vt dictũ est. Tertia cõditio est, qđ tortura non sint crudeles, pcipue si eas adhibet iudex ecclesiasticus, vt dicit expresse in iure.

Gl. in ca. contumelias de vsu. Nau. in c. nullum 18. q. 2. nu. 51. & 52. & 1 rub. de iud. nu. 53. Siluest. ver. tortura.

Nau. ca. 18. nu. 58.

Nau. in d. c. inter verba con. 4.

Cou. in prac. qq. c. 23. nu.

c. 1. 23. q. 1.

Notandum est autem ad maiorem declarationem eorum, quæ dicta sunt, quod priusquam iudex adhibeat torturam reo procedens per viã accusationis, debet audire accusatorem, & accusatum, & debet lis contestari, & debet prius compelli reus cum censura ecclesiastica, si causa agitatur coram iudice ecclesiastico: quibus rebus tite confectis, si adhuc nõ est probatum delictum, tunc debet procedere cum tortura, debetque vti in hoc magna prudentia, & cura, respiciẽs oẽs circunstantias; & indicia sufficientia, quæ sufficiunt ad adhibendam torturam, sunt illa, quibus animus sapientis, ac prudentis iudicis quiescit, sicut quiescit in aliqua re determinata à iure, indicium autem dubium est quædam præsumptio, quæ mouet fortiter animum iudicis ad credendum, aut non credendum aliquid. Est autem magna differentia inter hæc duo indicia, quia primum per se solum sufficit ad hoc, vt aliquis torqueatur; secundum autem non sufficit, quod sit vnum, sed oportet, quod sint multa; & si sint plura, aut vnum saltem, sufficit, qđ probentur duob. testib. vnde infamia p se sola nõ sufficit vt quis torqueatur, sed solũ sufficit, vt iudex faciat inquisitionẽ, & si in ea inueniat delictũ cũ semiplena probatione, põt procedere ad torturam, & si inuenerit dicta indicia, debet examinare efficaciam, & secundum ea iudicare: quod in simili casu debet fieri proponens semper ante oculos equitatem. Nec est indicium sufficiens ad torquendum, quod quis fugerit, an tequam accusetur coram iudice, quia hoc non facit semiplenam probationem, sicut non est indicium sufficiens ad idem mutare colorem, respondere extra propositum cum tremore, si simul cum his non iunguntur alia indicia, qua faciant vim iudici, quod relinquitur eius prudentiæ, & Christianæ fidei, quã in hoc debet seruare, vt docet Couar. & tractant omnes DD.

Cou. li. prac. qq. c. 18. p. 177. col. 1. DD. in l. milės. §. oportet. C. de q.

2 Secunda Conclusio. In crimine læsæ maiestatis, & in crimine hæresis oẽs posšũt torqueri, sed

sed in alijs criminibus non possunt torqueri minores 14. annis, quamuis possint quidem detineri in carcere verberari, &c. nec possunt torqueri nobiles, nec Doctores, nec alij, qui habeant aliquam prerogatiuam, aut dignitatem, & nobilitatem; nec senes post 60. annos, quia hi non possunt ferre torturas ordinarias. Aduertendum autem est, quod infirmi in causa graui non possunt torqueri, nisi cum licentia Medicorum. Nolo tamen in hoc detineri, quia magis pertinet ad iuristas, quam ad eos, qui scribunt summas professionibus: & ideo nolo esse longior: iudices videant, quid faciũt, & non fallat eos zelus rigoris oblitus, charitatis christianæ.

3 Tertia conclusio. Potest clericus torqueri a laico etiam pręcipiente prælato suo, vt resoluit Ludouicus Carillus scribens esse licitum secularib. sine timore alicuius pęne ligare clericos, vt torqueantur ab alijs clericis. Quod debet limitari, vt procedat, quando non inueniuntur clerici, qui sciant, & velint torquere reliquos clericos; quia in hoc casu licitum est, vt affirmat Iacobus Septimacensis dicens sic esse receptum in praxi; aduertantque iudices, & pręlati ecclesiastici iubentes verberari clericos a laicis, existẽtibus idoneis clericis, qui id faciant, quod peccant mortaliter, non tamen incurrunt excommunicationem canonis, in quam incurrunt seculares, & laici, qui verberant eos, vt dicit Nauarrus, qđ intelligitur, quando adest consuetudo præcipiẽdi, vt verberentur clerici a secularibus, quamuis sint clerici idonei, qui id faciant, quia consuetudo, quamuis non excuset a culpa, excusat tamen a pęna, & quia torturę, quę vt plurimum infliguntur in religionibus, sunt verbera, debent notare pręlati consuetudinem ecclesiæ esse, quod pręlatus verberet subditum suum, quamuis prælatus sit sacerdos, vt docet Scotus, vnde non incurrit in excõmunicationẽ, nisi procedat cum ira, & affectu, vt docet Aragon. Aduertant etiã pręlati nostræ sacræ religionis, & illi, qui gaudẽt illius priuilegijs, quod possunt præcipere, vt verberentur delinquentes ab alijs eorum subditis, quamuis non adsit vrgens necessitas ad illud, vt concessit Alexander VI. & Leo X. Dixi ab alijs eorum subditis, quia a secularibus non possunt, nisi incurrant in excommunicationẽ canonis, si quis suadente, & ideo incurrit in pręlatus eã, qui præcipit verberari subditum cã correctionis a cõuerso conuentus, nisi ignorantia priuilegij Alexãdri VI. & Leonis X. liberet eum pręcipiẽs hoc bona fide, aut si liberaret illum consuetudo, vt ẽ in Italia, & Gallia, quod verberentur clerici per manus secularium, sic enim tenet Nauar.

au. lib. 5. cõs. de sent. excõ. cons. 42.

4 Quarta conclusio. Iudex, qui minis, & torturis non seruans terminos iuris facit fateri reum crimen dignũ morte, q̃ vere cõmisit, peccat contra iustitiam, & si est iudex superior, qui possit dispẽsare in pæna legis, tenetur dispensare illũ, & si ẽ inferior, & põt obtinere veniam a superiori, dẽt id facere, quia aliter tenetur restituere oia damna, quorum fuit causa efficax iniusta, secundum quod dẽt intelligi, quod dicunt Sotus, & Nauar. super hoc puncto, & si ratione scandali esset licitum iudici punire delinquentem, cum omnes sciant, quod commisit delictũ, ob iniuriã tamen, quam illi fecit in dicta tortura non seruans tenorẽ iuris, tenebitur ad dictam restitutionem, & si hic iudex est inferior, ita vt nec possit dispenare in pæna legis, nec obtinere veniã ab ea, tenetur punire reum, pręcipuè in casu, q̃ si non puniat illum, sequetur scandalum. Notandum vero est, quod in conscientia tenebitur ad restitutionem totius damni, quod ex hac sententia euenit, cũ interrogauerit illum iniustè, ex qua iniustitia ortum habuit, quod posuit se in necessitate condõnandi illum, & ideo virtualiter fuit causa omnium damnorum, quæ secuta fuere ex condemnatione rei: quod debet intelligi, quando reus ignoranter manifestat delictum suum putans teneri ad illud, aut timens, quod alias affligetur nimis torturis, quia in tali casu patitur talia damna contra voluntatem suã, si vero gratis & libenter manifestat peccatum suum offerens se pæne quamuis iudex non obseruet formam iuris, non tenetur quidquam restituere, quia volenti, & assentienti non fit iniuria, vt tenent Ledes. & Petrus de Nauar.

. de reg. sec. cons. 3. Na. 8 n. 59. idẽ i de iud. n. 53.

5 Quinta conclusio. Reus iniuste interrogatus a suo iudice, vnde non tenetur fateri delictum suum sciens, quod si fateatur punietur pæna mortis, non potest fateri delictum, vt fugiat magnitudinem tormentorum, quæ iudex illi pręoculis ponit, hæc opinio est Nauarri, quæ secundũ Ludouicum Lupum, debet intelligi, quando reus est robustus, & sanus, vt possit sufferre tormenta si vero est homo debilis, & senex, qui putat, qđ talia tormenta finient vitam eius, aut ponent eũ in extremo, non tenetur ea sufferre, vt fugiat sententiam mortis, cum tunc sciat, quod vno, vel altero modo morietur, vel saltẽ ponetur in extremo vitæ: & in hoc casu est vera opinio Sot. contraria illi Nauarri, quos hoc modo cõcordat F. Ludouic. Lopez. Et nota, quod potest dictus reus, quamuis sit robustus, fateri delictum suũ, vt fugiat tormenta sciens, quod eius delictum est comprobatum, ita vt quamuis non fateatur in tormento, condemnaretur morte.

Led. in 24. q. 10 ar. 3. dub. 2. Na. lib. 2. de rest. c. 3. a n. 242. Na. d. c. 18. n. 29. Lu. in instr. consc. 1. p. c. 66. co. 465.

Sot. vbi sup. m. 3. q. fin.

6 Sexta conclusio. Reus fatens veritatem non peccat infamans se, quia si ob bonum finem est licitum ammittere famam, quanto magis erit, vt fugiat tormenta, si vero falso imponit sibi aliquod delictum, peccat venialiter, nisi ex eius infamia proueniat alijs notabile damnum, vt si quis fateatur se esse hæreticum, cum nõ sit, quia facit magnam iniuriam suę generationi, quia in hoc casu peccat mortaliter; quando vero delictum, quod fatetur, est verum, quod commisit, quamuis ex confessione proueniat alijs damnum, & amittant famam, nec peccat, nec tenetur ad aliquam restitutionem, & idem videtur dicendum de illis, qui fatentur in tormento crimen, quod sciunt secretè commisisse, vt dicit Sotus, quia nullus tenetur cum tanto periculo custodire famam suam, & vitam proximi, nisi cum violentia, & iniuria cognouit hoc crimen secreto commissum; quia in hoc casu tenetur seruare secretum, quamuis sit cum quocunque periculo tormentorum, vt sentit Corduba, quod etiam habet locum, quando ex manifestatione delicti prouenit magnum damnum Reipublicæ, aut Regi, quia in hoc casu tenetur pati quęcunque tormenta, vt custodiat secretum, & notet reos, quod licet iudex proponat illi minis tormenta, non debet etiam in prædictis casibus fateri statim suum peccatum occultum, & participantium, sed debet expectare quousque videat in iudice signa euidẽtia, q̃ velit adhibere tormenta, vt aduertit Nauar. Ex dictis infertur, q̃ ille, q̃ existẽs in tormẽto dixit cõtra se falsum testimoniũ non tenetur in articulo mortis retractare se rõne infamiæ suæ, nisi talis infamia resultet in damnum aliorum; nec tenetur retractare se, vt

Sot. lib. 5. de ius. q. 10. ar. 3.

Cor. de teg. secr. q. 3. cõs. 14. dub. 1. punct. 1. Nau. in d. c. 28. n. 28.

Digitized by Google

liberet se a morte si scit, quod quamuis retracte-
tur, non adiuuabit illum, quia si scit iuraturũ,
tenebitur ad illud, quia licet sit dominus suæ fa-
mę, non est dominus suæ vitæ. Noteturq; quod
si aliquis per errorem fassus sit aliquid in iudi-
cio, siue sit reus, siue testis, poterit reuocare hãc
confessionem, donec non pronunciatur senten-
tia; & si potest probare suum errorem, reuo-
catio sortietur effectum; si verò non possit pro-
bare, debet stare primæ confessioni; si vero sta-
tim, & incontinenti retractari, vt plurimum
acceptatur eius reuocatio, vt resoluitur in iure,
vbi id tractant Doctores.

DD. in c. si. ex. de cõfes. vbi gl.

7 Septima conclusio. Quando index interro-
gat reum de complicibus non iuridice, tenetur
illos tegere, quamuis sciat, quod torquent illũ:
quod est verum, quando ex eorum manifesta-
tione debet illis euenire, aut amissio vitæ, aut
membri; secus vero, quando solum sequetur
damnum pecuniæ, aut exilij, vt tenet Nauarrus,
cuius opinionem dicit esse veram Ludouicus
Lopez, quando tormentum est leue, & qui pas-
surus est, est homo robustus, & fortis, vt suffe-
rat; quia in hoc casu tenebitur celare complices;
si vero tormentum sit graue; non tenetur ad il-
lud, quia de lege charitatis solum tenetur tace-
re, & non manifestare delicta aliorum, quan-
do iniuste interrogatur, quia lex charitatis non
obligat ad defendendam vitam alienam cum
tanto periculo, cum vix, vt diximus, teneatur de-
fendere vitam propriam, vt fugiat magnum tor
mentum, præcipuè si est homo debilis, qui exi-
bit a tormentis semimortuus.

Nau. c. 18. nu. 18. Lup. in instr. 1. p. c. 68.

De Tormentis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Tormentorum genera quæ.*
2 *Gradus torturæ quæ.*
3 *Vltra modum consuetum tormentandi alter non datur.*
4 *Carceris definitio.*
5 *Forma tormentandi regulares.*

PErlecto reo processu, & ab eo bene intellecto
subsecutaque termini assignatione ad faciẽ
das suas defensiones, quibus defensionibus re-
nunciatis, non factis, vel factis, sed indicia con-
tra eum existentia non penitus elidentibus
ad effectum, vt habeatur, & inuaniatur veritas,
deuenitur ad tormenta, l. cum falsum, l. hoc, qđ
placuit, C. de quæstion. & hoc rigoroso interro-
gandi modo vntur, quoties aliunde veritas ipsa
haberi non potest, Abb. in c. cum in contempla-
tione de regul. iur. num. 2. l. Diuus in princ. & l.
edictum, ff. de quæstion. & l. quoties, C. eod. tit.
tormẽtorum igitur multa sunt genera, nam diu
1 inferebantur tormenta cum fidiculis cordis, fu-
neuè aliqua ligando homines circa frontem, &
ita ad sui posse minister stringendo; tormentum
grauissimũ reis inferebat, de quo loquitur text.
cum glo. in verbo nullus in c. fin. 6. q. 1. Alij con-
sueuerant dare aquam reo per nares, in qua etiã
imponebant calcem obstructo ore bibẽtis, quod
quidem genus valde periculosum erat, ne tortus
suffocaretur, quidam ponebant taxillũ in osse pe
dis, qui vulgariter dicitur l'osso pazzo. Aliqui
dabant immo ponebant muscionem in ventre,
vel vmbellico, & desuper ponebant ciatum ad
includendum, illum ne posset egredi, nonnulli
torquent cum lingua caprina, lauant enim pe-
des torquendi cũ aqua bene salita, & ligato tor-
quendo super aliquo scamno faciunt, vt capra
cum lingua lambat plantas pedum, quod liben-
ter facit propter auiditatem salis. Multi torquẽt
immittendo virgas inter digitos manus, strin-
gendo cum cordula, quamplurimi ligant solum
vnam manum ad funem, & sinunt sic pendere
super terram, & ego, dũ essem Ferrariæ, pluries
audiui a q. D. Petro Ant. Basilio tunc syndico Pa
lanj illius ciuitatis I. C. clarissimo de consuetu-
dine obseruari in quibusdam casibus, ligare ma-
nuum, & pedem simul. & sursum eleuari, sinere-
que ita tortum pendere per horam in circa, cete
ri dant carnes salitas ad comedendum detento,
& denegant potum. Reliqui scindunt carnes,
vt est tormentum Polletri, Foller. pract. crim.
in verbo etsi confitebuntur nu. 70. Hoc vero tẽ-
pore tria tantum tormentorum genera sunt in
vsu, scilicet ignis mandando iudex pedes torquẽ
di, & plantas inungere lardo porcino, faciendo
deinde vt tortus teneat plantas pedum ignem
versus, & sic comburantur: secundum genus est
tormentum veggia dictum, quo in terris Eccle-
2 się iudices passim vtuntur. Tertium est chorda,
quæ quinque habet gradus, primus siquidem ẽ
rei spoliatio, & ligatio cum manibus retro, secun
dus quando ita ligatus eleuatur aliquantulum,
tertius si per horam sic eleuatus detinetur, quar
tus si adhibeantur etiam duo, vel tres ictus, siue
tractus chordæ, & hoc quartum est pœna grauior,
quam vtriusque manus abscisio authen. vt nulli
iud. §. fin. Vltimus si post detentionem, eleuatio-
nem, & ictus, ad pedes ipsius torti adponantur,
vel subijciuntur pondera, puta compedes ferrei,
aut quid aliud simile, Paul. de Griland. de quęs.
& tort. q. 5. num. 1. vsque ad num. 10 licet aliter
3 sentiat Clarus nescio quo iure, & vltra torquen
di modos supradictos consuetos quis torqueri
non potest, Cyn. Bal. & Salic in l. Graccus, C. ad
l. Iul. de adul. per l. sed an vitro, ff. de negot. ges.
sed quia delicta regulariũ debent secretè puniri
ne scandala adferant secularibus, tex. in cap. in
script. 96. dist. & c. sacerdotibus, 11. q. 1. Ideò vl-
tra supradictos modos torquendi videtur tutius
& cautius esse vti tormentis secretioribus, &
magis regularibus cõgruis, hoc est, carcere; Quæ
4 licet definiatur vt sit locus securus, & horribilis
repertusque non ad pœnam, sed delinquentium
custodiam, l. aut damnum, §. solent. ff. de pœn.
Bald. in tract. de carcer. nu. 2. adeò vt non dica-
tur species tormenti, vt voluit Clarus §. fi. q. 64.
vers. sed an forte. Nihilominus adhibitis qui-
busdam qualitatibus, & circunstantijs loco tor-
mentorum vtique haberi poterit, quamuis
quidam teneant, vt per se ipsam tantum tor-
menti species dicatur, Bart. in l. si vero, ff. qui sa-
tisdar. cog. & in l. 1. ff. de custod. reorum. adeoq; qđ
positus reus in carcerem eius manibus manicis
ferreis ligatus dicatur torqueri, l. 1. C. de cust. reo.
5 & vlterius denegatio alimentorum, vel tempore
hyemis detentio rei spoliati dicitur tortura, l. itẽ
apud Labeonem, §. quæs. ibi malam mansionẽ,
ff. de iniur. Tormenta igitur prędicta debent es-
se moderata, adeo vt tortus reseruetur incolu-
mis, vel ad innocentiam, vel ad supplicium, Ab.
in c. cum in contemplatione de reg. iur. nu. 2. vbi
DD. & ideo Abbas faciens carcerare monachũ,
& ei minuendo cibum, & potũ nõ euadit pœnã
irregularitatis, si talis monachus moriatur. Abb.
in c. ad audientiam de crim. fals. nu 4. & in c. no
uimus de verb. sig. n. 4. ita igitur carceratus mo-
nachus quod facit p̃sumitur metu facere, Ab. in
cap. 1.

Digitized by Google

c. 11. nu. 19. quod met. caus. & si denegans iudex cibum, & potû reo, vel faciens detineri in arcto monasterij, & strícto carcere, donec confiteatur, talis confessio dicitur metu tormentorum facta, l. Item apud Labeonem, §. quæstionis ibi nam quæstionis verbo, & tunc vt sponte dicatur approbata debet post vnum diem, & vnam noctē confessionem ratificare existens reus in carcere ad largam absque supradictis tormentis, alias iudicabitur metus semper durare, & confessionem per metum factam esse, Alexand. consil. 98. num. 5. & 6. in 3. volu. & Bart. in l. 1. §. Diuus seuerus, ff. de quæst. & cap. Lor. 31. q. 1. t. cap. 1. de met. caus. & quia in tormento chordæ, ignisque non datur reo comedendi quicquam per decem horas ante interrogationes rigorosas, Marsil. in l. 1. num. 19. ff. de quæstion. ita & inter regulares seruari puto, nam in similibus tormentis existens reus, & interrogatus qualibet vice super indicijs contra eum existentibus incipiendo a leuiori modo, & forma, vt in capite de interrogādis reis dictum est, ne postea se excuset reus, vt ebrius erat, quando confessus est, & quid simile & quia rei vltra tertiam vicem non torquētur, diebus tamen interpellatis, Foller. pract. crimin. in verbo, & si confitebuntur num. 71. ita, & inter regulares vltra tertiam interrogationem vlterius non esse experiendum, ne tormenta adhibeantor vsque in infinitum, quæ tormenta iuxta indicia regulantur, vt si ádsit vnum indicium vna vice rigorosè interrogabitur, si duo, duabus vicibus, si tres totidem vicibus iuxta l. reperi, ff. de quæst. & si mille adhuc tribus, si confitebitur reus, & ratificabit, vt dictum est, poterit iudex illico ipsum moneri pro die, &c. ad audiendam sententiam. Item & si negabit, & hoc interim relecto rigoroso examine mandari, vt faciat deffensiones suas, si quas facere intendit.

DE PVRGATIONE CANONICA. Tit. XXIII.

De purgatione canonica, aliquando Reis iniungenda, & de forma ipsa recipienda a Commissarijs. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *A Commissarijs quæ ponderanda erunt, antequam indicent Reis purgationem canonicā.*
2 *In quibus casibus, & causis purgatio canonica a Commissarijs fuerit indicenda ipsis Reis.*
3 *Decreti forma traditur de indicenda purgatione canonica Reo.*
4 *Purgatio canonica oblata a Reis, quando sit recipienda necessario a Commissarijs.*
5 *Purgatio canonica coram quibus, & vbi facienda erit.*
6 *Purgandus per canonicam purgationem cum quot, & qualibus personis erit.*
7 *Forma iuramenti seruanda a compurgatoribus, dum intendūt infamatum suo testimonio purgare, nec non forma iuramenti ipsorum infamatorum traditur.*
8 *Purgationis canonicæ effectus quis, & quotuplex sit.*
9 *Commissarij procedētes ad sententiam solum ex præsumptionibus, tenentur temperare sententiam contra talem.*
10 *Deficient in purgatione aliter punietur, & sententia qualiter concipietur.*

1 ANimaduertant denique Commissarij, quod aliquando post accuratissimam inquisitionem factam pro reperiendo criminoso, ex deductis in actis resultat solum infamia contra aliquam personam: & si ex officio motus fuerit iudex ordinarius ad delegandum ipsis huiusmodi causæ cognitionem, non ad instantiam partis alicuius, tunc cum non possit de iure dici plenè constare de delicto contra aliquem, sed solum de infamia, & persona infamata alias esset grauis, & non infamis, nec solita delinquere, tunc non possent Commissarij contra eum ad torturam procedere: cum sæpè ortum habeat huiusmodi fama ab hominibus malignis, et si postea huiusmodi fama peruenerit ad aures proborum virorum; quapropter, & ipsi Commissarij in causis regularium, & clericorum secularium non omittent ritum ipsius Ecclesiæ obseruare contra huiusmodi infamatos, vt saltē talis infamia ex dictis testium resultans purgetur depositionibus aliorum testium (qui alias appellantur compurgatores) deponentium cum iuramento, se non credere dictum infamatum commisisse ea, de quibus infamatus reperitur, vt infra latius dicetur. Quapropter ipsis Commissarijs Deum timētibus erit ponderare qualitatem deponentium de fama, & ipsius infamati, & omni cura venari ex interrogatorijs ipsorum causam ortus ipsius infamiæ, vt ita conscientia possint decernere, an fuerit talis infamatus torquendus, vel ei indicenda purgatio canonica. His ponderatis si decreuerint ipsi infamato indicere purgationē canonicam, erunt a Commissarijs attendenda infertius statim ad vnguem obseruanda, sed vt facilius memoriæ illa commendentur, procedemus gradatim tradendo omnia cognoscenda ab ipsis, volentibus procedere ad indicendam purgationem canonicam, piè institutam a sanctis Pontificibus, & hucusque religiosè obseruatam in curijs Ecclesiasticis. Sed vt gradatim procedamus, hæc sex erunt a nobis examinanda, Quorum primum est, Quando fuerit indicenda purgatio canonica. Secundum, an sit semper recipienda a Commissarijs, si sibi ab infamato offeratur. Tertium, coram quibus purgatio fieri debeat. Quartum, cum quot, & qualibus debeat infamatus se purgare. Quintum, quæ forma iuramenti exhibendi a compurgatoribus sit seruanda. Sextum, effectus huius purgationis quis sit. Et huiusmodi quæstiunculæ sigillatim examinandæ erunt breuissimo stylo solito cum altiori, & pleniori de eadem materia scripsimus in peculiari titulo de purgatione canonica in nostra practica criminali canonica.

Purgatio canonica quando indicenda erit. §. 1.

COmmissarij sciant, quod non in omni casu, & causa erit purgatio canonica indicēda, sed solū in infrascriptis. Primo ei, qui laborat infamia publica de aliquo crimine apud bonos, & graues viros, si ortum non habuerit a
2 maleuolis, & detractoribus; & non fuerit accusatus de tali crimine ab aliquo, nec ex deductis in processu cōtra ipsum potuerit conuinci de tali crimine, licet remanserit adhuc infamatus, a & ratio istius decisionis est, quoniam sola huiusmodi infamia, quæ ex probabili præsumptione orta est, inducet purgationem, etiam nulla præcedente alicuius denunciatione. Non autem probationem delicti, & necessario

a *c. pèn. §. si ext. de purg. can. et ibi commu. per Doct. & glo. & in c. omnibus §. ipsa ergo, 2. q. 5. & ibi per Doct.*

cessat ò requirit, quod huiusmodi infamia ortũ habuerit ex probabilibus coniecturis, alias non esset necessariò alicui infamato a Commissarijs indicenda purgatio canonica. *a* Secundò canonica purgatio indicenda erit, quando in inquisitione facta de crimine contra aliquem ex depositione testium dicti crimini semiplena probatio resultasset, nec non suspicio contra ipsum. *b* Indicenda quoque erit purgatio, & tertiò a Commissarijs ei, qui fuerat accusatus de aliquo crimine, quod tamen in iudicio non fuerat plene probatum, & ex deductis in processu ille remaneret adhuc vehementer suspectus de tali crimine tam suo prælato, quam alijs monachis, & clericis secularibus, aut viris honestis. *c* Quartò indicenda erit ei, qui in iudicio de aliquo crimine se sponte prodiderit, & deinde de illo laborat verisimili suspitione. *d* Purgationem canonicam indicere debebunt Commissarij etiam ei, contra quem vnus, vel vna denũciasset aliquod crimẽ, si tamen ex ipso crimine apud homines graues resultasset infamia contra taliter denunciatum. *e* Sciant Commissarij, quod scrutatis depositionibus receptis contra aliquem super infamia, qua ipsum laborare peruenerat ad aures prælati ordinarij, eis delegantis, si reperierint eos posse indicere de iure infamato purgationem canonicam iuxta præscriptam normam, tunc mediante infrascripto decreto ei indicere, quam primum studeant.

a c. Presb. 15. q. 5. & ibi per Doctor. & in c. Cũ P. ext. de Purg. canon. & ibi per Doctores.
b c. Cum in iuuentute, de purgat. canon.
c c. inter solicitudines, §. attendentes, de purg. cano. & ibi per Doctores.
d d. c. inter solicitudines, & c. omnibus, §. ipse ergo, 2. q. 5. & ibi per Doct.
e c. Si quis §. & si, de purg. cano. & ibi per Doct.

Forma Decreti indicendæ purgationis canonicæ infamato talis erit.

CVm ex deductis in processu compilato cõtra D.... proco, quod erat infamatus de.... tam contra ipsum, quam in sui fauorem,
3 non potuissemus deuenire ad notitiam veritatis dicti criminis, sed solum quod adhuc per allata in sui fauorem dicti D.... non fuerit dicta infamia delata, immo in suo robore perseuerat; quare ipsi Reuerendi Commissarij inhærentes sacris Pontificijs constitutionibus indixerunt ipsi D.... purgationem canonicam manus sacerdotum compurgatorum infra spacium dierum.... prout præsenti decreto dictum terminum dierum... ad dictam purgationem faciendam indulgeat. Datum in monasterio ..., die ....

D.... Abbas
D.... Prior } Commissarij.

D.... Actuarius.

De purgatione canonica oblata à reis, recipienda à Commissarijs, uel non recipienda. §. II.

SCiant quoque Commissarij, quod aliquando rei subnixè obsecrant se admitti ad purgationem faciendam de obiectis contra eos criminib. & quoniam aliquando non erant audiendi, ideò
4 memores sint: quod in duobus casibus non erũt rei admittendi ad purgationem canonicam faciendam: sed contra eos procedendum pro vt iuris erit. Primus casus est, quãdo crimen, de quo quis est infamatus, est notorium, & eius notorietas constat, vel constare poterit in processu formato, vel formando contra ipsum, & ratio est: quoniam alias impediretur executio iustitiæ, & daretur ei occasio producendi falsos testes in suos compurgatores: *f* secundus vero casus est, quando adesset assecurator offerẽs se ad probandum huiusmodi crimen obiectum. *g*

f c. Significasti ext. de adult. & ibi per Doct.
g c. Cum dilectis, §. his igitur ver. dicitur, de purg. can. & ibi per Doctores.

Coram quibus sit facienda purgatio Canonica. §. III.

MEmores sint Commissarij, quod huiusmodi indicenda purgatio canonica facienda erit ab ipsis reis infamatis in publico coram
5 populo, si essent infamati apud populum, sed si essent infamati apud clerum, & huiusmodi purgatio esset indicenda, vt fiat corã clero, & vtroque coram ipsismet Commissarijs. Diximus forte faciendam ipsam purgationem canonicã coram ipsis Commissarijs: quoniam alias facta esset reiteranda, cum coram ipsis Commissarijs fuerit facienda de iure. *h*

h c. 2. de purg. c. c. de crimine si-bi, 15. q. 5. c. ex tuarum, de pur. cano. & ca. Nos inter, eod. tit.

Cum quot, & qualibus infamatus, cui indicta fuit purgatio canonica per Commissarios, debeat se purgare. §. IIII.

6 COmmissarij aduertant, quod Compurgatores esse debent eiusdem ordinis, & dignitatis, *i* cuius est infamatus ipse, cui purgatio canonica indicenda esset, si haberi commodè possent, sed si huiusmodi essent inimici ipsius infamati; tunc essent accersendi viri minoris dignitatis, aut ordinis, & etiam laici, si aliter fieri non posset, immo etiam mulieres religiosæ, & honestæ ad purgandum ipsum infamatum. Nã etiam per has poterit, quis purgari in defectu masculorum, *k* dummodo huiusmodi omnes cõpurgatores sint viri catholici vitæ probatæ, & cognoscentes eum, quem eorum testimonio intendunt purgare: etiam si temporis spatium adsit, in quo cũ eo infamato familiaritas habita fuerit ab eis. *l* De numero verò compurgatorum statur arbitrio ipsorum Commissariorum habito respectu ad qualitatem infamati criminis (de quo quis est infamatus) & testium deponentiũ de infamia ipsa, & personarum, quæ ex tali infamia fuerunt scandalizatæ. *m*

i c. De crimine, 15. q. 5. & c. omnibus, §. ipse ergo. 2. q. 5. c. inter, § attendentes, de purg. can. & ibi per Doct.
k d c. de Crimine, & d. c. sibi us.
l c. si legitimi, 2. q. 5. & d. c. omnibus in fin.
m c. significasti ext. de Adult. c. inter, §. Attendentes, & c. Cũ dilectus, & cap. Cum P. de purgat. canoni.

Forma iuramenti deferendi tam compurgatoribus, quam infamatis ipsis, quæ sit. §. V.

COmissarij præcipiãt iurare infamato prius coram ipsis compurgatoribus, qui infamatus purgandus præuio iuramento de dicenda veritate, his vel similibus verbis vti debebit.
7 Ego D.... iuro per Deum viuum, me non fecisse.... nec illud fieri mandasse alicui, nec fieri cõsuluisse, nec illud perpetranti fauorem, aut authoritatem dedi de..... faciendo, *n* & poterit addere, nec suo nomine factum, forsan ratum habui, *o* compurgatores verò iurare tenentur, quod ipsi credunt dictum D..... infamatum vera iurasse. *p*

n c. Presb. 2. qu. 4. c. omnib. in fi. 2. q. 5. c. In iuuẽtute, & c. inter, ext. de purg. ca. & gl. in c. Cum P. ext. de accus. & c. significasti eod. titul. & ibi cõiter per Doct.
o Arg. in ca. si quis viduã dist. 30. ca. Quoties, ext. de purg. ca. & ibi per Doct.
p Arg. in c. Cũ ad sedem, ex. de Regist. spol. & c. Quoties ex de purg. can. & ibi per Doct.

Purgationis canonicæ effectus quis sit.

COmmissarios volumus non fugiat effectus istius purgationis canonicæ: Qua propter sciant illos esse mirabiles. Nam si quis suã
8 purgationem ritè perfecerit, Commissarij fine aliqua mora relaxabũt suspensionẽ (si illa præcessisset) & absoluẽt eũ ab infamia criminis, de quo fuerat infamatus, & enuntiare tenebuntur ipsũ boni testimonij virũ, *q* si verò in huiusmodi indicta purgatione ipse infamatus defecerit, & tũc erit dilsu-

q c. Quoties, & c. de 7 estib. c. x. de purg. can.
r c. ex tuarum, de purg. canon.

Digitized by Google

a Arg. in ca. de hoc, & consinuatum, ext. de Simonia.
b Goffr. Host. & Pan. in cap. Accedens extr. de Accus.
c c. significasti, ext. de Adul. & ibi Doct.
d Arg. in c. Afferte, extra de Præsumpt. & ibi per Doct.

distinguendum: nam si fuisset accusatus de tali crimine, tunc veniet puniendus tanquam conuictus, a si verò præcessisset inquisitio, vel denunciatio; tunc ipsi Commissarij poterunt arbitrari pænam imponendam consideratis omnibus circunstantijs meritò ponderandis. b Idem dicitur, si ex officio Prælatus propter infamiam auditam commiserit de ipsa inquiri contra infamatum. Nam indicta purgatione a Commissarijs, si defecisset in ea ipse infamatus, puniendus erit pæna extraordinaria arbitrio Commissariorum, si fulminandi sententiam authoritatem obtinuissent ab ordinario Prælato: c sciant insuper Cōmissarij, quod in quolibet crimine procedentes
9 contra reum solum ex præsumptionibus, tenebūtur sententiam temperare, & sic non totam pænam imponere: d Vltimo loco aduertant Com-
10 missarij, quod si infamatus defecisset in purgatione canonica, veniet puniendus (vt dictū fuit) & sententiam concipient secundum formam paulò post tradendam mutatis mutandis, & eodem modo dicimus, si propter exhibitam perfectam purgationem canonicam reus (qui fuerat infamatus) venisset de iure absoluendus mutatis mutandis: vide ergo ibi.

De Purgatione Canonica. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio Canonica indicenda.*
2 *Purgationis Canonica definitio.*
3 *Modus seruandus in purgatione Canonica.*
4 *Sententia diffinitiua duplex.*
5 *Forma sententia post purgationem Canonicam.*
6 *Forma sententia diffinitiua.*

1 SI casus foret, vt quis infamia flagrans ad inquisitionem subijciatur, ex qua nihil certi habeatur; purgatio (vt alias diximus) curari debet. Quod quia inter monachos vsuvenire frequenter potest, eius instituendæ documentū ede re præsenti institutioni cōmodū afferre videtur.
2 Est verò eiusmodi purgatio probæ existimationis ob impositum crimen commaculatæ, ad satisfaciendum, & suspicionem funditus tollendā, legitima declaratio. In qua non solū ipse reus iuramentū (vt superius diximus) iurare debet: verumēt adesse debent compurgatores, qui iurēt se credere, q is non deierauerit. Istorum aūt cōpurgatorum numerus apud Doctores definitus videbatur. Nam pro Episcopo quilibet duodecim: pro sacerdote sex, &c. admittebāt. At modo (vt refert Host.) id totum in Iudicis arbitrio collocatum est. Erunt aūt ij (si fieri potest) eiusdem ordinis, & dignitatis, vt reus, nempè Decanus, Decanis, vel eminentioris gradus, spectatæ quoque vitæ (vt ex hoc ab omni periurio abhorrere videantur) neq; de generis nobilitate curandū est, mō in suscepto vitæ genere probè se gerant. Sic aūt procedendū erit. Constitutus D. Turpi-
3 lius a Flandria corā Reuerendiss. D. Iusto a Flādria Abbate, &c. Ciuitatis Antuuerpiæ, &c. reuerēter, atq; humiliter exposuit se paratū esse diuina ope præstare purgationē canonicā, & iniūctā, vt in sententia per suam Reuerendam Paternitatem lata die 19. Iulij.

Quam oblationem præfatus D. Iustus admisit, si, & inquantum de iure, asserens se paratū esse ad eam suscipiē iam iuxta canonicas sanctiones. Et illico detulit ei iuramentum de veritate dicenda, pro ratione latæ sententiæ. Atqui Do. Turpilius illico iurauit ad sancta Dei Euangelia

manibus tactis scripturis, se immunem esse a delicto, de quo susceptus est, & infamia fædatus, & etiam ab eius attentatione. Post iusiurandum prædictus D. Turpilius quinque compurgatores obtulit, videlicet.

D. Nicolaum, D. Ioannem, D. Innocent.
D. Felicem, & D. Antonium.

Quos quidem veluti idoneos D. Iustus admisit, atque eos ab omni periurio fore alienos iudicauit. His peractis, manifestabit compurgatoribus, quo de crimine D. Turpilius, & eius attentatione suspectus esset, & diffamatus, & quomodo iuramentum præstitit se expertem esse a crimine, & eius attentatione, &c. Ac postmodum obtulit iusiurandum D. Nicolao, interrogans eum de vita, & moribus D. Turpilij: qui manibus tactis scripturis iurauit ad sancta Dei Euangelia, quod cognouit eum recta vitæ institutione ornatum, & ab omni violentiæ specie abhorrentē: seque credere eandem veritatem iurasse. Atque hac ratione cum omnibus compurgatorib. vtendum est, eorū apposita subscriptione. Postea dicat, quibus habitis, Reuerendus D. Iustus prædictos compurgatores dimisit, commonefaciens D. Turpilium, vt tali die, & hora; quemadmodū iudici videbitur, adsit ad audiendum, & intelligendum suæ causæ vltimam explicationē. Hæc itaq; purgationis canonicę accōmodata ē ratio, vt ex Host. extra de purgatione Canonica hētur.

Sententia autem illa, quam doctrinę gratia definitiuam Iurisperiti appellarūt, bifaria vtiq;
4 ratione partitur. Nam aut ea reus absoluitur, aut condemnatur. Quocirca vtrusque exemplar adscribere minimè alienum videtur. Et primò quidem Iudicis exigit munus, vt diligenter in processu deducta excutiat, atque expendat, semper memor dominicæ sententię, quod iudicium fiet illi sine misericordia, qui non fecit misericordiā. Quæ vtique semper ipsi in iudicio superexaltanda est. His verbis sententiam proferat.

In Christi nomine. Amen.

DE vultu tuo Dñe iudiciū meū prodeat, & oculi mei videāt æquitatē. Nos D. Iustus,
5 a Flandria Abbas, &c. vel delegatus, &c. Ciuitatis Antuuerpiæ, &c. visa sentētia per nos, die 19. Iulij prolata, per q̄ d. D. Turpilio purgationem Canonicā pręstādā cōmisimus, super asserto delicto, vel eius attentatione per eum negatis, de quo, vel de quib. infamia, vel suspicione laborabat; animaduersaque purgatione corā nobis p eū præstita, considerataq; sacrorū Canonū dispositione, & regularū institutionū, omnib. ēt, & singulis diligentius ponderatis, maturaq; & accurata examinatione expensis; Christi nomine repetito, & sancti Spiritus nomine implorato, a quo cuncta, recta, & integra proficiscuntur, iudicia, vnū Deū aīo spectantes, definimus, decernimus, & declaramus D. Turpiliū purgationem ei impositā integrè, & canonicè pstitisse, quē post hac existimandū, & habēdū esse a delicto, et eius attentatione per eū negata immunē, de quo, vel de qua infamia, & suspicione erat maculatus; a quib. pręsentis vi sententiæ quatenus expedit, & opus ē, absoluimus, & liberamus, oī meliori mō via, forma, & cā quib. melius de iure fieri pōt.

Lata, lecta, & publicata fuit hæc sententia, die sexto Iulij 1577. in camera, &c. Dum adesset testes D. Nicolaus, & D. Antonius, ipso D. Turpilio annuente, & acceptante.

Ita est, ego D. Iustus Abbas, &c.

Locus sigilli.

Ita est, ego D. Nicolaus, & D. Antonius testes.

Digitized by Google

In Christi nomine, Amen.

6 De vultu tuo, &c. Nos D. Iustus Abbas, &c. Ciuitatis Nouariæ, &c. Viso processu per D. N. confecto in causa, qua D. Turpilius carnes edisse accusabatur: simulq; omnib. ipsi causæ adiūctis diligentius scrutatis, & perquisitis, omnib. testibus ex vtraque parte, videlicet D. N. Actoris, & D. N. Rei, accuratè consideratis, & excussis. Christi nomine repetito, & Spiritus sancti nomine implorato, à quo cuncta recta, & integra procedunt iudicia, solum vnum Deum animo spectantes, id reperimus, constare, videlicet duobus testibus, & contestibus, nulla varietate, adiunctis efficacissimis indicijs: quod dictus D. Turpilius regularia instituta, Patrumq; sanctiones, spiritu nequam ductus transgressus fuerit carnes nulla venia edens; quod etiam sacris sanctionibus, ne fieret, cautum est. Quocirca definimus, decernimus, atque declaramus, ipsum de hac re conuictum esse, & iustiuę paries exigere, vt vice pœnæ salutaris, comedat ter in pane, & aqua præsentibus monachis, vt eius exēplo ceteri ab eiusmodi criminib. abhorreant. Insuper & è suæ professionis gradu per mensem deturbatus taceat post omnes professos. Quę quidem facta esse volumus, omni meliori modo, via, forma, & causa, quib. melius de iure fieri pôt, &c. Reliqua omnia quemadmodum in alia ostensum fuit, peragantur. Nam duobus semper testibus, cum subscriptione sententiæ ferri debēt: simul cū iudicis subscriptione, & sigillo, adiunctis verbis illis, lata, lecta, &c.

De Purgatione Canonica. Cap. III.

S V M M A R I V M.

1 *Canonica purgatio antiquitus maximo in honore erat.*
2 *Summi Pontifices qui se Canonice purgarunt.*
3 *Apud Romanos erat in vsu purgatio.*
4 *Purgationis vsus penè abolitus hodie est.*
5 *Regulares inter Canonica purgatio maximè periculosa est.*
6 *Purgatio Canonica quare ita dicatur, & adinuenta sit.*
7 *Purgatio Canonica quid sit.*
8 *Quibus indici purgatio Canonica possit, ac debeat.*
9 *Regularibus indici Canonica purgatio potest.*
10 *Infamia, pro qua indicitur purgatio Canonica, vnde ortum habere debeat.*
11 *Accusatore, seu Denunciatore apparente indici purgatio nequit.*
12 *Si delictum notorium sit, non potest indici purgatio.*
13 *Purgatio canonica indici ad instantiam purgandi potest.*
14 *Quis Canonicam purgationem indicere possit.*
15 *Iudici ecclesiastico arbitraria ipsa purgatio est.*
16 *In eo loco indici purgatio debet, in quo purgandus noscitur infamatus.*
17 *Modus in Canonica purgatione seruandus.*
18 *Coram iudice facienda purgatio est.*
19 *Quid iurare purgandus debeat.*
20 *Si purgandus prælatus sit, quid iurare debeat.*
21 *Compurgatores quomodo, & quid iurare debeant.*
22 *Conditiones compurgatorum quę esse debeant.*
23 *Compurgator an repelli a purgando aliquo casu possit.*
24 *Iudex compurgatores neque impedire, neque repellere potest.*
25 *Neque illos cogere ad purgandum quemcunque.*
26 *Compurgatorum numerus iudici arbitrarius est.*
27 *Si leuis infamia sit, ipsius purgandi sufficit iuramentum.*
28 *Canonicæ purgationis effectus qui sit.*
29 *In purgatione deficiens, qua pœna puniri possit, ac debeat.*
30 *Canonicam purgationem subire qui renuit, quo modo tractandus sit.*
31 *Canonica purgatio non ita facile ab ecclesiasticis iudicibus indici debet.*
32 *A decreto Canonicæ purgationis an, & quomodo appellari possit.*
33 *Purgatus de aliquo crimine, an super eodem amplius molestari queat.*
34 *Modus indicendę purgationis.*
35 *Forma decreti pro indicenda purgatione.*
36 *Forma præstandæ, seu faciendæ purgationis.*
37 *Compurgatores informandi sunt de meritis caussæ, de crimine, &c.*
38 *Forma interrogandi eum, qui purgandus est.*
39 *Forma interrogandi compurgatores.*
40 *Forma sententiæ absolutoriæ pro Canonicè purgato.*
41 *Forma sententiæ condemnatoriæ contra illum, qui in purgatione defecit.*
42 *De Modo Canonicæ purgationis ad instantiam purgandi peragendæ.*
43 *Forma decreti pro indicenda purgatione ad instantiam purgandi ex processus meritis suspecti.*
44 *De Modo Canonicæ purgationis ad instantiam purgandi nullo existente processu peragēdæ.*
45 *Forma decreti pro indicenda tali purgatione.*
46 *Forma patentium literarum pro voluntarie purgato, vt supra.*

Decreueram equidem canonicæ purgationis tractationem in silentio pertransire: ete-
1 nim licet maximo in honore antiquitus fuerit huiusmodi constituta purgatio, ita vt summorū Pontificum nonnulli de grauioribus criminib. diffamati, qui tamen iudicari à nemine poterāt, ea publice se purgari ad populi scandalum remouendum fuerint minime dedignati.
2 Hoc de Damaso, Paschali primo, Simaco, Gregorio septimo, ac Pelagio primo affirmant Platina de vitis Pontificum. Campensis lib. 6. Hierar. eccles. c. 17. Brunus lib. 4. de hæreticis, cap. 11. ac ceteri, qui temporum illorum scripse-
3 runt historias. Et apud Romanos quoque priscis temporibus extiterit in vsu purgatio similis: cum enim consules apud, vel prætores de quocunque crimine accusatus aliquis erat; decem, aut plures Romanos ciues, ac nobiles deferebat, qui affirmabant illum bonę famæ, perfectæque vitæ, & conditionis fore; ac secre-

dere

dere illum falso accusatum fuisse, testatur id Flauius Blondus lib. 4. de gestis Romanorum.

4 Illius tamen vsus pene abolitus in quibuscunque tribunalibus, prærerquã in sanctissimo violatæ religionis officio hodie perfectè est; quemadmodum post alios affirmant Iulius Clarus li. 5. receptarum senten. q. 63. vers. solet etiam. Frãcis. Pegna coment. 38. in 3. par. direct. inquisit. & Alphon. Villagut. in pract. crim. can. lib. 6. tit. de purgat cano. concl. fin.

Eoque magis in animo illud statueram; cum
5 Regulares inter, apud quos charitas ipsa mirũ
in modum refriguit, periculosa huiusmodi purgatio maxime videatur, illa namq; nocens quilibet superiorem amabilem habens absolui; innocens quisque superiori inuisus condemnari facillimè posset. Quare cum fallax, incertaq; sit, ac detrimenti plus quam commodi afferre dignoscatur; ea Regularium iudicem vti vt probẽ, vel cõsulã adduci nulla rõne possũ. Verũ.n. verò huic tractatui, quod ab huiuscemodi iudice, quẽ instituendum suscepi, desiderari queat, aliquid forte desit; de ipsa canonica purgatione breuiter ac dilucide, vel inuitus pertractabo.

6 Canonica itaque purgatio, quæ ita nuncupatur propterea quod a sacris canonibus adinuenta fuit, atque statuta, vt illa eorum pateficeret innocentia, vel malitia, contra quos obiecta crimina, vel notæ, quorum laborabant infamia, vel su
7 spicione, plene probari minime possent. Innocẽtiæ ostensio est alicuius crimine, vel nota infamati, aut suspecti ipsius, compurgatorumque coram iudice competenti præstita iuramento, elicitur ista definitio ex Raym. & Hostien. in summa. tit. de purga. can. § 1. Pegna d. consil. 14. Victorino Ancrsano, cap. 29. num. 2. in mõ procedendi in causis Regular. Villag. loc. cit. concl. 1. ac Martino Delrio lib. 5. disquisit. magic. sect.
8 13. Ex illaque habetur, quod eis indici a iudice ista purgatio potest. Vel qui de crimine, de quo bonos apud, grauesque viros infamati sunt, neque testibus, neque facti euidentia, neque propria confessione conuinci queunt, quare infamati manent, deficitque accusator, aut denuntiator probationes adducens o presbyter. 2. q. 5. ca. 1. & seqq. de purgat. canon. cap. inquisitionis, §. quæsiuisti de accusat. gl. cap. 2. verbo accusatores, de purg. can. Panor. ibid. Diaz in prax. crim. can. cap. 150. ver. Deficiente vero legitima probatione, num. 1. Petrus Follerius item in pr. cri. can. cap. 34. num. 8. Tab. verbo purgatio, num. 3. Villag. vbi sup. concl. 6.

Vel qui accusati quidem, aut denunciati fuere, sed crimen contra illos plene probatum non est, ex quo suspecti viros apud honestos, aut apud iudicem ipsum de tali delicto manent, cap. omnibus, 2. q. 5. c. quoties, & seq. de purg. can c. de crimine, 15. q. 5. gl. Innoc. & Abb. in c. ex parte, de offi. iud. ordin. Ant. de Butr. c. tua, de cohabit. cler. & muli. Archid. in cap. omnibus, cit. Felio in cap. literas de præsumpt. Sonc. 10 l. at prætor. ff. de iureiur. in principio ver. circa secundum.

Vel propter notam irregularitatis, cap. accedens, de purg. can. glos. ibid. dd. Spec. tit. eod. ver. item nota. Villag. loc. cit. concl. 2.

9 Et nedum clericis secularibus, verum etiam Regularibus infamatis, aut suspectis potest indici purgatio, arg. cap. Moniales, de purg. can. gl. & DD. ibidem.

10 Aduertat porro ipse Regularium iudex, quod infamia, pro qua indicenda canonica purgatio est, ducere ortum a maleuolis inimicis, ac detractoribus minimè debet: verum a probis, honestis, aut beneuolis, c. in cunctis 11. q. 5. & c. penul. de purg. can. alioqui purgationẽ nequit indici, probat Aret. in c. at si clerici, de iudicijs, quẽ sequitur Diaz loco cit. Folle. d. c. 34. num. 26. & alij. Quam infamiam in actis probatam fore necesse est eo, quo dictum est modo cap. 16. nu. 92. & 93.

11 Quod si accusator, aut denunciator appareat, qui tale crimen, de quo infamatus est quis eidem obijciat offerens probationem; canonica purgatio pro tali delicto indicenda non est infamato, arg c. si quis. iuncta gl. de purg. can. Abb. eod. cap. & c. moniales, eod. tit. Foll. vbi sup. nu. 28. Vill. concl. 11.

12 Quemadmodum neque iodici potest, si delictum notorium sit, cap. cum dilectis, de purg. can. §. his igitur circa finem, glo. Abb. & DD. ibidem, Tab. verbo purg. num. 3. verũ in his vtrisq. casibus procedendum est, vt supra diximus cap. 16. cit. cum de accusatione, denunciatione, atque notorijs criminibus habita verba sunt.

13 Indici quoque ad purgandi ipsius instantiã potest, nempe cum aliquis, vt contra se ortã infamiam tollat, instanter se purgari à iudice petit, c. cum in iuuentute, de purg. can. quo casu minor compurgatorum numerus requiri videtur, quã in purgatione a iudice ex officio indicta requireretur, arg. c. eod. §. ceterum.

14 Superior, siue iudex quiuis ecclesiasticus ꝓprio subdito modo, quo supra dictum est, infamato, vel suspecto canonicam indicere purgationem, eundemque ad se illa purgandum cogare potest, cap. nos inter, & cap. inter sollicitudines, de purg. canon. & cap. si mala, 2. q. 5. & ibi
15 DD. nemine contradicente. Cuius ecclesiastici
iudicis arbitrio relicta est purgatio indicẽda cuique, prout illi prędictis in casibus visum fuerit expedire, cap. significasti, de adulterijs, & c. inquisitionis, §. quæsiuisti, de accusat. Host. cap. cum in iuuentute, de purg. can. Præpo. in c. ha-
16 bet, 2. q. 5. Illo attamen in loco indicere purga-
tionem debet ecclesiasticus iudex, in quo purgãdus noscitur infamatus, c. inter sollicitudines citat. de purg. can. arg. cap. si peccauerit, 2. q. 1. cap. Menam, ead. causa, q. 5. cap. ibi 3. q. 6. & c. illud 23. dist. Abb. c. inter sollicitudines cit. Frãc. Pegna com. 38. in 3. par. direct. inquisito. versu. considerandum est etiam.

17 Modus autem in peragenda canonica purgatione seruandus hic est. Purgandus in termino sibi per iudicem assignato tot compurgatores, qui eum purgent inuenire debet, quot ex iudicis præscripto ab eodem sunt producendi; quib. inuentis significare iudici debet, se compurgatores habere, paratos ad se ipsum de crimine, de quo infamatus est, vel suspectus, vel etiã de nota, quæ inuritur ei, purgandum; petens, ac instãs vt ad huiusmodi purgationem illi placeat de-
18 uenire cotã iudice namq; facienda purgatio est,
cap. de crimine, 15. q. 5. & si publica infamia esset, publicè quoque purgationem fieri oporteret, c. omnibus, 2. q. 5. & cap. illud, 23. dist. glos. in summa, verbo cogendus, 2. q. 5. & cap. 1. ver. publico, 15. q. item 5. Arcbid. in cap. illud, cit. 23. dist. Iudex vero illius annuens petitioni, ad iniunctam ei purgationem illum admittere, ac procedere debet.

19 Qui purgandus coram iudice constitutus iurare debet se tale delictum, de quo infamatus est, vel suspectus, minimè commisisse, & si de-

lictum

lictum eiusmodi sit, quod per alios perpetrari queat; iurare debet ipse purgandus tale delictũ se neq. per seipsum, neq; per alium quemlibet perpetrasse. cap. quotiens, cap. de testibus, & c. fin. de purgat. can. glo. & dd ibid. Specul. & Hostien. tit. de purg. cano. §. qualiter fieri debeat. Foller. d. cap. 34. nu. 9.

20 At verò si Prælatus existat, qui purgandus est, vt episcopus, Abbas, Prior, & huiusmodi, criminisq. infamia, suspitiove orta post adeptam fuerit dignitatem; ita simpliciter iurare illum se a tali crimine immunem esse certe non sufficit: verum illi iurandum est, se a crimine illo etiam post adeptam dignitatem innocentem fore, seu tale minime perpetrasse crimen cap. si. de purg. cano. glo. & Abb. ibidem.

21 Compurgatores deinde sigillatim admittendi coram seipso a iudice sunt, qui iurare & ipsi quoque debent, se credere talem purgandum verum affirmasse, quando iurauit se a tali crimine, de quo infamatus noscitur, vel suspectus, immunem fore, cap. quotiens, cap. de testibus. & cap. si. citatis. Pegna d. comment. 14. in 2. par. direct. inquisito. ver. & seruantes iustitiam. Abb. c. 1. de purga. can. & dd. communiter. Aut iurare teneantur se certo credere, quod ille purgandus crimen, de quo infamatus est, vel suspectus nequaquam perpetrauit. c. constitutus, eod. tit.

Qui compurgatores vt apti ad munus illud præstandum esse queant, nonnullas habere con
22 ditiones vtique debent. Namque primo eiusdem ordinis, vel dignitatis cum eo, qui purgandus est (si fieri potest) esse illos oportet. Sin minus ordinis proximioris, vt pro prælato, prælati, vel discreti. pro sacerdote, sacerdotes, vel diaconi, & ita de reliquis. Quod si tales inuenire minime sit, alij ordinũ inferiorum poterunt adhiberi. c. si legitimi. & c. omnib. 2. q. 5. argum. cap. quotiens, c. inter sollicitudines, & c. in iuuentute. de purga. cano. & si huiusmodi quoque desint; Laici, atque etiam honestæ mulieres hoc munus præstare poterunt. docent id, atq; probant gl. fi. in c. cum in iuuentute ci. Siluester verbo purgatio. q. 5. Abb. c. inter sollicitudines ci & Diaz vbi supra. num. 6.

Secundo Compurgatores honestæ vitæ, bonæque opinionis esse necesse est, cap. cum P. Manconcella. de purga. cano.

Tertio ab ecclesia saltem debent esse tolerati. cap. constitutus. iuncta glo. eod. tit.

Quarto de crimine aliquo condemnati esse minime debent. eod. c. constitutus.

Quinto vitam, & conuersationem illius, quẽ purgare debent, notam habeant, necesse est, cap. cum P. Manconcella ci.

Sexto iuxta sui conscientiam iurandum illis est, se credere purgandum iurasse veritatem; siue crimen illud minime perpetrasse, vti dictum superius est.

Septimo huiusmodi esse debent, quos neque amore, neque odio, neque alia quauis passione, sed neque pecunia, promissioneve ad hoc munus præstandum moueri existimandum sit. c. cum P. Manconcella ci.

Allatæ conditiones præterquam quod iurib. probantur adductis; eliciuntur quoque ex Pan. in d. c. constitutus. de purga. cano. ex Repertorio inquisitorum ver. purgatio. §. nota quod in compurgatoribus ex Iacobo Simanca lib. de cathol. insti. tit. 56. num. 11. ex Vmberto Locato in praxi iudiciaria. verbo purgatio, num. 9. ex Camillo Campegio ad Zanchipum. c. 41. ex Tabi. & Ang. verbo purgatio. in principio. & ex Villag. tit. de purg. can. concl. 18.

Illud autem hoc loco aduertendum est; quod
23 si ab alijs compurgatoribus eorum alicui crimẽ per modum exceptionis obijceretur ac probaretur, ex quo grauata illius opinio remaneret, hic repelli a iudice vtique posset velut illegitimus compurgator. arg. cap. testimonium in fine. de testibus. glo. ca. constitutus cit. verbo condemnati. de purg. cano.

24 Alter huiusmodi compurgatores conditionibus allatis suffultos neque impedire, ne id muneris præstent, neque repellere vlla ratione potest, vel debet ipse iudex cap. cum P. Manconcella cit de purga. cano.

25 Illos tamen ad quemlibet purgandum cogere nequit, si illi sponte purgare noluerint, c. eod. Villagut. loc. cit. concl. 20.

26 Compurgatorum vero numerus iudici arbitrarius est, cap. omnibus, 2. q. 5. cap. ex tuarum, & cap. inter sollicitudines cit. de purg. cano. glo. cap. 1. eod. tit. verbo duodecim Pan. in c. cum in iuuentute cit. Bernardus Commensis in Lucer. inquisi. verbo purgatio. §. 3. Siluester ver. eod. q. 5. & alij communiter.

Qui iudex criminis, infamiæ, suspitionisue, atque personæ purgandæ habito respectu, & considerata qualitate, pro sui prudentia tot cõpurgatores iniungere ipsi debet purgando, quot inueniri ab eo facile possint. Abb. in c. inquisitionis. de accusa. Fran. Pegna d. com. 14. loc. cit.

27 Qui compurgatores necessarij minime sunt, quando infamia, vel suspitio leuis est: verum eo casu ipsius purgandi sufficit iusiurandum. Foller. d. cap. 34. num. 29. arg. cap. quanto. 2. q. 5.

28 Canonicæ autem purgationis effectus ille profecto est, q. qui se illo quo dictum est modo purgauerit, nempe tum proprio, tum assignatorum compurgatorum iusiurando, vtique absoluendus est; ab eoque crimine, de quo infamatus fuit, siue suspectus, declarandus immunis. cap. ex tuarum. de purga. cano. gl. & DD. ibid. nemine contradicente. Villagut. consil. 27.

29 Qui vero in purgatione defecerit, Vel quia ipse nõ eo modo, quo debebat, iurauit; Vel quia tales compurgatores quales eidẽ iniuncti fuere nequaquam inuenit; Vel quia compurgatorum numerũ assignato minorem adhibuit; Vel etiã quia compurgatores eo quo dictum est modo iusiurandum præstare noluerunt. de crimine, de quo infamatus est, vel suspectus, velut cõuictus condemnari, pœnaque tali delicto condigna puniri potest, ac debet. cap. cum P. Manconcella. & cap. inter sollicitudines cit. de pur. cano. glo. & Abb. ibid. Hostien. in summa, tit. eo. nu. 9. 10. & 11. Archid. in cap. accusatus. de hæreticis. in 6. Specula. tit. de purgat. cano. §. viso igitur. Pegna loc. cit. idque doctorum nemo nõ affirmat.

Mitius tamen agendum est, si per viam inquisitionis, quam si per viam accusationis procedatur, vt optime docet Andreas Tiraquellus tract. de pœnis temperandis, aut remittendis, can. 53.

Quare accusationis via procedens ipse iudex, accusatum suspectum in canonica purgatione deficientem ordinaria debebit pœna mulctare, at vero si per aliam quancunque viam procedat, extraordinaria pœna infamatum in purgatione deficientem punire vtique pro libito poterit; quod æquitati valde conforme esse videtur, idque docent, ac probant Panorm. in cap. accedens, de accusat. Tabien. verbo purgatio, num. 3.

num. 3. Angel. eo. num. 4. Siluester. eo. quæst. 7.

30 Si quis autem se purgare iussus noluerit, non propterea habendus pro conuicto est; verum donec se purgauerit suspendi, ant excommunicari debe; & si per annum in excommunicatione perstiterit, haberi tunc pro conuicto debet. Abb. in cap. cum P. Manconcella. cit. de purgat. cano. arg. c. excommunicamus itaque. §. qui autem. de hæreticis.

31 Canonica itaque purgatio tam periculosa cũ sit, tamq; fragilis, fallax, & incerta, quippe quæ ab hominum solo iudicio pendeat; non ita facile ab ecclesiasticis iudicibus indicenda est affirmant id, prudentissimeque monent Fr. Pegna comment. 14. cit. ver. penul. in 2. par. dir. inquisit. ac Ignatius Lopez de Salzedo in annota. cap. 150. prac. cri. cano. Diaz. §. 2. Tutius est inquit Pegna ad alias pœnas, aliaque rem. dia confugere. Quam sententiam ego quoque velut rationi magis consonam, tutioremque amplexatus cap. 18. num. 11. docui Regularem, contra quem indicia vehementia sunt, (quæ attamen meridiana luce clariora esse, & in actis constare debent) extraordinaria pęna mulctari posse. Seculares autem personæ tam clerici, quam laici huiusmodi suspitionem, infamiamve ipsa purgare tortura solent. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. fin. q. 63. ver. licet autem. circa finem.

32 Et cum res adeo grauis canonica purgatio sit, a sententia, siue decreto, quibus indicitur alicui, prouocari vtique potest, cap. nunc inter. de pur. cano. gl. Abb. ceterique dd. ibi. Simancas de cathol. insti. ti. 56. nu. 25. si tamen appellandi caussa rationabilis adducatur, qualis esset, si modus excederetur in ipsa; quia ex. gr. iudex tot, talesq; compurgatores assignaret, qui reperiri ab eo, qui purgandus est, minime possent, neque rogatus mitius agere vellet, aut si alias vere, seu probabiliter grauaretur ipse purgandus, gloss. in d. cap. nos inter. verbo appellauerit. Simancas loc. cit. & alij communiter.

33 Purgatus vero de aliquo crimine propter infamiam inquisitionis via, de illo eodẽ amplius inquisitione molestari non potest. Simili modo propter suspitionem ex accusatione ortam accusationis via processu formato purgatus, de illomet crimine amplius accusari nequit, glo. cap. ex tuarum. verbo absoluas. de purga. cano. Hostien. in summa titu. eod. §. an purgatus. Abb. in cap. ex tuarum cit. Cuius doctrinæ illa potest afferri ratio; etenim iuramentum maiorem auctoritatem cum habeat, quam res iudicata. l. 2. ff. de iureiur. & idem iuramento consequamur, qood per sententiam ff. eo. l. sed si. §. si cum de hęreditate, canonica profecto purgatione, quæ sine iuramento non est, purgatus; velut per sententiam quæ in rem transijt iudicatam absolutus, amplius molestari non poterit.

Quod maxime verum tunc erit, cum suspectus, infamatusve fuerit plene, atque perfecte purgatus, nempe quia ipse, vt erat necesse, iurauit; & probos, ac fide dignos sui, vel saltem ordinis proximi compurgatores adhibuit.

De *Modo canonicæ purgationis ex officio indicendæ, atque peragendæ.*

NVnc reliquum est canonicæ purgationis tum indicendæ, tum peragendæ praxim, ac formam contradere; vt Regularium iudex, quomodo in his dato casu procedere possit, agnoscat. Cum autem purgatio indicatur, atq; perficiatur aut ex officio, aut ad purgandi ipsius istantiam; de vtriusque modo, ac praxi pertractandum est, primo quidem de illa, quæ indicitur ex officio; de illa postmodum, quæ ad petitionem illius, qui purgari debet, indicitur.

34 Processus itaque meritis consideratis Regularium iudex consultorum, seu discretorum cõsilio adhibito, si ei constiterit Reum inquisitum criminis infamia laborare, aut ex perfectæ, plenæque probationis defectu Reum accusatum de crimine suspectum remanere; neque aliter illum de tali delicto posse cõuinci, vel ab eo immunis agnosci; canonicam purgationem eidem pro libito indicere poterit, formans decretum hoc modo.

Forma Decreti pro canonica purgatione indicenda.

35 NOs D. Alphonsus Bouosius Prior S. Saluatoris De Bononia. Cõsiderantes quod meritis processus coram nobis, discretisque nostris formati contra D. Innocentem de Infortunatis de tali furto inquisitum vt supra, ipse D. Innocens neque confessus, neque conuictus de illo est: sed tantum de eodem legitime, ac veraciter apud nos, & huius Monasterij patres diffamatus. Idcirco ad huiusmodi tollendam infamiam, discretorum prædictorum habito consilio, Tibi præfato D. Innocenti in pręsentia nostra constituto canonicam indicimus purgationem prout de iure, assignantes tibi diem Veneris proxime futuri, quę erit septima huius Mensis Decembris post Vesperas; in qua coram nobis, discretisque nostris prædictis comparere debeas ad infamiam, de qua supra, per te purgandam, ac per quinque canonicos, qui sint bonæ opinionis, & famæ; & vitam, conuersationemque tuam non iam moderno tempore, quã præterito probe nouerint: Significantes, quod si in purgatione defeceris, te pro conuicto de furto iuxta canonicas sanctiones habebimus. Latum, & intimatum fuit hoc decretũ die 3. Mensis Decembris. 1612.

Qui D. Innocens præsens vt supra decretum prædictum acceptauit, ac se purgaturum, compurgatoresque iuxta eiusdem decreti præscriptum adducturum tempore statuto promisit.

Forma canonicæ purgationis peragendæ.

36 DIe 7. Mensis Decemb. post Vesperas corã præfato D. A. Priore &c. illiusque discretis comparuit D. Innocens, de quo supra, & humiliter exposuit se ad purgationem sibi indictã fore paratum; & pro compurgatoribus nominare D. B. D. C. D. E. D. F. & D. G. petens, ac instans. vt ad huiusmodi purgationẽ deueniatur.

Quo audito idem P. Prior illius oblationem, petitionem, ac instantiam admisit si & in quantum prout de iure. Compurgatoresque nominatos vocari mandauit.

Quibus præsentibus, & coram se constitutis versus ad præfatum D. Innocentem illum.

Interrogauit. An eos cognoscat, & an ijdem sint, quos ipse nominauit.

Qui D. Innocens.

Respondit. (Padre si ch'io li conosco, e sono quelli apunto, ch'io ho nominati per miei compurgatori.

37 Tunc præfatus P. Prior, vt dicti compurgatores nossent, quid agerent, processus merita, crimen

Digitized by Google

crimen, de quo dictus D. Innocens diffamatus existit, caussamque talis infamiæ per ipsum contractæ illis exposuit, ex qua necesse fuit ad canonicam purgationem deuenire indicendam eidem; quæ in eo consistit, vt ipse purgandus iuret se tale crimen, de quo laborat infamia, minime commisisse, compurgatoresque iusiurando affirment se credere ipsum verum iurasse.

38 Quibus compurgatoribus annuentibus, ac dicentibus se ad id fore paratos, præfatus P. Prior præsentibus dictis Monasterij discretis, compurgatoribusque præfatis dicto D. Innocenti coram se constituto sacrosanctis Euangelijs in illius conspectu positis detulit iuramentum de veritate super interrogandis dicenda; prout dictus D. Innocens ijsdem Euangelijs tactis iurauit. & Inter. An tale furtum, de quo inquisitus fuit, ac infamatus, perpetrarit.

Resp. Io non ho commesso tal furto in conto alcuno, e ne sono innocentissimo.

Qua responsione habita præfatus P. Prior dictum D. Innocentem ad propria dimisit. Post cuius discessum idem P. Prior compurgatores interrogauit, An probe intellexerint ea, quæ D. Innocens iurauit.

Qui Responderunt. Habbiamo inteso il tutto benissimo.

39 Huiusmodi habita responsione præfatus P. Prior illos dimisit, retento D. B. Qui D. B. compurgator nominatus coram eodem P. Priore, discretisque prædictis constitutus, & iuramento ei delato de veritate super interrogandis dicenda, prout tacto pectore (vel scripturis, si non est sacerdos) iurauit, & ad opportunas interrogationes respondit vt infra. videlicet.

Inter. An D. Innocentem prædictum cognoscat, & a quo tempore.

Resp. Io lo conosco molto bene, e sono da diece anni, ch'io ho prattica di lui.

Inter. Quomodo illum cognoscat.

Resp. Perche sono stato con lui in Fano, in Ferrara, in Rauenna, e qui.

Inter. An amore, vel aliqua passione, vel etiã promissione sibi a D. Innocẽte, alioue facta moueatur ad illum purgandum.

Resp. Io mi muouo a ciò e per verità, e per esser stato richiesto da lui, e non per altro.

Inter. An credat illum verum iurasse.

Resp. Io credo certamente di sì, perche l'ho conosciuto sempre per huomo da bene.

Quibus habitis præfatus P. Prior illum dimisit.

Eadem die vocatus D. C. alius compurgator nominatus, & coram præfato P. Priore, illisq; discretis constitutus, & iuramento ei delato &c. vt supra.

Compurgatores omnes eodem modo examinabuntur sigillatim vocati, vt supra. Quorum habitis responsionibus ad sententiam definitiuam iudex deuenire debet, illa obseruando, quę de sententia proferenda superius dicta sunt, c. 20. & si quidem se purgauerit, pro eo absolutoria sententia poterit hoc modo formari.

Forma sententiæ absolutoriæ pro canonice purgato.

40 CHristi nomine inuocato. Visis, ac diligenter discussis omnibus, & singulis in caussa, & caussis coram nobis, discretisque nostris actitatis contra D. Innocentem de Infortunatis, de & super tali furto, de quo in inquisitionis processu a nobis propterea fabricato; cum nihil cõtra d. D. Innocentem super tali furto appareret nisi grauis infamia de ipso; habito discretorum nostrorum consilio, super ea canonicam illi pur gationem indiximus. qua cum optime iuxta canonicas sanctiones purgatus fuerit, Deum præ oculis habentes, vt de vultu illius nostrum iudicium prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, per hanc nostram definitiuam sententiam,

Christi nomine repetito, Dicimus, sententiamus, declaramus, definimus, & pronunciamus d ctum D Innocentem a tali furto esse immunem, & propterea ipsum ab eo, illiusque infamia, vel suspitione absoluendum fore, & esse; prout illum absoluimus, ac liberamus, & absolutum, atque liberatum esse declaramus ocdũ prædicto; sed & omni meliori modo, &c.

Lata, lecta, & publicata fuit ista sententia Bononiæ die 8. Mensis Decembris. 1612. in camera solitæ residentiæ præfati P. Prioris, præsentibus D. P. & D. R. testibus ad hoc vocatis, & rogatis.

Ita pronunciaui ego D. A. Prior. &c.

Quod si in probatione defecerit ipse Reus, condemnatoria contra illum sententia ferenda est, quæ poterit hoc modo formari.

Forma sententiæ condemnatoriæ contra deficientem in purgatione.

41 CHristi nomine inuocato. Visis, ac diligenter discussis omnibus, & singulis in caussa, & caussis coram nobis, discretisque nostris actitatis contra D. Rapacem de Rastellinis de, & super tali furto, de quo in accusationis processu a nobis propterea fabricato; cum dictus D. Rapax licet de tali furto neque confessus, neque conuictus existeret: remaneret veruntamen de illo valde suspectus; habito discretorum consilio, super huiusmodi suspitione canonicam illi purgationem indiximus, in qua cum ipse defecerit, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, per hanc nostram definitiuam sententiam,

Christi nomine repetito, Dicimus, sententiamus, declaramus, definimus, & pronunciamus dictum D. Rapacem, velut de tali furto iuxta canonicas sanctiones conuictum, condemnandum, atque puniendum fore, & esse; prout illum condemnamus ad carceres per sex menses proxime futuros ab hodierno die incipiendos. in quibus die quolibet Veneris solo pane, & aqua reficiatur, ac septem psalmos pœnitentiales cum litanijs, & precibus recitare teneatur. Reseruantes nobis ex certa scientia, & expresse, quatenus dictam pœnam mitigare, mutare, vel in totum relaxare valeamus si, & quando nobis visum fuerit expedire, & id nedum prædicto; sed & omni meliori modo, &c.

Lata, lecta, publicata, &c. vt supra.

Ita pronunciaui ego &c.

De Modo canonicæ purgationis ad instantiam purgandi præstandæ.

42 REgularis quicunque de crimine quolibet infamatus, aut suspectus dupliciter se purgari a iudice petere potest.

Vel

Digitized by Google

Vel existente processu contra illum fabricato, cuius meritis ob vehementem suspitionem extraordinaria timet pœna mulctari, iuxta ea, quæ dicta sunt cap. 18. nu. 11.

Vel nullo existente processu, vt infamiam de aliquo delicto contra se ortam hoc remedio tollat.

Vtcunque petat, monendus a iudice de periculo est, argum. cap. cum in iuuentute, §. 1. in fine de purg. cano. Si autem in petitione persisterit.

Si priori ductus ratione petat canonicam sibi purgationem indici; omnia, quæ superius dicta sunt, obseruari debent, ea ratione: quia cum processus meritis aut pœna extraordinaria plecti, aut canonice purgari debeat: canonica sibi purgatio a iudice indicatur, ac peragatur, vel ex officio, vel ad purgandi ipsius instantiam, eodem ritu, ac modo indicenda, & peragenda profecto est.

Decretum autem illius indicendę poterit hoc modo formari.

Forma Decreti pro indicenda canonica purgatione ad instantiam purgandi existente processu.

43 NOs D. A. Prior &c. Cum ex meritis processus coram nobis, discretisque nostris fabricati contra D. N. de, & super tali delicto, de quo idem fuit accusatus, ipse neque confessus, neque conuictus plene repertus fuerit: sed tantummodo vehementer suspectus; ad huiusmodi suspitionem tollendam dictus D. N. multoties petijt, ac institit, vt sibi canonicam indiceremus purgationem. Quare huiusmodi importunitate moti, Tibi præfato D. N. in præsentia nostra constituto canonicam indicimus purgationem, &c. vt supra num. 35.

In sententia quoque siue absolutoria, siue condemnatoria, canonicam illi purgationem ad ipsius instantiam, petitionemve indictam fuisse apponendum est.

44 Quod si posteriori de caussa motus canonicam sibi petierit purgationem indici, nullo videlicet contra ipsum existente processu; aliter procedendum esse censeo. arg. cap. cum in iuuentute cit. §. ceterum, ac eorum, quæ superius a nobis dicta sunt hoc eodem cap. nu. 13.

Idcirco data casu, illius indicendæ decretum sequenti modo formari vtique poterit.

Forma Decreti pro indicenda canonica purgatione ad instantiam purgandi nullo existente processu.

45 NOs D. A. Prior &c. Cum D. N. de tali crimine se apud Monasterij huiusce patres nouerit infamatum; licet super eo nullam a quouis molestiam patiatur: quia tamen curam illi de nomine bono iuxta sapientis consilium est; multoties coram nobis comparuit, petijt, ac institit sibi per nos propterea canonicam purgationem indici; vt hoc remedio ab infamia contracta liberaretur. Qui sæpe monitus a nobis cum fuerit de maximo periculo, in quem ex tali purgatione, si in ea deficeret, incurrere posset; in sua nihilominus petitione, instantiaque perseuerare non destitit. Quare non iuris necessitate: sed petentis importunitate compulsi, Tibi D. N. quam petis canonicam indicimus purgationem coram nobis, discretisque nostris per te cum tribus canonicis viris probis, ac fide dignis, qui vitam, & conuersationem tuam probe nouerint, peragendam: quatuor proximorum futurorum dierum terminum tibi assignantes, intra quem cum tibi libuerit, purgare te poteris, &c.

Dat. Bononiæ in Monasterio nostro S. S. die 6. Decemb. 1613.

Cum autem purgatus fuerit, pro illo patentes literæ innocentiæ ipsius declaratoriæ poterunt hoc modo formari.

Forma Patentium literarum pro voluntarie purgato nullo existente processu.

46 NOs D. A. Prior &c. Vniuersis præsentes literas inspecturis, atque lecturis salutem in domino. Regulares personas in Dei sortem electas, & a seculi coinquinationibus segregatas oedum a crimine, verum & a criminis quoque suspicione esse decet immunes, dicente domino; Sancti estis, quoniam ego sanctus sum. Propterea cum D. N. Monasterij nostri canonicus, & sacerdos apud eiusdem Monasterij patres de tali delicto infamatus fuisset, neque aliter dictam infamiam a se tollere posset; multoties a nobis petijt, ac institit se iuxta canonicas sanctiones purgari. cuius importunæ assentientes petitioni, canonicam ei purgationem indiximus; qua cum optime, plene, atque perfecte se se purgauerit, illum iuxta canonicas easdem sanctiones a tali delicto, de quo infamatus fuit, declaramus fore, & esse immunem; neque illi diffamationem huiusmodi officere aliquo modo posse, aut debere. In quorum fidem, &c. Dat.... in Monasterio..., Die.....

DE SENTENTIIS.
Tit. XXIV.

De forma decreti citationis Rei ad audiendam diffinitiuam sententiam, & de forma ipsius sententiæ. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij qua forma verborum vti debebunt in citando Reo ad audiendam sententiam diffinitiuam super causam promulgandam.*
2 *Relatio citationis facta quomodo concipiatur.*
3 *Commissarijs suadetur, vt in causa criminali grauissima non pronuncient ex se sententiam non præuia confabulatione, & voto consultoris in vtroque iure periti, & optimi criminalistæ.*
4 *Titulus sententiæ quomodo describatur.*
5 *Forma sententiæ diffinitiuæ describenda, & promulgandæ traditur, vna cum alia solemnitate requisita in eius promulgatione.*

POndaratis deductis pro parte D.... Rei in sui defensam, & omnibus alijs in processu
1 compilando productis, ac probatis, visum fuit ipsis Reuerendis Commissarijs mandare, vt citetur D........ & D....... aduocatus, & procurator ipsius ad audiendam sententiam promulgandam in Monasterio.... Pro Die.... Mensis..... Anni..... prout præsenti decreto citantur. Datum in monasterio.

D....

D.... Abbas
D..... Prior } Commissarij.
D...... Actuarius.

Relatio intimationis dictæ citationis. Die....

Cùm per me D....... actuarium infrascriptum fuisset intimatum suprascriptum decretum citationis D..... Reo, & D...... Aduo-
2 cato, & Procuratori ipsius, in fidem manu propria me subscripsi. Die quo supra. Idem D..... actuarius manu propria.

Et cùm præmissis omnibus, de quibus latissimè in præcedentibus capitulis habitus fuit sermo, aliud superesse non videatur: nisi quòd ipsi Reuerendi Commissarij procedant ad promulgandam sententiam, quæ velim, quòd semper
3 fieret cum consilio Doctoris Deum timentis, etiam si ipsis Commissarijs fuisset indulta facultas in huiusmodi causis procedendi vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè, & ipsi Commissarij essent eruditissimi Doctores, & hoc consulendo dicimus multis de causis rationi valde consentaneis, in scriptis tamen non exprimendis.

Titulus, & forma sententiæ promulgandæ hæc, vel similis erit.

In causa agitata contra D.... super prætenso delicto.... in personam D..... & occupa-
4 tione furtiua bonorum, quæ erant ad vsum D.......

Domini nostri Iesu Christi nomine reperito Deum præ oculis habentes, Nos D.... & D..... Congregationis Cassinensis (vel talis ordinis) Commissarij & iudices specialiter delegati, prout in actis. Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de iuris periti & consultoris nostri Excellentissimi Domini...... vtriusque iuris Doctoris habitantis in ciuitate...... prout in actis, consilio ferimus in his scriptis, & pro tribunali sedentes. Visis actitatis in causa, & causis coram nobis vertentibus vti iudicibus delegatis à Reuerendo Regimine Capituli Generalis Congregationis Cassinensis in prima, & vlteriori instantia contra D..... monachum monasterij...... Congregationis Cassinensis, & officium inquisitionis specialis excitatum à dicto Reuerendo regimine dictæ Congregationis contra eundem propter denunciationes in scriptis factas à nonnullis monachis, vt latiùs in actis, & in dicto Reuerendo Capitulo præsentatas ipsi Reuerendo regimini à D.... monacho, & ex infamia, & indicijs productis de prætenso delicto in personam D..... vel furtiua occupatione bonorum, quæ fuerant ad vsum D..... perpetratis in mense.... anni..... contra dictum D...... lite igitur contestata coram nobis per ipsos, receptisque ex vtraque parte probationibus oblatis, ac in iudicio productis. His ergo omnibus accuratissimè perpensis, & ad plenum cognitis causæ meritis, & æqua iustitiæ lance discussis, & deliberatione insuper præhabita, partibus ipsis citatis ad audiendam sententiam pro hodierno die præsente (vel si absuerit) dicatur, quamuis absentibus D...... dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus D..... supradictum absoluendum fore ab obiecto sibi delicto..... tanquam innocentem, & ab instantia iudicij, & quoad hoc restituendum fore pristino eiusdem statui, donec alia contra ipsum indicia insurrexerint. Pro tamen furtiua occupatione dictorum bonorum facta, & confessa ab ipsomet D...... sic carceribus mancipatus perseueret in pœnam tanti sceleris, & saltem bis in hebdomada ieiunet pane, & aqua solummodo contentus, donec aliter visum fuerit Reuerendo Regimini, vel Capitulo generali Congregationis nostræ Cassinensis, vel ordinis nostri, &c. cuius prudentissimo arbitrio propriam hanc sententiam remittimus.

Et ita dicimus, sententiamus, pronunciamus, decernimus, declaramus, absoluimus, & condemnamus, singula singulis congruè referendo. Præmisso omni meliori quomodo, via, iure, & causa, quibus validius, & efficacius fieri potest.

Pronunciauimus, & condemnauimus, & absoluimus, vt supra, lata, lecta, & publicata in monasterio..... Die.... mensis.... &c.

Ita pronunciamus, absoluimus, & condemnamus. Nos D..... & D..... Commissarij & iudices specialiter in præsenti causa delegati.

Locus sigilli.

D.... Abbas
D.... Prior } Commissarij.

Eadem die Reuerendi Commissarij supradicti pronunciauerunt, prout in cedula tenoris supradicti, quam post vocalem eiusdem pronunciationem dederunt in mandatis mihi D...... actuario, vel notario, specialiter ab eisdem Commissarijs electo, vt ea redigerem in vnum, vel plura (prout in dies contigerit) & conficerem instrumenta: præsentibus D.... D.... & D.... ad præmissa specialiter adhibitis, & rogatis, & in fidem veritatis manu propria me subscripsi. Idem D.... qui supra manu propria.

De Sententia. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Sententia aut nulla, aut iniusta.*
2 *Sententia tribus modis dicitur iniusta.*
3 *Modus excipiendi contra sententiam iniustam.*

EA omnia, quæ ad Aduocati munus attinet, hunc in locum congerere nullo pacto est instituti nostri, sed breuissimè formam, & quasi adumbratam tantum faciem describere; vt ex ijs facilè quispiam ad præclariora aditum sibi parare possit. Quamobrem in hoc demum Patronis maximè laborandum est, vt lata aduersus reum sententia suis sit numeris, & lineis absoluta, nihilque quod iustitiæ aduersetur, conti-
1 neat. Ac breui multa complectentes asserimus duplici eam posse vitio laborare. Nam aut irrita est, & nulla, aut iniusta. Et irrita quidem sententia tunc iudicanda est, cum a iudice proprio non est lata, aut ab eo, qui nullam contra reum potestatem habebat, aut errorem continet non ferendum, & manifestum, vt per Abb. & Doct. habetur in cap. sententia. & in cap. sicut, de sent. & re iud. Cuius sanè exempla illustrandæ rei gratia afferre non piget. Etenim si feratur sententia ab eo iudice, qui nec ordinaria potestate in reum, nec delegata munitur, nihil obtinet. Vel cum delegatio ad sententiam vsque exclusiuè largita esset, vel si aduersus D. Nicolaum criminatio sit exposita sententia aduersus D. Innocentium, proferatur ijs, similibusve modis sententia labefactata concidit. At iniusta efficitur.

Digitized by Google

citur tribus modis, vt Gratianus, Canone, Epi-
2 scopi, 11. quæst. tertia docet. Primum ex praua
animi affectione, nimirum cum ex odio ad de-
cernendum iudex mouetur. Et hæc ratio nisi a-
lia iniquitas adsit, sententiam non infringit. De-
inde ex ordine iuris minime seruato. Tertio ex
causa, dum scilicet contra veritatem facti, aut iu
ris sententia est cōstituta. Et hæc cum ad ipsius
sententiæ naturam faciat, reliquæ namque sunt
accidentariæ, propriè iniustitia nuncupatur.
Quæ omnia generatim iudicio accommodari iu
re possunt. Hinc Diuus Gregorius, eadem causa,
& quæst. c. primo. ait. Pastoris sententia iusta vel
iniusta timenda est. Quod ideo dictum esse sen-
tiendum est: vt non sit ipsius Rei de ea iudicare.
Animaduerte autem quod dicit pastoris: vt sit
veri Iudicis: & addit, sententia: ne adsit ibi error
intolerabilis: nam tunc proprie sententia dici
non valet, vt docet Abb. in cap. sententia, de sen
ten. & re iud. numero 3. Ioan. de Anan. in cons.
83. quorum vnum si euenerit, tum irrita talis
sententia iudicari debet. Aduersus quam, hac
ratione Patronus se habebit. Coram Reueren-
3 do D. Iusto Præside, &c. Sistit atque se exhibet
D. Innoc. exponens qualiter D. Iniustus, iudex
meus ordinarius, vel delegatus, cum sententiam
aduersus Do. Fraudulentum deberet decernere,
errore abductus contra meipsum iniustè tulit.
Quocirca his præsentibus eius executionem nul
lo pacto esse ferendam assero, & præoccupatio-
ne affirmo. Siquidem irrita est, & vana, neque
vim vllam perfectionis in se complectitur. Ro-
go itaque, vt iniustitiæ rescindatur decretum,
meçque innocentiæ cōsulatur, alioquin ad eos,
quorum interest hæc ipsa curare, prouoco, at-
que reclamo, omni modo meliori, &c. Anno
1577. die vigesima secunda Decembris. Quod
si ab eo, qui potestate quidem carebat, aut man-
dati limites præscriptos præterijt, fuerit senten-
tia constituta; semper ad superius exemplar re-
clamatio describenda erit. Quibus ita constitu-
tis (vt mea fert sententia) quæ ad compendia-
riam instituti nostri rationem erant referenda,
apertè & suo ordine ad amicorum vsum de-
scripsi.

Quomodo debeat iudex sententiam pronuntiare contra reum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *An existente iudice in peccato mortali possit iudicare, concl. 1.*

2 *An iudex, qui non habet iurisdictionem, possit iudicare, concl. 2.*

In quibus casibus possint ordinarij procedere contra religiosos exemptos, ibid.

3 *An iudex peccet iudicans non Zelo iustitiæ, cōcl. 3.*

4 *An sententia nulla eo quod non seruetur solemnitas iuris, valeat in foro conscientiæ: & an peccet iudex proferens eam, concl. 4.*

5 *In quibus casibus valeat sententia prolata ab eo, qui non est legitimus iudex, concl. 5.*

6 *An possint prouinciales priuare religiosum habitu, & obligare eum ad ingressum arctioris religionis, concl. 6.*

7 *An possint prouinciales, & definitores religionum dare sententiam contra aliquem religiosum, licet non precedat accusatio, & citatio. concl. 7.*

An possint visitatores prouinciarum eijcere extra eos, qui sunt incorporati, ibid.

8 *An iudex, cui committitur aliquod negotium dicendo illi, Hoc imponimus tibi sub tua conscientia, possit committere negotium alteri, concl. 8.*

9 *An possit, & debeat iudex liberare innocentem, qui probatur delinquens, concl. 9. & 10. & nume. 10.*

11 *An possint iudices inferiores, et superiores non seruare verba legis seruantes eius mentem, & dispensare in ea, concl. 11.*

12 *An possint augere, et minuere pœnam eius, & quā benigni debeant esse iudices Ecclesiast. in punitione subditorum, concl. 12. 13. & nu. 13.*

An possint prælati regulares condemnare subditos suos ad triremes, ibid.

An possint sententiam proferre contra aliquam monialem, quod amittat officium, & sit inhabilis ad reliqua officia, eo quia intrudit in monasterium quandam mulierem, ibid.

Conuicto igitur reo cum testibus, & cum eius depositione, & cognita veritate delicti sui, aut innocentiæ, conuenit tractare, quomodo iudex debeat proferre sententiam, nec offendat diuinam Maiestatem, quæ quidem materia est lata, & remanet explicata in materia iudicum; igitur solum hic ponam aliquas conclusiones, in quibus resoluetur, quod magis ordinarium, & necessarium scitu est.

1 Prima Conclusio. Si peccatum iudicis, aut alterius, qui habet officium publicum, vt possit iudicare, sit occultum, non peccat mortaliter iudicans, sed potius peccabit non iudicans, quia non requirit ministerium iudicandi puritatem, & sanctitatem, sicut ministerium, & exercitium ordinum sacrorum, pro administratione quorum datur gratia in sacramento ordinis; si vero peccatum est publicum, & scandalizantur videntes, quod iudex existens in illo peccato publicè punit illud idem peccatum, in quo ipse existit, committit peccatum mortale iudicans, vt tenet Nauarrus; qui dicit, quod idem dicendum est loquendo de iudice ecclesiastico; & Petrus de
Nauarra sequens Cordubam affirmat, quod si *Naua. in re. de*
non est scandalum in iudicando, quamuis eius *iudiciis, nu. 42.*
peccatum sit publicum, non peccat mortaliter *Naua. lib. 2. de*
iudicans: cuius opinio mihi videtur melior; & *rest. c. 4. nu 44.*
ideo non debet absolute teneri opinio Medinæ, *Cor lib. 9. 1. qq.*
qui dicit, quod peccant mortaliter iudices iudi- *q. 50. punct. 5.*
cantes contra peccata, in quibus ipsimet existūt, non respicientes, quod in rebus moralibus debemus loqui cum modificationibus, & limitationibus, quas ipsæ postulant, dictante hoc lumine naturali: & non considerat etiam, quod quāuis
S. Tho. in quarto teneat eius opinionem, idem
tamen S. Thom. in partibus tenet contrarium, *D. Th. in 4. dist.*
quia cogitauit magis super hoc puncto, vt ad- *19. q. 2. ar. 2. side*
uertit Caietanus; & est opinio omnium Thomi *2. ad 3. vbi Ca*
starum, quod debet stari ad id, quod D. Thom. *iet.*
in partibus docuit, magis quam sententiis.

2 Secunda Conclusio. Sententia, quam profert iudex, erit iniusta, si non habet iurisdictionem, neque authoritatem ad dandum eam; et si non
profert secundum debitam prudentiam, vt dicit *D. Tho. 2. 2. q.*
S. Tho. Estque notandum, quod sententia defe- *60. art. 2.*
ctuosa ob defectum potestatis, & iurisdictionis, præterquam quod est nulla, semper est peccatū mortale illā proferre; & ideo si iudex secularis priuat clericū suis bonis, vt propriè loquamur, erit latro, cū non habeat authoritatē procedendi contra clericos; & eadem rōne snīa, quam proferunt prælati, vt sunt Episcopi contra religio-

Nau. in ca. non dicatis, nu. 39.

Conc. Trid. sess. 3. de reform. & sess. 7. ca. 14. de reform.

Nauar. vbi supra, nu 96.

los exemptos, cum non habeant iurisdictionem citandi eos ad iudiciũ, vt resoluit Nauarrus, nisi quando religiosi viuunt extra sua monasteria, & committunt peccata digna punitione, vt concedit Conc. Trid. abrogans omnia priuilegia, quæ super hoc habeant omnes religiosi à Sede Apostolica, vt aduertit idem Nauarrus. Et debet aduerti, quod illi, qui causa prædicationis, aut confessionis, aut petitionis eleemosynæ, aut alia simili causa existunt ad tempus extra religionem de licentia suorum prælatorum, non sunt comprehensi in dicto decreto, sed solum illi, qui commorantur ex proposito extra monasterium cum particulari priuilegio, aut licentia; vnde concludit Nauarrus, quod religiosi exempti, qui sũt intra sua monasteria, aut extra illa secundum instituta suæ religionis des. ruentes alicui beneficio, aut monasterio monial. nullo casu possũt conueniri coram Episcopis, & eorum vicarijs: nec cõtra obstat quoddam decr. tum iuris canonici innouatum in Conc. Tridẽ, quo ordinatur, quod ordinarius possit cognoscere cõtra religiosos exemptos inuentos extra sua monasteria indistinctè non solum ratione delicti, sed etiam cõtractus ab eis facti; quia vt aduert t Nauarrus, dictum decretum antiquum est abrogatum a priuilegijs cõcessis a Sixto Quarto, & alijs Summis Pontif. dictis religiosis: Concilium autem solum innouat dictum decretum resp. ctu eorum, quæ debent dicti religiosi genti pauperi, quæ egeat illis debitis, & alijs, qui seruiunt illis, non vero reuocat priuilegia concessa contra dictum decretum; & ideo concludens dico secundum mẽtem Concilij, quod tales religiosi exempti, qui sunt extra sua monasteria, possunt conueniri coram ordinarijs locorum, vbi morantur respectu stipẽdiorum, quæ debent ijs, qui seruiunt illis, & eorum, quæ debent genti pauperi, quãuis habeant aliquem iudicem cum aliquo priuilegio Apostolico ad cognoscendum de eorum causis ciuilibus, & criminalibus: loquendo tamen de alijs debitis, quæ debent ratione alterius contractus gratuiti, aut onerosi, non possunt conueniri coram ordinarijs, si habent aliquem iudicem, qui habeat authoritatem a Sede Apostolica, vt cognoscat de eorum causis ciuilibus.

Conc. Trid. d. 14.

3 Tertia Conclusio. Sententia prolata a iudice, qui habet authoritatem ad illud, concedente in ea, quod debetur vnicuiq; non zelo iustitiæ; sed aliorum respectuum humanorum, non potest dici iniusta, nec qui eam fert, peccat mortaliter, vt patet in iudice, qui fert sententiam ob vanam gloriam, quia vana gloria nõ est peccatum mortale, sed veniale, vt dicit Sanctus Th. Verum est tamen, quod peccabit mortaliter, si proferat illam ob aliquem finem mortalem, scilicet ob odium, & vindictam mortalem, quia si fert sententiam odio, aut vindicta bona, scilicet, quia Deus vult, quod puniantur mali, idest vt mali sunt, & capiatur vindicta de illis, vt tales sunt, non erit peccatum, sed virtus, vt dicit S. Thom. & Caiet. & sic debet intelligi, quod tradit Sotus in hoc proposito.

D. Tho. 2. 2. qu. 131.

4 Quarta Conclusio. Sententia, quæ solum est nulla, quia non seruatur solemnitas iuris, valet in foro conscientiæ, quamuis iudex peccet grauiter proferens eam: & ideo si iudex relicta aliqua solemnitate iuris aut odio, aut mala intẽtione profert sententiã, erit valida in conscientia, cum peccauerit mortaliter proferens eam. His addo, quod ea, quæ non est valida ob defectum solemnitatis necessariæ, & substantialis secundum ius, nullum ius tribuit parti, vt possit retinere cum bona conscientia, quod mediante illa ei adiudicatum est, cum dicta sententia sit nulla: & ideo ex ea nulla potest nasci obligatio neque ius. Hinc infertur, quod sententia lata a iudice excommunicato, & ea, quæ fertur die festiuo, nullum dat ius, cum sit nulla, vt definitum est in iure.

D. Tho. & ibi Caiet. 2. 2. q. 101. a. 1. & 2. idem D. Tho. 2. 2. q. 108. ar. 1. & 2. Soto lib. 3. de iustit. q. 4. art. 2.

5 Quinta Conclusio. Sententia lata ab eo, qui non est iudex, est valida, si concurrant duæ conditiones: prima authoritas iudicis superioris: secunda, quod communiter reputetur esse iudex, vt definitũ est in iure. Hinc infertur, quod acta facta ab eo post commissum crimen, si est occultum, valent, si vero sit publicum, non valent, cũ cesset secunda conditio: quod intelligitur, quando crimen est eius qualitatis, quod eo commisso remaneat ipso facto priuatus iudicatura. Colligitur secundo, quod prælatus, de cuius consensu mulieres ingressæ sũt aliquod monasterium monachorum, quamuis remaneat ipso iure priuatus prælatione secundum quandam constitutionem Pij Quinti confirmatam a Gregorio Decimotertio, quod tamen fecerit virtute officij sui, est validum, si eius delictum est occultum: quia secus est, si fuerit publicum, cum communiter non reputetur esse prælatus, vt resoluit Aragon. Infertur etiam, quod sententia lata a iudice excõicato, qui non est denunciatus, est valida, quia quousq; ab Ecclesia toleratur, totum id qd facit, hẽt vim, cum ab omnibus reputetur pro vero iudice, vt post multos tenent Victoria, & Castrus, qui dicit esse hoc verum, quamuis postea manifestetur, quod, qñ protulit sententiam, erat excõicatus; addidique hoc procedere non solum quando sententia est de causa temporali, sed etiam, quando est causa spiritualis, quod videtur esse verum, quamuis alij teneant contrarium.

Aragon 2. 2. q. 60. ar. 6. p. 106. Vic. in sum. tit. de exc. q. 16. uerbo sic occul. tamen exc. Cast. lib. 2. de l. pœna li c. 15. & c. virzersic. alterum quod circa occul. exc. col. 19. 20.

6 Sexta Conclusio. Possunt Prouinciales religionum priuare habitu, aut ordinibus eiicientes extra religionem subditos suos incorrigibiles, vt resoluit Nauarrus, non possunt tamen illis imponere, quod ingrediantur aliam religionem arctiorem: & ideo non valet sententia, qua præcipiunt illis, vt intra certum tempus ingrediantur religionem arctiorem, quia postquam illos eiecerunt a religione, non sunt amplius ijs subditi: & ideo ipsi non tenentur illis obedire, nec possunt illis præcipere, vt si non inueniant, qui colligat eos, præsentent se Episcopo. Notetur tamẽ, quod ipsi tenentur se præsentare, cum secũdum sacros Canones religiosi eiecti a religionib. remaneant subiecti Episcopis earũ, incedentes in habitu clericali, vt resoluit Nauarrus in quodã cõsilio. Debet autem notari, quod si ob humanam fragilitatem aliquis religiosus incidat membrũ alterius, vltra pœnã debitam huic delicto remanet irregularis, in qua quidem irregularitate nõ possunt dispensare patres prouinciales, quia priuilegia, quæ habent ad dispensandum in irregularitate, excipiunt tres casus, s. homicidium voluntarium notorium, mutilationem membri, & bigamiam; verũtamẽ minister generalis, & commissarius generalis in suis familijs possunt dispẽsare in ea, quia Iulius II. concedit patri nostro generali authoritatem dispensandi in omnibus irregularitatibus, quibus tenerentur subditi eius exceptis duabus scilicet, quę procedit a bigamia, & quæ procedit ab homicidio voluntario, aut auxilio præstito pro illo faciendo, & non excipit eam, quę procedit a mutilatione membri, & hoc volui dicere in primo tomo capitulo 54. con-

Nau. in c. non dicatis, 12. q. 1. nu. 1. nu. 36.

conclus. 8. quæ tractat de casu septimæ conclusionis. Notetur vlterius posse dictos patres generales, & prouinciales dispensare in irregularitate, quæ prouenit ex aliquo delicto atroci, & notorio, quod commiserint, sicut est peccatum nefandum, quia Sedes Apostolica non excipit in dictis priuilegijs hanc irregularitatem sicut supradictas, cum sit commune dictum DD. Vtriusque iuris, quod casus exceptus firmat regulam in contrarium.

7 Septima Conclusio. Non possunt prouinciales, nec diffinitores religionum proferre sententiam contra aliquem religiosum, nisi prius præcedat accusatio, & citatio; & ideo iudicat Nauarrus esse nullam sententiam, quam dedit quidam prouincialis ordinum mendicantium de consilio suorum diffinitorum excludens a prouincia quendam religiosum eius filium, vel incorporatum in ea, nisi præcederet accusatio, aut citatio, aut causa legitima, dicitque esse dictam sententiam nullam ipso iure; quod probat, quia lex, & ordinatio facta ab illo, qui cognoscit superiorem, in damnum alicuius priuatæ personæ saltem sine rationabili causa, est ipso iure nulla, vt attestantur Panor. Aretin. & Felynus; & ideo puto negotium suspectum, quod visitator alicuius prouinciæ cum authoritate ministri generalis eijciat ab ea omnes exteros aliarum prouinciarum, qui sunt iam incorporati in ea, nisi præcedat accusatio, & citatio, & nisi audiat eos Dixi cum authoritate generali, quia sine illa nulli prælato licet hoc facere; & ideo possunt ij non per viam appellationis, quia non est in vsu inter mendicantes, sed per viam defensionis recurrere ad superiorem prælatum, qui debet, & post illos exgrauare, vt dicit Nauarrus.

Pan. Aret. Fel. in c. cum omnes constit.

Nau vbi sup.

8 Octaua Conclusio. Iudex, cui Sanctitas sua committit aliquod negotium, vt examinet illud, dicens in hoc oneramus conscientiam tuam, potest committere hoc examen alteri, quia talia verba videntur esse posita magis ad monendum illum, quam vt insinuentur et delegari iudicem illius causæ, ita vt nollit Pontifex, quod alteri committat, vt dicit Felynus; & si dicto iudici conuenit tractare hoc negotium de iure ordinarij, multomagis poterit committere dictum examē, vt dicit quædam decisio Rotæ, quam affert Nauarrus.

Fel. in c. fin. §. is autē de of. ord. Decisio Rot. 368. in nouis. Nau. li. 1. consi. tit. de offi su ordinarij consi. 2.

9 Nona Conclusio. Tenetur iudex absoluere innocentem sciens, quod est talis, si aliqua via potest illud facere, quamuis sit probatum esse delinquētem impediens aliquo honesto modo, quod non veniat res ad iudicium, aut liberans carcere reum sine nota, & scandalo examinans testes ad modum examinis Danielis; etsi non potest amplius facere, tenetur manifestare eius innocentiam coram populo; nec in hoc facit iniuriam testibus, quia si cognoscant iurasse falsum, iuste condemnatur in mendacio; & si forte bona fide decepti putauere dicere veritatem, maius est ius, quod habet innocēs, cui non potest nocere eorum bona fides; & si est iudex inferior, tenetur remittere reum ad superiorem, vt ferat sententiam protestās in hoc casu efficaciter eius innocentiam deserens pro tunc officium iudicis, vt possit deseruire pro teste; & iudex superior tenetur absoluere illum, si potest id facere sine scādalo, vt post Alex. de Ales, & Caie. dicit Corduba, quia cum iudex possit aperire carcerem, vt hic fugiat, & possit impedire, quod non veniat causa ad iudicium, & teneatur ad illud, vt fatetur Sotus; ego non inuenio rationem sufficientē, vt dicamus non teneri, cum negotium tractetur coram eo, quærere omnia media possibilia, & honesta, vt talis innocens sit liber, & ideo non puto veram opinionem Soti, qui dicit, ꝙ non tenetur iudex remittere reum ad superiorē in hoc casu: vnde infero, quod peccabit mortaliter non vtēs hoc remedio, vt resoluit Corduba, qui addit, qđ, licet putet quod non proficiet depositio sua, si remittit causam ad superiorem, tenetur nihilominus remittere eum, ne cogatur proferre sententiā iniustam, & dicit hāc esse opinionem D. Th.

Cord. lib. 1. qq. q. 37.

Sot. li. 5. de iust. q. 4. art. 2.

Sot. vbi sup.

10 Decima Conclus. Si non sit recursus ad superiorem ratione alicuius scandali, aut quia longe sit, si negotium non patiatur dilationem, aut aliā ob causam, si lis sit super causa ciuili, scilicet super magna quantitate rerum, potest iudex condemnare innocentem, si negotium est probatum, & verificatum cōtra illum, quia ob bonum pacis, & ne perturbetur ordo exterior, dēt reus, tolerare patienter sententiam, & amittere ius suum particulare, & in hoc casu puto ego verā opinionem D. Th. Couaruuię, & aliorum allegatorum a Corduba: qui dicunt non teneri iudicē deserere officium suum, aut pati aliud quoduis malum, sed quod potest licite cōdemnare innocentem, ita vt in conscientia non possit illum absoluere: in causis vero criminalibus, vbi agitur præcipue de condemnando morte innocentem, tenetur deserere officium suum, vt cum sexdecim rationibus confirmat Corduba, quia lex, quę habet puniri malefacientes, non iubet hoc ob testes, qui contra eum sunt, sed ob crimen, quod commisit, hic autē innocens, prout ei iudici constat, non commisit delictum, verum est tamen, quod si ex eo quod desereret officium, nasceretur scandalum, aut metus iustus, posset in hoc casu iudicare secundum allegata, & probata, quia priuata vtilitas innocentis non debet conseruari cum damno, & iactura publica, & ideo, quando timet iudex, quod occidetur a principe suo, aut a populo, si non iubet puniri innocentem, potest illum condemnare, vt dicit Summa Rosella, quod quidem puto esse verum, quamuis contrarium teneat Siluester; qui dicit, quod, si hoc esset verum, sequeretur esse illi licitum occidere aliquem, ne alter tertius occideret ipsum non aduertens, quod hic iudex in casu nostro iubet puniri innocentem authoritate publica, quam dat illi lex in hoc casu, viso quod aliter non potest liberare innocentem: qui vero occidit aliquem, ne occidatur ab alio tertio, non occidit illum authoritate publica, sed solum priuata: & etiam quia homicidiū, quod fit priuata authoritate, est malum, nisi occidat quis aggressorem defendēs se; at quod fit authoritate publica, non est malum, quamuis in eo occidatur innocens, vt quiescat populus, cum innocens sit probatus esse reus.

D. Th. 2. 2. qu. 64. ar. 6. nu. 3.

D. Th. 2. 2. q. 67. art. 2. & qu. 64. art. 6. ad 3. Cor lib. 1. var. c. 1. Nau. c. 21. nu. 99 Cor. vbi sup.

Cor. vbi sup.

Rosel. verba iudex. §. 18.

11 Vndecima Conclusio. Iudex superior, qui est princeps, potest iudicare contra legis verba seruans eius mentem, potius peccabit mortaliter iudicans secundum verba, & prætertens mentē: & idem tenentur facere iudices inferiores, vt dicit S. Th. quia leges ordinatæ sunt ad bonum commune, & potest sæpe accidere, quod obseruatio vnius legis secundum literam resultet in damnum huius boni publici: & ideo si existat ciuitas obsessa inimicis, & iuberet princeps eius, quod eius portæ non aperirentur noctu, non obstante hoc mandato deberent aperiri alicui ciui, a quo ipsa deberet defendi, quia confidit in illo: & ideo si non aperiantur illi portæ, itur con-

D. Th. 2. 2. qu. 90. ar. 2.

Digitized by Google

tra mentem legis, quæ est defensio ciuitatis. Non tracto hic de differentia, quæ est inter iudicem superiorem, & inferiorem quo ad hoc; quia hoc pertinet ad eos, qui scribunt non per modū summę, qualiter ego in hoc tractatu: sufficit dictum quo ad conscientiam. Hinc infertur primo, quod iudex, qui non obseruat legem factam ab eo, aut a suis prædecessoribus sine causa rationabili, peccat mortaliter. Dixi sine causa rationabili, quia cum causa rationabili potest dispensare absque peccato in lege sancita ab eo, & suis prædecessoribus vt dicit Caiet. Secundo infertur, quod non potest iudex parcere latroni iuste condemnato morte commutans hanc pœnam in aliam, quamuis remittat pars læsa; immo addit plus Caiet. quod si esset princeps, esset reus omnium delictorum, quæ ab hoc latrone postea commissa fuissent, quod tenet etiam Nauarrus, & sequitur Aragon, estque expressa sententia D. Gregorij relata a Gracianno in decreto.

Caiet. verbo iudex.

Nau. d. 22. Arag. 2. 2. qu. 60. a. 5 p. 103. c. sumere. 11. q. 3.

12 Duodecima Conclusio. Non solum iudices superiores legislatores, sed etiam inferiores possunt augere, & minuere pœnam eius, vt probatur in iure, & resoluit Couuarr. quod intelligitur, si adsit causa iusta id faciendi, vt dicit Accursius glossans leges, quæ id asserunt: erit autem iusta causa, quando delinquens est minor, & quando probatur, quod peccauit ignoranter, aut quando probantur magna seruitia facta reipub. ab eo, aut suis prędecessoribus, sic enim dicit, & probat Nauarr. affirmans posse iudicem in fauorem minuere pœnam legis non solum ob seruitia, quæ ipse fecit reipub. sed etiam, quæ facta sunt a suis consanguineis: Ex dictis sequitur responsio ad casum, quem feci confirmari ab hominibus doctis, scilicet, quod poterat iudex inferior dissimulare punitionem impositam a lege cum aliqua persona detenta ob commissionem certi cuiusdam delicti, cum non esset accusator, nec infamia orta ab indicijs euidentibus, probato delicto cum duobus testibus secretis per viam inquisitionis, quia si puniebatur pęna legis, remanebat reus infamatus nobilis existens, & reputaretur delinquens publice, vnde excitarentur lites, & simultates graues, & damnosæ reip. cum iactura alicuius domus, seu aliquarum, eiaculato veneno ab vno in alium, præcipuè cum essent complices huius delicti consanguinei hominum bene merentium de repub. vbi agebatur negotium, & detinebatur delinquens, quæ quidem mala euitabantur data delinquenti aliqua pœna, ita secreta, & parua, vt putaretur esse falsum, quod illi impositum erat: quod quidem probatur, quia secundum Caiet. iudex inferior potest rumpere accusationes, quas haber in sua potestate, quamuis ordinatæ sint ad satisfactionem partis læsę. si fiat, quod ex eis proueniet magis damni, quam vtilitatis bono communi; vt si sciat, quod ex illis, si non rumpuntur, perturbabitur resp. eo quod sit nimis grauis personæ accusatæ; ita enim opinionem sequitur Aragō: si ergo hoc propter bonum commune est licitū contra ius, quando est pars accusans, quare non debet admitti in debito casu idem, quando non est accusator, nec pars læsa, cui debeatur aliqua satisfactio, cum sequatur ex hoc tantum vtilitatis bono communi.

Accurs. in glos.

Nau. in rub. de iud. nu. 99.

Caie. 2. 2. q. 68. art. 3.

Aragon d. ar. 3.

13 Decimatertia Conclusio. Sanctum Conc. Trident. monet iudices Ecclesiasticos, quod tractantes de puniendis subditis suis cum pœnis arbitrarijs considerent, quod sunt pastores, & non carnifices; vnde sic cōuenit præesse subditis, vt non videantur esse illorum domini, sed patres amantes eos sicut filios, & fratres monentes, & exhortantes eos, vt fugiant a malo, & sequantur bonum, ne cogantur comprehendentes eos in aliquo delicto punire eos ex delicto, monet autem S. Concilium, quod si facta hac iam salubri admonitione, ac necessaria inuenerint, quod aliqui humana fragilitate obliti sint, cogant eos, ac comminent rogantes eos verbis paternis, ac reprehendentes cum perfecta charitate, & patientia, cōsiderantes, quod ad corrigendum delinquentem cōiter maiorem efficaciam habeat verba dilectionis, quam aspera, & dura; & magis efficit monitio, quam comitatur dilectio, quam minæ: & magis charitas, quam potestas, & si ob grauitatem delicti fuerit necesse applicare manū potestatis, & rigoris, studeant, vt semper comitetur illum māsuetudo & misericordia: hæc verba sacri Concilij debent habere iudices Ecclesiastici in cordibus suis. Hinc colligitur, quam lōge ab hac doctrina sint iudices Ecclesiastici, qui inueniētes aliquem subditum suum in aliquo delicto non solum iaciunt illis in faciem suam in reprehensionibus delictum, sed ēt alia delicta, quæ cōmiserint, quorum ipsi non sunt iudices; & eo magis quod delinquens iam est correctus de illis; vt si aliquem, qui est captus pro latrone, vocaret ebrium, luxuriosum, & inhonestum, in quo quidē peccant mortaliter, quia dicentes talia verba non dicunt illa vt iudices, cum non habeant potestatem puniendi ea, sed tanquam persona priuata, sic. n. tenet Nauarrus. Et notetur, quod licet habeant facultatem dicti iudices Ecclesiastici ad arbitrandum pęnas secundum æquitatem, & pietatem, hoc tamen arbitrium debet esse secūdum ius; vt notat Baldus, Romanus, & Molinus; & ideo cum non possint condemnare morte, debēt condemnare subditos cum pœnitentijs secretis asperis, & rigore plenis, & de consuetudine possunt eos condemnare, quamuis sint sacerdotes ad triremes, quæ quidem sententia, quamuis cōdemnetur a Iulio Claro, debet tamen admitti ob magna facinora, quæ quotidie inueniuntur in illis, qui deberent esse lux mundi, vt resoluunt Nauarrus, & Duare. necnon Iulius Clarus condemnat eam in casu, quod delicta crescant in tātum, vt non possint aliter reprimi, de quo dicemus infra c. finali. Ex dictis infertur, quod maiori benignitate debent puniri mulieres quam homines, quando com prehenduntur in aliquo delicto, vt ordinatur in iure: & ideo quamuis Greg. XIII. in quodam motu proprio, quem affero in explicatione cruciatæ, priuat earum officijs Abbatissas, & reliquas moniales, quæ admiserint intra claustra sui monasterij aliquam mulierē faciens eas inhabiles ad reliqua officia, quæ possunt haberem posterum, hoc puto ego, quod solū procedit in casu, in quo loquitur dictus motus proprius, scilicet, quando admittunt dictam mulierē virtute alicuius licentiæ, quam sciunt esse abrogatam: nec obstat, quod motus proprius Pij V. qui castigat ijsdem pęnis monachos, qui admittunt mulieres intra sua monasteria, intelligatur secundum declarationem Gregorij Decimitertij, quam tradit Nauarrus de omnibus mulieribus, quamuis nō admittantur in virtute alicuius licentiæ reuocatæ; quia ad hoc respondeo, quod Gregorius Decimustertius solum declarauit motum proprium Pij Quinti, cum illo rigore, & non declarauit suum motum proprium, de quo loquimur, cum illo rigore; & etiam, quia est

Conc. Trid. sess. 13. c. 1. de refor.

Nu. 18. nu. catro.

Bal. in rubr. C. de cōst. pecunia Ro. consil. 149. Molin. in consi. Parisi. ti. 1. §. 41. nu. 86. Clarus in prac cri. § fi. q. 70. versi frequens.

Nau c. nullam. 18. qu. 2. nu. 52. Duar. lib. 2. de sacris eccl. ministe. c. 5.

Nau. in c. statu. 19. q. 3. nu. 61.

magna

Digitized by Google

magna differentia inter hos duos casus, quia introducere mulieres in monasteria monachorum est negotium periculosum, & scandalosum, quod non est in monasterijs monialium, & etiam quia suauius debent puniri mulieres quam viri propter earum fragilitatem. Hoc vero non videtur ignorandum, quod illæ, quæ admittunt dictas mulieres intra dicta monasteria, incurrunt excommunicationem maiorem ipso facto, quã ponit Concil. Trid. hoc est votum hominum, & doctorum grauium, cum quibus communicaui hoc punctum in vniuersitate Salmanticæ, & secundum illud lata fuit sententia in quodam definitorio cuiusdam religionis, in qua motus proprius Pij V. seruatur satis rigorose.

Cõc. Trid. sess. 25. c. 5.

De Modo Processum terminandi à Iudice Regularium. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Processus terminatio in quo consistat.*
2 *Sententia definitiua triplex. Absolutoria, Condemnatoria, Declaratoria.*
3 *Absolutoria sententia qua fit.*
4 *Condemnatoria sententia qua fit.*
Sententia ferri nequit nisi contra confessum, vel conuictum.
5 *Declaratoria sententia qua fit.*
6 *Sententia non est precipitanda.*
7 *In ferenda sententia iuris ordo seruandus est.*
8 *Sententia ferri debet super his, qua in processu continentur.*
9 *Citatio ante sententiam necessaria est.*
10 *Sententia in scriptis ferenda est.*
11 *Caussam in sententia ponere non est necesse.*
12 *Sententia an sedendo ferenda sit.*
13 *Sententia solemnitates in summarijs iudicijs non sunt necessario seruanda.*
14 *Absolutoria sententia quando ferenda.*
15 *Actore non probante Reus absoluitur.*
16 *Accusator, & Denunciator ante absolutoriam citandi sunt.*
17 *Absoluendus in duplici gradu est.*
18 *Forma sententia absolutoriæ simpliciter pro innocente.*
19 *Forma alia pro infamato, & indiciato.*
20 *Condemnatoria sententia quando ferenda.*
21 *Reus ad sententiam citandus est.*
22 *Pœna delicto debet esse conformis.*
23 *Pœna vt augeri, vel minui possit, si a lege taxata sit.*
24 *Pœna vt commutari queat.*
25 *Pœna Regularibus infligenda vnde sumi debeãt.*
26 *Non sunt a iure communi mutuanda.*
27 *Carcer in grauissimis sufficit.*
28 *Nulla maior pœna carcere ipso in sacris canon. datur.*
29 *De damnatione ad triremes.*
30 *Forma sñia condẽnatoria cum expressione caussæ.*
31 *Forma alia sine caussa expressione.*
32 *De Apellatione a sententia.*
33 *Sententia post decenniũ in rem transit iudicatã.*
34 *Declaratoria sententia quando ferenda sit.*
35 *Declaratoria sententia duplex Fauorabilis, & Contraria.*
36 *Forma sententia declaratoria fauorabilis.*
37 *Forma sententia declaratoria contraria.*
38 *Sententia definitiua ad accusatorem, ac testes repellendos necessaria non est.*
39 *Forma sententia interlocutoria, seu decreti pro accusatore repellendo.*

1 Processus terminatio in nullo alio, quam in definitiua sententia ferenda consistit.

2 Triplex sententia definitiua ferri potest. Absolutoria. Condemnatoria. Declaratoria.

3 Absolutoria sententia ferenda tunc a iudice ipso est, cum nihil contra accusatum, vel denunciatum, vel inquisitum fuerit in processu probatum.

Condemnatoria vero cum de crimine, de quo accusatus est, vel denunciatus, vel inquisitus ipse Reus, conuictus extiterit, aut illud fuerit ipse
4 confessus. Neque enim ferri condemnatoria sententia potest; nisi contra confessum, aut conuictum, c. 1. & 2. 2. q. 1.

5 Declaratoria vero tunc ferenda erit, cum exceptus habilis, aut inhabilis ad beneficia, dignitatesve per sententiam iudicandus est, neque enim ista sententia, aut absolutoria, aut condemnatoria proprie dici potest, cum in ea (nisi fortassis admodum impropriè) exceptus neq; absoluatur, neque condemnetur.

Similiter declaratoria erit, cum quis accusatus, aut denunciatus, aut etiam inquisitus fuerit, quod alicui constitutioni contrauenerit; tunc enim per sententiam definitiuam declaratur illum huiusmodi constitutioni contrauenisse, vel non contrauenisse, & consequenter in pœnas in ipsa taxatas incurrisse, vel non incurrisse.

Circa vero sententiam proferendam aduertere
6 iudex ipse debet, Primo quod illam præcipitanter ferre minime conuenit, sed maturo consilio totum considerare processum debet, sique oportet, peritos quoque consulere; ne quam vel minimam cõmittat iniustitiam, siue cõtra Reũ, siue contra Actorem, siue contra ipsam Rempublicam, c. summopere, 11. q. 3. & nos cap. 4. nu. 12. & cap. 11. num. finali superius.

Secundo, quod Iuris ordinem in illa ferenda
7 seruare debet, qui de ipsius iudicij substantia est; indicia perpendendo an leuia, an grauia, an ve grauissima sint, & an purgata extiterint nec ne. an aliquid purgandum residuum sit, ac huiusmodi, sententia nanque contra ordinem huiusmodi lata, nulla profecto est, c. vxor. 17. q. 4.

Tertio, quod sententia ferri debet super his,
8 quæ in processu cõtinentur, atque in eo probata sunt, dicti processus limites nequaquam excedẽdo, & hoc illud est, quod vulgato sermone dicitur: Iudex scdm allegata, & probata iudicare debet, gl. c. quamuis, 11. q. 3. Abb. c. illa præpositorũ, de accus. Couuar. lib. 1. var. resol. c. 1. num. 8. 10. &. & si ex actis non iustificatur, dicitur notorie iniusta. Cæsar de Graf decis. 147. nu. 6. & 10.

Quarto, quod citandæ sunt partes ante sen-
9 tentiæ prolationem. Clem. sæpe, §. fin. de verb. signific. Nanque sententia contra non citatum latam nulla est §. Bal. in l. fin. C. de legib. Ang. l. omnium, C. de test. Io. Andr. c. olim. de re iud. Felin. c. quæ in Ecclesiarum, de const. nu. 66. Clar. lib. 5. §. fin. q. 31. vers. vlterius quæro. Nauar. cons. 5. de appell. num. 3.

10 Quinto, quod sñia in scriptis ferẽda est. l. vlt. C. de sent. ex br. reci. cap. etsi sententia, de re iudic. lib. 6. etiam in iudicio summario, d. Clem. sæpe loc. cit.

11 Sexto, quod licet in sententia ipsa caussa exprimi possit, qua motus iudex eam tulit, id attamen opus minime est. c. sicut, de re iud. iuncta gl. ver. exprimantur. Abb. ibid. Albericus in l. properandum, §. illo. nu. 34 & seq. C. de iudicijs.

12 Septimo, quod licet sententia sedendo ferenda sit, cap. etsi sententia, §. fin. de re iud. cit. in 6.

attamen in summario indicio id necesse non est, d. Clem. sæpe loc. cit. §. fin.

13 Octauo, quod licet in sententijs ferendis plures requirantur solemnitates, in iudicio tamen summario illæ obseruari necessario minime debent. Quare necesse non erit iudicem illam proferre; poterit vel præsente, vel absente parte ferri; & de nocte; & diebus feriatis; hæ nanque solemnitates iuris existunt, & accidentalia, quæ in regularium iudicijs necessario seruanda non esse dictum sæpius est, ex c. qualiter, & quando el secondo de accus. §. fin. & nos c. 11. nu. 3. superius. Igitur sententia quæuis aut absolutoria, aut condemnatoria, aut declaratoria est. De illorum vnaquaq; nunc agendum est sigillatim, earumque formæ tradendæ.

De sententia Absolutoria.

14 Absolutoria sententia, qua accusatus, vel denunciatus, vel inquisitus absoluitur, & innocens declaratur, a iudice ferenda tunc est, cum ex deductis in processu delictum contra illos probatum non est.

15 Regula nanque iurisperitorum est, quod Actore non probante Reus absoluendus est, l. qui accusare, C. de eden. Iason. in l. non est nonum, nu. 5. C. de edendis cit. quem ceterorum doctorum nemo non sequitur.

At vero absolutoriam huiusmodi sententiam ferre cum voluerit ipse iudex, duo aduertat necesse est.

16 Primum est, quod Accusatorem, aut Denunciatorem citare, (etiam Regulares inter) seu vocare debet, ad producendum si quid contra præsumptum Reum opponere velint, quia ad sententiam definitiuam vult deuenire, & siquidem opposuerint, audiendi sunt; sin minus, sententiam pronunciare poterit, ac debebit.

In alijs foris cum per inquisitionem proceditur, ante absolutoriam procutator fiscalis citatur. Verum cum in religionibus nullus eiusmodi sit, nullus quoque in tali casu citandus erit.

17 Aduertat secundo, quod Absoluendus in duplici gradu esse potest, nanque

Aut de plano propriam innocentiam probauit, licet contra ipsum indicia essent vehementia, vel testium falsitatem ostendendo; vel quod illud ei facere liceret probando; vel alio quouis modo sine tortura, & tunc definitiue, ac simpliciter absoluendus est, quo casu, licet cōtra illum ex tali caussa noua superuenirent indicia, procedi amplius contra eundem minime posset. Clar. loc. cit. q. 57. versi. sed hic quæro. Paul. Merenda consi. crim. 90. nu. 31. vol. 1. Farin. q. 4. nu. 23.

Aut quia licet contra illum indicia fuerint plusquam leuia; non attamen aliqua fuere vehementia; quare nulla ei pœna, nec extraordinaria imponi potuit; vel si vehementia fuere, tortura purgauit, & tunc absoluendus quidem est, sed non simpliciter; verum stantibus in actis productis. Couuar. lib. 1. var. resol. cap. 1. nu. 8. Boss. tit. de test. num. 68. & 72. Flam. Cartar. in pr. crim. lib. 4. c. 1. nume. 135. quo casu si noua indicia superuenerint, huiusmodi sententia non obstante, contra illum eadem de caussa procedi poterit. Clar. loc. cit. quæst. 42. versic. forma autem. Farinac. d. quæst. 4. num. 26. & seq. post Paul. Grillan. tit. de relax. carce. tit. de absol. innocen. q. 2. Iodoc. in pract. crim. c. 40. tit. de negat. pat. in tortu. Quæ doctrina & canoni, & iustitiæ admodum consonare videtur.

Poterit autem absolutoria sententia hoc modo formari.

Forma sententiæ absolutoriæ simpliciter pro reperto innocente.

18 Christi nomine inuocato. Nos D. B. Prior Generalis &c. Visis, ac diligenter discussis omnibus, & singulis in caussa, & caussis coram nobis, ac Visitatoribus Collegis nostris inter D. Inquietum de Malitiosis de tali ciuitate accusatorem ex vna, & D. Innocentium de Bonis de tali ciuitate accusatum ex alia, de, & super his, quę in processu propterea fabricato continentur; habitoque prędictorum Collegarum nostrorum cōsilio, & assensu; Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat, oculique nostri videant ęquitatem; per hanc nostram definitiuam sententiam,

Christi nomine repetito, dicimus, sententiamus, declaramus, pronunciamus, & definimus dictum D. Innocēntium non fuisse repertum culpabilem, nec de iure punibilem, sed prorsus immunem a crimine, de quo fuit accusatus, ideo velut de tali crimine innocentem absoluimus, & liberamus; absolutumque, ac liberatum declaramus, non solum hoc, sed & omni meliori modo.

D. Inquietum vero accusatorem prædictum eodem Christi nomine repetito sententiamus, declaramus, pronunciamus, & definimus calumniatorem, ac iniquum delatorem esse, in pęnamque talionis incurrisse. Quapropter illum sententiamus, & condemnamus ad cellam pro carcere habendam per sex Menses, in qua semel in hebdomada die scilicet Veneris in pane solo, & aqua ieiunet.

Reseruantes nobis ex certa scientia, & expresse, quatenus dictam pœnam libere valeamus mitigare, relaxare, ac mutare si, & quando nobis visum fuerit expedire.

Lata, lecta, & publicata fuit hæc sententia Bononiæ in Monasterio S. Saluatoris die 15. Mensis Octobris 1612. præsentibus D. A. & D. C. testibus ad hoc vocatis in Camera solitę residentię d. Reuerendissimi P. Generalis.

Ita pronunciaui Ego D.
B. Prior Generalis.

Forma alia pro indiciato, vel torturato.

Christi nomine innocato, &c. vt supra, vsq; ad Christi nomine repetito exclusiue.

19 Christi nomine repetito dicimus, sententiamus, declaramus, & pronunciamus dictum D. Innocentium ex deductis in dicto processu non fuisse repertum de iure punibilem de crimine, de quo fuit inquisitus, quare illū a præsēti iudicio, ac instantia absoluimus, & liberamus, absolutumque, ac liberatum declaramus, non solum hoc, sed & omni meliori modo. Lata, lecta, & publicata fuit &c. vt supra.

De sententia condemnatoria.

20 Condemnatoria vero sententia tunc a iudice ipso ferenda est, cum Reus ex deductis in processu conuictus est, aut ipsemet fuit delictum confessus, quemadmodum supra dictum est nu. 4. In ea vero ferenda ipse iudex.

21 Obseruabit primo, quod Reus, contra quem ferenda est, citari debet, seu vocari, vt si

quid

quid habet, quod pro sui defensione dicat, possit adferre. vt num. 9. habitum est. Si habebit, quod producat, vel ad sui defensionem, vel ad sui excusationem, benigne audiatur; si nihil habeat, vel npponat, feratur contra illum sententia.

22 Obseruabit secundo, quod Pœna delicto conformis esse debet. iuxta illud Deuter. 25. Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Qua-
23 re pœnam augere iudex minime potest, si alicui delicto a lege taxata fit: nisi fortassis aliqua circunstantia delicto annexa id exposceret: sed neque minuere: nisi ex legitima caussa, quam in sẽtentia exprimere debet, saltem illis verbis. Iustis de caussis animum nostrum mouentibus.

24 Obseruabit tertio, quod si Reus pœnæ a lege statutæ pro delicto ab illo perpetrato capax forte non est, illam commutare in eam, cuius est capax, vtique potest; id affirmat Bal. in l. nouerint. nu. 5. C. intra certum tempus, quem alij Doctores sequuntur.

Obseruabit quarto Regularium iudex, quod
25 Pœnæ regularibus personis infligendæ a cuiusuis Congregationis Constitutionibus desumendæ sunt; quemadmodum superius, c. 13. nu. 81. dictum est. In earum enim quibusque pęnæ leues, graues, grauiores, atque grauissimæ continentur, pro delictis vtique leuibus, grauibus, grauioribus, atque grauissimis puniendis. Pœna etenim a statuto imposita iuris communis pœnam tollit. Clar. lib. 5. §. adulterium. versic. pone statutum, & §. fin. quæst. 85. ver. debet etiam.

26 Quare non est cur vel a iure communi, vel aliunde quærantur, aut ex proprio cuiusque cerebro inueniantur. Pœnarum enim extensio nimia vitanda est. optime probat Achilles de Grassis auunculus meus decis. 161. num. 6. Et eo magis, cum pœnæ ab institutis regularibus taxatæ minui, & augeri queant.

27 Et certe in grauissimis delictis carcer ipse nõne sufficere videtur? qui vtique ad finem vsque vitæ ieiunijs, alijsque afflictionibus additis prorogari potest.

28 Nulla profecto maior pœna in sacris canonibus (quid sciam) pro quouis delicto ipso carcere, vel in Monasterio detrusione imponitur alicui delinquenti.

29 De damnatione ad triremes videant iudices Regularium Io. Ber. Diaz in pr. crim. can. cum additionibus Lopez. cap. 145. in verbo corporalibus, & Marti. Nauar. in comentar. 3. de Regular. nu. 52. to. 1. quibus in locis hac de re sermonem habet vterque.

Poterit vero Condemnatoria sententia hoc modo formari, seu pronunciari.

Forma sententia condemnatoria cum expressione caussa.

30 CHristi nomine inuocato. Nos D. P. &c. Visis, ac diligenter consideratis omnibus, & singulis in caussa, & caussis coram nobis huiusque Monasterij discretis actitatis de, & super lęthalibus vulneribus a D. Vindice de Inflexibilibus inflictis D. Maledico de Improbis, de quibus in inquisitionis processu ad hoc a nobis fabricato, habitoque super his eorundem discretorum consilio, & assensu iuxta constitutionum nostrarum præscriptum, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, per hanc nostram definitiuam sententiam

Christi nomine repetito, Dicimus, sententiamus, declaramus, pronunciamus, & definimus dictum D. Vindicem de Inflexibilibus fuisse repertum culpabilem, & de iure punibilem, & propterea in pœnam grauissimæ culpæ nostris Constitutionibus inflictam incurrisse. Quapropter dictum D. Vindicem condemnandum fore, & esse ad carceres, prout illum sententiamus, & condemnamus ad illos per decennium incipiendum ab hodierno die, ita, vt in eo clausus manere debeat nec inde per id temporis vnquam exire valeat, infirmitate grauissima duntaxat excepta, ex qua cum conualuerit, ad eosdẽ redire debeat; in eis permansurus, donec decennium dictum compleatur, ibique ter in hebdomada, quarta videlicet, ac sexta feria, & Sabbato in pane solo, & aqua ieiunet, iisdemque diebus septem Psalmos pœnitentiales cum Litaniis recitare debeat, ac teneatur.

Reseruantes Reuerẽdissimo P. Generali pro tempore existenti ex certa scientia, & expresse, quatenus dictam pœnam cum suis Collegis libere mitigare, relaxare, aut mutare valeat si, & quando sibi visum fuerit expedire, & id non solum hoc, sed & omni meliori modo.

Lata, lecta, & publicata fuit hæc sententia præsentibus D. F. & D. G. testibus ad hoc vocatis Die 17. Mensis Octobris 1612. in camera solitæ residentiæ præfati admodum R. P. Abb.

Cui subscribet idem Iudex cum alijs discretis.

Forma alia sine caussa expressione.

31 CHristi nomine inuocato. Nos D. S. Prior &c. Visis, ac diligenter discussis omnibus, & singulis in caussa, & caussis coram nobis, ac discretis nostris actitatis inter D. Obseruantem de Maleuolis denunciantem, & D. Impudicum de Impuris denunciatum, de & super his, de quibus in processu propterea a nobis fabricato, de eorundem discretorum consilio, & assensu pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat, oculique nostri videant æquitatem, per hãc nostram definitiuam sententiam, quam in his scriptis ferimus,

Christi nomine repetito, Dicimus, sententiamus, declaramus, pronunciamus, atque definimus dictum D. Impudicum de Impuris de tali ciuitate culpabilem, & de iure punibilem repertum fuisse, in pœnamque grauioris culpæ incidisse, ideoque illum ad dictam pœnam condemnandum fore, & esse, prout illum cõdemnamus, ac sententiamus ad eam peragendam per mensem ab hodierno die incipiendum, non solum hoc, sed & omni meliori modo.

Lata, lecta &c. vt supra. Ex formis adductis elici quæcunque sententia poterit, contra quemuis pro quolibet delicto puniendo.

De Appellatione a sententia.

32 SI quis rationabili caussa ductus a definitiua sententia voluerit appellare, vel quia iniustam esse cognouit; vel quia contra indefensum pronunciata est; vel quia seruata minime fuerint a iudice, quæ de iure ab eo seruanda erant: vel quia pœna in ipsa sẽtentia grauior est, quam delictum mereatur; vel quacunque alia caussa, modo rationabilis fuerit; vtique poterit appellare iuxta ea, quæ dicta sunt, cap. 15.

Quod si præstare voluerit, intra decem dies a die latæ, & publicatæ sententiæ facere debet

Digitized by Google

ber, quemadmodum loc. citat. dictum est.

33 Transacto enim huiusmodi decem dierum spatio nequit amplius prouocare; tunc namque sententia ipsa in rem transit iudicatam. cap. cum inter. de sent. & re iud. iuncta glo. ibi. ver. iudicatam, & cap quod ad consultationem, eod. tit. nisi esset notorie iniusta. Cæsar de Grassis auunculus meus decis. 134. num. 3.

Quæ ad appellationem spectant, vniuersa in c. 15. citato habentur.

At vero si delictum notorium est, aut Reus ipsum fuit confessus, nequaquam appellare potest, vt diximus c. 15. cit. nu. 49. nisi cum excederetur modus in pœna imponenda, quæ maior quam delictum mereatur, infligeretur, iuxta dicta eod. c. nu. 56.

De sententia Declaratoria.

34 Declaratoria vero sententia a iudice ipso ferri tunc debet, cum exceptus, aut de crimine contra illum in exceptione proposito se purgauerit, ac immunem ostenderit, aut de illo conuictus extiterit, siue illud fuerit ipse confessus.

35 Quare declaratoria sententia duplex erit, fauorabilis vna, contraria alter.

Itaque si exceptus adductas contra illum exceptiones repulerit, seque innocentem ostenderit, pro illo declaratoria sententia fauorabilis a iudice ferenda erit, videlicet, quod eligi, aut electus confirmari, aut ad ordines promoueri possit. At vero si conuictus de crimine in exceptione proposito, aut illud confessus ipsemet fuerit; contra illum declaratoria contraria pronuncianda erit, quod eligi, aut electus confirmari, aut ad ordines promoueri nequeat. Notandum autem quod a declaratoria incursus censurarum a lege positarum, vel a constit. Apost. appell. non potest, ac in ea requiruntur tres sententiæ conformes: probat Achil. de Graf. decis. 370. nu. 7.

Poterit autem declaratoria sententia hoc modo formari.

Forma Declaratoria sententiæ fauorabilis.

36 Christi nomine inuocato. Nos D. B. Prior Generalis &c. Visis, ac diligenter consideratis omnibus, & singulis in caussa, & caussis coram nobis, & Collegis nostris Visitatoribus actitatis de, & super exceptionibus contra D. Bibacem de Mussolinis de Menania propositis a Do. Zelote de Inuidis de Asta, de quibus in processu a nobis propterea fabricato, habitoque super his dictorum Collegarum nostrorum consilio, & assensu; Deũ præ oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, per hanc definitiuam sententiam

Christi nomine repetito, Dicimus, sententiamus, pronunciamus, definimus, & declaramus dictum D. Bibacem a criminibus in huiusmodi exceptionibus contra illum propositis immunẽ esse, illumque velut innocentem ad quascunque dignitates, ac officia habilem declarandum fore, & esse, prout illum pronunciamus, & declaramus habilem esse, & ad quascunque dignitates eligi, & electum confirmari posse, non solũ hoc, sed & omni meliori modo.

Lata, lecta, & publicata fuit hæc sententia die. &c. vt supra.

Forma Declaratoria sententiæ contrariæ.

37 Christi nomine repetito. Dicimus &c. dictũ D. Bibacem de criminibus in talibus exceptionibus contra illum propositis fuisse conuictum, seu infamatum, & propterea inhabilem ad quascunque dignitates declarandum fore, & esse: prout illum ad eas inhabilem sententiamus, & declaramus, adeo quod ad eas eligi, aut electus in eis nequeat confirmari, & id non solum hoc, sed & omni meliori modo. Lata, lecta, &c.

De sententia Interlocutoria pro Accusatoris, vel Testium repulsione.

38 Quod vero spectat ad accusatorem, vel testes, cum propter exceptiones a Reo ipso propositas ab accusando, vel a testimonio ferendo repelli, siue inhabiles declarari debent; opus in tali casu definitiua sententia minime est, verũ sat erit, vel interlocutoria sententia, vel decretũ, quib. in eodem processu declaretur illos ab accusatione, vel a testimonio ferendo fore, & esse inhabiles, quare propter illorum accusationem Reum præsumptum non esse fatigandum, aut propter illorum testimonium non esse molestandum.

Poterit vero huiusmodi sententia interlocutoria, siue decretum hoc modo formari.

Forma sententiæ interlocutoriæ, seu decreti pro Accusatore repellendo.

39 Cum D. Innocentius de Bonis accusatus de quo supra D. Inquietum de Malitiosis accusatorem, de quo similiter supra, exceperit, ac velut illegitimum ab eius accusatione repellendum fore, & esse institerit, eo quia infamis est, propterea quod alias vt falsus testis punitus, & in carcere ad pœnam damnatus fuit. Nos D. S. prior antedictus attendentes exceptiones propositas esse veras, & sufficienter probatas, de nostrorum discretorum cõsensu dictum D. Inquietum velut infamem decernimus ab accusatione cuiusquam repellendum fore, vt accusatorẽ illegitimum: prout illum repellimus, & inhabilem, ac illegitimum accusatorem declaramus, & consequenter dictum D. Innocentium propter illius accusationem non esse fangandum, & id non solum prædicto, sed & omni meliori modo. Die 18. Mensis Octobris 1612.

Eodem modo contra testes exceptos, si exceptio legitime probata fuerit, decretum formabitur, mutatis mutandis.

De Sententijs. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Iudex regularis sententiat declarando, vt nu. 2*

Quia vnumquodque delictum, quod a regularibus committi potest, habet pœnam a iure impositam, & statutam, vt in c. de delictis dixi & in sequenti de pœnis dicam latius, ideo iu-

1 dicis regularis partes erunt in declarando, stante quod ex processu appareat talem commisisse simile delictum, talem pœnam requirens incidisse in tale delictum, & talem pœnam mereri, pro-

2 ut ita ipsum declarat: forma sententiæ erit huiusmodi. Christi nomine inuocato, Nos frater &c.

Vo-

Digitized by Google

Volentes dante Domino expedire, ac fine debito terminare, causam & causas coram nobis in prima vel secunda instantia vertentes per & inter fratrem N. accusatorem, & querellantem, vel fratrem denuntiantem, vel ex officio & per inquisitionem vel ex forma notorij &c. de, & su per alienatione vnius domus de ratione huius monasterij, pro scutis 100. ex vna, contra & aduersus fratrem &c. alienatorem, damnificatorē reum conuentum, ac se defendentem partibus ex altera, Christi nomine repetito nos supradictus per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam pro tribunali sedentes, ac solum Deū præ oculis habentes quæ de intrisperitorum consilio, & assensu ferimus in his scriptis dicimus, pronuntiamus, decernimus, & declaramus dictum fratrem N. ob alienationem Domus prædictæ &c. incidisse, & incurrisse in bullam, & extrauagantem Papæ Pauli II. ac excommunicationē, & alias sententias, censuras, & pœnas in eadem extrauaganti contentas, & descriptas, illumq; excommunicatum denuntiandum, & ab omnibus Christi fidelibus euitandum fore, ac denuntiamos, & euitari mandamus, & ita dicimus, & declaramus non solum hoc, sed omni alio meliori modo, forma, iure &c. Ita sententiaui ego fratris N. vel mutatis mutandis absoluendo. Et in notorijs sententiando memoratur tota series facti secuti, & tandem imponitur pœna delicto conformis.

DE REIS CONTVMACIBVS.

Tit. XXV.

Caput Primum.

SVMMARIVM.

1 *Reuerendis Commissarijs quid sit agendum, quando Reus (contra quem est compilatus processus) citatus ad informandum, non compareat, ita vt possit capi, & carceri mancipari.*

2 *Indicia, quæ in processu informatiuo fuerunt allata, quando operabuntur, vt is, contra quem illa diriguntur, possit citari ad informandum.*

3 *Reus, contra quem fuerunt in iudicio deducta indicia debilia, quomodo citabitur, ac procedetur contra ipsum.*

4 *Capitaliter banditi, & condemnati quare impunè quoad laicas leges poterunt occidi.*

5 *Executio illegitima monitorij, & citationis, quid operabitur, an necessario erunt intimandi hi actus personæ, vel sufficiat si fieret domi.*

6 *Ante expeditionem monitorij, & citationis constare debebit de corpore delicti, & quare, & quæ erunt exprimēda in ipso monitorio, & citatione.*

7 *Monitorij forma secundum stylum Romanæ curiæ traditur.*

8 *Intimato monitorio, vel saltem in habitatione ipsius* Rei, *vel in valuis curiæ: quoties Commissarij facient Reum citare, & de formis huiusmodi citationum.*

9 *Citationis Rei supradicti ad audiendum se incidisse in pęnas in monitorio positas, forma traditur.*

10 *Tenor banni ferendi contra citatum Reum, & contumacem, & insimul relatio promulgationis eiusdem banni.*

11 *Citationis Rei ad audiendam sententiam diffinitiuam tenor, ac forma traditur, & an huiusmodi citatio necessaria sit, necne.*

1 HAbitum sermonē de his, quæ scito dignissima fuerant a Reuerendis Commissarijs clericorum regularium, & secularium in processibus formandis contra ipsos, quando comparuissent: meritò superest subsequi, vt aliqua disseramus de modo procedendi contra eosdem contumaces. Quapropter Primò ad ipsorū Cōmissariorum memoriam renocare studebimus, quòd formato processu contra aliquem ex ipsis Reis, si capi ille non poterit, tunc Commissarij ponderabunt, an legitimè fuerint indicia collecta ex deductis in tali informatiuo processu contra ipsum, necne, quòd si repererint fuisse legitimè probata ipsa indicia, in tali casu formabunt monitorium, seu (vt communiter dicitur) citationem ad informandum, & se excusandum a delictis contra ipsum in iudicium deductis iuxta formam inferius afferendam, nec non dirigent eidem copiam eiusdem monitorij, & si intra terminum sibi assignatum ibi, ille sic citatus non comparuerit, tunc seruatis seruandis infrascriptis contra eundem ad sententiam condemnatoriam deuenire de iure poterunt: *a* sed sciendum, ꝙ non sine mysterio diximus legitima in-
2 dicia, quoniā non quælibet indicia sufficere debent ad transmittendum alicui huiusmodi monitorium, sed solum illa, quæ legitima erunt, *b* legitima verò iudicia illa dicentur, non solū quæ sufficerent ad torturam, verumetiam ea, quæ nō essent adeò grauia, legitima tamen, & a iure approbata, *c* sed qualia hæc sint relinquēdum erit arbitrio Iudicis; *d* licet voluerint nonnulli sufficere vehementem opinionem contra aliquē ex probabilibus argumentis resultantem: *e* & ideo si indicia essent de sui natura debilia, erunt aliquo modo per accuratam inquisitionē adiuuanda. Vnde solet prius citari Reus ad informandū curiam sub aliqua pęna pecuniaria, quādo agi-
3 tur contra clericos seculares; sed si ageretur contra regulares, tunc sub alia pœna, puta suspensionis, depositionis a dignitate (in qua forte reperiũtur) vel executionis ordinis, & huiusmodi pœnarum regularium: & si ipse Reus non comparuerit: tunc erit huiusmodi pœna indicta executioni mandanda: præcipiēdo actuario, vt omnia deniet in processu; antequam ad transmissionē monitorij procederetur, & ratio est, quoniam tunc Reo sic citato non cōparente dicemr constare de eius fuga ante inquisitionem prædictā, quæ fuga iunctis aliis præexistentib. indicijs sufficit postea ad transmittendum inquisitionem prædictam, *f* & hæc est optima practica, qua doctissimi viri vtuntur, qm̄ in tali materia cuncta sunt diligentissimè rimanda, & consideranda, *g* cum plerumque agatur de vita hominis, qua nihil temporale est charius, *h* vel de dignitate, quæ vitæ comparatur, *i* vel demū de fortunis, seu bonis temporalibus, quæ sunt secundus sanguis hominis. *k* ad hoc accedit, ꝙ tales sic capitaliter cōdemnati vigore constitutionū summorum Pon-
4 tificum impunè occidi poterunt. *l* Quare inde fit, ꝙ si quis innocens damnatus interficeretur, auctores talis damnationis innocentis, nō eximentur a peccato cooperationis mortis ipsorū. Secundò animaduertant Commissarij, quòd si huiusmodi monitorij illegitima executio fieret; tunc processus, sententia, & omnia actitata & actitanda essent ipso iure nulla, *m* quod & repetitum in citationibus volumus Commissarios non fugere: cum quisque minimus defectus in ipsis redderet omnes actus nullos, *n* attamen non requiritur necessario, vt ipsum monitorium personaliter ipsi reo intimetur, ad hoc, vt possit tanquam contumax condemnari, cum sufficiat eiusdem

a Clar. in practica, §. fi. q. 31. in princ.
b Char. de execut sent. ca. fin. nu. 59. et 139.
c Chart vbi supra. nu. 139.
d Cōrad. in sua pract. tit. de Inquisit. num. 33.
e Clar. vbi supra, q. 20. vers. Ad formandū. ibi, Nihilominus.
f Clar. vbi supra ver. Ad formandum, in fi.
g Rol. in cons. 51. nu. 1. lib. 1.
h Vasq. controuers. ill. lib. 1. c. 18. nu 9.
i Barb cons. 71. col. 4. vol. 2.
K Iason in l. Ne quicquam, §. vbi decretū, nu. 2. in fi. ff de off. procons. Panor. in c. Abbas. extra, de his, quæ vi met. cau. fiunt.
l c. 1. de homic. in 6. & Sixtus Papa V post alios in Const. 5. contra Homicidas.
m Clarus in pract. §. fin. q. 31. in princ.
n Clar. vbi sup. ver. 1. & sequenti.

Digitized by Google

eiusdem intimatio facta domi, dimissa copia ipsius monitorij, & talis est stylus, & consuetudo omnium curialium. *a* In domo, inquam, in qua ipse Reus inhabitare consueuerat, illucusque, nisi alia esset cuiusque curiæ consuetudo. Et ter-
6 tio sciendum, quòd ante monitorium expeditũ, obseruanda hæc erunt, nempè primo constare in iudicio de corpore delicti debebit, quoniam aliàs omne quod fieret, esset nullum, & inualidum, & in ipso monitorio exprimendum erit. Secundo nomen iudicis inquirentis, & nomen inquisiti. Tertio terminus, qui datur ad comparendum. Quarto pœna, sub qua inquisitus citatur. Quinto, tota facti series cum annotatione temporum, & locorum, *b* nisi sint delicta, quæ habeant tractum successiuum, & aliarum circumstantiarum, prout ex processu informatiuo resultat. *c* Sexto modus exequendi. Septimo comminatio procedendi ad vlteriora, si Reus non comparuisset. Octauo, tempus, & locus, in quo formatur. Nono subscriptio ipsius iudicis: *d* & decimo cum tale monitorium fuerit exequutum, fiet relatio executionis prædictæ per nuncium apud acta curiæ. *e* Vndecimo expectabitur, quòd transeat tempus assignatum ad comparendum. Duodecimo, quo lapso formabuntur, & aliæ citationes ad docendum ipsum citatum nõ paruisse supradicto monitorio pœnali contra ipsum formato, exequuto, & in actis reproducto. Decimotertio, necnon ad dicendum contra ipsum monitorium, si habuerit, quòd opponat: Et decimoquarto citabitur ipse Reus ad sententiam: & talis est stylus Romanæ curiæ. Decimoquinto, his peractis Reus non comparens, in banno ponitur, ac deinceps Decimosexto fit ei intimatio, quod in banno positus fuerit, nisi infra terminum dierum .... comparuerit. *f* Et decimoseptimo si ipse adhuc in contumacia persticerit, citabitur ad sententiam (si Commissarijs placuerit) cum adhoc non teneantur.

a Cla. vbi sup. ver. dictum est, & ver. seq.

b Nisi sint delicta, quæ habeãt tractum successiuum. Dec. in cons. 17. nu. 72. & seq. lib. 1.

c Char. de execut. sentẽtiæ, in præfat. nu. 115. & in cap. fi. nu. 149.

d Cla. vbi sup. q. 1. per totam. Foller. in sua pract. in verbo, vel eos verbaliter citari faciat per totum.

e Folle. vbi sup. in ver. Fiat relatio nuncij.

f Folle vbi sup. ver. banniant.

Forma verò monitorij secundum stylum Romanæ curiæ, & citationem, quibus deuenietur ad sententiam condemnatoriam, fulminandam contra reum non comparentem.

7 ANtonius Lambert. Episcopus Tiburtinus, seu Ioannes de Aragonia Vicarius Generalis Reuerendissimi Episcopi .... *g* Tibi Domino Francisco de Vbaldis Perusino, vel de tali loco, ex aduerso principali authoritate nostri officij; nec ad instantiam Reuerendi D. .... procuratoris fiscalis tenore præsentium præcipimus, & expressè mãdamus, quatenus infra tres dies proximos futuros, *h* ab executione præsentium computandos: cuius Primus dies pro primo, Secundus, pro secundo, Tertius, pro tertio, & peremptorio termino tibi assignatur, *i* sub pœna confessatorum criminum, & delictorum, de quibus imputaris, & degradationis, vel suspensionis, &c. & bonorum omnium quorũcumque vbique locorum existentium confiscationis, nec non priuationis beneficiorum Ecclesiasticorum (si quæ habet ipse clericus secularis, sed si esset regularis sub pœna priuationis dignitatis, si quam habet, & priuationis vocis actiuæ, & passiuę, vel aliarum pœnarum, quæ infligi assolent in eius religione) debeas coram nobis, seu D.... nostro Vicario, vel delegato Commissario K personaliter per te ipsum comparuisse, *l* & te præsentasse ad te ipsum excusandum, exculpandum, & defendendum ab infrascriptis criminibus, & excessibus per te commissis, & patratis, *m* & signanter super eo, quòd cum aliàs de anno .... mense .... & hic inseratur tota ad verbum facti criminosi (quod factum prætenditur) series cum omnibus circumstantijs suis, locis, temporibus, & alijs qualitatibus, seu accidentibus alicuius momenti. *n*

g Ecce nomen, & officium iudicis, Clar. in pract. § fi. q. 31. ver. per D. N. Prat.

h ca. olim, & c. fi. ext. de rescr. Vitalinus in tr. de malef. in Rubr. de citatione, num. 22 & 25. & nu 11.

i Foller. in sua pract. crim. eos verò aliter citari faciat, nu. 5. 22 & 40 Vitalinus vbi supra nu. 11.

K Vt sciat vbi cõparere teneatur, Foller. vbi sup. nu. 4. Clar. vbi supra.

l Foll. vbi sup. nu. 8.

m Cla. vbi sup. q. 21. ver. quæro modo.

n Cla. vbi sup. qu. 31. quod de anno.

His ergo peractis, in fugam te dedisti, pœnas propterea in dictis legibus pœnalibus, ac canonibus summorumque Pontificum atque Conciliorum decretis impositas, & inflictas temere, & damnabiliter incurrendo, rebusque alijs, &c. Alioquin, &c. *o* volumus autem præsens nostrum monitorium tibi personaliter, si persona tua commodè haberi poterit (etsi necessario non requiratur, quod prius constet de facta perquisitione dictæ personæ citandæ) *p* sin autem domi tuæ solitæ habitationis, *q* quatenus illam habeas in hac ciuitate, & ad valuas curiæ nostrę: aliàs ad valuas dictæ curiæ dimissis illius copijs affixis præsentari, & intimari (si tamen dicta citatio secundum stylum curiæ fuisset intimanda) *r* illudque monitorium sic exequutum ita te arctare, & afficere, ac si personaliter, & magis legitimè exequutum foret, certificantes nihilominus te, quòd si in dicto termino, non comparueris: Nos, siue officiales nostri seruatis quatuor terminis, in similibus seruari solitis iuxta stylum curiæ nostræ, ad declarationem incursus pœnarum prædictarum, illarumque legitimam executionem contra te procedemus, siue procedetur, contumacia, & absentia tua, ac alijs in contrarium forsan facientibus, non obstantibus quibuscumque: *s* etsi hæc comminatio non sit necessaria. In quorum, &c. Datum in Palatio, aut monasterio nostræ solitæ residentiæ, & in ciuitate .... Die .... mensis .... anni .... D. ... D. ... Commissarij, aut talis Episcopus, seu Vicarius Generalis ....

Locus sigilli.

D. ... *Actuarius, vel talis Actuarius, seu notarius.*

o Foll. in d. uer. eos &c. n. 3. Vitalinus ubi sup. num. 3.

p Foll. vbi sup. nu. 28. Clar. vbi sup. q. 31. ver. sed nunquid.

q Char. de execu. senten. c. fin. nu. 182.

r Clar. vbi sup. q. 31. ver. dictũ est.

s Vitalinus in tract. de malef. in rubr. de cit. nu. 3.

Formato igitur tali pacto monitorio, illoque exequuto, & in actis reproductis modo, & forma supradicta cum fide in scriptis redacta per cursorem, seu mandatarium in calce, seu a tergo eiusdem monitorij annotata (cum relatio nuncij), seu beriuarij sit de substantia citationis, quæ in actis ad verbum describenda erit) *t* lap-
8 soque dicto termino trium dierum in dicto monitorio assignato, qui incipit currere a die exequutionis exclusiue, *u* citatur deinde Reus infrascriptis modis, videlicet: Reuerendissimo Episcopo .... vel Reuerendissimo Vicario Generali .... vel Reuerendis D. ... & D. ... Commissarijs impetrantibus citetur D. ... ex aduerso principalis ad docendum se paruisse monitorio pœnali contra eundem formato, exequuto, & in actis legitimè reproducto, ac ad dicendum contra primum pro prima dilatione ad primum diem instante fisco, &c.

D. ... Notarius.

Facta verò relatione comparens ipse fiscalis accusabit contumaciam citati, & non comparentis, & instabit mandari, citari, secundo pro secunda, & sic describatur in actis huiusmodi fiscalis comparitio, & instantia, videlicet.

Facta relatione comparuit substitutus fiscalis, aut procurator fiscalis, & accusauit contumaciam D. ... non comparentis, & instituit citari secundo pro secunda.

t Fol. in sua pr. in ver. fiat relatio nuncij.

u Vitalinus ubi sup. num. 27.

Forma

Digitized by Google

Forma verò citationis secundæ.

Die .... mensis .... Anni ....
Citetur D.... ad docendum &c. vt supra secundo pro secunda dilatione ad primam diem, &c. dicto instante fisco.

D..... Notarius.

Facta relatione comparuit, & tertio fiscalis, & obtinuit dictum D.... citari tertio.
Die .... mensis .... Anni ....
Citetur, D.... ad docendum, &c. tertio pro tertia dilatione ad primam diem instant fisco.

D..... Notarius.

Facta relatione fiscalis obtinuit quarto citari dictum D.... pro quarta, & super abundanti.
Die .... mensis .... Anni ....
Citetur D..... ad dicendum, & quartum, pro quarta, & super abundanti dilatione ad primam diem, instante fisco.

D..... Notarius.

9 Facta relatione fiscalis obtinuit citari dictum D..... ad sententiam.
Die .... mensis .... Anni ....
Citetur D..... ex aduerso principalis ad videndum deferri iuramentum in supplemẽtum plenæ probationis, quatenus opus sit ad concludendum concludique videndum sentẽtiam diffinitiuam, & loco sententię ad videndum declarari se incidere in pœnas in monitorio contra eum formato, exequutio, & in actis legitimè reproducto contentis, & præmissorum exequutione mandatum, quodcunque desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari ad primam diem instante fisco.

D..... Notarius.

Facta relatione comparet fiscalis, accusatque contumaciam D.... & obtinuit declarari, vt supra, & Iudex feret sententiam declaratoriam incursus pœnarum prędictarum, cuius sententiæ formam elicient Commissarij ex forma sententiæ productæ superius mutatis paucis mutandis, vide ibi latius. *a*

a sup. in ca. 24. nu. 3.

His peractis ipsi Commissarij debebunt procedere ad bannitionem dicti contumacis tali forma verborum vtendo, videlicet.

Tenor Banni.

[D'ordine del Reuerendissimo Signore &c. .... Vescouo, ò Vicario &c. si deduce a notitia di tutti, qualmente hauendo D..... habitante &c. del presente anno.... nel mese..... commesso vn.... in casa, ò in persona di....] & in-
10 feratur tota facti, seu prætensi criminis series, [come appare per gli atti, &c. & essendosi perciò reso contumace, non curandosi comparire secondo le citationi fattegli, però si mette in bando, in pena della galera, ò altra pena &c. si prohibisce, che nessuno debba ricettarlo, nè dargli consiglio, aiuto, nè fauore, sotto le medesime pene, & in subsidio della scommunica ipso facto da incorrersi da lui, dando ad esso D....... & a sudetti, giorni.... per lo primo monitorio, & giorni.... per lo secondo, & giorni.... per lo terzo, & insieme se gli assegna l'istesso termine all'istesso D.... a comparire a difendersi dal detto bando, altrimente &c.] In quorum &c. Datum &c. die...., mensis...., anni.....

D..... Notarius.

Dicta die....
Exequutum dictum bannum, per D.... Publicum præconem curiæ Episcopalis, vt retulit.

De mandato &c. intimetur D..... qualiter fuit in banno positus, & eidem terminus assignatus dierum.... ad comparendum, & se tuendum &c. in quorum &c. datum &c.
Dicta die....
Intimatum domi eiusdem D.... cum dimissione intimationis in forma per D.... publicum mandatarium Curiæ Episcopalis, prout retulit mihi Actuario, seu Notario causæ.
Die....

Commissio citationis ad sententiam.

De mandato &c. citetur &c. D...... Reus, quatenus infra dies... coram Reuerendissimo
11 Vicario &c. vel Commissariis compareat ad audiendam sententiam super inquisitione contra eum formata tenoris, prout in illa, & postea quandocunque singulis diebus, & horis, &c. Ideo &c. aliàs &c. in quorum &c. datum &c. exequuta &c.

Et sciendum quod ad maiorem cautelam retulimus formam huius citationis ad sentẽnam: vt sciant Commissarij, vel ordinarius, quomodo formari possit, & si Doctores teneant illam post bannum promulgatum necessariam non esse, *b* nihilominus in hoc seruanda erit regionis consuetudo, & praxis, si qua est, vt non erretur. *c*

b Char. de exe- cut. senten. c. 1. nu. 430.
c Clar. in prac. §. fi. q. 44. vers. Item quaro. Char. vbi sup. in vers. subaiit tamen.

De Reo contumace. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inchoacti processus semper manet iudex.*
2 *Generalis communis iudex.*
3 *Iuramentum an reis deferendum sit.*
4 *Forma reos interrogandi.*
5 *Reus de se confessus quo casu de aliis interrogari possit.*
6 *Carcer quando necessarius.*

Formato processu, si reperitur reus indiciatus, vel conuictus, modo & forma supradictis debet illico interrogari, hoc est constitui ad effectum inueniendi ex ore proprio veritatem, & si post delictum commissum reus sic mandantibus superioribus mutaret monasterium, ciuitatem vel Prouinciam, si inchoactus fuit
1 processus non liberatur ab obedientia (ratione illius scilicet delicti) prædicti Prioris, vel Correctoris ca. proposuisti de foro compet. l. hæres, §. 1. §. si quis, ff. de iudic. Si verò nullus fuit principiatus processus, tunc Prouincialis, vel Visitator, si reus erit in illius prouincia, Visitando prouinciam erit iudex competens, aliàs cognitio spectabit ad generalem, quia tali casu, vti commu-
2 nis iudex, & ratione delicti loci, & personæ poterit ad pœnam contra reum procedere argum. l. Roman. ff. ad municipal. & capit. licet de foro compet. Interrogabitur enim reus hoc modo, Die, mense, Anno, in loco vt dixi in c. de examinandis testibus constitutus Fr. N. coram &c. N. & delato ei iuramento, prout manu tactis scrip-
3 turis. Iurauit in forma &c. Iurare enim tenetur reus ex doctrina Bar. in l. inter omnes, ff. de furt. num. si. & latè Marsi. in l. quæstionis habendæ, ff. de quæstion. num. 72. Et est communis opinio, nec tam detestabilis, vt quidam sentiunt, quia delicta omni modo possibili debent inueniri, & puniri, pinguior enim victima Deo non consecratur homine malo, & ideo vbique iuris consulti hanc practicam seruant: & est ratio etiam satis concludens, quia reus tenetur a iudice interrogatus

rogatus dicere veritatem, aliàs confiteri recusans, vel mendaciter negans mortaliter peccat. Io. a Capistrano in cap. vestra de cohabit. cler. & mulier. num. 28. & Abb. in c. 1. de testibus cogen. num. 3. nec permissum esse reo inuenio, tacere veritatem, & dicere mendacium etiam se defendendo, quia tali casu fraudulenter, & dolosè procedit, ac calumniosè videtur se defendere per fraudem, & dolum, quæ fraus & dolus alicui patrocinari non debent, idem Ioan. loco citat. nume 28. cap. ex tenore de rescript. cap. dictum 30 quæst. 1. l. nec ex dolo, ff. de dol. ca. 1. 15. quæst. 6. cap. constituit 20 quæst. 3. sequendo igitur constitutum interrogabitur: Fuit ei dictū, an sciat, vel excogitare possit cur fuerit coram &c. uocatus, & causam præsentis constituti? ita Milleus de form. reorum interrog. num. 6. & 7. Respondet nescire, Monitus, vt bene cogitet, & veritatem dicat; reus enim sponte confitendo veniam consequitur, l. edicto Diui Traiani, ff. de iure fisci, Ignorat. Ei dictum a quo tempore citra reperiatur in hoc monasterio? nā ratione delicti sortitur forum Abb. in capit. 1. de præsumpt. num. 2. & in cap. sanè de foro competen. num. 5. & in cap. 1. de raptor. num. 7. Felyn. in cap. a nobis, el primo, de sententia excommunic. nume. 1. Respondet &c. Ei dictum an
4 vllas contraxerit inimicitias? ita Mill. loco cit. nume. 10. & dicat qua occasione vel causa, cum quo, vel quibus, & an subsecuta sit reconciliatio, & quando? hoc enim seruatur, quia semel inimicus, semper præsumitur inimicus, nisi probetur reconciliatio Innoc. in cap. cum oporteret de accusat. Bald. in auth. si dicatur, C. de testibus text. in l. in ipsius, & ibi Bald. Cod. famil. ercisc. und. & reconciliatus de recenti, in graui iniuria adhuc præsumitur inimicus, ca. 1. 3. quæst. 5. & latè Blanc. de indic. numero. 161 ad effectum, scilicet, vt videat iudex quanta sit testibus fides adhibenda. Respondet nescire. Ei dictum an vnquam fuit ipse constitutus accusatus, & denunciatus inquisitus, vel aliter processatus de aliquo crimine, & dicat de quo, quando, quo instante, à quo iudice, & quam pœnam reportauit? capit. semel malus de regul. iur. in 6. Negauit. Deinde interrogabitur de vnoquoque indicio, incipiendo a remotiori, & gradatim prosequendo vsque ad delictum ipsum l. vnius §. cogniturum, ff. de quæst. Bal. in l. custodias ff. de public. iud. in qua delicti propalatione cautus sit iudex diligenter inspicere, & annotari facere, an commoueatur ipse reus, si fit Pallor, trepidatio, rubedo, vel tremor in faciem ipsius; hæc omnia sunt signa apta ad prouocandum iudicis arbitrium ponius pro vna, quam pro alia parte; ita Franc. Cason. in tractat. de indicijs in initio, nam rubedo signat verecundiam delicti commissi, pallor vindictam, trepidatio metum pœnæ futuræ vt elegantissimè hæc omnia signa describit perillustris Phyl. D. Annibal Pocatera Ferrariēsis in primo eius dialogo della Vergogna, & de se confessus poterit de alijs interrogari, si delictum sit tale vt necessario adfuerint alij Vnde Versus.

„ *Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,*
„ *Participans, mutus, non obstans, non manifestans.*

Et si confitebitur, delictiq; grauitas sic requirat, incontinenti iudex mandabit ipsum incarcerari ob sui custodiam l. 1. & l. fin. C. de custod. reorum. Si verò negabit, & delictum erit graue, quia ex delictis grauissimis incarcerantur, nō leuibus Abb. in c. vt famæ de sententia excommun. num. 2. vt saltem veniat imponenda pœna corporis afflictiua l. ictus fustium, ff. de his qui notantur infam. pariter debebit incarcerari vt metu carceris confiteatur Bartol. in l. si verò, ff. qui satisdat. cogant. & in l. 1. ff. de custod. reorum. mandando iudex, vt reus se subscribat, ne negare possit modo, & forma pro vt ca. de examine testium dictum fuit.

DE BANNITIS CAPTIS.

Tit. XXVI.

Iudex ordinarius, vel Commissarij, quid facient capto bannito, & qua forma ad eius recognitionem procedent. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Contra bannitos captos quando executio fiet.*
2 *In banniti capti recognitione facienda per Commissarios quæ erunt obseruanda, vt ritè omnia procedant.*
3 *Commissarij in processu informatiuo compilando errantes in nomine cognomine, &c. ipsius Rei, quid facient pro correctione erroris ipsorum.*
4 *Ex inordinatè actis non poterit aliquid ordinatè proficisci.*
5 *Commissarij quid præmittere debeant bannitorum iam carceratorum examini.*
6 *Forma constituti Rei banniti cum recognitione ipsius assignatur, & omnium interrogationum faciendarum ipsi.*
7 *Commissarij quomodo manifestabunt ipsi Reo bannito carcerato bannum, & sententiam contra eundem promulgatam, & huiusmodi manifestatio in actis qualiter describenda erit.*
8 *Post dictam recognitionem factam, & legitimam appellatam a Commissarijs, de quibus alijs ipse Reus constitutus erit interrogandus.*
9 *Commissarij post dictam interrogationem quid facient.*

VT omnia scitu dignissima breuiter tradamus pro instructione Commissariorum, hoc tantum superesse videbatur, scilicet, vt eis aliquam normam describeremus, qua obseruata meritoriè exequi possent proprium munus. Nam sæpe accidere assolet, quod positi in banno enam condemnati capiuntur à ministris Iustitiæ, & obturibus Commissariorum, vel iudicum ordinariorum præsentantur: meritò ergo, hic sermo erit habendus de modo procedendi contra huiusmodi bannitos, iam carceri mancipatos. Nam primò sciendum erit, quòd si huiusmodi banniti capti fuerint intra, vel post annum huiusmodi condemnationis, non statim erit ad executionem sententiæ cōtra eosdem procedendum, nisi priùs nouo processu formato su per recognitione personę illius: ad hoc vt antè executionem constet eū esse, qui in banno, & sententia descriptus est. a Recognitio autem huius modi fit in primis per propriam ipsius condemnati confessionem, quia is constituitur coram iudice sine aliqua expressione nominis, sed benè à notario, seu actuario eius sic constituti *a Char. de exe cut. sent. capta bannito, c. 2. in prins.*

Digitized by Google

turi statura, effigies, barba, vestimenta, & aliæ (si
2 quę sunt demonstrationes) describatur in principio examinis.

Secundò ipsis Commissarijs erit eosdem bannitos interrogare de eorum nomine sigillatim, cognomine, pronomine, parentibus, patria, exercitio, & alijs qualitatibus, si quæ aliæ in processu, banno, & sententia condemnatoria: circa ipsius banniti constituti personam expresse, & specificatæ fuerint vnico, vel pluribus interrogatorijs, quod melius est; & recepta responsione postmodum ipse bannitus interrogandus erit: an in loco, vnde dicit se esse oriundum, reperiatur aliquis alius eiusdem nominis, cognominis, prænominis, parentum, & qualitatum: & si dixerit quod non reperiatur alius eiusdem nominis, cognominis, &c. tunc ipsi Commissarij exhibebunt sibi bannum, siue sententiam, in qua fuerat condemnatus; & per notarium ad claram eiusdem banniti intelligentiam legatur, & vulgarizetur. Quibus omnibus ritè peractis, interrogabitur demum ipse bannitus: An ipse sit illemet te, corpore, & substantia, qui in dicta sententia, vel banno descriptus, & nominatus est, & qui de delicto in eo contento inculpatus existit: & si dixerit quod sic: tunc perfectè & legitimè dicetur facta talis banniti, & condemnati personæ recognitio. *a* Et hæc quidem recognitio tunc multò magis necessaria est, si quando formata fuit inquisitio, ignorabatur nomen delinquentis, & descriptus fuisset per signa, nempe per staturam, habitationem, vestimenta, & alias circumstantias, vel per literam N. & processum fuisset ad condemnationem, de qua supra latius.

a Char. vbi supr. a. n. 4 vsque ad nu. 15.

3 Tertiò Commissarij animaduertant, quod si in sententia, & in processu informatiuo errassent in nomine, cognomine, patria, vel in aliqua alia demonstratione; aut si in loco, in quo condemnatus est ortus, vel domicilium contraxit, aut deliquit, reperiantur alij eiusdem nominis, & cognominis: tunc antequam ad executionem sententiæ processerunt, accuratissimè inquirent de veritate personæ Rei, & si reperierint se errasse in persona carceri mancipata, & pro bannita capta à ministris Iustitiæ, omnino statim corrigete tenebuntur ministrorum suorum errorem, & liberabunt illum, plenè constito sibi de innocentia ipsius, qui fuerat sic carceratus loco banniti carcerandi: prout docuit in simili Innocentius III. Papa *b* dicens.

b in c. qualiter, & quando, el primo, & ibi per Doct. extra de accusat.

Si circa Nouariensem Episcopum debitum inquisitionis ordinem obseruastis: discretionem vestram in domino commendamus, si verò qualibet occasione prætermisistis, eundem adhuc ipsum tempore opportuno volumus obseruari, ne indè nascantur iniuriæ, vnde iura nascuntur. Ideoque mandamus, quatenus ad conscientiæ vestræ iudicium recurrentes: si contra præscriptum ordinem tamquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores: quoniam apud iudicem districtum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: Ita videlicet, vt inueniatis occasionem aliquam congruentem; per quam ne vestra vilescat auctoritas, quanto cautius, & prudentius poteritis, supersedeatis ad præsens: Quoniam ex his, quæ inordinate funt acta, non potest ordinabiliter agi: Hæc ibi.

4 Quartò Commissarij sciant, quod eorum erit (vt communiter practici criminalistæ fa-
5 ciunt) antequam ad aliquod interrogatorium deuenerint cum tali bannito, & condemnato, assolent post descriptam à notario eius personam; (vt supra diximus) solemnem protestationem in ipso constituto describēdam fore à notario præcipere, dicēdo; quod per subsequentes interrogationes faciendas, & responsiones à condemnato ipso constituto dandas, vel aliam quemcumque actum, non intendant aliquo modo præiudicare sententiæ condemnatoriæ prius contra ipsum latæ, & iuribus inde fisco competentibus iuxta formam infra referendam.

Forma constituti cum recognitione banniti, & condemnati.

Die .... mensis .... anni ....

D..... constitutus personaliter in carceribus monasterij ...... vel Palatij Episcopatus, vel in .... coram Reuerendis D.... & D.... Commissarijs, vel Domino ..... Episcopo .. ... &c.
6 & me D..... causæ actuario seu notario assistente D...... Procuratore fiscali (si interfit,) Quidam homo staturæ .... ætatis annorum .... prout ex aspectu dignosci poterat, cum barba tonsa, vel coloris ...... habens cicatricem (si habuerit, vel aliud signum) in facie, vel brachio, indutus veste ..... caliginis panni coloris ...... pileo in capite feldri ...... Qui delato sibi iuramento tali forma: vt iuraret se dicturum meram, & plenam veritatem, tanquam principalem quoad se, & testem quo ad alios, de his, de quibus ipse erit interrogandus, & quicquid inde sciret, præmissa priùs per Reuerendos Commissarios protestatione, quòd non intendant per quamcunque interrogationem à se faciendam, vel per responsionem à dicto constituto dandam, aut per quemcunque alium actum desuper adhibendum, sententijs contra dictum constitutum latis, iuribusque fisco quomodolibet competētibus præiudicium aliquod inferre: de quo solemniter, & expresse, ac omni meliori modo protestati fuerunt, & protestantur, hancque protestationem, semper & quandocunque, & in quolibet actu ex nunc, prout ex tunc, repetunt, & pro reperita haberi volunt, & intendunt: Ita etiam instante dicto fiscali. Ad opportunas interrogationes ipsorum Reuerendorum Commissariorum ipse D..... constitutus dixit, & deposuit, vt infra, videlicet.

Interrogatus, come esso constituto si chiami, & habbia cognome, & se hà altro sopranome. *Respon.*

Interrogatus, come si chiama vostro padre, madre, sorelle, fratelli, & qual è la vostra arte? *Resp.*

Interrogatus, doue sete nato, & in qual contratta, & appresso à quali persone? *Respond.*

Interrogatus, se nel suo paese vi sia alcuno, che habbia l'istesso nome, che hà esso deponente. *Resp.*

Interrogatus, come, quando, & in compagnia di chi era, quando fu preso prigione, & perche, & se lo può imaginarsi? *Respondit.*

Digitized by Google

His generalibus interrogationibus præmissis, statim Commissarij mandent Actuario, describi in actis subsequentia, videlicet.

Tunc Reuerendi Commissarij mandauerunt per me actuarium ad omnem bonum ef-
7 fectum, & finem exhiberi, legi, & vulgari sermone exponi ipsi D..... constituto ad claram eiusdem intelligentiam quandam sententiam exilij, deportationis in insulam, confiscationis bonorum, excommunicationis, vel alterius pœnæ, contentæ in ipsa sententia lata contra ipsum constitutum per Reuerendum D.... Iudicem delegatum, vel per Vicarium generalem Episcop.... sub die.... mensis..... anni.... per manum notarij..... prout in processu contra ipsum compilato sub folio.... Quæ sibi lecta per me D..... Notarium, & vulgari sermone exposita de verbo ad verbum, prout iacet in litera, alta & intelligibili voce, & per ipsum D...... constitutum benè audita, & intellecta (vt asseruit) fuit statim Interrogatus à Reuerendis Commissarijs ipse D.... constitutus, s'esso constituto è quell'istesso D... .. figliuolo di.... fratello di...... &c, & corpore, & substantia, del quale espressamente parla la sententia già letta, & quello istesso, che in essa si troua condannato per hauer fatto..... & condannato alla pena di.... *Respon.*

Interrogatus, se nella fameglia, & casata di.... è altro che si chiami di nome...... *Respond.* Signor non c'è altro, che habbia il nome, che hò io.

Tunc Reuerendi Commissarij huiusmodi recognitionem ipsius D.... constituti acceptauerunt, illamque fuisse, fore, & esse rite, & legitime factam, ac sententiam prædictam & suis loco, & tempore pronunciauerunt exequendam.

Et sciant Reuerendi Commissarij, quod assolent nonnulli Iudices hoc decretum adhibere post acceptam responsionem, cum nullus alius repertus: attamen si fiat, bonum esset, sed si non fieret, non ideo processus recognitionis corrueret.

8 Interrogatus denuo ipse D.... constitutus, se esso sia stato mai processato, ò citato, ò bandito, ò condannato dalla Giustitia, & doue. *Respond.* Io mai fui processato, &c. ch'io habbia saputo.

Et monitus denuo blandè à Reuerendis Commissarijs, vt benè aduertat, quia apertè Curiæ constat, quòd ipse D.... fuerit processatus, inquisitus, & condemnatus pro supra recensitis delictis: & absque dubio plusquam verisimile est, quod ipse D.... de prædictis notitiam habuerit, & habeat. *Respond.* Io non sò niente di quanto le P.V.R. hora me interrogano, & dicono.

Tunc Reuerendi Commissarij ad continendum ipsum D.... constitutum de menda-
9 cio, ac omnem alium meliorem finem, & effectum.

Secundo exhibuerunt eidem D..... constituto sententiam eandem, & mandauerunt denuo illam per me D..... Actuarium relegi, & vulgari sermone exponi à principio vsque ad finem. Dicimus denuò præsentandam fore sententiam condemnatoriam ipsi Reo bannito. Quoniam licèt sciamus semel ipsam ostendi, & coram ipso legi sufficere: tamen hæc reiteratio ostensionis poterit ipsum Reum trahere ad maiorem trepidationem, confusionem, ac per consequẽs ad confessionem criminis, vel saltem ad aliqua signa exteriora, quibus ipsi Commissarij possent trahi ad credulitatem, & veritatem criminis dedncti in iudicium contra ipsum constitutum, ac bannitum.

Quid faciendum sit Commissarijs, si Reus, de quo agitur, negauerit esse illum descriptum in banno, seu in sententia condemnatoria. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij, vel Iudices ordinarij quomodo procedent contra bannitos carceratos negantes se esse illos, qui in banno, & sententia reperiuntur descripti.*

2 *Commissarij quid describi facient ab Actuario, postquam dictus bannitus negauerit se esse illum, de quo in dicto banno sermo habetur.*

3 *Testis adductus ad recognoscendam personam banniti, de quibus interrogabitur: & quomodo describentur huiusmodi interrogationes, & illius depositio, & Rei verba.*

4 *Commissarij quid facient, si Reus bannitus adhuc perstiterit in negatiua non obstante multiplici affirmatiua assertione testium adductorũ ad recognoscendum Reum.*

5 *Forma decreti induiti Reo termini ad se tuendum, & ipsius intimationis factæ Reo relatiomis traditur.*

6 *Commissarij quid facient, si Reus bannitus carceri mancipatus, & habitus pro bannito legitimè, probauerit se non esse illum descriptum in banno. Et quid si ipse carceratus defecerit in probando se non esse illum positum in banno.*

7 *Commissarij quomodo procedent contra bannitũ, qui pluribus nominibus vocari se fecisset, & de quibus interrogabunt eos.*

8 *Commissarij post examen dictorum bannitorum, quæ necessario ponderabunt, & obseruabunt, & de quibus secundo eundem Reum interrogabunt.*

9 *Reo adhuc in negatiua persistente, quid facient Commissarij.*

10 *Ad exequutionem sententiæ procedent Commissarij, si Reus bannitus fassus fuerit se esse illum, de quo fit sermo in banno, licet expresse non confiteretur se illa, de quibus fuerat inquisitus, perperrasse, & quare. Sed quid facient Commissarij, si reus in tortura semper perseuerauerit in negatiua.*

1 Sciant Reuerendi Commissarij, vel Iudices ordinarij, quòd si bannitus, & condemnatus negauerit se esse illum, de quo fit mentio in banno, & sententia condemnatoria: tunc ipsis procedendũ erit contra eundem infrascripta forma, videlicet: Nam

primò

Digitized by Google

primò ponderandum erit eis, an adsint testes, qui illum possint recognoscere pro tali, ac per coosequens ipsum conuincere, quòd sit ipsemet in sententia, & banno dictis nominatus, & de crimine in eis contento inculpatus. a Nam sciant, quòd non sufficiet, si testes solum dixeriot, quod ipse constitutus vocetur ..... nisi etiam dixerint, quod sit ille, de quo mentio fit in sententia.

a *Chart. de exè cu. sententia c. 2. num. 34.*

Aoimaduertant secundò Commissarij, quod huiusmodi recognitio erit facienda tali pacto, nempè ponendo ipsum Reum recognoscendum inter duos, tres, aut quatuor alios homines similes in statura barba vestibus: & huiusmodi si fieri possit, vt possit euitari omnis fraus & occasio falsum deponendi, quibus ponderatis, statim interrogabunt denuò ipsum Reum bannitum tali, vel simili forma verborum, & eius interrogatio, & responsio ita describatur.

Interrogatus, & monitus D..... sub vi eiusdem iuramenti sibi in principio examinis sui exhibiti, che vogli hoggimai dire la verità, qual fin qui hà oegata contra ogni ragione, & senza sua vtilità; auuenga che non ci manchino testimonij degni di fede; dalli quali sarete reconosciuto per D..... & negeranno, che voi vi chiamiate D...... come voi falsamente hauete proposto, anzi affermeranno di propria scienza, che voi sete l'istesso, del quale si parla nel bando, & sententia condannatoria. Respôdit, io vi dico, che non son altrimente questo D..... che stà scritto in questo bando, & sententia hora lettami: nè si trouerà mai che io sia altro che D...., come ho detto, & mi vergognarei mutarmi il nome.

Tuoc Reuerendi Commissarij ad conuincendum ipsum de mendacio, & ad disponendum ipsum ad veritatem fatendam, ac ad om-
3 nem alium meliorem finem & effectum, mandauerunt ad locum examinis adduci tres alios, qui magis similes ætate, statura, & effigie ipsi D..... constituto reperiri poterant. Quibus adductis mandauerunt eosdem in ordine poni, & inter illos poni etiam ipsum D.... constitutum; & ad illorum faciem successiuè mandauerunt vocari D..... Qui ad faciem prædictorum adductus: & sibi iuramento de veritate dicenda delato, prout tactis, &c. iurauit; fuit per ipsos Reuerendos Commissarijs interrogatus de infrascriptis, & primo fuit

Interrogatus, se esso D.... habbia conosciuto, & conosca D.... *Resp.*

Interrogatus, come, & da quanto tempo in quà l'habbia conosciuto. *Resp.*

Interrogatus, se sà, ò habbia inteso dire, che detto D...... habbia fatto qualche maleficio. *Resp.*

Interrogatus come sà, che detto D.... habbia fatto tal maleficio hora nominato da lui, & da chi altro habbia ciò inteso, & in presenza di chi, & quando. *Resp.*

Interrogatus, se hora vedeste detto D.... lo conoscereste. *Resp.*

Et Reuerendis Commissarijs sibi dicentibus, horsù risguardate bene tutti questi quattro qui presenti, quali hora vi si mostrano; & dite la verità, se fra questi quattro ci è D..... del quale sete stato interrogato hora, & del quale si è detto anco da voi hora, che ha fatto ..... *Resp.* Reuerendi Padri, Io hò veduto benissimo questi quattro giouani, che stanno qui per fila, & vi dico che fra loro ci è quel D..... del quale adesso mi hauete dimandato, & del quale si diceua che hauea fatto ....

Et Reuerendis Commissarijs subdentibus, vt ipse D..... adductus in testem dicat, & assignet, quis nam ex dictis quatuor Clericis, secularibus aut regolaribus, seu alijs, de quibus agitur, sit ille D...... de quo quæritur, & illū manu sua tangat intrepide: Ipse D.... vocatus in testem mouens se de loco ad locum manu tangens dictum D.... Reum tertium in ordine positum respondit; Reuerendi Padri, ò Signori, questo qui, ch'è terzo in questa fila d'huomini in mia presenza posti, è quello D..... del quale mi hauete dimandato, & io vi ho risposto di sopra ....

Et si dictus D. ... Reus tacuerit, benè, sin aliter responderit illum errare, tunc omnia verba prolata ab ipso reo, & a dicto teste in cōtrarium omnino describantur tali pacto, videlicet.

Signori Reuerendi, Costui non sò chi sia, non lo conosco, nè può conoscermi, ne sò quello che lui dice, perche mai mi chiamai D..... come lui dice: ma si ben mi chiamo D.... come vi ho detto di sopra, & non son stato mai nel monasterio, ò Città, ò Chiesa ..... come lui dice. Replicante vero dicto D..... in testem vocato, & dicente. Reuerendi Padri Commissarij, ò Signori, io vi replico che questo huomo non si chiama altrimente D..... come si fà chiamare hora, ma si ben il suo proprio, & vero nome è D...... & per tale lo riconosco benissimo.

4 Et cum vterque persisteret in suo dicto, dicti Reuerendi Commissarij dimiserunt dictum D.... allatum in testem; & successiuè procedentes ad magis conuincendum dictum D..... Reum constitutum de mendacio, & ad magis disponendum eundem Reum ad veritatem fatendam, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandarunt adduci D....

Qui adductus, & delato sibi iuramento veritatis dicēdæ, iuxta formam superius sæpe repetitam, & postquam iurasset, fuit per Reuerēdos Commissarios

Interrogatus forma supra recensita in confrontaoone alterius testis, & ita fiet cum omnibus vocandis in testes dictæ recognitionis supradicti banniti, contra quem lata fuit sentētia ipso contumace persistente.

Et denique sciant Commissarij, quòd si adhuc Reus persisteret in sua negatiua, tunc Commissarij ipsi huiusmodi forma verborum vti poterunt, videlicet: ò D.... come è possibile, che non vi vergognate di voler negare quello, che tāti testimonij degni di fede in vostra presentia hanno testificato dicendo, che voi vi chiamate D.... & quell'istesso, che è scritto nella sentenza, & bando: onde chiaramente consta che voi sete quello istesso D..... & non sete D...., che voi falsamente diceuate chiamarui. Horsù ricordateui del timor di Dio, & fuggite di più replicar lo spergiuro. *Resp.*

Interrogatus, qual è la cagione, che voi vogliate dire, che tanti honorati testimonij dicano il falso dicendo, che voi vi chiamate D.... & non D.... *Respond.* che sò io, perche ciò dicano costoro.

Tunc Reuerendi Commissarij interrogantes, & monentes ipsum D.... Reum, dixerunt ei: fratello hoggimai lascia questa tua ostinatione, & tante buggie, almeno hora, che ti vedi conuinto da tanti testimonij, & che non puoi negare chiamarti D.... & non D.... come haueui fin qui detto: auenga che se ben tu negarai questa verità già prouata, noi già ti habbiamo per conuinto, & possiamo con gran ragione conforme alla giustitia esseguir contra di te la sentenza già data. *Respon.* Se le PP. VV. Reuerende mi hanno per conuinto: io non sò che dirmi.

Io sò che non posso esser conuinto di quel, che ne sono innocente, ma vi dimando le mie difese, perche quelle concedendomi le PP. vostre molto Reverende (come vuol la giustitia) vi farò toccar con mani ch'io mi chiamo D...... & non D..... come gli testimonij hanno deposto.

Tunc Reuerendi Commissarij audita defensionis indulgendæ petitione ipsius D..... Rei
5 constituti, & acceptata tanquam iuri diuino, naturali, pontificio, & imperatorio, conformi, mandauerunt dicto D..... concedi terminum dierum ...... ad producenda quæcumque sibi videantur in iudicium posse afferre, & probare in sui defensionem, prout præsenti decreto indulgent dictum terminum dierum .... pro dicta causa. Datum .....

Die .... mensis ... anni ...

D....... Abbas
D .... Prior } Commissarij.
D...... Actuarius.

Et dictum decretum fuit intimatum die .... mensis .... anni .... per me infrascriptum actuarium, vel D.... Berruarium curiæ episcopalis; & cum eius intimationem mihi actuario retulisset in fidem veritatis manu propria me subscripsi.

D.... Actuarius.

Et sciant ipsi Reuerendi Commissarij, quòd si dictus Bannitus probauerit se non esse illum, de quo in banno, & sententia habetur sermo: cessabit iudicium contra ipsum, & incipiet con-
6 tra testes, qui falsum deposuisse inde conuincentur modo, & forma, quæ colligitur, quam facillimè ex deductis in præsenti opusculo: nam tunc citandi erunt ad probandum, se esse immunes à crimine falsi, & ad obijciendum contra producta in fauorem Rei, contra quem deposuerant: alias omnino sciant se de falsi crimine puniendos fore. Sed si ipse Bannitus, & condemnatus adhuc perseuerabit negando se esse illum, de quo scriptum reperitur in banno, & sententia, & infra se defendendi terminum sibi indultum, & eorum depositionis, ita quod adhuc remaneat in actis conuictus nihil probauerit in sui exonerationem, & in repulsionem testium: se esse illum, qui descriptus reperitur in dicto banno, & sententia; Tunc ipsis Commissarijs fas erit ipsam sententiam executioni demandare, nulla confessione dicti banniti expectata. *a* Memores sint vero Commissarij, quod si talis bannitus, & condemnatus vocaretur pluribus nominibus, & sub vno condem-
7 natus sit; sufficiet postea quod sub illo eodem nomine solum recognitus fuerit. *b* Attamen si talis bannitus, & condemnatus conuinci non poterit; scilicet ipsum esse illum, de quo expresse in banno, & sententia condemnatoria mentio fiat, puta quia non adsunt testes, qui illum recognoscant in numero sufficientes; adest tamen saltem vnus, vel alia adsint indicia ex ipsius condemnati depositione, vel alias confessione etiam extraiudiciali; aut aliundè acquisita, quod ille sit; *c* tunc ipsi Commissarij de iure dictum constitutum poterunt torquere (modo & forma sæpius repetita in supra allatis) sed antea ipsum examinare pro ipsius confessione habenda super identitate personæ, & illius recognitione; *d* Et in tali casu erit merito interrogandus accuratissimè de infrascriptis mediante eius iuramento sibi præstito sub hac forma, videlicet.

a *Mederni Romani, in titu. de inquisitione, q. 11. nu. 25.*
b *Bonacoss. relatus in dict. q. 11 nu. 25. ver. & si pariter.*
c *Mod. Rom. in tit. de inquisit. nu. 25. ver. Amplia rursus.*
d *Chart. de execut. sententia, c. nu. 32. & seq.*

Die .... mensis .... Anni ....

Cum Contra D...... extitissent supradicta indicia in actis deducta, quod ipse esset ipsamet persona, de qua in banno, & sententia mentio fuit facta; & adhuc non pertimesceret perseuerare in negatiua sua: Iccirco Reuerendis Commissarijs visum fuit ipsum denuo constituere pro dilucidiori veritate assequenda de crimine prætenso contra ipsum. Qui D...... Reus astans coram ipsis præstitit iuramentum de mera veritate dicenda de infrascriptis, & quicquid inde sciret, & primo fuit

Interrogatus, come si faccia chiamare, & che nome habbia suo padre, auo, madre, fratelli, & sorelle, & patria, & che cognome, che arte habbiano, & che facultà? *Respondit.*

Interrogatus, quali siano d'esso D.... amici, & quali nemici, & perche? *Resp.*

Interrogatus, se conobbe D.... & da quanto tempo in quà? *Resp.*

Interrogatus, doue lo conobbe, & come hebbe sua cognitione? *Resp.*

Interrogatus, se gli era amico, ò inimico detto D..... & da che tempo in quà gli fu amico, ò nemico? *Resp.*

Interrogatus, qual fù la cagione della sua amicitia, ò nemicitia fatta con detto D...... *Respondit.*

Interrogatus, questa sua amicitia, ò nemicitia con detto D...... era nota ad alcuna altra persona? & che gli nomini vno per vno? *Respond.*

Interrogatus, D... e suo amico, ò nemico, doue hora si troua? *Resp.*

Interrogatus, se detto D..... hauea nemicitia con alcuno, & perche, & da quanto tempo in quà, & come lo sa? *Resp.*

Interrogatus, doue hora si ritroua detto D...... & se è sano, ò ammalato, & di qual infirmità & da quanto tempo in quà? *Respond.*

Interrogatus, come sà esso constituto, che detto D.... è morto, ò ferito, ò è stato bastonato, & che hauesse hauuto inimicitia con detti sopra nominati. *Resp.*

Interrogatus, quando detto D.... fù ammazzato, ò percosso, e da chi, & in che parte del suo corpo, & in che luogo, e presenti quali persone, e quando? *Resp.*

Interrogatus, come esso constituto sà, che detto D..... habbia patito questo male. *Resp.* Io l'hò inteso.

Interrogatus, doue l'habbia inteso, quando, in che luogo, da chi, & in presenza, di quali

persone

Digitized by Google

persone ciò habbia inteso, & quante volte? *Respond.*

Interrogatus, con che sorte d'arme habbia inteso esser stato ammazzato, ò ferito detto D... & da chi, & in presenza di quali persone, e per qual cagione? *Respond.*

Interrogatus, se esso constituto sappia, che lui sia imputato d'hauer egli ammazzato, ò ferito, ò percosso, ò auelenato D... & la cagione, perche se gli imputi tal maleficio, & se ciò habbia inteso? *Respond.*

Interrogatus, se esso constituto sà, che per cagione di detta imputatione egli sia stato citato, bandito, & sententiato, & da quanto tempo in quà? *Respond.*

Interrogatus, da quali persone, & in qual luogo, & in presenza di chi ciò habbia inteso? *Respond.*

Interrogatus, che cosa esso disse, quando ciò intese? *Resp.*

Interrogatus, qual fu la cagione, che subito lui ciò intese, non andasse à presentarsi, come gli comandauano le citationi, monitioni, bandi, & la sententia promulgatagli? *Respondit.*

Hæc & alia interrogatoria adhibere poterunt ipsi Reuerendi Commissarij, quæ elicere
8 poterunt ex deductis in processu indicijs contra ipsum inquisitum, nec non & ex responsionibus factis ab ipso Reo super præcedentibus interrogationibus: ex quibus apertissimam sibi facient viam ad impinguandum processum ipsum, & parandam sibi facultatem dictum Reũ bannitum torquendi ad veritatem facti indagandam: indicijs ergo huiusmodi elicitis, ponderatis: si de iure videbitur Reuerendis Commissarijs ipsum Reum fore torquendum, tunc hac forma verborum poterunt vti post prædictas interrogationes factas sibi, & in scriptis redactas, videlicet.

Interrogatus ipsemet D.... Reus constitutus, & monitus à Reuerendis Commissarijs, vt sub vinculo eiusdem iuramenti caueat saltem modo à tot prolatis mendacijs, & ab illis recedendo humiliter fateatur veram facti seriem, de qua fuerat iam interrogatus, & adhuc interrogabitur: alias sciat se contra ipsum adhibituros fore alia magis opportuna remedia maximo cũ eiusdem detrimento, & dedecore, & sic fuit primò Interrogatus, an sit ipse D..... de quo fit mentio in banno, & sententia. *Respondit*, fate quel che vi piace: perche io non son quello, ma mi chiamo D.... figlio di .... &c.

His peractis Commissarij tenebuntur dicto D.... constituto, antequam deueniant ad ipsum torquendum super confrontatione eruendæ de ipsius personæ identitate, indulgere defensionem modo, & forma, quam eos obseruare diximus supra, loquendo de præcedentibus necessario, antequam quis torqueatur, prout latius diximus in cap. 17. præsentis secundæ partis per totum: vide ergo ibi.

Decretum torturæ tale erit, videlicet.

TVnc Reuerendi Commissarij visa obstinatione ipsius D.... constituti, stante depo-
9 sitione D...... & eius confrontatione facta cum ipso constituto, qui in eius facie asseruit ipsum constitutum vocari D..... & non D...., prout ipse constitutus asseruerat: attentis quamplurimis alijs vrgentibus indicijs resultantibus contra eundem ex legitimè deductis in processu, & quòd ex allatis in defensione dicti D.... Rei constituti non fuissent euacuata indicia contra ipsum in processu deducta. Ad habendum igitur solummodo confessionem super identitate personæ ipsius constituti: & an ipse reuera sit ille D..... nominatus in dictis banno, & sententia, cum aliter ab ipso veritas haberi non possit, & non alias, nec aliter, vel alio modo, &c. & sine præiudicio dictæ sententiæ, & iurium fisci quomodocumque, & qualitercunque acquisitorum, & competentium: repetitis semper protestationibus, de quibus supra de verbo ad verbum: & iuxta illarum formas, & non alias, &c. mandauerunt ipsum constitutum duci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi applicari, & sursum à terra eleuari; & iterum studuerunt eum interrogare secundum dictas interrogationes ei factas in suo examine. Animaduertant etiam Reuerendi Commissarij, quod si dictus constitutus (de quo su-
10 pra) sic applicatus funi, & eleuatus, & interrogatus de supradictis, & in specie, an sit ipsemet ille, de quo habetur in dicto banno, & sententia sermo, fateatur se ipsum esse illum; tunc licèt non fateatur se huiusmodi crimen (de quo habetur in banno, & sententia) perpetrasse *a* ad dictæ sententiæ executionem deuenire poterit; si verò in tortura perstiterit in sua negatiua, ac per consequens euacuauerit indicia insurgentia contra eundem ex deductis in processu; erit omnino relaxandus à carceribus, & liberandus, *b* præstita tamen prius sufficienti cautione de se præsentando curiæ toties, quoties opus fuerit ipsum citari propter noua indicia, quæ forsan insurrexerint, & probata fuerint in iudicio cõtra ipsum: & talis rationabilis mos, & stylus curiarum vtriusque fori inoleuit, & ideo ipse accuratissime erit ab omnibus Commissarijs obseruandus.

a *Chart. de exe cut. sententia c. 2. num. 26.*

b *Char. ubi supra.*

Quomodo facienda erit recognitio banniti, & condemnati penitus non habentis linguam, vel ipsam impeditam, vel surdi, vel loquentis externo idiomate.
Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij quæ omnino obseruabunt in facienda recognitione banniti, & condemnati, quando ipse non calleret idioma, quo loquuntur Cõmissarij, ac ipse actuarius, vel si ipsi Rei essent penitus priuati lingua, vel ipsam haberent impeditam, vel essent surdi.*

2 *Forma decreti cum eius intimatione de vocando interpretes reorum mutorum, surdorum, vel idiomatis extranei perbreuissima, & elegantissima traditur.*

3 *Commissarijs, deputatis interpretibus supradictorum Reorum, quid facient intendentes ipsos Reos examinare.*

5 *Constituendi seu examinandi reos supradictos per interpretem forma traditur.*

Digitized by Google

5 *Forma examinandi Reum bannitum, mutum, & surdum scientem scribere, quæ sit, & examinandi eundem ignorãtem scribere, quæ sit, traditur.*

6 *Interpretes depositionum Reorum, qua forma uti debebunt in subscribendo se examini ipsorum reorum.*

7 *Commissarii sciant non esse tutum, descendere ad executionem sententiæ contra huiusmodi bannitos solum ex recognitione reorum taliũ, facta per relationem interpretum sine depositione aliorum testium, deponentium de cognitione dictorum Reorum.*

CVm quam sæpissimè contingat Reos constituendos, vel positos in banno, & per diffinitiuam sententiam damnatos, esse priuos lingua voluntariè, vel per accidens, vel eiusdem linguæ execurione, vel surdos, vel à natura, vel ex accidenti ita, vt loqui, aut audire non possint; vel ignorantes
1 loqui idiomate, quo & Commissarij ac actuarius loquitur: ac per consequens eorum loquelã in ipsis interrogationibus faciendis, & illarum responsionibus; recipiendis capere non valeant. Iccirco in huiusmodi casibus ipsi Cõmissarij studebunt omnino infrascripta obseruare. Quorum primum est, quod accuratissimè inquirant, & ipsam inquisitionem in scriptis redigãt, à fide dignis, & familiaribus, vel cõsanguineis, vicinis, & compatriotis dictorum Reorum; An ipsi muti, & surdi scribere sciant. Et si constiterit eos scire scribere; tunc eisdem reis constitutis tradant singula interrogatoria scripta ab eisdem legenda, à quibus exigant responsiones eorum manibus scriptas subtus dicta singula interrogatoria. *a* Quòd si facere recusassent, tunc etiam per torturam ipsos compellere ad scribendum, seu in scriptis respondendum studebunt, *b* prout docuimus supra in cap. quintodecimo fore reos loqui scientes compellendos per torturam ad respondendum præcisè affirmatiue, vel negatiue interrogationibus sibi factis, ad quem locum solertissimum lectorem remittimus, *c* sed si huiusmodi surdi, & muti scribere nescirent: tunc per signa, & nutus, *d* & in hoc casu actuarius, seu notarius debebit scribere in ipso constituto, seu examine, quod isti tales rei sint muti, vel surdi, vel quod sint sine lingua, ac per consequens debebit describere signa, & nutus, quibus Rei vtentur in respondendo dictis factis sibi interrogationibus: dicendo, exempli gratia, quod ipse D.... Reus constitutus respondit annuendo capite affirmatiue, vel negatiue capite renuendo, & sic de singulis signis alijs, quibus poterit ipse Reus exprimere suam responsionem negatiuam, vel affirmatiuam: quæ signa si actuarius intellexerit, puta, quia habet conuersationem dicti rei constituti, illa per se poterit interpretari: si verò illa signa, vel nutus ipse actuarius nesciret interpretari, cum non habuerit familiaritatem cum dicto Reo surdo, & muto, tunc adhibendi erũt vicini, consanguinei, amici, vel alij familiares dicti Rei, qui huiusmodi nutus, & signa dicti Rei scirent interpretari, & insimul in scriptis deputandi erunt a Commissarijs pro interpretibus dicti Rei in principio examinis, præsente ipso examinando, per speciale decretum, tali forma vtendo.

a Char. in trac. de exec. sñiæ, c. 2. nu. 43.
b Char. ubi supr. nu. 44. & 45
c Habes supra in c. 15.
d Char. ubi supr. nu. 46. et seq.

Die .... mensis ... Anni ....

Cum Reuerendis Commissarijs fas non esset interrogare D.... mutum, vel surdum, vel lingua priuatum, vel extranei idiomatis, & ab eo responsiones accipere, vt iuris erat, ad se aduocare studuerunt D.... vel D.... & D.... &c. familiares dicti D.... Rei, & reperientes ipsos posse interpretari responsiones dicti D.... Rei,
2 & eidem referre interrogationes necessarias, & opportunas per ipsos Reuerendos Commissarios eidem Reo constituto faciendas, medio iuramento eis præstito de referendo realiter, ac veraciter interrogationes, & responsiones subscriptas, prout præsenti decreto præcipiunt ipsos conspectui ipsorum Commissariorum se præsentare die .... ac adesse examini dicti D.... Rei. Datum &c.

D. .... Abbas }
D. ..... Prior } Commissarij.
D. ..... Actuarius.

Et cum supradictum decretum fuisset intimatum dictis D.... & D... pro interpretibus interrogationum faciendarum à dicto D.... Reo constituto muto, vel surdo, vel priuato lingua, vel extranei idiomatis, per me D.... Actuariũ, vel per berruarium mihi referentem in fidem veritatis me subscripsi.

D..... Actuarius.

Deputatis igitur interpretibus dicti Rei surdi, muti, vel lingua priuati, aut extranei idiomatis, statim ipsi Commissarij curabunt ad se aduocare dictum Reum, & eius interpres, quos Reo astantes tali forma alloquentur, videlicet:

D..... & D..... aut Iacobo ..... & Andrea, si laici essent, vogliamo auisarui, che la causa, per la quale vi habbiamo fatto chiamare auanti di noi, è, perche essendo D..... Reo muto, ò sordo, ò priuo di lingua, ò di linguaggio forastiero, tal che noi non possiamo interrogarlo, nè intendere potremo la sua risposta, ne lui intendere la nostra proposita, & perche non habbiamo pratica seco, nè sappiamo intendere quello vorrà lui significarci in risposta di quello, del che noi doueremo interrogarlo, ne intendiamo quello ci dicesse per segni, & atti: & hauendo ritrouato per detto di veraci testimonij, che voi intendete il suo linguaggio si con voce sua espressa, come con atti, & segni esteriori: per tanto vi comandiamo, che ci habbiate à seruire per interprete, onde starete sempre presente alla sua esamina, & vogliamo, che giuriate ambidoi di hauer da interpretarli le nostre interrogationi, & poi riferirci fedelmente tutto quello, che detto D.... Reo constituto dirà in risposta di detti nostri interrogatorij, acciò si esse interrogationi, come le sue risposte si possano scriuere in processo, per poter poi prouedere à quanto comandarà la giustitia, imperoche non conuiene à noi Commissarij interpretar tali risposte. *e* & vogliamo, che vi sottoscriuiate alla depositione, seu interpretatione, che farete di detti nostri interrogatorij, & responsioni di detto D.... Reo constituto. *f*

e Char. in trac. de execut. senteñtia, ca. 2. nu. 52. & seq.
f Char. ubi sup. nu. 55. et 56.

Forma vero constituendi dictos Reos erit subsequens.

Die .... mensis .... & anni ....

Constitutus coram Reuerẽdis Commissarijs perso-

personaliter quidam adolescens monachali habitu indutus, vel clericali, aut seculari, prout res ita se habet, ipsius describendo in processu omnes alias qualitates, & conditiones expressas alias in cap. 25. *a* vbi agitur de forma constituti eum recognitione banniti, & condemnati. Vide ergo ibi latius, & cum linguam amputatam haberet, vel mutus, aut surdus esset, ita quod loqui, aut audire non posset, nisi per nutus & signa, quæ ego actuarius non intelligebã, vel qui cum esset Gallus, & nesciret aut Latino, aut vulgari Italico loqui, idiomate, & ego Actuarius dictam linguam non intelligerem, Reuerendi Commissarij mandauerunt vocari ad se D.... & D.... consanguineos, vel familiares dicti D.... Rei constituti, qui medio iuramento sibi exhibito à dictis Reuerendis Commissarijs de referendo vtrique parti veraciter propositas interrogationes, & responsiones factas à dicto Reo super interrogatorijs illi faciendis, iurauerunt prædicta obseruaturos, cum asseruissent se bene intelligere locutiones dicti Rei expressas per nutus, & signa, eo quod consueuerint sæpè colloqui secum per eadem signa, & nutus, vel ipsos D.... & D.... esse natione Gallos, vel eiusdem nationis, cuius est D.... ad præsens reus cõstitutus in præsenti monasterio, vel diœcesi, vel ciuitate commorans, qui gallicam linguam ac italicam se callere dixerunt, & sic de singulis linguis. Quos D.... & D.... sic faciant rei constituti deductos, & adhibitos ijdem Reuerendi Cõmissarij deputauerunt interpretes mandãdo eis sub vinculo iuramenti superius exhibiti, vt quę ipsi Reuerendi interrogarent dicto constituto reo nutib. & solitis signis, vel idiomate Gallico exponerent fideliter, & quę ipse cõstitutus reus suis signis, & nutib. vel suo idiomate respondisset, referrẽt ipsis Reuer. Commissarijs statim à me actuario in processu describenda, nec non & exhibuerunt iuramentum ipsimet reo de veritate dicenda, & quicquid inde sciret super interrogatorijs sibi faciendis, præmissa tamen protestatione per nos superius relata ad verbum. *b* Idẽ D.... constitutus ad opportunas Reuerendorũ Commissariorum interrogationes factas vulgarizatas, & per dictos D.... & D.... interpretes, vt supra deputatos, præsentes, & assistentes ipsi D.... reo constituto interpretatas dixit, & deposuit nutibus, & signis, vel suo sermone gallico per eosdem interpretes ipsis Reuerendis Commissarijs, & mihi actuario declarato, prout infra videlicet & primo.

a Supra in c. 26 num. 6.

b vide supra in c. 26. nu. 6.

Interrogatus D.... reus per Reuerendos Cõmissarios latine, & inde vulgariter, si ita res se habeat (vel solum vulgariter, si solum vulgari sermone vsi fuerint ipsi Commissarij) & per dictos D.... & D.... interpretes earum lingua gallica de nomine, cognomine, patria parentibus, & exercitio dicti D.... Rei: qui præuio iuramento respondit suo sermone gallico per eosdem D.... & D.... interpretes ipsis Reuerendis Commissarijs, & mihi actuario, vulgariter exposito [Io mi chiamo D.... la mia patria è; mio padre si chiama.... la mia madre si chiama.... la mia professione, & scientia si è ...

Et hoc est obseruandum in interrogandis huiusmodi reis externi Idiomatis, sed in interrogãdis reis mutis, & surdis ignorantibus scribere subsequenti forma erit Commissarijs vtendum, videlicet.

Interrogatus D.... reus per Reuerendos Commissarios vulgariter, & per dictos D.... & D.... interpretes quibusdam signis, & nutibus de ipsius exercitio, præuio eius iuramento. Respondit, faciendo proprijs manibus actum fuendi, vel, &c.... prout dictum actum dicti D.... & D.... interpretati sic fuerunt, scilicet, [il mio mestiero, ò arte, ò scientia è di...

Quoad vero mutum, & surdum, vel priuatũ
5 lingua scribere scientem, eodem modo erit ipse interrogãdus, vti diximus supra, ipsemet describens proprijs manibus suam responsionem: cũ propter eiosdem linguam amputatam, vel quia mutus, & surdus erat, loqui non posset ad infrascriptas, opportunas interrogationes sibi factas a Reuerendis Commissarijs respondit, vt infra præuio eius iuramento, &c. & primo.

Interrogatus, come egli si chiama, come si chiami suo padre, fratello, madre, sorelle, parẽti del suo cognome, patria, mestiero, ò arte, ò scientia di quelli. Respondit dictum interrogatorium prius legendo coram Reuerendis Commissarijs, & me actuario, deinde sua propria manu scribendo immediatè post ipsam interrogationem, per me actuarium in his actis descriptã. [Io mi chiamo.... son figlio di.... li fratelli miei si chiamano.... &c.

Eodem ergo modo vti debebunt Commissarij in reliquis interrogatorijs dictis Reis faciendis, & post subscriptionem huiusmodi Reorum in fine eorum depositionum: & ipsi interpretes se etiam subscribere tenebuntur, tali vel simili verborum forma.

Ita vt supra per actuarium scriptum est, Ego
6 D.... electus interpres interfui depositioni supradictæ dicti D.... & illam interpretatus fui, & in fidem veritatis manu propria me subscripsi.

Vel vulgariter, sciens tamen scribere.

Io D.... son stato præsente alla depositione di D.... & per esser stato eletto interprete dalli Reuerendi Commissarij, io confesso hauer interpretato la sudetta depositione, si come hà scritto l'Attuario: & io fede della verità mi son sottoscritto di propria mano,] sed si ignoraret scribere ipse interpres, tunc actuarius scribat manu propria his præcisis verbis vtens, ipsum compellens ad designandum signum crucis, videlicet: signum crucis D.... interpretis electi specialiter a Reuerendis Commissarijs pro interpretandis, ac veraciter referendis dicto D.... reo interrogationibus supra factis a Reuerendis Commissarijs, & responsionibus ipsius Rei tam ipsis Reuerendis Commissarijs, quam mihi actuario, & in fidem veritatis manu propria signum crucis impressit. Nouissime vero visum fuit monere Reuerendos Commissarios, quod ista recognitio muti, & surdi nescientis scribere, quæ fiet per huiusmodi signa, & nutus, non erit sufficiens, nec tuta ad effectum exequendi sententiam iam latam contra ipsum: *c* & ideo ipsi Commissarij accuratissimè studebunt omnino habere testes, qui illum recognoscant iuxta formam supra traditam. *d*

†

c Char. de execut. sententia c. 2. nu. 51.

d supra in c. 27 præsentis secunda partis.

De

Digitized by Google

De tortura inferenda bannitis, & sic condemnatis pro habenda vlteriori veritate super complicibus, & alijs delictis. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Facta recognitione bannitorum iam in carceribus detentorum, quid facient Commissarii, antequam ad executionem sententiæ latæ contra eosdem processerint.*

2 *Protestatio, quæ a Commissariis facienda erit, antequam veniant ad actum interrogandi, & torquendi dictos Reos bannitos, & quare illam præmittere expediat.*

3 *Tortura inferenda dictis reis pro complicib. declarandis moderatior erit adhibenda.*

4 *Commissarii quæ animaduertant obseruare, dum torquent ipsos reos, de quibus agitur hic.*

5 *Interrogandi huiusmodi reos ante torturam, & postea in tortura existentes forma traditur.*

6 *Forma verborum, qua vti, & annotari in processu mandare debebunt Commissarii post interrogationes factas dictis reis de complicibus suis immediate, antequam ipsos torquere voluerint.*

7 *Commissariis quid erit faciendum post dictorum Reorum torturam, & in ipsa interrogatione sibi facta.*

8 *Fiscalis assistens torturæ quid protestari possit, et debeat contra reum tortum.*

1 FActa recognitione personæ dicti con-
demnati modis, & formis supra ex-
pressis, nec etiam tunc statim ad exe-
cutionem sententiæ erit procedendum:
solent enim vlterius tales sic condemnati inter-
rogari super sociis, receptatoribus, fautoribus,
auxiliatoribus, & aliis etiam criminibus: *a*
& si negauerint, deueniendum erit contra eos
ad torturam, vt dictos socios, &c. propalent, *b*
& confiteantur, præuia tamen protestatione,
quam inferius tradimus in decreto torturæ. Et
quidem hæc protestatio est non solum vtilis, ve-
2 rum etiam necessaria: & ratio est in promptu.
Nam si dictus bannitus sine tali protestatione
tortus prætensum delictum contra ipsum nega-
ret, & in negando persisteret, etiam quod ipse
esset plene conuictus, vtiq. de iure absoluendus
esset, *c* saltem a pœna ordinaria. Hæc autem tor
tura, quæ infertur ad effectum prædictum, non
debet esse multum grauis, sed moderata. *d* Et
3 cauere primo debent Commissarii, ne in actu
torturæ Reum interrogent super delicto princi
pali; quia tunc dicta protestatio illis non suffra-
garetur: nam viderentur per contrarium actum
ab illa recessisse. *e* Animaduertere & secundo
4 debent Commissarii, ne interrogatoria, quæ fie
ri assolent in tortura super complicibus, &c. di
ctent actuario super illa verba, videlicet: Et ad
opportunam interrogationem respondit; vel op
portune interrogatus respondit &c. vel subdens
ad opportunam interrogationem: quoniam hu
iusmodi dictandi modus, quando Reus in tor-
tura super complicibus &c. interrogatur, est val
de periculosus. Etenim si tunc reus super ipso
delicto principali, de quo est condemnatus, re-
sponderet, & talis responsio scriberetur (vt scri-
bi debet) verbi gratia: & ad opportunam Reue
rendorum Commissariorum interrogationem
Respondit. [Io non l'ho fatto questo homicidio
&c.] & Reus persisteret in tali dicto, & negatio
ne: vtique protestationi prædictæ renunciasse,
atque ab illa recessisse intelligeretur. *f* Vltra
quod hic modus dictandi est summopere vitan
5 dus etiam alijs ex causis supra sæpe recensitis:
cum magnopere cauendum sit Commissarijs,
ne in suis interrogatorijs videantur velle Reis
suggerere, quę dicenda erunt. *g* Nā dicti banni
ti, & condemnati torti erunt taliter interrogan-
di in genere de socijs, &c. & de alijs criminibus
neminem nominando, nec aliquod aliud deli-
ctum specificando, *h* quod, & ipsi Reuerendi
Commissarij obseruare debebunt: si iustorum
iudicum nomen, & meritum assequi, & conser-
uare inde voluerint. Secundo memores sint ipsi
Commissarij, quod si Reus bannitus, & condē-
natus (de quo est sermo) dixerit se nō commisis-
se delictum, de quo fuerat condemnatus, quan
do in tortura de socijs interrogaretur: forma
vero ipsum bannitum ante torturam interro-
gandi talis erit, videlicet.

Interrogatus, D.... che racconti, & nomini
vno per vno li compagni, che hebbe, quādo an-
dò à fare.... & quanti altri delitti ha fatto, &
in compagnia di quali persone, & in presentia
di chi. *Respon.*

Et Reuerendis Commissarijs sibi dicentib.
non esse verisimile, quod in perpetrandis crimi
nibus, de quibus fuit accusatus, & contra ipsum
inditia vrgentia in iudicio fuerunt probata, non
habuerit complices, nisi solum nominatos: cum
illa fieri nō potuerint sine quamplurimis socijs,
prout quisq. sanæ mentis considerare poterit ex
qualitate facti: eo magis quod in sententia repe
riantur condemnati sub litera N. pro dictis deli
ctis plures, quā fuerunt nominati ab ipso: Qua-
propter omnino opus erit ei illos adamussim no
minare, & insimul enarrare alia delicta ab ipso
met perpetrata: alias sciat contra ipsum ad op-
portuna iuris, & facti remedia fore descenden-
dum Respon.

Tunc reuerendis Commissarijs visis, & per-
pensis supradictis, visa supradicta sententia, &
6 quod in ea alij.... fuerint condemnati sub lite-
ra N. vltra ipsum D..... Reum constitutum, &
alios præcisè per eum nominatos, quorum ta-
men nomina aliter, quam ab ipso D.... Reo
constituto difficillime haberi possent, stante etiā
qualitate delicti commissi, quod omnino quis-
que prudens iudicabit non potuisse a solum il-
lis nominatis perpetrari: attenta etiam qualitate
personæ ipsius D.... constituti, qui ab annis....
& citra bannitus fuerat, & contumax perseuera
uerat post tot monitiones, & citationes de com-
parendo domi sibi factas: & deniq. condemna-
tus ad..... Ex quibus ergo omnibus quam fa-
cillime quisque Iudex prudens persuasum om-
nino habebit, ipsum D..... Reum constitutum,
& alias scelera perpetrasse, & insimul quam plu
res habuisse receptatores, auxiliatores, & fauto-
res, cum huiusmodi delinquentes homines sine
illis diu stare non possint. Pro habendis igitur
nominib. cōplicium in.... factis ab ipso D... Reo
constituto, & alijs delictis ab eodem Reo verisi
militer commissis alijs complicibus, fautoribus
auxiliatoribus, & receptatoribus, postquam præ
dicta aliter haberi non possint: mandauerunt
ipsi Reuerendi Commissarii ipsum cōstitutum
adduci ad locum torturæ, ibiq. spoliari, ligari, &
funi

a Char. vbi su. num. 57.

b Char. vbi su. nu. 59. & seq.

c Char. vbi su. nu. 65. ver. verum nihil.

d Char de exe. sententiæ c. 2. n. 70. & seq.

e Char. vbi su.

Digitized by Google

funi applicari, & hoc fine præiudicio quorumcunque iurium fisco quomodocunque & qualitercunq. competentium, & acquisitorum, & ex deductis in actis, & citra præiudicium sententiæ condemnatoriæ supra exhibitæ, & recognitionis personæ ipsius constituti in ea contentæ, ac omnium & quarumcunque aliarum sententiarum contra dictum D.... Reum constitutum latarum, si quæ &c. ac rei iudicatæ, & notorietatis criminis inde resultantis, & aliorum omnium, de quibus idem constitutus quomodocumque esset conuictus, vel confessus: super quibus modo aliquo ipsi Reuerendi Commissarij nō intendunt ipsum D.....torquere, quinimmo explicitè protestantur ipsum super illis se non torquere, & huiusmodi protestationem in quolibet actu repetitam fore, & esse dixerunt, & intenderunt, & quod pro repetita semper habeatur: sed tantummodo ipsum torquendum fore decreuerint, & decernunt pro vlteriori veritate habenda super dictis nominibus, complicibus, fautoribus, auxiliatoribus, & receptatoribus, ac aliis delictis per ipsum D.... Reum cōstitutum verisimiliter commissis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, de quo solemniter, & expresse, ac omni meliori modo protestati fuerunt & protestantur.

Quo D..... Reo constituto spoliato, ligato, & funi applicato Reuerendi Commissarii monuerunt ipsum D.....ad completam veritatem dicēdam super dictis complicibus, fautoribus, auxiliatoribus, & aliis delictis, quæ ipse D..... verisimiliter commisit, dum bannitus vagaretur per diuersa loca, vel alias, atque ad probanda nomina aliorum in dicta sententia condemnatoria sub litera N. condemnatorum: nec expectet quod contra ipsum ad tormenta deueniatur. Respon. [Io ho detto quel, che deuo dire, & non vi posso dir' altro; hora, fate quel che vi pare, ma mi fate torto.

Tunc Reuerendi Commissarii repetita protestatione (de qua supra) illique firmiter inhærēdo mandauerunt ipsum D.... Reum in altum eleuari.

Qui sic eleuatus cæpit dicere [ohime, ohime, S. Maria &c.....] & postea tacuit. Et monitus rursus per Reuerendos Commissarios sibi dicētes, [Ecco D...à che passo ti hà ridotto la tua ostinatione: hoggimai partendoti da quella, di la verità sopra gli nomi, & cognomi delli tuoi fautori, complici, & ricettatori, & manifesta gli altri delitti da te commessi. Respondit. Io non hò fatto altri delitti, ne hò hauuto compagni, ne alcuno mi hà ricettato, ò dato aiuto alcuno.

Deinde dixit ex se. [Io non hò fatto alcun male, ne meno hò fatto.....hò detto la bugia dicendo hauer....& ciò l'ho detto per paura di tormenti.

Et Reuerēdis Commissariis sibi dicentibus, [Deh fratello tu ti inganni, hora non ti interrogamo del fatto.....auenga che già tu istesso sopra di questo delitto sei stato condannato, & confessato lo haijet la tua confessione non la potrai più reuocare, & per questo hora sei interrogato solamēte, acciò tu ci manifesti li nomi delli tuoi complici senza special nome nominati, & de gli altri tuoi delitti, & delli fautori, & ricettatori: la onde ti hai da risoluere sopra ciò rispōdere à pieno. Respon.

Finito examine, & Reo super prædictis sufficienter arbitrio ipsorum Reuerendorum, Com-
7 missarii potuerunt iubere ipsum de tortura deponi leniter, & poni ad largam; cum aliquo cōpetenti termino ad dicendum causam, quare sententia contra ipsum lata executioni demandari non debeat, hoc modo, videlicet.

Tunc Reuerēdi Commissarij acceptatis &c. cum aliud à dicto D.... Reo constituto, & intto haberi non posset, mandauerunt illum leniter a tortura deponi; cum permansisset in ea suspensus sine aliqua quassatione, vel cum quassationibus, sine ictibus funis per spatium...dissolui, brachia reaptari, reuestiri, & ad largam poni cum termino dierum.....ad dicendum causam; quare dicta sententia executioni cōtra ipsum demādari non debeat. Qui cōstitutus sic depositus dicebat: [Ohime ohime son morto] (submissa voce) condolendosi.

Et animaduertant Commissarij, quoniam soleni substituti fiscales assistentes huiusmodi
8 torturæ Reorum scribi facere per actuarium similem protestationem, videlicet.

Præsente Domino...substituto fiscali, & premissam recognitionem, & alias confessiones in parte, & partibus tantum acceptante: petenteq. ad vlteriora, & reiterationem tormentorū, vel ad grauiora tormenta ad effectum prædictum tantum, & non alias aliter, nec alio modo cōtra dictum D.... procedi: cum lenissime, nec sufficiēter fuerit tortus: & demum contra eundem ad executionem prædictæ sententiæ deueniri, alias, &c.

DE APPELLATIONIBVS

Tit. XXVII.

Quomodo reus possit appellare à sententia contra eum lata, & in quibus casibus secundum conscientiam potest impedire executionem eius per viam appellationis. Cap. I.

SVMMARIVM.

Quotuplex sit appellatio, nu. 1

An sit licitum appellare a iudice inferiori ad superiorem, & an teneatur iudex admittere appellationem conclu. 1. num. 2. & concl. 2. num. 3

An possint religiosi recurrere Romam uia appellationis, concl. 3. nu. 4

An possint recurrere ad alia tribunalia per uiā appellationis, concl. 4. num. 5

PRo resolutione eorum, quæ in hoc capite proponuntur, conuenit tractare, quid sit appellatio. Ad quod responde tur, quod est recursus à iudice inferiori ad superiorem alicuius aggrauati, vt constat ex aliquibus locis iuris canonici: quæ quidem est duplex, vna iudicialis, quæ accidit, quādo recurritur ad superiorem ratione alicuius sententiæ iniustæ, & iniquæ; alia extraiudicialis, quādo aliquis ratione alicuius grauaminis præsentis, aut futuri recurrit ad superiorem, quia appellatio, si est legitima, suspendit sententiam latam, & suspendit iurisdictionem, quam iudex inferior habebat super causam transferens cognitionem eius

eius ad superiorem, vt nihil innouet iudex inferior in præiudicium partis, vt notat Siluester. Et est notandum, quod dixi esse appellationem deferendam ab inferiori ad superiorem, quia nulla via potest introduci, quod appelletur a superiori ad inferiorem, aut ab æquali ad æquale vt dicit S. Thomas, & Caiet. quo supposito conuenit resoluere materiam per conclusiones.

Sil. ver. appellatio q. 2.

D. Th. 2. 2. q. 69 a. 3. vbi Caiet.

1 Prima Conclusio. Licitum est reo appellare in aliquibus casibus a iudice inferiori ad superiorem, vt dicit S. Thomas, scilicet, quando sententia lata est iniusta, quia si est iusta, peccat reus appellans ab ea, vt definitum est in iure, In quo præcipitur, quod non admittatur similes appellationes, si vero sit in dubio, an sit iusta, vel non, securius est admittere appellationem, quia melius est differre executionem iustitiæ, quam negare reo licentiam ad defendendum eam, vt definitur in iure. Hinc infertur esse illicitum appellare illi, qui iuste condemnatus est, habens solum spem, quod iudex superior ob fauorem, aliam ve rationem reuocabit sententiam, aut quod interim poterit liberari, quia statim ac quis scit, quod iuste condemnatus est, quamuis morte sit condemnatus, si per viam appellationis vult iniuste liberari, certum est, quod facit contra iustitiam, & tenetur restituere omnia damna, quæ ex tali appellatione sequuta sint, & idem est, quando appellat solum, vt differat executionem sententiæ, vt determinatum est in iure, & idem tenet S. Thom.

D. Th. vbi sup.

c. omnino c. quicumq. 2. q. 6. D. Th. 2. 2. q. 6. a. 4. Gl. in l. qui restituere, ff. de rei ven.

2 Secunda Conclusio. Ius, quod concedit appellationem in certis casibus, & negat eam in alijs, vt tradit quædam gl. Accursij, solum procedit, quia in foro exteriori iudex, qui facit iniuriam non admittens appellationem, aut non auferens grauamen alio modo, quamuis sit in casu, in quo non conceditur appellatio, peccat grauiter, vt dicit Nauar. in qua quidem re multi litigantes, procuratores, & aduocati peccant grauiter cum obligatione restituendi.

Na. in ma. c. 25 nu. 14. ibi nota. 3.

3 Tertia Conclusio. Quamuis religiosi non possint recurrere Romam per viam appellationis, possunt tamen recurrere per viam defensionis, quæ est de iure naturali, & includit in se appellationem. Possunt etiam recurrere ad superiorem per viam simplicis querelæ, vt tenent Panorm. & Nauarrus, qui dicunt, quod possunt etiam recurrere Romam per viam appellationis si eorum minister generalis faciat constitutionem aliquam in detrimentum religionis, cum ius Canonicum insinuet, quod debet dari remedium appellationis religioso pro eius defensione; & idem ius præcipit grauiter puniri superiorem, qui non admittit illam, vt notat Decius, qui dicit, quod non solum potest appellare religiosus in causa ciuili, aut criminali, sed etiam in causa correctionis, respectu cuius loquendo regulariter etiam secularis, non potest appellare, vt dictum est in fi. &, & tenet glossa, & Panormitanus; & ideo, quando dicitur, quod non est licitum subdito religioso appellare, hoc intelligitur a mandatis iustis, & correctione iusta, ab iniustis vero, & correctione excessiua non est illicitum, nec Concilium Tridentinum prohibet, quod appellent ad suos superiores, sed quod vadant ad eos sine licentia suorum prælatorum, & dicunt, aliqui quod si nolint illi concedere licentiam, non peccant, nec sunt apostatæ contenentes se in hoc casu, vt supra dictum est in capitulo de clausura.

Pan. in c. cũ dilecti de app. Na. di. 2. consi. tit. de sent. & re iudi. consi. 1. cap. ad consil. de app. c. reprehensibilis, eod. tit. vbi Deci.

c. licet de off. ord. gl. & Pan. in c. licet de off. ord. Conc. Trid. sess. 25. c. 4 de reg.

4 Quarta Conclusio. Quamuis inspiciendo correctum iuris naturalis, quod nulli negat suam defensionem, videtur, quod religiosi possint appellare a superioribus ad alia tribunalia secundum id, quod tradit Sotus allegans ad hoc aliquas rationes, & decreta canonica, nihilominus est eius resolutio, quod sanctè factum est, quod in religionib. non adsit hoc remedium appellationis ad alia tribunalia, quia quamuis possit dari casus, in quo, quia non est hoc remedium, religiosus remaneat grauatus, nihilominus hoc damnum, quod raro accidit, cum pace, & quiete totius religionis eius matris compensatur, cuius vires, & splendor consistit in eo, quod religiosi intra se tractent negotia sua tanto silentio, vt nec in somnijs possint venire ad notitiam aliorum tribunalium ecclesiasticorum, aut secularium, quia experientia videmus, quod exeuntes religiosi extra clausuram suam ad tractandum negotia sua, amissam fecerunt magna ex parte quietem, & splendorem matris suæ, religionis nempe; & sicut lex naturalis dictat, quod manus opponatur, & permittat vulnerari, ne vulneretur caput, a quo pendet salus totius corporis, sic eadem lex naturalis secundum intimum sui dictat, & prædicat, quod subditus religiosus permittat vulnerari grauaminibus, ne hæc, & alia maiora incidant super caput eius, quod est sua religio, & ideo summi Pontifices inspicientes supradicta exulem fecere a religione appellationem ad alia tribunalia, vt constat ex quodam breui Bonifacij VIII. concesso nostræ sacræ religioni, & ex alio Sixti IV. concesso patribus Carmelitanis, & Augustinianis, nec ideo est nostrum intentum dicere, quod possit recurri ad summum Pontif. aut Nuntium Apostolicu, quia ad hoc licentiam habet quiuis religiosus; quod tamen, dicit Aragon, debet fieri in negotijs grauibus, cum debita moderatione, in negotijs vero parui momenti recurrere ad hæc tribunalia est causa multæ turbationis, & detrimenti religionis.

Sot. li. 5. de iust. q. 6. art. 3.

Habetur in compend. tit. appellat.

Arag. 2. 2. q. 69 art. 3.

De Appellationibus. Cap. II.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio quando detur.*
2. *Appellandi formula.*

QVia Penæ, quæ à Regularibus imponuntur, sunt in duplici differentia, nam vel ad correctionem morum vel alias ordinariè formato processu proferuntur, à primis datur nequaquam appellatio vt ex Regula sancti Benedicti habetur cap. 68. quo in loco mandatur correctioni satisfieri per monachum, vt votum obedientiæ fervet, sed postea possit coram superiore se conqueri, quod etiam verum est & de iure communi c. irrefragabili de offi. ind. ordin. & c. cum speciali in fi. de appellat. cap. reprehensibilis & c. 2. eod. titu. sed si modum excesserit in corrigendo, vel alias ordinariè processerit, tūc datur appellatio, vt tenet Foll. in c. 36. de ordine procedendi contra monachos num. 22. & 24. Si tamen appellat ad superiorem suum regularem, non autem secularem, prout vetitum est fratribus sancti Francisci de obseruantia ex constitu. Grego. XIII. lata die 8. Aprilis 1575. & fratribus sanctæ Mariæ seruorum per constitutionem latam à cle. 8. 15. Februa-

Digitized by Google

Februarij. 1593. & quod detur in omni casu Appellatio inter regulares, notat Naua. io cap. nul lam 18. q. 2. num. 52. comment. 3. de appellationibus regularibus cōcessis vel vetitis tractat. vbi efficaciter probat religiosos appellare posse, etiam à sententia lata super correctione, sed quia satis ampla est illa disputatio, satis est, vt stet veritas quod datur de iure Appellatio, & quis duobus modis appellare potest, in scriptis videlicet. Ego fr. &c. ab hac vestra sentētia lata ut dicitur cōtra me ad fauorem N. ad R. P. Prouincialem, vel Generalem appello, protestando ipsam recipi & nil innouari, nā regulares non petunt Apostolos, nec eis prohibetur adire ministrū vel generalem sui est electio, vel ctipiendo iter versus superiorem loco appellationis habetur adeo q̃ non videtur incidere in pœnam qui vadit ad superiorem, nec incidere in pœnam facit Concil. Trident. cap. 4. sess. 25. de regular. & monia. vt latissime materiam hanc disputat ad partes, & concludit pro appellatione & recursu Nau. locis citatis.

De Appellatione a Iudice. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio que ad substantiam de iure naturali est, quo ad formalitatem de iure positiuo.*
2 *Appellatio quare fuerit adinuenta.*
3 *Appellationis formalitatem tollere, ac mutare princeps potest substantiam non item.*
4 *Ius naturale, vel gentium tollere nequit Princeps.*
5 *Appellatio quid sit.*
6 *Appellatio ad maiorem fieri debet.*
7 *Et a delegato ad delegantem.*
8 *Appellatio duplex Iudicialis, & Extraiudicialis.*
9 *Iudicialis appellatio qua sit.*
10 *Extraiudicialis appellatio qua sit.*
11 *Appellare an liceat.*
12 *Appellare qui possit.*
13 *Ante sententiam an possit appellari.*
14 *Appellanti iudici non facere iniuriam.*
15 *Appellare vnus an pro alio queat.*
16 *A quauis sententia an appellari possit.*
17 *Definitiua sententia qua sit.*
18 *Interlocutoria sententia qua sit.*
19 *A sententia definitiua an appellari possit.*
20 *In caussa hæresis a definitiua appellari non potest.*
21 *A sententia interlocutoria an de iure canonico appellari possit.*
22 *An de iure ciuili.*
23 *Quoties a definitiua appellari possit.*
24 *Ius positiuum non adimit facultatem iure naturali concessam.*
25 *Quare tertia solum super eodem conceditur appellatio.*
26 *Ad superiorem appellare de substantia appell. est, quod gradatim appelletur de accidentalibus.*
27 *In appellatione an gradatim procedendum sit.*
28 *An ommisso medio ad principem prouocari possit.*
29 *Ad Romanam sedem ommisso medio omnes appellare queunt.*
30 *Modus in appellatione qui seruandus de iure ciuili est.*
31 *Qui de iure canonico.*
32 *Tempus appellandi decendium est.*
33 *Cur decem dies nec plures, nec pauciores ad appellandum concedantur.*
34 *Si Reus absit quid agendum.*
35 *Quocumque die illorum decem appellari potest.*
36 *Etiam die feriata.*
37 *Etiam de nocte.*
38 *Apostoli intra quod tempus petendi.*
39 *Iudex a quo terminum ad apostoles petendos cōstituere potest.*
40 *Literæ dimissoriæ quare dicantur apostoli.*
41 *Apostolorum quinque species. Dimissorij, Refutatorij, Reuerentiales, Conuentionales, ac Testimoniales, & qui sint.*
42 *Apostoli affirmatiui, & negatiui, & qui sint.*
43 *Qui Tempus ad prosequendum appellationem receptis apostolis quod sit.*
44 *Appellationem an debeat admittere iudex.*
45 *Si non admittatur, vel iudicis violentia timeatur quid agendum sit.*
46 *Si appellantis ratio dubia sit, quid faciendum sit.*
47 *Si iudici caussa commissa sit appellatione remota quid agendum sit.*
48 *Remota appellatione non remouetur supplicatio.*
49 *In quibus casibus iudex appellationi deferre non tenetur.*
50 *Appellans ab appellatione desistere potest.*
51 *Appellatione interposita nihil nouandum.*
52 *Pendente appellatione illæsus damnati status conseruari debet.*
53 *Effectus appellationis qui sint.*
54 *Iudicis ad quem appellatum est, quæ sint partes.*
55 *Regulares appellare a quibus nequeunt.*
56 *Si modus in eorum correctione excedatur appellare queunt.*
57 *Non admittens regularium appellationem punitur.*
58 *Regulares in quibus casibus appellare queunt.*
59 *Sacra Congregatio definiuit Regulares appellare posse, ordinemque statuit in eorum appellationibus seruandum.*
60 *In regularium appellationibus quomodo procedendum sit.*

1 Alter ab iniquo iudice declinandi modus appellatio ipsa est, quæ quidem naturali iure, quò ad illius attinet substantiam, est adinuenta, cum de legitimarum defensionum genere fit, quemadmodum superius cap. 12. num. 7. & 8. probatum a nobis est. at vero quò ad illius formalitatem spectat, siue modum, ac tempus, iure fuit positiuo constituta. l. vna. C. de senten. præfect. prętor. Abb. in rubr. de appell. Siluef. Tabienaque verbo appellatio. nu. 2.

2 Quod ea de caussa factum fuisse constat, vt iudicum malitia, imperitia ve corrigeretur; vt quod incaute in priori ommissum iudicio fuit, suppleretur, & quoq. vt innocentiæ præsidio foret. cap. cum speciali. §. porro, & ca. ad nostram de appel. Pegna in dir. inquisi to. 3. par. com. 31. versi.

vet ſicu. ſed hæc dubitatio. Id cum ita ſit, forma-
3 litatem, ſiue appellationis modum, ac tempus
tollere quidem princeps, ac mutare valet; illius
vero ſubſtantiam non item. Abb. & Felin.
in rubr. de appella. cit. Silueſt. & Armilla. vbi
ſupra.

4 Neque enim princeps ea, quæ iuris natura-
lis, aut gentium eſſe conſtat, vel tollere, vel mu-
tare poteſt, clement. paſtoralis de ſent. & re iud.

5 Eſt autem appellatio a minori iudice, ſiue
ab inferiori ad ſuperiorem prouocatio. Abb.
vbi ſupra, argumen. cap. omnis oppreſſus, cap. ſi
quis, & cap. placuit, 2. q. 6.

6 Quare Appellatio ad maiorem ſemper fieri
debet, nunquam ad minorem, vel parem, arg.
cap. 2. de conſuetu. in ſexto, & l. 1. §. ſi quis in
7 appella. ff. eod. & a delegato ad delegantem le.
Imperatores ff. de appell. leg. pręcipimus, §. huic
C. item de appellati. cap. ſuper quæſtionum, §.
porro. de off. deleg. Pegna loc. cita. com. 30. ver.
verum propter reuerentiam.

8 Appellatio autem duplex eſt. Iudicialis, &
Extraiudicialis.

9 Iudicialis appellatio eſt ab inferiori ad ſupe-
riorem iudicem iniquæ ſententiæ ratione pro-
uocatio, & iudicialis appellatur, quia in ipſo iu-
dicio fit.

10 Extraiudicialis vero appellatio eſt ab inferio-
ri iudice ad ſuperiorem præſentis, aut futuri gra
uaminis ratione prouocatio. & extraiudicialis
appellatur, quia extra iudicium fit; vt in electio-
ne c. conſtitutus, de appellatio.

11 Appellare cuique licet abſque peccato, quo-
tieſcunque ſe a iudice iniuſte fore grauatum co-
gnoſcit. argum. cap. omnis oppreſſus cita. 2. q. 6.
D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. articu. 3. Tabie. verbo
appellatio. numero 7. Angel. verſi. eod. numero
15. id ratione admodum efficaci probatur a D.
Thom. loc. cita. & a Sayro in claui regia. lib. 12.
cap. 17. numero 31. Quod ſi cauſſæ differendæ,
ſiue protrahendæ gratia; aut iuſtæ ſententiæ re-
pellendæ (cum de illius iuſtitia conſtat) ſiue ad
effugiendum iudicium appellet quis, peccatum
committit, & ſi ex huiuſmodi appellatione gra-
uetur aduerſarius, aut illi notabile detrimētum
inferatur, ad reſtitutionem quoque tenetur, arg.
cap. quicunque, & cap. omnino, 2. q. 6. cit. Angel.
vbi ſupra.

12 Appellare itaque mortalium quicunque po-
teſt, qui oppreſſus, aut grauatus a iudice quoli-
bet inferiori eſt, atque etiam, qui ratione valde
probabili, ſiue coniectura opprimi, aut grauari
veretur, ſi tamen vera, & non fictitia oppreſſio
ſit arg. c. omnis oppreſſus cit.

13 Etiam ante ſententiam, cap. vt debitus de ap
pell. & cap. non ita 2. q. 6. gloſſ. cap. 2. ea. quæſt.
Nauar. conſi. 1. de appell. num. 1. Iacob. Meno-
chius lib. 1. de arbitr. iud. quæſtio. centur. 5. caſu
490. etiam poſt Concil. Triden. in cauſſa viſita-
tionis, & correctionis iuſta cauſa expreſſa, Na-
uar. loc. cit. numero 3. ex cap. Romana de cenſi.
in 6. §. ſi autem naturalis. etenim ratio cuique
ſuadere videtur; vt ſeipſum eo, quo meliori po-
teſt, modo tueatur, quare ſe grauatum, vel gra-
uandum ſentiens quis, ad ſuperiorem iudicem
prouocare poteſt; vt hoc pacto ſe, ſuaque ſerua-
re queat.

14 Nec appellans iudici facit iniuriam, cum iu-
re vtatur ſuo l. non videtur. ff. de regu. iuris. ſibi
ipſi imputet iudex, quem proximum grauare
minime pudet.

15 Appellare quoque vnus pro alio poteſt, licet
illius procurator non ſit, ſi communi iure gra-
uentur, atque iuuentur, ex. gr. ſi plures de vno,
eodemque delicto velut ſocij damnatentur,
vnius illorum appellatio cæteris prodeſſet. ca-
pite vna ſententia. de appellatione inncta.
gloſſ. & leg. 1. C. ſi vnus ex pluribus appel-
latio.

16 A quauis prouocatur ſententia ſiue definiti-
ua ſit, ſiue interlocutoria.

17 Definitiua ſententia dicitur illa, qua iudiciū
ipſum terminatur, qua videlicet condemnatur
quis, vel abſoluitur.

18 Interlocutoria vero illa nuncupatur, quæ
cauſſæ ipſi interponitur, vt cum iudex iuſtas, &
rationabiles Rei exceptiones nequaquam ad-
mitti; Reum iniuſte torqueri, vel non audiri, le-
gitimas defenſiones eidem non eſſe tribuendas,
& è conuerſo, decernit. cum accuſatorem
legitimum, illegitimum vè, teſtes idoneos, vel
non idoneos; huiuſmodique alia in cauſſæ pro-
greſſione contingentia determinat, ſiue de-
clarat.

19 A ſententia definitiua, ſi quam iniuſtitiam
in ſeipſa contineat, aut præſeferat, appellari
poſſe, omnibus in confeſſo eſt. Val. 10. 3. com-
mentar. Theolog. diſputatio. 5. quæſt. 13. puncto
tertio.

20 Præterquam a ſententia definitiua in cauſſa
violatæ religionis, a qua non admittitur appel-
latio propter fidei fauorem, ac odium hæreti-
corum; ne iudicium protrahatur. Pegna in
dir. inquiſito. loc. cit. com. 31. verſi. ſed hæc du-
bitatio

21 A ſententia vero interlocutoria, ſi ratio, cauſ
ſaque iuſta, vel probabilis adſit, appellari de iu-
re canonico poteſt. cap. ſignificauerunt de teſta.
cap. vt debitus cap. cum ſpeciali, & cap. cum ceſ
ſante de appell. facit cap. 1. eod. titu. in 6. Farina.
quæſt. 38. num. 16. etiam in cauſſa hęreſis. Pegna
loc. cit. ver. ab interlocutorijs, qui alios ad idem
adducit.

22 At vero de iure ciuili non item. l. 3. C. quor.
appella. non rec. & l. 2. C. de epiſcopis. Etenim
grauamen, quod per interlocutoriam infertur,
per appellationem a definitiua reparari poteſt.
Quod ſi eiuſmodi ſit grauamen, vt per prouoca
tionem a definitiua nequeat reparari; & quo-
que de iure ciuili tam in criminalibus, quam in
ciuilibus ab interlocutoria prouocare licet. l. an
te ſententiam, ff. de appella. reci. facit gloſſ. in l.
ante ſententiæ tempus. C. quorum appell. non
reci. ſupra cita. etenim quando præiudicium eſt
irreparabile, ſemper conceditur appellatio. Cæ-
ſar de Graſ. dec. 30. nu. 6

23 Quoties autem appellare quis a definitiua
poſſit, vnica propoſitione determinari non
poteſt.

Itaque dicendum eſt, primo. Cum de ſen-
tentiæ iuſtitia conſtat, appellare nunquam li-
cet, quinimmo tunc appellans punitur. ca. om-
nino 2. q. 6

Secundo cum de ſententiæ iniuſtitia liquet,
appellare toties licet, quoties iniuſta pro-
fertur,

24 Ius nanque poſitiuum bis tantum ab eadem
appellari ſententia ſtatuens, & non ultra; læſe
parti facultatem non intendit adimere,
quam iure poſſidet naturali ad ſuperiorem iu-
dicem prouocandi, quoties manifeſte graua-
tur.

Tunc

Digitized by Google

Tunc vero partem granari nemo non videt, quando illam contra manifeste iniqua profertur sententia, vt recte docet Valen. loc.cit.§.tantum notandum.

Tertio Cum sententiæ iniustitia dubia est probabili existente vtrinque ratione; ter appellare licet. Id vsus obtinuit, consuetudoque vt affirmant Dom.So.de iust.& iu.lib.5.quæst.6.art.3. ad tertium Michael Salon.2.2.quæst.69.art.3. Valen. vbi supra. & alij omnes. quamuis de iure tertio appellare quis mioime possit. c. directæ,& cap. tua nobis. de appel. & in Cod.lib.7. titulus habetur. Ne super eadem caussa tertio liceat prouocare.

25 Conceditur autem in dubio ter appellare, vt si Reus nouam fortasse iuris, aut facti rationem pro se ioneni re posset, quam alijs coram iudicibus, aut nequiuit, aut nequaquã proponere noluit; ea se ratione tueri, ac defendere queat. Verum enimuero tres vltra vices mioime conceditur appellatio; vt caussæ terminari valeant; quarum exitus alioqui videretur nunquam. adde, quod iudices ipsos toties a recto iudicio deficere præsumi ooo debet.

26 Cum autem appellatur, ad superiorem, siue ad maiorem facienda est prouocatio, id nanque de appellationis substantia est; quemadmodum gradatim procedere de accidentalibus illius esse videtur. docet id Sil. verbo appellatio.num.2. circa finem.

27 Et quidem gradatim procedendũ fore mandatur cap.omnis oppressus 2.quæst.6.cit.iuncta gloss.capite licet.ead.quæst.

28 Quamuis ad principem ommisso medio prouocari possit, argum.cap. si quis, & seq. eadem quæst.iuncta gloss. d. cap. si quis, & cap. dilecti filij.el terzo. de appell. ver. post huiusmodi appellationem,& valet consuetudo sic appellandi omisso medio.vt probat Sil. loc.cit.atq. etiã cessante consuetudine; nisi obijciatur. Idem eo. loco.

29 Et certe ad Romanam sedem ommisso medio simpliciter appellare cuique licet cap. quoties,& cap.ad Romanã.2.q 6.cit.& cap.si duob. de appell. Nauar.consil.2.de appell. num.1. & consil.4.eod.ti ou.3.in fine,tom.1. Pegna com. 31.in dir.inquisi.3.par.ver.quod si.

30 Modus autem io appellatione seruandus est; vt prouocatio fiat aut viua voce, si in continenti grauamine illato prouocetur, eodemque die, iudice io eadem iudicij existente figura. l.e.1.ff.de appel. C.eo. l.litigatoribus, aut in scriptis, si in continenti minime fiat. Achil. de Grat. decis.8. num.1.& 2. Tunc etenim intra decem dierum spatium appellationis libellus in scriptis, prouocantis, iudicum a quo,& ad quem, ac aduersarij nomina cõtinens porrigendus est iudici a quo. vt l.1.§.si.de appell.& hoc de iure ciuili.

31 At vero de iure canonico in scriptis facienda est prouocatio, libellusque prædicta nedum contioens porrigi debet, verum & grauaminis, a quo appellatur, expressionem cap.cum sit Romana de appellat.& caussam quoque, propter quam ipsum grauamen impugnantur, continere debet, c.vt debitus,& c.caussam, eod.titul.& c.1.eo.tit.in 6.

32 Tempus vero appellandi decendium est, videlicet iotra decem dies a die latæ sententiæ c. anteriorum.2.q.6.

33 Tot namque dies cuique ad deliberandum sufficere iudicantur a lege, an sit prouocãdum. Neque plures additi sunt, ne aut bonum commune detrimentum pateretur, aut altera pars diutius suspensa maneret. D.Thom.2.2.quæst. 69.art.3. Valeni. vbi supra Tabie.ver.appellatio.num.3.

34 Quod si rationabili de caussa Reus a loco, vbi sententia pronunciatur, absit; decem dierũ termious a die notitiæ latæ sententiæ computari debet. C quomodo, & quan. iudex lege ab eodem, ff.de appellatio.leg.1.§. fin. Tabien.loc. citat.

35 Intra quod decem dierum tempus quocunque die fieri prouocatio potest.

36 Etiam die feriata. Felio.cap.cum M. Ferrariensis de constit.ver.secunda conclusio.nu.32. Bal.in l.1. C.de ferijs.

37 Immo de nocte quoque fieri posse, si illius, cui appellatio facienda est, haberi copia queat, docent ijdem, videlicet Bal.in authen.hodie. C. de appella.& Feli.vbi supra.ver. quarta conclusio. num.34.

38 Qui autem prouocauit, Apostolos, literas videlicet dimissorias intra dies triginta a iudice a quo prouocauit, petere debet ad iudicem ad quem appellauit directas. alioqui si intra id tempus petere prætermiserit appellans, factæ appellationi renunciasse præsumitur.capite ab eo. de appellatio.in sexto le.nonnullis.C.de appella. glo.in cap.cordi.& in cap.quamuis eod.ti.in clementi.& in c.post appellationem 2.q.6.

39 Quamuis iudex a quo appellatur terminum ad Apostolos petendos assignare appellanti queat; intra quem nisi petierit, appellationi renunciasse videtur. capit. quamuis cit.de appellationibus, in clementinis.

40 Literæ istæ dimissoriæ, quæ a iudice a quo ad iudicem ad quem deferendæ prouocanti dantur, Apostoli græco vocabulo nuncupantur, composito ex ἀπὸ quod est dè, & ςέλλω quod est missio, quasi demissio, siue dimissio, illis nanque mittitur, siue dimittitur appellans a iudice a quo ad iudicem, ad quem prouocauit.

41 Apostolorum quinque species reperire est. vt elicitur ex Abb. cap.bonæ memoriæ. de appella. Specula.3.par.eod.tit.§.sequitur. gloss.in cap.1.eod.titu.in sexto. & alijs doctorib. Quidã etenim Dimissorij dicuntur, quidam Refutatorij, quidam Reuerentiales, quidam Conuentionales, quidam verò Testimoniales.

Dimissorij vocantur, quãdo iudex a quo simpliciter detulit appellationi.

Refutatorij, quando non detulit. Reuerentiales, quando propter solam superioris reuerentiam detulit. Conuentionales, quando pars appellationem admittit, siue in iudicio, iudica ipso aut recusante, aut etiam tacente; siue extra iudicium. Testimoniales vero, quando ab honesta persona, coram qua propter metum iudicis a quo prouocatum est, vt infra dicetur, num.45. tribuuntur. licet omoes Apostoli testimoniales appellari queant. nanque testimonia sunt, quod prouocans appellauit.

42 Reduci hæ quinquæ species Apostolorum ad duas vtique possunt. omnes eoim Apostoli aut affirmatiui sunt, aut negatiui. Affirmatiui nuncupantur, cum appellationi delatum fuit, siue simpliciter; siue ob superioris, ad quem prouocatum est, reuerentiam; siue ad partium conuentionem; siue etiam propter iudicis a quo metum ab honesta persona, coram qua appellatum est, fiant. Negatiui autem nominantur, cum iudex appellationi minime detulit.

Digitized by Google

43 Tempus vero ad prosequendam appellationem receptis Apostolis annus est, quod si caussa euidens, necessaria, notoriaque sit; biennium, nisi iudex, a quo prouocatum est, huiusmodi tempus abbreuiet, & prouocans, si intra id tempus appellationẽ fuerit minime prosequutus, a sententia cadit, primæque sententiæ stare tenetur. cap. personas. & capite cum sit Romana. iuncta glos. de appell. Abb. ibidem, & cap. ex parte. de rescrip. nisi da impotentia prosequendi constiterit. capite, Ex ratione. de appellationibus.

44 Appellationem si iusta, vel rationabili caussa, & ratione sulciatur, admittere debet ipse iudex; & non admittens punitur, capite decreto. 2. quæst. 6. cap. de priore. de appell. & cap. 1. eodem titu. in sexto. l. quoniam. ff. eodem tit. Nauar. consil. 1. eodem titu. in fine. & consil. 4. numero 6. tom. 1. Menoch. de arbitr. iud. quæs. ci. lib. 2. centur. 4. casu 368. etiam si de leuioribus, & minimis caussis fiat. cap. de appellationibus, eodem tit.

45 Et cum a iudice iusta non admittitur appellatio, vel a Reo ipsius timetur violentia; tunc pro appellante reputatur; dummodo publice protesteiur, vel coram aliqua honesta persona appellet. leg. cum quidam. ff. de appell. cap. fina. eod. titu. a qua honesta persona tribui debent Apostoli testimoniales ipsi appellanti. Silu. ver. appellatio. nu. 13. in fine.

46 Si autem appellantis ratio dubia sit; quare anceps ipse sit iudex, an admittenda nec ne prouocatio sit; illam vtique admittere debet. Io. Andr. in cap. vt debitus. de appel. Specul. eo. tit. §. nunc dicamus. Archid. cap. 1. & cap. si a iudice. eod. titu. Feli. cap. significamus. de testam. num. 1. Valen. tomo 3. disp. 5. quæst. 13. pun. 3. Cuius illa ratio esse potest, quia existente opinionum varietate (dummodo probabiles sint) iudex in Rei fauorem iudicare debet. argumen. capit. cum sunt de reg. iur. in 6. & in l. fauorabiliores. ff. eodem tit.

47 Si vero iudici fuerit caussa commissa appellatione remota, si verum grauamen ipsum sit, deferre appellationi debet; neque enim tunc appellatur contra rescriptum; sed contra iudicis ipsius malitiam. capite dubium. 2. quæst. 6. eo nanque casu friuola solum interdicitur appellatio. capite super eo. el secondo. de appellationibus. Tabie. loc. cit. num. 8. Sil. num. 7. Farina. quæst. 17. num. 31.

48 Quod si non audiatur ipse Reus a iudice, supplicare potest; neque enim appellatione remota supplicatio remouetur, siue recursus. Menoch. lib. 1. cit. q. 70. num. 24. & seq. Farinac. vbi supra num. 32.

49 Si autem appellatio friuola sit, rationabili caussæ minime inhærens; aut ipso iure nulla; iudex illi deferre nequaquam tenetur. ex. gr. si appellatur quarto super eodem articulo. neque enim plusquam ter super eodem appellari articulo potest, vt supra dictum est num. 24. Item si iudex grauamen, super quo prouocatum est, reuocauit. cap. cum cessante. de appell. Item si delictum notorium est; aut illud confessus est Reus. l. 2. C. quor. appel. non reci. capite cum speciali. §. porrò, eodem tit. Item si arbitri compromissarij iudicarunt, capite a iudicibus. 2. quæst. 6. nisi tres fuerint ipsi arbitri, & duo sententiam ferant absente tertio, vel renuente. cap. sane. eadem quæst. Iudicis enim adiuncti ommissio nullitatem parit. Achil. de Gras. decis. 8. num. 3. In alijs quoque casibus appellationi deferre nequaquam tenetur ipse iudex, de quibus vide Siluest. & Tabie. eod. tit. num. 8.

50 Appellans ab appellatione, si voluerit, desistere potest. leg. 28. C. de appella. Gratia. & glo. 2. q. 6. post cap. ei qui. §. si vero is.

51 Appellatione probabili fulta ratione interposita, nequit amplius procedere iudex, aut aliquid innouare. 2. quæst. 6. cit. capit. post appellationem. l. 1. ff. nil nouari appellatione interposita. Nauar consil. 2. de appella. num. 3. tomo 1. & omnes communiter, siue illi detulerit iudex, siue non detulerit. etenim si detulit, procedere minime debet, quia detulit, si non detulit, ne appellanti præiudicet, quousque quid agendum sit, decernatur. Pegna. d. com. 31. ver. attẽdat inquisitor. Menoc. vbi supra. nu. 50.

52 Pendente quoque appellatione integer, ac illæsus debet seruari damnati status; adeo quod infamis non erit, illisque vti poterit, quæ ante accusationem, aut denunciationem, aut inquisitionem, aut exceptionem vti poterat. probat id Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 16. num. 11. circa finem.

53 Effectus appellationis hi sunt. Si appellatio iudicialis legitima sit, & sententiam, & iurisdictionem iudicis, a quo prouocatum est, quoad illam caussam suspendit. capit. cum appellationibus. §. si iudex. de appellatio. in sexto non attamen suspensa illius iurisdictio est, quò ad illa, quæ tendunt in faciliorem appellationis exitum: etenim terminum assignare potest ad prosequendam appellationem, & apostolos tradere appellanti cap. 1. §. 1. de appel. in sexto. quam iurisdictionem tunc demum abdicat, cum ipsi apostolos appellanti tradit. ipsa quoque appellatio caussæ cognitionem ad superiorem transfert, ad quem appellatum est.

Extraiudicialis prouocatio similiter si verisimilis, atque probabilis est, caussæ ipsius cognitionem ad superiorem iudicem, ad quem prouocatum est, transfert ita, vt ipsa pendente nihil in appellantis præiudicium attentandum sit. 2. quæst. 6. cap. quoties. iuncta glos. Panor in rub. de appell. num. 3. & in cap. bonæ memoriæ, nu. 7. & 8. eod. tit. Petrus de Anchara. in cap. concertationi. eod. tit. lib. 6. Felin. in cap. 1. eod. tit. Sil. eo. num. 2. Rodriquez in summa, par. 2. cap. 13. Achil. de Grass. ci. decis. 244. num. 1. executionem quoque suspendit appellatio ipsa; nisi iudex cum clausula (appellatione remota) procedat; atque etiam cum a centuria tam inflictis appellatur; aut quando causa friuola est Nauar. consi. 2. de appell. num. 3. 10. 1. Sil. eo. numero 1. Angel. eo. num. 2.

54 Quid vero iudex ad quem prouocatum est, facere debeat, nunc breuiter dicendum est. Itaque appellantem audire minime debet, neque ad citationem neque ad inhibitionem, neque ad actum aliquem deuenire; nisi per literas iudicis a quo illi de appellatione vel iusta, vel rationabili, vel admittenda, vel licita constiterit, quinimmo dictum prouocantẽ repellere debet. nisi de partium consensu procederet. quo casu licet appellatio minime producta fuisset, tamen procedere posset. Achi. de Gras. cit. dec. 30. nu. 3.

Si exhibitæ literæ fuerint, nisi in illis grauamen, & appellationis ab eo caussa posita fuerit, prouocantem simili modo reijciat. Idem operetur, si in casibus a iure non concessis, aut prohibitis appellauerit, de quibus hoc eodem capite supra nu. 49. habitum est. l. fin. ff. de appell. reci.

ni

Si caussa dubia est, partes citare debet, vt rem perfecte cognoscere queat. argu. l. de vnoquoque negotio ff. de regu. iuris.

Si vero instam, & rationabilem appellationem fuisse cognouerit, ideoque caussam ad ipsum esse deuolutam; inhibere, citare, aliaq; pro caussæ cognitione, prosequutione, ac terminatione agere necessaria poterit. Tabie. ver. appellatio. nu. 20. velut primæ instantiæ iudex. Achil. de Graf. decis. 207. nu. 3.

55 Quo ad Regulares autem, illis a suorum prelatorum, siue superiorum correctione, si iuxta regularia instituta fiat, modusque in ea non excedatur, appellare minime licet. cap. ad nostr. m. cap. reprehensibilis &c. cum speciali. de appell. neq. in casibus suprapositis cap. 10. nu. 9. & sequentibus.

56 Quod si modus in huiusmodi excedatur, profecto prouocare queunt. cap. de priore. de appell. gloss. ibid. & cap. licet. ver. interclusum. de offi. ordin. & ibid. Panor. & Dec. idem Panor. in c. de priore cit. Sil. ver. appellatio. num. 9. Angel. eod. num. 10. Tabie. eo. num. 11. Nauar. con fil. 4. de appella. num. 2. & seq. tom. 1. & in commentar. 3. de regular. num. 51. atque etiam in commen. 2. eo. titu. num. 61. quo loco affirmat hanc esse communem. Rodriquez in summa, par. 2. tra. de ordi. iudi. capit. 13. conclus. 3. & in quæst. regular. tom. 1. q. 29. art. 2.

57 Et non admittens regularium appellationē punitur d. cap. de priore. Nauar. consi. 1. eod. tit. in fin. & consil. 4. nu. 6. to. 1. Menoch. lib. 2. cit. centur. 4. casu 368.

58 Quando vero de occultis delictis grauioribus, atque grauissimis ad illorum infamiā, aut officiorum, siue etiam actiuæ, ac passiuæ vocis priuationem, aut carcerationem, aut aliam grauiorem, vel grauissimam pœnam contra eosdem agitur; si grauentur, quemadmodum alij quicunque mortalium, & ipsi appellare, siue prouocare queunt, id efficacissimis rationibus atq; verissimis probant Greg. Sayrus in Claui regia facer. li. 12 c. 17. nu. 38. & seq. ac Emanuel Rodericus in quæst. regular. tom. 1. quæst. 29 art. 2. post Nauar. consil. 5. de appel. num. 6. tom. 1. Et quidem, cum appellatio de iure sit naturali, vt supra cap. 12. num. 7. dictum fuit; grauato mortalium nemini illam denegare fas non esse, cuique sanæ mentis profecto constat.

59 Nunc vero temporis de huiuscemodi re nec dubitare licet. definita nanque ista quæstio fuit a sacra Illustrissimorum Cardinalium congregatione super negotijs Episcoporum, & Regularium, ab illa etenim de appellationis Regularium ordine decretum emanauit anno 1587. A prælato ad Prouincialem, a Prouinciali ad Generalem, a Generali ad Illustrissimum Protectorem, a Protectore ad sacram congregationem prædictā, de quo decreto vide Compend. Priuil. verbo appellare in annot. Capucim, §. 1. Roderic. & Sayr. locis cit.

Quod si Regularibus appellationis ordo a sacra congregatione statuitur; ab eadem profecto, eosdem quoque appellare posse, decerni, nemo non videt.

60 At vero in Regularium appellationibus modum in præsenti capite iuri vsquequaque conformem obseruandum fore, minime credo arg. capit. qualiter, & quando el 2. de accusato. §. fina. Quemadmodum enim summus Pontifex ibi concedere videtur ordinem iudiciarium in regularium personarum caussis cognoscendis non esse vsquequaque obseruandum; ita quoque dubio procul concederet in eorum appellationibus modum, quem iura disponunt ad vnguem non debere seruari.

Quare opus non erit appellationem in scriptis dato libello proponere, neque apostolorum facere petitionem, siue traditionem intra triginta dies, verum satis erit coram iudice a quo grauatum regularem verbotenus appellare, iudicis ad quem nomine, grauamine, caussaque propter quam ipsum grauamen impugnatur patefactis, atque propositis, quæ attamen vniuersa scriptis a caussæ notario continuo tradenda erunt.

Poterit quoque iudex a quo prosequutionis eiusdem appellationis tempus assignare pronocanti, interimque literas de huiuscemodi appellatione Iudici ad quem dare, vt, quid agendum sit, decernere queat. argu. clemen. 11. sæpe de verbor. significat. de qua superius cap 11. pot totum sermo habitus est.

De Appellationibus. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Ordinata per Conc. Trid. circa appellationes.*
2 *Sententia definitiua quid sit.*
3 *Carceratio inducit grauamen irreparabile.*
4 *Archiepiscopus quando debeat admittere appellationes factas à suis suffraganeis.*
5 *Appellatio non concedenda in facto notorio.*
6 *Appellanti præfigi potest terminus prosequendæ appellationis.*
7 *Sequestrum quando concedi possit.*

Diffusam appellationum materiam, de qua copiosissimi extant variorum tractatus, pro nostro more in ijs tantum, quæ circa eas recenter, & maximè post Concil. Triden. fuerunt innouata, sufficiet attigisse.

Vnde primo Conc. cit. sess. 22. c. 7. de ref. ordinauit, vt ab omnibus Legatis, Nuncijs S. Sedis,
1 Metropolitanis, alijsq; superioribus iudicibus, const. Innoc. IV. relata in c. Romana, de appellat. in 6. in admittendis appellationibus, seruetur.

Idem sess. 24. cap. 20. prohibet appellationes admitti, nisi à definitiua sententia, vel ab habente vim definitiuæ, vel ab interlocutoria grauamen irreparabile continente. Quæ autem sit differentia inter has sententias, tradit Felin. in rub. de re iud. Host. in Sum. tit. eo. num. 2. nimirum, quod definitiua est, quæ decidit negotium
2 principale in iudicium deductum. Vim definitiuæ habens est, quæ definit vnum articulum causæ substantialem, vel etiam totum negotium perimit, licet per indirectum, vt si quis repellatur ab agendo per aliquam exceptionem, interlocutoria vero est omnis alia pronunciatio iudicis super incidentibus ante definitiuam.

3 Grauamen demum irreparabile est omnis actus irretractabilis, & quo mādato exequutioni, pars grauata amplius non subleuaretur appellatione à definitiua, vel non sine difficultate, & præiudicio subleuaretur, vt est carceratio, tortura, excommunicatio, suspensio, interdictum, Duen. reg. 52. Franch. de appell. cap. super eo. 2. not. 2. Rebuf. in Concord. tit. de friuol. appellat. Et quoad carcerationem declaratum fuit à Sacra Congreg. Conc. vt refert Quar. ver.

Archiepiscopi auctori. io addi.ou.20. versus finem in hunc modum.

An quod decreto sacri Conc. Trid. sess. 13. c. 1. de refor. & alio sessio. 24. cap. 20. de refor. dicitur de grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest, intelligi possit, & debeat de grauamine indebitæ carcerationis.

S.D.N. audita relatione Congregationis Cōcilij, declarauit ita esse intelligendum, & ideo ab huiusmodi grauamine appellari posse & ordinarium teneri huic appellationi deferre, & teneri processum transferre ad iudicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causa cognita aliud iusserit.

Idem Conc. sess. 23. c. 1. de ref. ordinat, ne vlla appellatio, vel inhibitio superioris impedire possit ordinarium, quo minus suam sententiam circa residentiam curati latam exequatur.

Sess. vero 13. c. 1. & sess. 24. c. 10. de refor. similiter vult ne in causis visitationis, correctionis morum, & criminalibus, executio sententiæ appellatione suspendatur.

Eadē, sess. 13. c. 2. statuitur, vt causæ ad Rom. Curiam per appellationem deuolutæ, committantur in partibus Archiepiscopo seu eius Vicario, siue ex causa alteri viciniori Episcopo, seu eius Vicario, & non inferiori.

Sess. 25. cap. 13. de Regular. vt causæ præcedentię remota omni appellatione terminentur.

Eadem sess. c. 14. de ref. ordinatur, vt contra concubinarios ordinarius procedere possit, appellatione non obstante.

Circa eandem appellationum materiam decreuit quoque sacra Episcoporum Congregatio ea quæ sequuntur in anno 1600. relata apud Genuen. cit. c. 88. Quar. loc. cit.

4 Ad tollendas ambiguitates, & controuersias iurisdictionales, quæ inter appellationum, & prioris instantiæ iudices, non sine partium dispendio cursusque iustitiæ impedimento, & sæpè cum scandalo oriuntur, sacra Congregatio causis Episcoporum præposita, facta prius relatione S.D.N. Clemen. VIII. ac de sanctitatis suę mandato viuæ vocis oraculo desuper habito in hūc, qui sequitur, modum ab omnibus ad quos spectat, in posterum fieri, ac seruari debere mandauit, & mandat.

Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchę suffraganeos eorumque subditos nō iudicent, nisi in casibus à iure expressis.

Item nec alij superiores etiam Nuncij, vel Legati de latere specificam facultatem maiorē non habentes, causas in Curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, ad se aduocent, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iurisdictionibus quo ad alias causas eximere non possint.

Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit, appellationem à sententia definitiua, vel habente vim definitiuæ, aut à grauamine quod per definitiuam sententiam reparari non possit in casibus à iure non prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam ac prosecutam.

Nec dum causæ coram inferioribus iudicib. pendent, ante definitiuam sententiam, vel vim definitiuę habentem, de grauamine illato superiores cognoscere valeant, licet citra præiudicium cursus causarum se id facere cōtestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationē, sicut præmittitur, receptam non concedantur nisi cum inscriptione tenoris sententiæ aut decreti definitiui, aut vim definitiui habentis, vel damnum per definitiuam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque sint ipso iure nulla eisque impune non parere liceat.

Si appellans asserat sententiam aut appellationis exemplum culpa iudicis, vel actuarij haberi non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet, iniungi poterit, vt soluta condigna mercede actorum, exemplum authenticum appellanti intra breuem aliquem competentem terminum tradatur.

Caueat tamen iudex à quo, ne si verè appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in præiudicium appellantis attentet, & si per actum publicum aut per testium depositionem constiterit, acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit iudex appellationis adijcere, ne interim aliquid noui contra appellantem attentetur.

Ab executione decretorum S. Conc. Trid. aut Visitationis Apostolicę, appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute eiusdem S. Concilij procedant vti sedis Apostolicæ delegati in causis, quæ sub eorum iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salua tamen in hoc casu Legatorum & Nunciorū Apostolicorum auctoritate.

In causis vero visitationis Ordinariorum, aut correctionis morum quoad effectum deuolutiuum tantum admittantur, nisi de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cum visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione, iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit etiam quoad effectum suspensiuum.

Cum à grauamine, quod per definitiuam reparari nequit, vt indebitę carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis, etiam comminatæ appellatur, nō nisi visis actis ex quib. euidenter appareat de grauamine appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouisio aliqua cōcedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur, carcere permanebit, quoad iudex ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreuerit, & tunc si à iudicis ad quem decreto vim definitiuæ habente fuerit appellatum, nihil mandare aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processuum primæ instantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad ordinarium, vt in suo archiuio conseruentur.

Censura Ecclesiastica in appellantem, prolata, relaxari aut nulla declarari per iudicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tuncque si constiterit eam iustam esse, ad iudicem qui excōmunicauit, appellans remittendus est, vt ab ipso iuxta sacros canones beneficiū absolutionis, si humiliter petierit, debitāq; emēdationē pręstiterit, obtineat: si vero iniustā esse clare appareat, superior absolutionē impēdat: si dubitetur, honestius, est vt ad excom-

Digitized by Google

excommunicationem intra breuem aliquem competentem terminum eidem præfigendum absoluendus remittatur, licet etiam superior hoc casu id ipsum per se præstare iure possit.

Absolutio ad cautelam, non nisi parte citata, & visis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ vel à iure, si occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præstita per excommunicatū cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum: & si iuxta formam à Iure præscriptam apparebit quem ob manifestā offensam excommunicatum fuisse, debitam etiā satisfactionem præstare, & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cauere de iudicio sisti coram excōmunicatore quis tenebitur prius, quam ad cautelam absoluatur.

A sententia etiam definitiua contra verum contumacem prolata, appellatio nō recipiatur, nec inhibitio aut alia quæuis prouisio, quamdiu appellans in huiusmodi vera contumacia persistiterit, concedatur; Romæ in S. Congregatione die 13. Octob. 1600.

Alex. Card. Florent.
Hieron. Acutius Secret.

Vltra præmissa autem circa eandem appellationum materiam notari potest vtiliter, appellationem non esse concedendā in notorio manifesto ex ipsa facti euidentia, vt si quis fuerit confessus, & conuictus, nec confessio fuerit excusata, c. cum speciali. §. porro. de appell. vel si
5 quis obligauit se apud acta ipsius Iudicis, vel obligatione Camerali. Vestr. lib. 7. c. 3. num. 16. Similiter si constet ex confessione alterius, vt si hæres conueniatur ex confessione defuncti. Vestr. ibid.

Seruat quoq; Romanæ Curiæ stylus vsitatus vt nō deferatur appellationi in rebus parui momenti, vt si pro summa non maiori decem ducatorum agatur. Vestr. ibid.

Notandum item quod in appellatione à diffinitiua vel diffinitiuæ vim habente, nulla causa est exprimenda, quia ius ipsum concedit appellate. In appellatione vero ab interlocutoria necessario causa exprimi debet, aliter esset appellatio nulla. causa autem exprimitur, vt iudex causa considerata possit, si velit, reuocare sententiam, potest enim reuocare interlocutoriam, à qua appellatur, cap. cum cessante, de appell.

Appellans item, si intra decem dies à prolatione sententiæ computandos non appellat in scripto, appellatio censetur deserta. Maran. 6. p. de appel. nu. 202. nisi grauamen esset permanēs, & habens causam continuam, vt est carceratio, vel nisi iusta excusaretur ignorantia. Alius autem terminus dierum triginta ad petendū apostolos, non appellanti, sed iudici concessus est à iure, vt interim deliberare possit an debeat deferre appellationi, illo tamen durante debet appellans petere Apostolos ter, seu vno contextu dicere peto instanter, instantius, instantissimè. Clem. quamuis. de appell.

Et non nisi ab interlocutoria sunt petendi, à definitiua enim ius ipsum defert appellationi, c. biduum. 2. q. 6. Vestr. loc. cit. in fi.

Tempus prosequendæ appellationis annus est præfinitus à iure, & ex causa biennium, c. cū sit Romana. c. personas, de appell. Potest tamen
6 iudex à quo præfigere breuiorem terminum appellanti, intra quem appellationem suā prosequatur, & doceat de prosequutione, c. ad au-

res. loc. cit. non tamen assignatē potest terminum, intra quem appellatio finiatur, quia esset imponere legem superiori. c. ex insinuatione, ibid. Franch. in c. personas, cit.

Notandum item quod iudex appellationis in concernentibus ordinem procedendi, tenere debet vsum sui Tribunalis, quo ad merita autem causæ, & modum decidendi, vsum Tribunalis in fcijs à quo. gl. in verb. decreto. in c. licet canon. de elect. in 6. Fel. in c. super his, num. 13. de accusat. & faciunt relata per Innoc. in rubr. de consuet.

Finaliter sciendū quod quando appellatur à sententia, contra possessorem lata, sequestrari possunt res tam mobiles quam immobiles, de
7 quibus agitur, si timeatur de distractione seu dilapidatione, cap. 2. de sequestrat. ium. gl. verb. sequestrari. quæ colligit causas sequestrationis, hocque idem faciunt Doctores, ibidem Specialiter autem in beneficialibus de sequestris ordinatum est, vt si à prima sententia in Romana Curia lata contra detentorem beneficij, nisi sit triennalis possessor, appellatur, etiam ordinarius possit sequestrare huiusmodi beneficium, qui casus est singularis quo inferior intromittere se potest in causa ad Roman. Curiam deuoluta. Clem. 1. de sequestrat. Cassad. decis. 5. nu. 3. de sequestrat. post si nimirum feratur sentētia contra possessorem, & pro eo, qui petit sequestrum, si autem pro possessore fuerit sentent a um, deneganda esset sequestratio. gl. in cit. Clem. verb. contra possessorem. Vestr. lib. 7. cap. 2. num. 6. si etiam præuenerit Iudex Romanæ Curiæ, seu superior in decernendo sequestro. inferior illud amplius decernere non posset. Maran. p. 6. de appell. nu. 177.

DE POENIS.
Tit. XXVIII.

Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Omnis regularis obseruationis violatio, exceptis tribus votis, leuis est culpa remoto contemptu.*
2 *Non est æquum regulares obseruantias sub mortalis peccati pęna ab aliquo pręcipi.*
3 *Peccatum non est nisi voluntarium.*

PRius quam de pœnis (vt instituti ordinis ratio flagitat) sermonem faciam de culparū, & scelerum varietate pauca differam, ne mecū ipse in his commentationibus pugnare videar.
1 Equidem silentij transgressionem, aut carnium esum, ceterarumque obseruationum regulariū (exceptis tribus votis) violationes, omnibus profectò exploratum est, in leuium numero culparum haberi debere. Nos tamen superiori cap. inter graues retulimus contemptu adhibito. Nam si ille absit, ex Regulæ proprio cap. leuem esse culpam in dubium vocari non debet. Dicitur enim, quòd si inuentus fuerit quisquam hâc præuaricari taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ subiaceat: excepto, si necessitas hospitum superuenerit, aut forte Abbas alicui aliquid iusserit. Cum namque vsu venire possit, vt citrā culpam, eorum obseruatio prætermittatur, profectò conficitur, vt genere quidem suo exinale crimen non sit, idq; ex eo confirmatur, quoniā exterior ad eorū obseruationem pęna constituitur. Iam verò Sanctus Doctor, secunda secūdæ,

Digitized by Google

quæstione 96. art. 6. & quolibeto 10. id perspicuis rationibus probat. Necnon Panormitanus in cap. primo de constitutionibus, sed tota eius controuersia in huc versatur, quidnam sit illud, quod deprauatum contemptum pariat; De quo idcirco ego modo rationem habere nolo, quoniam maiore id indiget perscrutatione, & nos ad finem properamus. Optimo autem consilio id admonere alienum non duco, Plurimum quidem aberrare eos, qui silentij obseruationem, & abstinentiam a carnibus, ceteraque
2 generis eiusdem sub peccati lethalis pœna seruanda iubent, quodque ferendum non est; aiunt, Quisquis id fecerit, ego lethaliter peccare decerno, quasi perniciosum esse peccatum in volun-
3 tatis arbitrio situm non sit; Cum tamen peccatum Diuo Augustino teste adeo sit voluntarium, quod si non esset voluntarium, non esset peccatum. Adde etiam, quod exitiale peccatum hoc committitur, quod pleno voluntatis impetu actio in se genere suo mala versatur: non autem quod aliquis iubeat (excipio Deum, atque Ecclesiam sanctam, quique peculiari quodam Diuino afflatu præcepta edunt.) Præterea cum ijs culpis pœna a Patre nostro Benedicto exterior constituatur, morti feri criminis sui proprio genere vim non habere conuincitur. Nam in c. 46. de ijs, qui i alijs quibuslibet reb. delinquunt, ait. Quod si animæ peccati causa fuerit latens, Abbati tantum, & spiritualibus senioribus patefaciant; qui sciant sua curare, & aliena vulnera non detegere, aut publicare. Etenim prius de exteriori pœna transgressoribus constituta sermonem fecerat; quæ quidem culpa mortifera non semper coniuncta est, in quam sententiam, Dominus Bernardus Abbas Casinensis in prima parte Speculi, quam edidit in Regulæ nostræ explicationem, dicit. Pro murmuratione, & silentij post completorium transgressione, Pius pater pœnam inducit temporalem in Regula. Postremò Prælatorum in voluntate minimè constitutum est, nostræ professionis terminos, aut amplificare, aut contrahere. At nos cum obedientiam, secundum regulam seruaturos promiserimus, in qua eiusmodi transgressiones inferri peccati rationem non attingunt, integrem Prælato non erit, quod leue est, graue arbitratu suo efficere. Quocirca Diuus Bernardus de præcepto et dispensatione sic ait. Nihil a me Prælatus plus, quam promiserim, requirat. Promissa est autem obedientia non simpliciter, sed secundum Regulam. Quare optimum quidem est monachis consilium, vt si grauissima quæque committantur, simpliciter obediant, vt idem ait. Verum Prælati præcepta sua edant sub temporaria pœna, nisi de mortifero crimine interponentes, ne animas irretiat. Exhortentur nihilominus fratres vt ab eorum violatione, ac præ ferrum despicientia, caueant. Nam Eugenius IV, Pontifex Maximus literis suis cauit, ne huiusmodi præcepta ederentur; ac patres declararunt omnia verba Regulæ, quæ aut præcipere, aut mandare sonat, noxam exitialem non afferre, nisi aut substantialia violentur, aut accedat contemptus, idemque anno 1580. sancitum est.

De Pœnis explicatio accuratior. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Regularis disciplina septem gradibus cōtinetur.*
2 *Pœna alia ordinaria, alia extraordinaria.*
3 *Pœnæ vi Canonum constitutæ in monachis ad regulæ normam sunt moderandæ.*
4 *Pœna triremium aduersus monachos non est adhibenda, nisi pro grauissimo scelere.*

HOstiensis Decretorum Doctor eruditissimus, Regularem Sanctissimi Patris no-
1 stri Benedicti disciplinam, septem gradibus contineri dilucidè asseuerauit: Quorum primus secreta adhortatio: Alter publica correptio: Tertius simplex, vel minor excommunicatio: Quartus ieiuniorum afflictio. Quintus flagellorum inflictio: Sextus ad Deum pro reo preces adhibitæ: Postremus, & septimus è monasterio eiectio. Cui sententiæ adscripsit Ioannes Andreas in cap. fin. de Regul. Idque colligitur ex 23. & 28. nostræ Regulæ Capitulis. Quamobrem de istis longi esse non debemus. Sunt enim pœnæ ab isto legislatore constitutæ, ac ea re ordinariæ appellantur. Nam vt a principio hac commentationem accepimus. Pœnę duplici ratione partiuntur, vt alia quidem sit ordinaria, ex ipso vide-
2 licet iure constituta, alia vero extraordinaria, de, qua videlicet lex nihil præscribit per Doctores in cap. ad reprimendam, de officio ordinarij. Septem verò hi gradus ad ordinarias referendi sunt, ac si qui alij Patrum institutis constituuntur, vt a suę professionis loco deiectio, carceris mancipatio, aut in aliquem locum perpetuo, aut ad tempus relegatio. Si quidem hæc Patris nostri et institutione nitentur. Nā ex Cœnobio eiectio, cum iure caueatur, ne fiat, modo in vsum vē dicanda non est. Sed eius loco carceris inclusio succedit, tex. & glo. & Panorm. in cap. fi. de Regul. E proprium autem professionis loco deiectio, eo ex capite videtur esse sumpta, quod dicitur: Solus sit ad opus sibi iniunctum, nemo ei coniungatur nec consortio, nec colloquio, &c. Animaduertendum etiam, quamquam monachorum est, non modo Regularibus obtemperare institutis, verum etiam Pontificijs sanctionibus obsequi; tamen eorum delicta, & crimina secrete non pœnis corrigi, & emendari debent, ne cæteri aliis offendiculum præbeatur. Igitur pœnæ illę vi
3 Canonum constitutæ in Monachos ad Regulæ normam moderandæ sunt, & diu genera, alioquin quorsum religiosorum Regulæ constitutæ essent? Habetur id in cap. in sr piuris, 96. distinct. in cap. sacerdotibus 11. q. 1. Triremium
4 autem pœna, quę in facinorosos videtur locum obtinuisse, nisi grauissimū, maximèque offendiculi esset scelus, aduersus monachos adhibenda nō est. Hinc Bernardus Diaz in clericos etiam eiusmodi supplicium deplorat, multis efficacissimis, & prudentissimis rationibus vsus. Præcipuè verò hæc dicit. Quis meritò non iudicabit indecens sacerdotes Dei, quibus maior dignitas est collata, quam Angelis; quantumcunque facinorosos, tam perpetuò hoc infami punitionis genere tradi? Vbi tanta est sceleratorum hominum copia, tantus squaloris, tantus denique omnium ærumnarum, ac immunditiarum accerrimus est? Satis namque vltimo supplicio esset, vel seriterentur, aliqua animi pietate; quam in triremibus vitam agendo, vbi non solum de præteritis non est sperandus dolor; sed deteriores mores ibidē acquisituros, & cum illis morituros vel similibus tuneri potest. Hactenus de pœnis in genere.

Ad-

Accommodatio ad pœnas Regulares. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Minor excommunicatio secundum Constitutiones reducitur ad comestionem in terra, in paue, & aqua.*
2 *Vera excommunicatio ex Regula.*
3 *Carceri, qui apud Monachos Cassinenses est vltima pœna, tribus modis Monachus includi potest.*
4 *Carcer quando in pœnā datur, infamiam irrogat.*
5 *Pœna extraordinaria quando imponenda.*
6 *Regiminis fratres apud nos nomine Principis interpretantur.*
7 *Pœna dilapidantium quæ sit.*
8 *Modus procedendi contra dilapidatores.*
9 *Pœna periurij, & testimonij falsi describitur, & num. 16.*
10 *Pœnæ maledici, & detrahentium, atque murmurantium quæ. & nu. seq.*
12 *Pœna infamantium quæ sit, & num. 15.*
13 *Pœna violantium Moniales.*
14 *Pœna manifestantium crimina in confessione detecta.*
15 *Pœna falsantiū literas, & aduersario mittentiū.*
16 *Pœna eorum, qui libellos famosos edunt.*
17 *Pœna reuelantium secreta religionis.*
18 *Modus constituendi reum.*

1 CVm in præcipuis culparum generibus versemur, pauca nobis dicenda erunt. Quis
enim nostrum, quæ sit notio, & vis minoris excommunicationis, atque maioris ignoret? cum
in vigesimoquarto Regulæ Capitulo eius rei
2 dilucida descriptio contineatur, videturque ad
comestionem (vt dicunt) in terra cum pane, &
aqua, aut acerbiori cum vindicta reduci? Non
enim in Regulæ nostræ institutis excommunicationis vocabulum à cœtu fidelium, & Ecclesiæ suffragijs abalienationem semper significat: sed potius à communis mensæ participatione exclusionem denotat. In alio autem Capitulo ecclesiasticæ excommunicationis descriptio
2 traditur ex Apostoli sententia, dicentis tradi huiusmodi Sathanæ in interitum carnis, &c. vt
multis signis depingitur; Nempè & nullus ei
consortio, & colloquio iungatur: sitque ab oratorio exclusus. Demum neque ipse, neque quibus vescitur cibis, & potiones precationibus
muniri permittitur. Ijs igitur, quæ aperta sunt,
omissis, de carceris ratione pertractemus. Carcer
in nostræ familiæ institutis, vt vltima, atque omnium grauissima pęna habenda est. Tamen ne
ambiguitate fallamur, cōstituo, monachos posse carceribus includi triplici ratione. Primum
3 custodiæ causa, nempe cum crimen grauius est,
iudexque veretur, ne reus fugam caperet ante
iudicium, tunc namque carceri includi debet
quoadusque commissi delicti rationes excutiantur. Deinde vt tortoræ genus quoddam, cum
enim de l eo cognitio quædam inchoata, & semiplena (sic enim loquuntur) habetur ex indicijs, aut infamia, cuius quidem vis ad tormenta
inferenda, non autem ad vindictam sumendam
idonea censetur, tūc in carcerem est monachus
coniiciendus, ibique pro criminis magnitudine,
aut ieiunijs, aut verberibus ad veritatem patefaciendā eum impelli decet. Neque enim quæstionis genus inter nos hactenus vsu receptum
est. Tertiò carcer tribuitur in pęnam criminis
commissi sententia diffinitiua præscribente.
Quo casu non modo solitus, securusque esse debet; sed etiam qui pęnam debitam infligat, vt
iustitia ea criminis ratione, iudicisque arbitrio
deposcit. Quo sanè carceris genere nemo detinendus est sine plena probatione delicti, aliter
fieri posset, vt iudicio necdum expleto, iam reus
ordinaria pęna plecteretur. Iam verò hoc tertium genus sequitur, vt ferendi suscipiendique
suffragij potestas, siue (vt aiunt) vox actiua, &
4 passiua amittatur, & ex suæ professionis loco
deiectio imponatur, cuiusque dignitatis, ac muneris ornamenta detrahantur, ac infamiæ nota
afferatur. At duo quidem prima genera, quamquā non temerè sunt aduersus monachos vsurpanda; in facinorosos tamen id cum iustitia non
pugnare. Nam turpitudines illæ infamatrices
non consequuntur. Fieri enim potest, vt carceri quis ad custodiam iniectus, postea verò expensa causa innocens reperiatur. Potest etiam
vsu venire, vt ad quæstiones quis positus, fortiter se gerat, & quælibet praua indicia eo tormento purget. Bart. l. 1. de custod. reor. & Bald.
etiam eodem loco. Non igitur, tametsi perniciosum sit crimen (hæresi excepta) iudices religiosorum vereri debeant, ne pœnarum genera
desint eis, etiam si triremium supplicium excludatur, siquidem acerbiores carcerum rationes
constitui facillime possunt. De pœnis ergo, quæ
iuribus decretæ sunt, sic esto dictum. Ad extraordinarias quæ difficiles habent explicatus, accedendū est, siquarque Panorm. in cap. de causis, de offic. deleg. hac de re aptissimam, & eandem sententiam dicentis, cum crimen ad-
5 missum nulla ordinaria pęna vindicandum describitur: si certa pœnæ consuetudo adsit, pœna
illa debet imponi. Etenim consuetudo legis est
optima interpres. c. dilectus, de consuet. & l. mini
mnè. & l. de interpretatione. ff. de legib. Quod
si consuetudo abest, tunc ex alijs legibus similibus progrediendum est ad similia, cap. translato, in fi. & c. cum dilectus, de consu. vti. vel in c.
Quæ quidem ratio plurimum ad præsentis loci
explicationem adiumentum præstat. Ex his enim, quæ contingunt in clericis, coniectari potest, quid faciendum sit in Monachos, atque ex
ratione, qua vtitur iudex in aliarum familiarū
religiosos, transferenda sunt, quæ ad nostros
Monachos emendandos pertinent. Demum si
nulla constitui comparatio potest: ad principem
6 est recurrendum. Cuius profectò, nomine familiæ nostræ Patres iudico intelligendos. Quippe
qui interpretandæ criminis magnitudinis, condecentisque pęnæ obtinent facultatem. Quoniā
autē circa pęnas ferè totius nostri negocij cardo
versatur, latius exemplis adductis immorandū
est. Primum igitur de his videtur agendum, qui
cū ad Cœnobij bona administranda delecti sint,
eorum potius dilapidationem, & decoctionem
7 committunt. Quibus, quæ sit infligenda pœna,
dilucidè ex clericorum vindicta manifestari potest. Nam si clericus decoctor ex beneficij iure,
ipsiusque administratione deijcitur, infamiæq;
nota inuritur in perpetuū, vt colligit Archidiac.
in cap. vobis, & in cap. Vulteranæ, 12. q. 2. & ex
Anton. in cap. venerabili, de offic. deleg. & in c.
licet Hely, de simon. & ex Abb. in præcitato. c.
venerabili, quis nō videat eiusmodi Monachos
deco-

decoctores omni debere dignitate spoliari, omni administratione in perpetuum priuari, atque ad infamię notam carceri mancipari? Animad-
8 uertendi vero in eum ratio hoc ordine disponetur. Suspicione vigente, vel infamia promulgata, debet ipsius vel infamiæ, vel suspicionis processus (vt aiunt) institui, in quo sanè conficiendo, summariè, nullaque scriptura progrediendũ est: ne reus id resciens causę veritatem quoquo pacto labefactare conetur, vt bene adnotauit Iacob. de Belu. in Auth. vt iud. sine quoquo suffrag. in §. necessitatem, & sequitur Panorm. in d. cap. venerabili, nu. 8. in fin. cumque de infamia, vel suspicione, tametsi leui constet, ex administratione remouebitur. Posthac de decotionis veritate alium conscribere processum iudex debet: in quo si de bonorum decoctione conuincetur, pœna etiam supradicta punietur, vt ex eisdem authorib. habetur, assentiturq. Bernardus Diaz in sua pract. c. 65. in quo crimine duo summopere animaduertenda idem censet. Primum, quod propter solam suspicionem ab administratione is, contra quem fit inquisitio, remoueri potest. Deinde ad huius criminis delationem quilibet auditur accusans: licet hi prius sint admittendi, quorum de re agitur, Host. & Ant. c. licet Hely, de simon. & Bernard. Diaz. Hęc autem omnia iudicis arbitrio, pro rerum, personarum, criminumque ratione, temperanda esse, Panormita.
9 sentit in c. licet Hely. Periuri vero ex c. Presbyt. 81. dist. suis dignitatibus spoliari queunt, ac suo fungi officio prohibentur. Assentitur Abb. in c. querelam, de iureiurand. in 11. notab. Probatur ex cap. si quis Episcopus, 50. dist. Falsus testis, honoris ornamentis spoliatus, in cœnobium detrudi debet: ex Concilio Agathensi, ex cap. si Episcopus, 50. dist. quod quidem hoc limite. Præpos. interpretatur, si clericus de hoc crimine accusatus, & conuictus, aut in iure confessus. Nã obiter, non quidem per se id criminis si admittat? Nempe vt exemplum afferam, si clericus testificans subeat exceptionem falsitatis, tũc sanè nec è dignitatis gradu, aut ordine deijciendus est, nec infamis decerni debet, sed tantum a testimonio repelletur, Host. de accusat. §. quis effectus, Bernardus autem Diaz grauius clericos, quam laicos pro hoc crimine puniẽdos censet. Ex quo efficitur, vt in monacho eo acrius animaduerten-
10 da sit. Clericus autem obtrectator, atque maledicus, maximè in sacerdotes, cogi debet ad postulandam veniam, ac è suo gradu deijcietur: neque ad eum reuocabitur vnquam, nisi satisfactionem pręstiterit. Ex Concilio Carthag. quarto, habeturque cap. clericus maledicus, 46. dist. Cauetur quoque Concilio Viennensi, de in clem. 1. in §. quibus, de priuileg. Quare Bernardus Diaz. Religiosi, inquit, qui suis in sermonibus ecclesiarum prælatis detrahunt, per duos menses subiacere debent illis pœnis, quæ secundum eorum regulam, vel statuta pro grauioribus criminibus, seu culpis eis consueuerunt imponi: super quibus absque manifesta necessitate, cum eis non valet dispensari. Vt statutum est in Concilio Viennensi. Quam verò acerbè pu-
11 niendos censeat, quos murmurationis crimen inquinat, explicans hæc dicit: clericus, qui murmurat, alienus sit a fratrum vnitate, eiusque opera eius abijciatur. Itaque iuxta mensuram operis in hoc peccans, sacerdotis iudicio pœniteat, vti cautum est in octaua synodo Gratiano referente in c. Alienus, 90. dist. Hinc legis nostræ institutor: Si quis frater, inquit, cum de grauioribus culpis ageret, contumax, aut murmurans, aut in aliquo contrarius sanctę regulæ repertus fuerit, acriori vindictę subiacet, &c. Quid vero de ijs sentiemus, qui maleuolentissimis calũnijs pro-
12 borum nomen obscurare non verentur? certè infamatus poterit iniuriarum actione (vt aiunt) contra maledicum agere: & si infamator causa cadet, efficitur infamis, ex cap. cum T. de re iud. & Panor. ibi, naturali autem iuri consentaneum id esse Bernardus Diaz in c. 60. suæ practicę criminalis affirmat, si quidem, quod falsi criminis infamia alterum maculat, consentaneum est, vt dicat se mentitum esse: vt hoc modo existimationem pollutam per se abstergat, pręcipuè ad hoc obstrictus, vt christianus, ac etiam ad talem satisfactionem præstandam a confessore cogendus, tametsi infamatus id non peteret. Intelligo autem, quando conuitium esset falsum, tunc. n. sequeretur conuitiantem mentitum esse, & tali casu illa satisfactione iniurians efficietur infamis iam ex ipsa condemnatione, etiam si nõ damnaretur ad verborum retractationem, infamis remaneret; neq; enim iudex vt pius sit iniuriãti, crudelis debet esse iniuriato, qui tali honori suo satisfieri petit; cum alias si in sola pecuniariã pœna, vel alia condemnaretur, semper crederent, aut saltem suspicarentur illi, qui verba iniuriosa audierint, illũ dixisse verũ, nisi eum se retractantẽ, & palinodiã decãtãtẽ audierũt, hactenus ill
13 Affert quoq; haud mediocrẽ de monialiũ violatorib. disceptationẽ, in c. 75. præcitatæ pract. tripartitoque sceleris genere eos obligari asserit, sacrilegij, adulterij, & incestus, Abb. in c. At si clerici, nu. 35. de iudic. & in c. tin. de purg. can. in 3. notab. & per glos. notabilem in c. Virginibus, 27. q. 1. tandem cõcluditur clericum conuictum de accessu ad Monialem, nullo discrimine habito, è suo gradu, & ordine deponendum, atq; in cœnobium vel carcerem ad tempus aliquod, iuxta personarum qualitatem, et delicti continuationẽ & populi notitiam detrudendum, Diaz vbi sup.
14 magnæ etiam religioni habendum est, ne in pęnitentię sacramento sacerdoti detecta crimina, cuique aperiantur, c. omnis vtriusq; sexus de pęnit. & remiss. Is autem peccata iam in confessione aperta detegit, qui vel verbis, vel signis inuito confesso, aut non permittente, ea manifestat, idq; non mò de confessario intelligendum ẽ, sed ẽt de interprete, de eo, qui casu audiuit, deq; eo qui latenter abditus auscultauit. Adde quoq; qui dimidiam delictorum manifestationem cũ audisset, absolutionis beneficiũ minimè contulit, Silu. sum. verb. confessio. Archiepiscopus 3. par. tit. 17. c. 22. §. 1. & 11. Sotus de tegendo secreto, memb. 3. q. 4. Aduerte tamen, q si quis dicat, talis habet peccata, a quibus eum absoluere non possum, vel audiui eius peccata, & non absolui, hic vt confessionis detector puniendus est, Archiep. eod. c. citans Petrũ de Palude, quibus ẽt assentitur Diaz. Licet plurimum referre dicat, vt quis peccata manifestet ante confessionem. Nã quæ in c. o͞is vtriusq. sexus, pœna constituta est, in eos locũ obtinet, qui peccata singula, nõ cõfessionem vniuersam aperiunt. Itaq. in superiorib. exẽplis extraordinarias pœnas sacerdoti infligẽdas censet non eas quæ cap. o͞is vtriusque sexus, constituit. Id vero eo. c. 11. suæ pract. magnopere mihi probatur, quo dicit sacerdoti, bonæ famæ, honestæ vitæ dicenti se habuisse veniã pęnitẽtis ad manifestandã confessionẽ, credi debet, cũ talis actus veniæ secreto fieri soleat, & nullo interueniente teste: ad hoc saltem vt transferat onus pro-

Digitized by Google

probandi in afferentẽ fine venia fe manifeftaffe,
hæc ille referens Lapũ in alleg. 94. De quo tamẽ
crimine nullam poffe dari certã doctrinã, ac rõ-
nẽ afferit, potius qualitas confefforis, & pœnitẽ
tis coniecturam augebit, aut minuet, conftituta
vero in eum pœna eft, vt oĩ munere, ac dignitate
fpoliatus in arctum cœnobium ad perpetuã agẽ-
dam pœnitentiam detrudatur, c. omnis vtriufq;
15 fexus. Falfas literas inferiorum iudicũ adulte-
rantes, vel effingentes, ꝙ fceleris latius patet, de-
pofitiones ab omni munere, ac beneficio, atque
detrufionis in cœnobium pœnas dabunt. Ex qui-
bus facile eft colligere, quid pœnæ monachis cõ-
ftituendũ fit. Pan. c. olim, de refcript. Confpira-
tores, aut iniurias machinantes Epifcopis, vel cle
ricis è fuo proprio gradu penitus abijciantur, in
c. fi quis clericus, & in c. fi qui clerici, 11. q. 1. &
in c. fi quis facerdotum, 11. q. 1. habetur; Clericis
fuo Epifcopo inobedientibus, aut ei infidias mo
lientibus, aut contumeliam, feu conuicia inferen
tibus, depofitionis pœna conftituenda eft. Quod
nihilominus de peruicacibus, feu incorrigibili-
bus exponi debere fentit Pan. in c. At fi clerici, de
Iud. Refignantes literas, & aduerfario mitten-
tes, incurrunt pœnam falfi, Bar. l. qui teftamentũ
ff. ad l. Cornel. de falf per text. in l. 1. §. is qui, ff.
eo. Pan. & Fel. in c. cum olim, el 2. de officio de-
leg. Clericus verò incurrit pœnam depofitionis,
licet Bernardus Diaz in c. 96. fuę practicę cenfeat
Iudicis arbitratu puniendum. Quod mihi fanè,
quam probatur. His itaque modis, ex clericorum
pœnis quid in monachos obferuari deceat, accõ-
modatè transfertur. Cui fanè rei plurimum ad-
iumentum præftat Bernardus Diaz in fua prac.
criminali. Modò ad regulas tranfeamus. Habe-
tur in regula B. Auguftini, fi quifpiã infamatri-
16 ces literas, aut libellos aduerfus aliquem diuul-
gando confcripferit, per fex menfes carceri de-
trudatur, compedibus ei pofitis, fecunda, quar-
ta, & fexta feria, pane, & aqua tantum reficiatur,
voce, & officio prædicatoris, & lectoris (fi fuerit
lector) in perpetuum careat, nifi duobus comi-
tijs generalibus relaxatio fiat. Habetur c. 44 Ea-
dem pœna feriendus decernitur, qui falfum te-
ftem aut inducit, aut ingerit per fefe. Ita etiam
plectendi funt ij, qui per literas, vel fchedulas pa
rietibus affixas alicuius exiftimationum comma
17 culant. Vt eodem c. habetur. Imponitur quoq;
carceris detrufio per tres menfes, excommunica
tionifque pœna, ijs qui cœnobij negotia, alienis à
familia perfonis manifeftauerunt. A quibus tan-
quam a fimilibus pœnæ tranfgreforibus impo-
nendæ, iure optimo transferri poffunt. Admodũ
enim abfurdum eft, vt quod illi fam. commodo
cedit, nobis qui præftantiorem viuendi rationẽ
fufcepimus coaptari non poffit. Demum id prę-
fens ad negocium attinere valde fentiendũ eft,
vt præfcriptam rationem, qua reus ante iudicem
conftituendus erit, exemplo defcribamus. Quæ
18 haud dubiè hoc modo poteft efferri, D. N. reus
in hac caufa, & principalis, vocatus, & iuramen-
to medio examinatus fuper proceffu, & tota cã,
& primo interrogatus refpondit, &c. Quæ autẽ
dixerit, omnia funt literis eo fermone, quo fue-
runt expreffa prodenda. Id fummopere curãtes,
vt fi reus vinculis conftrictus, aut carcere detru-
fus fit, numquã interrogationes adhibeantur ei
nifi è carcere educto vinculifque foluto; nimirũ
quod omnẽ vim, atq; metum ab reorum cõfef-
fione abeffe iura decreuerunt. Quę etiam fcripfit
fic fe habuiffe aperiendũ eft. Hac ratione D. N.
è carcere folutus, vinculifque liber, atque in fua
facultate pofitus, vocatus fuit, & medio iuramẽ
to, &c. Sicut fupra fuerit explicatum. Atque hic
extrema fit linea de his, quæ pertinent ad reum.

Continuatur materia de Pœnis. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Pœna illegitimi quæ.*
2 *Illegitimus quot modis dicatur.*
3 *Baptizati pœna.*
4 *Bigamia.*
5 *Ordinati a fufpenfo Epifcopo.*
6 *A Symoniaco.*
7 *Excommunicato.*
8 *Irregulari.*
9 *Hæretico.*
10 *Furtinè.*
11 *Ante ætatem.*
12 *Per faltum.*
13 *Cum fit homicida.*
14 *Vel confirmationem non fufceperit.*
15 *Si illiteratus.*
16 *Corpore vitiatus.*
17 *Non defendendo iura, bonaue monafterij.*
18 *Dilapidantis bona monafterij.*
19 *Non puniendo delicta.*
20 *Indulgendo delinquentibus.*
21 *Non celebrantis.*
22 *Nec officia diuina recitantis.*
23 *Nec ieiunantis.*
24 *Non fuperioris.*
25 *Proprietarii.*
26 *Ebrietatis*
27 *Blafphemia.*
28 *Apoftafia.*
29 *Iaculatoris.*
30 *Miniftri laicorum exiftentis.*
31 *Sortilegi.*
32 *Venatoris.*
33 *Aleatoris.*
34 *Symonia.*
35 *Homicidii.*
36 *Incendij.*
37 *Sodomia.*
38 *Sacrilegii.*
39 *Adulterii.*
40 *Inceftus.*
41 *Stupri.*
42 *Fornicationis.*
43 *Raptus.*
44 *Lefæ maieftatis.*
45 *Furti.*
46 *Percufsoris.*
47 *Falsi.*
48 *Iniuria.*
49 *Calumnia.*
50 *An capitulum generale habeat authoritatem leges condendi.*
51 *Expellere de monafterio loco pœnæ an iuris fit.*

POfteaquam diu iudex elaborauit pro inueniẽ-
do delicto, de quo reus proceffatus erat, reper-
toque reo culpabili, debet etiam prout iuris erit
puniri, ideo operæpretium fore duxi, ad quodcũ
que delictum pœnam fui æqualẽ a iure ftatutam
adponere iuxta regulam, vel conftitutiones Apo
ftolicas, aut decreta Concil. Ius canonum, vel tã-
dem leges communes, modo, & forma, vt infra
1 dicam. Illegitimus igitur fe vtique ordinare
non poteft, cap. 1. de fil. presb. cap. 1. 2. 56. dift. &
fi de facto ordinatus fuerit recipit caracterem
non

Digitized by Google

non tamen ordinis executionem, cap. si. 56. dist.
quia illico censetur interdictus ab ordinis admi-
nistratione ex constitutione nouissimè edita a
Sixto Papa V. sub n. 22. quę incipit ad Rom. & c.
sub dat. Romæ anno 1588. die Cal. Nouemb. &
multis modis illegitimus dicitur, vt ex solutis or-
2 tus nullo tamen existente matrimonio, sed filius
a patre fuit acceptus vt talis, vt Petrus a Plaza c.
41. nu. 5. & hic naturalis dicitur, spurius vero
appellatur, qui incertum patrem habet vt idem
Petrus in d. c. 41. nu. 2. quia ex publica meretri-
ce natus est, cuius omnibus patebat aditus. Man
ser propriè ille dicitur, qui natus est ex ijs, qui iure
Canonum matrimonium contrahere prohiben-
tur, idem Petrus loco citato n. 3. Notus dicitur
ille, qui propriè de adulterio natus est glos. in c.
nisi cum pridem de renunt. in verbo manseres,
alij vero alijs nominibus vtuntur, vt aliquis sa-
crilegus, quia ex sacrilegio natus, alter incestuo-
sus, quia ex consanguineis adulterinus, nam ex
adulterio genitus, & sic a denominatione coitus
3 vetiti appellantur. Rebaptizatus scienter perpe-
tuò irregularis censetur, c. qui his de consecrat.
dist. 4. vbi glo. 1. Bigamus dicitur, quasi binæ mu-
4 lieris maritus a bis, & gomos, quod est mulier,
Host. in c. 1. de Bigam. n. 1. & Bigamia huiusmo-
di duobus modis contrahitur; primo si duas vxo
res virgines habuit, vel vnam habuit repudiatã,
hoc est vxorem dimissam propter fornicationẽ,
vel ob aliam causam, dummodo cognita fuerit,
& constet fuisse cognitam, quia virũ habuit, &c.
dicitur bigamiam contraxisse, vt Innoc. in c. de-
bitum n. 3. Ioan. de Anan. in c. 1. n. 1. de Bigam. et
vltra casus enumeratos sunt etiam, quando qui
duas vxores habuit ante baptismum, vel vnam
ante, & vnam post c. 1. 2. & 3. dist. 26. Item cum
qui contraxit cum Deo ingrediendo religionẽ, si
postea apostatando ducat vxorem, quamuis vir-
ginem, Bigamus est c. quotquot, 27. q. 1. Item qui
vnam de facto, alteram de iure, vel corruptam
de facto, c. nuper c. a nobis c. quomodo virginib.
31. q. 1. vltimo si vxorem adulterã cognouit ipso
viro sciente fuisse adulteram, c. si cuius 34. dist.
qui tamen plures habuit concubinas Bigamus
non est, Ant. de Butrio in c. quia circa de Bigam.
n. 1. & ideo maritus si post vxorem cognouit cõ-
cubinam promoueri poterit cap. fraternitatis 34.
dist. Causæ, quibus Bigami prohibentur ordina-
ri, sunt quatuor, Prima quia deficit sacramentũ,
cap. acutius 26. dist. Secunda prærogatiua ordi-
nis hoc non patitur cap. vna 26. dist. Tertia
quia timetur de incontinentia capit. proposuisti
82. dist. Quarta quia non habet frontem prædi-
candi viduitatem, qui post vnam aliam sibi vxo-
rem adiunxit cap. vna 26. dist. & Antonius de
Butrio in rubr. de Bigamis, num. 1. Hæc bigamię
irregularitas est de iure diuino, & habet ortum
a ritu Apostolorum, Antonius de Butrio in cap.
super eo de Bigamis num. 4. & ideo Episcopus
secum dispensare non potest etiam in minori-
bus ordinibus, quinimmo & dubitatur, an Papa
possit? vt Innocen. in d. cap. super eo de Biga-
mis num. 1. licet Abbas antiq. in d. cap. super eo,
num. 3. Ioann. de Anan. ibi num. 1 de Bigam. te-
neant quod possit Papa solus, & non inferior.
dubitari tamen posset quis contraxit matrimo-
nium credens contrahere cum virgine, contra-
cto matrimonio ex copula cognouit non virgi-
nem fuisse, vel alio modo detegitur fuisse antea
corruptam, dubitatur, an talis ignorãtia eũ excu
set a Bigamia, & respondetur quod non, cum
ibi non inueniatur significantia ipsius sacramen
ti, ita Abbas Antiq. in dicto cap. super eo de Bi-
gamis num. 4. Quę opinio communiter appro-
batur, quatenus tamen ipsa mulier spontè per-
miserit se carnaliter cognosci, & deflorari. Sed
si per vim, vel ex causa infirmitatis claustra pu-
doris corrupta fuissent, non videtur propriè pos-
se dici fuisse corruptam, sed potius virginem,
quia in tali actu non concurrit voluntas sua in
delectatione ammittendæ virginitatis, cap. ita ne
& sequen. cap. magis, & cap. de prudentia 32. q.
5. cap. Sed pensandum dist. 6. l. si vxor, §. si quis,
ff. ad l. Iul. de adult. & stup. Dubitatur secundò
an quis ingressu religionis perdat irregularitatẽ
Bigamię, Ant. de Butrio in cap. fin. nu. 9, eod. tit.
tenet quod sic, & hoc idem voluit Henric. Boic.
in cap vt Bigami eod. tit. num. 1. & sequent. Sed
ad ordines promoueri non potest, quia impe-
dit ordines, non professionem regularem. Item
5 si a suspenso Episcopo a iure, vel ab homine or-
dinetur recipit caracterem nõ tamen executio-
nem ordinis, Hostien. in summa sua de temp. or
din. & qualit. ordin. num. 6 Item si a symoniaco
vt infra dicam vbi de pęna symoniæ agam sub
6 num. 32 Item & ab excommunicato, vt Host. lo
7 co modo cit. & per eum ibi allegata. Item ab ir-
8 regulari, vt idem loco eodem ab Henrico simili
9 ter. Item & si furtiuè ordines receperit, vt Host.
10 loco cit. & furtiuè quis ordinatus dicitur, quan-
do sine examine recepit ordines ordinatore hoc
11 nesciente, cum quibus tamen dispensare pote-
rit Abbas cap. 1. & seq. eiusdem tit. Item si ante
ætatem legitimam fuerit ordinatus, est ipso iure
suspensus, & celebrãs efficitur irregularis, adeo
vt a solo Pontifice possit tantum absolui, vt ex-
trauagan. Pij II. Quæ incipit cum ad sacrorum
12 ordinum, &c. Item per saltum promotus, idest
ordine præpostero, si ignorãter, Episcopus dispẽ
sat, at si scienter, per sedem Apostolicam tãtum
dispensabitur, vt idem Hostien. in summa sua,
de cleric. per salt. promot. num 4. in fi. Item Ho
13 micida cum illico post homicidium incidat in
irregularitatem, non nisi a summo Pontifice di-
spensari potest, c. sententiam ne clerici, vel mo-
nach. in qua quidem pæna incidunt iudex, nota-
rius, & testes, qui quouis modo iudicando, scri-
bendo, vel consulendo sententiã sanguinis pro-
nuntiant, vel intersunt, & hęc irregularitas est
nil aliud, quam nota, idest infamia, aut impedi-
mentum canonicum ex vitio, seu defectu prouc-
niens qua quis prohibetur ad Ecclesiasticos or-
dines promoueri, & in eisdem ministrare; ita de-
finit Speculat. in tit. de dispens. §. iuxta proposi-
tionis in hac pæna incurrit, qui accusat, vel de-
fert aliquem de crimine coram iudice, pro quo
pæna capitis debetur, vel truncatio membri, ca.
14 delatori 5. q. 6. Item si confirmationem non su-
sceperit, hęc omnia, vt supra dixi, & singula per
se faciunt quem inhabilem ad sacros ordines,
15 Item & illiteratus c. 7. sess. 24. Concil. Triden. de
refor. & c. 4. 12. & 13. ses. 23. & const. Sixti V. Quæ
incipit ad sanctum, &c. Lata anno Domini 1588
16 mensis Ianuarij, Item & corpore vitiatus, maxi-
mè quando reditur deformis, & in altare Dei
impotens, vt si careat digito police, vel oculo ca
nonis, tunc inordinabilis est, ceteri verò indigent
dispensatione, vt tradunt Doctores in cap. 1. &
seq. dist. 55 Pręfecti monasteriorum, in quorum
manibus, & pectore recondita sunt administra-
tio bonorum, & conseruatio, & defensio eorun-
dem, non nisi iustitia duce se regere debent, nã
17 si crassa quadam ignorantia, non redimunt, ac-
quirunt, vel defendunt bona, iura, & actiones
mona-

Digitized by Google

monasterij cum possint, perinde delinquunt,
ac si vendidissent, & dilapidassent, arg. text. cap.
sicut dignum, §. illi etiam de homicidio, quia eo
in loco vult Alex. 3. vt si quis a morte quem non
liberauerit, cum possit, teneatur de homicidio,
ideo non defendendo, recuperando, vel acqui-
rendo, videtur vendere, alienare, ac delapida-
re, & ideo eadem pœna tenebitur, dilapidator
18 huiusmodi ergo pro tanti sceleris pœna erit à
dignitate remouendus primo vt text. in ca. 2. de
stat. monach. in fin. & c. si quis presbyter 50. di-
stinct. & postea in omnes, & quascunque pœnas
contentas in extrauag. Pauli Papæ II. Quæ inci-
pit ambitiosæ, tit. de rebus Ecclesiæ non alienan.
incurrisse debet declarari, quæ adeo est in viridi
obseruantia, vt congregatio Cassinensis pro alie
natione bonorum ad summam quinquaginta
millium scutorum obtinuit facultatem a D. N.
Papa Pio V. vt consht. 141. incipien. decet ex be-
19 nigno, sub dat. die 5. Octobris 1571. Itē alia eiusdē
de anno 1570. incipiens decet, & expedit, &c. &
eadē facultas fuit cōcessa fratrib. Eremit. S. Aug.
dūmodo in euidēti vtilitate, &c. vt Greg. xiij. cō-
stit. 9. sub 5. Septemb. 1572. Et quod tam negli-
gentia, quam dolus Prælatorum puniatur, etiam
priuatione prælaturæ, voluit text. in cap. dictum
dist. 81. vbi glos. 1. & ibi Archid. & Abb. in c. illa
propositorum de accusat. nu. 3. & Fel. elegan-
tissimè, vt solet in cap. 1. de treug. & pac. nu. 2. in
eademmet pœna pariter incurrit Prior non pu-
niendo delicta inferiorum, vel nimis eos corri-
gendo, nam per indulgentiam datur iterata oc-
casio flagitia committendi, & ideo iudex non
corrigendo, nec puniendo delicta tenetur in sin-
20 dicatu, ita Puteus de sindicat. pluribus in locis
præsertim in c. 1. de contumacia nom. 3. & sequ.
Item & puniēdo seuerius (quam ius expostulat)
reū, sententia reuocatur, & iudex meretur puni-
ri excedēdo metā iuris, l. quid ergo, §. pœna gra
uior, ff. de his qui not. infam, & l. si seuerior, ff.
eodem. propterea vtroque modo ex vitibus su-
pradictis, & ex malo modo gubernandi meretur
deponendi Prælatura, donec edoctus, sciat me-
lius regere, ac etiam regularibus sibi subiectis im
perare. Item non celebrantis cum possit, &
21 Ecclesia ipsa requirat, nec officia diuina recitan
22 tis, non ieiunantis, aut superiori suo, ita deman-
23 danti non parentis, illico ex his, & eorum quo-
24 libet delicto regularis incidit in pœnam secun-
dæ speciei Apostasiæ hoc est inobedientiæ, cuius
pœna est, quod infamis efficitur, a testimonio
repellitur, & debet excommunicari, c. si quis à
suo 3. q. 4. & c. si autem nobis, 11. quæst. 3. Pro-
prietarius quis existens, quam proprietatem om
25 nis regula penitus damnat, & tollit, vt dixi in c.
de delictis sub num. 4. & illico excommunica-
tus debet declarari, qui proprietarius dicitur,
quotiescunque occultè sine licentia prælati ali-
quid tenet, vt Nauarr. consil. 75. de regular. nu.
49. Et illud aliquid intelligitur quoties excesse-
rit solidos tres, vt legitur ex statuto Carthusien.
relat. a Nauarr. loco citato nu. 19. qui Priores
Carthusienses non excommunicant proprieta-
rios, sed declarant proprietarios esse, nā in con-
sequentiam intelligunt ipsos excommunicatos,
religio hæc enim cum sanctissima obseruantissi
maque semper fuerit, & adhuc in dies magis
virescit, hunc modum obseruat præsertim sub
regimine D. Ioan. Mariæ Gandulfi Bononiensis
Prioris sancti Andreæ Carthusiæ Venetiarum
Benemeriti, ita Nauarr. loco citato n. 22. Ebrius
si quis semel fuerit pro pœna debet per triginta
dies a communione submoueri, vel recipiat 40.
ictus a fratribus, ita text. & glo. in c. fin. 35. dist.
Et quia ebrietas est fomes, & nutrix omnium
vitiorum, vt idem tex. in c. fi. ideo post primam
vicem, correctionem pœnam supradictam, &
admonitionem superioris ab ebrietate non se
abstinuerit, debet suspendi a quacunque digni-
tate, vt tex. & DD. in c. a crapula de vita, & ho-
nest. cleric. Item & delictum blasphemiæ, cum
sit grauissimum, indem grauissimè debet puniri,
blasphemate igitur nil aliud est quam maledi-
cere, vt a Deo mouendo, quæ verè Dei sunt, vel
ei tribuendo, quæ Dei non sunt, vel alicui tri-
buendo, quæ solius Dei sunt, aut affirmando
falsum de Deo, vel negando verum, vel male-
dicta in Deum conferendo, vel inhonesta de eo
loquendo, vel iurando per membra pudenda,
vel detrahendo, vel irritando in Dei contume-
liā, & totidem modis honori, & dignitati sancto-
rum derogando, ita Symancas de hæret. tit. 8.
de blasphemia in initio. namque sicut Deus in
sanctis suis laudatur, inquantum laudantur ope
ra, quæ Deus fecit in sanctis suis: ita & blasphe-
mia, quæ fit in sanctos, in Deum videtur redun-
dare, quia si delictum in consiliarios Principis
commissum videtur in ipsum Principem com-
missum, quoniam pars corporis Principis appel
latur, l. quisquis C. ad leg. Iul. maiest. ergo eadē
vtiq. militat ratio. Blasphemia hæc duobus mo
dis accipitur, vt. s. vna sit hæreticalis, altera non
hæreticalis, hæreticalis illa dicitur, quando dero
gat omnipotentiæ Diuinæ, denegare Christū fa-
ctis, vel verbis, quæ cognitio cum sit Theologa-
lis, non vlterius de ea agam, non hæreticalis di-
citur quando non obuiat veritatibus catholicis,
sed malū Deo, aut B. Virgini, seu sanctis impre-
catur, vt not. Alb. de hæret. q. 6. num. 25. si quis
igitur (inconsulto dolore, vel ira cæcatus) blasphe
mauerit, & statim eam dixisse pœnitebit, repu-
tabitur leuissima, l. aut facta, ff. de pœnis, glos. in
cap. denique dist. 4 vers. venia, Ias. in l. si duo pa-
troni, §. fin. num. 1. ff. de iureiurand. quæ conclu-
sio videtur procedere etiamsi eodem impetu
plures blasphemias dixerit, licet durius quidem
puniendus sit, sed vna tantum pœna, nam vnū
duntaxat crimen commisit, l. inficiendo, §. in-
fans, ff. de furt. gloss. in l. nunquam plura. ff de
priuat. delict. Boer. decis. 301. per totam, &
hoc vbique communiter receptum est, & tali ca
su blasphemus non pœna ordinaria, sed extraor
dinariè punitur arbitrio iudicis iuxta qualitatem
blasphemiæ iuxta superius allegata, sed si ex cō-
suetudine blasphemat ad quam inducendam
duo, vel tres actus sufficiunt, l. 3. Cod. de Episco
pali audientia, vbi gloss. 1. in verbo consuetudi-
ni. ordinariè erit puniendus. Pœna autem ordi-
naria huius delicti de iure ciuili est mors natu-
ralis, Authen. vt non luxurientur contra natu-
ram, &c. de iure verò Canonico est depositio, c.
si quis per capillum, 22. q. 1. quam graue autem
sit crimen blasphemiæ, & quam grauissima sit
arrogantia blasphemantis, idest itantis contra
eius redēptorē, & creatorē Deū, describitur cla-
rissimè a Bernardino Diaz in sua praxi cap. 103.
vbi de blasphemia tractat. Accerrimus hostis,
& inimicus blaspehemantium crudelis, licet in
omnibus alijs pijssimus semper fuerit, Marcus
Antonius Triuisanus, qui dum executor a decē
virum consilio creatus esset, plurima decreta
contra blasphemantes promulgauit, & præser-
tim, vt nemo auderet pro blasphemantibus age
re, procurare, vel eos defendere, qui tandem
ob

ob eius vitam innocentissimā, & Dominici Tri-
uisani Patris merita, præsertim io re bellica, a-
dempta communi patrum Votum Principem
Venetiarom senatus pronuntiauit. Apostasiæ
28 moltæ sunt species, s. perfidię, obediētiæ, & irre
gularitatis, vt gloss. in c. 1. de apostat. & ibi In-
nocent. &c. Perfidię videlicet si sentiat, & defen-
dat aliquid contra Ecclesiam Dei, cuius pęna est
ea relapsi, &c. idest mortis, inobedientiæ duob.
modis intelligitur, Primo modo dicitur, quando
quis non vult obedire Papæ, quia non credit eū
authoritatem habere, & eius pęna, si non abio-
rat, erit de qua supra dixi, idest relapsi, Secundò
modo non obedit ex contemptu, tunc pro pæ-
na excommunicatur, & insordeodo deponitur.
Irregularitatis, si dimittit habitum, vel retinet
habitum, sed extra septa clausuræ viuit, simi-
liter debet excommunicari, & deponi non re-
deundo ad clausuram, hæc omnia tradunt Abb.
in cap. 1. & seq. de Apost. & ibi Heoric. Boich.
& ceteri Doctores ferè omnes ibi, quæ procedit
opinio etiam si deferat habitum religiosum, sed
coopertum vestibus clericalibus, gloss. in clem.
12. in vers. extrinseci de vit. & honest. clericor.
Ioann. Andr. in regula certum de regul. iur. lib.
6. Oldr. cons. 184. Pater sancte quasi io fine,
licet Nauarr. in cons. 1. de Apost. ad sui posse,
defendat Apostatas huiusmodi secundę, & ter-
tię classis, sed contra eum est communis Docto-
rum opinio, & vsus puniendi similes, ex consti-
tutionibus sancti Francisci de obseruantia cap. 2.
& Apostata rediens, carceratur per annos tres.
& voce actiua, & passiua priuatur. Quorum bo-
na regularium extra claustra monasteriumque
viuenoum veniont sub nomine spoliorum, &
spectant ad Reueren. Cameram Apostolicam,
iuxta constit. Gregorij XIII. incipien. officij no-
stri 44. in ordine, sub dat. Romæ 21. Ianu. Anno
1571. modo Apostatent, vel de licentia maneāt,
vt consuluit Nauarr. consil. 80. de regular. Ioci
29 latores (quos Galli Goliardos, & Tusci Buffo-
nes appellant, vt tenet Ioann. Bernard. a Diaz
in praxi sua cap. 62.) sunt illi, qui Histriones
appellantur a canone capit. 1. 4. quęst. 1. cap.
pro dilectione, de consecrat. dist. 2. quorum pæ
na ast eadem Apostasiæ inobedientię, & tertio
monio deponendi sunt si per annum perseuerāt
c. 1. de vita, & honest. cleric. in 6. Item & mioi-
30 stri laicorum si admoniti non destiteriot inci-
dunt in eandem penam Apostasiæ inobedien-
31 tiæ. Sortilegiorum pæna, quæ grauis debet es-
se, nam hæreticalem, vel superstitiosam mate-
riam in se continent, debent puniri pæna a sao-
ctissimo D. N. Sixto V. nuper edicta in consti-
tutione sua contra mathematicos, & iudiciariā
exercentes, quæ hæresis est, Doctores omnes in
cap. 1. de clerico Venatore tenent, quod Venatio
32 aut oppressiua dicitur, vnde in Genesi legitur,
quod cæpit Nembroth robustus esse veoator co-
ram Domino, idest hominum oppressor, per-
mittente Domino, & ea penitus est illicita, vt di-
stinct. 6. his itaque cuius pæna non discrepat ab
ea homicidij, vt ibi videre licet; alia est adulato-
ria, vt sunt Histriones, & de hac dixi supra de
Ioculatoribus, &c. Tertia est Areoatoria, vt
quando quis recipit mercedem, vt in arena pu-
gnet cum bestijs feris, quæ prohibita est, & eius
pæna est, vt infra modo dicam de quarta specie,
quę occupatiua dicitur, quæ & ipsa prohibita est
ideoquod si Episcopus sit, trib. mensib. si Presby
ter duob. si diaconus ab oi officio suspenditur, ita
Host. in sum. de clē. Venat. n. 4. & Docto. omnes
Host. ibi. Henr. Boic. & ceteri per totum, sed hæc
quarta species, quę verè proprio sumpto vocabu
lo Venatoria dicitur, limitatur, vt non habeat lo
cum; Primo si Venatio esset quieta, & recreatiua
vt idem Host. tit. eod. n. 2. non tamē tēpore qua-
dragesimæ, vel ieionij, tunc omnibus interdicta
censetur Card. cle. ne in agro in §. Porrò de stat.
mon. Secundò si esset pisciū non ferarum, pisca-
re .n. licitū est, c. nunqoam de consec. dist. 5. Ter-
tiò si necessitate famis, tunc permittitur, arg. tex.
in c. licet. de ferijs. Item si Apri, vel Vrsi, aut feræ
similes essent, quæ deuastarent segetes, & vineas
monachorū, arg. l. 2. C. de ferijs. prohibitiua tan-
tū illa reputatur, quæ absq; necessitate. & recrea
tione fit cū rumore catulorum, & in ipsa ponunt
omnē suam cogitatiooem. Ludentium pęna cer
33 ta de iure canonico non reperitur, licet lude-
re prohibeant canones, de iure tamen Ciuili, est
suspensio Triennalis authen. interdicimus, C. de
Episcopis, & cleric. & in §. interdicimus in auth.
34 de sanctiss. Episcopis colla. 9. Symonia, quæ in
veteri testamento ortum habuit ab voo, qui vo-
cabatur Giezi famulos Elisæi Prophetę, vt habe-
tur 4. Reg. Secundo in nouo Testamento fuit Iu
das, qui vendidit Christum, qui erat Sacerdos,
& ideo commisit Symoniā, c. 11. qui studet 1. q.
1. in nouo aūt Testamento author huius sceleris
fuit Simon Magus c. 19. Petrus 1. q. 1. Doct. in ru
brica de Symonia eam sic definiunt, vt .s. sit stu
diosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spi
ritoale, vel spiritoalitati annexū, ideoq; vendere,
vel emere respectiuè vota sua pro obtinēdo Prio
ratū, Guardionatū, vel alia, & quācunq; dignita
tē, vel ordinē simoniacus est, c. si quis obiecerit 1.
quæst. 3. Item dare pastum, vel soluere aliquid
pro introitu monasterij, vel Ecclesiæ symonia-
cus est dans, & recipiens respectiuè, c. 1. c. ve-
niens de symonia, nec quantitas pecuniæ hic at-
tenditur, sed actus, nam etsi essent sex solidi
sufficerent ad declarandum quem symoniacū,
mediatores autem & ipsi puniuntur, nam fine
gradu anathematizantur, cap. si quis Episcopus,
1. q. 1. Principales vero, qui dederunt pecuniā,
vt reciperent beneficium, vel dignitatem, aut or
dines, ipso iure intelliguntur priuati, & inhabi-
les ad eos, vel alios obtinen. cap. de hoc de symo
nia, recipiens verò pecuniam pro eius voto pri-
uatur, & inhabilitatur, vt supra ad hoc delictū
probandum admittantur signa, & præsumptio-
nes, vt notat Abb. in cap. Sicut de symon. & ad
illud accusandum serui, meretrices, & criminosi
admittuntur, cap. Tanta eodem tit. de symon.
Homicidij pęna est depositio, cap. cum non ab
35 homine de iudic. & cap. inqoisitionis in princ.
de accusat. & homicida nedum dicitur, qui oc-
cidit, sed etiam qui facto, consilio, præcepto,
lingua, vel adhortatione cooperatus fuerit, &
in quocunq; istorū casuū deponēdus est, not. gl.
36 in c. sicut dignū de homic. §. clericos, in ver. cō-
silīū, si quis malo studio, siue pro odio, et vindicta
ignē apposuerit, vel apponi fecerit, aut apposito-
rib. consiliū, vel auxiliū scienter tribuerit, ex cōi-
cetur, & si mortuus fuerit, careat sepultura, nec
absoluatur, nisi damnū, &c. persoluat, & p annū
pænitētia ei detur, vt Hyerosolimis, aut in Hi-
spania in seruitio Dei pmaneat, ita tex. in c. pessi-
mā 23. q. 8. Sodomię pæna de iure can. est deposi
tio, & ppetuus carcer, nih lominus ex const. Pij
Papæ V. Regulares hoc vitio vtētes mandat, vt
priuati intelligātur, & degradati iudicib. secula-
ribus tradentur, quę constitutio est 70. in ordine
incipien. Horrendū, &c. Lata tertio Calen. Sep-
tembris

Digitized by Google

Ʌ tembris anno 1568. Quæ vtinam modo seruaretur ex constitutionibus Sancti Francisci, de obseruantia cap. 5. perpetuo incarcerati permanere coguntur. Sacrilegij pœna de iure ciuili est mors naturalis vt Salyc. in rubr. C. de crimi. sacril. in fine, de iure autem canonico est depositio vt voluit Hostien. in summa tit. de accusa. §. quis sit effectus. versiculo & gratia exempli, si
39 quis regularis cognouerit mulierem nuptam, debet deponi & ad perpetuas carceres detrudi tur ita gloss. in c. lator in gloss. t. 2. quæst. 2. c. si quis clericus 81. distin. & efficitur infamis Abb. in c. at si clerici §. de adulterijs vers. sed circa,
40 de iudic. incestus est consanguineorum vel affinium abusus text. in c. lex illa 36. q. 1. Eius pœna tamen est depositio, vt Didacus super 4. decret. fol. 91. num. 3. & gloss. in cap. non debet 30. q. 1. Stuprum propriè loquendo est virginum deflo ratio c. lex illa 36. q. 1. illius pœna est depositio vt Abb. in c. at si clerici de iudic. num. 34 & latè
42 Clarus §. stuptum versic. sed quæro. Pœna fornicationis simplicis erit suspensio, vt notat clarus §. fornicatio versic. sed quæro, tamen in prælato ex sola incontinentia debet deponi vt Abbas, in cap. monachi de stat. regul. num. 6. & regulares de consuetudine priuantur voce actiua & passiua per triennium & de loco illo pro totidem tempore debent exulare, & monachi incar cerantur, quia eius pœna est arbitraria vt Ioan. de Anan. in capit. significauit de adult. numer. 4. Felin. in cap. at si clerici de iudic. numer. 13. & sic Regulares & sic monachi raptores mulierum de iure Canonico deponuntur text. & ibi Abb. in cap. 2. de raptor. etiam &c. Si autem mulierem puta monialem raperet, tunc deponendus & perpetuo carceratus manet, etiamsi cognouerit carnaliter & non rapuerit cap. si quamonachorum 27. quæst. 1. c. si quis episcopus 27. quæst. 1. De pœna criminis læsæ maiestatis Diuinæ vel humanæ, relinquitur vna species inquisitoribus, & altera principibus: delicta huiusmodi sunt adeo inhumana, vt pœnam non inueniã condignam, quia nec mors sufficit ad ipsarum vindictam. Fures debent deponi cap. presbyter 81. distinct. vbi gloss. in verbo captus intelligit, & si furtum est graue vel fures in fragranti fuerunt deprehensi tunc degradati a suis ordinibus in arctum monasterium seu carcerem debent detrudi vt voluit Hostien. in summa tit. de condit.
46 fur. in §. fin. Percussores excommunicantur a iu-
47 re cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. tamen Abbas &c. poterit eum absoluere cap. cum illorum de sententia excommun. capit. sententiam. ne clerici vel monach. crimẽ falsitatis multis modis committitur, primo circa testes, secundo circa instrumenta, tertio circa scripturas, quarto & vltimo circa monetam: falsitas circa testes duobus modis contingit, celando veritatem, & exprimendo mendacium, si testis in iudicio citatus & iuratus, tacuerit veritatem peccat mortaliter, vt Rota decis. 372. numer. 2. de testibus. in nou. capit. vnicuique §. sit quoque. 2. quæst. 3. & iste occultans veritatem punitur ac si falsum diceret Nell. tract. de testibus num. 143. Tindar. tract. de testibus 1. quæst. num. 3 Bart. in l. 2. num. 14. Cod. si contra ius vel vtil. public. Anton. de Butr. in capit. super literis d. rescript. num. 9. Bonif. de Vital. in clemen. testibus num. 65. de testibus Felin. consil. 50. numer. 13. Bero. in cap. super literis de sententia & re iud. nu. 3. Quia & hoc casu lædit Deum, iudicem, & partem Abb. in cap. 1. de crimi. fals. numer. 1. & eius testis falsitas operatur, vt iudex committat iniquitatem Bero. in capit. quoniam contra de probat. numer. 4. & quia testis quomodocunque falsus debet puniri l. falsum Cod. si ex falso instrumento. ideo pro illius pœna erit deponendus & detrudendus ad arctum locum ca. si episcopus 50. distinct. vtens falso instrumento dicitur falsum committere l. maiorem Cod. de falsis. abradens instrumenta committit falsum Afflict. decis. 404. numer. 4. aperiens literas alterius tenetur de falso Bart. in l. Titionum. §. ff. ad municipal. vendens eandem rem duobus incidit in falsum. Item si quis dixerit se Doctorem, cum non sit, notarium, vel equitem, Abbatem, Guardianum &c. incidunt in falsum vt Doctores in l. 1. & 2. C. ad leg. Cornel. de fals. Item fabricans falsam monetam, vel bonam circuncidens committit falsum & eadem pœna tenebitur ad alchimiam quouis modo exercendo incidit alchimista in pœna infamię priuationis quarumuis dignitatum & inhabilitatis aliarum vt cap. 1. de crim. fals. Extrauag. comm. dicat summa Antonin. & Abb. quid sibi placeat cum ali-
48 ter Pontifex iubeat. Iniuria duobus modis committitur, factis vel verbis: factis, vt dixi in verbo percussiones, verbis vt si fiat conuicium: pœna huius delicti est satisfactio publica & ideo Doctores dicunt quòd est arbitraria §. in summa institut. de iniur. quia si iniuria publicè facta fuit, eidem publicè debet satisfieri, constitutiones tamen Sancti Francisci de obseruantia cap. 6. vltra pœnam disciplinæ, tenetur dicere culpam coram omnibus iniuratoque actio hæc tollitur spatio vnius anni vt gloss. in l. si non conuicij in gl. fin. C. de iniur. Item per conuersationem habitam cum off. nsore Clarus, §. iniuria, versi. Item tollitur. Item per remissionem expressam vt loco citato, hoc vnum tamen minime prætermittendum esse censeo, vt si quis aliquem iniuriauerit, & interest reipublicæ Christianæ scire talem iniuriam veram esse, & illam probauerit, tunc iniurians non debet puniri, sed si non expedit illam sciri meretur puniri Bart. in l. eum qui nocent. m in princip. ff. de pœnis & est communis opinio vt dixit Alexand. in l. 3. in princ.
49 numer 6. ff. de liber. & posthum. & quia calumniator ille dicitur, qui falsa crimina proponit vt in §. notandum secunda quæst. 3. & Anton. de Butrio in rub. de calumnia & venit tunc puniendus calumniator eadem pœna, qua veniebat puniendus accusatus capit. 2. 2. quæst. 3. & Butrius ac Abb. in d. rubr. de calumniat. Regula-
50 res qui regunt, adeo cornua erexerunt, vt sibi ipsis licere præsumant facere dicere, & statuere quod sibi placet, & inferiores pœnis minis & terroribus compellunt parere, condendo leges & statuta multoties contra ipsammet regulam quam professi sunt, ideo huius voti semper fui vt regulares nullum ius nullamque authoritatem haberẽt condendi leges, primo quia authoritas leges condendi penes Principes reperitur l. princep. de legib. Secundo quia si regulæ ipsæ a sanctis institutæ non sunt seruandæ, nisi a summis Pontificibus fuerint confirmatæ, vt dixi in capit. 1. num. fin ergo multo minus poterunt regulares hoc facere: tertio nec concilium ipsum generale cum assistentia omnium Prælatorum tam secularium quam regularium, nisi a Pontifice fuerit confirmatum non tenet nec seruari debet, quia non ligat vt Naua. consil. primo de con stit. num. 5. ergo &c. Quarto si regulares volunt capitulum generale celebrare, summus Pontifex decla-

Digitized by Google

declarat quot Annis vt dixi in cap. 4. numer. 1. Si vendunt, alienant &c. non possunt extrauagan. Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien. &c. Et leges condere poterunt è absque confirmatione Sanctissimi D. N. Papæ semper hoc esse ridiculosum reputaui, maxime cum multæ ex constitutionibus suis derogent regulæ ipsi, vt non detur appellatio, vt maior imponatur pœna &c. & de similibus de quibus breuitati studens vlterius agere non insisto, vnum tamen prætermittere recuso, quòd cum de iure Canonico ad quodlibet delictum statuta sit eius pœna modo & forma de qua supra aliqui expellunt monachos de suo monasterio, qui postea in habitu seculari euagantur per ciuitatem in scandalum Christi fidelium, & animæ ipsorum detrimentum non modicum quia si regularis vbi profitetur ibi etiam perpetuo seruire tenetur vt Nauar. cons. 5. num. 1. de regular. non debeot ergo eum eijcere superiores quia ex delicto acquirunt libertatem.

De eadem materia de Pœnis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio quid sit.*
2 *Iudex ferens suspensionem sine causa quas pœnas incurrat.*
3 *Suspensionem violans quando efficiatur irregularis.*
4 *Episcopus non ligatur suspensione aliqua nisi de eo fuerit facta specia is mentio.*
5 *Episcopus in quib. casib. incurrat suspensionem.*
6 *Suspensus ad tempus, lapso tempore eo ipso absoluitur a suspensione.*

1 SVspensio est censura Ecclesiastica, qua alicui personæ Ecclesiasticæ inhibetur exercitium officij sui. Nau. loc. cit. num. 151.

Suspensio ferenda est monitione præmissa sicut & excommunicatio, & interdictum, Innoc. in c. 1. de excess. prael. Abb. in c. reprehensibilis, de appell.

2 Ferri debet in scripto, & cum expressione causæ rationabilis, propter quam fertur, alìter iudex ferens illam incurreret ipso facto suspensionem a Diuinis, & ab ingressu Ecclesiæ per mensem, c. cum medicinalis, de sent. excom. in 6. cit.

Non suspenditur suspensio appellatione, sicut neque interdictum si appellatum fuerit post ipsius prolationem, c. 1. eu. loc. cit.

3 Suspensus ab exercitio alicuius certi Ordinis nō intelligitur suspensus ab exercitio ordinis inferioris, vt suspensus ab ordine Sacerdotali non est suspensus quo ad Diaconatum, & potest exercere officium Diaconi. & suspensus ab exercitio Pontificalium, solum est suspensus ab illis quæ dependent ab ordine Pontificali, sed officium Sacerdotale licitè exercere potest, è contra autē suspensus ab inferiori, etiam quoad omnes superiores ordines maoet suspensus, vt suspensus a Diaconatu, Sacerdotale officium exercere non debet, & suspensus a Sacerdotio Pontificalia exercere non potest. Arm. loc. cit. num. 9. 12. Nau. loc. cit. nu. 163. Ang. loc. cit.

Suspensus ab administratione, aut a beneficio non censetur suspensus ab Ordine, & ab alijs quæ non sunt connexa actui, a quo est suspensus. Nauar. loc. cit. num. 160. nam in tantum suspensio ligat, in quantum exprimit iudex in sententia, vnde iudex semper exprimere debet a quib. actibus suspendere intēdat. Diaz. in prax. crim. c. 121.

Suspensus item ab ingressu Ecclesiæ efficitur irregularis si in ea exerceat actum aliquem ordini sacro deputatum, loc. cit. si tamen exerceat vel celebret domi vel in oratorio priuato, nullam contrahit irregularitatem: similiter suspensus ab ingressu vnius Ecclesiæ licitè in alia exercere potest officium suum. Arm. verb. suspensio. num. 8. Ang. ver. suspensio. 3. num. 3.

Nullus etiam suspensus, præterquam ille, qui suspenditur a Diuinis siue absolute siue in aliquo loco, incurrit irregularitatem contrauenien do suspensioni, licet peccet. Fel. in cap. Apostolicæ, nu. 13. de except. & suspensus a Diuinis tum demum incurrit irregularitatem, si exercet actū alicui ordini sacro specialiter deputatum, dicitur autem actus ordini deputatus cuius faciendi specialis potestas traditur in ordinatione. Nau. loc. cit. num. 163. vbi etiam actum prædicandi vult esse actum Ordini sacro, Diaconatui videlicet deputatum, & suspensum a prædicatione, licet non fiat irregularis celebrando, fieri tamen irregularem si prædicet, cui tamen oppositum tenet Armil. loc. cit. num. 15.

Suspensus etiam vitari debet in illis actibus, a quibus est suspensus. Nau. loc. cit.

Quæ autem crimina digna sint suspensione, certa regula dari non potest, vt testatur Abb. in c. at si clerici, de iudic. Diaz. loc. ci. a iure vero laræ suspensiones numerantur apud Sylu. verb. suspensio. §. 6. nu. quadragesimo, apud Arm. loc. ci. nu. 16. nu. trigesimono, quò lectorē remittimus.

4 Illud adhuc Notabiliter hic de hac materia sciendum est Episcopum nunquam incurrere suspensionem vel censuram aliquam iuris vel hominis, nisi de ipso fiat expressa mentio. c. quia periculosum, de senten. excomm. in 6. cit. Casus autem in quibus expresse suspenditur Episcopus, quorum etiam sparsim aliquos suis locis retulimus, sunt.

5 Ordinans aliquem sine literis dimissorijs proprij Ordinarij suspenditur a collatione eorum ordinum per annum. Conc. Trid. sess. 23. c. 8. de refor.

Pontificalia exercens, vel etiam solos calices, corporalia benedicens in aliena Diæcesi sine licētia Episcopi loci, efficitur suspensus ab exercitio Pontificalium idem Conc. sess. 6. c. 5. de ref. Nau. consil. 69. nu. 1. de sent. excom.

Ordināns infantem, illiteratum, bigamum, solemniter pœnitentem, vel indignum, suspenditur per annum ab ordinum collatione, in quib. peccauit, c. fi. de temp. ord. in 6. c. si qui Episcopi. 1. q. 1. c. nullus, 55. dist.

Ordinans aliquem vno die ad duos sacros Ordines vel die sabbati ad vnū, sequenti vero Dominica ad alterum, licet continuato ieiunio, suspenditur a collatione eorundem ordinum quousq; dispensetur a Papa. ca. literas, de temp. ord. quod & Conc. cit. prohibuit sess. 23. c. 13. de ref.

Ordinans religiosum non professum sine titulo seu prouisione, suspenditur a collatione eorundem ordinū ex Bulla Pij. V. supra a nobis relata.

Ordinans aliquē accepta ab eo promissione, quod ipsum non molestabit de prouisione ad quam promouetur, suspenditur per triennium a collatione ordinum, c. si quis, de simon.

Occupans fructus beneficij vacantis, cuius collatio ad ipsum spectat, vltra moderationē extrauag. suscepti, de elect. Ioan. 22. suspenditur a Pontificalibus, & ab ingressu Ecclesiæ, non absoluendus donec accepta restituat. Similiter occupans

Digitized by Google

res derelictas clerici, nisi aliquo priuilegio vel cõsuetudine legitimè præscripta hoc ipsi competat, suspenditur donec ablata restituat. c. præsenti de off. ord. in 6.

Non visitans limina Apostolorum iuxta præscriptum constitutionis Six. Papę V. supra relatæ suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, & ab administratione spiritualium, & temporalium, donec a Sede Apostolica obtinuerit absolutionem.

Negligens procedere contra inculpatos de hęresi, odij, amoris, aut commodi temporalis obtentu, vel aliquem malitiosè inculpans de hæresi. & suspenditur ipso facto ab officio per triennium. Clem. 1. de hæret.

Non conuocans clerum suæ Diæcesis, vt ipsi publicet gesta in synodo Prouinciali intra sex mẽses post ipsius synodi celebrationem, suspenditur per duos menses, c. vlt. 18. dist. quam tamen suspensionem dicit non esse in vsu Suarez. tom. 5. disp. 33. sect. 5. num. 7. moltæ aliæ iuris suspensiones sunt contra Episcopos per totam distinctionem 30. quas tamen non esse latæ sententiæ, sed ferendę notat gl. in c. 2. de foro comp. cum enim iudex vel Canon præcipit quid fieri sub pęna suspensionis, vel excommunicationis, etiamsi vtatur verbo sit excommunicatus, vel excommunicetur non obediens, non statim talis erit suspensus, vel excommunicatus, cum ista verba significent potius comminationem, sed poterit illa pęna puniri, si non paruerit, Nau. cit. c. 27. nu. 12.

6 Ad extremum notandum quod suspensus, vel etiam interdictus ad tempus, adueniente tempore, ipso facto est absolutus nec indiget alia absolutione. Arm. loc. cit. nu. 21.

Durante autem tempore suspensionis incursæ a iure ob delictum commissum, non potest totaliter absolui, sed dispensatiuè potest ipsi moderari pœnam Episcopus. Nau. loc. cit. num. 162. si vero suspensio fuerit inflicta a iure ob contumaciam, absoluere ab illa poterit Episcopus, nisi conditor Canonis sibi reseruauerit absolutionem, c. nuper. de senten. excommun. suspensionem autẽ ab homine latam nemo absoluere potest, nisi qui eam tulit, vel eius superior, seu successor, c. Pastoralis de off. ord. ibique Fel. num. 9. vbi sex limitationes circa hoc refert.

SVMMARIVM.

7 *Excommunicatio quomodo sit ferenda.*
8 *Excommunicatio quando non ligat.*
9 *Excommunicatio ad finem reuelationis.*
10 *Reuelare quis non teneatur.*
11 *Excommunicatus vitari non debet, nisi sit denunciatus.*
12 *Excommunicatus notorius ad effectum, vt vitetur, quis dicatur.*
13 *Excommunicatus a quo absoluendus.*

Excommunicatio quoq; est censura Ecclesiastica eo grauior præcedentibus, quod priuat non solum participatione in diuinis, sed etiam in humanis cum fidelibus, vt definit excommunicationem maiorem Host. in sum. hoc tit. nu. 1.

Fertur alia a iure propter futurum delictum, idque non nisi si fuerit mortale, c. nemo, 11. q. 3. Et in hac nulla requiritur pręcedens monitio, sed ipse Canon facit pro monitione, Innoc. in ca. sacro, de sent. excom. cit. Alia fertur ab homine. & hæc non nisi trina monitione præmissa ferri debet, c. sacro. cit. c. statuimus, c. constitutionem. eo. tit. in 6. ibi. gl. nec sufficeret vna pro trib. Felin. in c. cum sit Romana, nu. 19. de appel. sufficeret tamen, si in vna monitione ponantur tria interstitia videlicet primo pro prima, Secundo pro secũda, & tertio, pro tertia cum suis interuallis ad minus sex dierum pro quolibet, vt praxi curiæ quotidiana obseruatur, & facit tex. in ca. constitutionem, cit. similiter, & in ferenda declaratoria excõmunicationis requiritur præcedens monitio, gl. in Clem. præsenti, de censib. ver. constiterit, Nauar. cons. 9. num. 4. de sent. excom.

7

Monitio autem debet esse personalis, Innoc. in c. si aduersarius, de eo qui mitt. in possess. Cou. in c. alma mater. par. 1. §. 9. nisi reus malitiosè latitaret, quod præsumitur de clerico non residente. Genuen. in prax. c. 29. nu. 12. vel si impedit quominus moneatur, seu si non detur ad illum tutus accessus, c. quoniam frequenter, vt lite non cõst. His tamen casib non sufficit, quod constet iudici de aliqua causa pręmissarum priuatim, sed debet hoc constare in actis, ita quod Noncius legalis primo faciat diligentiam de inuenienda persona, & facta relatione ad acta, quod non potuerit inuenire, cum attestatione duorũ testium, denuo citet in loco solito habitationis, argu. tex. ca. sacro, cit. Maran. par. 6. de cit. nu. 126. Sufficit etiã si prima citatio tantum fuerit personalis, reliquę vero in audientia contradictarum seu ad valuas Ecclesiæ. Genuen. & auctores cit.

Et in tantum quidem monitiones sunt necessario præmittendę ante prolationem excõmunicationis, quod iudex excõmunicans illis non præmissis ipso facto incurrit suspensionẽ ab ingressu Ecclesiæ per mensem, c. sacro, ci. Nisi excommunicaret sine monitione in casu, quo esset periculũ in mora, Felin. vbi sup. nu. 21. vel nisi excommunicaret in defensionẽ iuris proprij, vt cũ turbatur ipsius iurisdictio, ca. dilecto, loc. cit. in 6. & diximus alias ex Innoc. in ca. venerabili, de censib.

Debet item ferri excommunicatio ex causa iusta, exprimenda in ipsa sententia, & non solo verbo ferri debet, sed in scriptis, & eius copia tradenda est reo si petatur, & contra faciens iudex suspẽditur quoq; ipso iure per mensem vnum a Diuinis officijs, & ab ingressu Ecclesię, c. 1. lo. cit. in 6. qua tamen suspensione, vt neq; præcedenti, non ligatur eps, cum in iurib. allegatis non fiat de eo specialis mentio. arg. tex. c. q. periculosum, hoc eo. ti. to 6. & notat Nau. loc. ci. nu. 8. vt sup. diximus.

Tenet tamen excõmunicatio lata sine monitione, vel non seruato iuris ordine, licet puniatur iudex, vt diximus, gl. ver. probari, & verbo iusta, c. sacro, cit. Nau. vbi sup. Nisi quod excõmunicatio maior lata contra participantes cum excommunicatis est omnino nulla si non præmittatur monitio, c. statuimus, cit. in 6. similiter sententia declaratoria incurfę excõmunicationis, si illã non præcesserit monitio, est nulla, Felin. in c. Rodulphus, num. 41. de rescript. Alb. olina, titu. 3. nu. 8.

Nulla item est excommunicatio, si feratur a iudice incompetenti, c. nullus, de Parochijs.

Et si feratur post appellationem interpositam, capit. ad præsentiam, de appell. Vel si continet intolerabilem iuris errorem, vt si quis excommunicetur, quia non fecit peccatum mortale, cap. qui resistit, 11. quæst. 3. Nau. loc. cit. nu. 4. Vel vbi prælatus excommunicat subditum contra priuilegij sui tenorem, c. cum Capella, c. quanto, de priuil. Vel si iudex ferens sententiam, non intendit ligare, excommunicatio enim sumit vires ab intentione. Abb. in cap. ex parte 1. de off. ord. Ang. ver. excommunicatio, 3. nu. 16. Arm. co. nu. 16. Item est nulla excommunicatio si feratur a dele-

delegato in casu sibi non permisso, vel contra delegantis intentionem, c. fin. de præben. Vel si fiat à iudice interdicto, suspenso, vel excommunicato, gl. in c. præsenti, hoc tit. in 6. verb. cautelam, quæ colligit plures casus nullitatis excommunicationis, & suspensum intellige, vt sit suspēsus à iurisdictione, nam ab ordine tantum suspensus potest facere ea, quę sunt iurisdictionis, & tenet ipsius excommunicatio, sicut & suspensus à iurisdictione potest ea, quæ sunt ordinis. Armil. ver. excom. cit. num. 16.

Pęna excommunicationis in contractu etiam sponte apposita, iudex non debet punire, aut declarare excommunicatum contrauenientem contractui, quod etiam ordinauit vtiliter Pius V. in reformatione tribunalis Aud. Cam. in hęc verba.

Neuè quisquam ratione sui consensus in contractu, seu quasi contractu, aut alias in iudicio vel extra iudicium per se vel alium quocunque modo etiam in inscriptione, quam vocant censuratā, de cetero præstiti, purè aut sub conditione, aut in diem, censuris Ecclesiasticis innodetur aut innodatus declaretur.

Præter præmissa quo ad modum ferendæ excommunicationis salubriter ordinauit Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor. vt videlicet iudex excommunicationem non ex quauis causa vel leui ferat, sed contumaces potius puniat alijs pœnis, & ad excommunicationem non procedat nisi tum demum, cum executio realis vel personalis haberi non potest.

Præterea vt monitoria ad finem reuelationis cum pœna excommunicationis dari solita, non concedantur de facili, & non nisi pro re graui, & non nisi per ipsummet episcopum. Posse tamen illa concedi etiam per Vicarium generalem episcopi, si hęc facultas ipsi fuerit expressè ab episcopo concessa, respondit sæpius Sac. Congr. Conc. vt testatur Genuen. in prax. c. 1. num. 1.

9 Et de ittorum modo cum in praxi frequenter occurrant, plura nobis annotanda sunt. Vnde primo videnda est forma, quam præscripsit Pius V. circa concessionem huiusmodi monitoriorum seruandam, & est talis.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Pius Diuina prouidentia Papa V. volens super expeditione mandatorum, quæ fiunt in forma Significauit pro rerum subtractarum aut deperditarum restitutione, seu illarum, & illas subtrahentium reuelatione, modum, & formam statuere (manēte in alijs reformatione officij correctoris literarum contradictarum a Sanctitate sua edita) præsenti, quod perpetuo obseruari vult, scripto, ordinat, vt mandata pro restitutione seu reuelatione huiusmodi dentur (modo super illis supplicationes in præsentia suę Sāctitatis signatę fuerint) ad eorum duntaxat instantiam, quorum ciuiliter interest. Quæ supplicationes rem ipsam, de qua agitur, eiusq; valorem, nominatim, & specificè exprimant, nisi forte sint pro Ecclesijs, locis pijs, cōmunitatib. vniuersitatib. collegijs, aut vniuersalibus successorib. quos verisimile est certam rerum notitiam non habere, tunc etenim hac ipsa personarum qualitate expressa, ita demum fieri poterit quædam in genere designatio rerum, si designatio neq; nimis vaga, & incerta, atq; adeo inuerisimilis sit, & tamē ostendat res ipsas (id quod præcipue in omnibus attendendum est) minimè vulgares extitere, &c.

Publicata Rom. in Cancel. Apost. ann. Incar. Dom. 1570. die 27. Iunij.

Illud præterea in istis monitorijs tenendū est, vt fulminentur contra detentorem non restituentem, & contra scientes, & non reuelantes. Si n. cōtra scientes, & non reuelantes tantum ponatur, dubium esset, an ligarent ipsum detentorē, stante inter doctores quæstione cōtrouersa, & indecisa an aliquis teneatur reuelare contra seipsū, de qua opinionum varietate testatur Genuen. loc. cit. c. 2.

Licet autem formetur modo prædicto monitorium etiam contra detinentem, adhuc tamen detentor non teneretur restituere si deuenerit ad paupertatem, nec habeat quod restituat. Sil. Nupt. lib. 3. verb. monitoriæ, num. 56. Neq; si ipsi ex restitutione immineret aliquod damnum, honoris, bonæ famæ, & eo maximè si non adesset modus restituendi saltem per subordinatam personam sine periculo diffamationis, argumento tex. c. officij, de pœnit. Item si credit se possidere iustè, vel in recompensam; tanto magis si id facit ex cōsilio peritorum; & si lis pendet indecisa, & est dubia. Genuen. loc. cit. a num. 1.

10 Neq; tenetur sciens reuelare, si peccatū fuerit occultum, vel peccator siue detentor sit emendatus, seu probabiliter sit emendādus fraterna correctione.

Et si scit ex auditu tātum incertæ personæ, vel leuis. Item si sciat detentorem, detinere rem iuste, vel in recompensam. Vel si nouit per solam Sacramentalem confessionem aut consultationē secretam. Nau. in comm. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & in Man. c. 25. nu. 46. Neq; item sciens tenetur reuelare, si timet verisimiliter ex reuelatione sibi graues inimicitias, seu damnum futurum. Fel. in c. dilectorum, nu. 3. de test. cogen.

Neq; Priuilegiati, & qui de iure testificari non tenentur, vt enumerantur, in l. 1. plia. ff. de testib. reuelare tenentur, nisi in defectu aliorum testiū. Nau. loc. cit. nu. 50. Genuen. loc. cit. nu. 3. Inhabiles autem ad testificandū tenentur reuelare, quia licet non probent, faciunt tamen præsumptionē aliorum reuelationes, vt notat glo. in ver. ad testimonium, c. 3. de testib. in 6. & ranch. ibid.

Neq; ligantur monitorie, qui tēpore, quo promulgatur, & decurrit tempus incurrendæ excōmunicationis, degunt extra territoriū Iudicis monentis. Genuen. cit. Neq; illi, quos pars vel iudex non præsumitur velle excommunicare, vt pater, filium, maritus vxorē non præsumitur velle excōmunicare, licet etiam isti teneantur ad restitutionem. Sil. Nupt. loc. cit. Nau. cit. c. 27. nu. 14.

Vlterius circa eadē monitoria aduertendum est, cum non sint concedēda nisi pro re graui, quęnam res sit æstimanda grauis, relinqui arbitrio Episcopi, qui considerata loci consuetudine vel paupertate petentis, hoc iudicabit, respectu n. personæ pauperis petentis posset dici summa viginti vel triginta ducatorum sufficiens ad concedendū monitorium, quę tamen in alia persona diuite pro leui reputari posset. Romana autem curia, & plerique alij loci seruant, vt non concedantur monitoria nisi pro summa ad minus ducatorum quinquaginta, vt testatur Zer. verb. excom. materi. nu. 1. Genuen. loc. cit. c. 1. num. 3.

Non sunt item concedenda nisi in subsidium, & quando veritas aliter haberi non potest. Vnde si sciretur detentor, et posset contra ipsum agi via ordinaria, non deberent concedi monitoria, nisi deessent testes ad probandum, tunc n. possent moneri qui scirent, vt testificentur. Silua. Nupt. lo. cit.

Receptus

Receptis autem reuelationibus, siquidem nihil contineant infamatorium, vel criminale, tradenda est ipsarum copia actori, vt ex illis probet suam intentionem coram iudice competenti. Si autem contineant quid infamatorium, vel ex quo intendi posset actio criminalis, non debet ipsarum copia tradi propter periculum irregularitatis, quæ sequi posset ex morte, vel mẽbri amissione rei ob criminalitatem huiusmodi forte infligenda, sed moneri potest detentor, & repetitis testimonijs cum iuramento & citato detentore, ad dicendum quare non debeat declarari, si pertinaciter non restituat, posset declarari excommunicatus ob non restitutionem, quem modum procedendi tradit Sil. Nupt. Neuizan. loc. cit. Tutius tamen esset si in criminalibus, & infamatorijs, vel vbi sequeretur scandalum, non concedantur monitoria huiusmodi, vt docet Genuen. cit. c. 1. num. 7.

Eædem excommunicationes morte eius, qui eas tulit siue naturali siue ciuili, vt si ab officio remoueatur, expirant, si mors sequatur antequã incurrerentur. gloss. in verb. non nisi, c. a nobis, 1. de senten. excommun. ibique Abb. et omnes communiter.

Sciendum præterea, si iudex præcipiat aliquid sub pęna excommunicationis, ista verba esse comminatoria, nec contrauenientem incurrere excommunicationem ipso facto, sed esse excommunicandum, vt & supra diximus. Si autem prohibeatur sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, quod facere potest iudex pro futuris delictis, tunc non est dubium quod perpetrato delicto statim excommunicatio incurritur. Similiter & si dicat iudex, nisi infra decem dies paruerit, excommunico, lapso enim termino reus tenetur abstinere a participatione cũ fidelibus. Felin. in c. Rodulphus, de rescrip. num. 35. nisi excusetur iuris, vel facti ignorantia probabili, Nau. loc. cit. c. 27. num. 16.

11 Quo autem ad alios, vt teneantur euitare excommunicatum, non sufficit excommunicatio incursa, sed requiritur, vt sit publicata, & denunciata, Fel. loc. cit. Couar. in cap. alma mater, cit. §. 7. & fuit ordinatum a Leo. X. in Conc. Lateran. in concordatis Galliæ, in hæc verba.

Statuimus insuper quod ad euitandum scandala, & multa pericula subueniendumque conscientijs timoratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione aut alijs quibuscunq; diuinis, vel etiam prætextu cuiuscunque sententiæ aut censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter permulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquẽ vitare, vel interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit, vel contra personam, collegium, vniuersitatem Ecclesiasticam aut locum certum aut certam, a iudice publicata, & denunciata specialiter, & expresse, aut si notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, cum a communione illius abstinere volumus iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari, &c.

12 Vnde patet solos excõmunicatos declaratos, et notorios esse euitandos. Nomine autem notorij hoc loco solum percussorem clerici notorium euidentia facti, quod tergiuersatione celari non possit intelligendum esse, communis Doctorum interpretandi vsus obtinuit, ita quod alij notorij etiamsi euidenter constet ipsos fuisse excommunicatos siue a iure siue ab homine, vitari non debent, antequam fuerint denunciati, loc. cit. Gutier. lib. 1. Can. q. c. 1. eamque extrauagantem esse vsu receptam cum ista limitatione, vt intelligatur notorium de solo percussore clerici, concedit Nau. loc. cit. num. 35. & tanto magis, quia innititur decreto Concilij Basiliensis, quod solos percussores clerici notorios decreuit euitandos, quod decretum refert Felin. loc. cit. num. 39. in hæc verba.

Insuper ad euitanda scandala, & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possent misericorditer indulgemus, vt nemo deinceps a communicatione alicuius, sacramentorũ administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunq; Diuinis intus, vel extra prætextu cuiuscunq; censuræ a iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, vel censura huiusmodi fuerit publicata, vel denunciata specialiter, & expresse, non obstantib. cõstitutionibus, &c. saluo si quem pro sacrilega manuum in clericos iniectione sententiam latam a Canone adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excusari, nam a communione illius, licet denunciatus nõ fuerit, volumus abstineri iuxta canonicas sãctiones, etc.

Vide eadem relata apud Nau. in ca. 1. §. laboret, de pęn. dist. 6.

Sciendum item, quod non potest excommunicari vniuersitas, collegium, vel capitulum, si tamen de facto excommunicaretur, ligaret excõmunicatio, c. Romanæ, hoc tit. in 6. iun. glo. ver. penitus. Et tanto magis esset valida si in ea apponeretur clausula: excommunicamus Capitulũ, & singulas illius personas, quæ fuerunt culpabiles. Nau. cons. 7. & 8. hoc tit. & tunc ligarentur illi solũ, qui essent in culpa, Coua. lib. 2. var. res. c. 8.

Non potest etiam aliquis excommunicare seipsum, neq; æqualem, neq; superiorem, c. cum inferior, 21. dist. vnde Episcopus licet delinquat contra suum statutum habens annexam excommunicationem, non erit excommunicatus, Host. in Sum. hoc tit. nu. 6. Arm. loc. cit. num. 25. Nau. loc. cit. c. 27. num. 6.

Semel autem excommunicatus, & denunciatus semper euitari debet, donec constiterit de absolutione, glo. in ver. de absolutione, in c. proposuit. de cler. excom. ministr. Arm. loc. cit. nu. 62.

Ad hæc sciendum, quod excommunicatus exercens actum aliquem ordini sacro deputatum incurrit Irregularitatem Papę reseruatam, c. 2. de cler. excom. cit. c. is qui. hoc nostro tit. in 6.

Eam tamen nõ incurrit excommunicatus minori excommunicatione, c. si celebrat, loc. ci. de cle. excom. Vltra quod excommunicatio hęc minor nõ est in vsu, nisi in casu participationis cum excommunicato maiori excommunicatione, vt testatur Nau. loc. cit. nu. 25. Immo & in dubio nõ præsumitur de minore, sed de maiore c. pen. hoc tit. licet alias in pęna lib. semper præsumendũ sit de minore pęna, c. in pęnis, de reg. iu. in 6. Neq; ille irregularitatem incurrit, qui appellat a sententia excommunicationis, quã probabiliter dubitat esse validam, licet postea declaretur male appellasse.

lasse, Fel. in c. Rodulphus, cit. num. 43. Nau. cit. c. 25. num. 104.

Neque in casibus, in quibus communi sensu subintelligitur tum demum incurrere excommunicationem si non paruerit absq; iusta causa, in talib. enim non censetur quis pro excommunicato nisi postquam per iudicem fuerit declaratum eum ob non paritionem excommunicationem incurrisse, quales sunt omnes excommunicationes latæ a iure, & mandata iudicum, v. g. sit excommunicatus ipso facto nisi paruerit, & similia, & ita decisum fuisse in Rota Ro. testatur, Felin. cit. in c. ad probandum, nu. 6. de re iudic. Vnde & pensionarius non soluens pensionem in termino sub pœna excommunicationis latæ sententiæ sibi præfixo, non est excommunicatus nec efficitur irregularis celebrando ex quo credit excusatum se fore impotentia soluendi, concordia, vel bonitate pensionarij donec ille, cui debetur pensio, id declaret, & ita praxim communem seruare testatur Nau. c. 13. nu. 104. & c. 27. cit. num. 15.

Sciendum item quod excommunicatio non suspenditur appellatione interposita post latam sententiam, cap. is cui. hoc tit. in 6. Declaratio tamen excommunicationis appellatione suspenditur, gl. in ver. priuatos, in c. cupientes, de elect. in 6. ver. priuatos, Fel. in c. Rodulphus, cit num. 43. ita quod licite communicari possit sic declarato, nec ipse celebrans incurret irregularitatem, si dubitet de valore excommunicationis, seu confidit suæ appellationi, vt diximus. securius tamen est in talib. abstinere ab illis actibus quibus irregularitas inducitur, cum vulgatum sit etiam iniustã excõmunicationem ligare, & id quod salutarius est animæ esse sequendum.

Quod autem ad absolutionem excommunica-
13 tionis attinet, ab excommunicatione minore absoluere potest quilibet confessor approbatus. ca. nuper. hoc tit. Ab excommunicatione vero maiore a iure lata, si conditor canonis illam sibi non reseruauit, absoluere debet Prælatus seu Episcopus. Nau. cit. c. 27. num. 39. & fuit dictum supra de foro pœnitentiali; ab excommunicatione demum ab homine lata nemo alius absoluere potest nisi qui eam tulit, vel ipsius successor, vel superior Host. loc. cit. num. 12. §. si vero.

Absolutio item ab excommunicatione potest concedi ad tempus tantum cum reincidentia, vt si velit iudex absoluere aliquem ad effectum, vt possit ferre testimonium, gl. in ca. veniens, de testibus. Abb. ib. vel si concedenda sit absolutio ad cautelam, de qua Quar. ver. Archiep. auctor. num. 14. Genuen. loc. cit. c. 5. & nos infra de appell. aliqua referemus. Suspendi autem excommunicatio non potest, sed vel statim ligat vel statim nulla est, c. pastoralis, de appell. gl. in c. dilectus, ver. suspendendum, & alia, in c. ad hæc quoniam, ver. interdictum, ib. licet interdictum possit suspendi, loc. cit. & glo. 1. in c. præsenti, hoc tit. de sent. excom. in 6.

Vltimo excommunicatio tolli potest de consensu partis, antequam incurratur, postquam tamen esset incursa superuenienti consensu non tolleretur, nec potest differri, ita vt semel sublata, lapso termino de partis consensu in quo debebat incurri, iterum alio termino arbitrio partis incurratur, nisi prorogatio huiusmodi termini fiat iudicis authoritate, excommunicatio enim nõ potest nasci ex pacto, sed ex iudicis authoritate, Bal. in l. tale pactum, ff. de pactis, Ang. ver. excommunicatio, 1. nu. 21. Nau. cit. c. 17. num. 15.

S V M M A R I V M.

14 *Carceris pœna ex quibus causis sit infligenda.*
15 *Carcer infamat.*
16 *Verborum pœna est in iure vsitata.*
17 *Torqueri non debet clericus nisi præcesserint grauia indicia.*
18 *Depositionis pœna quibus casibus infligenda.*
19 *Degradatio in quibus casibus facienda.*
20 *Bannum Episcopi extenditur tantum per ipsius Diœcesim.*
21 *Priuari nemo debet beneficio nisi in casibus in iure expressis.*
22 *Pœnam pecuniariam, quando possit retinere sibi iudex.*

CORporales pœnæ sunt, Carceris perpetui. & hæc pœna non debet imponi clericis nisi in casibus a iure expressis, c. penul. & vlt. de hære. & non nisi in casibus, quibus de iure ciuili esset imponenda pœna mortis, non simplex, sed cum aliqua qualitate atroci, vt ignis, membrorum lacerationis, Diaz. in prac. crim. c. 119. Hoc tamen casu prouidendum est, ne ex defectu iuris, vel cibi carceratus moriatur, Abb. in ca. a nobis, de apostat. sequuta enim morte quã arctitudo carceris vel fames causaret, iudex efficeretur irregularis, Card. in Clem. 1. de pœnit. & remiss. q. 7.

14 Carcerari etiam potest clericus causa custodiæ, & in vinculis detineri, licet agatur ciuiliter, si nimirum sit suspectus de fuga, c. si clericos, de senten. excomm. in 6. c. dilectis, de appell. Carcer tamen non debet esse squallidus, & immundus nec corporis afflictiuus, & cauendum est ne carceratio passim fiat, nec leui de causa, sed habita prius informatione, & indicijs, cum carceratio ipsa in-
15 famet, & generet præiudicium irreparabile, vt notat Fel. in c. cum super. de re iudic. nu. 17. Iason in l. 4. § condemnatum, ff. de re iudic. quin & sola accusatione opinio hominis grauatur. Arch. in c. tantis 85. dist. & iudex carcerans iniuste pœnam excommunicationis non effugit. c. si clericos, cit. Genuen. in prax. c. 34.

Possunt et laici carcerari a Iudice Ecclesiastico in criminibus Ecclesiasticis. Clem. 1. de hæret. Aufrer. de potestat. Eccles. in Laicos. sub principium.

Ad capturam autem carcerãdorum, laicorum ministerio vti potest, nec incurrunt tunc laici pœnam excommunicationis capiendo clericum vel etiam percutiendo si se defenderet, & si aliter detineri non possit Host. in Sum. loc. cit. de senten. excom. nu. 4. Ang. verbo excom. 5. num. 6.

16 Verberum quoque pœna est vsitata. cap. 1. de calumniatoribus, cap. fin. 35. distinct. sed non nisi per clericum clerico verbera sunt infligenda, vel per ipsummet Iudicem. c. vniuersitatis, loc. cit. de senten. excommun. Episcopus tamen ipse neminem debet percutere. cap. non liceat 86. distinct. Caueri etiam debet vt citra mortis, & membrorum læsionis periculum verbera infligantur, & citra sanguinis effusionem, c. in archiepiscopatu. de raptor. si tamen casu succederet sanguinis effusio, non propter hoc sequeretur irregularitas, cum hæc non inducatur nisi morte vel membri abscissione causata. Diaz loc. cit c. 125. Abstinere item debet iudex quam maxime ab huiusmodi pœnis corporalibus, & non nisi in grauissimis culpis illis vti. & facilius contra minores clericos, quam sacerdotes, vt monet Archid. in ca. vlt. cit. 35. dist.

Huc

17 Huc pertinet quod clericus pro crimine torqueri potest Diaz. loco cit.cap. 117. dummodo prius extent contra ipsum magna, & violenta indicia ad minus per duos testes probata, & qđ fuerit infamatus de eo crimine. Siman.de Cath. institut.titul.65.num.14. nam propter testimoniũ vnius qui fuit particeps criminis nemo torquendus est,nisi alia suffragẽtur. Boer.decis.319. neque ad vnius testis bonæ famæ, si reus etiam habeat adminicula integræ conuersationis, alioquin si fuerit infamatus, & suspectus, ad vnius testis bonæ famæ relationem torqueri posset, cũ hæc faciat semiplenam probationem. Simanc. cit. num.25. Confessio autem extraiudicialiter facta, licet regulariter in clerico non sufficiat ad torturam, Diaz.loc.cit. Aufrer. de potest. secul. Reg.3.fall,3.contrarium tamen vsu seruatur, vt refert Boss.de iudicijs.nu.103. Genuen.cit.c.70. nu.17. Tortura eadem non deberet infligi clericis per laicos, tamen vsus obtinuit contrarium. Aufrer. vbi supr.Zerol.verb. excomm. efficiens. num.8.

Pęna corporalis quoque est damnatio ad triremes in Italia vsitatissima, de qua Diaz.cit.cap. 135. Et hac damnari clerici, si damnentur ad vitam, degradantur prius, si vero ad tempus, deponuntur tantum verbaliter, & vtroque casu licite vapulantur a ministris triremium. Zerol.cit.par. 2.verb. excom.nu.19.

18 Depositionis pęna ex qua remouetur clericus ab altaris ministerio. de qua in c. at si clerici. de Iudic. Abb. ibidem. depositio videlicet verbalis quæ fit sine solemnitatib. vt infra, & de hac intelliguntur iura in dubio, cum loquuntur de depositione, quia nimirum est leuior. Abb. in c. ad abolendam de Hæret.

Nemo autem deponi debet nisi in casibus a iure expressis, vel in illis tantum, in quibus ius ciuile imponit pęnam mortis Fel.in c.qualiter, 2. de accusat.num.25. Dec. vero in cap.at si clerici. cit.num.20.tenet arbitrarium esse iudici, quando debeat, infligere hanc pęnam, immo omnes pęnæ hoc tempore sunt arbitrariæ iudici, ita quod possit pro arbitrio eas augere vel minuere. Cou. lib.2.var.resol.c.9.num.8 Maran.4. par. distinc. 1.num.65. Zer.cit.verb.priuatio.in princ. Et huiusmodi depositi deberent in monasterium detrudi, vt ibi lugeant commissa. cap. sacerdos 81. distinct. debentque ali ex beneficijs suis, vel ab Episcopo si sint pauperes, alimenta enim ipsis debentur, cap.de lapsis, 15.q.6. Felin. loc.cit.nu. 27. His tamen temporibus hæc detrusio in monasterium non vsitatur, cum monasteria tales recipere passim recusent, nec ab Episcopo, vt suscipiant, cogi possunt, cum fere vbiq; sint exempta Diaz.cit.c.128.

Degradatio est alius modus depositionis, quo delinquens deponitur cum solemnitatibus, quæ habentur, in cap. degradatio. de pęnis, in 6. & traditur Curiæ seculari, ad quam cum antiquo iure debuerit adhiberi certus numerus Episcoporum, vt in depositione presbyteri, sex Episcopi, in Diaconi depositione tres adesse debebant cap.felix.15.quæst.7.Conc.Trid. Sess. 13.cap 4. de refor.ordinauit vt loco Episcoporum adhiberi possint totidem Abbates vsum mitræ, & baculi habentes, vel si & isti commode haberi non possint, aliæ quæuis graues personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, & iuris scientia commédabiles.

19 Degradationis pęna infligitur pro hæresi.cap. ad abolendam, de hæret. cit. Pro crimine falsi. cap.ad falsariorum, de crim. falsi. Et propter calumniam, seu contumeliam illatam Episcopo. cap.si quis sacerdotum, 11.quæst. 1. vide glos.in cap.ad abolendam, cit. verb relinquatur. Pro crimine item læsæ maiestatis contra Papam commisso, vt in facto iudicatum fuisse refert Felin. in cap.Rodulphus.de rescript.cit.nu.37.

Non ordinatus celebrans eadem pęna puniendus est ex ordinatione Clem.8. vt sequitur.

Etsi alias fel.rec.Paulus PP.IV. & infra. Nos igitur animaduertentes huiusmodi perditos, & nefarios homines ad sacrum presbyteratus ordinem non promotos missarum celebrationẽ vsurpare præsumentes, non solum actus idololatrię saltem extrinsecè seu per externa, & visibilia Religionis, & pietatis signa exercere, sed etiã quantum in ipsis est efficere, vt Christi fideles, qui credunt eos ordinatos esse, & rite conficere Sacramentum Eucharistiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet panem, & vinum tãquam verum Christi Domini nostri corpus, & sanguinem eisdem adorandum proponẽtes. Confessiones autem audientes non solum sacramenti pęnitentiæ dignitatem contemnere, verum etiam Christi fideles decipere, dum scilicet inique sibi assumunt gradum sacerdotalem, & auctoritatem absoluendi à peccatis magnu cũ periculo, & scandalo plurimorum. Propterea vt grauissima hæc scelera committentes posthac debito supplicio puniantur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine S.Inquisitionis iudicum conscientiæ consulere, & ne in futurum de pęna huiusce delinquentibus imponenda dubitari possit, prouidere volentes, supradictorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, hac perpetuo valitura constitutione decernimus, atque statuimus, vt quicunque nõ promotus ad sacrum presbyteratus ordinem repertus fuerit missarum celebrationẽ vsurpasse, vel Sacramentalem confessionem audiuisse, à Iudicibus S. Inquisitionis, vel locorum ordinarijs tanquam Ecclesiæ misericordia indignus à foro Ecclesiastico abijciatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis si quos habuerit ritè degradatus statim Curiæ seculari tradatur, per Iudices seculares debitis pęnis plectendus. Non obstantib. &c.

Dat.Rom.die 1.Decembr.1601.

Crimen nefandum contra naturam eadẽ pęna degradationis, & traditionis curię seculari puniri voluit Pius Quintus, cuius constitutionis verba refert Nau.cap 27.num. 249. & dicit intelligendum esse non de quocunque committente hoc crimen, sed exercente, frequẽtatione actnũ.

In delictis item atrocibus pro arbitrio pęnam hanc infligi posse tenet Diaz.cit.& pluries in facto iudicatum fuisse vt in crimine parricidij testatur idem ibid.ca. 90. Nemo tamen degradari debet nisi directè accusatus, & conuictus seu cõfessus, & pręsens, contra absentem enim nõ proceditur ad hanc pęnam. Innoc. in cap. qualiter. 2.de accusat.

Exilij pęnæ meminit cap.1. de calumniatoribus, cap.excedens, 50.dist.quam ferre plurimum conducit, vbi delictum puniendum cohæret loco, & vbi loci mutatione leuaretur scandalum, & occasio iterum delinquendi criminoso. Diaz. cit.c.126.sed hoc exilij bannum non extenditur extra Dięcesim iudicantis. Fel.in cap. postulasti. num.2. de for.comp. Archiepiscopus tamen nõ tantum ex Dięcesi sua, sed etiam ex tota sua Prouincia potest exulare facere, c.tuarum; de priuil.

Qui-

Quæsn. verb. Archiepiscopi auctor. nu. 39. Hæc etiam pęna relaxari potest ex causa per ipsum Episcopum. Diaz loc. cit.

21 Priuationis pęna vsitata est in Iudicio Ecclesiastico, priuari tamen nemo debet nisi in casib. a iure expressis. Fel. in ca. querelam. num. 1. & 2. de iureiurand. & in cap. ex parte, de rescript. nu. 2. Innocent. in cap. bonæ. de electio. In casibus etiam, in quibus priuatur quis ipso iure, requiritur semper iudicis sententia declaratoria, & ante ipsam non tenetur quis dimittere beneficium, Felyn. in cap. Rodulphus. citat. num. 38. Causæ autem priuationis in iure expressæ præcipuæ sunt; Crimen simoniæ, capit. insinuatum, de simon. quod aliquando priuat etiam non expectata iudicis declaratoria, vt suo loco dictum fuit. Concubinatus, si concubinarius monitus, & mulctatus primo sequestratione tertiæ partis fructuum, deinde pœna suspensionis ab administratione officij, concubinam non dimittit, cap. sicut, capit. si autem, de cohabit. cler. & mul. Concil. Triden. Sessio. 25. cap. 14. de reformat. Periurium item punitur pęna priuationis, capit. querelam. de iureiurand. non tamen hoc intelligitur de non tenente promissum, vt notat Felyn. ibid. num. 7. Immo signatura non concedit priuationem pro periurio, nisi fuerit iudicialis, vt testatur Staphil. de lit. grat. de modis priuandi.

Homicida voluntarius priuari etiam debet beneficiis, cap. 1. & 2. de cler. pug. in duel. non tamen est ipso iure priuatus, sed est priuandus iudicis sententia, quod communiter sentire Doctor. testatur Felyn. in capit. inquisitionis, num. 3. de accusatio. & in tantum quidem, quod licet lata fuerit sententia condemnatoria de homicidio, & in ea non fiat mentio priuationis, nō censeretur adhuc talis priuatus. Diaz. loc. cit. cap. 88. quia nimirum præsumi posset Episcopum voluisse cum ipso dispensare in retentione beneficij, cum hoc casu, & in omnibus fere aliis quoad beneficij retentionem dispensare possit Episcopus. Staphil. Diaz. loc. citat. & diximus alias ex Innocen. in capit. ex literis, de cleric. non ord. ministr.

Si etiam in sententia exprimatur pœna priuationis, & condemnatus appellat, durante appellatione non est priuatus, & si resignaret interim, teneret resignatio etiamsi beneficium iam fuisset impetratum ob priuationem. Crescen. decis. 6. num. 3. de renunc. Anton. de Butrio consil. 43. num. 2. quod pro indubitato practicari in Rota Romana refert Genuens. citat. cap. 65. num. 18. Vltra priuationem autem homicida puniendus est pœna depositionis verbalis, & detrusionis in monasterio ad quinquennium & septennium, cap. sicut dignum, §. vltim. iuncta gloss. verb. consilium, de homicid. cap. tuæ. de pœnis, & capitul. cum non ab homine, de iudic.

Priuari demum debet non residens, & se absentans a beneficio requirente residentiam, vltra tempus licitum. Priuationem tamen præcedere debet monitio, & deinde pœna censurarum, deinde subtractionis fructuum, ita quod post quemlibet terminum pœnæ, expectetur ad minus per sex menses, capit. quoniam frequenter, vt lite non contestat. & demum si pertinaciter adhuc se absentauerit priuandus est. Conc. Trident. citat. Sessio. 23. de reformat. capit. 1. Et quidem debet citari absens personaliter, si scitur vbi sit, si autem nesciatur, vbi sit, citari debet in sua Ecclesia ter successiue, nec sufficeret vna citatio pro tribus, glo. in capit. quoniam, citat. ver. Canonibus Abb. consil. 67. lib. 1. Felyn. in cap. consuluit. num. 13. de offic. delegat. neque teneret sententia, qua priuaretur non residens non præmissa trina citatione. Abb. loc. citat. vel non seruata forma dicti Concil. si videlicet non residēs nō fuerit primo censuris, sequestratione fructuum, alijsque iuris remedijs castigatus, vt fuisse decisum in Rota Roman. coram Seraphino. die 5. Decemb. 1567. in vna Salmantin. refert Genuen. cit. c. 112. vt alias diximus.

Pecuniariam quoque pęnam imponere potest iudex Ecclesiasticus Felyn. late, in cap. irrefragabilis, num. 6. de offic. ordin. & si fuerit pœna hæc imposita statuto, licite ipsam sibi retinere potest iudex, si vero imponatur per sententiam, honestius est, vt ad pios vsus conuertatur. Felyn. loc. cit. hodie vero Concil. Trident. Sessio. 25. cap. 3. de reform. voluit has pœnas omnino erogari ad pios vsus, ita quod Episcopus ipsas non possit conuertere nequidem in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarii, vel aliorum officialium Curiæ, quemadmodum declarasse Sac. Congreg. Concilj testatur Genuen. cit. cap. 69.

Pœna autem pecuniaria, quæ solet vulgo apponi in contractibus, licet de iure exigi possit, Felyn. in cap. 1. de constitut. num. 43. de consuetudine tamen non exigitur, nisi quatenus concurrit interesse, argum. text. cap. suam, iunct. g. fin. de pœnis. Ancharan. in cap. peccatum. de regul. iuris, in 6. Nauar in Man. capit. 23 num. 68. Libet hic etiam referre de pœnis imponendis pro blasphemia ordinationē Pij V. in Bulla incip. cum primum, aliis etiam locis a nobis adductam, quaod propositum itaque verba ipsius sunt.

Ad abolendum vero nefarium, & execrabile blasphemiæ scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & imperialibus quoque legibus receptum est, nunc autem propter nimiam iudicum in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem, supra modum inualuit, Leon X. prædecessoris nostri in nouissima Lateranen. Concilio statuta innouantes Decernimus, vt quicunque laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse blasphemauerit, pro prima vice pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, pro secunda pęna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit soluendo prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ cōstituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per vrbem, pro tertia, lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcunque beneficiorum suorum, pro secūda beneficijs ipsis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemię atque personæ, arbitrio iudicis puniatur. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter

quod

quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetrauerit, Curiæ seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili pœnæ subijciatur. Monemus præterea omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctę obedientiæ eis præcipimus, vt statuta Trident. Concil. contra concubinarios tam clericos, quam laicos edita, districtè faciant obseruari, reddituri Deo, ac nobis, si id omiserint, rationē. Et vt pręmissorum delictorum simoniæ, blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur; volumus, quod in singulis casibus, non solum per accusationem, & inquisitionem sed etiam ad simplicem, & secretam denunciationem procedatur per quoscunque judices, alias tamen de iure competētes, tam ratione delicti quam personarum, ita quod inter eos locus sit præuentioni. Monemus præterea omnes, & singulos, vt solum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia praua animi affectione ducti, culpabiles tantum deferant, innocentes non vexent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciasse comperti fuerint, eos ad pęnā talionis teneri volumus, & mandamus. Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duobus partibus locis pijs arbitrio nostro in Vrbe, extra vero ordinariorum, tertia accusatori, qui delinquentes detulerit. Mādamus autem, &c. Non obstantibus, &c.





SANCTISSIMI
IN CHRISTO PATRIS,
ET DOMINI NOSTRI
Clementis Diuina Prouidentia Papæ VIII.
CONSTITVTIO
De largitione munerum vtriusq. sexus regularibus interdicta.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
Ad perpetuam rei memeriam.



ELIGIOSÆ congregationes ab insigni sanctitate viris Spiritu sancto afflatis institutæ, tantas Ecclesiæ Dei vtilitates omni tempore attulerunt, vt ad eas conseruandas, & instaurandas Romani Pōtifices prędecessores nostri magnam iure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, vt etiam quę optime fundata, & constituta sunt partim hominum imbecillitate, & ad malum procliuitate, partim Dęmonis astutia paulatim deficiant, & nisi cura peruigili sustententur, in deterius prolabantur. Idcirco summorum Pontificum vigilantia magnopere laborauit, vt regularium ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus constitutionibus communita integra, atque incolumis permaneret.

Quorum nos vestigijs pro eodē officij munere insistere, & pastoralē illorum sollicitudinem, quantum possumus Diuina adiuuante gratia, cupimus imitari. Quare ne ex munerib. quę a quibusdam religiosę vitę professorib. ex Christi patrimonio quibusuis hominibus quauis ex causa sæpe tribuuntur, grauia incommoda, & mala ēt boni specie existant, pręcauere studentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione, vniuersis, & singulis cuiuscunq. ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium bona immobilia, & reditus certos ex indulta Apostolica possidentium, vel non possidentium, seu cuiusuis congregationis, societatis, & instituti (non tamen militiæ) regularibus personis vtriusq. sexus, omnem, & quamcunq. largitionem, & missionem munerū penitus interdicimus. Sub qua prohibitione cōprehendi volumus omnia, & singula Capitula, Conuentus, & Congregationes, tam singulorū Conuentualiū, Monasteriorum, Prioratuū, Propositurarum, Præceptoriarū, domorū, & locorum, quam prouincialia, aut generalia cuiuslibet prouinciæ, aut ordinis vniuersi, societatis, aut instituti, eorumque, vel earum Camerarios, Commissarios, aut quoscunque Commissarios, & quoscunque officiales, & singulares personas; ipsos etiā ordinum, Congregationū, & Societatis eiusmodi superiores, quascunq. dignitates obtinentes, & Generales, & Prouinciales, Ministros, & quocunq. nomine Præfectos, nec non Conuentuū, Monasteriorum; Prioratuum; Præpositurarum, Pręceptoriarum, Domorum, & locorum quorūcūq. Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiam maiores Guardianos, Ministros, & Rectores, atq. Abbatissas, Priorissas, & alio quouis titulo Pręsidentes, tam ipsis regularibus, quam locorū ordinarijs, seu quibusuis superiorib. subiectos vtriuslibet sexus ad vitā, vel ad tēpus deputatos, adeo, vt nemo vnquā eorū, vel earum directe, vel indirecte, palam, vel occulte, tam cōmuni, quam particulari, & proprio nomine etiam sub quouis statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunq. causa, nisi in generali Capitulo, aut alia generali Cōgregatione, re mature discussa, vnanimi consensu omnium, superiorumq. permissu, causa probata fuerit, quicquam tale attentare valeat.

Id autem ita absolute, & generatim vetitum intelligatur, vt neq. omnino fas sit quicquā donare tam ex fructibus, redditibus, & prouentib. collectis, & cōtributionibus, aut oblationib. siue eleemosynis, aut subsidijs certis, incertis ordinarijs, seu extraordinarijs mensæ, vel massæ communis, vel cuiusuis fabricę, & sacristię bona cō-

munitet,

muniter, vt præfertur, administrantur, seu quæ rationib. reddendis sunt obnoxia, quam ex pecunijs, quę etiam a singulis quouis modo acquisitæ in communi conferendæ omnino sunt, nec si per viam voluntariæ contributionis in cōe cōgerantur, nec si forsan priuatim, & nominatim cuilibet religioso a suis superioribus, vel a proprijs affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, ac beneuolis, vel a pijs Christi fidelibus, et eleemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personę intuitu attributę, seu quoquomodo per quemlibet religiosum, seu monasterium domui, aut loco acquisitæ, eique vt ad libitum, de eis disponat per superiores concessæ fuerint, *præterquam lemora esculenta, & poculenta, vel ad deuotionem, seu religionem pertinentia munuscula*, communi, tamen nunquam verò particulari nomine vbi superiori de coosensu conuentus videbitur tradenda. Sed & huiusmodi missiones munerum ipsis religionis vtriusque sexus non solum per se verum etiam per alios tam directè, quā indirectè prohibitas declaramus. Neque verò quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat etiam si miserit munera cuiuis personę Ecclesiasticę, vel laicę cuiuscunque gradus, status, dignitatis, ordinis, vel conditionis. Et quamuis non solum mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, verum etiam Ecclesiastica, & Pōtificali, & alia maiori, & Sanctæ R.E. Cardinalatus dignitate fulgenti, & proprij loci ordinaria, etiam ex causa, & & occasione benedictionis, vel susceptione habitus regularis, tonsuræ, aut professionis Monialiū tam sibi subditarum, quam non subditarum, aut ipsi etiam proprij ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori Generali, vel Prouinciali, aut cuiusuis Monasterij prioratus, domus aut cuiuslibet alterius loci regularis superiori, aut alio quocunque officio, munere, vel dignitate fulgenti, vel cuicunque etiam simplici, & particulari religioso, ita vt inter ipsos quoque religiosos, ne praua ambitione impulsi pro consequendis in sua religione gradibus, & dignitatibus, alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur, quæcunq. largitio, aut donatio munerū, *nisi rerum minimarum*, de licentia expressa superiorum et in scriptis, sit penitus interdicta.

Insuper prohibemus, ne vnquam eisdem regularibus liceat vllas pecunias quoquomodo erogare in alicuius etiam benefactoris, aut protectoris, vel ordinarij honorem, & ratione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorū acceptorum memoriam, gratiq. animi testificanonem, seu pro prædictis personis, quauis authoritate fulgentibus honorificè, lautè, & opipare excipiendis, seu pro quibusuis conuiuijs eisdem, aut cuius alteri quacunque ratione, aut causa exhibendis, vel pro cummessationibus, vel compotationib. quibusuis personis tam eiusdem ordinis, Monasterij, Congregationis, domus, aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis, etiā pijs intra Ecclesias monasterij, in domos sacras, seu pias, vel extra eas in quibusuis publicis, aut priuatis, sacris, aut prophanis locis, etiam vbi sanctorum, aut sanctarum vita, aut res pię gestę, etiam in memoriam Passionis Dominicę populis spectandæ proponuntur, aut alias in prædictis, siue in quibusuis rebus superuacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & priuata lucra quomodolibet pertineotibus, nisi re ipsa pro Diuino cultu, & veris Christi pauperum indigentijs, seruato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio, & consensu superiorum sublevandis, aut alias in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Prouinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsan præscriptam non excedentib. sumptus huiusmodi fiāt.

Declarautes tamen per hæc laudabilē, & Apostol. Doctrinam, sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes, & peregrinos, neq. imminui, aut prohiberi, quin immo si quis redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum Monasteriorum, ordinum, aut Regularium huiusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, siue aliàs applicati, aut donati sint, eas omnino vt decet integre in vsus pios hospitalitatis huiusmodi erogandos esse, & præsertim in Monasterijs, seu locis desertis, & ab laicorum domibus longius remotis, vbi tamē pauperum, & vere egenorum ratio in primis habeatur. Si quos vero ditiores occasione transitus, siue alias ex deuotionis, aut necessitatis causa eo diuertere contigerit, eos sanè deceret Refectorio communi cum religiosis, mensaque, & ferculis communibus nequaquam a ceteris distinctis contentos esse. Verum enimuero ipsi regulares in hospitibus huiusmodi potentioribus excipieodis ita se gerant, vt in eis frugalitas, & paupertas religiosa prorsus eluceat.

Pari etiam ratione distinctè inhibetur, ne quispiam ex prædictis laicis alias quam vt superius dictum est, vel Clericus secularis, aut regularis, quocunque honore præeminentia, nobilitate, aut excellentia, & S.R.E. Cardinalatus dignitate prædItus, et protectorum, vice protectorum loci ordinarius Prælatus, Generalis, Prouincialis aut Monasterij domus, vel loci cuiuslibet superior, eorumve affines, propinqui, familiares, aut Ministri vtriusbet sexus quispiam contra hanc superius expressam prohibitionem recipiant.

Quod si vel ab aliquo particulari religioso, vel a superiori quopiam Generali, vel Prouinciali sodalis quocunque officio fungente, aut a Cōuentu, Capitulo, vel a Congregatione, siue ab vniuerso ordine, & religione quicquam receperint, id quod acceperint, suum non faciant, verū ipso facto absque alia monitione, iudicis decreto, sententia, aut declaratione ad illius restitutionem omnino in vtroque foro teneantur, adeo restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ possint absolui: hanc autem restitutionem fieri volumus non priuatim eo religioso, qui donauit, sed ei Monasterio, domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si de eius bonis non est donatum, in quo idem religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuersi ordinis, seu religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensę, aut massæ, cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur, ita ut nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, recipiētes ab obligatione restituendi eximens, velut to pauperes eroget, concedere quoquomodo possit.

Quod si quis ex vtriusque sexus regularibus supradictis, cuiuscunque gradus, ordinis, dignitatis, ac vbilibet locorum existentib. coniunctim cum ceteris, ac diuisim nostratum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, missionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus, vt omnibus, ac singulis per

eum

eum obtentis dignitatibus, gradibus, munerib. & officiis, eo ipso priuatus, ac ad illa & alia similia, vel alia dicti nihil in futurum obtinenda inhabilis perpetuo, & incapax, ac perpetua infamia, & ignominia notatus existat, & priuationẽ vocis actiuæ, & passiuæ absque vllo superioris decreto aut Ministerio, ipso facto incurrat, nec non vltra huiusmodi pœnas etiam contra tanquã furti, & simoniacæ criminis reum, tamen per viam denunciationis, accusationis aut querelæ, quam etiam ex officio procedi, & inquiri, exiguisque supplicijs affici debeat, pœnis alijs a iure statutis, ac per alias Apostolicas constitutiones, aut propria cuiusque Congregationis, Monasterii, ordinis, domus aut loci, statuta, vel consuetudines contra personas aliquid præmissorum committentes forsan decretis, & inflictis, nihilominus in suo robore mansuris. Quo circa vniuersis, & singulis modernis, & pro tempore existentibus locorum ordinarijs, eorumque vicariis, & officialib. necnon quorumcunq. ordinum, Prioratuum, Monasteriorum, & domorum superioribus etiam Generalibus, seu Prouincialibus, ceterisque, ad quos spectat per Apostolica scripta, mandamus quatenus ipsi, & eorum singuli quãtum ad eos pertinet, curent omni studio, diligẽtia, authoritate, & vigilantia præsentem constitutionem firmiter, & inuiolate obseruari, & contra inobedientes, vel transgressores exiguis pœnis animaduerti, eosdem inobedientes, necnon contradictores, quoslibet, & rebelles per opportuna iura, & factis remedia appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictorumq. Monast. Prioratuum, domorum, locorum, necnon ordinum, Congregationum Collegiorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roborat. statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum nõ inserta effectus præsentis nostræ constitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quib. quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia, quatenus præmissis in aliquo aduersantur, prorsus tollimus, & abrogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus autẽ, vt præsentes literæ in Valuis Sancti Ioann. Lat. & Principis Apost. de Vrbe, Basilicarum, & in acie Campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis, quodque earum exempla, seu illorum compendia in libris quorumcunque statutorum prædictorum Monast. Prioratuum, Domorum, Collegiorum, Ordinum, & Congregationum (quoad Moniales in vernaculum, & vulgarem cuiuscunque Regionis sermonem versa) & a loci ordinario, quid quamprimum fieri curet subscripta inserantur; & saltem quotannis in Capitulis, siue Congregationibus cuiusque earum alta, & intelligibili voce legãtur, & nihilominus post sexaginta a die publicationis, vt præfertur in humana Curia facienda, vnumquemque citra mõtes, vltra montes vero post quatuor menses perinde arctent, & afficiant, ac si cuique personaliter intimatæ, & per ea iratæ fuissent.

Quodque earum transumptis etiam expressis, & manu notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum interdicti, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, statuti, mandati, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis aũt hoc attẽtare præsumpserit indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ.

Dat. Romæ in Monte Quirinali anno Incarn. Do. 1594. 13. Cal. Iulij Põtificatus nostri anno 3. L. Card. Prodat. M. Vestrius Barbianus A. de Alexis.

CONSTITVTIONIS CLEMENTIS VIII.

De largitione munerum vtriusque sexus Regularibus interdicta, cuius initium Religiosæ Congregationes inscribitur, non inutilis interpretatio.

Præfatio.

AGgredimur Deo duce Pontificiam Constitutionem nouissime editam de largitione munerum vtriusque sexus Regularibus interdicta pro nostra tenuitate explicandam, & inuocato prius Spiritus Sancti nomine, antequam textum explanemus tria velut præludia præmittimus.

Primum, Quæ sint protestationes in hac materia faciendæ.

Secundum, Quid sit Constitutio, & An hæc sit iusta, & obliget.

3. Quid importet titulus, & Rubrica ista.

De largitione munerum vtriusque sexus Regularibus interdicta.

QVoad primum quinq. præmittendæ sunt protestationes in hac materia.

Prima Protestatio. Hæc nostra explicatio non cõtinet necessarias opiniones, sed probabiles, prout fit in moralibus quæstionibus. In moralibus enim vnicuique fas est opinari.

2. Protestatio. Hęc nostra explicatio intelligitur, nisi aliud declaretur ab ipsomet Legislatore, nã cuius est condere legẽ, eius est declarare.

3. Protestatio. Vitanda sunt duo illa extrema velut iuriosa, nempe vt non fiat hęc interpretatio periculosa nimis animabus neq. fiat stricta.

4. Protestatio. Si a medio declinandum sit ad alterutrum extremum, potius declinandum est ad illud, quod est strictius, nam fauore animæ tutior via semper est tenenda.

5. Protestatio. Hęc omnia dicenda pro nostra tenuitate S.R.E. determinationi, correctioni, & declarationi submittere protestor, immo quorũcunque seniorum iudicio, atq. meliori sententię.

Quoad 2. Pręludiũ tres Quæstiones continet hoc secundum Præludium.

Prima, est Quid sit constitutio.

Secunda, An sit iusta, & consequẽter seruãda.

Tertia, An obliget ad culpam læthalem.

Quoad primũ Constitutio dr̃ id, quod statuit legislator aio condendi legem, & idẽ est constitutio, aclex cõis Can. Const. 2. dist. Est aũt Constitutio duplex; Altera ciuilis, Altera Ecclesiastica can. 3. dist. & late per DD. in rubr. de const. in Decr. & in lib. 6. Hæc nostra cõstitutio nõ est ius par-

particulare sed vniuersale, & cōmune. Vniuersa le quidā quoad personas recipientes, cōplectitur .n. oēs, & quascunq. personas cuiuscunq. gradus, status, & condicionis recipientes munera a Regularib. Est ēt ius cōe, & vniuersale quoad dātes, ita vt cōprehēdat oēm statū Religiosorū.

Quoad Secundum. An sit iusta hęc Constitutio, quęritur hoc, quia iniusta lex nō obligat. Iustissima atq. sanctiss. est hęc constitutio, constat .n. omnib. suis numeris, nēpe quatuor causis esse tialib. efficiēte scilicet, Materiali, formali, & finali. Causa efficiens est legislator, qui habet potestatem condendi legem, & hęc potestas supreme residet in Pontifice. Secunda Causa Materialis, quę est, vt votum paupertatis optime, & integre seruetur, cohibet. n. regulares a dissipatione, & dilapidatione Patrimonij Christi. Tertia est cā formalis, q̄ est promulgatio, & publicatio facta Romę in Valuis Basilicarū S. Io. Late. & S. Petri Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Flore, vt moris est. Quarta est cā finalis. edita. n. fuit hęc cōstitutio pro communi bono, nempe; vt religiosa disciplina collapsa, & labefactata in pristinū restituatur, & reformetur, & sic integra, atq. incolumis permanēs conseruetur.

Quoad Tertium An Constitutio hęc obliget in conscientia. Omnis lex humana tā ciuilis, quā Canonica etiam pęnalis, si iusta sit, authoritate viget, & vim habet obligandi subditorū conscētias. Sot. l. 1. de iust. & iu. q. 6. a. 4. ca. erit aūt lex 4. d. Pręterea q̄ hæc lex obliget ad peccatū, patet. Primum quoniā continet obseruantiā voti paupertatis religiosorum, ad cuius obseruantiā tenētur oēs religiosi ante hanc legem. Secūdū Quoniam habentur in ea verba pręceptoria, & grauissima, nempe omnino, nullo modo, quę verba per se sunt obligatoria ad peccatū, vt habetur p Doc. in c. 1. & c. nā & concupiscentiam de cōst. Nau. c. 23. nu. 5. Tertium Ex pęnis apparet hanc legē obligare ad mortale, nam quoties lex pręcipit facere, vel non facere aliquid sub grauib. pęnis, clare patet mentem legislatoris obligare ad mortalem culpā Na. loc. cit. nu. 52. At in hac nostra Constitutione apposite sunt grauissime pœnæ aduersus contrafacientes, ergo clarum est ad mortale obligare. In omni. n. lege etiam Diuina paruitas, seu exiguitas materiæ excusat a morta libus Nau. cap. 11. num. 4.

Quoad Tertium Pręludiū, quid importet titulus, seu rubrica ista de largitione munerū vtriusq. sexus Regularib. interdicta. Pro huius rubricę declaratione dicemus, Quid sit largitio, & munus; Quomodo differat largitio a largitate, & Quomodo differat munus a dono, & cetera verba rubricæ sigillatim declarabimus.

Largitio proprie significat quandā profusam donationem ad aliq̄ ambitionem, seu dignitatē consequendā, & proprie largitio sumitur in malā partē communiter; largitas vero in bonā partem accipitur communiter, quę dicitur facta p aliqua iusta causa, vt habetur in Aut. vt sponsalit. largit. Dices; valet argumentū a rubrica, at in rubrica non prohibetur nisi profusa donatio facta ambitionis cā, quæ significatur per nomē largitione; ergo Qui dat in memoriā beneficiorum acceptorū, & in testificationē grati animi, nō incurrit in Bullā. Respōdetur quod largitio in titulo nostro capitur largissime, vt nō solū cōprehēdat pfusam donationē ambitionis causa factā, sed ēt comprehendit quamcunq. donationē factam sub specie boni, quamuis nō fiat pro obtinendo beneficio, vt patet in textu. Pręterea q̄uis rubrum soleat esse generalius nigro, quandoq. tamen variatur, & rubrū est quoddā speciale, nigrum vero generale Ias. in l. 1. si cer. pet. In hac aūt constitutione, quamuis videatur titulus strictior ipso textu, textus tamen est magis latus ipso titulo, quia in nigro latissimē prohibetur quilibet largitio, & largitas, quodlibet munus, & quodlibet donū, & sic per nigrum declaratur rubrū, & sic nō obstat arg. Magna est diff. inter munus, & donū, vt habetur in l. inter donū ff. de verb. & rerū sig. Donum. n. est tanq̄ genus, munus vero tanq̄ species. In hac rub. munus accipitur largissime, ita vt quęlibet donatio cuiuscunque speciei facta, siue in bonā, siue in malam partem intelligitur prohibita, vt patet in nigro.

Vtriusq. sexus, idest tam Religiosi, q̄ Moniales. *Regularibus*. per hoc verbū excluduntur P. Clerici seculares, quoniam appellatione Regulariū strictē veniunt solum, qui profitentur tria vota substantialia in aliqua religione a Sede Apostolica approbata Abb in rub. de Reg. Pręterea in hac Constitutione nō comprehenduntur qdā personę siue mares, siue feminæ, quæ quamuis viuant in communi in aliquo conseruatorio, seu xenodochio, & hospitali, nō tamen profitentur illa tria vota, neq. est religio approbata, licet sit modus viuendi approbatus a Papa Ab. in d. Ru. de reg. Vt. n. quis verē dicatur regularis, duo copulatiue cōcurrere debent, vt scilicet emittat tria vota substantialia, & vt hęc vota emittat in Religione approbata; vnū sine altero nō facit quēquam regularē; vnde mulieres, q̄ conseruantur in Ecclesia Spiritus sancti, S. Catherinę, non cōprehenduntur in Bulla, quia non sunt Religiosę. Neq. comprehenduntur quędam deuotę mulieres oblatę, & conuersę, quę viuunt in communi, clausæ in quodā loco honesto, & pio in vrbe, qa nō sunt Regulares Na. Cons. 81. & 82. de re.

Dubitatur; an comprehendantur in Bulla illi Regulares, siue mares, siue feminæ, qui ex dispēsatione Pontificis nō emittunt nisi duo vota scilicet castitatis, & obedientię. Respondetur q̄ nō comprehenduntur, quia non dicuntur proprie regulares. E contra vero si sunt personę religiosę professę in approbata Religione, tamē ex infirmitate, vel alia de causa ex dispensatione Pontificis nō viuunt in Monasterio, tenentur seruare hanc Bullam, quia sunt vere Regulares, locus enim nihil releuat.

Dubitatur Secundo, An Bisochare, seu Mantellatę ligentur hac Constitutione; Respōdetur, q̄ si istę sunt professæ in aliqua religione, & vere tria vota emittunt, procul dubio cōprehēduntur sub hac prohibitione. At si non sunt professæ, sed recipiunt tantū habitus benedictionē, & emittant qdam vota non solēnia, non dicuntur religiosæ, & consequenter liberę sunt ab hac Cōstitutione, ex eo quia nō sunt vere regulares.

Dubitatur Tertio. Quid de illis, qui viuunt, in Religione approbata intra clausurā, nō tamē sūt pfessi, vt sunt Nouitij, seu Nouitię, quib. dat tēpus ad deliberandū, an isti ligentur hac Bulla. Respondetur hos ab ista Bulla exemptos esse, quia appellatione Regularium nō veniunt Nouitij, sed professi tacite, vel expresse c. Relig. §. 1. de sent. excommunica. lib. 6

His tanquam Prælndijs de rubrica premissis, capio textum, cuius initium est, Religiosæ Constitutiones. Qui quidem textus in octo diuiditur partes principales. In Prima ponitur præfatio, siue procemium, in Secunda Dispositio, siue ordinatio, ibi hac nostra, in Tertia loquitur con.

Digitized by Google

ob eius vitam innocentissimã, & Dominici Tri-
uisani Patris merita, præsertim in re bellica, a-
dempta communi patrum Votum Principem
Venetiarum senatus pronuntiauit. Apostasiæ
28 multæ sunt species, s. perfidię, obediẽtiæ, & irre
gularitatis, vt gloss. in c. 1. de apostat. & ibi In-
nocent. &c. Perfidię videlicet si sentiat, & defen-
dat aliquid contra Ecclesiam Dei, cuius pęna est
ea relapsi, &c. idest mortis, inobedientiæ duob.
modis intelligitur, Primo modo dicitur, quando
quis non vult obedire Papæ, quia non credit eũ
authoritatem habere, & eius pęna, si non abiu-
rat, erit de qua supra dixi, idest relapsi, Secundò
modo non obedit ex contemptu, tunc pro pæ-
na excommunicatur, & insordendo deponitur.
Irregularitatis, si dimittit habitum, vel retinet
habitum, sed extra septa clausuræ viuit, simi-
liter debet excommunicari, & deponi non re-
deundo ad clausuram, hæc omnia tradunt Abb.
in cap. 1. & seq. de Apost. & ibi Henric. Boich.
& ceteri Doctores ferè omnes ibi, quæ procedit
opinio etiam si deferat habitum religiosum, sed
coopertum vestibus clericalibus, gloss. in clem.
12. in vers. extrinseci de vit. & honest. clericor.
Ioann. Andr. in regula certum de regul. iur. lib.
6. Oldr. cons. 184. Pater sancte quasi in fine,
licet Nauarr. in cons. 1. de Apost. ad sui posse
defendat Apostatas huiusmodi secundę, & ter-
tię classis, sed contra eum est communis Docto-
rum opinio, & vsus puniendi similes, ex consti-
tutionibus sancti Francisci de obseruantia cap. 2.
& Apostata rediens, carceratur per annos tres,
& voce actiua, & passiua priuatur. Quorum bo-
na regularium extra claustra monasteriumque
viuentium veniunt sub nomine spoliorum, &
spectant ad Reueren. Cameram Apostolicam,
iuxta constit. Gregorij XIII. incipien. officij no-
stri 44. in ordine, sub dat. Romæ 21. Ianu. Anno
1571. modo Apostatent, vel de licentia maneãt,
vt consuluit Nauarr. consil. 80. de regular. Ioci
29 latores (quos Galli Goliardos, & Tusci Buffo-
nes appellant, vt tenet Ioann. Bernard. a Diaz
in praxi sua cap. 62.) sunt illi, qui Histriones
appellantur a canone capit. 1. 4. quęst. 1. cap.
pro dilectione, de consecrat. dist. 2. quorum pæ
na est eadem Apostasiæ inobedientię, & tertio
moniti deponendi sunt si per annum perseuerãt
c. 1. de vita, & honest. cleric. in 6. Item & mini-
30 stri laicorum si admoniti non destiterint inci-
dunt in eandem penam Apostasiæ inobedien-
31 tiæ. Sortilegiorum pæna, quæ grauis debet es-
se, nam hæreticalem, vel superstitiosam mate-
riam in se continent, debent puniri pæna a san-
ctissimo D. N. Sixto V. nuper edicta in consti-
tutione sua contra mathematicos, & iudiciariã
exercentes, quæ hæresis est, Doctores omnes in
cap. 1. de clerico Venatore tenent, quod Venatio
32 aut oppressiua dicitur, vnde in Genesi legitur,
quod cœpit Nembroth robustus esse venator co-
ram Domino, idest hominum oppressor, per-
mittente Domino, & ea penitus est illicita, vt di-
stinct. 6. his itaque cuius pæna non discrepat ab
ea homicidij, vt ibi videre licet; alia est adulato-
ria, vt sunt Histriones, & de hac dixi supra de
Ioculatoribus, &c. Tertia est Arenatoria, vt
quando quis recipit mercedem, vt in arena pu-
gnet cum bestijs feris, quæ prohibita est, & eius
pæna est, vt infra modo dicam de quarta specie,
quę occupatiua dicitur, quæ & ipsa prohibita est
ideoquod si Episcopus sit, trib. mensib. si Presby
ter duob. si diaconus ab oi officio suspenditur, ita
Host. in sum. de clẽ. Venat. n. 4. & Docto. omnes
Host. ibi. Henr. Boic. & ceteri per totum, sed hæc
quarta species, quę verè proprio sumpto vocabu
lo Venatoria dicitur, limitatur, vt non habeat lo
cum; Primo si Venatio esset quieta, & recreatiua
vt idem Host. tit. eod. n. 2. non tamẽ tẽpore qua-
dragesimæ, vel ieiunij, tunc omnibus interdicta
censetur Card. cle. ne in agro in §. Porrò de stat.
mon. Secundò si esset pisciũ non ferarum, pisca-
re. n. licitũ est, c. nunquam de consec. dist. 5. Ter-
tiò si necessitate famis, tunc permittitur, arg. tex.
in c. licet. de ferijs. Item si Apri, vel Vrsi, aut ferę
similes essent, quæ deuastarent segetes, & vineas
monachorũ, arg. l. 2. C. de ferijs. prohibitiua tan-
tũ illa reputatur. quæ absq; necessitate. & recrea
tione fit cũ rumore catulorum, & in ipsa ponunt
omnẽ suam cogitationem. Ludentium pęna cer
33 ta de iure canonico non reperitur, licet lude-
re prohibeant canones, de iure tamen Ciuili, est
suspensio Triennalis authen. interdicimus, C. de
Episcopis, & cleric. & in §. interdicimus in auth.
34 de sanctiss. Episcopis colla. 9. Symonia, quæ in
veteri testamento ortum habuit ab vno, qui vo-
cabatur Giezi famulus Elisæi Prophetę, vt habe-
tur 4. Reg. Secundo in nouo Testamento fuit Iu
das, qui vendidit Christum, qui erat Sacerdos,
& ideo commisit Symoniã, c. 11. qui studet 1. q.
5. in nouo aũt Testamento author huius sceleris
fuit Simon Magus c. 19. Petrus 1. q. 1. Doct. in ru
brica de Symonia eam sic definiunt, vt. s. sit stu
diosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spi
rituale, vel spiritualitati annexũ, ideoq; vendere,
vel emere respectiuè vota sua pro obtinẽdo Prio
ratũ, Guardionatũ, vel alia, & quãcunq; dignita
tẽ, vel ordinẽ simoniacus est, c. si quis obiecerit 1.
quæst. 3. Item dare pastum, vel soluere aliquid
pro introitu monasterij, vel Ecclesiæ symonia-
cus est dans, & recipiens respectiuè, c. 1. c. ve-
niens de symonia, nec quantitas pecuniæ hic at-
tenditur, sed actus, nam etsi essent sex solidi
sufficerent ad declarandum quem symoniacũ,
mediatores autem & ipsi puniuntur, nam sine
gradu anathematizantur, cap. si quis Episcopus,
1. q. 1. Principales vero, qui dederunt pecuniã,
vt reciperent beneficium, vel dignitatem, aut or
dines, ipso iure intelliguntur priuati, & inhabi-
les ad eos, vel alios obtinen. cap. de hoc de symo
nia, recipiens verò pecuniam pro eius voto pri-
uatur, & inhabilitatur, vt supra ad hoc delictũ
probandum admittantur signa, & præsumptio-
nes, vt notat Abb. in cap. Sicut de symon. & ad
illud accusandum serui, meretrices, & criminosi
admittuntur, cap. Tanta eodem tit. de symon.
Homicidij pęna est depositio, cap. cum non ab
35 homine de iudic. & cap. inquisitionis in princ.
de accusat. & homicida nedum dicitur, qui oc-
cidit, sed etiam qui facto, consilio, præcepto,
lingua, vel adhortatione cooperatus fuerit, &
in quocunq; istorũ casuũ deponẽdus est, not. gl.
36 in c. sicut dignũ de homic. §. clericos, in ver. cõ-
siliũ, si quis malo studio, siue pro odio, et vindicta
ignẽ apposuerit, vel apponi fecerit, aut apposito-
rib. consiliũ, vel auxiliũ scienter tribuerit, ex cõl-
cetur, & si mortuus fuerit, careat sepultura, nec
absoluatur, nisi damnũ, &c. persoluat, & p annũ
pænitẽtia ei detur, vt Hyerosolimis, aut in Hi-
spania in seruitio Dei pmaneat, ita tex. in c. pessi-
mã 25. q. 8. Sodomię pæna de iure can. est deposi
tio, & ppetuus carcer, nihilominus ex const. Pij
Papæ V. Regulares hoc vitio vtẽtes mandat, vt
priuati intelligãtur, & degradati iudicib. secula-
ribus tradentur, quę constitutio est 70. in ordine
incipien. Horrendũ, &c. Lata tertio Calen. Sep-
tembris

Digitized by Google

ptembris anno 1568. Quæ vt in imo modo seruaretur ex constitutionibus Sancti Francisci, de obseruantia cap. 5. perpetuo incarcerati permanere coguntur. Sacrilegij pœna de iure ciuili est mors naturalis vt Salyc. in rubr. C. de crim. sacril. in fine, de iure autem canonico est depositio vt voluit Hostien. in summa tit. de accusa. §. quis sit effectus. versiculo & gratia exempli, si
39 quis regularis cognouerit mulierem nuptam, debet deponi & ad perpetuas carceres detruditur ita gloss. in c. lator in gloss. t. 2. quæst. 2. c. si quis clericus 81. distin. & efficitur infamis Abb. in c. at si clerici §. de adulterijs vers. sed circa,
40 de iudic. incestus est consanguineorum vel affinium abusus text. in c. lex illa 36. q. 1. Eius pœna tamen est depositio, vt Didacus super 4. decret. fol. 91. num. 3. & gloss. in cap. non debet 30. q. 1. Stuprum propriè loquendo est virginum defloratio c. lex illa 36. q. 1. illius pœna est depositio vt Abb. in c. at si clerici de iudic. nom. 34 & latè
41 Clarus §. stuprum versic. sed quæro. Pœna fornicationis simplicis erit suspensio, vt notat clarus §. fornicatio versic. sed quæro, tamen in prælato ex sola incontinentia debet deponi vt Abbas, in cap. monachi de stat. regul. num. 6. & regulares de consuetudine priuantur voce actiua & passiua per triennium & de loco illo pro totidem tempore debent exulare, & monachi incarcerantur, quia eius pœna est arbitraria vt Ioan. de Anan. in capit. significauit de adult. numer. 4. Felin. in cap. at si clerici de iudic. numer. 13. & sic Regulares & sic monachi raptores mulierum de iure Canonico deponuntur text. & ibi Abb. in cap. 2. de raptor. etiam &c. Si autem mulierem puram monialem raperet, tunc deponendus & perpetuo carceratus manet, etiamsi cognouerit carnaliter & non rapuerit cap. si quæ monachorum 27. quæst. 1. c. si quis episcopus 27. quæst. 1. De pœna criminis læsæ maiestatis Diuinæ vel humanæ, relinquitur vna species iniquis: s toribus & altera principibus: delicta huiusmodi sunt adeo inhumana, vt pœnam non inuenia condignam, quia nec mors sufficit ad ipsarum vindictam. Fures debent deponi cap. presbyter. 81. distinct. vbi gloss. in verbo capitis intelligit, & si furtum est graue vel fures in fragranti fuerint deprehensi tunc degradati a suis ordinibus in arctum monasterium seu carcerem debent detrudi vt voluit Hostien. in summa tit. de condit.
46 fur. in §. fin. Percussores excommunicantur a iu-
47 re cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. tamen Abbas &c. poterit eum absoluere cap. cum illorum de sententia excommun. capit. sententiam. ne clerici vel monachi. crimē falsitatis multis modis committitur, primo circa testes, secundo circa instrumenta, tertio circa scripturas, quarto & vltimo circa monetam: falsitas circa testes duobus modis contingit, celando veritatem, & exprimendo mendacium, si testis in iudicio citatus & iuratus, tacuerit veritatem peccat mortaliter, vt Rota decis. 372. nnmer. 2. de testibus. in nou. capit. vnicuique §. fi quoque. 2. quæst. 3. & iste occultans veritatem punitur ac si falsum diceret Nell. tract. de testibus num. 143. Tindar. tract. de testibus 1. quæst. num. 3 Bart. in l. 2. num. 14. Cod. si contra ius vel vtil. public. Anton. de Butr. in capit. super literis d. rescript. num. 9. Bonif. de Vitalin. clemen. testibus num. 65. de testibus Felin. consil. 50. numer. 23. Bero. in cap. super literis de sententia & re iud. nu. 3. Quia & hoc casu lædit Deum, iudicem, & partem Abb. in cap. 1. de crim. fals. numer. 1. & eius

testis falsitatis operatur, vt iudex committat iniquitatem Bero. in capit. quoniam contra de probat. numer. 4. & quia testis quomodocunque falsus debet puniri l. falsum Cod. si ex falso instrumento. ideo pro illius pœna erit deponendus & detrudendus ad arctum locum ca. si episcopus 50. distinct. vtens falso instrumento dicitur falsum committere l. maiorem Cod. de falsis. abradens instrumenta committit falsum Afflict. decis. 404. numer. 4. aperiens literas alterius tenetur de falso Bart. in l. Titio num. 3. ff. ad municipal. vendens eandem rem duobus incidit in falsum. Item si quis dixerit se Doctorem, cum non sit, notarium, vel equitem, Abbatem, Guardianum &c. incidunt in falsum vt Doctores in l. 1. & 2. C. ad leg. Cornel. de fals. Item fabricans falsam monetam, vel bonam circuncidens committit falsum & eadem pœna tenebitur ad alchimiam quouis modo exercendo incidit alchimitta in pœna infamię priuationis quarumuis dignitatum & inhabilitatis aliarum vt cap. 1. de crim. fals. Extrauag. comm. dicat summa Antonin. & Abb. quid sibi placeat cum ali-
48 ter Pontifex iubeat. Iniuria duobus modis committitur, factis vel verbis: factis, vt dixi in verbo percussiones, verbis vt si fiat conuicium: pœna huius delicti est satisfactio publica & ideo Doctores dicunt quòd est arbitraria §. in summa instit. de iniur. quia si iniuria publicè facta fuit, eidem publicè debet satisfieri, constitutionis tamen Sancti Francisci de obseruantia cap. 6. vltra pœnam disciplinæ, tenetur dicere culpam coram omnibus iniuratoque actio hæc tollitur spatio vnius anni vt gloss. in l. si non conuicij in gl. fin. C. de iniur. Item per conuersationem habitam cum offensore Clarus, §. iniuria, versi. Item tollitur. Item per remissionem expressam vt loco citato, hoc vnum tamen minime prætermittendum esse censeo, vt si quia aliquem iniuriauerit, & interest reipublicæ Christianæ scire talem iniuriam veram esse, & illam probauerit, tunc iniurians non debet puniri, sed si non expedit illam sciri meretur puniri Bart. in l. eum, qui nocentem in princip. ff. de pœnis & est communis opinio vt dixit Alexand. in l. 3. in princ.
49 numer 6. ff. de liber. & posthum. & quia calumniator ille dicitur, qui falsa crimina proponit vt in §. notandum secunda quæst. 3. & Anton. de Butrio in rub de calumnia & venit tunc puniendus calumniator eadem pœna, qua veniebat puniendus accusatus capit. 2. 2. quæst. 3. & Butrius ac Abb. in d. rubr. de calumniat. Regula-
50 res qui regunt, adeo cornua erexerunt, vt sibi ipsis licere præsumant facere decere, & statuere quod sibi placet, & inferiores pœnis minis & terroribus compellunt parere, condendo leges & statuta multoties contra ipsammet regulam, quam professi sunt, ideo huius voti semper fui vt regulares nullum ius nullamque authoritatem haberet condendi leges, primo quia authoritas leges condendi penes Principes repetitur l. princep. de legib. Secundo quia si regulæ ipsæ a sanctis institutæ non sunt seruandæ, nisi a summis Pontificibus fuerint confirmatæ, vt dixi in capit. 1. num. fin ergo multo minus poterunt regulares hoc facere: tertio nec concilium ipsum generale cum assistentia omnium Prælatorum tam secularium quam regularium, nisi a Pontifice fuerit confirmatum non tenet nec seruari debet, quia non ligat vt Naua. consil. primo de con stit. num. 5. ergo &c. Quarto si regulares volunt capitulum generale celebrare, summus Pontifex decla-

Digitized by Google

declarat quot Annis vt dixi in cap. 4. numer. 1. Si vendunt, alienant &c. non possunt extrauagan. Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien. &c. Et leges condere poterunt? absque confirmatione Sanctissimi D. N. Papæ semper hoc esse ridiculosum reputaui, maxime cum multæ ex constitutionibus suis derogent regulæ ipsi, vt non detur appellatio, vt maior imponatur pœna &c. & de similibus de quibus breuitati studens vlterius agere non insisto, vnum tamen prætermittere recuso, quòd cum de Iure Canonico ad quodlibet delictum statuta sit eius pœna modo & forma, de qua supra, aliqui expellunt monachos de suo monasterio, qui postea in habitu seculari euagantur per ciuitatem in scandalum Christi fidelium, & animæ ipsorum detrimentum non modicum quia si regularis vbi profitetur ibi etiam perpetuo seruire tenetur vt Nauar. cons. 5. num. 1. de regular. non debent ergo eum eijcere superiores quia ex delicto acquirunt libertatem.

De eadem materia de Pœnis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio quid sit.*
2 *Iudex ferens suspensionem sine causa quas pœnas incurrat.*
3 *Suspensionem violans quando efficiatur irregularis.*
4 *Episcopus non ligatur suspensione aliqua nisi de eo fuerit facta specialis mentio.*
5 *Episcopus in quib casib incurrat suspensionem.*
6 *Suspensus ad tempus, lapso tempore eo ipso absoluitur a suspensione.*

1 Suspensio est censura Ecclesiastica, qua alicui personæ Ecclesiasticæ inhibetur exercitium officij sui. Nau. loc. cit. num. 151.

Suspensio ferenda est monitione præmissa sicut & excommunicatio, & interdictum, Innoc. in c. 1. de excess. prel. Abb. in c. reprehensibilis, de appell.

2 Ferri debet in scripto, & cum expressione causæ rationabilis, propter quam fertur, aliter iudex ferens illam incurreret ipso facto suspensionem a Diuinis, & ab ingressu Ecclesiæ per mensem, c. cum medicinalis, de sent. excom. in 6. cit.

Non suspenditur suspensio appellatione, sicut neque interdictum si appellatum fuerit post ipsius prolationem, cas. cui. loc. cit.

3 Suspensus ab exercitio alicuius certi Ordinis nō intelligitur suspensus ab exercitio ordinis inferioris, vt suspensus ab ordine Sacerdotali non est suspensus quo ad Diaconatum, & potest exercere officium Diaconi, & suspensus ab exercitio Pontificalium, solum est suspensus ab illis quæ dependent ab ordine Pontificali, sed officium Sacerdotale licitè exercere potest, è contra autē suspensus ab inferiori, etiam quoad omnes superiores ordines manet suspensus, vt suspensus a Diaconatu, Sacerdotale officium exercere non debet, & suspensus a Sacerdotio Pontificalia exercere non potest. Arm. loc. cit. num. 9. 12. Nau. loc. cit. nu. 163. Ang. loc. cit.

Suspensus ab administratione, aut a beneficio non censetur suspensus ab Ordine, & ab alijs quæ non sunt connexa actui, a quo est suspensus. Nauar. loc. cit. num. 160. nam in tantum suspensio ligat, in quantum exprimit iudex in sententia, vnde iudex semper exprimere debet a quib. actibus suspendere intēdat. Diaz. in prax. crim. c. 121.

Suspensus item ab ingressu Ecclesiæ efficitur irregularis si in ea exerceat actum aliquem ordini sacro deputatum, loc. cit. si tamen exerceat vel celebret domi vel in oratorio priuato, nullam contrahit irregularitatem: similiter suspensus ab ingressu vnius Ecclesiæ licitè in alia exercere potest officium suum. Arm. verb. suspensio. num. 8. Ang. ver. suspensio. 3. num. 3.

Nullus etiam suspensus, præterquam ille, qui suspenditur a Diuinis siue absolute siue in aliquo loco, incurrit irregularitatem contraueniendo suspensioni, licet peccet. Fel. in cap. Apostolicæ, nu. 13. de except. & suspensus a Diuinis tum demum incurrit irregularitatem, si exercet actū alicui ordini sacro specialiter deputatum, dicitur autem actus ordini deputatus cuius faciendi specialis potestas traditur in ordinatione. Nau. loc. cit. num. 163. vbi etiam actum prædicandi vult esse actum Ordini sacro, Diaconatui videlicet deputatum, & suspensum a prædicatione, licet non fiat irregularis celebrando, fieri tamen irregularem si prædicet, cui tamen oppositum tenet Armil. loc. cit. num. 15.

Suspensus etiam vitari debet in illis actibus, a quibus est suspensus. Nau. loc. cit.

Quæ autem crimina digna sint suspensione, certa regula dari non potest, vt testatur Abb. in c. at si clerici, de iudic. Diaz. loc. ci. a iure vero latæ suspensiones numerantur apud Sylu. verb. suspensio. §. 6. nu. quadragesimo, apud Arm. loc. ci. nu. 16. nu. trigesimono, quò lectorē remittimus.

4 Illud adhuc Notabiliter hic de hac materia sciendum est Episcopum nunquam incurrere suspensionem vel censuram aliquam iuris vel hominis, nisi de ipso fiat expressa mentio. c. quia periculosum, de senten. excomm. in 6. cit. Casus autem in quibus expressè suspenditur Episcopus, quorum etiam sparsim aliquos suis locis retulimus, sunt.

5 Ordinans aliquem sine literis dimissorijs proprij Ordinarij suspenditur a collatione eorum ordinum per annum. Conc. Trid. sess. 23. c. 8. de refor.

Pontificalia exercens, vel etiam solos calices, corporalia benedicens in aliena Diœcesi sine licētia Episcopi loci, efficitur suspensus ab exercitio Pontificalium. idem Conc. sess. 6. c. 5. de ref. Nau. consil. 69. nu. 1. de sent. excom.

Ordinās infantem, illiteratum, bigamum, solemniter pœnitentem, vel indignum, suspenditur per annum ab ordinum collatione, in quib. peccauit, c. fi. de temp. ord. in 6. c. si qui Episcopi. 1. q. 1. c. nullus, 55. dist.

Ordinans aliquem vno die ad duos sacros Ordines vel die sabbati ad vnū, sequenti vero Dominica ad alterum, licet continuato ieiunio, suspenditur a collatione eorundem ordinum quousq; dispensetur a Papa. ca. literas, de temp. ord. quod & Conc. cit. prohibuit sess. 23. c. 13. de ref.

Ordinans religiosum non professum sine titulo seu prouisione, suspenditur a collatione eorundem ordinū ex Bulla Pij. V. supra a nobis relata.

Ordinans aliquē accepta ab eo promissione, quod ipsum non molestabit de prouisione ad quam promouetur, suspenditur per triennium a collatione ordinum, c. si quis, de simon.

Occupans fructus beneficij vacantis, cuius collatio ad ipsum spectat, vltra moderationē extrauag. suscepti, de elect. Ioan. 22. suspenditur a Pontificalibus, & ab ingressu Ecclesiæ, non absoluendus donec accepta restituat. Similiter occupans

Digitized by Google

res derelictas clerici, nisi aliquo priuilegio vel cō suetudine legitimé præscripta hoc ipsi competat, suspenditur donec ablata restituat. c. præsenti de off. ord. in 6.

Non visitans limina Apostolorum iuxta præscriptum constitutionis Six. Papę V. supra relatæ suspenditur ab ingressu Ecclesiæ, & ab administratione spiritualium, & temporalium, donec a sede Apostolica obtinuerit absolutionem.

Negligens procedere contra inculpatos de hęresi, odij, amoris, aut commodi temporalis obtentu, vel aliquem malitiosè inculpans de hæresi. & suspenditur ipso facto ab officio per triennium. Clem. 1. de hæret.

Non conuocans clerum suæ Diæcesis, vt ipsi publicet gesta in synodo Prouinciali intra sex mēses post ipsius synodi celebrationem, suspenditur per duos menses, c. vlt. 18. dist. quam tamen suspensionem dicit non esse in vsu Suarez. tom. 5. dist. 33. sect. 5. num. 7. multæ aliæ iuris suspensiones sunt contra Episcopos per totam distinctionem 30. quas tamen non esse latæ sententiæ, sed ferendę notat gl. in c. 2. de foro comp. cum enim iudex vel Canon præcipit quid fieri sub pęna suspensionis, vel excommunicationis, etiamsi vtatur verbo sit excommunicatus, vel excommunicetur non obediens, non statim talis erit suspensus, vel excommunicatus, cum ista verba significent potius comminationem, sed poterit illa pęna poniri, si non paruerit, Nau. cit. c. 27. nu. 12.

6 Ad extremum notandum quod suspensus, vel etiam interdictus ad tempus, adueniente tempore, ipso facto est absolutus nec indiget alia absolutione. Arm. loc. cit. nu. 21.

Durante autem tempore suspensionis incursæ a iure ob delictum commissum, non potest totaliter absolui, sed dispensatiuè potest ipsi moderari pœnam Episcopus. Nau. loc. cit. num. 162. si vero suspensio fuerit inflicta a iure ob contumaciam, absoluere ab illa poterit Episcopus, nisi conditor Canonis sibi reseruauerit absolutionem, c. nuper. de senten. excommun. suspensionem autē ab homine latam nemo absoluere potest, nisi qui eam tulit, vel eius superior, seu successor, c. Pastoralis de off. ord. ibique Fel. num. 9. vbi sex limitationes circa hoc refert.

SVMMARIVM.

7 *Excommunicatio quomodo sit ferenda.*
8 *Excommunicatio quando non ligat.*
9 *Excommunicatio ad finem reuelationis.*
10 *Reuelare quis non teneatur.*
11 *Excommunicatus vitari non debet, nisi sit denunciatus.*
12 *Excommunicatus notorius ad effectum, vt euitetur, quis dicatur.*
13 *Excommunicatus a quo absoluendus.*

EXcommunicatio quoq; est censura Ecclesiastica eo grauior præcedentibus, quod priuat non solum participatione in diuinis, sed etiam in humanis cum fidelibus, vt definit excommunicationem maiorem Host. in sum. hoc tit. nu. 1.

Fertur alia a iure propter futurum delictum, idque non nisi si fuerit mortale, c. nemo, 11. q. 3. Et in hac nulla requiritur pręcedens monitio, sed ipse Canon facit pro monitione, Innoc. in ca. sacro, de sent. excom. cit. Alia fertur ab homine. & hæc non nisi trina monitione præmissa ferri debet, c. sacro. cit. c. statuimus, c. constitutionem. eo. tit. in 6. iun. gl. nec sufficeret vna pro trib. Felin. in c. cum sit Romana, nu. 19 de appel. sufficeret tamen, si in vna monitione ponantur tria interstitia videlicet primo pro prima, Secundo pro secū
7 da, & tertio, pro terna cum suis interuallis ad minus sex dierum pro quolibet, vt praxi curiæ quotidiana obseruatur, & facit tex. in ca. constitutionem, cit. similiter, & in ferenda declaratoria excōmunicationis requiritur præcedens monitio, gl. in Clem. præsenti, de censib. ver. constiterit, Nauar. cons. 9. num. 4. de sent. excom.

Monitio autem debet esse personalis, Innoc. in c. si aduersarius, de eo qui mitt. in possess. Cou. in c. alma mater. par. 1. §. 9. nisi reus malitiosè latitaret, quod præsumitur de clerico non residente. Genuen. in prax. c. 29. nu. 12. vel si impedit quominus moneatur, seu si non detur ad illum tutus accessus, c. quoniam frequenter, vt lite non cōst. His tamen casib. non sufficit, quod constet iudici de aliqua causa pręmissarum priuatim, sed debet hoc constare in actis, ita quod Nuncius legalis primo faciat diligentiam de inuenienda persona, & facta relatione ad acta, quod non potuerit inuenire, cum attestatione duorū testium, denuo citet in loco solito habitationis, argu. tex. ca. sacro, cit. Maran. par. 6. de cit. nu. 126. Sufficit enā si prima citatio tantum fuerit personalis, reliquę vero in audientia contradictarum seu ad valuas Ecclesiæ. Genuen. & auctores cit.

Et in tantum quidem monitiones sunt necessario præmittendę ante prolationem excōmunicationis, quod iudex excōmunicans illis non præmissis ipso facto incurrit suspensionē ab ingressu Ecclesiæ per mensem, c. sacro, ci. Nisi excommunicaret sine monitione in casu, quo esset periculū in mora, Felin. vbi sup. nu. 21. vel nisi excommunicaret in defensione iuris proprij, vt cū turbatur ipsius iurisdictio, ca. dilecto, loc. cit. in 6. & diximus alias ex Innoc. in ca. venerabili, de censib.

Debet item ferri excommunicatio ex causa iusta, exprimenda in ipsa sententia, & non solo verbo ferri debet, sed in scriptis, & eius copia tradenda est reo si petatur, & contra faciens iudex suspēditur quoq; ipso iure per mensem vnum a Diuinis officijs, & ab ingressu Ecclesię, c. 1. lo. cit. in 6. qua tamen suspensione, vt neq; præcedenti, non ligatur eps, cum in iurib. allegatis non fiat de eo specialis mentio. arg. tex. c. qa piculosum, hoc eo. ti. in 6. & notat Nau. loc. ci. nu. 8. vt sup. diximus.

Tenet tamen excōmunicatio lata sine monitione, vel non seruato iuris ordine, licet puniatur iudex, vt diximus, gl. ver. probari, & verbo iusta, c. sacro, cit. Nau. vbi sup. Nisi quod excōmunicatio maior lata contra participantes cum excommunicatis est omnino nulla si non præmittatur monitio, c. statuimus, cit. in 6. similiter sententia declaratoria incursę excōmunicationis, si illā non præcesserit monitio, est nulla, Felin. in c. Rodulphus, num. 41. de rescript. Alb. oliua, titu. 3. nu. 8.

Nulla item est excommunicatio, si feratur a iudice incompetenti, c. nullus, de Parochijs.

Et si feratur post appellationem interpositam, capit. ad præsentiam, de appell. Vel si continet intolerabilem iuris errorem, vt si quis excommunicetur, quia non fecit peccatum mortale, cap. qui resistit, 11. quæst. 3. Nau. loc. cit. nu. 4. Vel vbi prælatus excommunicat subditum contra priuilegij sui tenorem, c. cum Capella, c. quanto. de priuil. Vel si iudex ferens sententiam, non intendit ligare, excommunicatio enim sumit vires ab intentione. Abb. in cap. ex parte 1. de off. ord. Ang. ver. excommunicatio, 3. nu. 16. Arm. eo. nu. 16. Item est nulla excommunicatio si feratur a

delegato in casu sibi non permisso, vel contra delegantis intentionem, c. fin. de præben. Vel si fecerit a iudice interdicto, suspenso, vel excommunicato, gl. in c. præsenti, hoc tit. in 6. ver. ad cautelam, quæ colligit plures casus nullitatis excommunicationis, & suspensum intellige, vt sit suspēsus a iurisdictione, nam ab ordine tantum suspensus potest facere ea, quę sunt iurisdictionis, & tenet ipsius excommunicatio, sicut & suspensus a iurisdictione potest ea, quæ sunt ordinis. Armil. ver. excom. cit. num. 16.

Pęna excommunicationis in contractu etiam sponte apposita, iudex non debet punire, aut declarare excommunicatum contrauenientem contractui, quod etiam ordinauit vtiliter Pius V. in reformatione tribunalis Aud. Cam. in hęc verba.

Neuê quisquam ratione sui consensus in contractu, seu quasi contractu, aut alias in iudicio vel extra iudicium per se vel alium quocunque modo etiam in susceptione, quam vocant censurarū, de cetero præstiti, purè aut sub conditione, aut in diem, censuris Ecclesiasticis innodetur aut innodatus declaretur.

Præter præmissa quo ad modum ferendæ excommunicationis salubriter ordinauit Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor. vt videlicet iudex excommunicationem non ex quauis causa vel leui ferat, sed contumaces potius puniat alijs pœnis, & ad excommunicationem non procedat nisi tum demum, cum executio realis vel personalis haberi non potest.

Præterea vt monitoria ad finem reuelationis cum pœna excommunicationis dari solita, non concedantur de facili, & non nisi pro re graui, & non nisi per ipsummet episcopum. Posse tamen illa concedi etiam per Vicarium generalem episcopi, si hęc facultas ipsi fuerit expresse ab episcopo concessa, respondit sæpius Sac. Congr. Conc. vt testatur Genuen. in prax. c. 1. num. 1.

9 Et de istorum modo cum in praxi frequenter occurrant, plura nobis annotanda sunt. Vnde primo videnda est forma, quam præscripsit Pius V. circa concessionem huiusmodi monitoriorum seruandam, & est talis.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Pius Diuina prouidentia Papa V. volens super expeditione mandatorum, quæ fiunt in forma Significauit pro rerum subtractarum aut deperditarum restitutione, seu illarum, & illas subtrahentium reuelatione, modum, & formam statuere (manēte in alijs reformatione officij correctoris litterarum contradictarum a Sanctitate sua edita) præsenti, quod perpetuo obseruari vult, scripto, ordinat, vt mandata pro restitutione seu reuelatione huiusmodi dentur (modo super illis supplicationes in præsentia suę Sāctitatis signatę fuerint) ad eorum duntaxat instantiam, quorum ciuiliter interest. Quæ supplicationes rem ipsam, de qua agitur, eiq; valorem, nominatim, & specifice exprimant, nisi forte sint pro Ecclesijs, locis pijs, cōmunitatib. vniuersitatib. collegijs, aut vniuersalibus successorib. quos verisimile est certam rerum notitiam non habere, tunc etenim hac ipsa personarum qualitate expressa, ita demum ferri poterit quædam in genere designatio rerum, si designatio neq; nimis vaga, & incerta, atq; adeo inuerisimilis sit, & tamē ostendat res ipsas (id quod præcipue in omnibus attendendum est) minimè vulgares existere, &c.

Publicata Rom. in Cancel. Apost. ann. Incar. Dom. 1570. die 27. Iunij.

Illud præterea in istis monitorijs tenendū est, vt formentur contra detentorem non restituentem, & contra scientes, & non reuelantes. Si. n. cōtra scientes, & non reuelantes tantum ponātur, dubium esset, an ligarent ipsum detentorē, stante inter doctores quæstione cōtrouersa, & indecisa an aliquis teneatur reuelare contra seipsū, de qua opinionum varietate testatur Genuen. loc. cit. c. 2.

Licet autem formetur modo prædicto monitorium etiam contra detinentem, adhuc tamen detentor non teneretur restituere si deuenerit ad paupertatem, nec habeat quod restituat. Sil. Nupt. lib. 3. verb. monitoriæ, num. 56. Neq; si ipsi ex restitutione immineret aliquod damnum honoris, bonæ famæ, & eo maximè si non adesset modus restituendi saltem per subordinatam personam sine periculo diffamationis, argumento tex. c. officij, de pœnit. Item si credit se possidere iuste, vel in recompensam; tanto magis si id facit ex cōsilio peritorum; & si lis pendet indecisa, & est dubia. Genuen. loc. cit. a num. 1.

10 Neq; tenetur sciens reuelare, si peccatū fuerit occultum, vel peccator siue detentor sit emendatus, seu probabiliter sit emendādus fraterna correctione.

Et si scit ex audito tātum incertæ personæ, vel leuis. Item si sciat detentorem, detinere rem iuste, vel in recompensam. Vel si nouit per solam Sacramentalem confessionem aut consultationē secretam. Nau. in comm. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & in Man. c. 25. nu. 46. Neq; item sciens tenetur reuelare, si timet verisimiliter ex reuelatione sibi graues inimicitias, seu damnum futurum. Fel. in c. dilectorum, nu. 3. de test. cogen.

Neq; Priuilegiati, & qui de iure testificari non tenentur, vt enumerantur, in l. Iulia. ff. de testib. reuelare tenentur, nisi in defectu aliorum testiū. Nau. loc. cit. nu. 50. Genuen. loc. cit. nu. 3. Inhabiles autem ad testificandum tenentur reuelare, quia licet non probent, faciunt tamen præsumptionē aliorum reuelationes, vt notat glo. in ver. ad testimonium, c. 1. de testib. in 6. Franch. ibid.

Neq; ligantur monitorio, qui tēpore, quo promulgatur, & decurrit tempus incurrendæ excōmunicationis, degunt extra territoriū Iudicis monentis. Genuen. cit. Neq; illi, quos pars vel iudex non præsumitur velle excommunicare, vt pater filium, maritus vxorē non præsumuntur velle excōmunicare, licet etiam illi teneantur ad restitutionem. Sil. Nupt. loc. cit. Nau. cit. c. 27. nu. 14.

Vlterius circa eadē monitoria aduertendum est, cum non sint cōcedēda nisi pro re graui, quęnam res sit æstimanda grauis, relinqui arbitrio Episcopi, qui considerata loci consuetudine vel paupertate petentis, hoc iudicabit, respectu n. personæ pauperis petentis posset dici summa viginti vel triginta ducatorum sufficiens ad concedendū monitorium, quę tamen in alia persona diuite pro leui reputari posset. Romana autem curia, & plerīq; alij loci seruant, vt non concedantur monitoria nisi pro summa non minus ducatorum quinquaginta, vt testatur Zer. verb. excom. materia. nu. 1. Genuen. loc. cit. c. 1. num. 3.

Non sunt item concedenda nisi in subsidium, & quando veritas aliter haberi non potest. Vnde si sciretur detentor, et posset contra ipsum agi via ordinaria, non deberent concedi monitoria, nisi deessent testes ad probādum, tunc. n. possent moneri qui scirent, vt testificētur. Silua. Nupt. lo. cit.

Receptus

Digitized by Google

Receptis autem reuelationibus, si quidem nihil contineant infamatorium, vel criminale, tradenda est ipsarum copia actori, vt ex illis probet suam intentionem coram iudice competenti. Si autem contineant quid infamatorium, vel ex quo intendi posset actio criminalis, non debet ipsarum copia tradi propter periculum irregularitatis, quæ sequi posset ex morte, vel mẽbri amissione rei ob criminalitatem huiusmodi forte infligenda, sed moneri potest detentor, & repetitis testimonijs cum iuramento & citato detentore ad dicendum quare non debeat declarari, si pertinaciter non restituat, posset declarari excommunicatus ob non restitutionem, quem modum procedendi tradit Sil. Nupt. Neuizan. loc. cit. Tutius tamen esset si in criminalibus, & infamatorijs, vel vbi sequeretur scandalum, non concedantur monitoria huiusmodi, vt docet Genuen. cit. c. 1. num. 7.

Eædem excommunicationes morte eius, qui eas tulit siue naturali siue ciuili, vt si ab officio remoueatur, expirant, si mors sequatur antequã incurrerentur. gloss. in verb. non nisi, c. a nobis, 1. de senten. excommun. ibique Abb. et omnes communiter.

Sciendum præterea, si iudex præcipiat aliquid sub pęna excommunicationis, ista verba esse comminatoria, nec contrauenientem incurrere excommunicationem ipso facto, sed esse excommunicandum, vt & supra diximus. Si autem prohibeatur sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, quod facere potest iudex pro futuris delictis, tunc non est dubium quod perpetrato delicto statim excommunicatio incurritur. Similiter & si dicat iudex, nisi infra decem dies paruerit, excommunico, lapso enim termino reus tenetur abstinere a participatione cũ fidelibus. Felin. in c. Rodulphus, de rescrip. num. 35. nisi excusetur iuris, vel facti ignorantia probabili, Nau. loc. cit. c. 27. num. 16.

31 Quo autem ad alios, vt teneantur euitare excommunicatum, non sufficit excommunicatio incursa, sed requiritur, vt sit publicata, & denunciata, Fel. loc. cit. Couar. in cap. alma mater, cit. §. 7. & fuit ordinatum a Leo. X. in Conc. Lateran. in concordatis Galliæ, in hæc verba.

Statuimus insuper quod ad euitandum scandala, & multa pericula subueniendumque conscientijs timoratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione aut alijs quibuscunq; diuinis, vel etiam prætextu cuiuscunque sententiæ aut censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter permulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquẽ vitare, vel interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit, vel contra personam, collegium, vniuersitatem Ecclesiasticam aut locum certum aut certam, a iudice publicata, & denunciata specialiter, & expresse, aut si notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, cum a communione illius abstinere volumus iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari, &c.

32 Vnde patet solos excõmunicatos declaratos, et notorios esse euitandos. Nomine autem notorij hoc loco solum percussorem clerici notorium euidentia facti, quod tergiuersatione celari non possit intelligendum esse, communis Doctorum interpretandi vsus obtinuit, ita quod alij notorij etiamsi euidenter constet ipsos fuisse excommunicatos siue a iure siue ab homine, vitari non debent, antequam fuerint denunciati, loc. cit. Gutier. lib. 1. Can. q. c. 1. eamque extrauagantem esse vsu receptam cum ista limitatione, vt intelligatur notorium de solo percussore clerici, concedit Nau. loc. cit. num. 35. & tanto magis, quia innititur decreto Concilij Basiliensis, quod solos percussores clerici notorios decreuit euitandos, quod decretum refert Felin. loc. cit. num. 39. in hæc verba.

Insuper ad euitanda scandala, & multa pericula, quæ conscientijs timoratis contingere possent misericorditer indulgemus, vt nemo deinceps a communicatione alicuius, sacramentorũ administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunq; Diuinis intus, vel extra prætextu cuiuscunq; censuræ a iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, vel censura huiusmodi fuerit publicata, vel denunciata specialiter, & expresse, non obstantib. cõstitutionibus, &c. saluo si quem pro sacrilega manuum in clericos iniectione sententiam latam a Canone adeo notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo suffragio excasari, nam a communione illius, licet denunciatus nõ fuerit, volumus abstineri iuxta canonicas sãctiones, etc.

Vide eadem relata apud Nau. in ca. 1. §. laboret, de pęn. dist. 6.

Sciendum item, quod non potest excommunicari vniuersitas, collegium, vel capitulum, si tamen de facto excommunicaretur, ligaret excõmunicatio, c. Romanæ, hoc tit. in 6. iun. glo. ver. penitus. Et tanto magis esset valida si in ea apponeretur clausula: excommunicamus Capitulũ, & singulas illius personas, quæ fuerunt culpabiles. Nau. cons. 7. & 8. hoc tit. & tunc ligarentur illi solũ, qui essent in culpa, Coua. lib. 2. var. res. c. 8.

Non potest etiam aliquis excommunicare seipsum, neq; æqualem, neq; superiorem, c. cum inferior, 21. dist. vnde Episcopus licet delinquat contra suum statutum habens annexam excommunicationem, non erit excommunicatus, Host. in Sum. hoc tit. nu. 6. Arm. loc. cit. num. 25. Nau. loc. cit. c. 27. num. 6.

Semel autem excommunicatus, & denunciatus semper euitari debet, donec constiterit de absolutione, glo. in ver. de absolutione, in c. proposuit. de cler. excom. ministr. Arm. loc. cit. nu. 62.

Ad hæc sciendum, quod excommunicatus exercens actum aliquem ordini sacro deputatum incurrit irregularitatem Papę reseruatam, c. 2. de cler. excom. cit. c. is qui. hoc nostro tit. in 6.

Eam tamen nõ incurrit excommunicatus minori excommunicatione, c. si celebrat, loc. ci. de cle. excom. Vltra quod excommunicatio hęc minor nõ est in vsu, nisi in casu participationis cum excommunicato maiori excommunicatione, vt testatur Nau. loc. cit. nu. 25. Immo & in dubio nõ præsumitur de minore, sed de maiore c. pen. hoc tit. licet alias in pęnalib. semper præsumendũ sit de minore pęna, c. in pęnis, de reg. iu. in 6. Neq; ille irregularitatem incurrit, qui appellat a sententia excommunicationis, quã probabiliter dubitat esse validam, licet postea declaretur male appellasse.

lasse, Fel. in c. Rodulphus, cit. num. 41. Nau. cit. c. 25. num. 104.

Neque in casibus, in quibus communi sensu subintelligitur tum demum incurrere excommunicationem si non paruerit absq; iusta causa, in talib. enim non censetur quis pro excommunicato nisi postquam per iudicem fuerit declaratum eum ob non paritionem excommunicationem incurrisse, quales sunt omnes excommunicationes latæ a iure, & mandata iudicum, v. g. sit excommunicatus ipso facto nisi paruerit, & similia, & ita decisum fuisse in Rota Ro. testatur, Felin. cit. in c. ad probandum, nu. 6. de re iudic. Vnde & pensionarius non soluens pensionem in termino sub pœna excommunicationis latæ sententiæ sibi præfixo, non est excommunicatus nec efficitur irregularis celebrando ex quo credit excusatum se fore impotentia soluendi, concordia, vel bonitate pensionarij donec ille, cui debetur pensio, id declaret, & ita praxim communem seruare testatur Nau. c. 13. nu. 104. & c. 27. cit. num. 15.

Sciendum item quod excommunicatio non suspenditur appellatione interposita post latam sententiam, cap. is cui. hoc tit. in 6. Declaratio tamen excommunicationis appellatione suspenditur, gl. in ver. priuatos, in c. cupientes, de elect. in 6. ver. priuatos, Fel. in c. Rodulphus, cit. num. 43. ita quod licite communicari possit sic declaratio, nec ipse celebrans incurret irregularitatem, si dubitet de valore excommunicationis, seu confidit suæ appellationi, vt diximus. securius tamen est in talib. abstinere ab illis actibus quibus irregularitas inducitur, cum vulgatum sit etiam iniustã excõmunicationem ligare, & id quod salutarius est animæ esse sequendum.

Quod autem ad absolutionem excommunica-
13 tionis attinet, ab excommunicatione minore absoluere potest quilibet confessor approbatus. ca. nuper. hoc tit. Ab excommunicatione vero maiore a iure lata, si conditor canonis illam sibi non reseruauit, absoluere debet Prælatus seu Episcopus. Nau. cit. c. 27. num. 39. & fuit dictum supra de foro pœnitentiali; ab excommunicatione denuo ab homine lata nemo alius absoluere potest nisi qui eam tulit, vel ipsius successor, vel superior Host. loc. cit. num. 12. §. si vero.

Absolutio item ab excommunicatione potest concedi ad tempus tantum cum reincidentia, vt si velit iudex absoluere aliquem ad effectum, vt possit ferre testimonium, gl. fin. in ca. veniens, de testibus. Abb. ib. vel si concedenda sit absolutio ad cautelam, de qua Quar. ver. Archiep. auctor. num. 14. Genuen. loc. cit. c. 5. & nos infra de appell. aliqua referemus. Suspendi autem excommunicatio non potest, sed vel statim ligat vel statim nulla est, c. pastoralis, de appell. gl. in c. dilectus, ver. suspendendum, & alia, in c. ad hæc quoniam, ver. interdictum, ib. licet interdictum possit suspendi, loc. cit. & glo. 1. in c. præsenti, hoc tit. de sent. excom. in 6.

Vltimo excommunicatio tolli potest de consensu partis, antequam incurratur, postquam tamen esset incursa superuenienti consensu non tolleretur, nec potest differri, ita vt semel sublata, lapso termino de partis consensu in quo debebat incurri, iterum alio termino arbitrio partis incurratur, nisi prorogatio huiusmodi termini fiat iudicis authoritate, excommunicatio enim nõ potest nasci ex pacto, sed ex iudicis authoritate, Bal. in l. tale pactum, ff. de pactis, Ang. ver. excommunicatio, 1. nu. 21. Nau. cit. c. 27. num. 15.

SVMMARIVM.

14 *Carceris pœna ex quibus causis sit infligenda.*
15 *Carcer infamat.*
16 *Verborum pœna est in iure vsitata.*
17 *Torqueri non debet clericus nisi præcesserint grauia indicia.*
18 *Depositionis pœna quibus casibus infligenda.*
19 *Degradatio in quibus casibus facienda.*
20 *Bannum Episcopi extenditur tantum per ipsius Diœcesim.*
21 *Priuari nemo debet beneficio nisi in casibus in iure expressis.*
22 *Pœnam pecuniariam, quando possit retinere sibi iudex.*

Corporales pœnæ sunt, Carceris perpetui. & hæc pœna non debet imponi clericis nisi in casibus a iure expressis, c. penul. & vlt. de hære. & non nisi in casibus, quibus de iure ciuili esset imponenda pœna mortis, non simplex, sed cum aliqua qualitate atroci, vt ignis, membrorum lacerationis, Diaz. in prac. crim. c. 129. Hoc tamen casu prouidendum est, ne ex defectu iuris, vel cibi carceratos moriatur. Abb. in ca. a nobis, de apostat. sequuta enim morte quã arctitudo carceris vel fames causaret, iudex efficeretur irregularis, Card. in Clem. 1. de pœnit. & remiss. q. 7.

14 Carcerari etiam potest clericus causa custodiæ, & in vinculis detineri, licet agatur ciuiliter, si nimirum sit suspectus de fuga, c. si clericos, de senten. excomm. in 6. c. dilectis, de appell. Carcer tamen non debet esse squallidus, & immundus nec corporis afflictiuus, & cauendum est ne carceratio passim fiat, nec leui de causa, sed habita prius informatione, & indicijs, cum carceratio ipsa in-
15 famet, & generet præiudicium irreparabile, vt notat Fel. in c. cum super. de re iud. c. nu. 17. Iason in l. 4. § condemnatum, ff. de re iudic. quia & sola accusatione opinio hominis grauatur. Arch. in c. tantis 85. dist. & iudex carcerans iniuste pœnam excommunicationis non effugit. c. si clericos, cit. Genuen. in prax. c. 34.

Possunt et laici carcerari a Iudice Ecclesiastico in criminibus Ecclesiasticis. Clem. 1. de hæret. Auster. de potestat. Eccles. in Laicos. sub principium.

Ad capturam autem carcerãdorum, laicorum ministerio vti potest, nec incurrunt tum laici pœnam excommunicationis capiendo clericum vel etiam percutiendo si se defendat, & si aliter detineri non possit Host. in Sum. loc. cit. de senten. excom. nu. 4. Ang. verbo excom. 5. num. 6.

16 Verberum quoque pœna est vsitata. cap. 1. de calumniatoribus, cap. fin. 35. distinct. sed non nisi per clericum clerico verbera sunt infligenda, vel per ipsummet Iudicem. c. vniuersitatis, loc. cit. de senten. excommun. Episcopus tamen ipse neminem debet percutere. cap. non liceat 86. distinct. Caueri etiam debet vt citra mortis, & membrorum læsionis periculum verbera infligantur, & citra sanguinis effusionem, c. in archiepiscopatu. de raptor. si tamen casu succederet sanguinis effusio, non propter hoc sequeretur irregularitas, cum hæc non inducatur nisi morte vel membri abscissione causata. Diaz loc. cit. c. 125. Abstinere item debet iudex quam maxime ab huiusmodi pœnis corporalibus, & non nisi in grauissimis culpis illis vti, & facilius contra minores clericos, quam sacerdotes, vt monet Archid. in ca. vlt. cit. 35. dist.

Huc

Digitized by Google

17 Huc pertinet quod clericus pro crimine torqueri potest Diaz. loco cit. cap. 117. dummodo prius extent contra ipsum magna, & violenta indicia ad minus per duos testes probata, & qđ fuerit infamatus de eo crimine. Siman. de Cath. institut. titul. 65. num. 14. nam propter testimoniũ vnius qui fuit particeps criminis nemo torquendus est, nisi alia suffragẽtur. Boer. decis. 319. neque ad vnius testis bonæ famæ, si reus etiam habeat adminicula integræ conuersationis, alioquin si fuerit infamatus, & suspectus, ad vnius testis bonæ famæ relationem torqueri posset, cũ hæc faciat semiplenam probationem. Simanc. cit. num. 25. Confessio autem extraiudicialiter facta, licet regulariter in clerico non sufficiat ad torturam, Diaz. loc. cit. Aufrer. de potest. secul. Reg. 3. fall. 3. contrarium tamen vsu seruatur, vt refert Boss. de iudicijs. nu. 103. Genuen. cit. c. 70. nu. 17. Tortura eadem non deberet infligi clericis per laicos, tamen vsus obtinuit contrarium. Aufrer. vbi supr. Zerol. verb. excomm. efficiens. num. 8.

Pęna corporalis quoque est damnatio ad triremes in Italia vsitatissima, de qua Diaz. cit. cap. 135. Et hac damnati clerici, si damnentur ad vitam, degradantur prius, si vero ad tempus, deponuntur tantum verbaliter, & vtroque casu licite vapulantur a ministris triremium. Zerol. cit. par. 2. verb. excom. nu. 19.

18 Depositionis pęna ex qua remouetur clericus ab altaris ministerio. de qua in c. at si clerici. de Iudic. Abb. ibidem. depositio videlicet verbalis quæ fit sine solemnitatib. vt infra, & de hac intelliguntur iura in dubio, cum loquuntur de depositione, quia nimirum est leuior. Abb. in c. ad abolendam de Hæret.

Nemo autem deponi debet nisi in casibus a iure expressis, vel in illis tantum, in quibus ius ciuile imponit pęnam mortis Fel. in c. qualiter, 2. de accusat. num. 25. Dec. vero in cap. at si clerici. cit. num. 20. tenet arbitrarium esse iudici, quando debeat, infligere hanc pęnam, immo omnes pęnæ hoc tempore sunt arbitrariæ iudici, ita quod possit pro arbitrio eas augere vel minuere. Cou. lib. 2. var. resol. c. 9. num. 8. Maran. 4. par. distinc. 5. num. 65. Zer. cit. verb. priuatio. in princ. Et huiusmodi depositi deberent in monasterium detrudi, vt ibi lugeant commissa. cap. sacerdos. 81. distinct. debentque ali ex beneficijs suis, vel ab Episcopo si sint pauperes, alimenta enim ipsis debentur, cap. de lapsis, 15. q. 6. Felin. loc. cit. nu. 27. His tamen temporibus hæc detrusio in monasterium non vsitatur, cum monasteria tales recipere passim recusent, nec ab Episcopo, vt suscipiant, cogi possunt, cum fere vbiq; sint exempta Diaz. cit. c. 128.

Degradatio est alius modus depositionis, quo delinquens deponitur cum solemnitatibus, quæ habentur, in cap. degradatio. de pęnis, in 6. & traditur Curiæ seculari, ad quam cum antiquo iure debuerit adhiberi certus numerus Episcoporum, vt in depositione presbyteri, sex Episcopi, in Diaconi depositione tres adesse debebant cap. felix. 15. quæst. 7. Conc. Trid. Sess. 13. cap 4. de refor. ordinauit vt loco Episcoporum adhiberi possint totidem Abbates vsum mitræ, & baculi habentes, vel si & isti commode haberi non possint, aliæ quæuis graues personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, & iuris scientia commẽdabiles.

19 Degradationis pęna infligitur pro hæresi. cap. ad abolendam, de hæret. cit. Pro crimine falsi, cap. ad falsariorum, de crim. falsi. Et propter calumniam, seu contumeliam illatam Episcopo. cap. si quis sacerdotum, 11. quæst. 1. vide glos. in cap. ad abolendam, cit. verb. relinquatur. Pro crimine item læsæ maiestatis contra Papam commisso, vt in facto iudicatum fuisse refert Felin. in cap. Rodulphus. de rescript. cit. nu. 37.

Non ordinatus celebrans eadem pęna puniendus est ex ordinatione Clem. 8. vt sequitur.

Etsi alias fel. rec. Paulus PP. IV. & infra. Nos igitur animaduertentes huiusmodi perditos, & nefarios homines ad sacrum presbyteratus ordinem non promotos missarum celebrationẽ vsurpare præsumentes, non solum actus idololatrię saltem extrinsecè seu per externa, & visibilia Religionis, & pietatis signa exercere, sed etiã quantum in ipsis est efficere, vt Christi fideles, qui credunt eos ordinatos esse, & rite conficere Sacramentum Eucharistiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet panem, & vinum tãquam verum Christi Domini nostri corpus, & sanguinem eisdem adorandum proponẽtes. Confessiones autem audientes non solum sacramenti pęnitentiæ dignitatem contemnere, verum etiam Christi fideles decipere, dum scilicet inique sibi assumunt gradum sacerdotalem, & auctoritatem absoluendi à peccatis magno cũ periculo, & scandalo plurimorum. Propterea vt grauissima hæc scelera committentes posthac debito supplicio puniantur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine S. Inquisitionis iudicum conscientiæ consulere, & ne in futurum de pęna hisce delinquentibus imponenda dubitari possit, prouidere volentes, supradictorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, hac perpetuo valitura constitutione decernimus, atque statuimus, vt quicunque nõ promotus ad sacrum presbyteratus ordinem repertus fuerit missarum celebrationẽ vsurpasse, vel Sacramentalem confessionem audiuisse, à Iudicibus S. Inquisitionis, vel locorum ordinarijs tanquam Ecclesiæ misericordia indignus à foro Ecclesiastico abijciatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis si quos habuerit ritè degradatus statim Curiæ seculari tradatur, per Iudices seculares debitis pęnis plectendus. Non obstantib. &c.

Dat. Rom. die 1. Decembr. 1601.

Crimen nefandum contra naturam eadẽ pęna degradationis, & traditionis curię seculari puniri voluit Pius Quintus, cuius constitutionis verba refert N. u. cap 27. num. 249. & dicit intelligendum esse non de quocunque committente hoc crimen, sed exercente, frequẽtatione actuũ.

In delictis item atrocibus pro arbitrio pęnam hanc infligi posse tenet Diaz. cit. & pluries in facto iudicatum fuisse vt in crimine parricidij testatur idem ibid. ca. 90. Nemo tamen degradari debet nisi directè accusatus, & conuictus seu cõfessus, & pręsens, contra absentem enim nõ proceditur ad hanc pęnam. Innoc. in cap. qualiter. 2. de accusat.

Exilij pęnæ meminit cap. 1. de calumniatoribus, cap. excedens, 50. dist. quam ferre plurimum conducit, vbi delictum puniendum cohæret loco, & vbi loci mutatione leuaretur scandalum, & occasio iterum delinquendi criminoso. Diaz. cit. c. 126. sed hoc exilij bannum non extenditur extra Diœcesim iudicantis. Fel. in cap. postulasti. num. 2. de for. comp. Archiepiscopus tamen nõ tantum ex Diœcesi sua, sed etiam ex tota sua Prouincia potest exulare facere, c. suarum; de priuil.

Quæ.

Digitized by Google

Q uaran. verb. Archiepiscopi auctor. nu. 39. Hæc etiam pęna relaxari potest ex causa per ipsum Episcopum. Diaz loc. cit.

21 Priuationis pęna vsitata est in iudicio Ecclesiastico, priuari tamen nemo debet nisi in casib. a iure expressis. Fel. in ca. querelam. num. 1. & 2. de iureiurand & in cap. ex parte, de rescript. nu. 2. Innocent. in cap. bonæ. de electio. In casibus etiam, in quibus priuatur quis ipso iure, requiritur semper iudicis sententia declaratoria, & ante ipsam non tenetur quis dimittere beneficium, Felyn. in cap. Rodulphus. citat. num. 38. Causæ autem priuationis in iure expressæ præcipuæ sunt; Crimen simoniæ, capit. insinuatum, de simon. quod aliquando priuat etiam non expectata iudicis declaratoria, vt suo loco dictum fuit. Concubinatus, si concubinatius monitus, & multatus primo sequestratione tertiæ partis fructuum, deinde pœna suspensionis ab administratione officij, concubinam non dimittit, cap. sicut, capit. si autem, de cohabit. cler. & mul. Concil. Triden. Sessio. 25. cap. 14. de reformat. Periurium item punitur pęna priuationis, capit. querelam. de iureiurand. non tamen hoc intelligitur de non tenente promissum, vt notat Felyn. ibid. num. 7. Immo signatura non concedit priuationem pro periurio, nisi fuerit iudicialε, vt testatur Staphil. de lit. grat. de modis priuandi.

Homicida voluntarius priuari etiam debet beneficiis, cap. 1. & 2. de cler. pug. in duel non tamen est ipso iure priuatus, sed est priuandus iudicis sententia, quod communiter sentire Doctor. testatur Felyn. in capit. inquisitionis, num. 3. de accusatio. & in tantum quidem, quod licet lata fuerit sententia condemnatoria de homicidio, & in ea non fiat mentio priuationis, nō censeretur adhuc talis priuatus. Diaz. loc. cit. cap. 88. quia nimirum præsumi posset Episcopum voluisse cum ipso dispensare in retentione beneficij, cum hoc casu, & in omnibus fere aliis quoad beneficii retentionem dispensare possit Episcopus. Staphil. Diaz. loc. citat. & diximus alias ex Innocen. in capit. ex literis, de cleric. non ord. ministr.

Si etiam in sententia exprimatur pœna priuationis, & condemnatus appellat, durante appellatione non est priuatus, & si resignaret interim, teneret resignatio etiamsi beneficium iam fuisset impetratum ob priuationem. Crescen. decis. 6. num. 3. de renunc Anton. de Butrio consil. 43. num. 2. quod pro indubitato practicari in Rota Romana refert Genuens. citat. cap. 65. num. 18. Vltra priuationem autem homicida puniendus est pœna depositionis verbalis, & detrusionis in monasterio ad quinquennium & septennium, cap. sicut dignum, §. vltim. iuncta gloss. verb. consilium, de homicid. cap. tuæ. de pœnis, & capitul. cum non ab homine, de iudic.

Priuari demum debet non residens, & se absentans a beneficio requirente residentiam, vltra tempus licitum. Priuationem tamen præcedere debet monitio, & deinde pœna censurarum, deinde subtractionis fructuum, ita quod post quemlibet terminum pœnæ, expectetur ad minus per sex menses, capit. quoniam frequenter, vt lite non contestat. & demum si pertinaciter adhuc se absentauerit priuandus est. Conc. Trident. citat. Sessio. 23. de reformat. capit. 1. Et quidem debet citari absens personaliter, si scitur vbi sit, si autem nesciatur, vbi sit, citari debet in sua Ecclesia ter successiue, nec sufficeret vna citatio pro tribus, glo. in capit. quoniam, citat. ver. Canonibus Abb. consil. 67. lib. 1. Felyn. in cap. consuluit. num. 13. de offic. delegat. neque teneret sententia, qua priuaretur non residens non præmissa trina citatione. Abb. loc. citat. vel non seruata forma dicti Concil. si videlicet non residēs nō fuerit primo censuris, sequestratione fructuum, alijsque iuris remedijs castigatus, vt fuisse decisum in Rota Roman. coram Seraphino. die 5. Decemb. 1567. in vna Salmantin. refert Genuen. cit. c. 112. vt alias diximus.

Pecuniariam quoque pęnam imponere potest iudex Ecclesiasticus Felyn. late, in cap. irrefragabilis, num. 6. de offic. ordin. & si fuerit pœna hæc imposita statuto, licite ipsam sibi retinere potest iudex, si vero imponatur per sententiam, honestius est, vt ad pios vsus conuertatur. Felyn. loc. cit. hodie vero Concil. Trident. Sessio. 25. cap. 3. de reform. voluit has pœnas omnino erogari ad pios vsus, ita quod Episcopus ipsas non possit conuertere nequidem in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarii, vel aliorum officialium Curiæ, quemadmodum declarasse Sac. Congreg. Concilj testatur Genuen. cit. cap. 69.

Pœna autem pecuniaria, quæ solet vulgo apponi in contractibus, licet de iure exigi possit, Felyn. in cap. 1. de constitut. num. 43. de consuetudine tamen non exigitur, nisi quatenus concurrit interesse, argum. text. cap. suam, iunct. g fin. de pœnis. Ancharan. in cap. peccatum. de regul. iuris, in 6. Nauar in Man. capit. 23 num. 68. Libet hic etiam referre de pœnis imponendis pro blasphemia ordinationē Pij V. in Bulla incip. cum primum, aliis etiam locis a nobis adductam, quaod propositum itaque verba ipsius sunt.

Ad abolendum vero nefarium, & execrabile blasphemiæ scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & imperialibus quoque legibus receptum est, nunc autem propter nimiam iudicum in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem, supra modum inualuit, Leon X. prædecessoris nostri in nouissima Lateranen. Concilio statuta innouantes Decernimus, vt quicunque laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse blasphemauerit, pro prima vice pœnam vigintiquinque ducatorum incurrat, pro secunda pęna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit soluendo prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ cōstituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per vrbem, pro tertia, lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcunque beneficiorum suorum, pro secūda beneficijs ipsis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemię atque personæ, arbitrio iudicis puniatur. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter

quod

quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetrauerit, Curiæ seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus simili pœnæ subijciatur. Monemus prӕterea omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctę obedientiæ eis præcipimus, vt statuta Trident. Concil. contra concubinarios tam clericos, quam laicos edita, districtè faciant obseruari, reddituri Deo, ac nobis, si id omiserint, rationē. Et vt premissorum delictorum simoniæ, blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur; volumus, quod in singulis casibus, non solum per accusationem, & inquisitionem sed etiam ad simplicem, & secretam denunciationem procedatur per quoscunque iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti quam personarum, ita quod inter eos locus sit præuentioni. Monemus præterea omnes, & singulos, vt solum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia praua animi affectione ducti, culpabiles tantum deferant, innocentes non vexent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciasse comperti fuerint, eos ad pęnā talionis teneri volumus, & mandamus. Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duobus partibus locis pijs arbitrio nostro in Vrbe, extra vero ordinariorum, tertia accusatori, qui delinquentes detulerit. Mādamus autem, &c. Non obstantibus, &c.





SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET DOMINI NOSTRI

Clementis Diuina Prouidentia Papæ VIII.

CONSTITVTIO

De largitione munerum vtriusq. sexus regularibus interdicta.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memeriam.



RELIGIOSÆ congregationes ab insigni sanctitate viris Spiritu sancto afflatis institutæ, tantas Ecclesiæ Dei vtilitates omni tempore attulerunt, vt ad eas conseruandas, & instaurandas Romani Pontifices prędecessores nostri magnam iure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, vt etiam quę optime fundata, & constituta sunt partim hominum imbecillitate, & ad malum procliuitate, partim Dęmonis astutia paulatim deficiant, & nisi cura peruigili sustententur, in deterius prolabantur. Idcirco summorum Pontificum vigilantia magnopere laborauit, vt regularium ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus constitutionibus communita integra, atque incolumis permaneret.

Quorum nos vestigijs pro eodē officij munere insistere, & pastoralē illorum sollicitudinem, quantum possumus Diuina adiuuante gratia, cupimus imitari. Quare ne ex munerib. quę a quibusdam religiosę vitę professorib. ex Christi patrimonio quibusuis hominibus quauis ex causa sæpe tribuuntur, grauia incommoda, & mala ēt boni specie existant, pręcauere studentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione, vniuersis, & singulis cuiuscunq. ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium bona immobilia, & redditus certos ex indulta Apostolica possidētium, vel non possidentium, seu cuiusuis congregationis, societatis, & instituti (non tamen militiæ) regularibus personis vtriusq. sexus, omnem, & quamcunq. largitionem, & missionem munerū penitus interdicimus. Sub qua prohibitione cōprehendi volumus omnia, & singula Capitula, Conuentus, & Congregationes, tam singulorū Couentualiū, Monasteriorum, Prioratuū, Propositurarum, Præceptoriarū, domorū, & locorum, quam prouincialia, aut generalia cuiuslibet prouinciæ, aut ordinis vniuersi, societatis, aut instituti, eorumque, vel earum Camerarios, Commissarios, aut quoscunque Commissarios, & quoscunque officiales, & singulares personas; ipsos etiā ordinum, Congregationū, & Societatis eiusmodi superiores, quascunq. dignitates obtinentes, & Generales, & Prouinciales, Ministros, & quocunq. nomine Præfectos, nec non Conuentuū, Monasteriorum; Prioratuum; Præpositurarum, Pręceptoriarum, Domorum, & locorum quorūcūq. Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiam maiores Guardianos, Ministros, & Rectores, atq. Abbatissas, Priorissas, & alio quouis titulo Pręsidentes, tam ipsis regularibus, quam locorū ordinarijs, seu quibusuis superiorib. subiectos vtriuslibet sexus ad vitā, vel ad tēpus deputatos, adeo, vt nemo vnquā eorū, vel earum directe, vel indirecte, palam, vel occulte, tam cōmuni, quam particulari, & proprio nomine etiam sub quouis statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunq. causa, nisi in generali Capitulo, aut alia generali Cōgregatione, re mature discussa, vnanimi consensu omnium, superiorumq. permissu, causa probata fuerit, quicquam tale attentare valeat.

Id autem ita absolute, & generatim vetitum intelligatur, vt neq. omnino fas sit quicquā donare tam ex fructibus, redditibus, & prouentib. collectis, & cōtributionibus, aut oblationib. siue eleemosynis, aut subsidijs certis, incertis ordinarijs, seu extraordinarijs mensæ, vel massæ communis, vel cuiusuis fabricę, & sacristię bona cō-

muniter.

Digitized by Google

mouitet, vt præfertur, administrantur, seu quæ rationib. reddendis sunt obnoxia, quam ex pecunijs, quę etiam a singulis quouis modo acquisitæ in communi conferendæ omnino sunt, nec si per viam voluntariæ contributionis in cōe cōgerantur, nec si forsan priuatim, & nominatim cuilibet religioso a suis superioribus, vel a proprijs affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, ac beneuolis, vel a pijs Christi fidelibus, ēt eleemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personę intuitu attributę, seu quoquomodo per quemlibet religiosum, seu monasterium domui, aut loco acquisitæ, eique vt ad libitum, de eis disponat per superiores concessæ fuerint, *præterquam lemora esculenta, & poculenta, vel ad deuotionem, seu religionem pertinentia munuscula*, communi, tamen nunquam vero particulari nomine vbi superiori de consensu conuentus videbitur tradenda. Sed & huiusmodi missiones munerum ipsis religionis vtriusque sexus non solum per se verum etiam per alios tam directè, quā indirectè prohibitas declaramus. Neque verò quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat etiam si miserit munera cuiuis personę Ecclesiasticę, vel laicę cuiuscunque gradus, status, dignitatis, ordinis, vel conditionis. Et quamuis non solum mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, verum etiam Ecclesiastica, & Pōtificali, & alia maiori, & Sanctæ R.E. Cardinalatus dignitate fulgenti, & proprij loci ordinaria, etiam ex causa, & & occasione benedictionis, vel susceptione habitus regularis, tonsuræ, aut professionis Monialiū tam sibi subditarum, quam non subditarum, aut ipsi etiam proprij ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori Generali, vel Prouinciali, aut cuiusuis Monasterij prioratus, domus aut cuiuslibet alterius loci regularis superiori, aut alio quocunque officio, munere, vel dignitate fulgenti, vel cuicunque etiam simplici, & particulari religioso, ita vt inter ipsos quoque religiosos, ne praua ambitione impulsi pro consequendis in sua religione gradibus, & dignitatibus, alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur, quæcunq. largitio, aut donatio munerū, *nisi rerum minimarum*, de licentia expressa superiorum ēt in scriptis, sit penitus interdicta.

Insuper prohibemus, ne vnquam eisdem regularibus liceat vllas pecunias quoquomodo erogare in alicuius etiam benefactoris, aut protectoris, vel ordinarij honorem, & ratione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorū acceptorum memoriam, grati q. animi testificanonem, seu pro prædictis personis, quauis authoritate fulgentibus honorificè, lautè, & opipare excipiendis, seu pro quibusuis conuiuijs eisdem, aut cuiuis alteri quacunque ratione, aut causa exhibendis, vel pro commessationibus, vel compotationib. quibusuis personis tam eiusdem ordinis, Monasterij, Congregationis, domus, aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis, etiā pijs intra Ecclesias monasterij, in domos sacras, seu pias, vel extra eas in quibusuis publicis, aut priuatis, sacris, aut prophanis locis, etiam vbi sanctorum, aut sanctarum vita, aut res pię gestę, etiam in memoriam Passionis Dominicę populis spectandæ proponuntur, aut alias in prædictis, siue in quibusuis rebus superuacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & priuata lucra quomodolibet pertinentibus, nisi re ipsa pro Diuino cultu, & veris Christi pauperum indigentijs, seruato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio, & consensu superiorum subleuandis, aut alias in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Prouinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsan præscriptam non excedentib. sumptus huiusmodi fiāt.

Declarantes tamen per hæc laudabilē, & Apostol. Doctrinam, sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes, & peregrinos, neq. imminui, aut prohiberi, quin immo si quis redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum Monasteriorum, ordinum, aut Regularium huiusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, siue aliàs applicati, aut donati sint, eas omnino vt decet integre in vsus pios hospitalitatis huiusmodi erogandos esse, & præsertim in Monasterijs, seu locis desertis, & ab laicorum domibus longius remotis, vbi tamē pauperum, & vere egenorum ratio in primis habeatur. Si quos vero ditiores occasione transitus, siue alias ex deuotionis, aut necessitatis causa eo diuertere contigerit, eos sanè deceret Refectorio communi cum religiosis, mensaque, & ferculis communibus nequaquam a ceteris distinctis contentos esse. Verum enimuero ipsi regulares in hospitibus huiusmodi potentiorib. excipiendis ita se gerant, vt in eis frugalitas, & paupertas religiosa prorsus eluceat.

Pari etiam ratione districtè inhibetur, ne quispiam ex prædictis laicis alias quam vt superius dictum est, vel Clericus secularis, aut regularis, quocunque honore præeminentia, nobilitate, aut excellentia, & S.R.E. Cardinalatus dignitate præditus, ēt protectorum, vice protectorum loci ordinarius Prælatus, Generalis, Prouincialis aut Monasterij domus, vel loci cuiuslibet superior, eorumve affines, propinqui, familiares, aut Ministri vtriuslibet sexus quispiam contra hanc superius expressam prohibitionem recipiat.

Quod si vel ab aliquo particulari religioso, vel a superiori quopiam Generali, vel Prouincialis sodalis quocunque officio fungente, aut a Cōuentu, Capitulo, vel a Congregatione, siue ab vniuerso ordine, & religione quicquam receperint, id quod acceperint, suum non faciant, verū ipso facto absque alia monitione, iudicis decreto, sententia, aut declaratione ad illius restitutionem omnino in vtroque foro teneantur, adeo restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ possint absolui; hanc autem restitutionem fieri volumus non priuatim eo religioso, qui donauit, sed ei Monasterio, domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si de eius bonis non est donatum, in quo idem religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuersi ordinis, seu religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensę, aut massæ, cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur, ita ut nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, recipiētes ab obligatione restituendi eximens, velut in pauperes eroget, concedere quoquomodo possit.

Quod si quis ex vtriusque sexus regularibus supradictis, cuiuscunque gradus, ordinis, dignitatis, ac vbilibet locorum existentib. coniunctim cum ceteris, ac diuisim nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, inssionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus, vt omnibus, ac singulis per eum

particulare sed vniuersale, & cõmune. Vniuersa se quidẽ quoad personas recipientes, cõplectitur .n. oẽs, & quascunq. personas cuiuscunq. gradus, status, & condicionis recipientes munera a Regularib. Est ẽt ius cõe, & vniuersale quoad dãtes, ita vt cõprehẽdat oẽm statũ Religiosorũ.

Quoad Secundum. An sit iusta hęc Constitutio, quęritur hoc, quia iniusta lex nõ obligat. Iustissima atq. sanctiss. est hęc constitutio, constat .n. omnib. suis numeris, nẽpe quatuor causis esse tialib. efficiẽte scilicet, Materiali, formali, & finali. Causa efficiens est legislator, qui habet potestatem condendi legem, & hęc potestas supreme residet in Pontifice. Secunda Causa Materialis, quę est, vt votum paupertatis optime, & integre seruetur, cohibet. n. regulares a dissipatione, & dilapidatione Patrimonij Christi. Tertia est cã formalis, q̃ est promulgatio, & publicatio facta Romæ in Valuis Basilicarũ S. Io. Late. & S. Petri Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Flore, vt moris est. Quarta est cã finalis. edita. n. fuit hęc cõstitutio pro communi bono, nempe; vt religiosa disciplina collapsa, & labefacta in pristinũ restituatur, & reformetur, & sic integra, atq. incolumis permanẽs conseruetur.

Quoad Tertium An Constitutio hęc obliget in conscientia. Omnis lex humana tã ciuilis, quã Canonica etiam pœnalis, si iusta sit, authoritate viget, & vim habet obligandi subditorũ consciẽtias. Sot. l. 1. de iost. & iu. q. 6. a. 4. ca. erit aũt lex 4. d. Pręterea q̃ hæc lex obliget ad peccatũ, patet. Primum quoniã continet obseruantiã voti paupertatis religiosorum, ad cuius obseruantiã tenẽtur oẽs religiosi ante hanc legem. Secundũ Quoniam habentur in ea verba pręceptoria, & grauissima, nempe omnino, nullo modo, quę verba per se sunt obligatoria ad peccatũ, vt habetur p Doc. in c. 1. & c. nã & concupiscentiam de cõst. Nau. c. 23. nu. 5. Tertiom Ex pœnis apparet hanc legẽ obligare ad mortale, nam quoties lex pręcipit facere, vel non facere aliquid sub grauib. pęnis, clare patet mentem legislatoris obligare ad mortalem culpã Na. loc. cit. nu. 52. At in hac nostra Constitutione appositę sunt grauissimę pœnæ aduersus contrafacientes, ergo clarum est ad mortale obligare. In omni. n. lege etiam Diuina paruitas, seu exiguitas materiæ excusat a morta libus Nau. cap. 11. num. 4.

Quoad Tertium Pręludiũ, quid importet titulus, seu rubrica ista de largitione munerũ vtriusq. sexus Regularib. interdicta. Pro huius rubricę declaratione dicemus, Quid sit largitio, & munus; Quomodo differat largitio a largitate, & Quomodo differat munus a dono, & cetera verba rubricæ sigillatim declarabimus.

Largitio proprie significat quandã profusam donationem ad aliq̃ ambitionem, seu dignitatẽ consequendã, & proprie largitio sumitur in malã partẽ communiter; largitas vero in bonã partem accipitur communiter, quę dicitur facta p aliqua iusta causa, vt habetur in Aut. vt sponsalit. largit. Dices; valet argumentũ a rubrica, at in rubrica non prohibetur nisi profusa donatio facta ambitionis cã, quæ significatur per nomẽ largitione; ergo Qui dat in memoriã beneficiorum acceptorũ, & in testificanonẽ grati animi, nõ incurrit in Bullã. Respõdetur quod largitio in titulo nostro capitur largissime, vt nõ solũ cõprehẽdat psusam donationẽ ambitionis causa factã, sed ẽt comprehendit quamconq. donationẽ factam sub specie boni, quamuis nõ fiat pro obtinendo beneficio, vt patet in textu. Pręterea q̃uis rubrum soleat esse generalius nigro, quandoq. tamen variatur, & rubrũ est quoddã speciale, nigrum vero generale Ias. in l. 1. ff. cer. pet. In hac aũt constitutione, quamuis videatur titulus strictior ipso textu, textus tamen est magis latus ipso titulo, quia in nigro latissimẽ prohibetur quilibet largitio, & largitas, quodlibet munus, & quodlibet donũ, & sic per nigrum declaratur rubrũ, & sic nõ obstat arg. Magna est differẽtia inter munus, & donũ, vt habetur in l. inter donũ ff. de verb. & rerũ sig. Donum. n. est tanq̃ genus, munus vero tanq̃ species. In hac rub. munus accipitur largissime, ita vt quęliber donatio cuiuscunque speciei facta, siue in bonã, siue in malam partem intelligitur prohibita, vt patet in nigro.

Vtriusq. sexus, idest tam Religiosi, q̃ Moniales. *Regularibus*. per hoc verbũ excluduntur P. Clerici seculares, quoniam appellatione Regulariũ strictẽ veniunt illum, qui profitentur tria vota substantialia in aliqua religione a Sede Apostolica approbata Abb in rub. de Reg. Prætera in hac Constitutione nõ comprehenduntur q̃dã personę siue mares, siue feminæ, quæ quamuis viuant in communi in aliquo conseruatorio, seu xenodochio, & hospitali, nõ tamen profitentur illa tria vota, neq. est religio approbata, licet sit modus viuendi approbatus a Papa Ab. in d. Ru. de reg. Vt. n. quis verẽ dicatur regularis, duo copulatiue cõcurrere debent, vt scilicet emittat tria vota substantialia, & vt hęc vota emittat in Religione approbata; vnũ sine altero nõ facit quẽquam regularẽ; vnde mulieres, q̃ conseruantur in Ecclesia Spiritus sancti, S. Catherinę, non cõprehenduntur in Bulla, quia non sunt Religiosę. Neq. comprehenduntur quędam deuotę mulieres oblatę, & conuersę, quę viuunt in communi, clausę in quodã loco honesto, & piu in vrbe, ga nõ sunt Regulares Na. Cons. 81. & 82. de re.

Dubitatur; an comprehendantur in Bulla illi Regulares, siue mares, siue feminæ, qui ex dispẽsatione Pontificis nõ emittunt nisi duo vota scilicet castitans, & obedientię. Respondetur q̃ nõ comprehenduntur, quia non dicuntur propriẽ regulares. E contra vero si sunt personę religiosę professę in approbata Religione, tamẽ ex infirmitate, vel alia de causa ex dispensatione Pontificis nõ viuunt in Monasterio, tenentur seruare hanc Bullam, quia sunt vere Regulares, locus enim nihil releuat.

Dubitatur Secundo, An Bisochare, seu Mantellatę ligentur hac Constitutione; Respõdetur, q̃ si istę sunt professæ in aliqua religione, & vere tria vota emittunt, procul dubio cõprenẽduntur sub hac prohibitione. At si non sunt professæ, sed recipiunt tantũ habitus benedictionẽ, & emittunt q̃dam vota non solẽnia, non dicuntur religiosæ, & consequenter liberę sunt ab hac Cõstitutione, ex eo quia nõ sunt vere regulares.

Dubitatur Tertio. Quid de illis, qui viuunt, in Religione approbata intra clausurã, nõ tamẽ sũt ꝓfessi, vt sunt Nouitij, seu Nouitię, quib. daẽ tẽpus ad deliberandũ, an isti ligentur hac Bulla. Respondetur hos ab ista Bulla exemptos esse, quia appellatione Regularium nõ veniunt Nouitij, sed professi tacite, vel expresse c. Relig. §. 1. de sent. excommunica. lib. 6

His tanquam Præludijs de rubrica premissis, capio textum, cuius initium est, Religiosæ Constitutiones. Qui quidem textus in octo diuiditur partes principales. In Prima ponitur præfatio, siue procemium, in Secunda Dispositio, siue ordinatio, ibi hac nostra, in Tertia loquitur con.

tra quoscunq. accipientes munera a Regularib. ibi pari ratione In 4. apponuntur pœnæ contra accipientes munera a Religiosis ibi. Quod si. In 5. mandat obseruari, & exequi hanc Constitutionem ibi, Quo circa. In 6 apponitur Clausula derogatoria omnium constitutionum in contrariū ibi non obstantibus. In 7 apponitur promulgatio facta in Valuis S. Ioan. Late. ibi Volumus. In 8. & vltima apponitur tempus, a quo incipit obligare, ibi & Nihilominus.

Prima pars principalis constitutionis indicans mentem legislatoris.

Quoad primū in prima parte ponitur proœmiū, seu p̄fatio, q̄ qdē p̄fatio ꝑprie ꝓbat, & indicat cām finalē Constitutionis, & legislatoris mentē l. vl. ff. de hære. inst. & ibi Bar. Mens legislatoris in hac Constitutione, vt sonant verba Præfationis, est, vt regularis disciplina collapsa, & labefactata in pristinū restituatur, & si adhuc incolumis, & integra permanet, conseruetur.

Hęc aūt est p̄cipua cā finalis huius Const. Pręterea pro explicatione fere totius huius Bullæ notandū est φ multiplex est cā finalis huius Cōstitutionis. Prima est p̄cipua supradicta, vt regularis disciplina labefactata i pristinū restituatur, Secunda Pręcauere ne ex munerib. q̄ a Religiosis fiunt, gratia existant incōmoda ibi Quare ne, Tertia Vt votū paupertatis integre, & inuiolabiliter obseruetur, ita vt Religiosi nec p se, nec p alios, nec directe, nec idirecte qdq̄ donare possint. 4. Ne bona monasteriorum quęcunq. sint, & quomodocunq. sint, dilapidentur, & dissipētur, quia bona Religiosorū sunt patrimonii Christi, siue sint redditus, siue eleemosynæ, vel bona applicata Eccl. 5. Cā est verbis expssis apposita, ne religiosi praua ambitione impulsi pro consequēdis in sua Religione gradib. & dignitatib. alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur ibi Ita vt inter. Hinc infurgit dubiū, & argumentum. Cessante causa, cessat effectus l. Cessante de appella. ergo cessante ratione legis, & eius causa finali, cessat & lex, ergo.

Religiosus qui nō ex ambitione aliqua impulsus pro consequendis gradib. & dignitatib. sed ex amore, & liberalitate donat, nō incurrit ī Bullā, quia in eo cessat cā finalis legis, q̄ est, ne ambitione aliqua impulsi pro adipiscendis dignitatibus. Etiā similiter Religiosus qui licet ex ambitione donet, nō tamē ex bonis Monasterij, sed ex bonis parentū, qui cū diuites sint, largiuntur pro ipso, nō videtur incurrere, quia in eo cessat cā finalis, ne bona Monasterij dilipētur. Ad hoc argumentum, & ad oīa alia, quę in hoc loco fieri possunt, ita facile respōderi pōt. Quādo dicitur Cessante cā, cessat effectus, intelligitur de cā finali principali, nō secūdaria, & impulsiua. At cā finalis huius Constitutionis est, vt Religiosa disciplina labefactata in pristinum restituatur, & q̄ incolumis permaneat conseruetur vt dicitur in Præfa. ergo alijs causis cessantibus, & hac finali remanente, remanet eadem iuris dispositio. Præterea quando vnica est causa finalis, tūc habet locum regula cessante cā, cessat effectus. Quando uero causæ finales plures sunt, & æque principales, tunc cessante vna, & remanente altera, remanet eadem iuris dispositio. At in hac Constitutione vt sudiximus. Quinq. sūt cau æ finales, ideo cessante vna remanent quatuor aliæ. Præterea dato quod non sit nisi vna causa finalis, & ea sit, q̄ habetur in Pręf. Vt s. Religio collapsa in pristinū restituatur, aliæ vero per nos numeratę essent causæ secundariæ, tamē si cessent oēs, & remanet illa sola, remanet lex, quia cā secūdaria, siue impulsiua, sine qua nō nihil operatur et nihil addit argu. text. in l. 1. §. sexus ff. de postul. vbi licet Calfurnia fuit cā edicti, ne feminę possint postulare in Iud. ipsa tamē mortua nō cessauit edictū Quia eius impudicitia non fuit cā finalis edicti, sed impulsiua, & secundaria, ita in a su nostro licet ambitio quorundā Religiosorū dedit causā Constitutionis, non tamē ea cessante cessat Cōstitutio, qa ambitio nō fuit cā finalis, sed impulsiua, & secundaria Na. in rub. de iud. nu. 74. Qd si Religiosus bonus, & timoratę cōsciētię nō ex ambitione, neq. contra votū paupertatis, sed ex beneuolentia donat aliquid, an incurrat pœnas Constitutionis. Respondetur φ dubio ꝑcul incurrit, & rō est, quia lex vniuersalis, qualis ē ista non respicit casus particulares, qui de raro cōtingunt, sed respicit ea, quę frequentius accidunt l. Nā ad ea ff. de legib. D. Th. 2. 2. q. 96. a. 1. Sodi. 1. de iust. & iur. q. 6. a. 1. & patet exemplo. Si esset Edictum vt nemo de nocte ferat arma p Ciuitatem sub tali pęna, si quis vir bonus, & iustus nō animo offendēdi, sed ex sua defensione ferret arma de nocte, non ideo excusatur a pęna, quia lex vniuersalis nō respicit casus particulares. Cum p hanc Bullā præcipue prouideatur Voto paupertatis. Quare in Pręfatione nullū prorsus verbū fit de voto paupertatis, sed solū vt Religio labefactata in pristinū restituatur, et q̄ icolumis pmanet, integra conseruetur. Respondetur φ Religionis prolapsus potissimū venit ex inobseruātia Voti paupertatis; fundamētum. n. Religionis est Votum paupertatis vt ait D. Th. 2. 2. q. 1. a. 3. At stante fundamento stat Religiosa perfectio, & disciplina, ruente verō fundamento ruit regularis disciplina. Sicut. n. Ciuitas sine muris patet hostibus, & bestijs, sic Religio sine muro, & ante murali paupertatis patet omnib. vitijs, & q̄uis votum paupertatis suapte natura sit minus alijs duobus D. Th. vbi sup. a. 8. Violatio tamen eius videtur fuisse frequentior cā lapsus Religionum, & earum obseruantię q̄ violatio aliorū votorū, quia culpa, quę cōmittitur cōtra votū paupertatis, difficilius corrigitur, quia magis latet, et rarius agnoscitur, q̄ violationis castitatis, & obedienię Na. in c. cui portio, 12. q. 1. n. 11. Hinc Patriarca ille, & eximius amator paupertatis vir S. Fraciscus fratres suos in summa paupertate fundare voluit. Cle. exiuit de Paradiso §. Cęterū de ver. sig. l. 6. & c. ex parte eo. tt. & li. ideo summus Pōtifex hæc oīa Diuino lumine sciens, nullā facit de voto paupertatis mentionē, quia prouidēdo per hanc Bullam voto paupertatis, prouidet toti disciplinę regulari, ideo in proęmio huius Bullę, q̄ tractat de voto paupertatis, dixit, vt Religio labefacta restituatur in pristinum.

Secunda pars principalis. Constitutionis continens generalitates quasdam, et nonnullos casus circa Regulares donantes, ibi Hac nostra.

In hac parte duo p̄cipue cōtinētur. Primū cōtinet quasdā generalitates tā p̄sonarū donantium, q̄ donatariorū, q̄ domorū. Secūdū cōtinet modificationē casuū quorundā, in quib. licet Regularib. donare. In prima parte cōtinētur sex generalitates, quarū prima cōprehendit oēs, & singulas p̄sonas Regulares vtriusq. sexus cuiuscūq. ordinis mēdicātiū, & nō mēdicātiū cuiuscūque Cōgregationis, societatis, & Instituti, ibi Hac nostra. Cōprehendit & hęc prima generalitas oīa, & singula Capitula, tā generalia, q̄ prouincialia & vniuersi ordinis, & oēs Conuētus, & oēs Cōgregationes quæcunq. sint. Comprehendit 3. loco

loco hęc prima generalitas oēs,& quoscunq. superiores ordinū,quascunq. dignitates obtinētes ēt Generales,& Prouinciales,Magistros, Ministros,Præfectos;Abbates,Priores, Prępositos p̄ceptores ēt maiores,Guardianos,Ministros, Rectores,Abbatissas,& Priorissas.2.Generalitas cōprehendit oēs personas donatarias ibi,Neq. vero.3.Generalitas comprehendit oēs res donatas ibi Insuper prohibemus.4.Generalitas cōprehēdit modos,siue causas,quib.donari soleat,& oēs prohibet ibi ex occasione.5.Generalitas cōprehēdit varietatem conuiuiorum, cōmessationū, & comportationū,q̄ prohibet ibi, seu pro quibusnis.6.Comprehendit omnia spectacula ēt Pia intra,& extra Eccl.faciēda;ibi stat ꝓ exhibēdis.

Prima Generalitas comprehendit primo loco oēs Religiosos cuiuscunq. Religionis nemine excepto,comprehendit igitur oēs regulas a sede Apostolica approbatas, quæ quidem quatuor sunt.Prima fuit sancti Basilij.2.S.Aug.3.S.Benedicti 4.S.Francisci,De quib.D.Ant.3.p. ti.16.c.1.§.5.& sub his quatuor militant quatuor illi illustres ordines Mendicantium,de quib.c.1.§.sane de relig.l.6.Isti,& oēs alijs comprehendūtur in hac prima generalitate. Appellatione.n.Regularium non solum veniunt iste quatuor, uerū ēt oēs,& quæcunq. aliæ siue antiquę, siue nouæ sint,siue Monaci, siue fratres nūcupat,siue Clerici,dummodo emittant tria illa vota.Paupertatem,Castitatē,& obedientiā.Excipit tamē ordines militares,nēpe milites S.Ioann. Hospitalis Hierosolymitani,& S.Iacobi Calatrauæ, & Alcantarę Nau.in trac.de redd.ecc.q.1. monit.55.nu.7.ex quo patet q̄ hi Milites sunt verè Regulares,quia exceptio firmat regulā in contrariū. Præterea isti milites emittunt tria substantialia vota in religionē approbatā per S.Sedē Apostolicam iuxta eorum statuta quia sunt Regulares, & consequenter si illa nō obseruēt, sacrilegi sūt, & tenentur seruare votū paupertatis iuxta Cōstitutiones,& statuta suę regulæ Na.lo.ci.Ratio vero quare isti excipiantur in Bulla est; quia cū hi non ueniant in Clausura nō potuissent Cōstitutionē hanc ita facile obseruare,ideo excipiuntur.Tenentur igitur Militares æquites ad tria Vota,quamuis alij obseruent castitatem matrimonialem,& alij castitatē perpetuam. Pręterea sequitur ex hoc q̄ occidens,uel mutilans aliquē ex his incidit in sententiam Canonis. Si qs suadente Diabolo in c.canonica de sent.excommu.

Dubitatur Vtrū Anachoritę,Eremitæ,& Soliuagi in hac Bulla cōprehendantur. Respondetur non comprehendi quia non uiuūt in aliqua Religione approbata,sed in montib.& spelūcis uiuunt,& proprium habere possunt, quia non emittunt uota illa substantialia ca.perlatum §.e Contra 19.q.3.Sylu.V.Eremita.

In hac prima Generalitate comprehendūtur non solum omnia capitula generalia,& Prouincialia,sed etiam omnes superiores ordinū, quascunq. dignitates obtinentes,& quocunq. nomine uocentur.Hinc insurgit non despicienda dubitatio. Superiores Religionū ex officio habent administrationē bonorum Monasterij;ergo possunt donare.

Respondetur quod superiores Religionū , si bene norint suam conditionem, potius sunt serui aliorum Religiosorum,& de eorum administratione sunt rationē reddituri in die Domini, & licet habeant administrationem rerū Monasterij,seu Religionis, non tamen habent dominium,sed potestatem quandam administrandi bona suorum locorū,more tutorum,vt vtilia agant,& inutilia prętermittant. Cōprehendūtur similiter ī hac prima generalitate oēs particulares Religiosi,ēt illi Regulares qui immediate subsunt Sedi Apo. Et quid de Monasterijs Monialium,quę sunt sub regia,seu Imperiali potestate,An hac Bulla ligētur? Respōdetur q̄ si sūt verè regulares,i.si emittunt illa tria vota,procul dubio comprehendūtur,& ligantur.Neq. opus est assensus Regius,quia in materia quę directe afficit animā p peccatū mortale,nō est opus Regius assensus,quia Summus Pontifex habet imperium super omnes ; At hęc Constitutio, quæ agit de salute animæ,est huiusmodi;ergo Regio non indiget assensu.

Secunda Generalitas. Neq.vero;cōprehendit oēs personas donatarias.i.psonas quib. donatur & subdiuiditur in duas Classes. Prima cōprehēdit personas laicas, Secunda oēs psonas ecclesiasticas. Prima Classis huius secundæ generalitatis cōprehendit oēs,& quascunq.psonas laicas cuiuscunq. gradus,status,& conditionis, & Ducali,Regia,& Imperiali dignitate fulgentes; Secūda Classis oēs ecclesiasticas personas cuiuscunq. dignitatis,& ordinis,ēt si sint S.Ro.Eccl.Cardinales,vel Epi,locorū ordinarij, vel Protectores ordinum,etiam Generales,vel Prouinciales,vel superiores oēs quocunq. mō. Insuper prohibet ne particulares Religiosi possint quicq̄ donare sibi ipsis,& inter se,siue sint eiusdē ordinis,siue eiusdē Monasterij,vel alterius.Comprehēdūtur ēt,& multo magis Monialiū Vicarij, Cappellani,earundē Cōfessarij ēt quocunq. p̄textu, q̄uis sint benefactores q̄ nec grati animi testificatione quicq̄ accipere possunt.Bulla.n.generaliter loquitur.Hic sequitur hāc Bullā cōtra ius naturę militare,q̄ quidē ius antidorales obligationes seruari mandat,i.vt beneficēt benefacere debeamus. Respondetur q̄ hęc bulla non tollit ius naturę, sed solum voluit obuiare fraudib. quę fierent legibus, si hæc via fuisset aperta. Multi.n. Religiosorum sub prætextu antidoralis obligationis donarent,sed hoc fusius infra explicabimus.

Terna generalitas est rerū donandarum ibi Insuper.Quę quidē generalitas ī duas diuiditur Classes Prima continet ipsa munera q̄ ꝓhibētur regularib.Secunda cōtinet materiā de qua dari munera solent.Prima Classis vniuersaliter prohibet q̄cunq. largitionē cuiuscunq. rei, & materię ibi id aūt.Insuper ꝓhibet elargiri ipsas pecunias ibi Insuper ꝓhibemus. Hinc insurgit argumētū ī Bulla ꝓhibetur erogare pecunias; ergo nō ꝓhibetur donare alias res.Respōdetur q̄ appellatione pecunię veniūt oīa bona,redditus , & patrimonia,& oīa p̄tio æstimabilia,siue sint vasa aurea,siue argētea siue vestes,siue res cōmestibiles l.pecunię.1.& 2.de verb.sign.& in l.r.in fi.ff.de calu. Pręterea expsse prohibetur in Bulla largitio nō solum pecunię, sed ēt quaruncunq. rerū ibi Hęc quicq̄. Secūda Classis loquitur de materia ex qua solet donari a Regularib.i. nō pōt donari de Monasterij fructib. redditib. Prouentibus, Collectis,vel cōtributionib.aut oblationib. siue eleemosynis ēt fabricę,& Sacristię,neq. ex pecunijs ēt,quæ a singulis quouis mō acquisitæ sunt siue dentur a Christi fidelib.Monasterio in communi,siue alicui religioso in particulari Exemplum Casus. Quædam Monialis assignauit dotem Monasterio,& præter dotem reseruauit sibi quædam bona paraphernalia consistentia in aliquibus redditibus annuis , ex quibus ipsa solebat donare amicis , & deuotis, personis,

etiam cum licentia superioris, vel Parentis eius singulis annis extra doté dabãt Quinque vel plures, vel pauciores aureos, & ex illis Monialis illa largiebatur aliqua munera. Dubitatur, An hac stante Cõstitutione possit de eadé pecunia donare vt prius. Respondetur negatiue quoniá concessio illa reddituũ facta a parentib. statim acquisita est Monasterijs, & consequẽter nihil donare põt per Bullã, & ratio est, quia professus, vel professa non habent neq. velle, neq. nolle c. si. de sepul. in 6. & c. si. de test. 16 Quicquid acquirit, acquirit Monasterio, sicut seruus acquirit domino. Est n. religiosus seruus Domini nostri, sed est seruitus plusq̃ realis, vnde eadem ratio, q̃ fit de seruo, fit ẽt de Religioso Na. in com. 2. de reg. n. 30. Neq. habet Religiosus quilibet dominiũ vllũ, siue proprietatem ẽt minimæ rei, neq. vllũ vsũ fructum, neq. vsum iuris, sed solũ vsum facti; seu nudam detentionem habet capit. Exijt de verb. sig. in 6. & Cl. exiui e. D. Ant. opnme 3. p. ti. 16. c. 1. §. 11. & in l. id vestimentum ff. de pecul. declarat, quid sit nudum habere vsum facti. l. quẽadmodum seruus illud vestimentum, quo regitur. Itaq. eodem mõ Religiosus possidet uestem, ut æquus Sellam, & Asinus bardam, quæ ad libitũ ponitur, & aufertur. Aut. si qua mulier. C. de sacro sanc eccl. Vnde non põt Religiosus quicquã possidere quomodocunq. sit siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex legato, siue ex tit. donationis sed oĩa acquirit Monasterio Bar. in l. 1. de stip. sed an ex eo quod sua industria, & labore acquirit Religiosus possit quicquam donare, nẽpe in scriptura, lectura, concionib. capellanijs, & Monialis suendo, & filando. Respondetur cum D. Ant. lo. ct. ꝙ Religiosus nec de eo, ꝙ per industriam acquirit, põt quicq̃ donare; sed cum licentia sui Prælati põt expendere ad usum suum necessarium, & decentem suo statui, & conditioni, tanq̃ peculiũ seruorũ, & nõ ad usum profanum, & inutilem. Vnde patet quod ex eo nõ põt, nec unquam potuit aliquid donare; sed q̃ supersunt ultra usum necessariũ acquiruntur Monasterio.

Et quid dicendum de lucro acquisito per ludum. v. g. Monachus acquisiuit aliq̃ quantitatẽ pecuniç ludendo aleis Vtrum huius lucri possit aliquid donare, prima frõte videtur, ꝙ possit ex eo ꝙ Monasterium huius turpis lucri particeps esse nõ debet, ideo põt Religiosus libere ex his, q̃ ludo acq̃rit, donare ad suũ beneplacitũ. Nihilominus dico ꝙ quicquid acquirit Monachus ludendo tenetur restituere perdẽti, quia sicut Religiosus non põt perdere, ita ẽt non põt lucrari. In ludo. n. ex vtraq. parte debet esse æqualis cõditio. Cuu. in reg. peccatum 2. p. §. 4. Alf. de Cast. l. 2. de Reg. pen. c. 2. Sil. ludus nu. 12. Na. c. 30. n. 12. Ab. in c. clerici 2. de vi. & ho. clericorum n. 7

Quarta Generalitas cõprehendit oẽs modos, & cãs, quib. donari solet, & oẽs prohibet, et vetat ibi, sed & huiusmodi, ibi insuper prohibemus Vt nullus Religiosus quicq̃ donare possit nec directe, nec indirecte, nec per se, nec p alios, nec coã, nec palã. Directe donare dicitur, quãdo quis Monachus vel Monialis mãdat munera suis superiorib. vel parẽtib. nomine proprio. Indirecte dicitur Religiosus donare, quãdo mittit munera p alios v. g. quãdo rogat parentes, vel amicos, vt ipsi de bonis suis aliquid donent. Hoc. n. sub eisdem pęnis prohibetur in Bulla ibi Non solum p se sub §. sed &. Hoc. n. esset facere fraudẽ legi. Primum Dubiũ. Quędã Monialis singulis annis habet a parentib. quãdam summã pecuniç pter dotem puta 50. vel 60. aureos, q̃ pecuniã ipsa, expendebat ad vsũ propriũ de licentia superioris, insuper aliquid donabat amicis. At nunc videns non posse quicq̃ donare non vult illam pecuniã exigere, sed vult eã parẽtib. remittere, Dubitatur An liceat; & videtur ꝙ liceat, quia nõ donat, sed remittit; sed p Bullã sola donatio, & largitio est prohibita, ergo non remissio debiti. Respõdetur ꝙ neq. hoc põt facere, quia remittere est donare c. Veniẽs iun. gl. de test. qui. n. debitũ remittit, dare intelligitur l. si mulier de cõd. cau. dat. Indirecte ẽt dicitur donare vt si religiosus comodat, vel mutuat aliquid alienius, vel cõsãguineo, vel amico, ꝙ nunq̃ amplius reposcit, licet sola largitio prohibeatur in Bulla, nõ mutuũ; mutuare tamen mõ supradicto est indirecte donar, eidq. expresse per Bullam phibetur. Indirecte est ẽt donare quando quis non põt donare, sed ponit ea quę voluerit donare in loco patẽti, ita vt qui veniunt ad Monasteriũ videant illa dona, et capiãt ea. Vt si Monialis exempli gratiã quędam esculenta pretiosa in loco patenti per quem scit transiturum suum confessarium, qui illac transiens, & videns illa bona ex se accepit ea nemine id vetante, id dicitur indirecte donare, & prohibetur in Bulla. Indirecte ẽt quis dicitur donare p alios vt si Regularis donat p Nouitiũ, vel Nouitiam, cum Nouitij non cõprehendantur in Bulla. Itẽ Religiosus donat per alios, si rogat parentes, vt ipsi dunent aliquid tali personę ex bonis suis, nõ Religionis. Quid si de nouo facta est aliqua donatio alicui Moniali, nõ de pecunia dono datã, põt illa aliqua dona mittere. Resp. negatiue, nã statim ꝙ facta est donatio, acquiritur Monasterio. Non solum per hanc Bullã prohibetur modus, quo dari põt, verũ ẽt prohibetur & cã omnis, pro qua dari solet, vt nõ liceat quicq̃ dare ẽt ex cã, & occasione benedictionis, vel susceptionis habitus regularis, Censuræ, aut professionis Monialium neque ratione trãsitus, aut primi ingressus Protectoris, aut Benefactoris.

Quinta Generalitas tria continet. Primum vt regulares non possint recipere quemcunque Prælatũ, & superiorẽ quacunq. authoritate, vel dignitate fulgẽtẽ honorifice, laute, & opipare comedendo varietates multas ciborũ, p modum conuiuij, & commessationis: Secundũ Vt non liceat facere conuiuia cuilibet Pręlato quacunq. occasione, vel cã: Tertiũ Vt nõ liceat Religiosis facere Commessationes, aut Cõputationes quibusuis personis tã eiusdẽ ordinis, Cõgre. Monasterij, domus aut loci quam extraneis personis.

Sexta, & Vltima Generalitas prohibet sũptus, qui fiunt pro exhibendis spectaculis ẽt pijs intra ecclesiam, vel extra eã, etsi in eis repræsentetur vita sanctorum, ẽt in memoriã passionis Christi, & in quibusuis reb. superuacaneis ad pompã, & ostentationem, aut oblectationẽ, vel paucorum lucrũ, & priuata cõmoda quomodolibet pertinentibus. Vnde si sacrista alicuius Monasterij facit quędam priuata spectacula, ad quę nõ admittit nisi eos qui aliquid soluunt, siue per modum pretij, siue per modum eleemosynæ, pro quibus spectaculis expendit aliquid, incurrit in Bullam ibi, Aut ad paucorum lucrum, & priuata cõmoda v. g. Sacrista pro lucro aliquo, vel pro aliqua eleemosyna acquirenda ad alicuius festi honorẽ facit repræsentationem aliquam, vt qui illam videre voluerint, faciant eleemosynam.

Decem Casus, in quibus licet Religiosis donare.

DEclarauimus sex Generalitates, quæ continẽtur in hac 2. parte Bullæ, superest exponere

ponere casus, in quibus licet Religiosis donare, qui quidē casus cōtinētur in hac 2. parte Bullæ.

Decem sunt casus excepti in Bulla, in quibus licitum est Religiosis donare Primus casus est vt liceat donare in generali Capitulo, aut alia generali Congregatione ibi Nisi in generali &c. Secundus Casus licitum est donare leuiora exculenta, aut poculenta, ibi Pręterquam. Tertius Casus licitum est dare munuscula pertinentia ad deuotionem, vel Religionem, ibi seu ad deuotionem. Quartus, Potest iustè fieri largitio rerū minimarum inter ipsos regulares, de licentia expressa superioris, ibi Nisi rerum minimarum. Quintus Casus pro cultu diuino, ibi Nisi te ipsa. Sextus Casus pro veris Christi pauperum indigentis, ibi Et veris Christi pauperum. Septimus Casus Pro alijs rebus licitis, & non prohibitis ibi Ant Alias. Octauus, Pro Hospitalitate peregrinorum Canonica, ibi Declarantes. Nonus Casus Pro Hospitalitate debita, ibi Quinimmo. Decimus Casus Pro Hospitandis, & ditionibus, ibi si quos vero.

Primus Casus exceptus in hac Constitutione in quo licet Religiosis largiri, est, quando fit dispositio in Capitulo generali, vel Congregatione generali, quid debeat donari non in Capitulo Prouinciali, nec Priorali, & tunc quinque copulatiue seruanda sunt. Primo, Vt fiat ordinatio in Capitulo Generali, vel generali Congregatione. Secundo, Vt fiat re mature discussa non ita inconsiderate. Tertio, Vt fiat vnanimi omnium consensu. Quarto, De superiorum pmissu. Quinto, Vt sit causa approbata. Dicit textus vnanimi consensu. Dubitatur an maior pars sufficiat, & ratio dubij est, nam quod fit a maiori parte, dicitur factū concorditer l. Quod maior ff. ad Municip. Respondetur, ꝙ quoties lex dicit vnanimi cōsēsu non sufficit maior pars, sed intelligitur ꝙ sit omnium consensu conclusum, nemine discrepante; nam vno dissentiente non valet electio Glo. in c. vbi periculum §. idem verb. singulis de ele. in 6. Ia. in l. de fidei commisso ff. de trāns. n. 6.

Secundus Casus exceptus est, quando dantur leuiora esculenta, aut poculenta ad vsum ciborū vel potus pertinentia, seruatis tamen alijs quinque conditionibus. Primo, Vt sint esculenta tantum, aut Poculenta tantum, vnde nō possunt dari dona alterius generis, neq. exculenta, & poculenta simul. Secunda, Vt esculenta, & poculēta sint leuiora nō magna, & pretiosa. Tertia, Vt dentur de consensu Conuentus, vel Monasterij. Quarta, Vt dentur cibi quando, & cui superiori videbitur. Quinta, Vt detur nomine communi, non particulari. Ex secunda conditione huius casus insurgit graue dubium. Quę nam sint leuiora, & ad quem valorem, & quantitatem possint ascendere. Quidam DD. ex l. plebiscito ff. de off. plend. & ex l. Solet §. fi. ff. de off. procons. vbi dicitur quod possint dari esculenta, & poculenta, quæ infra paucos dies consumi possunt, ex quo inferunt DD. quod possunt ascendere ad valorē decem aureorum, alij vero septē, aut sex aureorum, vel iuxta stylum curię summam trium aureorum, & Gl. in c. statutum §. Insuper de rescr. in Sexto, Vbi dicit tex. Quod iudex potest recipere esculentam, & poculentā, quod paucis possit cōsumi diebus. Vnde inquit Gl. in verbo paucis, ꝙ hoc verbum paucis verificatur per duos dies, sed ad quē valorē possit ascendere dicit gl. & tex. ꝙ in hoc est attendenda qualitas personarū dantis, & accipientis omissis istis opinionibus ego ita in domino sentio, ꝙ valor esculentorū, et poculentorū, quę hic conceduntur à Papa, debet esse tantus, quantus est valor, qui inducit peccatū mortale in furto. Probatur Primo ex eo ꝙ dicit Papa leuiora, ex quo verbo bene ponderata verificatur nostra opinio. Secundo, Ex eo quod dicit tex. esculenta, & poculenta, & nō dicit munera, seu dona. Tertio, Quia hoc ē limitat p particulā disiunctiuā, aut pq̄ particulam vetat dari esculenta, & poculenta simul. Quantitas ego q̄ pōt donari, nō debet superare quantitatē duorū, vel triū iuliorū infra hanc summā, pōt quis regularis licite donare, Bulla namq. dicit esculēta, & poculenta leuiora, vt faciat minus diminutiuū; nō dicit leuia vt intelligatur paruitas materiæ. Nec ob. tex. in l. plebiscito de off. pto. & tex. in c. statutū §. Insuper de rescr. in Sexto, Quoniā isti tex. loquuntur de munerib. q̄ possunt donari iudicib. & alijs officialib. a secularibus. At seculares sunt personæ liberę. q̄ bona sua distribuere possunt, sed in hoc casu cōsideratur qualitas psonę dantis, nēpe Religiosi, qui cum sit persona pauperrima nō habet quicq̄ & ita procedit tex. & dato ꝙ Religiosus possit dare exculenta, quæ infra duos dies consumi possunt, intelligitur ꝙ possint cōsumi nō a tota familia, sed ab vna psona, & vna persona comedēdo p duos dies cibos ordinarios nō pōt cōsumare valorē triū iuliorū. Quantitas vero q̄ inducit peccatū male in furto est valor duorū, vel trium iuliorū ex D. Th. 2. 2. q. 66. a. 6. Qui ait quantitatē notabilē esse illā, q̄ pōt nocere proximo, Furtum vero leue est vnius pomi, vel pēnę 1. q. ex prauitate materię leuis dignoscitur quātitas notabilis vt supra dicebamus duorū vel triū iuliorū summa. Itaq. in dādis his exculentis, & poculentis attenditur qualitas dātis, qui est religiosus, pauper ergo non pōt excedere summā prædictā intra duos, vel tres iulios. In furto vero attenditur qualitas personę, cui fit furtum, & ꝙ attendatur qualitas dātis, cōfirmatur hoc exemplo. Quidā Religiosi timoratę cōscientiæ quia sentiebant scrupulū dando quędā olera ex hortulis suæ paupertatis, supplicanerūt summo Pontifici, vt concederet eis licentiam, vt possint hæc olera dare personis deuotis, Pōtifex vero concessit eis, vt possint, & fuit conclusū per prudentes, & doctos viros hāc dispensationē nō fuisse declarationem, sed verā concessionē, & dispensationē: ergo Quando dicit esculenta, & poculenta leuiora intelligitur quod potest dare de paupertate sua iuxta summam supradictam.

Primum Dub. An quoties Regularis vult donare hęc leuiora esculenta, toties concurrere debet cōsensus Cōuentus, & licētia superioris. Res. ꝙ sufficit semel pro semper certis tantū psonis, & p certis causis, & nō sēper, sed raro, & nō omnib. psonis, et quibuscūq. passim & indistinctè.

Secūdum Dub. An Religiosus possit aliquid vltra dare suis benefactorib. et deuotis psonis. Respōdetur negatiue, quia expresse prohibetur in bulla, vt infra dicemus, q̄uis aliquib. videatur hoc esse contra charitatē, quia dantes recipiunt duplū, & ego per me ita sentio. Quod Religiosi benefactorib. & personis deuotis, a quib. recipiūt carnalia, & temporalia, debeant retribuere spiritualia iuxt. illud Apo. 1. ad Cor. 9 si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?

Sequitur Tertius Casus, in quo cōcedit Bulla vt Religiosus possit donare, qn̄ donat munuscula ptinētia ad deuotionē, & ad Religionē, i quo casu sunt quatuor obseruāda. Primū Vt sint munuscula ptinētia ad deuotionē, vel ad Religionē

& non alia. Secundum, Vt hęc dentur de consensu Conuentus, id est, Capituli conuentualis, Tertium, Cum licentia superioris. Quartum, Vt non dentur nomine particulari, sed communi nomine totius Conuentus, si enim dentur nomine particulari, esset vere proprietas.

Hęc munuscula ad deuotionem pertinentia sunt res, quę continent indulgentias, vt calculum benedictum, coronę benedictę, nummisma benedictum; similiter vasculum liquoris, qui vulgo dicitur Manna alicuius Sancti, Reliquię Sanctorum, Paruę imagines papiraceę. Munuscula vero pertinentia ad Religionem sunt quidam libelli, qui faciunt ad Religionem Christianam; itaque permissum est in hac Pontificia Constitutione ista munuscula donari, seruatis illis quatuor conditionibus sup dictis; sed aduertendum est, vt non sint munera larga, & pretiosa, sed munuscula per diminutiuum, idest parvula dona. Permittit enim Bulla dari reliquias Sanctorum, idest modica quædam fragmenta, sed nō præcipuas reliquias, vt est caput, vel aliquod brachium, os magnum, & pręcipuū, aliter non essent munuscula iuxta Bullam, & consequenter non possent donari; quod si quis Religiosus, vel Religiosa voluerit aliquam insignem reliquiam donare, recurrēdum est ad primum caput, idest vt fiat in Capitulo generali, re matute discussa, & alijs conditionibus additis. Neque possunt dare tegmina Reliquiarum minimarum & auro, & argento, cristallo, & gemmis ornata, quia non sunt verè munuscula; nam illa materia est pretio æstimabilis; Neque potest dari Agnus Dei cum aliquo notabili ornamento pretioso, sed sine ornamento potest dari seruata forma bullæ. Neq. Coronæ cum aliquo pretioso ornamento, neque numisma ex puro auro confectum. Neque possunt dari Imagines Sanctorum papiraceę in magna quantitate, vel aliqua Imago pretiosi depicta in ære, neq. libelli ornati, & aurati; in omnibus enim considerandа est æqualitas personæ dantis, idest Religiosi, qui est pauperrimus. Hæc enim Constitutio non est nouum ius, sed antiquum, Summus namque Pontifex addit hoc, vt fiat de communi consensu.

Quartus Casus: Potest Religiosus donare res minimas de licentia expressa, & in scriptis Superioris. Pro declaratione huius casus notanda sūt quatuor, quæ seruari debent in hoc casu iuxta Bullam. Primum, Vt hæc largitio rerum minimarum permissa non fiat Religioso, nō fiat passim, & indistincte omnibus personis, sed permittitur tantum inter ipsos Religiosos. Hæc enim exceptio non refertur ad generalem clausulam, sed ad proxime præcedentem ibi Ita vt, In qua prohibetur Religiosis facere dona inter ipsos, & statim sequitur exceptio, nisi rerum minimarum. Itaque hæc largitio rerum minimarum conceditur inter ipsos Religiosos, siue sint eiusdem, siue sint diuersæ religionis. Secundum, Vt hæc largitio, quamuis rerum minimarum, non fiat passim, & ad omnem eorum beneplacitum, sed de licētia expressa superioris. Vbi nota quod per verbum expressa, excluditur tacita, & interpretatiua licentia. Tertium, Vt hæc licentia expressa detur in scriptis, ita vt si detur oretenus non valet. Voluit Papa vt hæc licentia detur in scriptis, vt pœnę huius Constitutionis haberent locum. Si enim sufficeret licentia oretenus data, semper superior diceret se dedisse licentiam ad euitandas pęnas, vnde oriretur magna confusio inter eos. Quartum, Vt sit largitio rerum minimarum nempe infra valorem duorum iuliorum moraliter loquēdo, reiectis extremis doctorum opinionibus nempe Sot. cuius opinio in hac materia est nimis larga, & Nauarri cuius opinio est nimis stricta. Et licet supra in secundo casu diximus, quod Religiosi possunt donare valorem trium iuliorum in circa. In hoc vero quarto Casu dicimus, quod nō possunt dare hūc valorem, sed minorem, ratio est quia in secūdo casu Bulla loquitur per comparatiuum nempe leuiora, in hoc vero casu loquitur per superlatiuum, nempe rerum minimarum; ideo isti duo Casus excepti non debent pari passu ambulare.

Notandum tamen est quod hoc verbum minima, seu minima quantitas multipliciter consideratur, nempe secundum subiectam materiam Ias. in l. sciendum ff. qui satisda. cog. Vnde in magna hæreditate valor duorum aureorum dicitur minima quantitas, quæ vero sit minima quantitas habetur optime per Couar. lib. 1. var. resol. cap. 3. num. 12.

Quid si Religiosus det alteri Religioso unū pomum vel folium paginę, vel alia huiusmodi? Respondetur, quod licet in omni lege etiam naturali paruitas materiæ excuset a culpa mortali, quia parum pro nihilo reputatur, & de minimis non curat Prætor; est tamen præter mentem huius Constitutionis, ideo debet de raro fieri; quia licet furare rem minimam sit tātum peccatum veniale, tamen quando ex multiplicatis furtis rerum minimarum deuenitur ad notabilem quantitatem, peccatum est mortale Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 3. ar. 3. col. 8. in fin. Quod verum est etiā si quis faceret huiusmodi furta rerum minimarum à diuersis personis Sot. loc. ci. Ex quo infertur ad casum nostrum. Sed quoniam diximus non esse contra Bullam, sed præter, ideo tacita superioris licentia sufficeret in foro conscientię. Præterea prohibita est largitio munerum inter ipsos Religiosos hac de causa, ne praua ambitione impulsi pro consequendis in sua Religione gradibus alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur. At dare temporalia pro consequēdis gradibus, & dignitatibus est simonia. Respondetur Quod verum est, tamen quando est modicum munus, non est simonia cap. & si quæstionis de Simon. Nau. in cōment. de dat. & promiss. nume. 35. ita etiam in hoc casu, licet largitio munerum inter Religiosos sit interdicta, quando tamen est modicum munus, nempe alicuius fructus, sicut non incurreret simoniæ culpam, sic etiam neque pęnas huius Bullæ, sed si frequenter fit, est contra Bullam, & consequenter pęnas eius incurrit. Donare rem quę constat pretio duorum vel trium nummorum, non est contra Bullam, nam leuitas materiæ excusat a peccato, quia parum pro nihilo reputatur, habito respectu ad illud, quod potest donari, quod intelligitur de raro, non sępe et semper, quia tūc ex multiplicatis rebus minimis deuenitur ad magnam quantitatem, & ita ad fraudem Bullę Sot. lib. 4. de Iust. & Iur. dist. 2. art. 2. & cōsequenter de huiusmodi summa modo dicta non oportet adire superiorem. Multa permittuntur in lege Ciuili, quę non permittuntur in Conscientia, vt habetur in l. in causę §. pen. Permittit autem hęc lex intra se ipsos contrahentes decipere infra dimidium iusti pretij, & non datur actio, & tamen in conscientia restituere tenetur, quod quidem contrarium est legi Ciuili Nauar. cap. 17. nu. 3.

Dubi-

Dubitatur, an superior possit delegare suam potestatem alteri inferiori officiali, vel Religioso priuato, nempè vt possit concedere hanc licentiam in scriptis. Respondetur quod hanc potestatem soli superiores habent à Bulla, superior vero is dicitur, qui habet ordinariam iurisdictionem, etiam in foro exteriori, vt Generalis, Prouincialis, seu Minister, Abbas, Prior, Guardianus, Præpositus, Abbatissa, & Priorissa Syluest. ver. Prælatus. q. 2. Vicarius vero, & superior non dicuntur superiores, quia non habent iurisdictionem ordinariam Sylu. loc. cit. capit. vlt. de off. ordin. Nau. c. 27. num. 45. Superiores igitur, qui habent hanc potestatem, possunt de iure communi illam delegare alteri inferiori, vt Prior superiori, Abbas Vicario, & sic de ceteris, tex. & glo. cap. vlt. de off. ord. Nau. vt supra. Sed estne hoc ex Bulla, aut contra Bullam vt in omnibus, & per omnia superior deleget hanc suā potestatem? Respondetur id non esse Bullę conforme, quia eligitur persona superioris, cū quo magis concurrit Diuina gratia, potest tamen ipse delegare hanc potestatem in certis, & determinatis causis pro certis, & limitatis personis, pro certis, & limitatis rebus, & pro certis, & limitatis donatarijs. Vt v. g. Prior potest delegare suam potestatem ei, qui curam habet dispensæ, vt quoties accedunt fratres exteri ad Monasterium, & volunt comedere, possit, & dare ientaculum, vel olera etiam, & semel pro semper potest hæc potestas delegata dari, tunc enim non oportet semper petere licentiam, sed semel pro semper congregato Capitulo prior potest dare licentiam vel superior, vel dispensatio.

Quintus casus, in quo conceditur Religiosis expendere aliquid, est pro diuino cultu, intelligitur autem solum vt fiat ad diuinum cultum, non ad pompam vt est facere sepulchrum fer. 5. maioris hebdomadæ; pro apparatu, quod fit, quando celebratur festum Patroni propriæ Ecclesiæ; pro musica, quæ fit illo die ad alliciēdos populos ad deuotionem. Hi tamen sumptus debent esse moderati, ideo bonum est si in Capitulo Generali, vel Prouinciali taxarentur expensæ faciendæ pro dictis rebus.

Sextus Casus est pro subleuandis pauperib. Hæ elemosinæ, vt fieri possint iuxta Bullam, quatuor concurrere debent. Primum vt dentur vere Christi pauperibus non fictis, & pro veris indigentijs, non fictis, & palliatis. Secundum, vt dentur elemosinæ seruato charitatis ordine, i. vt prius prouideatur fratribus eiusdem Monasterij, & de reliquo externis, ne verificetur sententia Apost. 1. ad Corin. 1 1. Alius quidem esurit, alius quidem ebrius est. Item vt prouideant prius parentum indigentijs, si verè sint pauperes, & non habent aliunde vitæ necessaria. Similiter prius ciuibus pauperibus, quam exteris, data tamen paritate.

Tertium de Consilio, & consensu superioris copulatiue, i. antequam Religiosus promittat elemosinam, consulat superiorem, & præcedat consilium, & habeat consensum, & postea donet, nam dicit de consilio, & consensu superioris, quare non sufficit consilium sine consensu, sed vtrunque concurrere debet ad hoc, vt Religiosus volens aliquid dare veris pauperibus, prius consulat superiorem, & deinde promittat, debet enim consilium præcedere promissionem, l. si quis mihi bona, §. ius. ff. de acqu. hæred. Sylu. ver. consil. Requiritur post consilium consensus, & hic expressus, vnde non sufficit tacitus consensus, & multo minus ratihabitio, sed concurrere debet expressus consensus superioris in ipso actu, & non post factum. Quoties enim lex in aliquo actu requirit consensum alicuius non sufficit taciturnitas, & tacitus consensus res. & Glos. in l. 3. ff. de aut. tut. & Abb. notabiliter in consil. 40. nu. 4. & seq. par. 2.

Quartum, habita necessitatis ratione, i. vt iuxta indigentiam pauperum magna sit, vel modica elemosina. Religiosus, v. g. habet peculium de licentia sui superioris; similiter monialis de sui superioris licentia habet quoddam peculiū extra dotem: Dubitatur, an isti possint suis consanguineis de huiusmodi bonis elemosinas elargiri? Respondetur hoc sibi non licere nisi iuxta consanguineorum indigentiam. Itaque si habēt vitæ necessaria, non possunt Religiosi eis elemosinas largiri, vt expresse voluit Bulla. Si verò cōsanguinei sunt pauperes iuxta decentiā status, tunc verè pauperes sunt, & consequenter potest Regularis eis elemosinam largiri, habita ratione necessitatis pro subleuando statu Caiet. in D. Th. 2. 2. q. 43. ar. 8. inquit. Meminerint Religiosi in primis pauperes esse non solū qui egēt cibo, & potu, aut veste, quæ sunt necessaria vitę, sed qui egent opportunis ad conuenientiam sui status, & per hoc elemosinaliter se posse distribuere illis, sicut, & alijs pauperibus. Hæc ille, & D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 6. Nau. in Apolog. de red. eccl. Bart. in l. 1. C. de sacrosanc. eccl. numer. 36.

Septimus casus est, pro rebus licitis quatuor concurrentibus conditionibus. Prima vt huiusmodi sumptus fiant à superiore, vel à subdito de superioris licentia. Secunda vt fiat pro rebus licitis. Tertia vt non solum fiat pro rebus licitis, sed etiam non prohibitis per Capitulum Generale, seu prouinciale. Quarta vt non excedāt taxam præscriptam in Capitulo Generali, vel prouinciali, si extat hæc taxa.

Octauus casus pro hospitalitate laudabili, & Apostolica doctrina, sacrisque Canonibus commendata præsertim erga pauperes, & peregrinos. Dicit Apostolica doctrina commendata, quia dicitur. 1. Petr. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione, & ad Rom. c. 12. Hospitalitatem sectantes, & ad Hebr. vlt. Hospitalitatem nolite obliuisci. Dicit etiam sacris Canonibus commendata, quia extat integra distinctio. 42. qua docemur multa circa hanc hospitalitatem. Hæc hospitalitas in primis seruanda est cū Religiosis eiusdem Religionis, & Ordinis, si sint peregrini, neque permittant vt Religiosi externi inhabitent loca profana, & domos secularium sub prætextu quod non sunt eiusdem Prouinciæ; immo si essent religiosi alterius Religionis, & non haberent vbi habitent, adhuc cum illis seruanda est hospitalitas. Quomodo autem debeat fieri, dicit sine murmuratione, vt charitatiue fiat edulum charitatis.

Nonus casus est, pro hospitalitate debita, nempè vbi sunt redditus ad id applicati, siue ex fundatione, siue ex institutis, statutis, aut ex consuetudine, siue ex testamentorum aut donantium voluntate. Dicitur hæc hospitalitas debita, quando sunt applicati redditus ad hunc finem, seu est consuetudo antiquissima, vt hospitetur; debet etiam hoc fieri, sed text. dicit vbi redditus fuerint applicati ad id tenentur tali ratione ad hospitalitatem, non tamen derogat consuetudini antiquissime. Hæc autem hospitalitas seruanda est præsertim in Monasterijs, seu

seu locis desertis, & ab ædibus laicorum longè remotis.

Decimus, & vltimus casus pro hospitalitate permissa erga ditiores, & personas potètiores, i. Cardinales, Episcopos, Officiales, &c. Seruatis tamen quatuor conditionibus. Prima vt nō inuitentur huiusmodi personæ a Religiosis de industria, & consulto, sed ratione transitus, vel causa deuotionis, vel necessitatis possunt hospi tio recipi, necessitatis, aut noctu vel pluuiæ tem pore, etiam deuotionis causa est vt in festiuitatibus illius Monasterij. Secunda conditio vt nō recipiantur opipatè, lautè, & sumptuosè, sed decenter seruata frugalitate, & paupertate Religiosorum. Vnde patet, quod hac hospitalitate non est attendenda conditio hospitis, sed conditio hospitio recipientis, qui est Religiosus, qui cum habeat votum paupertatis, est omniū pauperrimus. Tertia conditio vt comedant in refectorio communi cum Religiosis, & de mēsa, & ferculis communibus, & non distinctis ab alijs. Quarta conditio vt si hospites sint personæ diuites, & potentes, quæ noluerint comedere in refectorio communi, & de ferculis communibus, tunc potest eis dari in alio loco commodiori, & in domo separata, alia edulia magis bona, conuenientia tamen Religioni, & seruata frugalitate, & paupertate Religiosa, idque colligitur ex eo, quod dicit Bulla, deceret, quod non est verbum præceptiuum, quasi diceret ita fanè conueniret, si tamen nolunt potest ei dari aliquid aliud, & in domo ab alijs separata. Quid si quis dicat, hæc videri contra charitatē, quia monialis, vel monachus dabat aliquas res, ex quibus recipiebant duplum, modo illæ personæ Religiosæ non possunt donare, consequenter non recipient, ex quo sequitur quod quasi famæ peribunt. Respōdetur quod est magnus dolus. Primo nō obseruando regulam paupertatis. Secundo videntur huiusmodi personæ diffidare de Deo, denique non debent præsupponere, quod laici nihil dabunt, quia esset contra charitatem, seculares namque donant carnalia, vt recipiant spiritualia, &c.

Circa hospitalitatem sunt quædam notāda, & obseruanda a Regularibus. Primum vt Regularis nec per se, nec per alios, nec directè, nec indirectè inuitet alios ad conuiuia, & ad hospitium extra casus expressos in Bulla, vt modò di ximus in prima consideratione. Secundum vt non solum non liceat studiose inuitare, verum etiam non liceat largiri commessationes. Vt si quis viator, & peregrinus nō diuerit ad monasterium sed ad alium locum propè monasteriū non possunt monachi mittere ad illum locum aliqua exculenta, & poculenta extra monasterium; illa enim dicuntur commessationes. Tertium, quando dicit nec per se, nec per alium intelligitur, vt neque mittantur cibi præsertim pretiosi a personis extraneis secularibus, vel Regularibus nomine monasterij vel nomine aliarum personarum monasterij, quæ dicuntur munera tacitè missa a deuotis personis illius monasterij, quia hoc esset indirectè largiri. Vt v.g. Religiosus, vel Religiosa loquens cum aliquo seculari, seu deuoto dicit se non habere aliquid, quod possit donari nobili viatori suo amico, & deuotus mittit illi munera illi viatori nomine vel monasterij, vel nomine illius particularis Religiosi; hoc enim dicitur indirectè largiri, & est facere fraudem legi. Quartum vt quando contigit hospitari personas ecclesiasticas in dignitate constitutas, vel alias personas ditiores, dentur eis etiam fercula, vel aliquid vltra com munia fercula, seruata tamen frugalitate Religionis, & monasterij, vt in hoc semper religiosa paupertas eluceat, & sic de monialibus, vt diximus supra in quarta conditione, v.g. si veniat ad monasteriū Episcopus, vel Cardinalis, &c. & in monasterio comeditur caro bouina potest ei dari caro vitulina vel aliqui pulli gallinacei, & sic de similibus. Quintum vt Regulares omnes curent omnino, quando aduenerit necessitas hospitandi, vt omnia sint munda, quia mūditia confert quamplurimum ad deuotionem, & ædificationem secularium, & ad sanitatē corporis, vnde Bernard. Paupertas munda placet, sordes verò non placent.

Hi sunt decem casus, in quibus possunt Religiosi donare, & hæc secunda parte Bullæ sufficiant.

Tertia pars principalis huius Constitutionis pertinet ad personas donatarias, seu ad recipientes munera ab ipsis Regularibus: ibi, Pari etiam ratione.

SVbdiuiditur in tres partes. In prima districtè præcipit sub præcepto peccato mortalis tam laicis, quam ecclesiasticis, vt nullus possit quicquam recipere, & circa hoc duo occurrent dubia.

Primum dubium est, an qui habuit magnificas, & sumptuosas commessationes in aliquo monasterio, teneatur constituere. Respondetur quod si illæ commessationes continebantur in Bulla adeo quod erant promissæ ad nihil tenetur, quod si non erant concessæ, & expressæ in Bulla, proculdubio tenetur restituere, & restitutio debet fieri monasterio, quia illæ commessationes in damnum vergunt monasterij, & ratio est, quia cum Religiosi non possint donare, alij non possunt recipere, quia dona, & donatarius sunt correlatiua.

Secundum dubium est, an qui accepit munera a Nouitijs tempore susceptionis habitus tonsuræ, aut professionis, aut occasione benedictionis teneatur restituere. Videtur quod non teneatur, ratio est, quia vt supra dictū est, in hac bulla non comprehenduntur Nouitij, sed solū professi ex eo, quia appellatione Regulariū nō veniunt Nouitij, & consequenter possunt donare, intellige nisi expresse prohibeatur in Bulla. At hoc expresse prohibetur in Bulla. §. neque vero. ergo cum Nouitij non possint donare, in hoc casu necessario sequitur, quod accipiens ab eis munera teneatur restituere. Secunda pars, seu subdiuisio tertiæ partis principalis vt donatarius qualiscūque ipso facto absque monitione, iudicio, decreto, sententia, aut declaratione teneatur ad restitutionem, ibi; quod si dubitatur hic, an donatarius etiam in conscientia teneatur restituere. Ratio dubitandi nascitur ex communi illa regula. Pœna non debetur in consciētia nisi post sententiam vt ait glos. communiter recepta in Can. fraternitas 12. q. 2. & Nauar. in Can. fraternitas, & Man. cap. 23. nu. 66. D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3. & communis opinio; ergo qui accipit munera à Regularibus, in conscientia non tenetur restituere nisi post sententiam. Respondetur regulam hanc veram esse, sed procedere in ijs, quæ verè, & propriè dicuntur pœnæ. At restitutio non est pœna sed debitum; ergo tenetur

tur in vtroque foro ad restitutionem nulla expectata sententia, cum peccatum non remittatur, nisi restituatur ablatũ, prius ergo restituere debet, & postea absolui.

Tertia subdiuisio, huius tertiæ partis principalis ibi: Hæc autem. Præcipit vt restitutio non fiat Religioso damn, sed facienda est ipsi monasterio, de cuius bonis facta est largitio, quia pro non dato habetur id, quod datur ab eo, qui de vitæ dare non potest. c. quod autẽ de iurep. in fin. l. tradino de acqu. rer. domin. & c. nemo de reg. iur. igitur monasterio restituere tenetur quod habuit damnum, quia neque monasteriũ ipsam potest donare, neque remittere: ergo ibi debetur. Quare mandat Pontifex vt nec qui donauit, nec Conuentus, nec Capitulum, nec tota Religio possit remittere hanc restitutionem, nec potest concedere, vt in pauperes eroget, vel remittere intuitu paupertatis. At si ille qui restituere tenetur esset vere pauper, & non esset soluendo, tunc potest monasterium ei remittere tale debitum tanquam eleemosina, & ratio est, quia sicut potest fieri eleemosina veris, & nõ fictis pauperibus, ita etiam in hoc casu potest loco eleemosinę fieri remissio restitutionis debitæ de consilio tantum, & de consensu monasterij.

Quarta pars principalis Bullæ continet pœnas contra Regulares dantes munera: ibi. Quod si quis. Hæ pœnæ sunt numero sex.

PRima pęna transgressor huius Constitutionis ipso facto sit priuatus omnibus, & singulis pro eo obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officijs.

Secunda pęna; vt is sit perpetuo inhabilis, & incapax ad obtinenda prædicta officia, munera, & ad alia similia, vel dissimilia.

Tertia, vt idem notatus existat perpetua infamia, & ignominia. Quarta, vt sit ipso facto priuatus voce actiua, & passiua. Quinta, vt possit accusari, denunciari, & procedi contra eum, tanquam reum furti, seu sacrilegij, & simoniæ, & possit contra eum ex officio procedi, & inquiri. Sexta, vt firmæ remaneant aliæ pęnæ inflictæ contra huiusmodi Regulares quicquã donantes, si quæ fuerint siue in iure communi, siue in alijs Apost. constitutionibus, siue in proprijs cuiusuis ordinis statutis, & consuetudinibus, ibi pęnis alijs.

Quæritur primo appellatione dignitatum, graduum, officiorum, &c. quæ veniant? Respõdetur, quod hoc fuit declaratum per quandam Constitutionem fel. memor. Sixti V. quam fecit in declarationem alterius Bullæ, quam ipsemet fecerat contra illegitimos. Vbi appellatione inquit dignitatũ venit Generalatus, Prouincialatus, Guardianatus, Abbatia, Rectoratus, officium custodis, & aliæ huiusmodi dignitates, quæ cum honore, & superioritate sunt coniunctæ. Vnde non venit officium Sacristæ, Vicariatus, supprioratus, officiũ lectoris, & Prędicatoris, sed gradus dicuntur lector, Prædicator, & officium dicitur, vt Sacrista, supprior, &c.

Quæritur secundo, an transgressor in foro conscientię incurrat has pęnas. Ratio dubij nascitur ex eo, quod dicit Bulla, quod sit priuatus dignitatibus, & voce actiua, & passiua ipso facto absque vllo superioris decreto aut ministerio. Respondetur, quod non tenetur ipsemet reus exequi has pęnas cõtra se ipsum, nam istæ sunt pęnæ vere, & proprie, & in pęna quamuis dicatur nulla expectata sententia, sed statim ipso iure, ipsoque facto nunquam intelligitur vt ipsemet reus teneatur exequi pęnam contra se ipsum. Nemo enim debet esse executor pęnæ contra se ipsum Fel. c. 1. de const. nu. 41. gloss. in d. can. fraternitas. 12. q. 2. D. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. Nau. cap. 23. nu. 67. & prime Sot. libr. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 6. oportet ergo, vt sit sententia declaratoria, vt superior declaret illum esse dignum tali pœna, & tunc statim incidit in pœnas: Illa verò verba ipso iure, ipsoque facto absque vllo superioris decreto, aut ministerio intelligontur, vt sententia declaratoria fiat sine strepitu iudicij, sed summarie, & de plano facto breui examine. Vnde apparente accusatore, seu denũciatore coram superiore cum duobus testibus, tunc superior ad aliud nõ tenetur, nisi declarare esse priuatum voce actiua, & passiua.

Quæritur vltimo, quare Summus Pontifex contra huiusmodi Constitutionis transgressores non apposuit vllam pęnam censurarum, scilicet excommunicationis. Respondetur quod Summus Pontifex diuino lumine illustratus non apposuit pęnam censurarum, quia cũ censuræ statim afficiant animam absque vlla declaratione, & executione, vt Nauarr. loc. citat. numero 68. & Sot. vbi supra esset illaqueare mille, & mille animas tot censuris, nam in pęnis, quæ afficiunt animam, incidit statim, & ita nõ solum essent excommunicati, sed etiam irregulares multi, & multi, & sic Bulla non haberet effectum suum. Quare Pontifex sciens mundum esse positum in maligno, ita vt homines hodie magis timent perdere dignitates, gradus, & ius ad illa, quam peccata mortalia, & censuras, ideo vt magis obseruetur hæc Bulla, voluit potius apponere præfatas pœnas, quam censuras. Vnde quamuis supra diximus licere Regularibus inter se donare aliquas res minimi momenti, vt vnum pomum, folium, paginæ, &c. tamen caute agendum est pro foro exteriori, quia si de hoc accusentur, non ita facile possunt probare res donatas fuisse minimi momenti, & non comprehensus in Bulla, & econtra pars aduersa non debet probare nisi quod facta sit donatio.

Quinta pars principalis, ibi. Quocirca, mandat obseruantiam, & executionem huius Constitutionis ex eius pœnarum.

PRæcipit enim omnibus locorum ordinarijs, eorum Vicarijs, & officialibus nec non omnibus superioribus Regularibus, vt quantum ad eos pertinet curent omni studio, & diligentia præsentem Constitutionem initio late obseruari.

Quæritur, an verbum illud mãdamus, quod ponitur in hac quinta parte, sit præceptiuum, ita vt obliget ad culpam mortalem. Respondetur quod hoc verbum, mandamus, est verbum medium, quia quandoque importat consilium, quandoque vero præceptum DD. in cap. nam concupiscentia de constit. in hoc verò loco est pręceptiuum, & obligat ad peccatum mortale, vt colligitur ex verbis sequentibus, nempè cur etiam omni studio, diligentia, authoritate, & vigilantia. Pręterea in dubio debemus illud interpretari in tutiorem partẽ, nempè vt sit pręceptiuum, quia fauore aiæ tutior uia est eligenda.

Sexta

Sexta pars principalis Constit. ibi: Non obstantibus. in qua apponitur clausula derogatoria omnium constitutionum in contrarium.

DErogat hoc in loco Summ. Pontif. omnibus alijs Constitutionibus, & ordinationibus tam Apostolicis, quam ipsorum monasteriorum quę aliquo modo aduersentur huius Constitutioni eius effectum impediant. Hinc est, quod si aliqua religio haberet priuilegium etiam a Sede Apostolica quod sit contrarium huic Constitutioni per hanc clausulam annollatur, & abrogatur, etiamsi in priuilegio fuerit clausula illa. Volumus vt hoc priuilegium nũquam intelligatur reuocatũ, nisi de eo fiat expressa mentio, & ad verbum insertum. Per hãc clausula reuocatur, & annullatur, quia Papa vult vt in hac Constitutione dicta priuilegia habeatur pro expressis, ac si de ijs facta sit specialis mentio.

Addo quod priuilegia, quæ habent superiores quarundam Religionum, vt possint ad suũ beneplacitum expendere certam quantitatem pecuniæ, intelligitur vt non possint, nisi ad vsus necessarios, & decentes, & quod non sit contra votum paupertatis, nam per hoc priuilegium non dispensatur super voto paupertatis, quia Papa non potest super votum paupertatis dispensare c. cum ad monasterium de stat. mon. in fin.

Septima pars principalis præsentis Constitutionis ibi volumus autem, &c. habet legis promulgationem.

SCiendum insuper promulgationem esse de forma legis. Hæc autem promulgatio præsertim in lege Pontificia sufficit vt fiat in Vrbe in valuis S. Ioan. Later. & Principis Apost. & sic intelligitur per vniuersum promulgata; ideo non opus est noua promulgatione per singulas Ciuitates, sed si fit melius est, neque indiget assensu Regio, neque Imperiali, neque vt sit vsu recepta à populo; quoniam Summus Pontifex non habet, qui ei contradicat cum sit Sũma Potestas. Dices contra quod lex non ligat nisi à populo recepta sit vt probat text. in can. in istis, §. leges 40. dist. ergo si a populo non recipiatur non ligat? Respondetur quod cum leges à populo non dependeant, non opus est vt a populo recipiantur sed facta promulgatione ligãt, text. autem modo citatus qui probare videtur quod leges non obligant, nisi a populo recipiantur, intelligitur legislatore sciẽte, & tolerante. Nesciente vero Principe lex non abrogatur nisi per decennium fuerit prætermissa can. vn. resolut. libr. 2. c. 16. nu. 6. nu. 5. Quinto sunt Felin. in c. 1. de treg. & pace Ias. in l. tem non nouam §. Patroni. C. de iud.

Mandat insuper in hac octaua parte Põtifex vt hæc Constitutio vel saltem eius compẽdium scribatur in libris, & statutis Religionum, & quoad moniales scribantur versa vice in vernaculum, & vulgarem cuiuscunque Religionis sermonem, tandẽ mandat vt singulis annis in Capitulis, seu Congregationibus cuiuscunque earum alta, & intelligibili voce legatur. Hoc autem non præcipit ita vt obliget ad peccatũ mortale, nam dicit volumus, idque factum est, vt nemo in posterum possit ignorantiam allegare.

Octaua, & vltima pars Constitutionis determinat tempus, a quo ipsa Constitutio ligare incipit, nempe post sexaginta dies a promulgationis die citra montes, intra montes vero post quatuor menses incipit, & nihilominus, &c.

HIc insurgit dubium, vtrum hæc constitutio liget a die scientiæ antequam sit elapsum tempus in ipsa appositum? Respondetur quod lex præsertim ecclesiastica, quamuis in ea clare apponatur tempus, a quo obligare incipiat, in foro tamen conscientiæ facta legitima promulgatione, a die scientiæ obligat, sed quo ad pęnas, & quo ad forum exterius nõ obligat, nisi post elapsum tempus in ipsa lege præfixum Alphon. de Cast. l. 1. de leg. pen. c. 1. circa fi. Doctor iste nostram tuetur sententiam nẽpe quod lex ecclesiastica a die scientiæ obligat. Frustra enim expectatur tempus, cuius nullus est fructus. Ad quod ergo legislator præfigit tempus. Idem Doctor respondit illud apponi quoad forum exterius, ne transgressores possint in illo foro ignorantiam allegare, & Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 1. art. 4. concl. 3. tuetur nostram sententiã, nam sicut excusantur in foro conscientiæ, qui post elapsum terminum præfixum vere ignoranter faciunt contra legem, licet non quoad forum exterius, vbi præsumitur scientia, si etiã ante præfixum terminum illius notitiam habet, tenetur in conscientia illam seruare, & in his terminis loquitur. D. Thom. 1. 2. q. 90. ar. 4. ad 2. & ibid. Caietan. Hæc nostra sententia colligitur etiã ex verbis Bullæ. Ait enim post quatuor menses proinde arctent, & afficiant, ac si cuique personaliter intimare fuissent. At intimatio huiusmodi fit in foro exteriori, ergo tẽpus præfixum procedit quoad forum exterius. Hãc eandem sententiam probat Abb. in cap. 2. de Const. num. 7. Glos. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. li. 6. ver. hactenus text. optimus in cap. 1. §. Hæc obstaret de concess. præb. lib. 6. quicquid dicat Nauar. in cons. 1. de Const. Fely. & Dec. in cap. 2. de Const. Præterea pragmatica, qua iubetur, vt triticum non vendatur pluris decem carlinis, statim in foro conscientiæ obligat, antequam fuerint elapsi duo menses ibi pręfixi. Vnde si quis sciens pragmaticam vendat triticum supra pretium a lege præfixũ in loco, vbi adhuc nesciatur pragmatica, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem Bal. in l. omnes populi de leg. quæro de act. emp. Med. cap. de rest. q. 34. Bart. in d. l. omnes populi nu. 37. ergo ita etiam in casu nostro dicendum est. Quod si elapso tempore præfinito in Bulla aliquis adhuc ignoraret re vera, & donaret, vtrum incurrat pœnas contentas in Bulla. Respondet, quod ille ignorans probabili ignorantia in foro conscientiæ non incurreret pęnas contentas in Bulla, in foro autem exteriori non ita se habet, ita sentiunt D. Th. Caiet. Abb. Fely. Dec. Bald. §. in loco sup. citato: Hæc obstat quod dicit Nau. in cons. 1. de Const. quia sibi contradicit secundo quoniam eius consilia fuerunt edita ab alijs, vnde non bene correxit, demum quoniam Nauarri opinio est probabilis, non necessaria.

Pręterea quoties æditur aliqua lex noua, tunc dubitari potest, an liget a die scientiæ nec ne, sed quando lex est declaratoria, seu reformatoria iuris antiqui, tunc nulli fas est dubitare quin statim ante præfixum tempus liget in foro conscientiæ. At lex ista est talis, quia per ipsam declaratur solum, quomodo votum paupertatis

quod

quod emittunt Religiosi, obseruandum sit. At ante hanc Bullam recipiens aliquid a Regulari tenebatur restituere can. Abb. 54. d. Syl. ver. Religio. 6. §. 7. ergo multo magis post Bullam licet ante tempus ab ipsa præfixum. Addo etiã quod hæc Bulla nihil de nouo statuit, nisi vt illud, quod hominum malitia per abusum fuerat introductum, nouis pœnis abrogetur. Tandem dico quod accepi per literas viri fide digni, quod Romæ maior pars Theologorum sententiã nostram defendit, & probat insuper, quod Romæ rumor est, quod Papa interrogatus de hoc, respondit mens nostra est vt Romæ statim efficiat, dixit Romæ quia tunc ibi solum erit publicata.

Decem alij Casus, in quibus licet Regularibus donare.

QVæstio vltima in hac Bulla tractanda est quã maximi momẽti, qui sint casus, in quibus præter di ctos fas sit Regularibus aliquid donare absque eo, quod incidant in Bullã: Præter decem præfatos casus, qui in Bulla continentur, sunt, & alij decem casus, qui saltem implicite continentur in Bulla, præsertim in casu septimo vbi conceditur Regularibus dare, seu sumptus facere pro rebus licitis, & non prohibitis per Capitulum Generale, vel Prouinciale, ex quibus verbis ad alios decem infertur casus.

Primus casus, quando verè non est donatio, sed alius contractus, puta contractus mutui, vel commodati, potest licite quidẽ Regularis mutuam dare pecuniam, vel dolium vini, vel modios tritici, data tamen paritate, nempe vt monasterium nihil perdat. Ob eandem rationem potest Regularis vestem commodare, vel libros ad modicum tantum tempus, ne vsu consumantur, aliter fieret fraus legi. Circa hoc cauendum est ne sit furtum, & palliatum mutuũ, nam debet esse verum, vt si Regularis mutuo daret pecuniam amico restituendam ad Calendas græcas: Hoc enim esset indirectè donare vt supra dictum est.

Secundus casus, licitum est Regularibus facere contractus emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis. Nõ videtur casus iste dubitabilis, quia per Bullam sola munerum largitio prohibetur; ergo non huiusmodi contractus. Sed ratio dubij nascitur ex eo, quod in venditione, & locatione datur pretium rigidũ, medium, & infimum, & sic si Regularis vendit aliqua bona monasterij, pretio infimo ratione amicitiæ, vel consanguinitatis, cum possit illa vendere rigido pretio, non incurrit in Bullam, quia vere non dicitur donatio.

Tertius casus est, quando est vera permutatio vnius rei cum alia æquiualenti. Vnde potest Regularis de licentia sui superioris permutare suam vestem, suos libros, &c.

Quartus casus est, quando est compensatio, vt si Religiosi huius monasterij tempore, quo celebratur festum eorum monasterij, inuitarẽt Religiosos alterius monasterij, quia ipsi inuitabunt illos Religiosos in sua festiuitate, & sic ista est vera compensatio, ita etiam possunt vocare musicos, non ad ostentationem, vel ad pompã, & oblectationem, sed moderate ad diuini cultus honorem. Hoc autem de raro fieri debet, & dummodo non fiant conuiuia, & commessationes largæ, & sumptuosæ.

Quintus casus est solutio debiti siue tacite, siue expresse conuenti: Hinc est quod licite potest moniales dare aliquid quibusdam mulieribus, quæ eis seruiunt extra monasterium, etiam si tale obsequium præstent sine pacto accipiendi mercedem, esset enim solutio debiti tacite conuenti Et quid si clerici talia seruitia monialibus præstent, an possit aliquid eis dari in compensationem? Respondetur quod cum hoc sit valde indecorum statui clericali, præsertim sacerdotibus, non solum nihil eis dandum est, sed debent puniri, sed pro seruitio Ecclesiæ, statuatur eis certa merces, & ea contenti sint: similiter potest dari aliquid. Aduocatis, & Procuratoribus quando nulla eis est statuta merces, quia non est donatio, sed solutio debiti tacite conuẽti, sed melius est, vt Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs, & huiusmodi personis certa statuatur merces.

Sextus casus est compensatio, & remuneratio seruitiorum, & obsequiorum pro pacto expresso nomine communi v.g. Quidam famuli monasterij pro certa, & statuta mercede seruiũt cum magna fidelitate. His præter iustam mercedem statutam potest dari aliquid amplius, quia non est donatio, vt sit vere donatio, sed beneficij remuneratio; & probatur, quoniã donatio vt sit vere donatio, debet fieri ex mera liberalitate, sed si donatio fit ex aliqua causa, non dicitur donatio, sed remuneratio. At constitutio hæc loquitur de donatione proprie ex liberalitate facta D. Th. 2. 2. q. 106. ar. 3. ad 4. Nauar. de reddit. eccles.

Septimus casus est antidoralis gratificatio, & non proprie donatio, omnia enim iura permittunt, vt benefacienti benefaciamus. l. si non fortem de condit. indeb. l. si non sit, §. cor suluit de pet. hæred. D. Tho. 2. 2. q. 106. art. 5. Nec obstat, quod donare est perdere, l filios fam. de donat. quia hæc non est donatio, sed mera gratificatio. Dices; videtur hoc esse contra Bullã, quæ expresse prohibet donationem etiam in memoriam beneficiorum acceptorum, & in testifica. tione grati animi in §. insuper prohibemus. Respondetur Bullam loqui in alijs terminis, loquitur enim in d. §. de sumptibus, qui fiunt in honorem transitus alicuius Benefactoris, Protectoris, vel ordinarij, & tunc neque in memoriã beneficiorum acceptorum possunt fieri hi sumptus, sed non ideo tollitur ius naturæ, vt benefacienti benefacere non debeamus. Hæc igitur gratificatio, quamuis licite fieri possit, de raro tamen est facienda, & potius de rebus spiritualibus, quam temporalibus, vt dictum est supra.

Octauus casus est, quando est redemptio vexationis. Vnde si monasteriũ habet lites, vt non succumbat in lite iusta, præter salarium, quod dat Aduocatis, & Procuratoribus, potest dare eisdem aliquid amplius vt diligentius inuigilẽt in lite, hoc non est dare, sed vexationem redimere. Similiter cum Religiosi nauigant, vel iter faciunt, possunt dare Nautis, Vecturinis, & cauponibus aliquid præter mercedem statutam, ne ab eis aliqua conuitia, & iniurias patiantur, & sic ad redimendam vexationem.

Nonus casus est remissio debiti: monasterium exempli gratia exigere debet quandam pecuniæ summam, quam sine litigijs exigere non potest, eo casu ad euitandas expensias faciendas in lite, potest remittere debitori aliquam partem debiti, & alteram partem sine

expeo-

expensis,& sine litigijs exigere, quia id non est proprie donare, sed redimere vexationem, immo est redimere, & recuperare ædificationem, & quietem monasterij. Vnde ait Papa in capitulo vnico, de sindico: Expedit paruo incommodo a strepitu causarum seruos Dei esse quietos.

Decimus casus est quædam mixtio eleemosinæ,& stipendij, vt si quædam personæ honoratæ, sed pauperes seruiunt monasterio sine vlla mercedis intentione, quia statuere de mercede non est secundum decentiam eorum status, ut sunt Medici, Aduocati, & alij huiusmodi, qui præstant aliquod seruitium, quod uergit in rem monasterij, his quidem potest monasterium dare aliquid intuitu mercedis, & eleemosinæ simul, & sic plus, quam pro seruitijs meretur, Diuus Thom. 2. 2. quæst. 106. artic. 3. ad 5.

FINIS.



VENETIIS, MDCXVI.

Apud Baretium Baretium.

Digitized by Google

INDEX FIDELISSIMVS
TITVLORVM, ET CAPITVM,
Quæ in hoc Quarto Tomo continentur.



DE REGVLARIBVS.

Tit. Primus. 1

De Regula.Cap.1 1
De Regularibus.c.2. 2
Qui sint Regulares Cap.III. 4

DE IVDICIBVS REGVLARIVM, Atque fecularium.

Titulus II. 5

Iudices quoad clericos regulares,& feculares in quotu plici sint differentia.c.1. ibid.
Superiores Regularium qui.c.2. ibid.
De Iudicis scopo,& Iudicis definitione,& integritate. cap.3 8
De Iudice,ac eius facultate.c.4 ibid.
De Persona Iudicis.c.5 9
De Iudicis Nomine,Officio,Ratione, & Conditionibus cap.6 13
De Iudicis Potestate,siue Iurisdictione.c.7 15
De Veritate in Iudice necessaria.c.8 17
De forma iuris a iudice in iudicando seruanda. cap.9. pag. 18
De Scientia Iudici necessaria.c.10 20
De Vitæ puritate in Iudice requisita.c.11 21
Quis possit esse,vel non esse Iudex.c.12 23
De infamia,qua Iudex carere debet.c.13 24
Quis iudex Regularium sit c.14 26
Vide etiam in Tit.5.c.3.

DE RECVSATIONIBVS.

Titulus. III. 27

De Iudicis Recusatione.c.1 27

DE VISITATIONE.

Tit. IIII. 30

Proœmium. ibid.
Quid sit visitatio , & quid sit visitare. capi. 1. pag. 32
Qui possunt visitare.c.2 35
Qui possint Visitari.c.3 38
Quoties possit fieri visitatio.c.4 40
De Præparatorijs visitationis.c.5 42
Vbi visitatio fieri debeat.c.6 44
Quis ordo in visitando seruari debeat. capit. 7. pagina. 48
De potestate Visitantium.c.8 54
De procuratione visitantium.c.9 59
De excessibus visitantium , & eorum pœnis.capit.10. pag. 63
De cærimonijs in uisitationibus requisitis.c.11 72
De quibus est prædicandum visitando. capit. 12. 77
De notarijs visitantium.c.13 81
De his,quæ concernunt forum pœnitentiale. capit. 14. pag. 83
De concernentibus forum contentiosum.capit.15. pagina. 88
Circa ordinatos, & ordinandos, & beneficiatos, ac super dispensationibus &c. quid faciendum est.cap. 16 96
De inquisitione per visitatores facienda.cap.17. pagina. 100
Populus visitandus super quibus est monendus. c.18. pag. 110
De Præceptis,ad quæ debent uisitantes animaduertere. cap.19 115
De fructibus uisitationum.c.20 124
Visitatio quid sit.c.21 133
Visitatio an quolibet necessario facienda sit propter præceptum aliquod diuinum,aut Pont.& quis sit scopus, ac finis huiusmodi uisitatorum,ac quæ sit potestas. c.22. 133
De obiectionibus,quæ fieri possent Visitatoribus,antequam admitterentur ad usum suæ iurisdictionis.cap. 23. 140
Reuerendi Visitatores,quomodo procedere debeant in uisitandis monasterijs,ac regularibus personis ibi degentibus.c.24 142
De quibus interrogandi erunt à Visitatoribus ipsi uisitandi regulares,c.25. 144
Quod decem sint Claustralium abusiones, & de prima Nempe de Negligentia Prelatorum puniendis subditis criminosis.§.Primus. 146
De secunda claustralium abusione,scilicet,de obedientia ipsorum erga suos superiores, & de pœnis inobedientibus debitis.§.Secundus. 148
De tertia abusione claustralium, nempe de otiositate adolescentum.§.Tertius. 150

De

De quarta claustralium abusione, id est, de Pertinacia senum volentium uniri proprio consilio. §. Quartus. pag. 152
De quinta claustralium abusione scilicet, de Curialitate eorumdem esse causidicos eis est prohibitum, sicut & obsequium præstare in curijs Principum, & vagari extra claustra §. Quintus. 153
De sexta claustralium abusione, scilicet de vitio proprietatis, seu proprij peculij detentione contra votum paupertatis ab ipsis emissum. §. Sextus. pag. 154
De septima claustralium abusione pretiosarum vestium § septimus. 159
De octaua claustralium abusione pro eo, quod volunt vesci cibis delicatioribus, & potare pretiosa vina §. Octauus. ibid.
De nona claustralium abusione, nempe de Violatione silentij, & præcipue in Choro, dormitorio, & refectorio. §. Nonus. 161
De decima claustralium abusione, scilicet de eorum conuentione tam in capitulo, quam extra eum suo prelato, vel altero superiore. §. Decimus. pagina. 162
De ratione visitandi Regulares, siue Monachos. ca. 26. 169
Quod ministri generales, & prouinciales teneantur visitare suos monachos. c 27 171
De Inquisitione Generali simpliciter, seu de Visitatione. cap. 28 ibi.
De Visitatione Regularium. c. 29 173
De Visitatione Sanct. monialium. c. 30 ibid.
De Visitatione quorumuis aliorum exempt. Visitationis modo, & effectu. c. 31 ibi.
De Visitationibus Secularium. c. 32. 194
De Visitatione Cathedralis Ecclesiæ. cap. 35. 195
De Visitatione Ecclesiæ Parochialis. cap 34. 200
De Visitatione Ecclesiarum Græcarum. capitulo 35. pag. 207
De visitatione beneficiorum simplicium, Seminarij, Confraternitatum, Hospitalium, cap. 36. 211

DE FORMANDO Processu.

Titulus V. 216

De causæ progressione describenda, siue de componendo processu. cap. I 216
Regularium Iudex quomodo in eorum caussis procedere possit, ac debeat. c. 2. 218
Quid sit summarie procedere, & de plano, sine strepitu iudicij sola rei veritate inspecta, tumultu & apicibus iuris postpositis. c. 3. 220
Quæ de iure diuino, ac naturali sint in iudicijs à iudicibus obseruanda. c. 4 223
Ius commune an, & quomodo in Regularium causs. sit obseruandum sit. c. 5 224
De Ordine Iudiciorum. c. 6 225
De Delictis. c. 7. 226

DE ACCVSATIONE.

Titulus VI. 227

Forma commissionis, seu delegationis faciendæ ab Ordinario alicui de compilando processu super quacunq. accusatione, querela, denunciatione iudiciali, uel proprio motu iudicis ordinarij propter clamorosas insinuationes sibi factas a fide dignis contra aliquem super eiusdem crimen, altero ex ijs modis ipsi ordinario delatum, & forma electionis actuarij. c. 1. 227
De Accusatione. cap. 2. 228
De Actore, & partibus. c. 3 229
De accusatore, & accusationis forma. c. 4 230
De Monachorum propria procedendi ratione. c. 5. 231
Quid sit summariè, & de plano progredi, explicatur, c. 6. 232
Quomodo debet procedere iudex per viam accusationis, & an possit sine illa castigare delinquentes. c. 7. 234
An, qui accusat, peccet, & teneatur restituere, & antequam accuset, corrigere fratrem suum, c. 8. ibid.
De obligatione testium ad dicendam ueritatem iudicib. procedentibus per uiam inquisitionis, accusationis, aut denunciationis. c. 9. 236
De Modo, quo Regularium Iudex Processum incipere debet, iuxta quatuor procedendi modos, cum suis formulis. c. 10 240
De persona Actoris. c. 11. 245

DE DENVNCIATIONE

Tit. VII. 247

De modo, & forma seruanda a Commissarijs in primo actu fundationis tribunalis sui, quando ad instantiã partis processerint, uel ex denunciationib. in scriptis factis coram Capitulo Generali, uel Prouinciali, seu Dietis, uel coram ipso Generali, aut Præsidète alicuius Congregationis, uel Ordinis, uel coram aliquo Ordinario. c. 1. ibid.
De Denunciatione, & eius partitione, & differentijs. cap. 2 250
De forma denunciationis, & Accusationis, quodq. sit inter eas discrimen. c. 3. 251
An sit obligatio denunciandi delinquentes in uisitationibus, & an possit fieri ante correctionem fraternã, cap. 4 252
De Denunciatione. c. 5 255
De Modo incipiendi Processum per uiam Denunciationis cap. 6 ibid.

DE INQVISITIONE.

Tit. VIII. 257

De forma procedendi per Commissarios, quando fuerint destinati ad inquirendum super aliquo crimine ex off. propter euidentiã facti, uel clamores deductos ad aures Reuerendorum Regiminis supremi totius ordinis, seu Congregationis alicuius. c. 1. 257
De forma procedendi, quando delictum perpetratum est facti permanentis, & de forma exigendi iuramentũ a testibus examinandis super ipso facto permanente. cap. 2 258
De forma procedendi in inquisitione quando delictum est facti transeuntis, non relinquentis uestigia expressa post se, aut difficilis probationis. c. 3. 260
De forma procedendi ad inquirendum de corpore delicti facti non permanentis, nec transeuntis,

fed

Digitized by Google

sed dubij, scilicet quando in aliquo facto ignoratur, an interuenerit scelus, nec ne.c.4. 260
De forma vniuscuiusque tituli inquisitionis tam generalis, quam specialis, tam ad instantiam partis, quam ex officio.c.5. 262
De Inquisitione.c.6. 263
De solemni Inquisitione.c.7.pag. 264
Explicantur ea, de quibus Inquisitio fieri debeat. cap.8. pag. 265
Eorum accuratior explicatio.c.9. 265
De modo procedendi in Inquisitione.c.10. 266
De inquisitione generali, c.11. 267
De inquisitione particulari ex parte iudicis. cap. 12. p 13. 268
De Inquisitione.c.13. 271
De Notario.c.14. 271

DE EXCEPTIONIBVS.

Tit. X. 272.

De Modo incipiendi Processum per uiam Exceptionis cap.1. 272

DE TESTIBVS.

Tit. XI. 273

De testibus pro informatione Curiæ recipiendis, & de forma illos examinandi.c.1. 273
De testibus cogendis, & de formę qualitate, quanti teneantur Commissarij ad ipsos compellendos ad testimonium ferendum in causa criminali criminaliter mota.cap.2. 276
Quando exhibendum sit iuramentum de dicenda ueritate.cap.3. 277
De forma monendi testem irreuerentem, uel falsum testimonium proferentem, & de subijciendo eum torturæ, ac alios infames, & deputandi in carcere eosdem. cap.4. 278
De testibus generatim.c.5. 281
De Indicijs.cap.6. 282
De Testibus proprie.c.7. 283
Explicatio latior quoad Testes.c.8 284
An sit licitum allegare defectus contra testes. cap. 9. pag. 285
De testium examine.cap.10. ibid.
De testibus.c.11. 287
Vide in Tit.VI.de Accusatione c.9

DE CORRECTIONE Fraterna.

Titulus XII. 295.

Quomodo denunciator, accusator, & testes debent corrigere fratres suos, antequam denuncient, aut testificentur in casibus, in quibus tenentur facere dictam correctionem.cap.1. 295

DE CONVICTIS PER Depositionem Testium.

Titulus. XIII. 298.

De Conuictis.cap.1. 298

DE PATRONO.

Tit. XIV. 299.

De Patrono Cap.1. ibid.

DE REO IN GENERE.

Tit. XV. 300.

De Reo.Cap.1. 300
De Persona Rei.cap.2. 301

DE REORVM CAPTVRA.

Tit. XVI. 303.

De captura Reorum, & forma mandati de capiendo, & carceri mancipando.c.1. 303

DE INDICIIS, AC TORTVRA.

Tit. XVII. 304.

Quid faciendum sit Commissarijs, & quæ obseruanda ab ipsis erunt captis reis.c.1 304
De criminum uarietate.c.2 305
De Infamia.c 3 306
De Indicijs.c.4 307
De Indicijs, ac Tortura.c.5 308
Vide in Tit.XI.cap.6.

DE MODO PROCESSVM continuandi a Iudice Regularium.

Tit. XVIII. 314

Cap.*Vnicum.* ibid.

DE EXAMINE, SEV INTERROgatione Reorum.

Tit. XIX. 331.

De forma constituti, seu examinis reorum tam primi, quam secundi, & aliorum, si quod erit faciendum a Commissarijs.cap.1 321
Quid faciendum sit Commissarijs, si nollent Rei respondere factis interrogationibus, uel præcisè affirmatiuè, uel negatiuè, ut tenentur, uel alligent eos suspectos iudices.cap.2. 324
De Depositionibus Testium, uel confessionibus complicum criminis in facie reorum legendis, & de forma illas legendi, & de confrontatione Testium cum reis tam in tormentis, quam extra. Capitulo 3. 327
Quomodo possit iudex capere confessionem rei, & in quibus casibus teneatur dicere ueritatem, & declarare complices delicti sui.c.4. 331
Vide supra in Tit.XVIII. a numero 6. usque ad numero.12

Digitized by Google

DE REIS CONFESSIS.

Titulus XX. 334

Cap. Vnicum.

DE DEFENSIONIBVS Reorum. *Tit. XXI.* 334

De Publicatione processus, & defensionibus Reis dandis: & de modo procedendi in eis, quando agitur contra regulares, de quibus fuit sermo. Cap. I. 334
De Defensionibus reorum. Cap. 2. 342
Vide supra in Titu. XVIII. num. 13. vsque ad finem dicti num.

DE TORTVRA REORVM.

Tit. XXII. 344

A quibus tortura erit inchoanda, quando plures Rei essent torquendi, & de remedijs, quibus ipsi torquendi assoleant vti in tortura existentes, vt nullum sentiant dolorem. Cap. I. 344
De modo, & forma procedendi contra reos ad quaestionem, seu torturam, quam alias rigorosum examen appellant passim Doctores, *cum formis decernendi ipsam torturam adhibendam. Cap. II.* 345
Commissarijs quid faciendum sit, si Reus in tormentis defecerit. Cap. III. 348
De ratificatione confessionis facta a Reo in tormentis, & quomodo Commissarij procedant ad illam recipiendam. Cap. IV. 349
Quando erit licitum iudici adhibere torturam, & quando erit licitum reo verum respondere. Capitul. V. 352
De Tormentis. Cap. VI. 354
Vide supra in Tit. XVIII. a num. 14. vsque ad num. 18. Vide etiam in Tit. XVII.

DE PVRGATIONE CANONICA.

Tit. XXIII. 355

De Purgatione canonica, aliquando Reis iniungenda, & de forma ipsa recipienda a Commissarijs. Cap. I. pag. 355
Purgatio canonica quando incidenda erit §. I. ibi.
De Purgatione canonica oblata à reis, recipienda à Commissarijs, vel non recipienda. §. II. 356
Coram quibus sit facienda Purgatio canonica. §. III. ib.
Cum quot, & qualibet infamatus, cui in dicta fuit Purgatio canonica per Commissarios, debeat se Purgare. §. IV. ibid.
Forma iuramenti deferendi tum compurgatoribus, quam infamatis ipsis, quae fit. §. V. ibid.
Purgationis canonicae effectus quis sit. §. VI. ibid.
De Purgatione Canonica. c. 2. 357
De Purgatione Canonica. c. 3. 358

DE SENTENTIIS.

Tit. XXIV. 363.

De forma decreti citationis Rei ad audiendam diffinitiuam sententiam, & de forma ipsius sententiae. cap. 1. pag. 363
De Sententia. cap. 2. 364
Quomodo debeat iudex sententiam pronuntiare contra reum. cap. 3. 365
De Modo Processum terminandi à Iudice Regularium. cap. 4. 369
De Sententijs. cap. 5. 372

DE REIS CONTVMACIBVS.

Tit. XXV. 373.

De Reis contumacibus. Cap. I. ibid.
De Reo contumace. cap. 2. 375.

DE BANNITIS CAPTIS.

Tit. XXVI. 376

Iudex ordinarius, vel Commissarij, quid facient capto bannito, & qua forma ad eius recognitionem procedent. cap. 1. ibid.
Quid faciendum sit Commissarijs, si Reus, de quo agitur negauerit se esse illum descriptum in banno, seu in sententia condemnatoria. cap. 2. 378
Quomodo facienda erit recognitio banniti, & condemnati penitus non habentis linguam, vel ipsam impeditam, vel surdi, vel loquentis externo idiomate. cap. 3. 381
De tortura inferenda bannitis, & sic condemnatis pro habenda vlteriori veritate super complicibus, & alijs delictis. cap. 4. 384

DE APPELLATIONIBVS.

Tit. XXVII. 385.

Quomodo reus possit appellare a sententia contra eum lata, & in quibus casibus secundum conscientiam potest impedire executionem eius per viam appellationis. cap. 1. 385
De Appellationibus. cap. 2. 386
De Appellatione a Iudice. cap. 3. 387
De Appellationibus. c. 4. 391

DE POENIS.

Tit. XXVIII. 393

De Poenis. cap. 1 393
De Poenis explicatio accuratior. cap. 2. 394
Accommodatio ad poenas Regulares. cap. 3. 395
Continuatur materia de Poenis. cap. 4. 397
De eadem materia de Poenis. c. 5. 402
Vide etiam in Tit. XXIV. c. 4
Constitutio Clementis VIII. de largitione munerum. pag. 410

Digitized by Google

CONSTITVTIONIS CLEMENTIS VIII.

De largitione munerum utriusque sexus Regularibus interdicta, cuius initium Religiosæ Congregationes, inscribitur, non inutilis interpretatio.
Præfatio.pag. 412.
Prima pars principalis constitutionis indicans mentem legislatoris. 414
Secunda pars principalis Constitutionis continens generalitates quasdam, & nonnullos casus circa Regulares donantes, ibi Hæc nostra, ibid.
Decem Casus, in quibus licet Religiosis donare, 416
Tertia pars principalis huius constitutionis pertinet ad personas donatarias, seu ad recipientes munera ab ipsis Regularibus: ibi, Pars etiam ratione, 420
Quarta pars principalis Bullæ continet pœnas contra Regulares dantes munera. ibi. Quod si quis. Hæ pœnæ sunt numero sex. 421
Quinta pars principalis, ibi. Quocirca mandat obseruantiam, & executionem huius Constitutionis, et e usque narum, ibid.
Sexta pars principalis Consti. ibi: Non obstantibus in qua apponitur clausula derogatoria omnium co. stitutionum in contrarium, 422
Septima pars principalis præsentis Constitutionis. ibi uolumus autem, &c. habet legis promulgationem. ibid.
Octaua, & ultima pars Constitutionis determinat tempus, a quo ipsa Constitutio ligare incipit, nempe post sexaginta dies a promulgationis die citra montes, intra montes vero post quatuor menses incipit, & nihilominus, &c. ibid.
Decem alij Casus, in quibus licet Regularibus donare, 423

FINIS.



Digitized by Google

INDEX
RERVM OMNIVM
NOTATV DIGNISSIMARVM
Quæ in hoc Quarto Tomo continentur.

A

Aaron.



Aron quate in pectore portabat rationale iudicij.ti.2.c.8.nu.2

Abbat.

Abbas,quem Episcopus tenuit benedicere,poteſt officium Abbat.exercere.ti.4.c.10.nu.15

Abbates in quibus excedunt.titu.4.c.10.num.36

Abbates de quibus ſunt interrogandi,ti.4.c.17.n.34

Abbates non debent in ſuos monachos nimis ſeuire,ibi.num.35

Abbas in 32.caſibus diſpenſare poteſt.ti.4.c.10.n.38.

Abbatiſſa.

Abbatiſſæ an poſſint viſitare,ti.4.c.2.n.21

Abbatiſſa eſſe non debet,quæ corrupta eſt, titul.4.ca.3.num.3

Ablata.

Ablata male ſunt teſtituenda,ti.4.c.18.n.54

Abſoluendus.

Abſoluendus in duplici gradu eſt,ti.24.c.4.n.17

Abſolutio.

Abſolutio pœnam perpetuam commutat in temporalem,ti.4.c.20.n 58

Abſolutionis ab excommunicatione incorſa à Reo forma,& decretum quomodo ſit concipiendum, tit.21.c.1.num.8

Abuſio.

Abuſionum eradicatio 12,bona facit, ti.4.c.20.nu.1

Abuſiones clauſtri ſunt 12.ib.nu.2

Accidia.

Accidiæ mala,ti.4.c.12.nu.59

Accipiens.

Accipiens date debet,ti.4.c.15.nu.58

Accuſare.

An peccet ille,qui falſe accuſat conclu. 1, titu.6.cap.9.num.3.& an teneatur ad reſtitutionem ibid. & conc.2.num 4

An qui falſe accuſat,debeat puniri pœna talionis,concl.6.ti.6.c.8.nu.8

An qui accuſat vere,ſit neceſſe,quod prius corrigat fratrem concl.7.& 8.ib.nu.9.& 10

Suam,& ſuorum iniuriam proſequentes omnes accuſare poſſunt,ti.6.c.10.nu.38

Accuſatio.

Accuſatio facinoroſorum quare fieri debeat,ti. 6.cap.3.nu.1

Criminis deferendi ratio triplex eſt, accuſatio, inquiſitio,& denunciatio,ib.nu.2

Accuſatio,inquiſitio.& denunciatio quid,ib.nu.3

Quid ſit accuſatio,& an ſit neceſſe, quod fiat in ſcriptis, & an ſit ex ſe mala,ti 6.c.7.nu.1

An ſit neceſſe,quod quis ſit accuſatus , vt iudex procedat per viam punitionis,conclu.1.ti.6.c.7.num.2.& concl.2.nu.3

Quot ſint ſpecies accuſationis,ti.6.c.8.nu.1.& quomodo ſint in ea tria vitia,nu.2

An quiuis iudex poſſit rumpere accuſationes conclu.5.ti.6.c.8.nu.7

Accuſatio illaudabilis intentio eſt, & vix abſque culpa exerceri poteſt,ti.6.c.10.nu.45

Accuſatio dupliciter deponi ab accuſatore poteſt,ibi.nu 56.titu.6.cap.10

Forma incipiendi proceſſum per viam accuſationis a Iudice ordinario,ibi.nu.57

Forma incipiendi proceſſum eadem via a Iudice Delegato,ib.nu.58

Accuſator.

Accuſator,vel eius vices gerens præcedens iudicium in vnoquoque iudicio de iure diuino requiritur,titul.5.cap.4.num.1

Citatio Rei, illiuſque interrogatio iuris diuini eſt. ibid. num.2

Accuſator legitimus qui ſit,ti.6.c.10.nu.8

Qui legibus accuſare prohibeantur,ib.nu.9

Inimici,ib.num.10

Suſpecti,ibi.nu.11

De domo inimici prodeuntes,ibi.nu.12

Qui cum inimicis commorantur,ibi.nu.13

Conſanguinei inimicorum,ib.nu.14

Laici clericos,ib.nu.15

Excommunicati,ib.nu.16

Criminoſi,ib.nu.17

Infames,ib.nu.18

Apoſtatæ,& ſuſpecti fide,ib.nu.19

Hæretici,ibi.nu.20

Infideles,ibi.nu.21

Calumniatores,ib.num.22

Qui falſum teſtimonium dixere,ib.nu.23

Conſpiratores,ibi.nu.24

Qui odio quemlibet proſequuntur,ib.nu.25

Facile litigantes,ibi.nu.26

Adulatores,ib.nu.27

Dominus aduerſus ſ,ib.nu.28

Alienigenæ,ibi.nu.29

Inopes,ibi.nu 30

Serui,ibi.nu.31.ti.6.c.10

Liberti,ibi.nu.32

Accuſatus accuſatorem ſuum,ib.nu.33

Omnes,quos leges ciuiles repellunt,ib.nu.34

Qui videantur lege diuina repelli ab accuſando , ibid.&c tium.35

Qui videantur naturali,ib.nu.36

Accuſator talionis pœna mulctandus eſt,ib.nu.46.

Accuſator inu dus eſt,ib.nu.44

Accuſator, & Denunciator ante abſolutoriam citandi ſunt,ti.24.c.4.nu.16

Acta.

Acta egredientis fines mandati erunt ipſo iure nulla ti.4.cap.23.num.2

Ex inordinatè actis non poterit aliquid ordinatè proficiſci,ti.26.c.1.nu.4

Actor.

Actor,& reus quare ſic nuncupentur. Item & iudex,ti.2.cap.3.nu.3.& 4

Actoris,teſtiumq. nominum ſuppreſſio in hæreſis criminе ſingularis eſt,ti.5.c.3.nu.25

Actor

Actor debet esse paratus.tit.6.c.11.n.3
Actor tenetur edere reo sua instrumenta.ibid.n.4
Actor producens plures capitula in libello non se obligat ad probandum quamlibet partem copulatiue.tit.11.c.8.nu.4
Actore non probante reus absoluitur.tit.11.c.8.n.5.& tit.24.c.4.n.15

Actuarij.

Actuarij obtemperantes Commissarijs iniusta præcipientibus peccant,& an falsarij dicendi,& tanquam tales puniendi sint.tit.11.c.1.nu.8

Adam.

An Adam,& Eua fuerint in Paradiso terrestri ociosi, quando ad eos decipiendos accessit diabolus suadens eis commestionem de arbore vetito a Deo.tit.4.c.25.num.18

Adoratio.

Adorationis tres sunt species.tit.4.c.20.n.71

Adulatores.

Adulatores sunt causa multorum malorum.tit.4.c.19.num.44
Adulatores a iure puniuntur.tit.4.c.20.n.65

Adulterium.

Adulterium per quos perpetratur.tit.4.c.20.n.10.

Aduocatus.

Aduocatus non debet pacisci super quota litis.tit.4.c.7.num.33
Aduocati de quibus sunt interrogandi.tit.4.c.17.n.71
Aduocatorum salaria multis considerandis sunt statuenda.ibid.n.72.
Aduocati mali sunt in magno periculo.ibid.n.73
Aduocati definitio,atque eius partes.tit.14.c.vn.n.1
Aduocatus quomodo se gerere debeat defendendo reū.ibid.n.3
Aduocatus quomodo captabit iudicis beneuolentiam.ibid.nu.5
Aduocatus ex crimine obiecto debet pro reo formare capitula.ibid.n.7
Aduocatus,& procurator Reorum comparētes coram Commissarijs,verbo & scriptis quid petere debeant, postquam fuissent certiorati de expleto examine super articulis a se præsentatis.tit.25.c.1.n.41
Actuarius quid annotare debeat super petitiones in actis præsentatas ab Aduocatis,& procuratoribus Reorum.ibid.n.42
Decreti forma de permittendo perlustrari depositiones testium productorum ipsis aduocato,& procuratori, & quomodo illis intimandum erit.ibid.n.43.
Commissarij elapso termino perlustrandi depositiones testium productorum in defensionem reorum quid faciant, si sibi viderint Reum, fore torquendum, vt cautius procedant.ib.n 44
Comparentes coram Commissarijs aduocatos,& Procuratores reorum,& allegantes in voce,& scriptis in fauorem reorum; Commissarij ipsi benignè suscipere debent,& accuratè perlegere præsentatas allegationes,& postea procedendum est ulterius post dictam citationem ad concludendum in causa.tit.21.c.4.n.15

Aequalitas.

Aequalitas iudicis partium respectu diuino est iure seruanda.tit.5.c.4.n.3

Aequitas.

Aequitas quid est.tit.4.c.10.n.57 *Aetas.*
Aetas omnis ad malum est procliuis.tit.4.c.1.n.16
Aetas pubertatis quæ.tit.4.c.2.n.6

Agere.

Agere qui iure prohibentur.tit.6.c.11.n.1

Alchimia.

Alchimia non est facienda.tit.4.c.18.n.10

Alexandria.

Alexandria quando,& per quos fuit constructa.tit.4.c.15.num.51 *Alienatio.*
Alienatio inualida non validatur per sequentem solemnitatem.tit.4.c.15.n.65 *Altare.*
Altaria sine sanctorum reliquijs erigi non debent.tit.4.c.7.n.14
Altare portatile possunt Episcopi & superiores habere.tit.4.c.15.n.3 *Ambitio.*
Ambitio est fugienda.tit.4.c.17.n.48
Ambitus crimine qui dicuntur inuolui.ti.4.c.20.n.18

Anathema.

Anathematis interminatio quid dicitur.tit.4.c.16.n.4

Anima.

Animarum cura est ars artium.tit.4.c.1.n.7.
Anima est pretiosior corpore.tit.4.c.1.n.8
Anima cibo spirituali nutritur.tit.4.c.1.nu.21
Animæ vires sunt tres.tit.4.c.20.n.93

Anniuersaria.

Anniuersariorum numerus sicut,& missarum reduci potest.tit.4.c.33.n.11

Annona.

Annonam cariorem facientes qualiter puniendi sunt.tit.4.c.24.nu.21

Annulus.

Annuli non sunt a clericis portandi,nisi dignitas permittat.tit.4.c.7.n.40

Annus.

Annus probandi regulam qualis.tom.4.tit.1.c.2.n.2

Apostasia.

Apostasia est triplex.tit.4.c.20.n.70.

Apostoli.

Apostoli intra quod tempus petendi.tit.27.c.3.n.38.
Iudex a quo terminum ad Apostolos petendos constituere potest.ibid.39.
Literæ dimissoriæ quare dicantur Apostoli.ibid.40
Apostolorum quinque species.Dimissorij, Refutatorij, Reuerentiales,Conuentionales, ac Testimoniales & & qui sint.ibid.41.
Apostoli affirmatiui,& negatiui,& qui sint.ibid.42
Qui tempus ad prosequendum appellationem receptis Apostolis quod sit.ibid 43

Appellatio. Appellare.

Appellans in criminali causa ab Episcopo, aut eius Vicario,quid facere teneatur,quid is,a quo appellatur, & is ad quem appellatur, & quid notarius causæ, & an appellatio a morum correctione sit admittenda in actu visitationis.tit.4.c.25.n.33.p.169.
Appellatio ad quid fuit inuenta.tit.4.c.15 n.40
Appellatio de iure naturali.tit.5.c.4.n.7
Appellatio est de genere defensionum legitimarum.ib.num.8
Quotuplex sit appellatio.tit.27 c.1.n.1
An sit licitum appellare a iudice inferiori ad superiorem,& an teneatur iudex admittere appellationem, concl.1.num.2.& conclu.2.num.3
An possint religiosi recurrere Romam via appellationis.ibid.n.4.
An possint recurrere ad alia tribunalia per viam appellationis.ibid.nu.5
Appellatio quando detur.tit.27.c.2.n.1
Appellandi formula.ibid.n 2
Ordinata per Conc.Trid.circa appellationes.tit.27.c.4.num.1
Modus in appellatione qui seruandus de iure ciuili est.tit.27.c.3.n.3
Qui de iure canonico.ibid.n 31
Tempus appellandi decendium est.ibid.n.32
Cur decem dies nec plures,nec pauciores ad appellandum concedantur.ibid.n.33.
Si Reus absit quid agendum.ibid.n.34
Quocunque die illorum decem appellari potest. ib.35
Etiam die feriata.ibid.n.36
Etiam de nocte.ibid.n 37
Appellationem an debeat admittere iudex ibid.n.44
Si non admittatur, vel iudicis violentia timeatur quid agendum sit.ibid.45

Appella-

Si appellantis ratio dubia sit, quid faciendum sit. ib. n. 46
Si iudici caussa commissa sit appellatione remota, quid agendum sit. ibid. n. 47
Remota appellatione nõ remouetur supplicatio. ib. n. 48
In quibus casibus iudex appellationi deferre non tenetur. ibid. n. 49.
Appellans ab appellatione desistere potest. ibid. n. 50
Appellatione interposita nihil nouandum. ibid. n. 51
Pendente appellatione illæsus damnati status conseruare debet. ibid. n. 52
Effectus appellationis qui sint. ibid. n. 53
Regulares appellare a quibus nequeunt. ibid. n. 55
Si modus in eorum correctione excedatur appellare queunt. ibid. n. 56
Non admittens regularium appellationem punitur. ib. num. 57
Regulares in quibus casibus appellare queunt. ib. n. 58.
Sacra Congregatio definiuit Regulares appellare posse, ordinemque statuit in eorum appellationibus seruandum. ibid. n. 59
In regularium appellationibus quomodo procedendum sit. ibid. n. 60

Aqua benedicta.

Aqua benedicta multa bona facit. tit. 4. c. 18. n. 24

Arbitri.

Arbitri quare ita nuncupentur. tit. 2. c. 7. n. 14
Arbitrorum potestas publica est. ib. n. 15
Arbitri ligandi vim habent, non autem exequendi. ibid. num. 16
Arbitri nõ in omnib. causis possunt assumi. ti. 4. c. 15. n. 13

Archidiaconus.

Archidiaconus an visitare possit. tit. 4. c. 2. n. 16
Archidiaconus est ep. scopi vicarius. tit. 4. c. 8. n. 12
Archidiaconus est oculus episcopi. ib. n. 13
Archidiaconorum redditus per superiores diminui non debent. tit. 4. c. 10. n. 6
Archidiaconi de quibus debent per visitatores interrogari. tit. 4. c. 17. n. 43
Archidiaconus, dum visitat, quæ seruare teneatur. tit. 4. c. 31. n. 4

Archiepiscopus.

Archiepiscopus non potest iurisdictionem exercere in Diœcesi sui suffraganei. tit. 2. c. 5. n. 1
Archiepiscopus visitare potest etiam episcopo non negligente, & loca etiam minuta. tit. 4. c. 3. n. 13
Archiepiscopus potest audire confessiones subditorum suorum suffraganeorum. tit. 4. c. 14. n. 1
archiepiscopus bis in eodem anno prouinciam visitare potest. tit. 4. c. 4. n. 5
archiepiscopus non potest peruertere ordinem in visitationibus. tit. 4. c. 7. nu. 7. & 8
archiepiscopus in subditos suffraganeorum iurisdictionem non habet, nisi in certis casibus. tit. 4. c. 10. n. 20
archiepiscopus visitare non potest Suffraganeum suum, nisi causa prius in synodo prouinciali probata. tit. 4. c. 31. num. 5
archiepiscopus quando debeat admittere appellationes factas a suis suffraganeis. tit. 27. c. 4. n. 4

Archipresbyter.

Archipresbyter quod officium habet. tit. 4. c. 8. n. 14
archipresbyteri rurales quid facere debent. tit. 4. c. 8. n. 1
archipresbyteri de quibus sunt per visitatores interrogandi. tit. 4. c. 17. n. 44

Areopagita.

Areopagitæ nocte, ac in tenebris iudicabant, & quare. tit. 2. c. 6. num. 5
Areopagitæ Rhetoricæ partem commouentem damnarunt. ib. n. 6

Articuli probatorij.

Super præsentatos articulos probatorios ab Aduocatis Rei quid scribat actuarius. tit. 21. c. 1. n. 29
Decretum faciendum a Commissarijs super admissione articulorum probatoriorum sibi exhibitorum. ib. n. 30
Commissarij quæ accuratè obseruabunt, receptis dictis articulis probatorijs. ib. n. 31
Commissarij quare articulos tendentes ad formam libelli famosi teneantur delere, vel corrigere, ibid. nu. 32. & 34

Ars.

Artium mater est instantia, seu diligentia. tit. 4. c. 19. n. 51

Assertio.

Assertio vulnerati, sollicitati, corrupti, vel mandatarij quid operetur. tit. 17. c. 5. n. 35

Auaritia.

Auaritia multa mala facit. tit. 4. c. 9. n. 20
Auaritiæ mala. tit. 4. c. 12. n. 20

Aureola.

Aureola est triplex. tit. 4. c. 20. n. 90

Authoritas.

authoritas Episcopi in Clericos Ordinaria est. Item Abbatis, & Præsidentis in monachos. tit. 2. c. 4. n. 2
Visitatorum authoritas delegata. At Prioris qualis ordinaria, vel delegata per exempla demonstratur ib. n. 4
Delegata authoritas Prælati qualiter mandetur. ib. nu. 5

B

Baculus.

Baculum Pastoralem gerere debent Prælati ad pellendam luporum rabiem. tit. 4. c. 10. n. 66
Baculi Pastoralis qualitates. ib. n. 67
Virga Pastoralis qualis debet esse. ib. n. 68
Baculi Pastoralis benedictio. ib. nu. 69
Baculi peregrinorum benedictio. tit. 4. c. 10. n. 71

Bannitus.

Capitaliter banniti, et condemnati quare impunè quodd laicas leges poterunt occidi. tit. 25. c. 1. n. 4
Contra bannitos captos quando exequutio fiet. tit. 26. c. 1. n. 1
In banniti capti recognitione facienda per Commissarios quæ erunt obseruanda, vt rite omnia procedant.
Commissarij in processu informatiuo compilando errantes in nomine cognomine, &c. ipsius Rei, quid facient pro correctione erroris ipsorum.
Commissarij quid præmittere debeant bannitorum iam carceratorum examini. ib. n. 5
Forma constituti Rei banniti cũ recognitione ipsius assignatur, & omniũ interrogationum faciendarũ ipsi. ibid. n. 6
Commissarij quomodo manifestabunt ipsi Reo bannito carcerato bannum, & sententiam contra eundem promulgatã, & huiusmodi manifestatio in actis qualiter describenda erit. ibid. n. 7
Post dictam recognitionem factam, & legitimam appellatam a Commissarijs, de quibus alijs ipse Reus constitutus erit interrogandus. ibid. n. 8
Commissarij post dictam interrogationem quid facient. ibid. n. 9
Commissarij, vel Iudices ordinarij quomodo procedent contra bannitos carceratos, negantes se esse illos, qui in banno, & sententia reperiuntur descripti. tit. 26. c. 2. num. 1
Commissarij quid describi facient ab Actuario, postquã dictus bannitus negauerit se esse illum, de quo in dicto banno sermo habetur. ib. n. 2
Testis adductus ad recognoscendam personam banniti, de quibus interrogabitur: & quomodo describentur huiusmodi interrogationes, & illius depositio, & Rei verba. ib. n. 3
Commissarij quid facient, si Reus bannitus adhuc persistat in negatiua, non obstante multiplici affirmatiua assertione testium adductorum ad recognoscendum Reum. ib. n. 4
Forma decreti indulti Reo termini ad se tuendum, & ipsius intimationis factæ Reo relationis, traditur. ib. n. 5
Commissarij quid facient, si Reus bannitus carceri mancipatus, & habitus pro bannito legitime, probauerit se non esse illum descriptum in banno. Et quid si ipse carce-

Digitized by Google

carceratus defecerit in probando se non esse illum positum in banno.ib.num.6
Commissarij quomodo procedent cõtra bannitum, qui pluribus nominibus vocari se fecisset, & de quibus interrogabunt eos.ib.num.7
Commissarij post examen dictorum bannitorum, quæ necessario ponderabunt,& obseruabunt,& de quibus secundo eundem Reum interrogabunt.ib.n.8
Reo adhuc in negatiua persistente, quid facient Commissarij.ib.n.9
Ad executionem sententiæ procedent Commissarij, si Reus bannitus fassus fuerit se esse illum, de quo fit sermo in banno, licet expresse non confiteretur se illa, de quibus fuerat inquisitus, perpetrasse, & quare. Sed quid facient Commissarij, si reus in tortura semper perseuerauerit in negatiua.ib.n.10
Commissarij quæ omnino obseruabunt in facienda recognitione banniti,& condemnati, quando ipse non calleret idioma, quo loquuntur Commissarij, ac ipse actuarius, vel si ipsi Rei essent penitus priuati lingua, vel ipsam haberent impeditam, vel essent surdi.ti.26. c.3.num.1
Forma decreti cum eius intimatione de vocando interpretes reorum mutorum, surdorum, vel idiomatis extranei perbreuissima,& elegantissima traditur.ib. n.2
Commissarij, deputatis interpretibus sup. adictorum Reorum, quid facient intendentes ipsos Reos examinare. ib.n.3
Constituendi seu examinandi reos supradictos per interpretem forma traditur.ib.n 5
Facta recognitione bannitorum iam in carceribus detentorum, quid facient Commissarij, antequam ad executionem sententiæ latæ contra eosdem processerint. tit.26.c.4.num.1
Protestatio, quæ a Commissarijs facienda erit, antequã veniant ad actum interrogandi, & torquendi dictos Reos bannitos, & quare illam præmittere expediat. ibid.nu.2
Tortura inferenda dictis reis pro complic.b. declarandis moderatior erit adhibenda.ibid.n.3
Commissarij quæ animaduertant obseruare, dum torquent ipsos reos, de quibus agitur in eod.n.4.
Interrogandi huiusmodi reos ante torturam, & postea in tortura existentes forma traditur.ibid.n.5
Forma verborum, qua vti, & annotari in processu mandare debebunt Commissarij post interrogationes factas dictis reis de complicibus suis immediate, antequam ipsos torquere voluerint.ibid. n.6
Commissarijs quid erit faciendum post dictorum Reorum torturam,& in ipsa interrogatione sibi facta. ibi. num.7
Fiscalis assistens torturæ quid protestari possit,& debeat contra reum tortum.ib.n.8 *Bannum.*
Tenor banni ferendi contra citatum Reum, & contumacem,& insimul ratio promulgationis eiusdẽ banni.tit.25.c.1.n.10.
Bannum Episcopi extenditur tantum per ipsius Diœcesim.tit.28.c.6.nu.20

Baptismus.

Baptismi sacramentum qualiter, & vbi sit celebrandũ tit.4.c.14.n.23
Baptismus dũ ministratur quot patrini debent esse.tit.4. c.18.nu.27
Baptismus vbi debet ministrari.ibid.n.29

Baptizandus.

Baptizandus debet dare nomen suum.tit.4.c.14.n.24
Paruuli quare exsufflantur in baptismo.ibid.n.25
Baptizandi nares,& aures quare tangũtur saliua. ib.26.

Baptizatus.

Baptizatus an debeat semel: vel ter mergi, in hoc standũ est consuetudini.tit.4.c.14.nu.27
Baptizato tradita vestis candida quid repræsentat. ibid num.28

Baro.

Barones, & proceres de quibus interrogabuntur. tit 4. c 17.nu.67

Beatitudines.

Beatitudines sunt septem.tit.4 c.20.n.41.

Beatus.

Beatus per quæ quis efficitur tit.4.c.20.n.46

Bellum.

Bellum quando dicitur iustum.tit 4.c.17.n.63
Bellum perdit opes, corpus,& animam.tit.4.c. 20.n.81.

Beneficium.

Beneficia,& officia ecclesiastica sunt magis idoneis conferenda.tit.4.c.1.n.30
Beneficia sunt personis idoneis conferenda. tit.4.c.8.37
Beneficium accipientem obligat damni.tit.4.c.15. n.44.
Beneficia quibus sunt conferenda.tit.4.c.16.n.27
Commendatur beneficium.tit.4.c.16.n.36
Beneficia plura vni personæ non sunt conferenda. tit.4. c.17.n.20
Beneficia plura tenere non licet sine dispensatione . tit. 4.c.17.n.42
Beneficia nullius diœcesis a quibus visitanda erunt. tit. 4.c.25.n.29.pag.168
Beneficium obtinens simplex non tenetur ad personale exercitium onerum beneficij.tit.4.c.36.n.3

Beneficiati.

Beneficiati tenentur adiuuare in ecclesiarum reparationes.tit.4.c.15.n.43.
Beneficiati sunt procuratores,& non Domini.tit.4.c.15 num.59.

Benemeritus.

Benemeritus quis dicatur.tit 2 c.13.n.12

Benignitas

Benignitas in quo consistit.tit.4 c.20.n.52.

Biblia.

Biblia sola non sufficit pro regẽda ecclesia.ti 4.c.17.n.24

Bigamia.

Bigamiæ irregularitas per Papam tolli non consueuit. tit.4.c.19.nu.12.
Bigamia quędam ex beneficiorũ pluralitate inducitur. ibid.nu.13.

Bigamus.

Bigami non sunt ordinandi .tit.4.c.16.n.20.
Bigamus quare ordinari prohibetur.ibid.n.21
Bigamus est omni priuilegio clericali nudatus.tit.4.c.16. num.32

Bonifacius.

Bonifacius a Ioan. And. quodammodo reprehenditur. tit.4.c.2.n.11

Bonum Bonus.

Bono publico consulitur mediante processu legitime compilato contra reos.tit.1.c.3.nu.1
Bonus quisque præsumitur, nisi de contrario constet.tit. 11.c.11.n.88
Boni viri,& graues qui dicantur.tit.2.c.13.n.11

C

Cadauer.

Cadauera sepulta a scismaticis non sunt exhumanda. tit.4.c.16.n 9

Camerarius.

Camerarius Papæ durat mortuo Papa.tit. 4.c.2.n.14

Canes.

Canes,& accipitres clericis habere non licet. tit.4.cap.7. num.47
Canes venatici,& falcones sunt visitatoribus inhibiti.ti. 4.c.10.n.14

Canones.

Canones pœnitentiales mitigari possunt.tit.4.c.10.n.34
Canonibus obediendum est.tit.4.c.17.n.23
Canonum obseruatio in iudicijs fauorabilis est. tit. 5.c. 5.num.7

Canonicatus.

Canonicatus veniũt appellatione dignitatis.ti.2.c.5.n.8

Canonicus.

Canonici de quib. debent per visitatores interrogati. tit. 4.c.17.n.5.

Canonici Episcopo inobedientes ciuitatem turbant. ib. num.5 t

Abesse ab Ecclesia quanto tempore possit Canonicus. tit.4.c.33.n.7

Canonici Regulares Monachis æquiparantur. tit.5.c.5. num.6

Canonizare.

Canonizat sanctos solus Papa. tit.4.c.8.n.26

Cantor.

Cantor de quibus interrogabitur. tit.4.c.17.n.49

Capitulum.

Capitulum in quo excedere potest. tit.4.c.17.n.59

Capitulum, & Senatus æquiparantur. ibid.n.40.

An capitulum generale habeat authoritatem leges condendi. tit.28.c.5.n.50.

Captura.

Captura clericorũ non fiat sine magna causa. tit.4.ca.6. num.15.

Caracteres.

Caracter quandoque clericis ob maleficia imprimi potest. tit.4.c.6.n.19.

Carcer.

Carceris definitio. tit.22.c.6.nu.4

Carcer ad quid est deputatus. tit.4.c.6.n.14

Carcerum pœnis nemo permittatur. tit.4.c.6.n.16

Carceres hæreticales debent esse prælatis, & inquisitoribus hæresis communes tit.4.c.5.n.23

Carcerum hæreticalium custodes multa iurare tenentur. ibid.n.24.

Carcer quando necessarius. tit.25.c.2.n.6.

Carceri, qui apud Monachos Cassinenses est vltima pœna, tribus modis Monachus includi potest. tit.28.c.3. num.3

Carcer, quando in pœnã datur, infamiam irrogat. ib.n.4 Vide v. Pœna.

Carceris pœna ex quibus causis sit infligenda. tit.28.c.6 num.14

Carcer infamat. ibid.n.15

Carcer. Carceratio.

Actus carcerationis in processu describendus est. tit.tit. c.4.num.4

Carceratio inducit grauamen irreparabile. tit.17.cap.4. num.3

Cardinalis.

Cardinales an visitare possint tit.4.c.2.n.9.

Episcopi olim non fiebant Cardinales. ibid.n.10.

Cardinales a Solo Papa deponi possunt. tit.4.c.3.n.6

Cardinalis maior est Patriarcha. tit.4.c.10.n.25

Cardinalium insignia ibid.n.26.

Cardinales in multis sunt priuilegiati. ibid.n.27

Carnes.

Carnes die mercurij non edentes laudandi sunt. tit. 4. c.8.n.30

Carnes ab exordio mundi non concedebantur. tit.4.c.19 num.15

Castitas.

Castitas fugit concupiscentiam, & voluptates. tit.4.c.20 num.54

Casus.

Casus Episcopo reseruati. tit.4.c.14.n.2.

Cathedralis.

Cathedralis Ecclesia nulla exemptione se tueri potest, quominus visitetur. tit.4 c.33.n.1.

Cathedraticum.

Cathedraticum a quibus exigitur, & cui debetur. tit. 4. c.5.num.5

Cathedraticum est Episcopo soluendum. tit. 4.11.n.26.

Causa.

Causæ quædam immediatè in Roman. Curia iudicantur. tit.2.c.3.n.3

Celebrans.

Celebranti si passio interueniat, alius supplicat. tit.4.c.7. num.15

Cessatio à diuinis.

Cessatio a diuinis non fiat nisi multis concurrentibus tit.4.c.8.n.10

Charitas.

Charitatis excellentia. tit.4.c.20.num.34

Christus.

Christi actio est nostra instructio. tit.4.c.10.n.58

Christiani.

Christianis non licet gentilium traditiones tenere. tit.4. c.12.n.14

Christianitas in sacramentis fundatur. ti.4.c.1.n.19

Cibus.

Cibis & vestimentis vtamur more eorum, cum quibus viuimus. tit.4.c.19.nu 28

Cicero.

Ciceronis sententia maxime a iudicibus adnotanda. tit. 2.c.6.num.20

Citatio.

Citationis Rei ad audiend. m sententiam diffinitiuam tenor, ac forma traditur, & an huiusmodi citatio necessaria sit, necne. tit.25.c.1.num.1

Vide verbo Iudicium.

Claustrales.

Primã claustralium abusio est prælatorum negligentia circa punitionem regularium subditorum peccantium. ti.4.c.25.n.2

Clementina.

Clementinæ sunt condimentum iuris canonici. tit.4.c.8 num.4

Clementinæ quo tempore fuerunt factæ. tit.4.c.9.n.15.

Clerici.

Clerici ad quid compelluntur in Synodo. titul. 4.cap. 5. num.12

Contra clericos repræsaliæ non sunt concedendæ. tit.4. c.7.num.27

clericus coniugatus an gaudeat priuilegio Clericali. ib. num.28

clerici non debent esse carnifices nec tabernarij. ibidem num.29

Vestes aliquæ sunt clericis prohibitæ. ib.n.30

Clerici non sint armati, nec vsuris intenti. ib.num.31

Tonsura est commonis clericis, & monialibus. ib.nu.32

Clerici sunt ad continuam residentiam compellendi. tit. 4.c.8.num 1

clerici multi a residentia sunt excusati. ib.n.2

Clerici an possint aduocare. tit.4.c.15.num.9

clericus furtiue ordines suscipiens qualiter punitur. tit. 4.c.16.num.3

clerici peregrini an sint admittendi. tit.4.c.16.num.16

clerici debent esse casti. tit.4.c.16.n.28

Clerici super multis sunt monendi. tit.4.c.17.num.7

clerici non sint concubinarij ib num.8

clerici sint in officijs assidui. ib.num.10

clericos proprios non negligant Episcopi. ib.nu.18

clerici mulieres consanguineas non suspectas secum retinere possunt. tit.4.c.19.n.9

Clerici non sint scurriles nec ioculatores. tit. 4. cap. 19. num.45

clerici proprio artificio victum sibi quærere possunt. tit. 4.c.19.num 61

clerici seculares quouis modo exempti visitari possunt. tit.4.c.31.num.1

clerici exempti sunt a iurisdictione laicali. tit.55.c.2.n.2

Clerici quando possint trahi ad iudicum laicorum. ibid. num.3.

Torqueri non debet clericus nisi præcesserint grauia indicia. tit.28.c.6.n.17.

Vide verbo testis.

Clerus.

Clerus primo, deinde populus est visitandus. t.4 c.6.n.

Cecus

Cœcus.

Cœcus cęcum ducit in foueam. tit.4.in proœm.n.5

Cœcis veris miserendum est.tit.4.c.20.n.64

Cœmeterium.

Cœmeterium an sit pollutum polluta Ecclesia, & econtra.tit.4.c.7.n.16

Cogitationes.

Cogitationes turpes interficere laudabile est.tit.4.cap.19.num.3

Cognati.

Cognatio spiritualis an cōtrahatur per cathechismum. tit.4.c.18.n.18

Commissarij.

Commissarij peruenientes ad ciuitatem, vel Ecclesiam, in quâ degunt clerici,contra quos erit inquirendum, vel ad monasterium,in quo principaliter executio cōmissionis ipsorum erat expedienda,quid primo faciēt. tit.7.c.1.num.1

Actuarius qua verborum forma vtetur in describendo in processu fuisse palam lectas literas commissionales.tit.7.c.1.num.2

Commissarij describi solum iubentes, quæ testes deponunt contra reum, & non ea quę in fauorem ipsius facere viderentur, quibus assimilentur. tit.11.cap.1.num.7

Commissarij animaduertentes reos perseuerare in sua negatiua quid facient.tit.19.c.3.n.1

Forma,qua vtentur Commissarij in testium confrontatione cum reis ipsis,traditur.ib.n.2

Commissarij poterunt requisiti concedere testibus repetendis coram Reo,antequam repetantur,vt coram eis dem perlegatur propria eorum depositio. ib.n.3

Confrontatio testium cum Reo quę operetur.ib.n.4

Commissarij quam diligentiam facient, antequam eis constet de corpore delicti,si merito habeant aliquem suspectum de aliquo crimine, & quare.tit.19.cap.3.num.13

Commissarij in grauissima causa criminali regularium quare tenebuntur saltem concedere aduocatis, & procuratoribus Reorum, vt perlegant totum processum informatiuum modo iam dicto. ibid. numer. 5. tit. 21.c.1

Commissarij in progressu compilandi processus informatiui reperientes Reum incidisse in excommunicationem maiorem,quid facient.tit.21.c.1.n.7

Commissarij quid consulere debeant Reis volentibus imprudenter renunciare defensionibus sibi concessis. tit.21.c.1.n.11

Defensionum acceptatio,vel renunciatio per Reum facta quomodo describenda in processu erit ab actuario.ibid.num.12

Commissarij quomodo tenebuntur Reis regularib.assignare aduocatum,& procuratorem,vt incumbant defensioni ipsorum.ib.n.13

Decreti forma pro indulgendis dictis aduocato, & procuratore ipsis regularibus Reis ibid.n.14

Decretum supradictum,quomodo, & quibus intimandum erit,& eius intimatio quomodo describenda in actis fuerit ab actuario.ib.num.15

Commissarij quid ponderare debeant circa valorem terminorum contentorum in decreto indultarum defensionum.ibid.n.16

Commissarij poterunt prorogare terminum concessum ad defensiones faciendas.ib.num.17

Commissarij quid facient, antequam Reis traderetur copia actorum,si ipsi noluissent habere testes examinatos in processu informatiuo,pro legitimè examinatis,& repetitis,&c.tit.21.c.1.nu.49

Conceptio.

Conceptio B.M.V. an fuerit cum peccato orig.an fine, in concionibus disputari non debet.tit.4.cap.34.numer.2

Concilium.

Concilio ad prouinciale qui tenentur venire.tit.4.cap.5.num.9

Concubina.

Concubinam tenere clericis non licet.tit.4.c.19.num.6

Concubinarius.

Concubinariorum missa an sit audienda. tit.4.cap.19.num.7

Condemnare.

Neminem inaudita parte condemnare iuris diuini est. tit.5.c.4 num.5

Confessio.

Confessio saltem semel in anno est facienda sacerdoti proprio.tit.4.c.18.n.45

Confessio per mulieres audiri non debet. tit.4.cap.18.num.48

Confessio extraiudicialis quod indicium sit, & quid operetur.tit.17.c.5.n.20

Confessio sacramentalis nulli nocere debet ib.n.21

Confessio a iudice incompetente vi, aut metu extorta non officit.ib.num.22

confessio coram iudice incompetente facta sine vi, aut metu facta graue indicium est.ibid.num.23

confessio coram iudice incompetente facta,si coram iudice competente reuocetur, quid agendum sit. ibid. num.24

confessio iudici vt personæ priuatæ facta vt noceat ibid. num.25

confessio in tortura facta deinde reuocata indicium ad torturam reiterandam est.ib num.26

confessio quotuplex tit.20.c.vn.num.1

Reuocatur confessio quoties non vera sit.ib.num.5

Confessor.

confessoris conditiones.tit.4.c.18.num.46

Confessus.

confessus sponte minus puniatur quam conuictus.tit.4.c.1.num.14

In confessis partes iudicis in condēnando.ti.20.c.vn.n.2

confessi etiam audiendi se defendendo.ib.num.4

Sponte confesso indulgendum.ib.num.6

Confirmatio.

confirmatio per solos Episcopos datur.tit.4.c.11.num.7

confirmatio detur confessione præcedente.ib num.8

confirmationis Sacramentum.tit.4 c.14.num.29

crisma confici,& ordines conferri non possent sine missa.ib.num.30

confirmatio suscipiatur a ieiunis.ib.num.31

confirmatio,& baptismus non reiterantur.ib.num. 32

confirmatio solis episcopis competit. tit. 4. cap. 20.numer.56

Confraternitas.

Confraternitates laicorum quomodo visitandæ. tit.4.c.36.num.6

confraternitates cogi non possunt ad processiones. ibid. num. 7

Confrontatio testium.

Vide verbo Commissarij.

Consensus.

consensus profitentis & recipientis liber requiritur tit. 2.c.2.num.3.& 5

consensus Parentum profitentis non attendendus. ibid. num.4

Consilium.

consilium vendi potest.tit.4.c.7.num.35

consilium iustum vendi potest.tit 4.c.17.num.70

consilia Euangelica sunt duodecim. tit. 4. cap. 19. numer.74

Constitutum.

Forma secondi constituti pro Reo torquendo. tit. 18.c. vn.num.15

Forma confrontandi Reum ac testes ib.num.16

Petitio,& datio defensionum.ib.num.17

Digitized by Google

Forma constitui, seu examinis reorum iam primi, quam ulterioris, & quæ in ipso describenda generaliter erunt, antequam deueniatur ad speciales interrogationes super facto ipso, de quo quæritur, & quare. tit. 19.c.1.num.1

Interrogationes a Commissarijs faciendæ Reo, antequam interrogandi erunt super facto ipso, de quo quæritur principaliter, vt occurratur astutijs ipsius. tit.19. c.1.num.2

Commissarij quomodo interrogabunt reos de facto, de quo in processu informatiuo producta fuerunt indicia contra eos.ib.num.3

Monitio, qua vti debebunt Commissarij erga reos negantes ea, de quibus extant indicia, & in processu etiam delata, quæ sit.ib.num.4

Modus constituendi reum. tit. 28. c.3.n.18.

Consanguineus.

Consanguineus, & affinis aduersarij non potest esse iudex.tit.2.c.12.num.22.

Consultor.

Assignatio processus consultori, & postea eius restitutio, quomodo in actis describenda. tit.21.cap.1. num.45. & 46.

Forma voti consultoris asserentis post accuratissimam perlustrationem processus sibi videri Reum torquendum, taliter concipi poterit, & quomodo consultor, & Commissarij ipsi voto de torquendo Reum se subscribant ibid.n.47

Commissarij quare studere debeant, vt torturæ Reo regulari adhibendæ intersit consultor, & alia persona grauis regularis, qui post acta actitata in torquendo Reum manu propria testificetur se interfuisse dictæ torturæ adhibitæ.ibid.n.48.

Continentia.

Continentiam difficile seruat, qui sæpe se maculat.tit.4. c.15.num.33

Contractus.

Contractus in Ecclesia factus tenet.tit.4.c.7. n.38

Contractus simulati sunt a iure reprobati. tit.4. cap.12. num.25

Contraria.

Contrariorum effectus qualis.tom.4.tit.1.c.1.n.6

Contrariorum vno cognito cognoscitur & reliquum. tit.2.c.13.nu.2.

Conuictus.

Conuictus de crimine, & interrogatus de consciis, an teneatur eos prodere.tit.8.c.9.nu.2

Cooperantes.

Cooperantes in malis operibus aliorum peccatorum participes erunt, & pœnarum infligendarum operantibus malum.tit.7.c.1.n.13.

Copia.

Copia Capitulorum, & dictorum testium an reis regularibus sit danda, dum conceduntur eis defensiones, & quare. tit. 21.c.1.n.2.

Commissarij in causis regularium quomodo facultatē in perlustrandis processibus compulsatis contra ipsos regulares concedent eorum procuratoribus, & aduocatis, ibid.n.3.nu.25 & 44

Regularibus Reis quare regulariter non tradatur copia depositionum testium cum eorum nominibus, & cognominibus.ibid.n.4

Commissarij an teneantur tradere copiam processus, nondū legitimati, & quomodo processu legitimetur, & quare non teneantur illam tradere non legitimato processu.tit.21.c.1.n.18

Commissarij quid facient, si Reus dixerit se nolle habere testes pro rite, & legitime examinatis, & repetitis. ibid.num.19.

Copia indiciorum, vel processus informatiui quando non erit statim danda Reis, peroptima monitio, & ratio redditur.tit.21.c.1.n.23

Forma petitionis copiæ processus informatiui ab Aduocatis, & procuratoribus regularium, necnon & prorogatiuis termini iam concessi. tit.21.c.1.n. 26

Actuarius quæ scribere debeat, super petitiones præsentatas à Reis, vel eorum aduocatis, aut procuratoribus.ibid.n.27.

Forma decreti prorogationis termini, & perlegendi acta iuxta petitionem aduocati, & procuratoris Rei regularis ibid.n.28.

Corpus Christi.

Corpus Christi semper sit in sacrario.tit.4.c.8.n.15

Coquus.

Coqui ebriosi non debent a visitatoribus duci. tit.4.c.5. num.21.

Coqui visitatoris nihil recipiant.tit.4.c. 9.nu.17

Correctio.

Correctio sit moderata.tit.4.c.1.n.31

An sit obligatio faciendi hanc correctionem, putatus probabile, quod non corrigetur delinquens.tit. 7.c.4. num.10

An possit quis corrigere aliquem fratrem suum mediante aliquo alio eius amico putans, quod hoc modo corrigetur melius.ibid.n.11.

Correctio fraterna quos, & quando obligat. tit. 4.c. 19. num.78

Corrigere.

Corrigere volens alios primo seipsum corrigat.tit.4.c.5. num.1

An de iure diuino, naturali, & positiuo sit obligatio corrigendi fratres.tit.13.c.vn.n.1.

Qualiter, & quando obliget correctio fraterna, & conditiones, quæ debent interuenire, & an debeant corrigi in peccatis venialibus ibid.nu.2

Quando, & quomodo sit licitum monere proximum, vt caueat, quia volunt alij illum occidere ibi.

An, qui est in peccato mortali, possit corrigere, ibidem, num.3

An teneatur homo particularis monere fratrem suum quem videt in aliquo errore constitutum, & facit bona fide aliquid illicitum.ibid.nu.4

An, si non iuuat correctio fraterna, teneatur, qui corrigit, monere illam coram tribus, aut duobus testibus. ibid.nu.5.

An teneatur quis corrigere fratrem suum cum periculo vitæ suæ putans, quod si non corrigit illum, morietur in peccato mortali.ibid.nu.6.

An teneatur prælatus de lege charitatis, aut iustitiæ cū periculo vitæ suæ corrigere fraternæ subditos. ibid. num.7.

Crapula.

Crapula, & ebrietas differunt.tit.4.c.19.n.17

Crimen.

Crimina excepta quæ sint.tit.2.c.vn.n.16.

Crimina sunt ab episcopis arguenda.tit.4.c.19.n.50

Crimina publica per visitationem eradicantur. tit. 4.c.20 num.7

Crimen læsæ maiestatis.ibid.n.8

Crimina, & delicta vana quæ in duplici puniuntur, tit.4. c.20.num.25

Crimina emendata accusari, vel denunciari non debent. tit.4.c.26.num.4

Crimina non emendata quando denunciatione, vel accusatione indigeant.ibid.n.5.

In criminibus exceptis qui non admittuntur ad accusandum.tit.6.c.10.num.39.

Crimina excepta quæ sint.ibid.n.40.

Inimici non admittuntur in criminibus exceptis. ibid. num.41

Neque conspiratores.ib.n.42

Crimina publica omnes accusare tenentur, priuata non item.ibid.nu.43

Crimina publica, & priuata quæ sint ib.

Crimen

Digitized by Google

Crimen cum probari non potest, non est iudicialiter denunciandum. tit. 7. c. 2. n. 5
Crimen, quod vergit in publicam perniciem; vel in tertiæ personę incommodum, denunciari potest. ibi. n. 6
Criminis effector occultus, aut conscius a Iudice interrogatus, respondere non tenetur. nu. 8. c. 8. nu. 4. fallit num. seq.
De criminibus occultis non fit inquisitio, nisi cum vnū est indicium, aut circumstantia alterius. tit. 8. c. 9. n. 4
An sit peccatum mortale imponere testibus crimina falsa. tit. 11. cap. 9. num. 1.
An sit illicitum imponere defectus veros, & publicos testi falso, ibid. nu. 2. & 3.
An sit licitum opponere testi crimen occultum, quod solus ille scit, qui opponit. ibid. nu. 4
Crimina vel sunt refellenda, vel extenuanda, aut causa in longum protrahenda. nt. 14. c. vn. nu. 6
Crimina quadrifaria ratione distinguuntur, vt grauia, grauiora, & grauissima, & quæ. tit. 17. c. 2. nu. 2
In criminibus puniendis hominum, ætatumq. ratio habenda est. ibid. nu. 3

Crux.

Crux Christi est honoranda. tit. 4. c. 8. nu. 53
Crucem ferre ad quos pertinet. tit. 4. c. 14. nu. 8
Crucis signo sæpe se consignare optimum est. tit. 4. cap. 18. num. 26
Cruci quis honor est exhibendus. tit. 4. c. 20. nu. 73

Curatus.

Curati omnino tenentur residere. tit. 4. c. 8. nu. 3

Custos.

Custodis officium. tit. 4. c. 8. nu. 19

D

Dare.

Dare non potest quis quod non habet. tit. 4. c. 16. n. 7

Dauid.

Dauid, dum esset ociosus, adulterij, & homicidij macula se fœdauit. tit. 4. c. 25. nu. 20

Debeo.

Debeo est verbum necessitatis. tit. 4. c. 3. nu. 14

Decanus.

Decanus ruralis an visitare possit. tit. 4. c. 2. num. 18
Decani de quibus debent per visitatores interrogari. tit. 4. cap. 17. nu 41

Decimæ.

Decimæ per laicos præscribi nō possunt. tit. 4. c. 15. n. 38
Decimæ sunt de singulis fructibus soluendæ, tit. 4. c. 15. num. 53
Consuetudo potest in decimis locum habere. ibi. nu. 54
Decimæ sunt integraliter soluendæ. tit. 4. c. 18. nu. 9

Declinatio iudicis.

Declinatio iudicis dupliciter fit, ipsius recusatione, & ab eodem appellatione. tit. 5. cap. vn. nu. 3
Iudicum suspectorum iudicium declinare naturale cuique est. ibid. nu. 4

Decretum.

Decreta non habentes, & habentes, sed non seruantes arguendi sunt. tit. 4. in proœm. nu. 5
Decreti forma electionis alicuius personæ in actuarium alicuius causæ. tit. 6. c. 1. nu. 3
Decreti forma de indulgendo Reis terminum ad se defendendum, & probandum quicquid in sui tutelam producendum fore putant. tit. 21. c. 1. nu. 9
Decretum pro indulgendis defensionibus, quare contineat verba illa, videlicet, saluis exceptionibus, & repetitione. tit. 21. c. 1. nu. 21
Decretum supradictum quare contineat verba hæc, sine præiudicio vlterioris processus, & examinis. ibid. num. 22
Clausula illa in decreto indultarum defensionum inserta, videlicet: Habitis prius testibus, &c. quando nō erit in ipso decreto inserenda. tit. 21. c. 1. nu. 24

Commissarij quid animaduertere debeant post dictum decretum. ibid. nu. 25

Defensio.

Defensiones cum sint de iure naturali, negari possunt nemini. tit. 5. c. 2. nu. 16
Defensiones legitimæ iuris sunt naturalis. tit. 5. c. 4. nu. 9
Defensiones excommunicato negari non possunt. ibid. num. 10
Diabolo etiam sunt concedendæ, si iudicio adesset. ibid. num. 11
Brutis quoque negari non debent. ibid. nu. 12
Defensio cum sit de iure naturæ, nec excommunicato, nec diabolo prohibenda est. tit. 6. c. 6. nu. 5
Quatuor modis reus se defendere potest. tit. 21. c. 2. n. 5

Degradatio. Degradare.

Degradatio in quibus casibus facienda. tit. 28. c. 6. nu. 19
Degradantur quandoque clerici. tit. 4. c. 6. nu. 20

Delatio iuramenti.

Delatio iuramenti sapit iurisdictionem. tit. 11. cap. 10. num. 3
Accuratissimè discutitur quæstio illa antiquissima & quotidiana, in qua quæritur, An depositio testis deponentis sine delatione iuramenti de dicenda veritate valideur per superuenientē huiusmodi iuramenti delationem, & affertur ratio ipsius quæstionis decisionis. tit. 11. c. 3. nu. 2

Delegatio.

Delegationis, seu commissionis alicuius processus compillandi super aliquo crimine forma traditur. tit. 6. c. 1. nu. 1.

Delegatus.

Delegatos iudices, seu Commissarios quis creare possit. tit. 2. c. 1. nu. 12
Delegati iudices qui sint dicendi: & an fines mandati sint diligenter custodiendi. ibid. nu. 13.
Delegati iudices in quotuplici sint differentia. ibidem num. 14
Delegati specialiter qui sint dicendi. ibid. nu. 16
Delegatus ad visitandum subdelegare non potest. tit. 4. cap. 7. nu. 2
In delegatis iudicibus, qui alias appellandi erunt Commissarij, quæ supra diximus, habent locum etiam in delegatis Congregationis nostrę Cassinensis, & quære. tit 4. c. 23. nu. 14
Delegati, quando poterunt subdelegare facultatem sibi concessam sine speciali licentia delegantis. tit. 6. c. 1. num. 2

Delictum.

Delicta occulta quæ censeantur. tit. 2. c. 8. nu. 19
Delictum notorium repellit a promotione. tit. 4. c. 16. num. 26
Delicta priuata per visitatores eradicanda sunt. tit. 4. cap. 20. nu. 22
Delicta aut leuia, aut grauia sunt. tit. 5. c. 2. num. 1
Et hæc aut manifesta, siue notoria, aut occulta. tit. 5. c. 2. num. 2
Leuia delicta, quæ sint. tit. 5. c. 2. nu. 3
Grauia delicta quæ sint. ibid. nu. 4
Manifesta delicta quæ sint. ibid. nu. 5
Occulta delicta quæ sint. ibid. nu. 6
Delictorum diuisio in leuia, grauia, & grauissima. ibid. num 7
Delictorum diuisio in publica, & priuata. ibidem numero 8.
Regularium delicta leuia quomodo puniantur. ibid. num. 9
Laicorum leuia delicta sine iudicij strepitu puniuntur. ibid. num. 11
Regularium delicta manifesta quomodo puniantur. ibid. nu. 12
In illis non admittitur appellatio. ibid. nu. 13
Neque iudicis recusatio. ibid. nu. 14.
Citari attamen, audirique debent ipsi Rei. ibidem numero 15.

Si delictũ iudici solim .nifestũ sit, quid agendũ.ibi.n.17
Regularium superiorum delicta grauia, & occulta quomodo punienda sint.ibid.num.18
De delicto constare debere ad ius naturale videtur pertinere. tit.5.c.4.nu.15.
Delicta ex tribus oriuntur.tit.5.c.7.nu.1
Delicta ratione ordinis quæ.ibid.nu.2
Delicta ratione officij quæ.ibid.nu.3
Delicta ratione sui quæ.ibid.nu.4
Delictorum quædam interiora, quædam exteriora; & quæ sint.tit.6.c.10.nu.1
Delicta facti permanentis,ac transeuntis quæ sint.ibid.num.2
De leuibus, & grauibus delictis processum formare nõ est necesse.ibid.nu.3
De quibus delictis Regularium Iudex Processum formare debeat.ibid.nu.4
Commissarij in primis de corpore delicti accuratè inquirere tenentur, & in processu quomodo de ipso constare debebit.tit.8.c.2.nu.1
Delicta, quæ committuntur, sunt in triplici differentia, & de prima specie ipsorum, nuncupata à Doctoribus delicta facti permanentis.ibid.nu.2
Delicta facti permanentis quæ dicantur, & quare.ibid.num.3
De corpore delicti qnando dicatur Commissarijs constare,& quæ ponderanda,& in actis describẽda erũt, vt vere constare de corpore delicti dici possit. ibid. num.4
Forma interrogandi testes super recognitione corporis delicti, & generaliter super persona delinquentis, quæ adhuc ignoratur.ibid.nu.5
Quid faciendum sit Commissarijs, si reperiri non poterunt testes cognoscentes cadauer repertum in monasterio, aut in villa monasterij, aut in alio loco Ecclesiæ, vel ciuitatis, vt hic constare de corpore delicti dici possit.ibid.num.6
Cadauer humanum quando extrahent Commissarij, & quid tunc præcipere debeant fore in actis describendum ab actuario.ibid.nu.7
Commissarij in visitatione hostij fracti, vel incendij, vel similis facti permanentis, quam diligentiam adhibere teneantur, & in actis quid adnotari mandare debeant.ibid.num.8
Delicta facti transeuntis quæ dicantur.tit.8.c.3.nu.1
Quando constare dicatur de corpore delicti facti transeuntis.ibid.nu.2
Commissarijs quomodo erit procedendum ad inquirẽdum, quando delicta sunt facti transeuntis.ibid.nu.3
Commissarijs an semper opus sit inquirere de corpore delicti, antequam de persona delinquentis, & a quo abstinere debeant.ibid.nu.4
Commissarij poterunt inquirere contra suspectos, & procedere ad eos carcerandos, non solum in delictis facti transeuntis, verum etiam facti permanentis etiam sibi prius nõ constito de corpore delicti, si hoc manifestè causa rationabilis.ibid.num.5
Commissarij quomodo procedent ad inquirendum de delictis dubijs, & quæ delicta hic dicantur dubia.tit.8.cap 4.nu.1
Forma interrogandi testes super d. facto dubio.ibi.nu.2
Quando dicatur constare de corpore delicti ad effectũ, vt aliquis inter reos constituatur, seu recipi possit, & denique puniri.tit.11.c.1.nu.1
Delicta quomodo probentur.tit.11.c.10.nu.1
Contra delictum quid opponi potest. tit.21.c.2.nu.7
Solitus delinquere qui dicatur.tit.17.c.5.nu.18
De'i iquendi consuetudo quod indicium sit, & quid ibid.nu.29

Denunciare.

Forma interrogandi Prælatos, a quibus iussum fuisse sibi denũciare aliquod maleficium superioribus, ipsi denunciatores asserant.tit.7.cap.1.nu.15
Forma ordinis seruandi in examinandis singulis denunciatoribus inuoluntarijs tanquam testibus, vt ex eorũ depositionibus possint reperiri varij.tit.7.c.1.n.16.
An denunciatus; & infamis possint denunciare, & accusare, tit.7.c.4.nu.5
An teneatur quis denunciare superiori, quod audiuit a gente infima contra eius subditos, tit.7.c.4.nu.12
An quis teneatur denunciare de seipso, tit.8.c.11.nu.4

Denunciatio.

Denunciatio duplex, fraterna, & iudicialis, & definitio vtriusque.tit.6.c.3.nu.4
Monachi quando possint, vel debeant alterum accusare.tit.6.c.3.nu.5
Admonitio an, & quando in accusatione necessaria.tit. 6.c.3.num.6
Denunciatio alia fraterna, alia iudicialis.tit.7.c.2.nu.1.
Denunciatio fraterna trinam monitionem requirit, secus est de iudiciali.ibid.nu.2
Denunciationis Euangelicæ necessitas cessat, emendato fratre.ibid.nu.3
Denunciatio, & accusatio in duobus differunt.tit.7.c.3. num.1.& 5.
Denunciatio iudicialis tribus modis fit, & deficiens, qua pœna puniatur.ibid.nu.2
Denunciatio sola sine infamia, vel indicijs expressis nõ inducit inquisitionem.ibid.nu.3
Repulsi ab accusatione, & a denunciatione Canonica repelluntur.ibid.nu.4
Forma denunciationis Euangelicæ.ibid.nu.6
Forma denunciationis iudicialis.ibid.nu.7
Quot modi sint denunciationis, & quid sit denunciatio. tit.7.cap.4.num.1.& 2.
An possit fieri denunciatio iudicialis de peccato iam correcto, ibid.nu.3
An possit fieri denunciatio de peccatis non correctis, ibid.num.4
Denunciatio quid sit.tit.7.c.5.num.1
Monitio præcedit denunciationem.ibid.nu.2
Differentia inter accusationẽ, & denunciationẽ. ib.nu.3
Forma denunciationis quæ.ibid. nu.4
Denunciatio alia Euangelica, alia iudicialis.ti.8.c.9.n.6
Denunciatur iure communi qua pœna puniatur in probatione deficiens.tit.7.c.6.nu.11
Commissarij quomodo procedere teneantur, si reperirent denunciatores, nõ sua sponte, sed vi præcepti sui superioris denunciasse aliqua cõtra aliquem, & quare.tit.7.c.1.nu.12

Depositio.

Depositionis pœna quib.casib.infligenda.ti.28 c.6.n.18

Detinere.

Quoad periculum animæ iniustè aliquid detinere, vel inuadere alienum, non diff. tunt.tit.4.c.22.num.36

Detractor.

Detractor, & auditor peccant.tit.4.c.17.nu.25

Deus.

Deo semel dicatum ad vsum humanum redire non debet.tit.4 c.7.nu.20
Deus, & æquitas habeantur semper ante oculos. tit.4. cap.10.num.56

Diaconus.

Diaconus Christi corpus potest ad infirmos ferre. tit.4. cap.8. num.23
Diaconus præsente presbytero non sedeat.ti.4.c.11.n.2
Diaconus missã celebrãs qualiter punitur.tit.4.c.16.n.2

Dies.

Dies dominici cũ multis alijs sunt feriandi.ti.4.c.8.n.28

Diffinitio.

Diffinitio in iure est periculosa.tit.4.c.1.num.24

Dilectio.

Dilectionis probatio est operis exhibitio.ti.4.c.12.n.40

Diœcesis.

Diœcesis non visitata visitatorem transeuntem procurare non tenetur.tit.4.c.9.n.12

Dire-

Digitized by Google

Directorium iuris.

Directorium iuris est magnus liber in quatuor partiales diuisus, quem composuit frater Quesitel de ordine Fratrum Minorum.tit.4.c.14.n.7.

Discretio.

Discretio est mater virtutum.tit.4.c.8.nu.20

Dispensatio.

Dispensatio quibus committitur.tit.4.c.10.n.35

Dispensationem in multis Papa sibi reseruat.ibid.n.21

Dispensatio,dispensare. Vide verbo Papa.

Distributiones.

Distributiones quotidianæ præsentibus tantum debentur.tit.4.c.33.n.4.

Distributiones absentium accrescunt præsentib. ib.n.5

Distributiones quando lucrantur absentes.ibid.n.6

Diuina.

Diuinis nolle interesse graue crimen est.tit.4.c.8.n.9

Diuites.

Diuites non coguntur vt pauperes viuere. tit.4.c.4.nu.21

Doctores.

Doctores, & magistri de quibus interrogabuntur in visitatione.tit.4.c.17.n.69

Dominus.

Dominus aduersarij nequit esse iudex.tit.2.c.12. n.6

Dona.

Dona septem Sancti Spiritus.tit.4.c.20.n.47

Spiritus sancti dona quos effectus habet.n.4.c. 20.n.49

Donatio.

Donationes Episcopi an possint per successorem reuocari.tit.4.c.15.n.60.

Donatio perfecta certis casibus reuocatur.ibid.n.61

Dotes.

Dotes quatuor corporales assequuntur beati. tit.4.c.20. num.87

Dotes corporis glorificati per Apostolum exprimuntur. tit.4.c.20.n.89

Dotes animæ beatę sunt tres.tit.4.c.20.n.92

Dotes tres animæ Trinitatem habent pro obiecto. tit.4. c.20.n.94

Duces.

Duces,Marchiones, &c. omnes a Papa visitari possunt. tit.4.c.3.n.9

Duces de quibus sunt interrogandi.tit.4. c.17.nu.65

Dulia.

Dulia non est in latriam conuertenda.tit.4.c.8.nu.32

E

Ebrietas.Ebrij.

Ebrietas est prælatis periculosa.tit.4.c.19.nu.14

Ebrietas mentem fugat,& libidinem incitat. ibid. num.16

Ebrij regnum Dei non possidebunt. tit.4.c.20.nu.66

Ecclesia.

Ecclesia non indicat de occultis. tit.4.c. 1. num.11

Ecclesiæ rector multis visitandis quid faciet.tit.4.cap.4. num. 6

Ecclesiæ etiam pauperes sunt visitandæ.tit.4.c.6.nu.5

Ecclesiæ duæ vnitæ vnam tantum procurationem debent habere.ibid.num.6

Ecclesia est duplex,& vtraque visitanda.tit.4.c.7.nu.9

Ecclesia polluitur per mortem etiam sine sanguinis effusione prouenientem. tit.4.c.7.nu.17

Polluitur ecclesia per mortem sancti.ibid.nu.18

Ecclesia etiam non consecrata gaudet immunitate.ibid. num.19

Ecclesia quandoque reconsecratur : quandoque reconciliatur.ibid. nu.11

Ecclesia sine episcopo ædificari non potest.ibid.nu.12

Ecclesia est domus orationis.ibid.nu.21

Ecclesiæ immunitas quibusdam denegatur. ibid.nu.22

Ecclesia parochialis non perditur per non promotionē, nisi integre sit lapsus annus.tit.4. c.8.nu.5

Ecclesiæ ciuitatenses procurabunt episcopum visitantem.tit.4.c.9 nu.5

Ecclesia læsa est restituenda.tit. 4.c.15.nu.11

Res Ecclesiasticæ an possint alienari.tit.4.c.15.nu.62

Ecclesiæ prædium alienans qualiter punitur.ibid.nu.63

Ecclesiæ res per laicos disponi non debent.ibid. nu.64

Ecclesiæ habeant columnas & parietes.tit.4.c.17.nu.26

Ecclesiæ rector non sit mutus.tit.4.c.19. nu.32

Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardin. super Sacrum Concil. Trid. quid statuerit super destruendis Ecclesiis dirutis inopibus,traditur. tit.4.c.25. nu.26. pag 168

Translatio vetustarum Ecclesiarum dirutarum facta ad alias Ecclesias an dicenda sit vnio facta: Beneficiumque quando dicatur vnitum fuisse cum alio,& quid vtilitatis afferat visitatoribus distinctionis huiusmodi notitia.ibid.nu.27.

Electio.

Electio non debet fieri ante sepulturam mortui. tit.4. cap.12.num 38.

Electioni se immiscere principes non debent.tit.4.c.17. num.60

Electio facta de aliqua persona in Concilio Prouinciali semel ad visitandum aliquem populum nullius diœcesis à prælato ipsius, ligat etiam successorem prælatum.tit.4.c.25.nu.7.pag.165

Eleemosyna.

Eleemosynarum questores multos decipiunt. tit.4.cap. 18.num.8

Eleemosynarum tria sunt genera.tit.4.c.19.nu.41

Elementa.

Elementa sunt quatuor.tit.4.c.20.nu.88

Eligere.

Eligere nemo potest, nisi saltem sit subdiaconus. tit.4. cap.8.num.6.

Episcopus.

Episcopus habet iurisdictionem immediatam in sua diœcesi.tit.2.c.5.n.1

Episcopus quare dicatur ordinarius.tit.2.c.7.n.11

Episcopus est alijs visitatoribus inferioribus præferendus.tit.4.c.4.n.9

Episcopus cornutus vocatur.tit.4.c.9.n.11.

Episcopus in subditos Prælatorum inferiorum iurisdictionem non habet.tit.4.c.10.n.30

Episcopi in quibus casibus possunt dispensare. tit. 4.ca. 10.n.13.

Episcopi ab vrbe Roma redeuntes sunt processionaliter recipiendi.tit.4.c 11.n.4

Episcopus sit omni die dominico in Ecclesia sua. tit.4. c.14.num.22.

Episcopi in quibus dispensant. tit.4 c.16.nu.31.

Episcopus triplices dat commendatitias ad ordines.tit. 4.c.16. nu.44

Episcopus visitans de ecclesiarum reparatione,& multis alijs debet inquirere.tit.4.c.17.nu.1

Crimina multa sunt per Episcopos inquirenda. ibid. num.2

Episcopi de quibus debent per visitatores interrogari. ibid.num.16

Episcopus sit liberalis in pauperes.ibid.nu.19

Episcopus solus clericum deponere non potest. tit.4. c.17.num.18

Episcopus sit monoganus.tit.4.c.19.nu.52

Episcoporum ornamenta sunt virtutes. tit.4. cap. 19. num.23.

Episcopi sunt executores cuiuscumque piæ dispositionis,& quæ circa ea possint.tit.4. c.25. nu.9.p.165

Episcopi,& alij Visitatores poterunt compellere beneficiatos ad ostendendos titulos suorum beneficiorū etiam, si illa situata essent ext. suam diœcesim. ibid. num.10

Episcopi, aut Visitatores ab episcopis delegati, quas Abbatias visitare non possint.tit.4.c.25.nu.30. p.168

Digitized by Google

Episcopis, & reliquis ordinarijs an sit præfixus terminus, in quo incipiant visitare proprium populum, & notarius quis deferatur ab eis. tit.4. cap.25. num.36. p.169
Episcopi, & alij Visitatores, quæ crimina reperta in visitatione possint punire, & ab ipsorum punitione nõ possint impediri per appellationem, optime traditur. ibid.num.37.
Episcopi, & alij visitatores quando hospitalia recta à laicis possint visitare.ibid.num.38
Episcopus quam normam in viuendo tenere debeat. tit.4.c.32.nu.2
Familia qualis esse debeat Episcopi. ibid.nu.3
Familiam armatam an possit tenere Episcopus. ibid. num.4
Episcopo, Archiepiscopo, & Cardinali, non præstabitur sine præstatione iuramenti fides in Iudicio, & quare. tit.11.c.3.num.3

Episcopatus.
Episcopatus an sit ordo.nu.60.tit.4.c.20

Equites. Equi.
Equites prælatum visitantem comitantes an debeant habere pedites.tit.4.c.9. nu.3
Equorum numerus visitatoribus permissus. tit.4.cap.9. num.1
Equorum ferraturæ an possint a visitatis exigi. ibid. num.16

Error.
Error iudicis non poterit excusare sententiam ipso iure nullam. tit.4.c.22.nu.6

Eucharistia.
Eucharistia, & Crismã diligenter custodiatur.tit.4. c.8. num.21
Hostiam factam humiliter debemus adorare.ibi.nu.22

Examinare. Examinatio.
Seruanda in examinandis testibus.tit.11. cap.8. num.6
Testium examinatio, & forma examinandi. ibidem num.7
Testes semper prius sunt examinandi, quam reus. ibid. num.8
Forma examinandi testes.tit.18.c.vn. nu.4
Testibus examinatis, quid faciet ipse iudex. ibid. num.5

Examen.
Vide v. Constitutio

Exceptio.
Formulæ exceptionum producendæ pro reo. tit.5. c.1. num.13
Exceptiones, dilationes, appellationes, &c. in summario iudicio vt necessariæ sint.tit.5.c.3.nu.18.
Exceptio dupliciter proponi potest. Ciuiliter, & Criminaliter.tit.10.cap.vn.nu.1
Processum per exceptionem ciuiliter formaturus iudex quid faciet.ibid. nu.2
Excipiens non probans an, & quomodo sit puniendus. ibid.num.3
In processu per exceptionem apponi debent locus, & tempus.ibid.nu.4
Forma incipiendi processum per viam exceptionis. ibi. num.5

Excessus.
Excessus subditorum sunt corrigendi. tit.4. capit. 1. num.10

Excipiens.
Excipiens non confitetur. tit.4.c.15.nu.35

Excommunicandus.
Excommunicandus est, qui ad sinodum venire contemnit.tit.4.c.5.nu.13

Excommunicare.
Excommunicare potest, qui curam habet. tit.4.cap.10. num.32

Excommunicatio.
Excommunicationem incurrunt, qui iurisdictionem Ecclesiasticam impediunt.tit.4.c.7.nu.26
Excommunicatio est duplex. tit.4.c.10 nu.46
Excõmunicatio incurritur in multis casib. tit.4.cap.14. num.6
Excommunicatio solennis, quod anathema vocant, qualiter fit.ibid.nu.12
Minor excommunicatio secundum Constitutiones reducitur ad comestionem in terra, in pane, & aqua. tit.28.c.3.nu.1
Vera excommunicatio ex Regula.ibid.nu.2
Excommunicatio quomodo sit ferenda. tit.28. cap.6. num.7
Excommunicatio quando non ligat. ibid.nu.8
Excommunicatio ad finem reuelationis. ibid.nu.9
Reuelare quis non tenetur.ibid.nu.10

Excommunicatus.
Excommunicatus nequit esse iudex. numero 18. tit.2. cap.12
Quod intelligitur, si denunciatus sit. ibidem numero 19.
Toleratus excommunicatus qui dicatur. ibidem numero 20
Excommunicati ab Episcopo possunt absolui.tit.4.cap. 14.num.4
Excommunicatus missam audire non potest. ibidem num.5
Excommunicati absolutio qualiter fit. ibidem numero 13.
Excommunicatus potest appellare. tit.4. cap. 15. numero 37.
Excommunicati ab actibus legitimis sunt repellendi. tit.4.c.18.nu.10
Excommunicatus vitari non debet, nisi sit denunciatus. tit.28 c.6.nu.11
Excommunicatus notorius ad effectum, vt euitetur, quis dicatur.ibid.nu.12
Excommunicatus a quo absoluendus.ibid.nu.13

Executor.
Executores testamentorum per Episcopum loci cogunitor exequi. tit.4.c.15.nu.45
Religiosus an possit executor testamenti esse. ibi. nu.46
Executores testamentorum debent Episcopo rationem reddere.ibid.nu.47

Exemplum.
Exemplum plures occidit quam gladius.tit.4. cap.19. num.19

Exilium.
Vide v. pęna.

Expensa.
Expensas viarum non recuperat visitator a visitatis. tit. 4.c.9.num.9

F

Fama.
Fama duplex est, bona, & mala.tit.2.c.13.nu.3
Fama quid sit.ibid.nu.4
Fama quod indicium sit, & quid operetur.tit.17.cap.5. num.36
Fama vehemens ad torturam sufficiens indicium est. ibid.num.37
Fama vehemens quæ sit.ibid.nu.38
Fama sola quandoque indicium ad torturam sufficiens est.ibid.nu.39
Fama cum fuga graue indicium est.ibid.nu.41
Fama cum vno teste, aut alio adminiculo sufficit ad torturam.ibid.nu.42.
Infamato, si per triennium bene vixerit, fama proba-ta minime nocet.ibid.nu.43

Familiaritas.
Familiaritas nimia contemptum parit. tit.4. cap.1. numero 33.

Felices.
Felices qui dicuntur.tit.4.c.20.nu.44

Digitized by Google

Femina.
Femina iudicare nequit.nu.13.tit.2.c.12
Si a principe scienter mulieri committatur iudicium, potest illa iudicare.ibid.nu.14.
Vbi cõsuetudo viget,& vbi iurisdictionem habent,mulieres iudicare queunt.ibid.nu.15
Feminæ non sunt cum masculis incarcerandæ. tit.4.c.6.num.13.
Feminæ sunt a publicis officijs remotæ. tit.4. cap.15. num.14
Feminæ solis maritis se possunt ornare.tit.4.c.18.nu.7
Festum.
Festi Corporis Christi institutio. tit.4.c. 8. nu.24
Festa xij. Apostolorum & quatuor Doctorum sunt festa duplicia. tit.4.c.8.nu.27
Festis diebus, quæ opera exercere sit licitum. tit.4. cap. 34.num.8
Feudum.
Feudum Ecclesiæ potest prælatus alij concedere. tit.4. cap.15.nu.52
Fides.
Fides non seruetur illam frangenti.tit.4.c.17.nu.75
Filij.
Filij apud quem debent remanere.tit.4.c.18.nu.3
Quid de spurio nefario,& incestuoso.ibid.nu.4
Filij presbyterorum non sunt ordinandi. tit.4. cap.16. num.17
Fiscus.
Fiscus tollit, quod Christus non accipit. tit.4. cap.20. num.83
Flagella.
Flagella sunt cum moderamine infligenda. tit.4.cap.6. num.18.
Formula.
Formulæ processuum vide ver.Processus.
Formulæ sententiarum variæ vide ver. sententia.
Fornicans.
Fornicans qualiter punitur.tit.4.c.12.nu.30.
Fornicans cum propria parochiana grauiter peccat. tit. 4.c.17.num.56
Forum.
Forum exterius ad occulta delicta non extenditur.tit.2. c.8.num.18
Forum alienum quis sortitur ratione delicti. tit.4. c.3. num.11
Accusatorem, & accusatum eiusdem fori esse oportet, & qui ab accusatione excludantur,tit.6.cap.6.nu.13. & 14.
Forum sortitur quis ex quatuor causis.tit.15.c.2.nu.1
Forum ratione domicilij sortitum est præcipuum. ibid. num.4.
Fructus.
Fructus,qui potuissent percipi,sunt per violentum possessorem restituendi.tit.4.c.15.nu.25
Fructus Spiritus sancti sunt 12.ibid.nu.50
Fuga.
Fuga delinquentis, quod indicium sit, & quid operetur.tit.17.c.5.nu.44
Fugiens de carcere quod indicium facit.ibid.nu.45.
In carcere detentus indebite fugere potest.ibid.nu.46
Statim post fugam ad carceres rediens non est puniendus, vt fugitiuus.ibid.nu.47
Funiculus.
Funiculus triplex difficile rumpitur.tit.4.c.15.num.6
Fur.
Fur non manifestus in duplum punitur. tit.4. cap.20. num. 24
Furtum.
Furtum, & symonia committuntur in ouo. tit.4. cap. 5. num.8
Furta sunt cauenda. tit.4.c.12.nu.23
Furti definitio peroptima traditur, & illius singula verba declarantur.tit.4.c.25.nu.30

G

Generalis.
Generalis communis iudex.tit.25.c.2.nu.2
Generare.
Generare quis potest in nono anno. tit.4.c.17.nu.79
Græci.
Græcorum Catholicorum Ecclesiæ subduntur Episcopo loci.tit.4.c.35.nu.1
Græcorum ritus in quibus tolerantur ab Ecclesia. ibid. num.2.cum seqq.
Gratia.
Gratiæ quibus sunt agendæ.tit.4.c.20.nu.75
Gratia est duplex; gratia gratis data octo fluxus habet. ibid.num.76
Gregorius.
Gregorij notabile dictum in moralibus. tit.4. capit.3. num.2
Gula.
Gulæ peccatum multis modis est mortale. tit.4. cap. 12.num.35

H

Habitus.
Habitum clericalem deferre obligantur beneficiati. tit.4.c.33.nu.9.
Habitus clericalis quis sit.ibid.nu.10.
Hæresis.
Hæresis comparatur crimini læse maiestatis. tit.4.c.20. num. 9
Hæretici.
Hæretici sunt fugiendi, & illis fauentes in multis puniendi.tit.4.c.18.nu.30
Hieronymus.
Hieronymus ab Angelo fuit verberatus. tit.4. cap.19. num.20
Histriones.
Histrionibus, & venatoribus bona Ecclesiastica dari nõ debent.tit.4.c.19.num.55
Homicidium.
Homicidium multipliciter committitur. tit.4.capit.12. num.34
Hora.
Horæ cum deuotione,& integra prolatione sunt dicendæ.tit.4.c.8.num.7
Hospitale.
Hospitalia per quos sunt reformanda.tit.4.c.15.nu.48.
Hospitalia quando visitari possint.tit.4.c.36.nu.8
Hospitalitas.
Hospitalitas nemini negetur.tit.4.c.9.nu.7
Hostes.
Hostes nostri sunt tres.tit.4.c.20.nu.99
Humilitas.
Humilitas ab humo dicitur.tit.4.c.20.num.26
Humilitatis tres sunt gradus.ibid.num.27
Humilitas vincit diabolum.ibid.nu.28.

I

Idolatria.
Idolatria quid est.tit.4.c.12.nu.10
Idolatria est maximum crimen, & multipliciter incurritur.ibid. nu.11
Ieiunare. Ieiunium.
Ieiunare quis potest pro anno.tit.4.c.18.nu.53
Ieiunia præcepta sunt denuncianda. tit.4. capit.8. num.29
Ieiunia quibus diebus sunt obseruanda. tit.4.cap.12. num.36
Iesu.
Iesu nomen in nostris operibus humiliter inuocare debemus. tit.4.in proem.num.6

Digitized by Google

Iesu nomen ab omnibus attolli debet. tit.4.c.7.nu.37.

Ignorantia.

Ignorantia Regulæ quando excuset. tit.1.c.2.nu.25.

Ignorantia cunctorũ vitiorũ est mater, tit.17.c.5.n.16.

Illiteratus.

Illiteratus iudex esse non potest. tit.2 c.12.nu.24.

Imagines.

Imagines sanctorum sunt honorandæ. tit.4.c.8. nu.31.

Imaginibus quis honor debetur.tit.4.c.20.nu.74.

Imperium.

Imperia iniquis iudicijs subuertuntur.tit.2.c.10.nu.5.

Imperator.

Imperator Imperio priuari potest a Papa. tit.4. cap.3. num.7.

Imperator visitatus de quibus interrogabitur. tit.4.ca. 17.num.59.

Impœnitentia.

Impœnitentia finalis est peccatorum grauissimum. ti.4. cap.10.nu.97.

Incendium.

Incendia ne accidant quis curare debet.tit.4.c.4.nu.7.

Incorrigibiles.

Incorrigibiles qualiter compescuntur.tit.4.c.10.nu.65.

Indicium.

Indicij nomen æquiuocum multa significat, & quid apud Iuristas.tit.11.c.6.nu.1.

Indicium aliud plenum,aliud semiplenum.ibid.nu.2.

Indicium plenum plerumque violentum appellatur, & quando.ibid.nu.3.

Indicia plena sunt reo manifestanda, & ob quam causam.ibid.num.6.

Indicium vnum an valeat ad inferenda tormenta.ibid. num.7.

Indicium probabile habet vim inferendi torturam,non tamen per talem confessionem absque testibus poterit condemnari.ibid.nu.8.

Duo leuia indicia ad idem spectantia vnum constituũt graue.ibid.num.9.

Iodicium vnde dictum.tit.17.c.4.nu.1.

Indiciorum diuisio.ibid. nu.2.

Indicij definitio.ibid.nu.3.

Indicia sufficientia ad torturam quæ.ibid. nu.4.

Indicij definitio secunda.ibid.nu.5.

Indiciorum definitio tertia.ibid.nu.6.

Indicia non sufficientia ad torturã vnde oriantur. ibid. num.7.

Indicia quid sint.tit.17.c.5.nu.1.

Indicia quædam leuia, quædam grauia,quædam grauissima. ibid.nu.2.

Leuia indicia quæ sint.ibid.nu.3.

Grauia indicia quæ sint.ibid.nu.4.

Grauissima indicia quæ sint.ibid.nu.5.

Leuia indicia quid operentur.ibid.nu.6.

Ex leuibus indicijs probi, ac bonæ famæ viri capi non debent.ibid.nu.7.

Indicia grauia quid operentur.ibid.nu.9.

Indicia vehementia ad condemnationem vt sufficiant. ibid.nu.10.

Regularis ex indicijs vehementibus condemnari potest.ibid.nu.11.

Indicia vehementia quid operentur.ibid.nu.12.

Indicium idem respectu diuersorum leue, & graue est. ibid.nu.13.

Indicia multa,& quæ principaliora sint.ibid.nu.19.

Indicia duo per se insufficientia si concurrant, quid faciant.ibid.nu.54.

Indicia oportet esse probata, & quomodo probentur. ibid.nu.59.

Indicia probanda quæ sint.ibid.nu.60.

Indicia a quibus petenda sint, & per quos probanda. ibid.nu.61.

Indicia, quæ in processu informatiuo fuerunt allata, quando operabuntur, vt is, contra quem illa diriguntur, possit citari ad informandum. tit.25. cap.1. num.2.

Indigena.

Indigenæ sunt alienigenis præferendi. tit.4. cap.16. num.11.

Indulgentiæ possunt a prælatis dari.tit.4.c.1. nu.22.

Infamia.

Infamia subditorum non debet delectare prælatum. tit.4.c.5.nu.2.

Infamiæ probatio desideratur in iudice Delegato, non autem Ordinario,ti.8.c.7.nu.3.

Infamia iuris ordinum executionem tollit.tit.2.cap.13. num.24.

Infamiam iuris tollit solus princeps.ibid.nu.26.

Regularium infamiam quis tollat.ibid.nu.27.

Infamia Canonica per quid incurratur.ibid.nu.34.

Incurritur in omnibus casibus, in quibus incurritur de iure ciuili.ibid.nu.35.

Infamia iuris canonici quomodo tollatur.ibid.nu.37.

Infamiæ descriptio.tit.17.c.3.nu.1.

Infamia, quæ sufficit ad inquisitionem instituendam. ibid.nu.2.

Infamia altera iuris,altera facti,& quæ repellat a testimonio ferendo.ibid.nu.3.

Capitulum generale, potest purgare ab infamia. ibid. num.4.

Infamia facti quomodo contrahitur.ibid.nu.5.

Infamiæ nomen quid sibi velit.tit.2.c.13.nu.1.

Infamia quid sit.ibid.nu.5.

Infamia duplex est,facti,& iuris.ibid.nu.7.

Infamia iuris duplex est,Iuris ciuilis,& Iuris canonici, ibid.nu.8.

Infamia facti quæ sit.ibid.nu.9.

Infamia facti per quod incurratur.ibid.nu 13.

Infamia facti repellit à dignitatibus.ibid.nu.14.

A testimonio ferendo.ibi.nu.15

Ab accusatione porrigenda.ibi.nu.16

A promotione ad ordines.ibi.nu.17

Infamis.

Infamis quis dicatur.tit.2.c.13.nu.6.

Infamis infamia facti qui dicatur.ibi.nu.10

Collatio infami facta est ipso iure nulla. tit.2. cap.13. num.25.

Infamis absque dispensatione electus non intelligitur ab infamia dispensatus.ibi.nu.28

Quod intelligitur de electionibus ab inferioribus factis.ibid.nu.29.

Papa infamem sciens,& volens eum elegit, cum eo intelligitur dispensare,ibi.nu.30

Quod si infamiam ignoret,illam non tollit.ibid.nu.31.

Infamis creatus Tabellio non est legitimus Tabellio; neque illius instrumentis est adhibenda fides.ibidem num.32

Religiosus confirmationem a Papa impetrans,si tacuit se esse religiosum,non est confirmatus,ibid.nu.33.

Infamis secundum leges ciuiles est quoque infamis iure canonico.ibi.nu.36

Infames qui sint.ibi.nu.38

Infantia.

Infantia quid est.tit.4.c.10.nu.44.

Infelix.

Infelices sunt in multiplici differentia.tit.4.c.20.nu.45

Infernus.

Inferni pœnæ.tit.4.c.12.nu.41.

Infirmus.

Infirmus quando excusatur ab oneribus beneficij. ti.4. cap.36.nu.2.

Inimicitia.

Inimicitiæ a iudicando accusando,ac testimonio ferendo repellunt.tit.3.cap. vn.nu.23.

Etiam post reconciliationem.ibid.nu.24.

Etiam in criminibus exceptis.ibid.nu.25.

Inimicitia quod indiciũ sit,& quid operetur.ti.17.c.5.n.48.

Inimicus.

Digitized by Google

Inimicus.

Inimicus nequit esse iudex.tit.2.c.12.nu.25
Siue sit capitalis,siue non.ibi.nu.26
Etiam in criminibus exceptis.ibi.nu.27
Quæ intelligi debent tam de iudicibus ordinarijs, quã de alijs.ibi.nu.28
Inimici, aut suspecti iudicis recusatio ad ius pertinet naturale.tit.5.c.4.nu.6
Inimicum neque accusatorem, neque testem esse iuris naturalis esse videtur.ibi.nu.16

Inobedientia.

Inobedientiæ virus ad quæ mala inobedientes perduxit Sacram scripturam multa tradendo exempla, & sententias nos docuisse cõprobatur.tit.4.c.25.nu.14.
Contra inobedientes quid statuerint Summi Pontifices & Concilis,traditur.ibi.nu.25

Inquisitio. Inquirere.

Commissarij destinati ad inquirendum super aliquo crimine ex off. propter euidentiam facti, vel clamores deductos ad aures generalis, vel supremi tribunalis alicuius Episcopi vel alicuius ordinis, seu Congregationis regularium,quomodo procedere debeant,& quare.tit.8.c.1.nu.1
Inquisitio plena præiudicat semiplenæ.tit.4.c.4.nu.10
Inquisitio præparatoria visitantium.tit.4.c.17.nu.5
Inquisitio facta contra aliquam personam super certis criminibus, non præcedente inquisitione de fama, quando sit valida.tit.4.c.23.nu.11
Quæ bona producat accurata, & repentina inquisitio cellarum,& officinarum monasterij in casu, de quo est sermo in pręsenti cap.tit.8.c.1.nu.3
Inquisitio quotuplex sit,quotupliciter inquisitores assoleant inquirere de criminibus.tit.8.c.5.nu.1
Inquisitio fieri ad instantiam partis,quando dicatur.ibi.num.2
Inquisitio ad instantiam partis quotupliciter contingat fieri.ibi.nu.3
Inquisitio ex officio quotupliciter contingat fieri. ibid. num.4
Commissarij inquirere tenebuntur de corpore delicti. ibi.num.5
Forma tituli inquisitionis generalis faciendæ ex officio traditur.ibi.nu.6
Forma tituli inquisitionis specialis ex officio faciendæ traditur.ibi.nu.7
Forma tituli inquisitionis specialis faciendæ ad instantiam partis assignatur.ibi.nu.8
Inquisitionis nomen ambiguum,quæ duplex est, pręparatoria,& solemnis.tit.8.c.6.nu.1
Inquisitionis solemnis,& præparatoriæ discrimen.ibid. num.2
Inquisitionem ante quæ pręcedere debeant.ti.8.c.7.n.1
Inquisitionis solemnis forma.ibi.nu.2
Inquisitio de quibus criminibus fieri debeat,& quę publica crimina.tit.8.c.8 num.1
Inquisitio an institui possit,cum crimẽ sit manifestum, sed persona occulta.ibi.nu 2
Inquisitio quando fieri possit de libello infamatorio, authore occulto.ibi.nu.3
Forma Inquisitionis quę sit.tit.8. c.10.num.1
Forma tituli Inquisitionis.ibi.nu.2
Inquisitionis ordo.ibi.nu 4
Quot sint species inquisitionis. Exhortatio,quam debẽt facere pręlati, quando proponunt visitationem, & quando pro inquisitione generali non est necessaria infamia,nec accusator, neque denunciator,tit.8.c.11. num.1.& 2
An inquirens generaliter possit iudex interrogare, an Petrus fecerit tale delictum,conclusione secũda, ibi. num.3
An sit necesse pro inquisitione particulari alicuius personæ,quod ipsa sit notata infamia de illo delicto, de quo tractatur,tit.8.c.12.nu.3.& 4
An possit pręlatus, & iudex facere inquisitionem de illo,qui commisit delictum,si est publicum, & delinquens est occultus.ibi.n.5
An, si delinquens est notatus,& conuictus de aliquo crimine, solum de hoc, & de nullo alio debeat fieri inquisitio.ibi.nu.6
An possint iudices facere inquisitionem,si aliqua persona sit habilis ad quoddam officium,cum notatus nõ sit inhabilitate,ibi.nu.7
An possint iudices condemnare delinquentem, qui confessus est delictum extra iudicium coram multis, quamuis de illo non pręcesserit infamia,& an possint procedere contra illum,qui coram illis fecit aliquod crimen,& an possint procedere per viam inquisitionis,nisi pręcedat infamia,quando crimen,quod committitur,est in damnum tertij.ibi.
Inquisitio quid sit.tit.8.c.13.nu.1
Per inquisitionem in quibus causis procedatur, ibi.nu. 2.3.4.5.6.7.& 8
Forma inquisitionis quę.ibi.nu.9
Modus formandi scrutinij inquisitionis in visitatione. tit.4.c.31.nu.2
Commissarij quid facient,postquam per diligentem inquisitionem,& testium depositionem aliqua indicia claruerint contra aliquem.tit.16.c.vn.nu.1
Commissarij quę ponderare debent, antequam procedant ad capturam reorum indiciatorum, non pręuia eorum citatione ad informandum.ibi.nu.2
Inquisitio,vide ver. Accusatio.

Instructio.

Instructio pro Iudice ordinario, vel delegato procedente ex officio suo,excitato ab infamia vel clamoribus propter aliquod crimen perpetratum in monasterio, vel in diœcesi, vel in aliqua ciuitate contra aliquem clericũ secularem.tit.7.c.1.nu.19

Instrumentum.

Instrumentum non est testibus pręferendum.tit.4.c.15. num.31

Interdictum.

Interdictum violans est irregularis.ti.4.c.8.nu.11
Interdictum est pęna.tit.4.c.10.nu.45

Interpres.

Interpretes depositionũ Reorum qua forma vti debebunt in subscribendo se examini ipsorum reorum. tit.26.c.3.nu.6

Interrogatio.

Interrogationes sunt faciendæ circa sacrificia.tit.4.c.17. num.57
Interrogationes à visitatoribus faciendæ,secundũ personarum diuersitates.tit.4.c.26.nu.2

Interrogatus.

Interrogatus de conscijs in crimine hęresis, atque lęsæ Maiestatis,tenetur eos prodere, ita in crimine publico,quam de eo, quo pendet in futurum.tit.8.cap.9. num.3

Inuentarium.

Inuentarium facere tenentur beneficiati. titul.4.c.13. num.4
Inuentarium faciant qui ad pręlaturas assumuntur cõiugati.tit.4.c.19.num.5

Inuidia.

Inuidia quę mala producit.tit.4.c.12.nu.37

Ira.

Irę mala.tit.4.c.12.nu.32
Ira sit a pręlatis aliena.tit.4.c.19.nu.39

Irregularitas.

Irregularitas est pęna.tit.4.c.10.nu.43

Iudas.

Iudas fuit fur.tit.4.c.17.nu.14

Iudæi.

Iudęi,& Sarraceni a Papa possunt visitari.tit.4.c.3.n.10

Iudicium.

Iudicium quid sit.tit.2.c.7.num.3

Iudicium a iudice incompetente factum, vsurpatum, ac temerarium dicitur ibi nu.7
In iudicijs quædam ad necessitatem spectant, quædam ad solemnitatem.tit.5.c.3.nu.1
In iudicijs, quæ de iure fiunt ordinatio, quæ seruanda sint.ibi.nu.2
In summarijs iudicijs quæ seruanda sint.ibi.nu.3
Quæ ad solemnitatem in iudicijs faciant.ibi.nu.4
Quæ ad vim,& essentiam in iudicijs faciant.ibi.nu.5
Accusator, seu Denunciator, seu exceptor, seu infamia in quolibet iudicio requiritur.ibi.nu.6
Quatuor personarum genera in quolibet iudicio necessaria sunt.ib.nu.7
Petitio actoris siue in scriptis, siue in voce in iudicio necessaria est.ibi.nu.8
Petitionem in summario iudicio satis est generaliter fieri.ibi.nu.9
Citatio Rei in summario iudicio necessaria est. ibidem num.10
Citatio Rei in quolibet iudicio fieri debet.ibi.nu.11
Etiam si princeps ipse processum formaret.ibi.nu.12
Etiam si Reus subditus eius sit.ibi.nu.13
Iudicij alia sunt de essentia, & alia de congruitate.tit.6.c.6.num.2
Essentialia nunquam prætermittenda, licet summariè, & de plano procedatur,& quæ essentialia, ibid.num.3.& 15
Summariè, simpliciter, de plano, sola facti veritate inspecta explicatur.ibi.nu.4
In iudicijs constituendis curanda est iustitiæ conseruatio.tit.8,c.9.nu.1

Iudices.

Iudices in sua prima diuisione in quotuplici sint differentia.tit.2.c.1.nu.1
Iudices ordinarij in quotuplici sint differentia.ibid.numer.2
iudices ordinarij regularium, dicti ordinarij per se, qui sint,& quare ita sint appellandi.ibi.nu.3
iudices ordinarij per accidens qui sint dicendi. ibidem num.4
Ratione contractus quis sortitur subditum, qui alias nō esset sibi subditus, & in hac materia quæ veniant appellatione contractus.ibi.nu 5
Criminis ratione quis sortitur subditum alias nō suum.ibi.nu.6
Ratione rei, de qua agitur, quis sortitur subditum alias non suum.ibi nu.7
Respectu identitatis rationis, vt puta, in mutua reconuentione quis sortitur subditum alias non suum.ibi.num.8
Appellatione mediante quis efficietur iudex ordinarius alicuius sibi aliàs non subditi.ibi.nu.9
Recusationis proprij iudicis causa, is, qui aliàs non fuerat iudex ordinarius recusantis, erit effectus ordinarius iudex.ibi.nu.10
iudex compromissarius stante partium consensu efficietur iudex ordinarius ambarum partium compromittentium, qui alias non fuisset.ibi.nu.11
Iudicis definitio, eiusque partes.ti.2.c.3.nu.2
Iudicis munere vt quis fungatur, bina requiritur authoritas, vel ordinaria, vel delegata, tit.2.cap.4. numero 1.& 3
Iudex ex quibus causis recusari possit.tit.2.c.5.nu.4
Iudex delegatus quæ possit.tit.2.c.5.nu.7
Iudici quæ aduertenda sint in iudicando. tit.2.cap.5. num.9
Iudicis nomen quid significet, tum latine, tum græce. tit.2.c.6.nu.1
Iudicis officium quod sit.ibi.nu.2
Iudicis manus immediatum.ibi.nu.5
Iudicis definitio.tit.2 c.6.nu.7
Iudicis conditiones quæ sint.ibi.nu.8
Iudicis conditiones ex sacris literis, ex sacris canonibus, & ex ipsamet ratione deducuntur.ibi.nu.9
Potestas.ibi.nu.10
Veritas.ibi.nu.11
Forma iuris.ibi.nu.12
Scientia.ibi.nu.13
Vitæ puritas.ibi.nu.14
Iudicis conditiones adductæ in quadam Salomon. sententia vniuersæ contentæ.ibi.nu.15
Eliciuntur,& ex nomine Iudex.ibi.nu.16
Iudex fortis,& constans esse debet.ibi.nu.17
Mansuetus,& patiens.ibi.nu.18
Misericors quoque.ibi.nu.19
Iudex naturæ iure absque iurisdictione ius dicere nequit.tit.2.c.7.nu.1.ibi.nu.2
Iudex, qui suæ iurisdictionis fundamentum ignorat, processum formare nequit.ibi.nu.5
Et quæ iudex de sua iurisdictione dubitans.ibi nu.6
Iudex nulla potestate præditus iudicare præsumens lethaliter peccat.ibi.nu.19
Iudex a quadruplici potestate, quadruplex nomen sortitur.ibi.nu.20
In iudice requiritur vitæ puritas, ne iudicando peccet. tit.2.c.11.nu.1
Mosis abbatis exemplum pro iudicibus.ibi.nu.2
Vitæ puritas duplex est.tit.2.c.11.nu.3
Vitæ puritas interior duplex.ibi.nu.4
Iudex a peccato immunis esse debet, quando iudicandi potestatem exercet.ibi.nu.5
Doctores affirmantes iudicem lethaliter peccare, si in peccato iudicet manifesto.ibi.nu.6
Iudicis conditiones quædam affirmatiue, quædam negatiue.tit.2.c.12.nu.1
Homines quique subijci,& iudicari sunt apti; non omnes præesse,& iudicare.
Iudex quilibet esse potest, qui legibus minime prohibetur.ibi.nu.3
Infamis nequit esse iudex.ibi.nu.4
Si toleratus sit, potest, ac illius tenet sententia. ibidem num.5
Si electo iudici obijciatur infamia, remouetur. ibidem num.6
Si pendente iudicio iudex efficiatur infamis, recusari potest.ibi.num.7
Criminosus qui esse, vel non esse iudex possit. ibidem num.8
Surdus,& mutus nequit esse iudex.ibi.nu.9
Perpetuo furiosus.ibi.nu.10
Impubes.ibi.nu.11
Amotus ab officio.ibi.nu.12
Iudex in delicto existens publico, & iudicans propter scandalum peccat.ibi.nu.8
Iudex mortifero innodatus peccato, iudicandi potestatē non amittit.ibi.nu.9
Iudex nulla passione motus iudicare debet.ibi.nu.11
Quatuor modis iudicium humanum peruertitur, & quibus.ibi.nu.12
Iudex quauis passione motus iudicans non reddit sententiam nullam.ibi.nu.13
Iudex passione aliqua motus iniustam sententiam proferens lethaliter peccat.ibi.nu.15
Vitæ puritas exterior in iudice requisita in quibus consistat.ibi.num.16
Mansuetudo in Iudice necessaria est.ibi.nu.17
Munera iudex acceptare non debet.ibi.nu.18
Iudex recusatus in caussa procedere nequit.tit.3.cap.vn.num.52
Iudex post iustam appellationem procedere amplius in caussa non potest.ibi.num.53
Iudex Patris officium impleat.tit 4.c.10.num.60
iudex neque seueritatem, neque clementiam affectet.tit.4.c.10.num.62
iudex sit beniuolus, iustus, & misericors. tit.4.c.10.numero 64

Iude

Iudex non sit personarum acceptator. tit.4.cap.15. numer 16
Iudex non debet esse suspectus.tit.4.c.15.nu.36
An teneantur iudices de rebus, quæ pertinent ad eorum iurisdictionem inquirere, & an possint se intromittere in iurisdictionem alienam,c.27.tit.4.in princ.
Partes iudicis post testium, & rei examinationem.tit.5. cap.1.num.14
Iudex recusari in summario iudicio potest. tit.5.cap.3. num.19
Feriatis diebus propter hominum necessitatem in summario iudicio procedi potest.tit.5.c.3.no.26
Citatio partium ad sententiam definitiuam in summario iudicio necessaria est.ibi.nu.27
Sententia in summario iudicio non est opus vt sedendo feratur.ibi.nu 28
Sententia præcipitanter lata, etiam in summario iudicio nulla est.ibi.nu.29
Iudex in concedendis dilationibus informari debet de qualitate facti.tit.5.c.6.nu.4
Quando refutari potest iudex, & quomodo in talibus procedendum sit.tit.18.c.vn.nu.4
Iudex leuia,grauia,& grauissima indicia iudicare debet. tit.17.c.15.nu.18
Iudex tenetur quærere defensiones reorum.tit.21. cap. 2.num.4
Contra iudicem quid opponi potest.tit.21.c.2.no.6
An existente iudice in peccato mortali possit iudicare,titul.24.c.3.nu.1
An iudex,qui nō hēt iurisdictionē,possit iudicare.ib.n.2
In quibus casibus possint ordinarij procedere contra religiosos exemptos,ibi.
An iudex peccet iudicans non zelo iustitiæ. ibi.n.3
An sententia nulla,eo quod non seruetur solemnitas iuris,valeat in foro conscientiæ;& an peccet iudex proferens eam.ibi.no.4
An iudex, cui committitur aliquod negotium dicendo illi, Hoc imponimus tibi sub tua conscientia, possit committere negotium alteri.tit.24.c.3.nu.8
An possit,& debeat iudex liberare innocentem,qui probatur delinquens.ibi.no.9.& 10
An possint iudices inferiores, & superiores non seruare verba legis seruantes eius mentem, & dispensare in ea.ibi.n.11
An possint augere,& minuere pœnam eius,& quam benigni debeant esse iudices Ecclesiastici in punitione subditorum,ibi.nu.12.
Iudex inchoati processus semper manet iudex.tit.25.c. 2.num.1
Iudicis,ad quem appellatum est,quæ sint partes. tit.27. c.3.nu.54
Vide ver.Recusare.

Iuramentum.

Iuramentum non semper est seruandum. tit.4. cap.15. num.34
Iuramenti exactio a partibus , ac Testibus in summario iudicio necessaria est.tit.5.c.3.nu.15
Iuramentum in iudicijs necessarium est, nec à Christo prohibitum.ibi.nu.16
Iuramentum de veritate dicenda iuris naturalis esse videtur tit.5.c.4.nu.13

Iurare.

An,qui est causa,quod alius iuret falsum , teneatur manifestare hoc,vt retractetur.tit.6.c.9.nu.4
An,qui iurat falsum non aduertens , vnde aliquis fuit condemnatus ad mortem , teneatur liberare illum ab ea.ibi.no.5

Iurisdictio.

Iurisdictio est duplex.tit 4.c.1.num.6
Iurisdictio temporalis si competat clericis, per quos puniunt malefactores.tit.4.c.7.nu.46
Iurisdictio voluntaria vbique potest expediri.titu.4.cap. 8. nu.38
Iurisdictio datur ab vniuersitate.tit.4.c.10.nu.31
Nemini licet iurisdictionem super se competentem ordinario suo iudici tradere alteri iudici, inconsulto ordinario,licet compromittere controuersiam quis posset alteri tanquam arbitro cum consensu partis aduersæ. tit 4.c.23.nu.12

Ius.

Ius publicum pacto priuatorum tolli non potest. tit.4.c. 15.nu.17
Ius diuinum, & naturale in regularium iudicijs obseruandum est.tit.5.c.5.nu.1
Ius humanum,f.Canonicum in huiusmodi iudicijs obseruandum est.ibi.nu.2
Ius commune remotis apicibus , ac rimulis in regulariū iudicijs obseruari debet.ibi.nu.3
Ius naturale,vel gentium tollere nequit Princeps.tit.27. c.3.no.4

Iustitia.

Iustitia vendi non debet,nec officium.tit.4.c.12.nu.27
Iustitia non est sine charitate.tit.4.c.20.nu.37

Iustus.

Iustum nimis esse,non est bonum.tit.4.c.1.nu.32
Iustus pro iniusto sæpe perit.tit.4.c.18.nu.14

Iuuenis.

Iuuenes coreas,& cantilenas non ament.tit.4. c.18. numer. 6

L

Laici.

Laici negocia ecclesiæ tractare non possunt.tit.4.cap. 15.nu.15
Laici decimas,quas detinēt, in alios locos transferre nō possunt.tit.4.c.15.nu.50
Laici quando possint trahi ad iudicem Ecclesiasticum. tit.15.c.2.no.5

Legatus.

Legati nati possunt visitare.tit.4.c.2.nu.8
Legatorum dispensatio quandoque spectat ad prelatos. tit.4.c.6.num.25
Legati de Latere in quatuor excedunt Legatos natos. ti. 4.c.10.no.24
Legatus generalis qualiter mitti debeat.ibi.nu.28
Legatus de latere non dispensat cum filijs presbyterorum.tit.4.c.16.no.19

Lex.

Legem quis condere possit. tit.2.c.7.nu.4
Legibus firmantur Imperia,& Principatus.tit.2.cap.10. num 4
Leges non cogunt benefacere.tit.4.c.20.nu.41

Libellus.

Libellus est initium processus,sententia finis.tit.5.cap.1. num.2
Libellus duplex,postulatorius,& delatorius.tit.6.cap.4. num.1
In libello quæ exprimi debeant.ibi.nu.2
Pœna talionis,licet non exprimatur,tamen subintelligitur,ibid.nu.2
Forma libelli accusatorij. ibi.nu.3

Libertus.

Liberti patronos accusare non possunt.tit.4.c.16.nu. 16

Libri.

Libri per presbyteros parochiales legendi.tit.4.c.12.n.9

Licentia.

Docendi licentia non est vendenda.tit.4.c.17.num.47

Lingua.

Linguæ peccata sunt plurima.tit 4.c.20.nu.69

Lis.

Lis quando dicitur pendere.tit.4.c.8.nu.39
Litis contestatio per quid fit.tit.4.c.15.nu.19
Lites debent esse breues.tit.4.c.15.num.26

Litera.

Literæ infamatrices,incerto authore,an habeant vim accusationis,

Digitized by Google

cusationis,ad effectum inquirendi.tit.8.c.9.nu.5

Litigante.

Litigantes sunt ad concordiam inducẽdi si fieri potest. tit.4.c.15.nu.7

Loth.

Loth propter hospitalitatem liberatus fuit.tit.4.cap.19. num.30

Ludi.

Ludi quidam clericis interdicuntur.tit.4.c.7.nu.36

Luxuria.

Luxuria fere omnes fœdat.tit.4.c.1.nu.38

Luxuriæ species.tit.4.c.12.nu.28

Luxuriæ vitium in sene, ac in iuuene nequaquam præsu mitur.tit.17.c.5.num.14

M

Magister.

MAgister non fiat,qui discipulus non fuit. titu 4.c. 59.nu.47

Magistratus.

Magistratuum finis qualis esse debeat.tit.2.c.3.nu.1

Maleficia.

Commissarij quæ ponderabunt circa maleficia , quibus passim rei torquendi se muniunt.tit.22.c.1.nu 2

Commissarij quomodo cognoscent reos ante torturam se muniisse maleficijs , ne sentiret reos dolorem aliquem, dum torquentur.ibi.nu.3.

Commissarij quomodo procurabunt , maleficia ne habeant locum in ipsis torquendis.ibi.nu.4

Mansus.

Mansus quid signat.tit.4.c.7.nu.24

Marchio.

Marchiones,& comites de quibus interrogabuntur. tit. 4.c.17.nu.66

Margarita.

Margaritæ non sunt ante porcos seminandæ.tit.4. c.19. num.33

Matrimonium.

Matrimonium consummatum an præferatur non consumato prius contracto.tit.4.c.10.nu.22

Matrimonia in gradibus prohibitis non sunt contrahenda.tit 4.c.18.nu.32

Matrimonia debent esse libera.ibi.nu.33

Matrimonium propter publicam honestatem impeditur.ibi.nu.34

Matrimonium cum meretrice contractum proficit ad remissionem peccatorum.ibi.nu.35

Addictum de matrimonio est prohibitorium . ibidem num.36

Matrimonium per impuberes non est contrahendum . ibi.nu.37

Matrimonium an sub conditione possit fieri . ibidem num.38

Votum an impediat matrimonium.ibi.nu.39

Cognatio spiritualis impedit matrimonium in 22.casib. ibid.nu.40

Matrimonium cum frigidis non est contrahendũ , ibid. num.41

Dotem mulier perdit,quæ propria auctoritate diuertit. ibi.n.42

matrimonij diffinitio.ibi.nu.43

matrimonij bona sunt tria.tit.4.c.20.nu.61

In administratione sacramenti matrimonij, quæ sint seruanda.tit.4.c.34.n.11

Medicus.

Medicus imperitus oculis omnibus vno collirio medetur.tit.4.c.10.n.70

Medici Iudæi ad ægrotos Christianos non sunt admittendi.tit.4.c.34.nu.5

Medici accedentes ad infirmos quæ seruare debeant.ib. num 10

Medicina.

Medicinæ præcepta sunt diuinæ conditioni contraria. tit.4.c.7.nu.42

Memoria.

Memoriam omnium habere est quasi impossibile.titu.4. c.15.nu.42

Memoria quia imbecillis est,ideo omnia in scriptis redigenda.tit.6.c.4.n.4

Mensuræ.

Mensuræ debent esse iustæ.tit.4.c.12.nu 26

Mercatores.

Mercatores de quibus interrogabuntur. titu.4.c.17.numer.74

Meretrices.

Meretricibus bona ecclesiastica non sunt danda . tit.4.c. 17.nu.54

Meretrices a castis in habitu differre debent . tit.4.c.18. nu.11

Merita.

Meritorum ordo.tit.4.c.20.nu.42

Milites.

Milites de quo interrogabuntur.tit.4.c.17.nu.68

Minæ.

Minæ quod indicium sint,& quid operentur . tit.17.c.5. num.49

Minister.

An Minister generalis Minorũ de Obseruantia teneatur visitare religionem.tit.4.c.27 nu.1

An teneantur Prouinciales Ministri Minorum visitare familias suas iudicialiter singulis annis.ibi.nu.2

Miracula.

Miracula per malos fieri possunt.tit.4.c.20.nu.78

Misericordia.

Misericordia est præferenda seueritati.tit.4.c.10.nu.59

Misericordia est Deo gratissima.tit.4.c.11.nu.24

misericordiæ opera spiritualia sunt septẽ.tit.4.c.20.nu.29

misericordiæ opera corporalia sunt septem.tit.4.cap.20. num.31

Missa.

Missa potest quandoque sub dio celebrari.tit.4. c.7.n.10

missa in locis non sacratis celebrari non debet.ibi.nu.13

missæ celebratio a quibus primo fuit indicta . tit.4.c.14. num.14

missa qua hora est celebranda.ibi.nu.15

missæ tres in Natali Domini celebrantur.ibi.nu.16

Cauendum ne sine vino vuæ celebretur.ibi.nu.17

Item consecretur in pane fermentato.ibi.nu.18

Vase ligneo an liceat vti in missa.ibi.nu.19

missæ non sunt in domibus priuatis celebrandæ . tit.4.c. 17.nu.30

missæ vbi sunt audiendæ in magnis festis.tit.4.c.18.nu.17

Offeratur aliquid in missa.tit.4.c.18.nu.23

missa semel tantum in die celebranda.tit.4.c.34.nu.7

missarum onera in fundatione beneficij apposita diminui non possunt.tit.4.c.36.n.1

Missale.

Missalia debent esse correcta.tit.4.c.5.nu.17

Monachus.

Monachus quando quis dicatur.tit.1.c.2.nu.1t

monachus quicquid acquirit,monasterio acquirit . ibid. num.17

Nec in iudicio stare potest,nisi se defendendo.ibi.nu.18. & num.19

Non potest esse arbiter,nec arbitrator.ibi.nu.20

Nec quicquam agere vel facere potest, sine licentia Abbatis,ibi.nu.21

monachi singulis mensibus debent confiteri,tit.4.cap.6. num.26

monachi firmas tenere non debent , tit.4. cap.7. nume-1044

monachi sunt mundo mortui,tit.4.c.8.nu.35

monachi,& moniales simul esse non possunt , tit.4.c.10. num.37

Monachi non debent litigare. Metu & vi facta an teneant.tit.4.c.15.nu.10
monachi per Abbatem sunt æqualiter tractandi. tit.4.c.27.num.36
monachi de quibus debent per visitatores interrogari. ibi.nu.37
monachus cum monacha conuiuari non debet. ibidem num.38
monachi proprium habere non debent.ibi.num.40
modestia, prout est fructus Spiritu sancti, respectu cuius est.tit.4.c.20.nu.53
monachi mulieres osculari prohibentur. tit.4. c.20.numer.68
monachus quis dicendus sit.tit.4.c.25.nu.1.pag.162
monachus quare solitariam agere vitam debeat, & vitare familiaritatem secularium.ibi.nu.2. p.163
monachi quæ communia cum alijs regularibus in forma professionis emissæ habeant.ibi.nu.3
monachis quo iure, & quare sit prohibitum extra claustrum vagari.ibi.nu.7
monachis quare sit inhibitum carnes comedere. ibidem num.8
Introductio seu causa vitæ monasticæ quæ fuit, & quando.ibi.nu.9
monachi proprium munus quale sit describitur. titu.4.c.25.num.24
monachus vnde dicatur.ibi.nu.25
monachus aliquid retinens de redditibus monasterij ad restitutionem tenetur.ibi.nu.27
monachus accedens ad curias principum quando incidat in excommunicationem.ibi.nu.28
monachis Congregationis Cassinensis quando sit prohibitum gerere negotia secularium, & ad tribunalia se conferre secularia,& ecclesiastica.ibi.nu.29
monachorum nomine religiosi quique veniunt in iure canonico.tit.5.c.5.num.4
monachorum nomine veniũt Canonici Regulares, etiã in odiosis.tit.5.c.5.nu.5
monachorum munus describitur.tit.6.c.5.nu.1
Abbas in criminum animaduersione in monachos dupliciter procedere potest,vt pater,& iudex.titu.6.cap.5.nu.2
Discrimen procedendi, vt pater, & vt iudex.ibi.nu.3
Crimina monachorum duplicia, leuia, & grauiora, & quis modus procedendi.tit.6.c.5.nu.4.6.&7.
Prælati nihil extra regulam agant. tit.6.c.5.num.5
monachis non licet appellatione vti, sed bene reclamatione:fallit,si appelletur ad summum Pontificem. tit.6.c.6.nu.8.& 11
monachi possunt remoueri ab officio, quando primum est in aliquorum offensam,etiam pendente processu. tit.11.c.7.nu.5
vide ver.Notarius.

Monasteria.

Monasteria tam marium quam feminarum sunt visitãda.tit.4.c.1.nu.17
monasteria possunt visitari.tit.4.c.3.n.12
monasteria visitantes an debeant in carnibus procurari. tit.4.c.6.num.10
monasteria non sunt per ordinarios molestanda. tit.4.c.15.num.5
Cauendum est ab ingressu monasteriorum.tit.4.cap.18.nu.10

Moniales.

Moniales in quibus sunt per visitatores reformandæ.tit.4.c.3.n.15
moniales debent esse inclusæ.tit.4.c.6.n.12
monialium clausuram prouidere spectat ad Episcopum. tit.4.c.30.nu.1
moniales alloquendi facultas a quo danda.ibi.nu.2
monasteria monial.ingrediendi licentia quando non iuuat.ibi.nu.3
moniales vltra numerum præfixum non sunt recipiendæ. ibidem numer. 4
Puellæ educationis causa teneri possunt in monast. monial.ibi.nu.5

Monitorium.

Executio illegitima monitorij,& citationis, quid operabitur, an necessario erunt intimandi hi actus personæ,vel sufficiat,si fieret domi.tit.25.c.1.n.5
Ante expeditionem monitorij,& citationis constare debebit de corpore delicti,& quare, & quæ erunt exprimenda in ipso monitorio,& citatione.ibi.nu.6
monitorij forma secundum stylum Romanæ curiæ traditur.ibi.nu 7
Intimato monitorio, vel saltem in habitatione ipsius Rei,vel in valuis curiæ, quoties Commissarij faciant Reum citare,& de formis huiusmodi citationum.ibi.num.8
Citationis Rei supradicti ad audiendum se incidisse in pœnas in monitorio positas, forma traditur. ibidem num. 9

Motus proprius.

Motus proprius non ampliat gratiam. tit.4.c.8.nu.41

Mores.

Moribus depranati facilius in peccata labuntur. titu.17.c.5.nu.40

Mulieres.

Mulieres non possunt incensare.tit.4.c.18.nu.22.

Multitudo.

Multitudo quandoque peccatorum punitionem impedit.tit.4.c.15.nu.8

Munera.

Munera prudentes quoque excæcant,subuertuntque iudicia.tit.2.c.11.nu.19
Munus sapientis animum inuertit.tit 4.c.1.nu.34

N

Nabuzardam.

Nabuzardam muros Hierusalem destruxit ti.4.cap.19.nu.35

Natura humana.

Natura humana est ad malum prona. tit.4. in pœn.numer.1

Necessitas.

Necessitas excusat à peccato.tit.4.c.6.n.11

Negligentia.

vide ver.Prelatus.

Negatiua.

Negatiua est improbabilis.tit.4 c.13.nu.15

Negotia.

Negotia secularia sunt clericis interdicta.tit.4.cap.7.numer.48
Negotia faciunt Ecclesiam latronum speluncam. tit.4.c.19.nu.58

Nobiles.

Nobiles vt plurimum sunt liberales.tit.4.c.15.nu.57

Nobilitas.

Nobilitas morum sacerdotes nobilitat. tit.4.c 19. nu.24

Notarius.

Notarius quis creari posset.tit.2.c.5.nu.11
Notarius quæ requisita habere debet.ibi.nu.12
Notarij visitantium,& familiares nullam possunt pecuniam recipere.tit.4 c.13.nu.1
Notarij possunt salarium pro opere suo petere.ibi.nu.2
Notarius visitatoris sit persona ecclesiastica.ibi.nu 5
Monachi an possint esse notarij.ibi.nu.6
notarij visitantium non tenentur specialiter iurare.ibid.num.7
Notarij visitantis officium,ibi.nu.8
Notarij visitantium libros facere debent.ibi.nu.10
Notarij sunt magni exactores.ibi nu.11
Salarium notarij potest per iudicem taxari. ibidem numer.12
Notariatus vendi non debet,ibi.nu.13
Notarij scripturæ creditur etiam sine testibus. ibi.nu.14

Digitized by Google

Notorietas.

Notorietas criminum dat Archiepiscopo iurisdictionē. tit.4.c.15.num.1

Notorium.

Notorium quid dicitur.tit.4.c.15.nu.2
Notorium non est necesse probare.tit.4.c.15.nu.30
Notorium fit tripliciter.tit.4.c.19.nu.8
Notoriē delinquere quomodo intelligatur,tit.9.cap.vn. num.1.& 3
In notorijs quomodo procedatur.ibi.nu.2
In notorijs an detur appellatio.ibi.nu.4

Nouitius.

vide ver.Regulares.

Nuptiæ.

Nuptiæ secundæ non sunt benedicendæ.tit.4.c.18.n.44
Nuptiarum conuiuijs clericis interesse non licet.tit.4.ca.19.num.11

O

Obedientia.

OBedientiam debent superioribus inferiores.tit.4.c.19.nu.62
Obedientiæ virtus quæ bona nobis contulerit, Sacræ scripturæ sententijs, & exemplis ibi enarratis edocemur,tit.4.c.25.nu.16

Obscurum dictum.

Obscurum dictum ad iuris effectum pro non dicto habetur,tit.1.c.11.nu.70

Oculus.

Oculus est certior aure.tit.4.c.6.nu.2
Oculis res est subijcienda,tit.4.c.7.nu.6
Oculus est triplex,tit.4.c.20.nu.63

Odoratus.

Odoratu quid odorare debemus.tit.4.c.20.num.67

Officium.

Officium assumens absque peritia,necessaria, vt peccat, tit.2.c.10.nu.14
Etiam nullo damno inde sequuto,ibi.nu.15
Officium iudicis quiescat pendente dilatione,tit.4.c.15.num.21
Officium duplex nullus tractare valebit.tit.4.c.19.nu.59
Officium nocturnum,& diurnum est studiose,& deuote celebrandum,tit.4.c.8.num.8

Oratio.

Oratio dicenda recepto visitatore,tit.4.c.11.nu.1
Oratio in leuatione corporis Christi dicenda, & alias orandum,tit.4.c.18.nu.20.& 25
Oratio pro defunctis est salubris,tit.4.c.20.nu.39

Ordinare, ordinari.

Ordinari an possint obligari ad ratiocinia, tit.4.cap.16.num.12
Litigiosi prohibentur ordinari,tit.4.c.19.nu.60
Ordinare alienum non licet,tit.4.c.16.nu.33
Ordinandi solemnitas,tit.4.c.16.nu.5

Ordinarius.

Ordinarius visitans quid facere debeat,tit.4.c.15.nu.4
Ordinarius in visitando proprium populum, licet dicatur,tanquam sedis Apostolicæ delegatus,posse procedere in corrigendo excessus,&c. tamen hoc facit iure proprio,etiam non delegato,& ideo si ab eius actis appelletur ad metropolitanum, & non ad Papam deuoluetur iurisdictio virtute huiusmodi appellationis, & quare,& traditur optimus intellectus Concil. Trid.in sess.24.de reform.c.10,tit.4.c.25.nu.32.p.168

Ordinatus.

Ordinati ab excōmunicato per quos dispensari possunt. tit.4.c.16.nu.6

Ordines.

Ordines suscipere compelluntur clerici quandoque, titul.4.c.8.num.4
Ordo an possit reiterari.tit.4.c.16.nu.8
Ordines quo tempore possunt conferri,tit.4.c.16. nu.23
Ordines minores sunt quatuor,ibi.nu.24
Ordines quot sunt.tit.4.c.20.nu.59

Ordo iudiciarius.

Ordo iudiciarius non semper est seruandus. tit.4.ca.15.num.20

Otiosi.

Otiosi an dicendi sint,qui vacant ludis,& cōmessationibus,& vaniloquijs.tit.4.c.25.n.19.

Otiositas.

Otiositas adolescentium religiosorum quam sit damnabilis,innumeris Sacræ scripturæ sententijs, & exēplis ibi enarratis probatur.tit.4.c.25.nu.17

Otium.

Otium vitiorum omnium magister est. tit.17.c.5. nu.17

P

Palium.

PAlium quid denotat,tit.4.c.14.nu.9
Palio licet vti certis diebus tantum,ibi.nu.10
Palium sepelitur cum prælato,ibi.nu.11

Papa.

Papa est omnium iudex ordinarius,tit.2.c.7.nu.10
Papa totius mundi caput est,tit.2.c.14.num.3
Papa modo peculiari ecclesiasticorum est Iudex. ibi.n.4
Modo magis peculiari ipsorum est Regularium iudex, ibi.num.5
Papa tenetur visitare,.tit.4.c.2.nu.1
Papa habet arbitrium cæleste,ibi.nu.2
Papa quæ loca visitare debet generaliter,tit.4.c.3.nu.4
Papa quoa specialiter visitare debet,ibi.nu.5
Papæ multa reseruantur,tit.4 c.10.nu.17
Papæ potestas est mirabilis,ibi.nu.18
Dispensat Papa contra Apostolum, & vetus testamentum.ibi.nu.19
Papæ potestatem periculosum est nimis dilatare, & nimis restringere,ibi.nu 20
Papa impœnitens grauius alijs torquebitur,ibi.nu.23
Papa ob negligentiam damnabitur,tit.4.c.19.22.25
Papa contra Decalogi præcepta non dispensat,tit.4.cap.19.num.72

Paradisus.

Paradisi gaudia sunt inexplicabilia,tit.4.c.20.nu.91

Parochus.

Parochus tenetur erudire populum in rebus ad salutem necessarijs,tit.4.c.34.nu.2
Doctrinam Christianā tenetur docere pueros parochus, ibi.nu.4
parochum non potest liberare à residentia Episcopus. ibi.n.12
parochus an teneatur ad fabricam Ecclesiæ suæ ex suis prouentibus,ibi.n.13
parochi functiones quæ sint propriæ, tit.4.c.36.nu.4

Parricida.

Parricidarum pœna,tit.4.c.20.nu.12

Pars.

Cōtra partem inauditā nihil definiatur, tit.4.c.15.n.23

Partus.

Partus sequitur ventrem,tit.4.c.16.nu.15

Pascha.

Pascha quando est subditis annūciandū,tit. 4.c.11.n.27

Pater.

Pater filium corripere debet, tit.4.c.1.nu.5

Patriarcha.

Patriarchæ possunt visitare,tit.4.c.2.nu.6
Primas,& patriarcha idem sunt,ibi.nu.7

Patronus.

Patronorum partes quę,tit.2.c.3.nu.5
Patronorum iura,tit.4.c.15.nu.67

Pauperes.

Pauperum substantia non est imbursanda.tit.4.c.9.n.22

Pax.

Pax quare datur in fine missæ,tit.4.c.8.nu.34
Pax omnem remouet perturbationem,tit.4. c.20. nu.51

Pax

Digitized by Google

Pax est valde optanda,tit 4.c.20.nu.79
Pacis expers non est Christi hæres,ibi.nu.8
Pax inter homines non est propter sex causas. ibi.nu.81

Peccatum.

Peccatum mortale neque iurisdictionem tollit, neque iudicij recitationem,tit.2.c.11.nu.10
Peccata mortalia sunt summopere fugienda.tit.4.c.12.num.15
Peccatorum circunstantiæ versibus declarantur, ibi.n.16
peccata mortalia sunt septem.ibi.nu.18
peccata non homines odio haberi debent.ti.4.c.19.n.53
peccata venialia qualiter committuntur, tit.4.c.20.nu.4
peccata venialia multis modis relaxantur.ibi.nu.5
Mortale bene dimittitur sine veniali, sed non econuerso. ibi.nu.6
Peccata in Spiritum sanctum quæ,& quot sunt.titu.4.c.20.nu.96
peccatum non est nisi voluntarium.tit.28.cap.1. num.3

Peccator.

Peccatores creator expectat ad pœnitentiam. tit.4.ca.17.num.52
An peccator possit denunciari,licet non præcedat correctio fraterna.tit.7.c.4.nu.5

Peculatus.

Peculatus crimen qualiter committitur. tit.4.c.20. n.16

Pecunia.

Pecuniæ appellatione omnis res comprehenditur, tit.4.c.9.nu.19
pecunia a visitatoribus vt a philosophis cõtemni debet.tit.4.c.9.nu.14

Pedagium.

Pedagia non sunt a clericis soluenda,tit.4 cap.7. nu.25.

Persona.

Personas accipere contra ius diuinum,& humanum est. tit.2.c.6.nu.4

Pertinacia.

Quam sit Deo,& hominibus odibilis pertinacia in senibus, volentibus inniti proprio consilio, & contemnentibus consulere maiores in negotijs arduis, multis sententijs, & exemplis excerptis à Sacra scriptura peroptimè probatur.tit.4.c.25.nu.22

Peruicacia.

Peruicacia accusationis partes sustinet.tit.7.c.1.nu.4

Petitio.

Forma petitionis faciendæ à denunciatore voluntario, comparente in iudicio ad producenda nomina testiũ inde examinandorum,vel alias scripturas ad probandum se vera denunciasse.tit.7.c.1.nu.17
Commissarij quid iubere debeant actuario,recepta dicta petitione.ibi.nu.18

Petrus.

Petrus quare cecidit.tit 4.c.10.nu.61

Phisionomia.

Phisionomia quod indicium sit,& quid operetur. tit.17.c.5.nu.50

Pietas.

Pietas ad omnia est vtilis.tit.4.c.19.nu.51

Pignorare.

Pignorari non debent res Ecclesiæ sine vrgente necessitate.tit.4.c.15.nu.55

Pingues.

Pingues raro sunt ingeniosi.tit.4.c.19.nu.38

Plagiarij.

Plagiarij qui dicuntur,& qualiter puniuntur.tit.4.c.20.num.17

Pluuiale.

Pluuiale vulgariter est vestis sacerdotalis, quam latinè in pluuiam dicere possumus.tit.4.c.11.nu.9.& 19
pluuiale est album & nigrum.ibi.nu.10

Pœna.

Pœna sapientes facit.tit.4.c.7.nu.23
Pęnæ Canonum variæ sunt.tit.4.c.10.nu.41
Pęna corporalis quandoque ab Ecclesia infligitur. tit.4.c.10.nu.47
Carceris pęnam habet Ecclesia.ibi.nu.48
Tortura inter pęnas numeratur.ibi.nu.49
Curiæ seculari traditio est pęna.ibi nu.50
Exilium,& relegatio sunt pœnæ.ibi.nu.51
pœna pecuniaria.ibi.nu.53
pœna dupli,& quadrupli.ibi.nu.54
pœna minuitur ratione ætatis,& cõfessionis spontaneæ, ibi.nu.55
pœnã falsi tenetur qui absentium nomina scribi facit in instrumento.tit.4.c.13.nu.16
pœna imponenda pro delicto per inquisitionem reuelato.tit.4 c.31.nu.3
pœna delicto debet esse conformis.tit.24.c.4.nu.22
pœna vt augeri,vel minui possit,si a lege taxata sit. ibid.num.23
pœna vt commutari queat.ibi.nu.24
pœnæ Regularibus infligendę vnde sumi deant.ib.n.25
Non sunt a iure communi mutuandæ.ibi.nu.26
Carcer in grauissimis sufficit.ibi.nu.27
Nulla maior pęna carcere ipso in sacris canon.datur. ibi.nu.28
De damnatione ad triremes.ibi.nu.29
pœna illegitimi quæ.tit.28.c.5.nu.1
Baptizati pœna.ibi.nu.3
Bigamiæ.ibi.nu.4
Ordinati a suspenso Episcopo.ibi.nu.5
A Symoniaco.ibi.nu.6
Excommunicato.ibi.nu.7
Irregulari,ibi.nu.8
Heretico,ibi.nu 9
Furtiuè,ibi.nu.10
Ante ætatem,ibi.nu.11
Per saltum.ibi.nu.12
Cum sit homicida,ibi.nu.13
Vel confirmationem non susceperit.ibi.nu.14
Simoniaci,ibi.nu.15
Corpore vitiatus,ibi.nu.16
Non defendendo iura,bonaue monasterij,ibi.nu.17
Dilapidantis bona monasterij ibi nu.18
Non puniendo delicta,ibi.nu.19
Indulgendo delinquentibus,ibi.nu.20
Non celebrantis.ibi.nu.21
Nec officia diuina recitantis.ibi.nu.22
Nec ieiunantis,ibi.nu.23
Non superioris,ibi.nu.24
Proprietarij,ibi.nu.25
Ebrietatis,ibi.nu.26
Blasphemiæ.ibi.nu.27
Apostasiæ.ibi.nu.28
Ioculatoris,ibi.nu.29
Ministri laicorum existentis,ibi.num.30
Sortilegi,ibi nu.31
Venatoris,ibi.nu.32
Aleatoris,ibi.nu.33
Symoniæ,ibi.nu.34
Homicidij,ibi.nu.35
Incendij,ibi.nu.36
Sodomię.ibi.nu.37
Sacrilegij,ibi.nu.38
Adulterij,ibi.nu.39
Incestus.ibi.nu.40
Stupri,ibi.nu.41
Fornicationis,ibi.nu.42
Raptus,ibi.nu.43
Lesæ maiestatis,ibi.nu.44
Furti,ibi.nu.45
Percussionis,ibi.nu.46
Falsi,ibi.nu.47
Iniuriæ,ibi.nu.48
Calumniæ,ibi.nu.49

Expellere de monasterio loco pœnę an iuris sit, tit.28. c. 5 nu.51
Pęnam pecuniariam quando possit retinere sibi iudex. tit.28 c.6.nu.22

Penitentia.

Pęnitentia, & Eucharistia non debent condemnatis denegari.tit.4.c.6.n.21
Pęnitentiæ conditiones metrice declarantur. tit.4. cap. 12.nu.47
Pęnitentiæ sunt arbitrariæ, tit.4.c.18.nu.47
Pęnitentia ex tribus perficitur.tit.4.c.20.nu.57

Pollutio.

Pollutio nocturna an sit peccatum.tit.4.c.12.nu.31

Pontifex.

Pontifex Maximus est Christi Vicarius, & Petri successor, tit.5.c.1.nu.4

Populus.

Populus visitatus visitantem procurare nō tenentur. tit. 4.c.9 nu.6
Populus in Ecclesia qualiter se debeat habere, tit.4.c.18. n.18.& 19

Potestas.

Potestas quadruplex. Ordinaria, delegata, arbitraria, accessoria.tit.2.c.7.nu.8
Ordinaria potestas quæ sit.ibi.nu.9
Delegata potestas quæ sit.ibi.nu.12
Arbitraria potestas quæ sit.ibi. nu.13
Accessoria potestas quæ sit.ibi nu.17
Potestas quadruplex in sacris literis.ibi.nu.18
Potestates ordinis, & iurisdictionis ambę a Deo sunt, tit. 2.c.11.nu.7

Præbenda.

Præbendis non personis adiungenda sunt officia ordinum.tit.4.c.33.nu 3
Vnitæ Ecclesiæ præbendæ quomodo sint administrādæ. tit.4.c.33.nu.8

Præcepta.

Præcepta 13.regulæ Apostolicæ.tit.4.c.19.nu.64
præcepta sunt duplicia.ibi.num.65
præcepta scripturæ sunt triplicia, ibi.nu.66
præcepta moralia sunt duplicia, ib.nu.67
præcepta Decalogi sunt in triplici differentia, ibi.nu.68
præcepta Decalogi in duabus tabulis data fuerunt. ibid. num.69
præcepta cærimonialia an nunc sint seruanda. ibid.numer.71
præcepta diuina propria, & aliena ligant.ibi.nu.73

Prædia.

Prædia quæsita de bonis ecclesiæ sunt ecclesiæ.tit.4.c.17. num.13

Prædicator.

Prædicatores nemini detrahant.tit.4.c.12.nu.42
Prædicatori quæ sint vitanda in prædicando. tit.4.c.34. num.2

Prælatus.

Pręlatus omnibus complacere non potest, tit.4.cap.1.numer.4
pręlatorum status vbi est inquirendus.tit.4.c.6.n.8
pręlatus iudicem secularem ad pietatem inciter pro degradatis.tit.4.c.6.n.22
pręlatus, & capitulum faciunt vnum corpus, tit.4.cap.7. num.1
Negligentia Pręlati est mortalis.tit.4.c.10.nu.1
pręlati latratu lupos arcere debent.ibi num.2
prælati quando dicuntur excedere.titu.4.cap.10.numero 63
prælati multi sunt in damnationis periculo ratione iuris non seruati.tit.4.c.15.nu.49
prælatus quomodo in visitatione se debeat habere, tit.4. c.17.nu.3
pręlatus raro a minutis peccatis est immunis. tit.4.c.19. num.2
pręlatorum singularis exhortatio. titu.4.cap.19. numero 18
pręlati sint in negotijs secularibus periti, tit.4.cap.19.nume.22
pręlatus non sit momentaneus.tit.4.c.19. nu 46
pręlati de qua materia prędicare debent, titu.4.c.19.nume.54
pręlati monasteriorum quando non tenebuntur admittere Visitatores ad visitanda propria eorum monasteria sibi commissa, & quare. tit.4. capit.22. numero 3
Pręlatus ordinarius quando teneatur admittere visitatores, ac iudices delegatos, non ostensis sibi literis cōmissionalibus.tit.4.c.23 nu.8
pręlati quare intrepidè & prudenter teneantur punire sibi subditos peccantes multipliciter probatur, tit.4. c.25.nu.4
pręlati non excusantur, si propter eorum incuriam ad eorum non perueniant notitiam peccata subditorum, ibi.nu.5
prælati non increpantes sibi subditos errantes, illos occidunt, ibi.nu.6
pęna, qua puniendi sunt pręlati negligentes punire subditos delinquentes, quæ sit de iure, ibi.nu.7. & quare, num.11
prælatus sciens subditos peccare, & illos non puniens, dicitur illorum deprauatis moribus consentire. ibid. num.8
pręlatus non puniens subditos peccantes appellatur à S. Augustino canis impudicus, ibi.nu.9
pręlatus non corrigens subditos maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione seuerissima.ib.nu.10
pręlati quomodo punire subditos doceantur à Sanctissimo nostro Patriarcha Benedicto, ibidem numero 12
Quæ debeant pręlati interrogare in suis visitationibus. tit.4.c 17.nu.3
pręlatus iudex constitutus procedere potest duplici iure, ordinario, & summariè, sed secundum conuenientius.tit.6.c.6.n.1
pręlati prudentes quid facere debeant, antequam recipiant denunciationem iudicialem contra aliquem sibi pręsentatam a denunciatoribus. tit.7. cap.1.numero 14
An possint procedere pręlati per viam punitionis in re dubia.tit.8.c.12.nu.3
An teneatur pręlatus sub pęna peccati mortalis euellere peccata venialia, tit.12.c.vn.nu.7
An possint pręlati regulares condemnare subditos suos ad triremes.tit.24.c.3.n.13
An possint sententiam proferre contra aliquam monialem, quod amittat officium, & sit inhabilis ad reliqua officia, eo quia introduxit in monasterium quandam mulierem, ibi.nu.1

Preparatoria.

Pręparatoria sunt facienda a Visitatoribus. tit.4. cap.5. num.1

Prepositus.

Prępositi de quibus sunt interrogandi. tit.4 cap.17. numer.45

Præscriptio.

Præscriptio non habet locum contra procurationem.tit. 4.c.4.n.11

Præsumere, præsumptio.

Pręsumitur ex pręteritis ad futura. tit.4. cap.15. numero 32
pręsumptionum varia sunt genera. tit.11.cap.6. numero 4
pręsumptio variatur secundum conditionem personarum.ibi.nu.5

Digitized by Google

Præuaricatio.
An sint duo modi præuaricationis.ibi.tit.6.cap.6.num.5
Precaria.
Precariæ quinto quoque anno sunt renouandæ. tit.4.ca.15.nu.56
Precium.
Precium nullum detur pro crismate, & oleo.ti.4.c.5.n.7
Presbyter.
Presbyter habeat ministrum.tit.4.c.16.nu.18
presbyteri de quibus sunt interrogandi.tit.4.c.17.nu.53
presbyteri orientales possunt habere vxores.tit.4. c.19.nu.10
Primicerius.
Primicerij officium.tit.4.c 8. num.17
Princeps.
Princeps sine fide splendere non potest.tit.4.c.17.nu.64
Princeps de plenitudine potestatis contra non citatum procedere nequit.tit.5.c.3.nu.14
Priuare.
Priuari nemo debet beneficio nisi in casibus in iure expressis.tit.28.c.6.nu.21
Priuilegium.
Ex superuenienti priuilegio quando quis liberatur.tit.1.c.2.nu.22.& 24
priuilegium eximit a synodo.tit.4.c.10.n.5
priuilegia Regularium moderata per Cõcil.Lateranẽse.tit.4.c.29.n.40
priuilegia Regularium in quibus moderauit Concil. Trid.ibid.nu.41
priuilegia Regularibus concessa post Concil. Trident. sunt postea reducta ad terminos Concil.Trident.ibid.nu.42
Probatio.
Probatio dubia non releuat. tit.4. cap.15. num.29
Graue esse videtur ex domo rei sumere probationes contra eum. tit.8.cap.1.nu.2
probationis definitio.tit.11.c.5.n.2
probatio alia clandestina,alia euidens,alia minus euidẽs est.ibid.nu.3
probatio alia plena est,alia semiplena. Et quæ sufficiens ad torturam,vel ad vindictam.ibi.nu.4
probatio vna facta de bona fama confundit aliam. tit.11.c.8.n.4
probatio habetur pro facti euidentia.tit.11.c.8.n.6
probationes maxime in criminalibus quales esse deãt. tit.14.c.11.n.40
Procedendi modus.
Modus procedendi inter clericos est ordo iuris,sed inter monachos proceditur summarie.tit.6.c.4.n.5
Forma procedendi contra scriptores literarum aliquarum,in quibus denunciabatur aut accusabatur apud superiorem superiorem, vel eius officiales immediatos,aliquis de aliquo crimine perpetrato. tit.7.c.1.n.3
Forma interrogandi,seu constituendi eum, cuius nomine literæ huiusmodi fuerint subscriptæ,traditur,ibi.num.4
Commissarijs quid sit faciendum, postquam repererint scriptorem literarum alios accusantium.ibi.nu.5
Forma decreti assignantis terminum voluntario denunciatori,vel accusatori ad probanda denunciata,seu accusata.ibi.nu.6
Decreta,& citationes in causa regularium per quẽ erũt intimandæ tam reo,& eius Aduocato,& Procuratori, quam testibus.ibi.nu.7
Relatio huiusmodi intimationis, in qua forma cõcipietur,ibi.nu.8
Forma interrogandi monachos generaliter super scriptore dictarum literarum, sub cuius nominis subscriptione reperiuntur subscriptæ.ibi.nu.9
Quid ponderare teneantur Commissarij circa depositionem testium ex officio examinatorum super recognitione dictarum literarum,& scriptoris ipsarũ.ibid.nu.10
Commissarijs quid sit faciendum,si post accuratissimam inquisitionem non repererint esse plene probatum aliquem scriptorem fuisse ipsarum literarum, sed solum indicia tum,& per contrarias probationes indicia euacuata remansissent.ibi.nu.11
Procedendi norma contra laicos, & clericos seculares in causa criminali,quæ sit,& an ipsa ad vnguem seruanda sit in causis criminalibus motis contra regulares, & quare.tit.21.c.1.n.1
Processus.
Processus diebus feriatis factus an teneat.tit.4.c.15.n.22
Processus vnde dicatur.tit.5.cap.1.nu.1
Modus formandi processum.tit.5.c.1.n.3
Processus Quatuor vijs,vel modis formari potest.tit.6.c.10.nu.5
Quæ in cuiusque processus continuatione sint necessaria.tit.11.c.11.n.1
processus terminatio in quo consistat.tit.24.c.4.n.1
Modus processum incipiendi per viam Accusationis. tit.6.c.10.nu 6
Accusator necessarius est in tali processu formando, ibi.num.7
Modus continuandi processum per viam Accusationis, tit.18.cap.vn.nu.1
Forma continuandi processum per viam Accusationis, titu.18.c.vn.nu.3
Modus continuandi processum per viam Denunciationis.tit.18.c.vn.nu.18
Forma continuandi dictum processum,ibi.nu.19
Modus continuandi Processum per viam exceptionis, tit.18.c.vn.num.31
In processu per viam exceptionis rigor non obseruatur, ibid.nu.32
Nisi contra excipientem,ac testes, si fuerit inuenta conspiratio.ibid.n.33
Modus continuandi Processum per viam Inquisitionis generalis quo ad personas tantum, tit.18.c.vn.nu.20
Testes in tali Processu de quibus interrogandi,ibi nu.21
Forma continuandi dictum Processum in delicto facti permanentis,ibi.nu.22
Si delictum facti sit transeuntis, quid agendum sit,ibid.nu.23
Modus continuandi Processum per viam Inquisitionis generalis quo ad delicta solum,ibi nu.24
Modus continuandi Processum per viam Inquisitionis specialis,ibi.nu.25
Forma continuandi dictum Processum,ibi.nu.26
Forma examinandi testes super fama,ibi.nu.27
Fama probata quid agendum sit,ibi.nu.28
Testes de quibus interrogandi fama probata in Inquisitione speciali,ibi.nu.29
Forma examinandi testes super facto fama probata in Inquisitione speciali,ibi.nu.30
Processu summario omnes causæ expediendæ, tit.5.c 6.num.1
Processus summarius quis sit,ib.nu.2
Terminorum defectus non vitiat processum, ib.nu.3
Procuratio.
Procuratio vnica debetur,licet plura loca visitantur, tit.4.c.9.nu.18
In procurationibus alij excessus recensentur, tit.4. c.10.nu.7.& seqq.
Procuratio ratione visitationis debetur Episcopo, tit.4.c.31.nu.6
Procurationem dare qui non obligantur,ib.nu.7
Procurator.
Procurator datus Ecclesiæ cathedrali vacanti visitare potest,tit.4.c.2.n 15
Procurator esse potest,qui iure non prohibetur, tit.6.ca.11.nu.5
procuratoris confessio quando præiudicat principali. ib.nu.6
Procurator sine mandato non admittitur.ibi.nu.7

Digitized by Google

Procuratorum mandatum quomodo probetur, ibidem num.8
Procuratoriurare debet in animam propriam, ibidem num.9
Procuratoris poteſtas quando finiatur.ibi.nu.10

Profeſsio.

Profeſſio quid ſit. tom.4.tit.1.c.2.n.2
Profeſſio tacita quæ, ibidem nu.8. & nu.9.& 10
profeſſus illico ſe ordinare poteſt ad ordines,tit.1.cap.2. nu.12
profeſſus à patria poteſtate liberatur,ibi.nu.13
Non poteſt fieri Decanus,ibi.nu.14
Nec ad aliam religionem ſe transferre,ibi.num.15
Omnia profitentis bona incorporantur monaſterio. ibi. num.16

Profeſſus.

Ad profeſſum in aliquo monaſterio,quando regrediatur bona ab ipſo donata ipſi monaſterio, quādo eius profeſſio fuiſſet ipſo iure nulla.tit.4.c.25.nu.32
Bonorum alicuius profeſſi vſumfructum, quando monaſterium,in quo quis legitimam,& validam profeſſionem emiſerat,teneatur aſſignare alteri monaſterio. ibi.nu.33
Bona legitimè profeſſi iam acquiſita monaſterio per illius validam profeſſionem, monaſterium (in quo profeſſionem emiſerat ille) ſemper retinebit, etiam ſi ille legitime fuiſſet tranſlatus ad alium monaſterium, vel prælaturam, & quare, ſed non alia per ipſum acquiſita poſt adeptam ſupraſcriptam prælaturam,ibid. num.34

Promouendus.

Titulum habeant promouendi.tit.4.c.17.nu.17

Prouinciales.

An poſſint prouinciales priuare religioſum habitu, & obligare eum ad ingreſſum arctioris religionis. tit.24. c.3.nu.6
An poſſint prouinciales, & definitores religionum dare ſententiam contra aliquem religioſum, licet non præcedat accuſatio,& citatio.ibi.nu.7

Proximus.

Proximus tripliciter læditur.tit.4.c.19.nu.70

Puer.

Pueri de quibus ſunt interrogandi.tit.4.c.17.nu.78
Puerum, & ignarum penitus iudicandi iudicē eſſe contra ius naturale eſt.tit.5.c.4.nu.17

Punitio.

Si modus excedatur in punitione, quid ſubditus facere queat.tit.5.c.2.nu.10

Purgatio canonica.

Purgatio canonica quando indicenda.tit.8.c.9.nu.7
A Commiſſarijs quæ ponderanda erunt antequam indicent Reis purgationem canonicam.titul.23. cap.1. num.1
In quibus caſibus, & cauſis purgatio canonica a Commiſſarijs fuerit indicenda ipſis Reis.ibi.n.2
Decreti forma traditur de indicenda purgatione canonica Reo. ibi.nu.3.
Purgatio canonica oblata a Reis, quando ſit recipienda neceſſario a Commiſſarijs.ibi.nu.4.
Purgatio canonica corā quibus,& vbi faciēda erit.ib.n.5
Purgandus per canonicam purgationem cum quot, & qualibus perſonis erit.ibi.nu.6
Forma iuramenti ſeruanda a compurgatoribus,dum intendunt infamatum ſuo teſtimonio purgare, nec non forma iuramenti ipſorum infamatorum traditur.ibid. num.7
Purgationis canonicæ effectus quis, & quotuplex ſit,ibi. num.8
Commiſſarij procedentes ad ſententiam ſolum ex præſumptionibus tenentur temperare ſententiam contra talem.ibi.num.9
Deficiens in purgatione aliter punietur, & ſententia qualiter concipietur,ibi.nu.10
Canonica purgatio antiquitus maximo in honore erat. tit.23.c.3.n.1
Summi Pontifices qui ſe Canonice purgarunt.ibi.n.2
Apud Romanos erat in vſu purgatio.ibi.nu.3
Purgationis vſus penè abolitus hodie eſt,ibi.nu.4
Regulares inter Canonica purgatio maximè periculoſa eſt,ibi.nu.5
Purgatio Canonica quare ita dicatur, & adinuenta ſit, ibi.nu.6
Purgatio Canonica quid ſit.ibi.nu.7
Quibus indici purgatio Canonica poſſit, ac debeat, ibid. num.8
Regularibus indici Canonica purgatio poteſt.ibi.nu.9
Infamia,pro qua indicitur purgatio Canonica,vnde ortū habere debeat,ibi.nu.10
Accuſatore,ſeu Denunciatore apparente iudici purgatio nequit.ibi.nu.11
Si delictum notorium ſit,non poteſt indici purgatio,ibi. nu.12
Purgatio canonica indici ad inſtantiam purgandi poteſt. ibi.nu.13
Quis Canonicā purgationē indicere poſſit.ibi.num.14
Iudici eccleſiaſtico arbitraria ipſa purgatio eſt.ib.nu.15
In eo loco indici purgatio debet, in quo purgandus noſcitur infamatus,ibi.nu.16
Modus in Canonica purgatione ſeruandus, ibi.nu.17
Coram iudice facienda purgatio eſt,ibi.nu.18
Quid iurare purgandus debeat,ib.nu.19
Si purgandus prælatus ſit,quid iurare debeat,ib.nu.20
Compurgatores quomodo,& quid iurare deant.ib.u.21
Conditiones cōpurgatorum quæ eſſe debeant. ibi.nu.22
Compurgator an repelli a purgando aliquo caſu poſſit, ibi.nu.23
Iudex compurgatores neque impedire, neque repellere poteſt.ibi.nu.24.
Neque illos cogere ad purgandum quemcunq;.ibi.n.25
Compurgatorū numerus iudici arbitrarius eſt.ibi.nu.26
Si leuis infamia ſit,ipſius purgandi ſufficit iuramentum, ibi.nu.27
Canonicæ purgationis effectus qui ſit.ibi.nu.28
In purgatione deficiens, qua pœna puniri poſſit, ac debeat.ibi.nu.29
Canonicam purgationem ſubire qui renuit, quomodo tractandus ſit,ibi.nu.30
Canonica purgatio non ita facile ab eccleſiaſticis iudicibus indici debet,ib.nu.31
A decreto Canonicæ purgationis an,& quomodo appellari poſſit,ibi.nu.32
Purgatus de aliquo crimine, an ſuper eodem amplius moleſtari queat,ibi.nu.33
Modus indicendæ purgationis,ibi.nu.34
Forma decreti pro indicenda purgatione,ibi.nu.35
Forma præſtandæ,ſeu faciendæ purgationis,ibi.nu.36
Compurgatores informandi ſunt de meritis cauſæ, de crimine,&c.ibi.nu.37
Forma interrogandi eum,qui purgandus eſt,ibi.num.38
Forma interrogandi compurgatores.ibi.nu.39
Forma ſnæ abſolutoriæ pro Canonice purgato, ibi.n.40
Forma ſententiæ condemnatoriæ contra illum, qui in purgatione defecit,ibi.nu.41
De modo Canonicæ purgationis ad inſtantiam purgādi peragendæ,ibi.nu.42
Forma decreti pro indicenda purgatione ad inſtantiam purgandi ex proceſſus meritis ſuſpecti,ibi.nu.43
De Modo Canonicæ purgationis ad inſtantiam purgandi nullo exiſtente proceſſu peragendæ.ibi.nu.44
Forma decreti pro indicenda tali purgatione,ibi.nu.45
Forma patentium literarum pro voluntarie purgato, vt ſupra.ibi.nu.46

Q

Quæſtio.

QVæſtio,& tortura eſt prælatis permiſſa,tit.3.cap.6. num.17

Rapi-

Digitized by Google

R

Rapinæ.

Rapinæ sunt fugiendæ.tit.4.c.12.num.24

Raptor.

Raptores virginum grauiter peccant.tit.4.c.20.num.15

Raptores ad quid tenentur.tit. 4.c.20.num.25

Rector.

Rectores boni per quid reuocant errantes.tit.4.cap.19. num.42

Recusare. Recusatio.

Recusatur iudex infamis,& criminosus.tit. 5.cap. vnic. num.27

Qui iudex esse nequit,omnis recusari potest.ibid. n. 28

Recusatur iudex, qui ordinem iuris non seruat. ibid. num.29

Alteri parti nimium fauens.ib.num.30

Parti nimis familiaris,& amicus.ibid.num.31

Qui non habet iudicandi peritiam.ibid.num.32

Qui modum excedit in exequendo.ibid.num.33

Qui in alia caussa fuit recusatus,vel a quo alias fuit appellatum.ibid.num.34

Nisi crimen sit manifestum.ibid.num.35

Recusatur item iudex,Qui similem habet caussam.ibid. num.36

Qui commensalem habet aduersæ partis aduocatum. ibid.num.37

Qui aduersarij suffraganeus est, vel de terra ipsius.ibid. num.38

Si accusator, vel testis de illius domo producitur.ibid. num.39

Qui est officialis alicuius, qui aduersario sit familiaris. ibid.num.40

Regulares sibi suspectum iudicem recusare queũt. ibid. num.41

Regularium recusatio,& appellatio a correctione quare non admittatur.ibid.num.42

Si in correctione excedatur,recusare,& appellare possunt ipsi regulares.ibid.num.45

Non probata recusationis caussa cæptum iudicium prosequitur iudex.tit.5.c.vn.num.49

Reges.

Reges omnes a Papa visitari possunt.tit 4.c.3.num.8

Reges visitati de quibus sunt interrogandi.tit.4.cap.17. num.61

Reges proprijs finibus contenti esse debent. ibid.nu.62

Regimen.

Regiminis fratres apud nos nomine Principis interpretantur.tit.28.c.3.num.6

Regnum.

Regnum Dei acquiritur per charitatem tit.4.c.16.n.25

Regula.

Regula vnde dicta.tom.4.tit.1.c.1.n.1

Regulæ præcepta.ibid.num.8

Regularum institutores.ibid.num.9

Regula nisi a summo Pontifice confirmata vel approbata fuerit,seruari non debet.ibid.num.10

Regularis disciplina.

Regularis disciplina septem gradibus continetur.tit.28. c.2.num.1

Omnis regularis obseruationis violatio, exceptis tribus votis,leuis est culpa remoto contemptu.tit.28.cap. 1. num.1

Nõ est æquum regulares obseruantias sub mortalis peccati pęna ab aliquo præcipi.ibid.num.2

Regulares.

Regulares vnde dicti.tit.1.c.1.num.2

Nouitij nunquid regulares verè sint.tit.1.c.2.num.1

Conuersi an veniant appellatione regularium.ibid.n.2

Oblati similiter.ibid.num.3

Item Heremitæ.ibid.num 4

Hospitalarij itidem.ibid.num.5

Fratres tertij ordinis an sit regulares.ibid.num.6

Regulares in quibus casibus incurrant infamiam.tit.2. c.13.num.23

Regulares quare Iudices, ac Rei sint: indicijsque indigeant.tit.2.c.14.num.1

Supremus Regularium iudex Summus Pontifex est. ib. num.2

Regulares Papæ sunt immediate subiecti.ibid.num.6

Generales,Prouinciales,& Monasteriorum Prælati ordinarij Regularium iudices existunt. ibid.num.7

Iudices appellationis Regularium qui sint. ibid.num.8

Legati,Vicelegati, Nuntij, Locorum ordinarij, alijque iudices,an Regulares iudicare queant.ibid.num.9

Iudices omnium Regularium,violatæ religionis respectu,soli sunt Inquisitores.ibid.num.10

Episcopi quibus in casibus Regulares iudicare possint. ibid.num.11

Regulares quare tondeatur,& an possint testari. tit.4.c. 25.num 4.p.163

Mulieres prohibentur ingredi septa monasteriorum regularium,& e contra homines ingredi septa monialium,& quare,& quibus pœnis.ibid.num.5

Regularibus est prohibitum commatres sibi facere,& multa alia.ibid.num.6

Regulares quomodo puniantur pro verberibus vel iniurijs illatis alijs regularibus.tit.4.c.25.num.3

Regularem tenentem peculium inconsulto suo Prælato,meritò dicendum fore furem & latronem,licet illud peculium aliunde quam ex redditibus, vel eleemosinis factis monasterio acquisierit,probatur per optimè.tit.4.c.25.num.35

Regularibus personis prohibitum esse velle fungi officio causidicorum & deseruire curiæ principum & quare, multis auctoritatibus probatur. tit.4. cap.25. num.23

Regularis post emissam professionem quare testari non possit.ibid.num.37

Regularis professus qua pœna sit puniendus,si cum peculio reperiatur,et quare,multipliciter probatur.ibid. num.38

Reuerendi Visitatores quod consilium dabunt prælatis super proprietate regularium sibi subditorum. ibid.num.39

Delatio pretiosarum vestium in regularibus quam pessimum sit,& contra propriam professionem,multipliciter probatur.ibid.num.40

Quam pestiferum sit regularibus velle vesci cibis & vinis pretiosis,multipliciter probatur.ibid.num.41

Silentij violatio in regularibus,quæ incommoda & mala eis afferat,probatur.ibid.num.42

Regularium contentio cum suo prælato quam sit damnabilis,probatur.ibid.num.43

Regulares omnes sua sibi inuicem priuilegia communicant.tit.4.c.29.num.39

Conseruatores sibi eligere debent Regulares,coram quibus conueniantur.num.43.tit.4.c.29

regulares dalinquentes ad requisitionem Episcopi a suis superioribus sunt puniendi.ibid.num.44

Visitari possunt ab Episcopo Regularia monasteria cõmendata.ibid.num.45

Regularium Ecclesiæ curam animarum habentes, quoad curam sunt subiectæ Episcopo.ibid num.46

Præcedentiam inter Regulares quomodo iudicare dēat Episcopus.ibid.num.48

Mendicantium nomine, qui regulares comprehendantur.ibid.num.49

Funera leuare cũ scitu parochi debent regulares.ib.n.50

Contra exemptionem currit pręscriptio.ibid.num.51

Regularis excommunicatus a iure,vel Apostolica constitutione,declarari potest per Episcopum excommunicatus.ibid.num.52

Regularibus iura ignorare facilius, quam alijs permittitur.tit.5.c.2.num. 19

Digitized by Google

Regulares parum curare debent prælaturas. ib.num.20
Iudicianus ordo in regularium caussis obseruandus est. ibid.num.21
Regularium subditorum delicta grauia occulta quomodo punienda sint.ibid.num.22.
In caussis regularium dupliciter procedi potest. ibid. num.23
In caussis regularium summarie procedendum est. ibid. num.24
Quod approbatum,& concessum a summis Pontificib. est.ibid.num.25
Regularium in iudiciis Accusator Idoneus, Testes legitimi,Defensiones congruæ,& Iudex electus esse debet. tit.5.c.4.num.28
Instituta regularia pro iure gentium ipsis regularibus sunt.tit.5.c.5.num.8
In regularium iudicijs quando ius commune ommitti possit.ibid.num.9
In regularium constitutionibus,regulis, & statutis modus illos iudicandi passim non est, aut est diminutus. ibid.num.10
Delicta regularium talia iudicanda sunt, taliterque puniendia; qualia & qualiter in eorum institutis præscribitur.ibid.num.11
Priuilegia regularium quid sibi velint, cum in eis habetur,quod non secūdum iura, sed iuxta constitutiones contra illos procedatur.ibid.num.12
Constitutiones regularium in quibus iuri communi præferantur.ibid.num.13
Illustrissimi Protectores, illorumque Auditores Iudices appellationis regularium ipsos regulares iuxta eorū instituta iudicare debent.ibid.num.14
Protectores regularium quare ita nuncupentur. ibid. num.15
Regulares ius diuinum,naturale,atq; canonicum obseruare debent.tit.6.c.10.num.37
Regularium iudex in delictis grauissimis vt procedere debeat.tit.17.c.5.num.8
Regulari carcer ad custodiam vt dari queat. tit.17.ca.5. num 64
Cum Regulari datur carcer ad custodiam,vel ad torturam,id in actis ponendum est ib.num.65
carcer ad pœnam Regularis datus illum reddit infamē. ibid.num.66
Quis fungetur vice beruarij in curia regularium in citandis Reis,testibus,aduocatis,& in quolibet alio actu legitimo iudiciali faciendo,& quomodo in actis referat se citasse supradictos.tit.21.c.1.num.10
Vide verbo Delictum.

Religio.

Religionis neruus,in quo maxime consistat.tit.6. cap.6. num.27

Religiosi.

Religiosi mendicantes in multis excedunt. tit. 4. cap.6. num.27
Religiosi militares quos vulgo commendeurs vocant, an subsint ordinarijs.ibid.num. 28
Religiosorum visitatio est expedienda de plano.tit. 4.c. 7.num. 3
Religiosi sunt misericorditer corrigendi.ib.n.4
Religiosi populo carente ad synodum ire non tenentur. tit.4.c.10 num 4
Religiosi a Prælatis plerumque grauantur.ibid.n.8
Carnes a Religiosis visitatis exigendæ non sunt.ibid. num. 13
Religiosi falsi in suis sæpe sermonib. prelatis detrahunt. tit.4.c.18.num.13

Res.

Res furata apud aliquem inuenta,quod indicium sit, & quid operetur.tit.17.c.5.num.51
Res alicuius in loco delicti inuenta, quod indicium sit, & quid operetur. ib.num.52.

Respublica.

Expedit Reipublicæ punire maleficos,& quare. tit.12.c. 2.num.3

Reuelare.

An sit licitum reuelare peccatum, quod scitur secreto.ti. 6.c.9.num.8

Reuerentia.

Reuerentia quanta sit seruanda in Ecclesia.ti.4.c.34.n.9

Reus.

Reus in actis non probatus talis condemnari nequit.tit. 2.c.8.num.17
Reo dandus est iudex de illius consensu. tit.3.c.vn.n.50
Rei fauorabiliores sunt,quam actores.ibid. num.51
Reus quomodo se debet gerere, respondendo contra actorem.tit.5.c.1.num.10
An faciant male iudices remittentes reos confessarijs,vt reuelent veritatem,& an faciant male confessarij, qui offerunt se in testes reorum,quos audierunt.tit.6.cap. 9.num.9
Rei semper est conditio potior. tit.11.c.8.num.3
A Commissarijs quæ libranda sint post carcerationem Rei,& antequam ipsum constituant, seu examinent, vt postea in interrogatorijs illis faciendis possint procedere gradatim,& prudenter,& quare. tit.17.cap. 1.num.1
Rei potius conuincuntur,& ad confessionem criminum per eos perpetratorum inducuntur prudentibus interrogatorijs Commissariorum,quam tormentis sibi adhibitis,& quare.ibid.num.2
Commissarij non procedant ad reos torquendos,nisi præmisso eorum etiam duplici examine,& pluri,si sibi visum fuerit,& quare.ibid.num.3
Reus quid et interrogatus secundum iura fateri veritatē cogitur.tit.15.c.vn.num.1
Reus interrogatus,non seruato iuris ordine,potest prudenter subterfugere, dummodo mendacium euitet. ibid.num.2
Reus in quibus casibus iure interrogatur a iudice,& quomodo se gerere debeat in respondendo num.4.
Reus ob quam causam subire iudicium debet. tit. 17. c. 2 num.1
Reus quomodo interrogandus.tit.18. c.vn.n.6
Forma examinandi Rei.ibid num.7
Si Reus non fuerit confessus,quid agendum.ibid.n.8
Confrontatio Rei cum testibus licita.ibid. num.9
Reus cogi potest ad veritatem dicendam, & quomodo. ibid num.10
Reo siue conuicto,siue confesso defensiones tribuendæ sunt.ibid.num.11
De Rei defensionibus.ibid.num.12
Reus quomodo se defendere queat.ibid.num.13
Commissarij quomodo studebunt conuincere reum negantem delictum a se perpetratum,de quo fuerat interrogatus.num 5.tit.19.c.1
Confitentem reum quomodo Commissarij interrogabunt de complicibus.ibid.num.6
commissarij quæ describenda in actis mandabunt,audita confessione Rei.ibid.num.7
Reus quare examinandus sit medio eiusdem iuramento de dicenda veritate.ibid.num.8
commissarij ex quibus eliciēt interrogationes faciendas ipsis reis.ibid.num.9
commissarij,quando bene facerent in primo Rei examine,non vtendo omnibus interrogationibus,quæ fieri per ipsos possent,& quare.ibid.num.10
Qua industria vti oportebit Commissarios in impugnatione eorum,quæ a Reis dicuntur in sua depositione. ibid.num.11
Forma verborum,qua vti tenebuntur Commissarij in secundo examine Rei faciendo.ibid.num.12
Expleto secundo examine,quæ describenda in actis mandabunt Commissarij actuario.ibid.num.13
Commissarij quare præcipiunt Reis se subscribere pro-

prijs depositionibus.ibid n.14
Commissarij in vltimo Rei constituto quid aduertere & quibus verborum circuitibus reos interrogare, & quare ibid.n.15
Commissarij quid facere debeant, si Reus responderit se velle fateri veritatem facti.ibid.nu.16.
Commissarij quid facient, si eorum Rei nollent Respondere interrogatorijs factis, sibi negatiue, aut affirmatiue, vel penitus nolunt respondere.tit.19.c.2.n.1
Actuarius quæ in actis describet, quando reus nollet respondere præcisè ad interrogata.ibid. num.2
Reo semel respondente ad interrogata, si rursum interrogatus de ijsdem nolit respondere, sed se remiserit ad iam dicta; quid facient ipsi Commissarij.ib.n.3
Forma, & norma ad torturam procedendi contra reum nolentem respondere ad interrogata, aut affirmatiuè, vel negatiue.ibid.n.4
Ante torturam, quæ pro recipienda præcisa rei affirmatione, vel negatione, vel responsione danda esset, an Commissarij teneantur concedere reis terminum ad probandum, & allegandum se non posse torqueri pro dicta causa.ibid.num.5
Decretum huiusmodi torturæ quibus verbis sit concipiendum. ibid.nu.6
Tortura adhibenda reis pro extorquenda responsione affirmatiua, vel negatiua an debeat esse leuis.ib.nu.7
Commissarij quomodo procedant contra reos nolentes respondere, affirmatiuè, vel negatiuè, allegando ipsos Commissarios suspectos, & proferant causas suspicionis eorum.ibid.nu.8
In causis regularium Commissarij allegari sibi suspecti à Reis regularibus, quare regulariter non erunt audiendi ipsi Rei.ibid. nu.9
Commissarij quomodo interrogabunt Reos super recognitione literarum scriptarum, si post diligentem requisitionem, non poterunt reperire aliquam scripturam in cella, vel domo Rei suspecti. tit.19. c.3.n.16
Contra reum negantè se scire scribere, quomodo Commissarij procedent.ibid.nu.17
Accusatorem contra, Testesque excipere in summario iudicio quis potest.ibid.nu.20
Reo grauato in summario iudicio appellare licet.ibid. num.21
Dilationes, induciæque Reo in summario iudicio concedendæ sunt.ibid. num.22
Depositiones, siue dicta, & nomina actoris, ac testium in summario iudicio ipsi Reo concedenda, & aperienda sunt.ibid.nu.23.
Regularibus quoque tum dicta, tum nomina, ib.nu.24
An possit reus iuridice interrogatus negare veritatem sciens, quod propter depositionem suam est mortè puniendus: aut amittet honorem suum, tit.19.c.4.n.1
An condemnatus morte, qui negauit delictum suum, teneatur confiteri illud, ibid, nu.2
An reus nihil respondens iudici sit visus confiteri delictum, & an possit petere tempus ad respondendum, & quomodo debet respondere, ibid.nu.3
An reus interrogatus cum iuramento teneatur respondere secundum mentem iudicis, ibid. nu.4
An reus conuictus de aliquo delicto possit interrogari de alio.ibid.num.5
An reus interrogatus legitimè peccet mortaliter mentiens in rebus parui momenti, ibid.nu.6
An interrogatus in iudice possit negare quandam rem, quam fecit bona fide, & an, qui intrauit de calumnia, possit negare aliquod delictum secretum, ibid.nu.7
An sit licitum iudici vti aliqua dissimulatione, vt inueniat veritatem, ibid.num.8
An teneantur rei, qui confitentur crimina sua, declarare complices, ibid.nu.9
Rei, in quibus casibus subijci possint torturæ ante sibi præstitas defensiones, & an hoc habeat locum in regularibus.tit.21.c.1.num.6
Reo edenda copia Indiciorum ante tormenta, & quando, ac quomodo, tit.21.c.2.nu.1.2.& 3.
Quid excipere possit reus contra propriam confessionem.ibid.num.9
Reuerendi Commissarij quid iubebût describi ab Actuario in actis, quando, dum Rei torquentur, in ipsa tortura deficiunt.tit.22.c.3.num.1
Quomodo cognoscent Commissarii Reos in tortura deficere.ibid.num.2
Reuerendi Commissarii quid facient, vt detegere possint astutias reorum deficientium.ibid. num.3
Reuerendi Commissarii studeant intereste torturæ Reorum, donec deponantur.ibid.num.4
Depositio reorum deficientium in tortura quomodo describetur.ibid.num.5
Describenda in actis erunt remedia exhibita reis deficiētibus in tortura, vt reuiuiscant.ibid.num 6
Reuerendi Commissarii quando poterût rursus torquere, vel cessare a tortura dictorum reorum deficienniû. ibid.num.7
Reus, & procurator, ac aduocatus eius erunt citandi ad concludendum in causa: & ad maiorem cautelam poterit eis concedi alius terminus.tit.22.c.4.num 6
Forma decreti citationis ad concludendum in causa, & relationis factæ citationis, traditur.ibid.num 6
Rei iam confessi quando de nouo sint torquendi, & quibus verbis ante huiusmodi torturam sint interrogandi; & an ante talem torturam sit interponendum decretum de ipso torquendo.tit.22.c.4.num.10
A Commissarijs quæ ponderanda erunt ante torturam Rei confessi, & quæ in actis describi mandabunt.ib. num.11
Confessum reum funi torturæ alligatum quibus verbis alloquentur Commissarii, & eleuatis postea reus de quibus interrogandus erit.ibid.num.12
Reo perseuerante in negatiua super aliis delictis & aliis complicib. & postea deposito a tortura, quid facient Commissarii.ib.d.num.13
Reo confitente alios complices, vel alia delicta, quid facient Commissarii.ibid.num.14
An possit reus iuste interrogatus confiteri delictum suum, vt fugiat torturam sciens, quod ob suam depositionem condemnabitur morte, tit.23.c.5.n 5
An peccet reus deponens veritatem, & infamans se.ib. num.6
An peccet reus reuelans complices ratione torturæ non iuridice interrogatus.ibid.num.7
Reuerendis Commissariis quid sit agendum, quando Reus (contra quem est compilatus processus) citatus ad informandum, non compareat, ita vt possit capi, et carceri mancipari.tit.25.c.1.num.1
Reus, contra quem fuerunt in iudicio deducta indicia debilia, quomodo citabitur, ac procedetur côtra ipsum. tit.25.c.1.num.3
Iuramentum an reis deferendum sit.tit.25. c.2.num.2
Forma reos interrogandi.ibid.num.4
Reus de se confessus quo casu de aliis interrogari possit. ibid.num 5
Vide verbo Iudicium.

Rustici.

Rustici de quib. sunt interrogandi.tit.4.c.17.num.76
Rusticorum vita tutior est quam diuitum.ibid. num.77
Rusticorum arrogantia est impudentissima.ti.4.c.19.n.43

S

Sacerdos.

Sacerdos potest dispensare contra Canones pœnitentiales.tit.4.c.10.num.41.
Sacerdotis mala vita nô polluit sacramēta.ti.4.c.18 n.25
Sacerdotum insipientia est inexcusabilis.tit.4.c.19.n.21
Sacerdotes multi sunt & pauci.tit.4.c.19.num.26

Hospitalis debet esse sacerdos.tit.4.c.19.num.29

Sacramentum.

Sacramenta an possint per non ordinatos ministrari.tit. 4.c.16.num.1

Sacramentum triplex in matrimonio designatur.tit. 4.c. 16.num.22

Sacramenta an sint suspensis deneganda.tit.4.c.20.n.31

Sacramenta septem Ecclesię maximum producunt fructum.tit.4.c.20.num.55

Sacramenta administrari debent gratis.tit.4.c.34.n.6

Sacrista.

Sacristæ seu thesaurarii officium.tit.4.c.8 num.18

Sacristæ de quibus sunt interrogandi.tit.4.c.17.num.46

Salomon.

Salomon dum marcesceret otio incidit in pessimũ peccatum Idololatriæ.tit.4.c.25.num.21

Saluusconductus.

Saluus conductus non est multum tutus.tit.4.c.6.n.3

Sancti.

Sancti sancta tractent.tit.4.c.19.num.49

Sarraceni.

Sarraceni in nullo sunt adiuuandi.tit.4.c.18. num.31

Scandalum.

Scandala multa mala faciunt.tit.4.c.20.num.86

Scientia.

Scientię defectus potest per charitatem suppleri.tit.4. c. 17.num.22

Scismatici.

Scismatici nihil validum efficere possunt.tit.4.c.12.n.38

Scriptura.

Scriptura diuina legatur in sacerdotali conuiuio.tit. 4.c. 19.num.37

Seditionarij.

Seditionarii nõ sunt in Clericos ordinandi.ti.4.c.12.n.33

Seminarium.

Seminarium scholarium quomodo visitandum.tit.4.c. 36.num.5

Seniores.

Seniores sunt honorandi.tit.4.c.11.num.3

Sensus.

Sensus corporis sunt quinque.tit.4.c.20.num.62

Sensus scripturę est quadruplex.tit. 4.c.20.num.77

In delictis tempus delicti,non sententiæ proferendæ attenditur.tit.1.c.1.num.23

Sententia.

Sententia definitiua reuocari non potest.tit. 2.c.5.n.10

Sententia ex solo defectu iustitiæ inualida redditur. tit. 2.c.11.num.14

Sententia sit conformis libello.tit.4.c.19.num.18

Sententia ob noua instrumenta retractari non debet.tit. 4.c.15.num.39

Sententia lata contra leges,& canones, etiamsi ab ea nõ sit appellatum,erit nulla, & quare.tit.4.c.22.num.5

Sententia contra ius lata a iudice æstimante illud non iuuare causam.quando sit valida.tit.4.c.23. num.7

Sententia alia diffinitiua,alia interlocutoria.ti.5.c.1.n.15

Forma sententiæ interlocutoriæ pro purgatione canonica indicenda.tit.5.c.1.num.16

Forma sententiæ diffinitiuæ.tit.8.c.10.num.3

Commissarii qua forma verborum vti debebunt in citãdo Reo ad audiendam sententiam diffinitiuam super causam promulgandam.tit.24.c.1

Relatio citationis factæ quomodo concipiatur.ibid.n.2

Commissariis suadetur,vt in causa criminali grauissima non pronuncient ex se sententiam non præuia confabulatione,& voto consultoris in vtroque iure periti, & optimi criminalistæ.tit.24.c.1.num.3

Titulus sententiæ quomodo describatur.ibid.num.4

Forma sententiæ diffinitiuę describendæ, & promulgandę traditur,vna cum alia solemnitate requisita in eius promulgatione.ibid.num.5

Sententia aut nulla,aut iniusta.tit. 24.c.2.num.1

Sententia tribus modis dicitur iniusta. ibid.num.2

Modus excipiendi contra sententiam iniustam. ibid.n.3

In quibus casibus valeat sententia prolata ab eo,qui non est legitimus iudex,tit.24.c. 3. num.5

Definitiua sententia quæ sit.tit. 27.c.3.num.17

Interlocutoria sententia quę sit.ibid.num.18

Sententia definitiua quid sit.tit.27.c.4.num.2

Vide verbo Appellatio,& verbo Iudicium.

Sepultura.

Sepultura multis denegatur.tit.4.c.14.num.36

Sepultura negatur tempore generalis interdicti.ib.n.37

Sepultus.

Sepultus potest ligari,& solui tit.4.c.14.num.40

Sequestrum.

Sequestrum quando concedi possit.tit.27.c.4.num.7

Seruus.

Seruus nequit esse iudex.tit.2.c.12.num.16

Seruo tali ignorato si caussa committatur, ipse iudicare potest.ibid.num.17

Serui ordinari non possunt.tit.4.c.16.num.14

Sicarij.

Sicarii qualiter sunt puniendi.tit.4.c.20.num.31

Socius.

Socii criminis dictum quid operetur.tit.17.c. 5. num.31

Duo socij criminis deponentes, aut duo testes inhabiles quid operentur.ibid.num.32

Dictum socij criminis tortura confirmatum quid operetur.ibid.num.33

An aliquando sine tortura sufficiat ad torturam.ib. n. 34

Solutio.

Solutio pręsumitur facta in causam duriorẽ.ti.4.c.9.n.13

Sors.

Sors prohibetur.tit.4.c.12.num.12

Spes.

Spes vnde oritur.tit.4.c.20.num.34

Spoliatus.

Spoliatus est restituendus.tit.4.c.15.num.24

Sportula.

Sportulæ non debentur a pauperibus. tit.4.c.7.num.34

Stella.

Stellarum cursus obseruandi non sunt.tit.4.c.12.n.13

Struprator.

Stuprator ad quid tenetur.tit.4.c.12.num.29

Subditus.

Subditi superioris excessus referent non obstantibus eorum censuris.tit.4.c.10.num.3

Subreptio.

Subreptio,& obreptio an cadat solum in factas gratias a summo Pontifice,& quid statuerit sacra Congregatio de Vnionib.beneficiorum factis.tit.4.c.25.n.28.p.168

Subrogatus.

Subrogatus sapit naturam subrogati.tit.4.c.19.num.63

Subuersio.

De subuersione populi quærendum est in visitatione. tit. 4.c.17.num.58

Summus.

Summus repente nemo fit.tit 4.c.15.num.12

Sui.

Suorum nomine qui veniant.tit.6.c.11. num.2

Superbia.

Superbiæ mala.tit.4.c.12.num.19

Superbia eradicata plantatur humilitas.tit.4.c.20.n.26

Suspectus.

Suspectus nequit esse iudex.tit.2.c.12.num.23

Suspectum de scriptura literarum prohibita quomodo interrogabunt Commissarii.tit.19.c.3.num.14

Suspensi.

Suspensi non possunt a furca deponi sine licẽtia iudicis. tit.4.c.14.num.35

Suspensio.

Suspensio quid sit.tit.28.c.6.num.1

Iudex ferens suspensionem sine causa quas pœnas incurrat.ibid.num.2

Suspensionẽ violans quando efficiatur irregularis.ib.n.3

Suspenso-

Episcopus non ligatur suspensione aliqua nisi de eo fuerit facta specialis mentio.ib.nu.4
Episcopus in quib.casib.incurrat suspensionem,ibi.n.5
Suspensus ad tempus,lapso tempore, eo ipso absoluitur a suspensione,ibi.nu.6

Symbolum.

Symbolum est quadruplex,ti.4.c.12.no.1
Symbolum vnde dicitur,ibi.nu.2
Symbolum quid est,ib.nu.3
Fides multipliciter sumitur,ti.4.c.12.nu.4
Articuli debent ab omnibus sciri,diuersimode tamen, ibi.nu.5
Patrini debent docere in fide filios suos,ib.nu.6
Fides est ad salutem necessaria,ib.nu.7
Fides est formata,& informis,ib.nu.8

Symonia.

Symonia committitur,si propter consecrationem Episcopi aliquid detur,ti.4.c.10.nu.12
Symonia est fugienda,ti.4.c.12.num.21
Symonia an habeat locum in curia Romana,ti.4.ca.13. num.3
Symonia quandoq. est tantummodo mentalis,ti.4.cap. 20.num.19
Symoniacus,nisi renunciet saluari non pōt,ti.4.c.17.n.21

Synodaticum.

Synodaticum vnde dicitur,ti.4.c.5.nu.6

Synodus.

Synodus siue concilium est triplex,ti.4.c.5.nu.3
Synodus quoties in anno celebrari debet,ti.4.c.5.no.11
Synodus quo ordine fieri debet,ti.4.c.11.n.11
Episcopalis allocutio valde notabilis,ib.n.12
Sermo visitationis quam materiā tractare debet,ib.n.13
Episcopus in synodo qualiter congregatos alloqui debeat.ib.nu.14
Synodo interesse debentes sunt nominatim vocandi.ib. num.15
Synodus aliquando durat per triduum, ib.nu.16
Episcopi allocutio dum præsidet in synodo,ib.nu.17
Synodi celebrandæ secundus ordo,ib.nu.18
Sermo subdiaconi hebdomadarij in synodo,ib.nu.20
Sermo dicendus in secunda die synodi,ib.nu.22
Sermo dicendus in tertia die synodi,ib.nu.23
Synodum adire debēt oēs ad eam vocati.ti.4.c.11.n.28

T.

Tabellionatus.

Tabellionatus officiū est clericis interdictū,t.4.c.7.n.45

Taberna.

Tabernæ sunt a clericis euitandæ,ti.4 c.7.no.39
Tabernas frequentare clericos non licet,ti.4.c. 19.n.36

Taciturnitas.

Taciturnitas quandoq. reprehenditur,ti.4.c.19. no.34

Temperantia.

Temperantię partes sunt triplices,ti.4.c.20.nu.38
Temperantia,& Fortitudo modificant passiones sensuales,ibi.num 39

Tertiaria.

Tertiariæ quando non gaudeant priuilegio regulæ,ti.4 c.30.num.6

Testificari.

Testificari dicitur munus publicum, & necessarium, & quare,ti.11.c.2.nu.2
Semel repulsus non potest amplius testimonium ferre, & quid de fugitiuis,& expulsis,ti.17.c.3.nu. 6

Testes.

Testes sinodales vbi statuuntur,ti.4.c.5.nu.4
Testes sinodales quales debent esse,ib.nu.10
Testes vtriusque partis si sint ęque idonei, qui sunt prę ferendi,ti.4.c.15.nu.38
Testes quandoque possunt lite non contestata examinari,ti.4.c.15.n.41
Testis sup quo debet examinari a visitatore,t 4.c.17.n.6
Testes inquisiti an debeant iurare veritatem super omnibus criminibus dicere.ti.4.c.17.n.11
Testes quare prius examinantur,quam reus,ti.5.c.1.n.5
In testium depositionib. quę obseruanda.ib.nu.6
Adhortatio testibus facienda ante examen.ti.5.c.1. n.7
Modus examinandi testes,ti.5.c.1.nu.8
Obseruanda in testibus,quando de conspiratione timetur,ti.5.c.1.nu.9
Testium,& rei dicta sunt eis relegenda, postquam sunt scripta,ti.5.c.1.nu.11
Testium,& rei dicta sunt propria subscriptione munienda,ti.5.c.1.nu.12
Testibus non iuratis nulla fides adhibetur in iudicijs,ti. 5.cap.3.nu.17
Testium pluralitas de iure diuino est in iudicijs adhibenda,ti.5.c.4.num.4
Testium secreta interrogatio de iure naturali esse videtur,ibi.nu.14
Testium nomina,& eorum dicta non sunt reuelanda, ti.6.c.6.num.7
An testes legitime interrogati teneantur dicere veritatem delicto existente occulto,ti.6.c.9.nu.1
An testis legitime interrogatus iurans falsum peccet, & teneatur ad restitutionem,ib.nu.2.& 3
An teneatur testis legitime interrogatus dicere veritatem,licet iurauerit seruaturum secretum,ibi.nu.10
An teneatur testis dicere veritatem dubitans, an sit legitime interrogatus.ib.nu.11.& 12
An,qui denunciauit contra aliquem fraternaliter, possit esse testis,ti.6.c.9.nu.14
An seculares possint esse testes contra religiosos,ib.n.15
An infamis possit esse testis, ib.nu.16
An qui fatetur proprium crimen,possit esse testis cōtra complices,ib.nu.17
Vnos testis omni exceptione maior facit semiplenam probationem,ti.7.c.2.num.7
Testes recipiuntur parte non citata,sed secreto.ti.11.ca. 1.num.1
Quando examinantur testes in processu informatiuo ad hoc,vt constet de corpore delicti & etiam per consequens de persona delinquentis pro informatione curię,ib.nu.2
Commissarij quare melius faciant per se examinare testes,quam per actuarium,ib.nu.3
Commissarij quid facere debeant,cum coram ipsis comparuerint testes examinandi pro informatione curię, ibi.num.4
Testis si falsum deponat,quos offendat,ibi.nu.5
Testium depositiones quomodo erunt in actis describendæ,ib.nu.6
Commissarij debent inducere testes ad nominādas speciales personas reorum,proprium nomen, cognomē, & ætatem, & alias eorum qualitates;sed si ipsos non cognoscerent per nomen, tunc faciant deponere per qualitates infra expressas,nec non vti verbis apertis, & communibus,ib nu 9.& 10
Testis deponens aliquid non addendo rationē dicti sui, seu quomodo sciat,nihil facit,& quare,ib.nu.11
Testes deponentēs de fama , aut de auditu quomodo interrogandi erunt , & quare ad hoc teneantur ipsi Commissarij,ib.nu.12
Commissarij omnino studeant examinare testes, quos deponens de auditu nominauerit , vt veritas haberi possit,si dicti testes nominati haberi poterint, quod si non possent haberi,tunc quid faciant, traditur,ib. num.13
Ex testium depositionib.factis in informatiuo processu recenseitur,quæ emanant mala contra reum inibi nominatum,ib.nu.14
In processu informatiuo omnes admittuntur in testes, etiam quicunque alias de iure inhabilis,& quare.ibi. num.15
Testium de iure inhabilium ad testificandum depositio quando erit valida ad reum condemnandum pęna ordinaria,ibi.num.16
Testium inhabilium depositio quando faciat indicium ad torturam contra reum,ib.nu.17

Com-

Commissarij quos de iure possint vocare in testes, ac cõpellere ad deponendum contra reos; quando, & qua re, ib. nu. 18
Expleto examine testium, quid faciant Commissarij, an tequam iubeant testem manu propria se propriæ depositioni subscribere, ib. nu. 19
Commissarij quæ omnino obseruabunt, si impediti non poterunt perficere examen tam testium, quam reorũ; ita quod sit eis omnino necessarium dimidiare examẽ ipsorum, illudq. perficere post aliquod notabile temporis spatium, ib. nu. 20
Commissarij quid faciant, si testes examinãdi essent muti, aut surdi à natiuitate, vel ex accidenti, vel sint extranei, qui non perciperent interrogationes sibi per eos faciendas idiomate communi illius regionis, vbi exquirũtur eorum depositio, ib. nu. 21
Commissarij quid faciant, si testes in causa criminali criminaliter mota refugiant deponere, ti. 11. c. 2. nu. 1
Commissarij quando de iure poterunt compellere testes, ti. 11. c. 2. nu. 4
Testes nolentes deponere, quæ sciunt, quib. modis possint compelli ad testificandum, ib. nu. 5
Citatio monachorum ad testificandum quomodo sit facienda, & in actis postea scribenda, ib. nu. 6
Forma decreti de citando aliquem ad testificandũ, qui non sit monachus habitans in eodem monasterio ubi fuerat erectum tribunal a Commissarijs, sed habitet in alio loco, ib. nu. 7
Commissarij quomodo procedant in transmittendo huiusmodi decreto, ibi. nu. 8
Iudicij integritas ex testium ratione pendet, ti. 11. c. 7. n. 1
Testes qui non possunt esse in iudicio, ib. num. 2
Laici aduersus clericos in causa criminali non admittuntur regulariter in testes, & quando possunt admitti, ibi. nu. 3
Corpore vitiati, & mutilati repelluntur a testimonio ferendo contra clericos, ibi. nu. 4
Vnus testis iuratus plene non probat, sed si omni est exceptione maior, sufficit ad inquisitionem instituendã, ti. 11. c. 8. nu. 1
Testes omni exceptione maiores qui sint, ib. nu. 2
Testis non citatus redditur suspectus, ti. 11. c. 10. num. 2
Testis non nisi ad præsentiam iudicis examinandus cũ descriptione illius status, conditionis, & ætatis, tit. 11. c. 10. num. 4. & 5.
Testis non iuratus non probat, ib. nu. 6
Iuramentum testis debet præcedere depositionem, ibi. num. 7
Testis quomodo interrogandus, ibi. nu. 8
Testis debet se subscribere depositioni suæ propter duo ibi. nu. 9. cum seq.
Testium plura genera, ti. 11. c. n. nu. 2
Testes inhabiles qui sint, ibi. nu. 3
Inimici nequeunt esse testes, ibi. n. 4
Etiam in criminibus exceptis, ibi. nu. 5
Etiam in crimine hæresis, ib. nu. 6
Etiam inimici præsumpti, ibi. nu. 7
Licet inimicitia publica minime sit, ib. nu. 8
Etiam reconciliati, ibi. nu. 9
Etiam si ex causa minus probabili, ib. nu. 10
Ab inimicis descendentes nequeunt esse testes, ib. n. 11
Consanguinei inimicorum, ib. nu. 12
De domo inimici prodeuntes, ib. nu. 13
Suspecti ibi. nu. 14
Consanguinei accusatoris, ib. num. 15
Collaterales accusatoris, ibi. nu. 16
Familiares accusatoris, ib. nu. 17
Criminosi, ibi. nu. 18
Qui de iudicis domo prodijt, ib. nu 19
Qui de domo prodijt accusatoris, ib. nu. 20
Conspiratores. ibi. nu. 21
Dominus aduersarij. ib. num. 22
Qui falsum testimonium alias dixit. ibi. num. 23
Qui non sunt bonæ conuersationis, ib. nu. 24
Laici contra clericos. ibi. nu. 25
Licet in minoribus tantum constitutos, ib. nu. 26
Mulieres, ibi. num. 27
Infames. ibi. nu. 28
Impuberes ante 20 annos, ibi. nu. 29
Accusator contra accusatum. ib. nu. 30
Iudex contra iudicandum. ibi. nu. 31
Mentecapti, ibi. num. 32
In causa communi neuter. ibi. nu. 33
Guelfi contra Gibellinos, & e conuerso. ib. nu. 34.
Socij criminis. ibi. nu. 35
Præsumptionem attamen faciunt, ac indicium. ibi. n. 36
Omnes, qui ad accusationẽ non admittuntur, ib. nu. 37
Iure diuino, & naturali qui repellantur a testimonio ferendo, ib. nu. 38
Testes quales esse debeant, præsertim in criminalibus, ibi. num. 39
Testes inhabiles quando possint admitti, ib. nu. 41
Testes inhabiles quid operentur, ibi. nu. 42
In criminibus exceptis qui admittantur, ib. nu. 43
Testes inhabiles admittuntur ad defensam, & quid operentur. ib. nu. 44
Testes inhabiles admittuntur, quando habiles haberi nequeunt. ibi. n. 45
Testis minus idoneus, quid cum teste integro operetur, ibi. nu. 46
Testes singulares qui dicantur. ibi. nu. 47
Testes singulares quid operentur. ibi nu. 48
Testes in circunstantijs necessarijs, & substantialib. conuenire debent. ibi. nu. 49
Testes in delicto iterabili singulares quid operentur, ib. num. 50
Quis de delicto conuincitur per depositionem duorum testium saltem. ti. 13. c. vn. nu. 1
Testes in quibus debent esse concordes. ib. nu. 2
Singularitas quæ attenditur, & quę non. ib. nu. 3
Testes actus iterabiles, & successiuos deponendo non dicuntur singulares. ibi. nu. 4
In testibus quæ requirantur. ib. nu. 5
Testis inhabilis teste habili habilitatur. ib. nu. 6
Testis omni exceptione maior semiplenam facit probationem, ibi. nu. 50
Testes singulares in die solum quãdo probẽt. ibi. nu. 52
Testes singulares de actu continuato probant. ibi. n. 53
Per testes singulares, etiam plures nemo condemnari potest. ibi. nu. 54
Testis varius qui dicatur, ib. nu. 55
Si contraria deponit quando probet. ib. nu. 56
Si primo deponat per verbum credo, postea assertiue loquatur, an probet. ib. nu. 57
Si primo se nihil scire dicat, postea de veritate deponat. ibi nu. 58
Si negat primo depositam testificationem, quid agendum. ib. nu. 59
Testi an potius quam notario credatur, ib. nu. 60
Si deponat contrarium eius, quod extra iudicium dixit, quid agendum. ibi. nu. 61
Iuratum dictum non iurato præfertur. Si cum iuramẽto contraria dixerit, quid agendum. ibi. nu 62
Si reuocauerit extra iudiciũ, quod in iudicio deposuit, quid faciendum, ib. nu. 63
Testi vario non creditur, ib. nu 64
Testes discordes qui dicantur, ib nu. 65
Si testes eiusdẽ partis discordẽt, quid agendũ. ib. nu. 66
Testes in partis discordes vt probent. ib. nu. 67
Si testes diuersarum partium discordes fuerint, quid agendum. ib. nu. 68
Testes confuse loquentes qui sint, ib. nu. 69
Testes obscure, confuse, & ambigue loquentes pluries examinandi, ib. nu. 71
Si tales absint, aut se ignorent declarare quid agendum ib. num. 72
Testes de credulitate qui sint. ib. nu. 73
Testes de credulitate quid operentur. ib. nu. 74
Testis de credulitate vt probet, quid opus est. ib. nu. 75.

Digitized by Google

Testis de credulitate non valet regulariter.ibi.nu.76
Testis vacillans qui sit.ibi.nu.77
Testis vacillans vt probet,ib.nu.78
Testis falsus qui dicatur,ib.nu.79
Testi falso nulla fides adhibenda est,ib.nu.80
Testis falsus circa extrinseca solum,& accidentalia probat,ib.nu.81
Testes in facto principali si concordent, sufficit, ibi.82
Testis falsus quomodo conuincatur,ib.nu.83
Falsi testis pena,ib nu.84
Testis omni exceptione maior qui sit,ib.nu 85
Testis omni exceptione maior quid operetur. ib.nu.86
In dubio testis pro idoneo debet haberi,ibi.nu.87
Testes contestes qui sint,ibi.nu.89
Testes contestes quid operentur,ibi. nu.90
Testes contestes probant, licet in minimis discordent, ibi.num.91
Testes vt legitime probent,quid opus est,ibi.nu.92
Testis non citatus suspectus redditur,ibi.nu.93
Testi non iurato minime creditur,ibi.nu.94
Testis quid iurare debeat,ibi.nu.95
Testes ordine iuris seruato interrogandi sunt,ibi.nu.96
Testes quando veritatem celare queunt, ib.nu.97
Testes quando respondere teneantur,ib.nu.98
Testes de quibus interrogandi,ibi.nu.99
Testis de causa scientiæ,& credulitatis præsertim interrogari debet.ib.nu.100
Testes prius a iudice monendi,& de quibus, ib.nu.101
Testium nomina, cognomina,patria,&c.in processu de scribenda sunt,ib.nu.102
Testium officium publicū,& necessarium est,ib.n.103.
Testes vt cogi possint ad testimonium ferendum, ibid. num.104
Clerici,& religiosi ad testimonium ferendum cogi possunt,& quibus pœnis,ib.nu.105
Testes qui torqueri possint,ib.nu.106
Clerici,& religiosi testes torqueri possunt,& qua tortura ipsi religiosi,ib.nu.107
Quis de delicto conuincitur per depositionem duorum testium saltem,ti.13.c.vn.nu.1
Testes in quibus debent esse concordes,ibi.nu.2
Singularitas quæ attendatur,& quę non,ibi,nu.3
Testes actis reiterabiles,& successiuos deponendo non dicuntur singulares,ibi.nu.4
In testibus quæ requirantur,ibi.nu.5
Testis inhabilis testi habile habilitatur,ibi.nu 6
Testes examinatus in inquisitione generali non facit fidem in iudicio singulari,ti.14.nu.8
Testis non iuratus non est fide dignus,ibi.
Testis cum fama in criminibus occultis vim habet probationis,ibi.nu.9
Testis de auditu quandoque valet,& ad quid, ibi.nu.10
Testis quiuis de visu quod indicium faciat,tit.17.cap.5. num.53
Testis de auditu,alijsq. sensibus,quod indicium faciat, ibi.num.55
Testi deponenti se vidisse de nocte vt creditur,ibi.n.56
Variatio,Vacillatio,& mendacium, quod indicium faciañt,& quid operentur,ibi.nu.57
Rubor,Palor,Inconstantia, tremor,& similia,quod indicium faciant,ibi.nu.58
Testium nomina,cognomina,patria,ætas,status, &c.in actis describenda sunt,ti.18.c.vn.nu.2
Testes examinati in processu informatiuo ex se non faciunt fidem,nisi repetiti fuerint parte citata.ti.19 c.3. num.5
Confrontatio testium cum Reo an sit de substantia,& validitate processus,& quid sit loco eius, & an sit omittenda,& quando omnino seruanda,ib.nu.6
Testis quando dicatur directo contraria alteri testi,& quando non,exemplificantur,ib. nu.7
Confrontatio facienda per testem non cognoscentem Reum nisi de visu, quomodo facienda sit, ibid.nu.8
Forma interrogandi Reum,antequam testis confrontatio fiat cum ipso Reo,ibi.nu 9
Actus confrontationis testis cum Reo quomodo erit describendus in actis ab actuario,ibi.num.10
Reus,dum coram Commissarijs interrogatur super depositis a teste,cum quo facta fuerat confrontatio, an possit admitti ad interrogandum ipsum testem, nec ne,ibi.nu. 11
Testis postquam fuerit interrogatus a Reo, vt supra, an denuo erit repetendus super sua depositione, ibi. num.12
Testes quomodo examinabuntur super recognitione characterum literarum infamium,& aliarum scripturarum,vt ad cognitionem scriptoris illarum deueniri legitimè possit,ti 19 c.3 nu.15
Testes examinati in processu informatiuo, si instante Reo,quod repetantur,repetiti non fuerint,an probēt contra ipsum Reum,ti.21.c.1.nu.20
Testis quis reprobari non possit,ti.21.c.1.nu.33
Commissarij quid facient,si testes examinandi non sint in monasterio,in quo tribunal erexerint, ibi. nu. 35
Commissarij quomodo procedent contra testes nolentes se subscribere proprię depositioni, ibi.nu.36
Decreti forma fulminandi aliquam pœnalem sententiā contra testem nolentem se subscribere propriæ depositioni post multas monitiones sibi factas, ibidem num 37
Intimationis dicti decreti forma, & quid inde in actis scribendum fore mandare debeant ipsi Commissarij,ibi.nu.38
Commissarij dictam contumaciam non relinquant impunitam ad exemplum aliorum, & quod decretum inde faciant,ibi.num.39
Commissarij expedito examine testium productorum in defensionem reorum,quid facient,ibi.nu.40
Contra testes apponi potest.ti.21.c.2.nu.8

Textus.

Textus Sanctus est literis aureis scribendus.ti.4.cap.19. num.56

Timor.

Timor filialis,seruilis,& initialis,ti.4.c.10.n.48

Tonsura.

Tonsura est ordo,ti.4.c.16.nu.29
Tonsura certis personis est deneganda,ti.4.c.16. nu.35

Torquere. Tortura.

Testes reperti,seu alijs contestibus comprobati falsum deposuisse, quando torqueri possint, sed ante torturam adhibitam, quæ erunt a Commissarijs inquirenda,ac ponderanda,nu.5.ti.11.c.4
Testes torqueri posse in aliquibus casibus traditur, qui & recensentur,sed & quanto tempore fuerint torquēdi,relinquitur arbitrio,ac prudentiæ Commissariorū, ponderata qualitate ipsorum,& negotij,de quo quæritur,& qualitate testium contrarium deponentium, ibid.num.6
Commissarij quare non teneantur ante torturam testiū eis indulgere terminum ad producendum quicquid voluerint ad probandum de iure se non posse subijci torturæ,ibid.nu.7
Forma decreti faciendi a Commissarijs de torquendo testes infames,ibi. nu.8
Forma decreti faciendi a Commissarijs de torquendo testem varium traditur,ibi.nu.9.& 13
Testem fore torquendū quotupliciter contingat,ib.n.10
Forma decreti de torquendo testem pro eo, quod aliud dixerit in iudicio cum iuramento,quam dixerit extra iudicium sine iuramento,ibi.num.11
Forma decreti, de torquendo testem negantem se aliquid scire de aliquo facto,quando cōtrarium in iudicio constat per testes,& quæ sint ponderanda a Commissarijs ante torturam alium, ibi.nu.12
Et quæ in conficiendo ipso decreto de torquēdo,ib.n.13
Forma torquendi testem inhabilem,ti.18.c.vn.num.14

Commiſſarijs quando liceat torquere reos,ti.22.c.2.n.1
Commiſſarijs quibus tormentis vti debeat contra reos, vt ab ore ipſorum poſſit haberi veritas criminis admiſſi.ibi.n u.2
Commiſſarij quæ ad memoriam reuocare debeant, antequam ad torquendos Reos deſcenderint.ib.num.3 num.5 & 6.
Tortura adhibenda Reo non erit, niſi præcedentibus indicijs ſufficientib.in iudicio probatis contra Reum ibid.num.4
Commiſſarij quando non poterunt coniungere plura indicia ad vnum perfectum indicium conſtituendum contra Reum,ib.nu.7
Commiſſarij antequam incipiant Reum ſubiicere torturæ,quomodo alloquentur ipſum.ibi.nu.8
Decretum de Reum torquendo ipſam Rei torturā præcedere debet ſimul,& ſemel,& quare,ib.nom.9
Commiſſarij prudentes quid obſeruare debeant, antequam pronuncient reum fore torquendum, & quare,ib.nu.10.& 14.
Reus etiam antequam applicatus fuerit tormentis, poſſet appellare ab ipſis ad ſuperiorem,non autem poſtquam applicatus fuerit ipſis tormentis.ib.nu.11
Monachis Congregationis Caſſinenſis an liceat appellare à decreto torturæ,vel aliorum tormentorum ſibi applicandorum, pro eruenda eorum confeſſione in cauſa criminali, vbi agretur de pœna capitali, vel quaſi,ib.nu.12
Tortura dicitur malū irremediabile,& quare, ib.nu.13
Commiſſarij in actu practico aliquem torturæ ſubiicien do,quomodo procedent,forma traditur elegantiſſima,& breuiſſima,ib.nu.15
Annotari in actis quæ mandanda erunt a Commiſſariis immediatè,antequam Rei torqueantur,& de quibus eoſdem Reos interrogabunt ipſi Commiſſarij,& qua forma verborum,ib.nu.16
Actuarius ſcribet in actis omnia præciſa verba,& ſuſpiria prolata à Reis reſpondentibus ſuper interrogatoriis ſibi factis a Commiſſariis,ib.nu.17
Commiſſarij quomodo interrogabunt Reum de ſingulis indiciis in proceſſu allatis, antequam torqueant, Reum,ſed ſi ille ſemper perſtiterit in negando; tunc Commiſſarij præcipiant illum torturæ alligari, & Commiſſarij expreſſe proteſtari debent per eos non torqueri reum pro delictis,de quib.ſua propria confeſſio præceſſerit,vel dictis teſtium fuerat conuictus, ibi.num.18
His peractis iubere debent Commiſſarij, ipſum Reum iam funi applicatum in altum eleuari, & ſic torqueri,& ſic eleuatum denuo ipſum interrogare de prædictis contra ipſum delictis,& deſcribenda erunt in actis ad verbum omnia verba tam interrogationum, quam reſponſionum.ib.nu.19
Commiſſarij quando mandabunt Reum torrū a tortura deponi:actuarius quō hoc deſcribet ī actis,ib.n.20
Commiſſarijs quæ erunt pōderanda,antequam ad repetitionem torturæ Reorum deſcendant,ib.nu.21
Tortura quibus vicib.inferri poſſit in eadem cauſa,& a.i ſtatim poſt cibum ſumptum a Reo,ib. num.22
Decreti forma de repetenda tortura traditur, ib.nu.23
Actuarius quomodo in actis deſcribet ſecundam torturam reorum,ſeu repetitionem ipſius torturæ.ib.n.24
Commiſſarij qua forma verborum in repetitione torturæ vti debebunt.ib.nu.25
Commiſſarij videntes Reum adhuc perſeuerantem in negatiua ſua, quid in actis deſcribi mandent,& quid contra ipſum exequantur,ib.nu.26
In depoſitione Rei a tortura quæ verba deſcribenda erunt in actis,ib.num.27
Reo perſeuerante adhuc in negatiua,quomodo procedent ad vlteriora Commiſſarij,& Reus quoties poterit torqueri.ib.nu.28
Tortura quare dicatur tormentum ſubſidiarium, ti.17. cap.1.numero 4
Tortura vſquequo reiterari ex reuocatione confeſſionis in ipſa factæ queat,ti.17.c.5.num.27
Tortura a quo ſit inchoāda,quā do plures eſſent torquēdi propter producta in eodem proceſſu,ti.22.c.1.n.1
Qui poſſint torqueri,ibi.nu.2
An ſit licitum laico torquere clericum, ib.nu.3
Ad quid teneatur iudex,ſi faciat deponere reū aliquod delictum,cum nimis, & torture s non ſeruans terminos iuris,ib.num.4
Quando ſit licitum adhibere torturam reis.t.22.c.5.n.5
Gradus torturæ qui.ti.22.c.6.nu.2
vide V.Pœna.

Tormentum.

Tormentorum genera quæ,ti.22.c.6.n.1
Vltra modum conſuetum tormentādi alter non datur, ti 22.c.6.nu.3
Forma tormentandi regolare,ti.22.c.6.nu.5
Traditio curiæ ſeculari vide v.pœna.

Treuga.

Treugæ certis temporibus ſunt ſeruandæ,ti.4.c.20.n.84
Treuga conuentionalis ſeruanda eſt,ib.nu.85

Tutor.

Tutor,& prælatus comparantur, ti.4.c.17.nu.12

V.

Vaſ.

VAſa,& reliqua eccleſiaſtica munde conſeruentur, ti.4.c.8.nu.25

Venia.

Veniæ facilitas incitat ad peccandum,ti.4.c.1.nu.29

Verbera.

Verbera non ſunt ſine magna cā inſligēda,t.4.c.19.n.46

Veritas.

Veritatis manifeſtatio ex teſtibus pendet, tit.12.c.5.n.1

Veſtimenta

Sacra veſtimenta,& alia homini ad prophanos vſus nō dentur,ti.4.c.18.nu.15.& 16

Via.

Via media eſt eligenda,ti.4.c.1.nu.35
Via certior in dubio eligatur,ib.nu.39.& ti.4.c.13.nu.4

Vicariatus.

Vicariatus laico committi non poteſt,ti.2.c.5.num.6

Vicarius.

Vicarius Epiſcopi non aliam habet poteſtatem, niſi quā tū in literis Vicariatus fuerit ipſi cōceſſū, ti.2.c.5.n.8
Vicarius Papæ poteſt viſitare,ti.4.c.2. num 5
Vicarij prælatorum an poſſint viſitare, b.nu.22
Vicarij exceſſus obligat prælatum,ibi.nu.25
vicarius epiſcopi an poſſit beneficia cōferre.t.4.c.8.n.40
Vicarij plures ab eodem conſtitui poſſunt, ti.4.c.8.n.42

Victualia.

Victualium nomine quid continetur, ti.4.c.9.nu.10

Vidua.

Viduis,& orphanis ſuccurrendum eſt.ti.4.c. 19.nu.57

Villicatio.

Villicationis ratio reddenda erit.ti.4.c.1.n 11

Virgo Maria.

Virgini beatæ quis honor debetur.ti.4.c.20.nu.72

Virtus.

Virtutes vnde dicuntur.ti.4.c.1.nu.20
Virtutis ſpecie palliantur vitia quandoq. ti 4.c.17.n.55
Virtutes theologicæ ſunt tres,ti.4.c.20.nu 33
Virtutes Cardinales ſunt quatuor,ti.4.c.20.nu.36
Virtutum Cardinalium natura per Auguſtinum exprimitur,ti.4.c.20.num.40

Vis.

Vim publicam,& priuatam inferentes puniendi ſunt, ti.4.c.20.nu.14

Viſitare.

Viſitare primo quid eſt,ti.4.c.1.nu.1
Nonnulla alia viſitanda,ti.4.c.17.n.31. & duob.n.ſeq.
Viſitare i ſacra Scrip. ſumitur ēi ,p puntre,ti.4.c.22.n.1
Deus omnipotens per ſemetipſum viſitauit Adam in Para-

Digitized by Google

Paradiso terrestri, seu voluptatis, post transgressionē præcepti diuini. ibid. num. 3
Intra quod tēpus Visitare teneātur Ecclesias, & clericos sibi subiectos Archiepiscopi, Epī, & alij prælati & q appellatione Eporum in præsenti materia cōprehenduntur oēs prælati, qui proprio iure possunt visitare, & habent iurisdictionem ordinariam. ibid. num. 2
Archiepī qn, & q̄ agere possint, dū visitare vellent diœcesim suffraganeorum Eporū suorū. ti. 4. c. 25. n. 4. p. 165
Visitatores tam iure ordinario, quam delegato quæ visitare possint, & teneantur. ibid. num. 5
Epi, & eius delegati quare non possint visitare Ecclesias nō curatas exeptorum. ibid. nu. 6. Vide v. Episcopus.

Visitatio.

Visitationum tractatus quas vtilitates continet. tit. 4. in proœm. num. 4
Tractatus visitationū nō est temere arguēdus. ibid. nu. 7
Visitatio quid est. tit. 4. c. 1. num. 3
Visitatio vera est in cōcilio generali fundata. ti. 4. c. 2. n. 3
Visitatio quoties, & quando fieri debet. tit. 4. c. 4. num. 1
Visitatio iteratur, si necessitas vrgeat. ibid. num. 2. fallit num. 3. & 4.
Visitationum libellus est visitatoribus pernecessarius. tit. 4. cap. 5. num. 20
Visitatio in quibus locis fieri debet. tit. 4. c. 6. num. 1
Visitationis locus nō est de substātia ipsius. tit. 4. c. 6. n. 4
Visitatio collegiorū an fiat in communi vel sigillatim. tit. 4. c. 6. num. 7
Visitatio dicitur plena, quando nulla parochia remanet non visitata. tit. 4. c. 7. nu. 5
Visitationes fiunt propter multas causas. tit. 4. c. 11. nu. 6
Fructus Visitationis est summū bonum. tit. 4. c. 20. n. 95
Visitatio quid sit. tit. 4. cap. 21. nu. 1
Visitator de quib. debeat inquirere, & qn. tit. 4. c. 21. n. 2
Visitationis modus magis distinctè explicatur, circa Abbatem, & superiores. tit. 4. c. 26. num. 1
Visitationes quo fine terminandæ sint. ibid. nu. 6
Visitationes singulis biennijs facere debet Episcopus. tit. 4. c. 32. num. 1
Visitationis inchoandæ modus. tit. 4. c. 33. num. 2

Visitator.

Visitatores monasteriorum delegati à Capitulis generalibus dicentur delegati generaliter, & quod sit eorum proprium munus. tit. 2. c. 1. nu. 15
Visitatores regularium an possint iure proprio subdelegare alicui munus visitandi aliquod speciale monasteriū sine speciali facultate subdelegandi sibi indulta à Capitulo generali: & qd sit dicendū de iudicib. specialiter delegatis, qui aliàs dicuntur Cōmissarij. ibid. n. 17
Visitatores sunt necessarij. tit. 4. in proœm. nu. 2
Visitatores quid facere debent tit. 4. c. 1. num. 2
Visitatores a Concilio deputati possunt visitare. tit. 4. c. 2. num. 19
Abbates & priores an visitare possint. tit. 4. c. 2. nu. 20
Visitator Papæ pōt a beneficijs remouere. tit. 4. c. 2. n. 26
Visitatores plures si concurrunt, per concursum se non impediunt. tit. 4. c. 4. nu. 8
Visitatores punire possunt contumaces. tit. 4. c. 4. nu. 12
Visitator libros visitationū examinare dēt. tit. 4. c. 5. n. 14
Liber pontificalis est visitatoribus vtilis. ibid. nu. 15
Libri multi sunt visitatoribus necessarij. ibid. nu. 16
Ornamenta sua portet prælatus visitaturus. ti. 4. c. 5. n. 18
Visitator quis personas secum debet habere. ibid. nu. 19
Visitatorum officium est latissimum. tit. 4. c. 8. nu. 36
Visitatores debent esse diligentes. tit. 4. c. 16. nu. 30
Visitans quid inquirere debet secundum speculatorem. tit. 4. c. 17. num. 4
Visitator inquirat, an officiarij bene exerceant officia sua. tit. 4. c. 17. nu. 9
De multis est monendus populus a visitatoribus, tit. 4. cap. 16. nu. 1. 2. & 5.
Visitantes iure sibi delegato ab ordinarijs quæ possint agere. tit. 4. c. 22. nu. 3. pag. 164.
Visitator seu iudex delegatus nolens ostendere literas commissionales de visitando, & ideo si non fuerit admissus a prælato d. monasterij, & hac de causa excōmunicasset ipsum prælatum hanc causam exprimendo in excommunicatione, huiusmodi excommunicatio erit ipso iure nulla, & quare. tit. 4. c. 22. nu. 4
Reu. Visitatores Congreg. Cassin. quā iurisdictionē exercere poterunt super Monachos, & Prælatos monasteriorum eorum visitationi subiectorum. tit. 4. c. 22. n. 9
Dauid quō fuerit deputatus ab Isai patre suo Visitator fratrum suorū existentiū in bello, & an fuerit figura Reuerendorum Visitatorum personarum clericorū regularium, & secularium. ibid. num. 10
Visitatores, quæ ponderabunt antequam accedant ad visitanda monasteria. tit. 4. c. 23. nu. 1
Visitator, aut index delegatus, quomodo proceder contra prælatum calumniosè prohibentem ipsum Visitatorem fungi officio suo. tit. 4. c. 23. num. 9
Visitator, aut Iudex delegatus, in quibus casibus alijs nō tenebitur ostendere prælato monasterij visitandi originale mandatum, & quare. ibid. num. 10
Reu. Visitatores quid primo facient, cum peruenerit ad vnūquodq; monasteriū per eos visitādū. ti. 4. c. 24. n. 1
Visitatores de quib. monebunt in c. visitandos. ibid. nu. 2
Visitatores de quibus inquirant à visitandis. ibid. nu. 3
In visitatione reperti criminosi per quos puniendi erūt. ibid. num. 4
Visitatores puniunt contumaces, & rebelles absq; personarum delectu. ibid. num. 5
Reuerendi Visitatores generalitēr de quibus interrogabunt visitandos. tit. 4. c. 25. nu. 1
Reuer. Visitatores sententias sacræ scripturæ per nos recensitas poterunt referre inobedientibus regularibus, vt illis auditis resipiscant & retrahantur à tam pessimo veneno, quo hausto insipienter ab ipsis, innumera mala incurrent. tit. 4. c. 25. num. 13
Visitatores peracta visitatione nihil iuris amplius habere. tit. 4. c. 26. num. 3
A visitatoribus, quæ oratio habenda. tit. 8. c. 6. nu. 3
Visitatores oratione facta cum ad ecclesias proficiscantur, perquirant pertinentia ad diuinum cultū. ibi. n. 4

Visitatus.

Visitatus visitantem procurare tenetur. tit. 4. c. 9. nu. 1
Visitati gratias agāt visitatorib. immēsas. tit. 4. c. 20. n. 98

Vita.

Vitæ puritas duplex est. tit. 2. c. 11. nu. 3
Vitæ puritas interior duplex. ibid. nu. 4

Vitia.

Vitia sæpe se virtutes mentiuntur. tit. 4. c. 19. nu. 27
Vitia mortalia sunt septem. tit. 4. c. 20. nu. 3
Vitia non sunt in morigerato, & studioso, ac in parū honesto, ignaro, & otioso suspicanda. tit. 17. c. 5. nu. 15

Vitiatus.

Corpore vitiati an possint ordinari. tit. 4. c. 16. nu. 13

Vnctio extrema.

Vnctio extrema numerat inter sacramēta. ti. 4. c. 4. n. 33
Vnctio vltima pōt dari mortuo in torneamētis. ibi. n. 34
Vnio Ecclesiarum an possit fieri. tit. 4. c. 15. nu. 66

Voluntas.

Voluntas sola an reputetur pro facto. tit. 4. c. 15. nu. 27

Voluptas.

Voluptas & ociositas sunt arma diaboli. tit. 4. c. 17. n. 59

Votum.

Vota sunt persoluenda. tit. 4. c. 18. nu. 51
Votum quandoq; potest differri aut in aliud cōmutari. ibid. nu. 52. v. ver. Matrimonium.

Vsura.

Vsura est fugienda. tit. 4. c. 12. nu. 22.

Vxor.

Vxor an possit a viro verberari. tit. 4. c. 10. nu. 52
An vxor teneatur testificari contra maritum, aut consanguinei contra coniunctos tit. 6. c. 9. nu. 13.

Z

Zelus.

Zelus est & bonus, & malus. tit. 4. c. 1. nu. 13.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX AVCTORVM TVM PRISCORVM TVM RECENTIORVM,

Qui in hoc volumine allegantur.

A

Abbas Panormit.
Abulensis.
Accursius
Achiles de Graffis
Albericus
Albertinus.
Adrianus
Alciatus
Alcocerius
Alconcelus
Albertus Magnus
Alex. de Ales
Alex. de Imola
Alex. de Neuo
Alphonsus de Castro
Alphonsus Vilagut
S. Ambrosius
Ambrosinus
Ancarauus
Ang. Aretinus
Ang. de Vbaldis
Angelica Summa.
Annib. Pocaterra.
S. Antoninus
Antonius de Butrio
Antonius Gabriel
Antonius Tassara
Archidiaconus
Aristoteles
Armilla Summa
Arragon
Aufrerius
S. Augustinus
Augustinus de Ancona
Azon

B

Bachonus
Baiardus
Baldus
Bannes
Barbatia
Bartolus
S. Basilius
Beccius
Bellamera
Beltrandus
Berous
Bertazolus
Blancus
Boerius
Bonacossa
Bonifacius de Vitalinis
Bossius
Bullarium Sum. Pont.
Bursatus
Butrigarius

C

Caietanus
Calcaneus
Caldernus
Canus
B. Capistranus
Capycius
Capuccinus
Caputaquensis
Carrerius
Carthusius
Castrensis
Cephalus
Cepolla
Caesar de Graffis
Cicero
Clarus
Clauis Regia
Colectio Priuilegiorum
Compend. Priuileg.
Concilia Generalia
Confectus
S. Congreg. Concili Declarat.
S. Congreg. Rituum Decreta
Conradus I.C.
Conradus Theol.
Corduba
Corpus Canonicum
Corpus Ciuile
Corsettus
Couarruuias
Crauetta
Curtius Sen. & Iun.
Cynus.

D

Decianus
Decisiones Rot. Rom.
Decius
Directorium Inquisit.
Dom. Sotus
Duarenus
Duennas
Durandus
Dynus

E

Emanuel Roderiquez

F

Farinacius
Federicus de Senis
Felynus
Flaminius Parisius
Follerius
Franciscus Cason
Franciscus Ghislerius Canonic. Reg. S. Saluat.
Franciscus Personalis
Francus
Fulgosius

G

Gabr. Biel.
Gambarus
Gamma
Gandauus
Gandinus
Garzias
Geminianus
Genuensis
Gerson
Gigas
Goffredus
Gomezius Ant. & Lud.
Gonzalez
Gozadinus
Grammaticus
Gratus
Grauatius
S. Gregorius
Greg. Sayrus
Greg. de Valentia
Guido de Suzardis
Gutierez

H

Henricus Boich
Henricus de Gandauo
Henricus Henriquez
Herculanus
S. Hieronymus

Hiero-

Hieronymus Gabriel
Hippolitus de Marsilijs
Hondedeus
Hostiensis

I

Iacobus de Beluisio
Iason
Ignatius Lopez a Salzedo
Igneus
Imola
Innocentius
Io.de Amicis
Io.Andrea
Io.de Annania
Io.Bernardus Diaz
Io.Chrysostomus
Io.Maior
Io.Monachus
Isernia
Iulius Clarus cum suis expositoribus, ex Officina Baresiana.

L

Lancelotus
Lanfrancus
Lasus cum Mandosio
Ledesma Mart. & Petr.
Lucas de Pena
Lud.de Alferijs
Lud.Bologninus
Lud.Lopez
Lud.Romanus
Lud.Peguera
Lyranus

M

M.Tullius Cicero
Mandosius
Marauta Rob.
Mascardus
Marsilius Hippol.
Martinus del Rio
Medina Bart.
Medina Io.
Medina Michael
Menochius
Milleus
Monticellus
Moronus
Mysingerius

N

Natta
Nauarrus Martinus
Nauarrus Petrus
Nellus
Nepos a Montebaldo
Neuizanus

O

Oldradus
Ordinationes Toletanæ

P

Palacius Rubius
Palacius Michael
Paleottus Card.
Paludanus
Paris de Puteo
Parisius
Pauinius Franc.Audit.Pal.Apost. auctor Baculi Pastoralis.
Paulus Grylandus
Paulus Merenda
Paulus Morigius
Paulus Piasecius
Pegna Franc.Aud.Rotæ Rom.
Petrus Loriotus
Petrus a Plaza
Petrus Nauarrus
Plotus
Præpositus

R

Rebuffus
Richardus
Ripa
Rochus de Curte
Rodericus Suarez
Rolandus a Vale
Romanus
Rosella Summa
Royas
Ruinus

S

Salicetus
Salon
Sallustius Tiberius
Sayrus
Sbrozius
Scapius
Scotus
Segura
Seneca
Sfor.Oddus
Siluestrina Summa
Simancas
Simon de Prætis
Socinus vterque
Sorbolus
Sotus Dom.
Sotus Pet.
Speculator
Stephanus Gratianus
Suarez Franc.

T

Tabienna Summa
Testamentum Vet.& Nou.
D.Thom.Aquin.
Thomas Triusanus
Tiraquellus
Toletus Card.
Tostatus
Turrecremata

V

Verallus
Vestrius
Victorinus Manso Auersanus
Villalobus
Viuius
Vlpelus
Vlpianus

Z


Zabarella Card.
Zerola.

FINIS.

A01
1453351

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google